





R
4





T. LIVII PATAVI

NI LATINAE HISTORIAE PRINCIPIS DECADES TRES
cum dimidia, longe tamen quàm nuper emaculatiores, quòd nunc demum ad ue-
tera contulerimus exemplaria, ubi quantum sit deprehensum mendorum, facile
indicabunt doctissimæ in hunc autorem Beati Rhenani & Sigismundi Gelenij
adiunctæ Annotationes.

Addita est Chronologia Henrici Cæsa-
ri, ab ipso recognita & aucta, cum Indice copioso.



BASILEAE IN OFFICINA FROBENIA/
NA ANNO M. D. XXXV


Cum privilegio Cæsareo ad annos quatuor

... non satis.

T. LIVII PATAVI

NI LATINAE HISTORIAE PRINCIPIS DECADES TRES
cum dimidia, longe tamen quàm nuper emaculatiores, quòd nunc demum ad ue-
tera contulerimus exemplaria, ubi quantum sit deprehensum mendorum, facile
indicabunt doctissimæ in hunc autorem Beati Rhenani & Sigismundi Gelenij
adiunctæ Annotationes.

Addita est Chronologia Henrici Cæsa-
ri, ab ipso recognita & aucta, cum Indice copioso.



BASILEAE IN OFFICINA FROBENIA/
NA ANNO M. D. XXXV

Cum privilegio Cæsareo ad annos quatuor

munt abduñtq;. Vehementer enim absurdum uidetur, homines ut parum auri argenti ue inueniant, tantis impendijs tantisq; periculis, ad ipsos penè inferos terræ uiscera perfodere: & huiusmodi thesauros tanto illis preciosiores, quanto corpore præstantior est animus, prorsus negligere, nec ulla uestigatione dignos iudicare. Midarum hic animus est non principum, à quo quum sciam tuam indolem quàm longissime abhorrere, non dubito quin hoc lucrum sis auidissime amplexurus. Iam ne quis dubitare possit, an hæc dimidiata decas sit uere T. Liiij, duæ res potissimum efficiunt: primum ipsa phrasis omnibus notis suum authorem referens: dein Argumenta siue Epitomæ L. Flori, hisce libris per omnia respondentes. Itaque quum scirem, magnatibus uiris nullam esse lectionem magis accommodam quàm historicorum, inter quos facile primas tenet T. Liius, de Latinis loquor, præsertim quum Salustianum nihil extet, præter duo fragmenta: reputaremq; quantus quamq; inexplebilis historiarum, ut ita loquar, helluo semper fuerit pater tuus, quem non dubito quin hac quoque parte referas: uisus sum mihi non incongrue facturus, si hi quinque libri, tibi proprie dicati prodirent in lucem. Quanquam hic nolim te parentis nimium esse similem. Solet enim ille singulis diebus à cœna ad mediam usq; noctem incumbere libris, non sine uxoris ac pedisequarum tedio, magnocq; famulorum murmure: quod quanquam illi hætenus præter ualetudinis dispendium licuit, non arbitror tamen consultum, ut eandem tu iacias aleam, fortasse non perinde feliciter casuram. Certe quum pater tuus huic regi etiamnum adolescenti socius esset studiorum, in historijs potissimum uersabantur, idq; uehementer approbante patre Henrico Septimo singulari iudicio prudentiaq; rege. Adiuncta autem est huic æditioni, Chronologia HENRICI GLAREANI, hominis exquisite multifariamq; docti, cuius indefatigabilis industria, non solum hoc inclytum gymnasium Friburgense, uerum etiam totam hanc regionem, liberalibus disciplinis expolit, exornat, locupletat. Ea Chronologia commonstrat temporum ordinem, bellorum species, ac personarum nomina, in quibus hætenus fuit mira confusio, scribarum ac sciolorum uitio inducta. Atqui hæc erat unica historiæ lux. Quod si hæc absit cynosura, cæca prorsus est in historiarum pelago nauigatio: & nisi hoc adsit filum, inextricabilis error inuoluit lectorem etiam eruditum in his rerum gestarum labyrinthis. Hoc munere si tuam epistolam bene pensatam arbitraberis, tuæ iam uices erunt nos tuis impartire literis. Bene uale. Apud Friburgum Brisgoiæ, calen. Martijs, anno M D XXXI

GENEROSO EQVITI DOMINO

FRANCISCO DILPHO SIGISMVNDVS

GELENIVS S P D



MN COMMVNI OPERA circa emendationem Liuianae historiae, decebat quidem eum praefari, cuius partes in hac functione tanto potiores fuissent, quanto ipse omnibus ingenij dotibus antecellit: quanquam uereret ne uel hoc arrogantiae speciem habeat, cum BEATO RHENANO homine iuuandis literis nato, quocumque modo conferri aut coniungi, nisi parata esset excusatio, quod is ipse in consortium huius prouinciae me ultro asciuerit: sed quandoquidem is, conscientia nimirum merita quum in castigando pro parte sua tum in annotando laudis securior, nihil amplius patrocinandum huic negotio obstinate animum induxit, mihi tamen si uellem id permittens: equidem meam certe unius uicem sollicitus, aliud patrocinium a Beato destitutus circumspectare coepi. Et quamuis bonam causam me habere considerem, malui tamen non solum iudicandi perito, sed etiam beneuolo atque amico alicui eam credere. Qua in reputatione nemo te prior occurrebat doctissime Dilphe. Nam & pro mutua beneuolentia non detrectaturum patrocinium sperabam: & quatenus patrocinari oporteat, facile dispecturum pro insigni eruditione, qua non apud exteras solum, sed etiam longinquas gentes praecelaram existimationem acquisisti: tamen si tu non hac una laude censendus es, sed multis praeterea magnisque dotibus: imaginum claritate, corporis specie, ingenij uigore, multarum gentium linguarum ac morum cognitione, quae non exigua prudentiae pars est: principum amicitia, in negocijs dexteritate, comitate in colloquijs, in conuictu ciuilitate, humanitate in officijs. Sed desino plura de te, praesertim apud te. Praestat fortasse indicare paucis, quibus praesidijs hoc negotium absolutum sit. Primum uir acerrimi iudicij Rhenanus, diligenti habitata per collegia simul & coenobia conquisitione, geminum exemplar omnium qui extant Liuij librorum, excepta dimidia Decade tertia, sibi comparauit: eo consilio, ut praelucente antiqua lectione, facilius mendarum tenebras discuteret, quis enim non uideat, ubi uetera archetypa tam inter se consentiunt, quam a uulgaris editionibus dissonant, multo quum expeditius tum certius sinceram lectionem restitui possit: atque ita bonae partis Liuij operis collationem ac castigationem quam accuratissime peregit. Rest quum pari cura, ne dicam religione, atque eorundem exemplarij ope, ipse confeci: factumque operae pretium haudquaquam poenitendum, abunde declarabunt Annotationes subiunctae. Visum est enim rationem singulorum reddere, nisi sicubi euidetior ea est quam ut probatione opus sit. Ne quis igitur mihi hic protinus reclamet, tolli receptam lectionem: sed prius consideret, quid sublatum, quid ue repositum. Equidem eam lectionem iustius pro recepta habendam censeo, quae ante annos plus mille recepta est, quam quae proximis annis per typographorum oscitantiam primum irrepsit, mox numerosa uoluminum propagine latius in dies inualuit, doctis interim uel dissimulantibus uel aliud agentibus. Neque negauerim quosdam & ante nos quandoque uetera inspexisse exemplaria: uerum plurimum interest, quo pacto quis illis utatur. Id si cui dubium est, unum afferretur exemplum: non quod libeat alienae industriae obrectare, sed quia animaduerto esse qui non ita magni negotij putent antiqua uolumina legere. Aetate nostra adiectus est reliquo operi tertius quartae Decadis liber, tum recens repertus in exemplari quod nos quoque in hac editione sequuti sumus. Et tamen non pauca loca in eo castigatorem sefellerunt, ob imperitiam legendi & scripturae difficultatem: quemadmodum ex Annotationibus euidenter apparebit. Hanc igitur nostram opellam si tuo calculo comprobaueris, spes est ceteros doctos libenter tuo iudicio accessuros: quae si non faller, Plinij quoque Naturalis Historiae castigationem, aequae ex gemini exemplaris utriusque emendatissimi collatione iam paratam, in gratiam studiosorum breui emissuri sumus. Vale, & me inter tuos habere perge.

IN T> LIVII PRIMAE DECADIS

LIBRVM PRIMVM ANNOTATIONES

PER BEATVM RHENANVM



EXEMPLAR PRIMAE DECADIS manu scriptum sanè quàm eleganter, quod nobis communicauit non gente solum sed & literis clarus ille Vormaciensis ecclesiæ decanus, dominus Reinhardus à Rietpur, desumptum illic ex bibliotheca publica, primis duobus ternionibus carebat, quos nebulo quispiam defecerat, dum liber alicubi incustoditus iacet. Idem scelus & in sine uoluminis commissum. Quare coacti sumus hic aliquot paginas transilire.

Insignitè eum uestæ.) Sic exemplaria quædam excusa habent: quum sit scribendum, ueste, absque diphthongo. non enim de dea Vesta, sed de uestimento loquitur.

Cætera quæque omnia pub.) Vetus lectio: Cætera quoque omnia. & sic legi debet.

• Propulso legum ac pœnarum metu.) Archetypum Vormaciense habet, Proximo legum ac pœnarum metu. Is ducit exercitum quàm proxime.) Non dubito quin Liuius scripserit quemadmodum est in uolumine Vormaciensi, Ea res ab statuis exciuit Metium, ducit quàm proxime ad hostem potest. Absolute enim uerbum duco, subinde Liuius usurpat, & autores cæteri. Facis ne me tu reg. n. populicq; Romani Quiritium?) Scribendum, Populi Romani Quiritium: absque particula, que.

Patrem patratum Sp. Fusium.) Adijce pronomen, is. Is patrem patratum Sp. Fusium fecit. Sic enim in manu scripto libro legitur. Ut illa palàm prima postrema q;.) Habet exemplar uetus, Ut illa palàm prima postrema ex illis tab. Nihil autem ambigo particulam Que, postea additam. Si prior defecerit.) Legendum, Si prior defexit, nam sic continet scriptura uetus. Dixerunt autem antiqui Defexit, pro Defecerit. Tu illo die Iuppiter P.R.) Hic multum laboris mihi exhibuit & diu me distraxit, quum deprauata tum uariata lectio libri manuscripti: in quo legitur, Tum ille dies Iuppiter, & quidam supra adiecerat, uel Diespiter. In margine notatum erat, Diesiuppiter. Deprehendi uero tandem scribendum esse, Tum die Iuppiter. Nam prisca, dium, deum dixerunt, ut dium Fidium, item diuum. Scribam ueterem decepti, Die, sic fortassis scriptum, die: ut posset facile uerti in, ille, diuersa uidelicet lectione, quæ sæpe notata seorsim à parum attentis scribis, dum nihil omittere uolunt, in contextum recipitur. Et Die, quod ipse esse putabat à uocabulo Dies diei, mutatum est in Dies: ut quadraret oratio, Ille dies. Habebunt mihi docti, sat scio, magnam gratiam pro hoc loco restituto. Porro Tum aduerbium satis significantiæ temporalis in se habet, ut nihil addere fuerit opus, Illo die. Animo intenduntur.) Vetus lectio, Animo incenduntur. Et mox: Publicum imperium seruitiumq; obuersatur animo. sine coniunctione Sed, qui sermo miram elegantiam habet. Item inferius paulo: Ad quorum casum quum conclamasset gaudio Albanus ex. Ex insperato pauentium solet.) Magnum hic mendum exemplaria Liuiana occupauit. Nam pro Pauentium, scribendum est Fauentium. Vchemens autem de prospero rei prope desperatae successu, gaudium. Et ut pugnatum est.) Non erat opus hic particulas istas transponere. Rectè enim exemplar scriptum habet, Sed distantia locis, ut & pugnatum est. Idem habet paulo post: Quæ desponsa uni, non desponsata. Et ibidem: Obuia ante portam Capenam fuit, non Obuiam. Cum immaturato amore.) Tu scribe, Cum immaturo amore. Et mox: Quæcunque Romana lugebit hostem. Sic enim archetypo Vormaciensi legitur. Aut secundum iudicium supplicij.) Antiqua lectio, Ad secundum iudicium sup. Scribendum, Ac secundum iudicium supplicij auctor esset. I, caput obnube liberatoris huius urbis.) Imperatiuum I, recentior manus ascripserat in codice Vormaciensi: in quo non caret elegantia, quod scriptum est, Urbis huius. Quemadmodum & quod sequitur: Admiratione magis uirtutis quàm iure causæ. Item rursus quod paulo post legitur: Id hodie quoq; publicè semper resectum manet. Hic miror quid libuerit quibusdam dictiones transponere, contra fidem exemplaris scripti. Suo iussu circumduci Albanorum exercitum, ut Fidenatum nuda terga inuadat: idem imperat, ut hastas equites erigere iubeat.) In uolumine Vormaciensi legitur, Albanum exercitum. Quæ sequuntur concordant cum uulgatis editionibus. At ego sic arbitror scripsisse Liuium hoc modo distinguenda oratione: Suo iussu circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatum nuda terga inuadat idem (subaudi Albanus exercitus) imperat: hastas equites erigere iubeat, porro mirum Tulli regis consilium fuit, etiam desciscentes Albanos in speciem adhortantis, quo Fidenates hostes terreret. In Veientem alieno pauore perculsum ferociter redit.) Legendum est, Ferocior redit. Exempli parum memoris legum humanarum fuit.) Cogitandum num scribi possit, Legum Romanarum fuit. Nam sequitur, In alijs gloriari licet: & cætera. Eandem sedem Tullus regis capit, ibicq; habitauit.) Auctoritatem sequuti scripti codicis sic legemus, Eam sedem Tullus regis capit, ibicq; deinde habitauit. Legiones etiam ueteres.) Vetus & sincerior lectio, Legiones, & ueteres eodem supplemento expleuit, & nouas scripsit. Et quia proximum regnum cæteris egregium.) Re-

pone

pone, *Cætera egregium*. Sic enim *Liuius* loqui solet, & authores alij. Ita habes infra: Ergo uirum *cætera* egregium sequuta. Pontificem maximum in album relata.) In libro scripto tantum est: Pontificem in album. Sicut supra: Pontificem deinde *Numa Marcium M.F.* ex patribus legit.

Repetentibus res Romanis superbe responsum reddiderunt.) Magis placet antiqua lectio, *Reddunt*. Illasque res *dedier* nuntio populi Romani mihi exposco.) Suspicio tres istas dictiones, *Nuntio populi Romani*; postea additas ab exponente datiuum *Mihi*. In exemplari *Vormaciensi* recentiore manu superscriptum erat inter *Res & Dedit*, *Po. Ro.* Tum patriæ compotem me nunquam sinas esse.) Lectio uetus: *Siris* esse. *Scribo*, *sieris* esse. Hominibusque priscis Latinis.) Ex ueteri uolumine sic apparet legendum esse: *Patri patrato priscorum Latinorum*, hominibusque subaudi, *Priscorum Latinorum*, priscis uel Latinis. Et paulo post: *Homines* uel prisci Latini. non *Homines*. Et quum circa palatium sedem ueteres Romani.) Recte habet antiqua lectio: *Sedem ueterem Romanorum*. ut intelligas, *Sabinos Capitolium atque arcem impleffe* circa palatium, quæ sedes erat ueterum Romanorum.

Inde ingenti præda potitus Romam redit.) Exemplar scriptum habet, *Potens*. opinor legendum *Potens*. *Quiritium* quoque fossa, haud paruum munimentum à planioribus additum locis.) Qui hunc locum castigare nisus est, quum recte haberent uerba, deprauauit. nam *Aditu*, supinum, uertit in *Additum*, participium: sed perperam. Significat enim *Liuius* fossam *Quiritium* non paruum munimentum fuisse ab ea parte qua erant loca planiora ac faciliora aditu. Et in ora *Tyberis* *Hostia* urbs condita.) Legendum est: Et in ora *Tyberis* *Hostia* urbs condita. hoc est in exitu ubi in mare effunditur. Alioqui *Roma* quoque in ora *Tyberis* sita. Sic in ora *Ellis* fluuij quem & *Alfam* uocant *Argentuaría* ac *Elcebus* siue *Stetstadium* iacent, in ore eiusdem, hoc est apud confluentes *Argentoratum*. Ea quum illi nupsisset.) Hic priscum uerbum foede deprauauit temeraria castigatoris manus: nam pro *Innupsisset*, scripsit *Illi nupsisset*. Sic autem habet lectio uetus: Ea quum *innupsisset*. Porro mulier *innubit* proprie, quum in mariti domum transit: unde factum ut *Innubere*, ueteres pro *Transire* usurparint: teste *Nonio*, qui *Lucilium* citat, ita hoc usum uerbo. Sensus igitur est: Ea quum *innupsisset*, hoc est iam ad domum mariti transisset. Nam *nupsisse* dicitur puella etiamnum apud parètes domi manens. *Innupsisse*, nisi quæ cum uiro iam habitare cœpit, non dicitur. Facile uiro persuadet.) *Viro*, datiuum, quispiam addidit inter enarrandum. Non reperimus in codice *Vormaciensi*, nec est necessarius: præcessit autem, *Forti ac strenuo uiro*. *Commigrant Romam*.) Exemplar antiquum habet: *Amigrant Romam*. subaudi, *Tarquinijs*. Non aliter dictum est infra: *Auolant Romam*. Porro quid uetat dici, *Amigro*, pro *Abmigro*: siue *Ammigro*, pro *Admigro*: sicut dicimus *Immigro*, & *Demigro*. Iam & Romanis conspicuum.) In uolumine scripto tantum legitur: *Aedidere* nomen Romanis conspicuum. Adiecit fortassis aliquis duas illas particulas connectere uolens orationem, quæ sibi hiare uidebatur: mihi non uidentur necessariae. *Notitia*que cum breui apud regem.) Hunc locum sciolus aliquis adulterauit. Legendum uero quemadmodum archetypum *Vormaciense* continet: *Notitiamque* eam breui apud regem liberaliter dextreque obeundo officia in familiaris amicitiae adduxerat iura. Ut intelligas ipsum *Lucium* monem adduxisse eam notitiam in iura amicitiae familiaris. Ut mille & trecenti equites.) Antiqua lectio: Ut mille & dccc equites. Hoc pacto in singulis centurijs fuerunt sexcenti equites. Et quicquid circa *Collatiam* agri erat.) Mihi magis probatur ut scribamus ad fidem uetusti codicis: Et quicquid citra *Collatiam* agri erat. Et ego recipio.) At ego recipio, scriptum est in archetypo. Deinde triumphans Romam redit. Præterea: Omne nomen Latinum. Item: Pax deinde est facta. Urbem, quam nondum munierat.) Tu castiga, Urbem quæ nondum munierat. Est *Qua*, aduerbium loci: hoc est, qua parte. Hunc lumen quondam.) Interpretatio flammæ, qua uisum est pueri caput ardere. Nec cuiquam secus uidetur legendum. Cæterum quando considero quæ postea sequuntur, ubi uulnato *Tarquinijs* omne auxilium regiae seruandæ in *Seruijs* situm fuit, uideo melius legi posse contra receptam istam & *Vormaciensis* codicis & uulgarum editionum lectionem: Hunc columnen quondam rebus nostris dubijs futurum. Sic autem *Seruijs* columnen dubijs rebus & regiae afflictæ dicit futurum, quemadmodum *Terentius* in *Phormione* seruum antiquum *Geram* columnen familiaris uocat: hoc est columnam. ita *Donatus* interpretatur. Vnde inter uetera seruitia *Columellarum* nomen. Porro quum subdit, *Præsidium* que regiae afflictæ: uelut exponit quod præmisit, *Columnen* rebus nostris dubijs. Iam indicant sequentia, *Seruijs* non ostendisse quid foret agendum, ut lumen appellari posset. At dubias *Tarquinijs* res & afflictam regiam fortiter fulsisse sustinuisse que. Non est dissimilis huic, locus qui libro secundo huius Decadis legitur: ubi inquit, Trecentos sex perisse, satis conuenit: unum prope puberem ætate relictum, stirpem genti *Fabiæ*, dubijsque rebus populi Romani sæpe domi belli que uel maximum futurum auxilium. Item libro tertio: Sibi, inquit, eam in dubijs suis rebus uenisse subsidio. Rursum libro octauo: Nunc, inquit, misericordia uestra conciliati, auxilio que in dubijs rebus defensi, beneficium quoque acceptum colamus. Posset tamen sententia sic etiam legi, posteriori accusatio Hunc, expuncto: Vides ne tu puerum hunc? inquit, quem tam humili cultu educamus, scire licet columnen quondam rebus nostris dubijs futurum, præsidium que regiae afflictæ. Nec hic dubito quin doctissimus quisque mecum sit sensurus. Vocabulum columnen usurpat alibi quoque *Liuius* noster ut libro sexto: *Consulatum*, inquit, superesse plebeis: eam esse arcem libertatis, id columnen.

Et inter mulieres familiaritate auctam.) Non me latet Latinè dici, Familiaritate aucta, pro locupletata: quemadmodum Cicero dixit, Auctus pecunia, & auctus filio. Verum magis hic quadrat, uetus codicis lectio, Et inter mulieres familiaritatem auctam. ut intelligas, inter mulieres, hoc est inter uxorem Seruii Tullij & inter reginam, familiaritatem quæ primum tenuis & modica fuerat ut inter duorum principum uxores postea quàm est cognita illa inter captiuas, deinde auctam & maiorem factam, ubi in domum recepta puerum est enixa. Et puerum in domo à paruo.) Deest hic in uulgatis exemplaribus omnibus, Vt, particula. Sic enim scribe: Et puerum ut in domo à paruo educum. Porro non erat opus, Educum, quod in antiquo libro legitur, in Educum, mutare: quando Terentius usurpat Educere, pro Educare. Eduxi, inquit, à paruulo. Id seruius serua natus.) Volumen manu scriptum habet, Id Seruius serua natus. Et sic est legendum: nam præcedit, Romulus deo prognatus: ad quod respondet, Seruius serua natus. Et est hic figura quam *προσωνομασίαν*, siue agnominacionem uocant, in Seruius & serua. Qui consueti erant.) Scribendum est quemadmodum continet exemplar Vormaciense, Quibus consueti erant uterque agrestibus ferramentis. Nam oratio pendet adhuc usque ad uerbum Conuertunt, quod non animaduertit, qui locum adulterauit. Euocati ad regem pergunt, primo uterque uociferari.) Debet esse, Vocati ad regem. Aliud enim est uocatus, aliud euocatus. Quod uero sequitur, Et iussi inuicem dicere: melius est ut legatur, In uicem: separatis dictionibus: hoc est, per uices. Dextram tenet, orat.) Castiga, Dextram tenens orat. Habitabat enim rex ad Iouis Statoris ædem.) Hic addidit sciolus aliquis accusatiuum Aedem, qui non est in uolumine Vormaciensi. *ἐκλιπῆς* autem loquuntur autores: Ad Iouis Statoris: pro, ad Iouis Statoris ædem. Interim Seruii Tullij iubere populum dicto audiētem esse.) Liuius scripsit, Interim Seruio Tullo iubere populum dicto audientem esse. Sic libro quinto: Nec plebs, inquit, nobis dicto audiens atque obediens sit. Imperitus quispiam non uersatus in autorum lectione, & proinde non intelligens quid sibi uellet, dicto audiētem esse, pro Seruio Tullo, scripsit, Seruii Tullij: ut quadrarent uerba, Dicto Seruii Tullij, hoc est præcepto. At dicto obediētem esse, idem est quod obedire. Porro uetus liber mox habet: Obiturumque alia regis munia esse. Tum demum palam facta ex compl.) Indicat manu scriptum exemplar esse legendum, Tum demum palam factum: subaudi, regem esse extinctum, Tum demum, hoc est ubi suas opes firmasset. Cæterum quia mox uetus codex habet, Et comploratione in regia orta: arbitror sic scriptum reliquisse Liuium, Tum demum palam factum. Et comploratio in regia orta. subauditur, Est. Nec iam publicis magis consilijs.) Sic & in archetypo Vormaciensi legitur. At ausim iurare ego, scripsisse Liuium, Nec iam publicis magis auxilijs Seruius, quam priuatis, munire opes. Siquidem quod ante dixit, Seruius præsidio firmo munitus, illud ipsum est quod hic publica auxilia uocat. Et aliquāto post sequitur, Consilio augere imperium conatus est. Porro facillimus scribæ lapsus fuit, ut pro Auxilijs, scriberet Consilijs, litterarum similitudine deceptus. Galea, clypeus, ocreæ.) Codex uetustus habet, Galea, clypeum, ocreæ. Quid autem opus erat hic scribere Clypeus, quum utrumque doctis sit in usu, clypeus & clypeum. Vergilius nono Aeneidos: Et clypeum superintonat ingens. author Seruius. Tertiæ classis in quinquaginta millium censum esse uoluit: totidem centuriæ, & eæ.) Antiqua lectio: Tertiæ classis in L. millium censum esse uoluit: totidem centuriæ, & hæ. Suspicio scriptum fuisse, In tertiâ classe L. millium censum esse uoluit. aut, Tertiæ classis millium L. censum esse uoluit. Hinc minor census.) Scribe iuxta fidem uetusti uoluminis, Hoc minor census. Est autem Hoc, ablatiui casus. Id quod non animaduertit, qui Hinc, aduerbium supposuit. Sue, oue, taurisque: tribus lustrauit.) Antiqua lectio: Sue, oue, taurilibus lustrauit. Sic Cornelius Tacitus Annalium libro quinto: Sacrificantibus, quum hic more Romano suouetaurilia daret. Cogitandum autem quid sibi uelit, Idem conditum lustrum appellatum, quia in censendo finis factus est. Aggere & fossis & muro urbem circumdat, item pomerium profert.) Dii boni quantum sibi permiserunt quidam in hoc authore interpolando. Scribendum est ad archetypi fidem: Aggere & fossis & muro circumdat urbem, ita pomerium profert. Sensus est, Aggere & fossis & muro circumdando urbem, pomerium profert. Quid igitur illi in mentem uenit, qui pro Ita, scripsit Item: nouam uidelicet sententiã facturus. Liuius in hoc libro paulopost: Ita sic armatus in Tyberim desiluit. Pomerium uerbi uim solam intuentes postmœnium interpretantur esse: est autem magis circa murum locus.) In primis constare nobis debet, etymologiam pomerij Liuium non à mœnibus, sed à muro deductam ostendere: quandoquidem pomerium dicimus, non postmœnium. Nam sequitur paulopost: Hoc spatium quod neque habitari neque arari fas erat, non magis quod post murum esset, quàm quod murus post id, pomerium Romani appellarunt. Proinde, quemadmodum indicat uolumen Vormaciense, eius exemplum quod olim à Dextro Flauiano Nicomacho & Victoriano VV. CC. emendatum est, non postmœnium hic scribi debet, sed postmœrium. Et mox: circummœrium, non circa murum. Nec obijciat hic aliquis eas uoces nihil significare. Sic enim & mulieris etymologiam afferentes, mulierem dictam interpretamur quasi molliorem, à mollicie uidelicet. Sic autem distingue uerba: Pomerium, uerbi uim solam intuentes, postmœrium interpretantur esse: est autem magis circummœrium: locus quem in cond. urb. appositue. In Fragmentis Fessii Pompeij legitur, Prosimurium esse pontificale pomerium: dictum, quasi proximurium, id est proximum muro. Ita nanque castigandum arbitror. Quæ nunc uulgo etiam coniunguntur.) Antiqua lectio: Quæ nunc uulgo etiam coniungunt. Subauditur, Quidam. Elegans sermo est.

Cuius

Cuius ciuitatis eam ciues Dianæ immolassent.) Vetus exemplar habet: Cuius Dianæ immolassent. Opinor legendum: Cuius ciuitatis eam ciuis Dianæ immolasset. Sequitur enim de antistite Romano, & illo patrefamiliæ Sabino. Sabinus, ut primum apta dies sac.) Scribendum: Sabinus, ut primum apta dies sac. Nec uacat particula Que, non solum connectens sententiam, uerum etiam ad uehementiam eiusdem faciens. Infima ualle perfluit Tyberis.) *Præfluit Tyberis*

Tulit enim Romana regia sceleris tragici exemplum.) Adde particulam Et, Tulit enim & Romana regia sceleris tragici exemp. Filius nepos ue fuerit.) Vetus sinceraq; lectio: Filius nepos ne fuerit. Subauditur, an. Aut elanguescendum aliena ignauia esse.) Hanc sententiam scæde deprauauit sciolus cuiuspiam imperitia. Legendum: Aut ut elanguescendum aliena ignauia esset. Et pendent hæc uerba à superioribus. Non sibi defuisse cui nupta diceretur.) Persuadet mihi uetustus codex legendum hic esse: Cui in nupta diceretur. Tametsi recentior manus, in particulam superscripserat: sed proculdubio sincerioris alicuius codicis admonitu. Porro quum se dicit in nuptam, indicat se iam in ædes uiri transisse, nam hoc significat innubere, quemadmodum ante docuimus. Muliebri dolo regnum occupasse.) Scribendum est: Muliebri dono regnum occupasse. Nam respicit quod supra dictum est, & quod mox præcessit: Quum Tanaquil peregrina mulier tantum moliri potuisset animo, ut duo continua regna, uiro, ac deinceps genero dedisset. Ibi dicit Lilius Tanaquilem genero dedisse regnū, quare hic subdit: Muliebri dono. Tum Tarquinius necessitate iam ipsa cogente.) Inferenda hic Etiam, particula. Necessitate iam etiam ipsa cogente. Ipse prope exanguis cum semianimis regio comitatur.) Vetus uolumen habet: Semianimes. Neutra lectio gnesia est ac germana. Tu locum sic restitue: Ipse prope exanguis, quum semianime regio comitatu domum se reciperet. Subauditur in illis uerbis, Semianime regio comitatu: participium, Existente. In collem Esquiliarum.) Antiqua lectio: In collem Esquiliarum. Quem Sceleratū uicum uocant.) Quem, pronomen, asinus aliquis adfuit: quum simpliciter Lilius scripserit: Monumentoq; locus est, Sceleratum uicum uocant. O castigatorem infelicem. Primores patrum quos Seruij rebus fauisse cred.) Scribendum est: Primores que patrum quos. Pendet enim adhuc sententia. Et altera ratio est cur Superbus fuerit appellatus. Aliquanto post in scripto codice legitur: Præcipue ita patrum numero imminuto. Non, Ita præcipue patrum num. im.

Haud mirum esse Superbo inditum Romæ cognomen.) Vetus lectio: Haud mirum esse Superbo ei inditum cognomen. Cui enim non appareret.) Adhuc pendet sententia per uerba infinita, Præcessit, Superbus esse, Non adesse, Tentari. Itaque scribendum hic Apparere: Cui enim non apparere.

Seruū Turni auro corruptit, ut in diuersorium eius.) Vt, particulam, adiecit aliquis quæ non est in libro scripto, nec est necessaria. Elegantius enim dicitur: Seruū Turni auro corruptit, in diuersorium eius uim magnam gladiatorum inferri clam sineret, Vbi subauditur, ut. Id uerum nec ne sit, extemplo sciri posset.) Lilius indubie scripsit quemadmodum est in archetypo Borbetomagensi. Id uanum nec ne sit, extemplo sciri posse. Et quanquam idem sensus redundat, quid tamen opus fuit Liliiana uerba mutare. O præposteram diligentiam. Ac sentire cum rege uidebantur.) Exemplar manu scriptum habet, Videbant. subauditur, Latini. Et liberorum quoq; eum frequentia tædere.) Antiqua lectio continet, Frequentia. Septimus casus est, hoc est Ob frequentiam. Et uerbum Tædere, accipiendum absolute. Quum, si nihil mouerentur.) Aliter legitur in uetusto codice: Quum, si nihil morarentur. Certe quarto libro huius Decadis rursus hunc loquendi modum usurpat, ubi Hortensius tribunus plebis, C. inquit, Sempronium nihil moror. Id est, C. Sempronium dimitto. Verba uidentur fuisse quæ iudex ex more proferebat quoties reum absolueret. Proinde expone hic: Si nihil morarentur: id est, dimitterent. Quandoquidem ut omnia unus Gabijs posset.) Liber manu scriptus habet: Quandoquidem ut omnia unus pre Gabijs posset. Tu scribe: Quandoquidem ut omnia unus ipse Gabijs posset. Nec est ea uox hic superuacanea: emphasim enim habet. Et ut libera à cæteris religionibus arx ea esset tota Iouis, templiq; eius, quod in ea ædificaretur: exaugurare sana, facellaq; statuit: quia aliqua uota ibi à Tatio rege primum in ipso discrimine aduersus Romulum pugnae consecrata inaugurataq; postea fuerant.) In hac periodo mendæ sunt aliquot ingentes. Primum quando non de arce extruenda, sed de templo Ioui condendo hic agitur, non scribendum est, Arx ea esset tota Iouis: uerum, Area esset tota Iouis. Non habet hic locum prorsus arcis Tarpeia mentio. Deinde scribendum est, Quod in ædificaretur: non, Quod in ea ædificaretur. Est autem elegans uerbum Inædificare. Mox pro istis dictionibus, Quia aliqua uota ibi: substitui debet, Quæ aliquot ibi. postremo uocabulum Vota, transferendum est, ut ante Consecrata ponatur: hoc modo: Et ut libera à cæteris religionibus area esset tota Iouis templiq; eius, quod in ædificaretur: exaugurare sana facellaq; statuit, quæ aliquot ibi à Tatio rege primum in ipso discrimine aduersus Romulum pugnae uota, consecrata, inaugurataq; postea fuerant. Vide mi lector quàm necessaria res sit authores ad exemplaria antiqua conferre. Hæc non sunt imputanda Laurentio Vallæ, sed Pogio, Aurispæ, Aleriensi, Victorino, & Petrarchæ, qui doctissimi quidem fuere, uerum non usquequaque Latine callebant. Id omen auguriumq;.) Non erat hic eradenda particula Que. Idq; omen auguriumq;. Vnumq; deorum.) Nec hic dispungendus erat accusatiuus Eum: Vnumq; eum deorum. Sacratissimis sibi finibus.) Scribe, sacratissimis sibi finibus. Itaq; Pontinae manubia.) Tametsi uetustum uolumen continet Pomptinae: censeo tamen legendum, Pomptinae manubia. Nam exemplaria antiqua abhinc annos mille fere maiusculis fuere literis perscripta.

Id uanum necne sit

Area est tota Iouis, pro Arx ea esset Quæ aliquot ibi, pro, quia aliqua uota ibi

do E maiusculum, non est ita dissimile P. Facile ergo POMETINAE uersum est in POMPTI/NAE. Præcedit autem, quòd Tarquinius Sueffam Pometiam uì cœperit, ubi XL. millium pondo argenti auriq; fit mentio: quòd hic repetitur. Quare miror hoc non emendatum in editione Asulanica: quando iam olim ante nos sic legendum esse monuit M. Antonius Sabellicus. Eo magis Fabio Pictori.) Quispiam adiecit, Pictori: non est in codice scripto. Mouit hoc hominem, quòd ante semel dixerit, Scriptorum antiquissimus Fabius Pictor. Quam summam pecuniæ.) Si quis hoc pacto lege re uelit multa subintelligenda erunt. Ex fide uetusti codicis sic scribe, Quia summam pecuniæ. & re pe te uerbū Scribit, quòd subauditur. Minus tamen plebs grauabatur se templa deum ædificare manibus suis.) Antiqua lectio: Minus tamen plebs grauabatur se templa deum exædificare manibus suis. Aperiretur tempore suo.) Scribendum: Opperiretur tempora sua, hoc est, expectaret opportunitatem temporis. Per ambages tegens effigiem ingenij sui.) Qui participium Tegens, insulsi, putabat orationem alioqui mutilam esse: non intelligens apposituè dictum: Aureum baculum donum Apollini, per ambages effigiem ingenij sui. Id est, qui baculus erat effigies ingenij ipsius. Quòd se in fabrorum ministerijs.) Legendum: Ministerio. nec opus est hic numero multitudinis. Tentata res est primum, si primo impetu.) Vacat aduerbium hic, Primum. Sic scribe: Tentata res est, si primo impetu capi Ardea posset. In statuis (ut fit) longo magis quàm acri bello.) Deest pronomen, His. In his statuis (ut fit) longo magis quàm acri bel. Citatis equis aduolant Romam.) Vetus lectio: Auolant Romam. Vtrumq; tolerabile est. Similis error accidere solet in Abducere, & Adducere. Quum post cœnam in hospitale cubiculum ductus esset.) Scribendum: Deductus esset. Postquam satis tuta omnia circa, sopitiq;.) Omnia, non est in libro scripto. Fortassis etiam legi posset: Postquam satis tuta curata, sop. Mox sequitur: Pauida ex somno mulier. Et infra: Lucretiam sedentem mœstam in cubiculo inueniunt. Item: Sex. est Tarquinius. non: Sex. Tarquinius est. Ferro, igni, quacunque dehinc uipossim, exequuturum.) Non aliter in ueteri legitur. Sed quid si scribas, Exacturum. Et inuecta corpori patris.) Lectio uetus: Corpore patris. hoc est, in corpore patris: siue, per corpus patris.

IN LIBRVM SECVNDVM PRIMAE DECADIS
Annotationes per Beatum Rhenanum.

Partium cœptæ urbis.) Codex Vormaciensis habet: Partium certæ urbis. Lego: Partium certè urbis, ut sit Cerrè, pro Quidem. Deinde fuit in eodem libro mox, Ab se auctæ multitudinis, tametsi literam S, quidam eraserat. At placet mihi ea lectio. Recte enim habebit sententia hoc modo: ut haud immerito omnes deinceps conditores partium certæ urbis, quas nouas ipsi sedes ab se auctæ multitudinis addiderunt, numerentur. Refertur autem genitiuus Multitudinis, ad accusatiuum Sedes. Et hæc clausula, Quas nouas ipsi sedes: explicat quòd dixit, Partium certè urbis. quasi dicat, Non totius urbis, sed partium quidem urbis. Primoribus equestris gradus electis.) Scribendū est: Lectis, ut mox: Appellabant lectos. Necubi regum desiderium esset.) Indicat archetypum Vormaciense scripsisse Liuium: Necubi ibi regum desiderium esset. Ibi, hoc est quantum ad sacra attinet. Tametsi illic mendose scriptum fuerat, Necubi ubi. Solicitatumq; suspitione plebem.) Legendum: Solicitatumq; suspitione plebem. Nobilium adolescentium animos pertentabant.) Habet uolumen Vormaciense: Pertentant. Nec fuit causa cur in Pertentabant, uerteretur. Aceruos confedisse illitos limo.) Antiqua lectio: Aceruos sedisse illitos limo. Quicquid hominum deorumq;.) Exemplar scriptum: Quicquid deorum hominumq;. Post illum seruatum, ut qui.) Scribendum: Post illum obseruatum. Ne se ortum eiusdem sanguinis extorrem.) Suspicio legendum: Ne se ortu eiusdem sanguinis, extorrem e. Vt consentiat codex manu scriptus cum uulgatis editionibus. Fusi fugatiq; sunt.) Verbū Sunt, postea adiectum est, maiore elegantia omittitur. Paulopost in scripto codice legitur, Vno plus Tuscorum. Vbi audire iussi.) Antiqua lectio: Ibi audire iussi. Ad Aquilios Vitelliosq; recidisse.) Deest pronomen Se. Ad Aquilios se Vitelliosq; recidisse. Metui me credere possem à ciuibus meis.) Restitue sententiam hoc modo: Metui me crederem posse à ciuibus meis. Et ubi nunc uicus publicus est.) Lectio uetus: Et ubi nunc uicæ pocæ est. Nescio an recte emendarint qui scripserunt: Vicus publicus. Fortassis melius scriberetur, nam ad coniecturas hic confugere necesse est: Et ubi nunc Viriplacæ est, ut subaudiatur ædes uel templum. Siquidem reperio Deæ Viriplacæ sacellum ad Veliam fuisse. Sic autem distingui uerba debent. Delata confestim materia omnis infra Veliam, & ubi nunc uicus publicus est. Siue, Et ubi nunc Viriplacæ est: domus in infimo cliuo ædificata. Credo, quòd nulla gesta res insig.) In codice Borbetomagensi legitur: Credo, quia nulla gesta res. Nec erat opus pro Quia, Quòd scribere. An tantum roboris animo fuerit.) Hic rursus transpositæ sunt dictiones, quasi non melius sonet quòd in ueteri uolumine habetur: An tantum animo roboris fuerit. Sed suosmetipsos ciues.) Antiqua lectio: Sed suosmet ipsi ciues. Cur hoc uoluit quisquam mutare? Porro quòd hic habes de Suusmet, infra leges de Semet. Nisi, inquit, inter semetipsi seditionibus sæuiant. Et infra: Eos, inquit, per se ipsi Latini adsumptis Hernicis sine Romano aut duce aut auxilio, castris exuerunt.

Itaq; monere, prædicare.) In scripto uolumine legitur: Itaque monere, prædicare. Hoc posterius uerbum doctus quispiam uidens huc non satis quadrare, uertit in Prædicare. Tu tamen meum sequutus consilium

consilium, scribere, praecipere. Itaque monere, praecipere. Primum monuit, deinde praecipit, quod plus est. Crescere enim debet oratio. Sp. Largium.) Vetus lectio. Sp. Larcium. Quod uero sequitur: Circumferens inde minaciter truces oculos. non erat mutanda Liuiana compositio tanquam inepta: Circumferens inde truces minaciter oculos. Si modo studio factum est. Sicut mox: iam impetu conabatur detrudere uirum. Et rursum: Tyberine pater, inquit, te sancte precor. Multisque desuper incidentibus telis.) Scribendum est: Multisque superincidentibus telis. Est autem una dictio superincidentibus a uerbo Superincidentibus telis Superincido. Quod non intellexit is qui desuper incidentibus scripsit. Gabina uia.) Antiquum exemplar habet: Gabinia uia. Item: Inde se obijcere. Inde, id est, ex eo loco. Sic enim exponi potest. Item, P. Lucretius. Rursum: Tam effuse euagandi. Eumque milites uulgo adiret.) Particula que non est in exemplari uetusto. Sic autem saepe Liuius loquitur coniectantibus uoculis omissis. Paulopost, quam fuit ad eadem. Quas insidiarum minas per ambages iaceret.) In uulgatis editionibus omissum est hoc loco pronomen sibi: Quas insidiarum sibi minas per ambages iaceret. Qui magnam gloriam petunt.) Archetypon Vuormaciense habet: Qui magnam gloriam uident. Et adiectum est recentiore manu in marginem, petunt. Forte scriptum fuit: Qui magnam gloriam propositam uident. Ceteri, utcumque ceciderit: primum, quoad te opportunum fortuna dederit.) Foede hallucinatus est qui sententiam hanc tam miserè deprauauit. Sic autem scribi debet: Mea prima fors fuit. Ceteri, utcumque ceciderit primi, (Subauditur fors. nam primi genitiuus est,) quo te opportunum fortuna dederit suo quisque tempore adierunt. Cognomentum inditum.) Lectio uetus: cognomen inditum. Clælia uirgo, una ex obsidibus.) Omissa est hic & particula, quæ tamen mirè ad sensum facit. Auget enim rem, & comparationem subindicat. Legendum. Et Clælia uirgo, una ex obsidibus, & quæ sequuntur, inter tela hostium Tyberim tranauit. Sensus est: Non solum Cocles superincidentibus telis, incolumis ad suos tranauit, sed & idem fecit Clælia uirgo. Sic deditam, intactam inuolatamque ad suos remissuram.) Accusatiuus intactam postea additus est a quopiam, qui participium deditam ordinabat cum aduerbio sic, coniungendum cum altero participio futuri temporis remissurum. Et uidebatur sententia mutila. Tu uero sic ordinato uerba uolens orationem exponere: Sic remissurum ad suos, deditam inuolatamque. Præcedit: Quemadmodum si non dedatur obses, pro rupto foedus se habiturum. Paulopost scriptum est in ueteri codice, elegisse impubes dicitur. Bonis uendendis bona Porfenæ regis uendendi.) Hæc duo uocabula, Bonis uendendis non sunt in archetypo Borbetomagensi. Videntur inserta ab eo qui uoluerit usum moris indicare. quum tamen Liuius contentus sit dicere, inter cætera solennia. Arte aduersus uim usæ.) Antiqua lectio tamen mendosa: Arte aduersus uim scæ, docet legi quoque posse, Arte aduersus uim nisæ. A nitor, niteris. Multos Romæ hostium, urbisque charitas tenuit.) Legendum, hospitium. hoc est eorum qui illos hospitio acceperant. Mox est in ueteri mendose tamen, purius publicus Lucretius inde & P. Valerius Publicola c o s. facti. Deest aduerbium tertium. Ne in tantis mutuis beneficijs.) Scribendum, neu in tantis beneficijs, hoc est, ne in t. b. Eam esse uoluntatem omnium.) In manu scripto codice legitur: Hostibus potius quam portas regibus patefacere. Ea esse uota, eam esse uoluntatem omnium. Lego: Hostibus potius quam portas regibus patefacere. Ea esse uota, eam esse uoluntatem omnium. Consules deinde Marcus Valerius, Publius Posthumius.) In uolumine ueteri tantum est: c o s s. M. Valerius P. Posthumius. Namque Ap. Claudius, cui postea Ap. Claudio fuit Romæ cognomen.) Exemplar scriptum sic habet: Namque appius claudius cui postea Appio Claudio fuit Romæ nomen. Nec quibus factis consulibus.) Antiqua lectio, nec quibus facti consulibus. Neutra sincera est. Originem erroris accipe. Quia statim sequitur ex factione, scriba non satis attentus, quibus factione scribere est orsus, nec deleuit postea priores duas syllabas iam inceptæ perperam dictionis. Itaque fragmentum id facti, doctus quispiam mutauit in factis, ut quadraret cum utriusque positis ablatiuis. Tu uero me autore sic castiga: Sed nec quo anno, nec quibus consulibus qui ex factione Tarquinia (ita habet archetypon. nec est opus altero denominatio Tarquiniana) essent, id quoque enim traditur, parum creditum sit, nec quis primum dictator creatus sit, satis constat. M. Valerium Fusium Valesij nepotem.) Aliam lectionem è uetere eruemus, quæ sic habet. M. Valerium marci filium uolesi nepotem. Scribo M. Valerium Marci F. M. Volesi nepotem. Notum est F. filium significare. Sic rursum libro tertio proxime sequenti: Cum Marco Valerio, inquit, Valerij filio, Volesi nepote, questor erat T. Quintius Capitolinus. Porro quæ de Furijs & Fusijs Valerijs & Valesijs ex auctoritate Fabij Quintilianij solent adferri, non puto hic habere locum. M. Valerium spectatæ uirtutis consularem uirum.) Deest hic & particula, quæ inferenda est hoc modo, potius M. Valerium spectatæ uirtutis & consularem uirum legissent. Præstare Sabini (id enim postulatum erat) in animum induxissent.) Antiqua lectio, præstare Sabinium id enim post. Forte legendum: Præstare Sabini tum (id enim postulatum erat) in animum induxissent. Et C. Vetustus.) In Vuormaciensi libro legitur: Et C. Vetustus, Veturius, Vetirius. Vide diligentiam scribæ qui diuersam lectionem proculdubio seorsim adnotatam, in contextum meliore fide quam iudicio retulit. Et infra, Valerium temere inuentum. Quam delecta manu.) Reponendum: Cohorti suæ quam de electa manu præsidij causa circa se habebat. Equitibus admoti equi, ut persequi hostem possent.) Liuius scripsit: Equi admoti equi, ut persequi hostem possent. Nam eleganter singularis numerus pro pluratiuo usurpatur. Quia tamen præcedit: Ad equites dictator aduolat, defiliunt ex equis, ausus est quispiam hunc locum mutare

Superinciden
tibus telis
Superincido

Ut cumq; cecidit
derit primi

Et Clælia
uirgo

Arte aduersus
uim. nisæ
Hospitium pro
hostium
Neu in tantis
m. beneficijs
Ea esse uota

Nec quibus
consulibus.
Ex factione
Tarquinia

Marci F. M.
Volesi nepotem

Et consularem
uirum

Et C. Ver
turius

De electa ma
nu, pro delecta
sta manu

mutare. Volscos consilij pœnam metuentes.) In æditionibus uulgatis hęc particula nō est omīssa, quam reponē. Volscos consilij pœnam non metuentes, nec opinata res perculit. Cæterum ita dictum est hic necopinata res, quemadmodum in fine primi libri de Lucretia, nec opinato uiri aduentu. Sic & Cicero loquitur. Ad hoc prolīxa barba.) O factum flagris dignū. Quum Liuius scripserit: Ad hoc promissa barba, ueluti indicat Vuormaciense exemplar, amissus aliquis erasa dictione promissa, suppositus, prolīxa. Sic libro quinto: M. Papyrius unus ex his dicitur Gallo barbam suam, ut tum omnibus promissa erat, permulcenti scipione eburneo in caput incusso iram mouisse. Significat autem promissus longum siue prolīxum, quasi procul missum. In hunc enim sensum etiam promittete uerbum usurpatur. Liuius noster libro sexto: Satis cōstat magnam partem plebis uestem mutasse, multos mortales capillum ac barbam promississe. Postulare minaciter magis quā suppliciter.) Decet hic ad uerbum multo. Postulare multo minaciter magis quā suppliciter. Contracti ad consules.) Mendosa uerba sunt. Scribe, contracti ab consulibus. Iamq; ab omni parte munimenta uallabantur.) In gens hic erratum occupauit codices Liuianos. Legendū pro uallabantur, uellebantur. Significat enim Volscos munimenta Romanorum ab omni parte euulsisse. Nocte in urbe nunciatum est.) Scribendum, Nocte in urbem nunciatum est. In magna iam spe undiq; paratæ pacis.) Reponē, partæ pacis. Adeo in alteram causam non collega solum præceperat.) Non aliter in codice manu descripto legitur. Nisi quod in margine minutiore scriptura adnotatum erat, præceps erat. Quam lectiōnem probauit M. Antonius Sabellicus, monens etiam præceps ierat legi posse. Sed tamē si quis me audiat, potius leget: Adeo uel alteram causam non collega solum præceperat, sed omnis factio nobilium. Hęc lectiō sincera est ac germana. Ante dixit Appium uehementis ingenij uirum fuisse, quem paulo post immitem natura uocat. Porro nihil addubito si superesset adhuc Sabellicus, quin mihi subsciberet. Nam candorem hominis ædita scripta fati testantur. Et ego meliorum admonenti, non solum in hijs Liuianis, sed & in Plinianis ac aliorum autorum castigacionibus libēter cedam. Quin gratias insuper sum habiturus. Nam cupio subueniri rei literariæ. Hoc fortassis nō abs re fuerit monere, propter ciuitates, accipiendum hic præcipere pro ante capere siue præsumere, quemadmodū & libro tertio usurpat ita scribens: Nec ex quo castris castra conlata sunt, inquit, cessatū à leuibus prælijs est, facile patiente dictatore, conferendo uires, spem uniuersæ uictoriæ tentato paulatim euentu certaminū tuos præcipere. Et apud Cæsarem in Commentarijs: Hęc usu uentura Cæsar opinione præceperat. Præcepit autem Appius uel causam alteram, quum prius proposita sententia, nobiles omnes habuit astipulatores. Quemadmodum ex hijs quæ ante dicta sunt liquere potest. Neq; cum decreuisset, quisquā obtemperabat.) In antiquo uolumine legitur: Neq; cum decreisset. Quod uerbum κατά συνκοπήν uidetur soruisse solenne. Sic rursus libro tertio, Licetor decreisse ait. Verterāt.) Sic dixit hic, metusq; omnis & periculum libertatis in creditores à debitoribus uerterāt, ut supra: Libertatem aliorum in suam uertisse seruitutem inter se conquerebantur. Et paulo inferius, Ea in caput uertit. De multa loquens. Item libro decimo tertiæ Decadis. Et induratus præter spem resistendo timor hostium, ac ne uertat in audaciam periculum est. Sic enim nos illic legendū docebimus, quanq; aditiones uulgatæ contineant, Ac ne uertatur. Habet autem in allegatis exemplis uerbo passiuam significationem. Non esse tamen desertam omnino rempublicam.) Antiqua lectiō: Non esse tamē deseratam. Ut etiam legi possit: Non esse tamen desperatam omnino rempublicam. Porro deserta erat id temporis respublica magis quam desperata. Ad patres referūt.) Codex manu scriptus habet: Ad patres deserunt. Quod uero mox sequitur, sed delatam consulere recte dictum est. Sic enim Plautus. Ibo, & consulam hanc rem amicos, quid faciendum censeant. Tum uero ad fellas consulum prope conuolauere minimus quisq; natu patrum.) Adulteratus locus est. Legendum: Tum uero ad fellas consulum prope conuolare minimus quisq; natu patrum. Sensus est. Quum patres in curia conuenissent, iuniores inter hos quibus calchat sanguis, non contenti in suis subsellijs dixisse quæ sentiebant, immemores maiestatis cōsularis, ad ipsas propemodum consulum fellas conuolabant. Erroris causam fuisse uideo, quod ad uerbum prope bonus ille uir, quisquis fuit, cum uerbo conuolare construerit, quod retro erat referendū. Notat autē immodestiam Liuius iuniores patres. Senatus tumultuose uocatus.) Sic distingue. Senatus tumultuose uocatus subauditur, est. Tumultuosus consulitur. Dicitur est, consulitur, impersonaliter. Cuius maiestatem uiolauit.) Suspicio legendū, uiolabit. Nā uulgus ueterū librariorū solitū fuit subinde u pro b & uicissim b pro u ponere. Quæ res mire uitiauit omnes autores. Rursus Virginij Largijque exemplo, haud salubrem utiq; Largij putabant sententiā, quæ totam fidem tolleret.) Obscurus locus est, quia deprauatus. Demiror quomodo se hinc explicent professores, qui in publicis auditorijs Liuium enarrāt. Et uix est autor in scholis tritior. Quid hic affererat ille professor Achilles Philippus Beza roaldus, qui toties priuatim & publice Liuianas Decades Bononiæ prælegit: Restitue & distingue sententiā hoc modo: Rursus Virginij Largijq; exemplo haud salubres. Vtique Largij putabant sententiā, quæ totā fidem tolleret. Expone uero sic: Rursus Virginij Largijq; subaudi sententiæ, exemplo haud salubres. subaudi, uidebantur. hoc est propter exemplum. Vtique Largij putabāt sententiā. Subaudi, eam esse, uel talem esse, quæ totā fidem tolleret. Quid nūc apertius Liuianis uerbis: Multis, ut erat, horrida & atrox uidebat Appij sententiā. Rursus Virginij Largijq; exemplo haud salubres. Vtique Largij putabāt sententiā, quæ totā fidē tolleret. Mediū maximē & moderatū utroq; cōsiliū Virginij habebat, Ut imperium

Ut imperium suo uehemens mansueto permitteretur ingenio.) Hic nodus est superiore intricatior. Mirum est cur huiusmodi loca non notentur asteriscis. Nam uerba ista nullo sensu dicuntur. Et nescio an seculo nostro quisquam hanc Liuianam sententiam intellexerit. O securitatem lectorum, o nimiam securitatem enarrantium. Immo non nihil dubito an Clementianus & Flavianus Nicomachus Dexter, ac Victorianus VV CC qui ante nos primam istam Decadem emendarunt, locum hunc satis perceperint. Id quod ideo potissimum dico, ut lectores excitem. Habet antiqua lectio: Imperio suo. In cæteris conuenit: nisi quod est illic, Permitteretur. in quo uerbo omnis sita est difficultas: pro eo deprehendi tandem scribendum, Remitteretur. ut sic legamus: Sed curæ fuit consulibus ac senioribus patrum, ut imperio suo uehemens, mansueto remitteretur ingenio. M. Valerium dictatorem, M. Volesi filium creant. Sic enim in scripto codice est, non Valesi. Sensus est: Curarunt consules, ut talis eligeretur ac constitueretur Dictator, qui ob dictaturam quidem uehemens & nimium potens, mansueto tamen remitteretur ac mitigaretur ingenio: itaq; M. Valerium, dictatorem creant. Plebs etsi aduersus se creatum dictatorem.) An in excusis exemplaribus omnibus, certe in Asulanico, quod nunc solum est ad manum, hic Videbat uerbum deest, Creatum dictatorem uidebat. Tu reponc. Itaq; effuse & contemptum pugnam iniere.) Habet Vormaciense uolumen, Inire. subaditur, cœperunt. infinitiuis pro præterito imperfecto, more historicorum. Vbi ad manum uenisset hostis, tum cohortes tota uigladis rem gerere.) Ingens erratum hic inuasit Liuianos codices, scribendum, Tum cohortes: pro Cohortes. participium est à coorior. Paulopost est in ueteri libro: Insidias incidissent. non, In insid. incid. Fundit fugatq; exiitq; castris.) Antiqua lectio: Fundit fugatq; exiit castris. Equitatu misso mediam turb. host. aciem.) Scribe: Equitatu immisso. Dictator triumphans Romam inuehitur.) Repone, Urbem inuehitur. Hic expositio dictionem expositam de sua possessione deiecit. Id male commissum ignauia hostium in bonum uertit.) Elegans oratio est, ut Verit, accipiatur absolute: quemadmodum supra quoq; admonuimus. Et, Ignauia hostium: septimo casu dictum est. Verit, expone Ver sum est. Apparuit causa plebis suam uicem indignantem magistratu abiisse.) Hic quosdam nihil offenderet, Scio. Verum hoc ausim dicere si ita scripsit Liuius, non recte usum pronomine Suam. Dicendum enim fuisset, Ipsius uicem: non, Suam uicem. Hæc crassos lectores non mouent. Castigandus est locus. & hoc modo legendus: Apparuit causa plebi. hoc est, Plebes causam intellexit. Suam uicem indignantem magistratu abiisse. Tamen quia in consulum uerba iurassent.) Exemplar scriptum habet: Tamen quoniam. Cur hoc mutatum sine causa? Trans Anienem amnem tria ab urbe mil. pas.) Est, uerbum hic omissum rursus infere. Trans Anienem amnem est. subauditur, mons sacer, tria ab urbe millia passuum. Placuit igitur oratorem ad plebem mitti.) Scribendum est quemadmodum habet codex Borbetomagensis: Sic placuit igitur orat. ad pleb. mitti. Sic: hoc est, ad reconciliandam concordiam ciuitati. itaq; non est superuacaneum. Omnia in unum consentiebant.) In uetusto uolumine legitur, Consentiant. Et mox: Suus sermo fuerit. arbitror scribendum: Tempore, quo in homine, non ut nunc, omnia in unum consentirent, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerit. Porro conuenient modi, si ad narrantis Liuij uerba retuleris. Mature confecto cibo sanguinem.) Onugatorem qui hic pro Maturum confecto cibo sanguinem: scripsit, Mature confecto cibo sanguinem. intelligens à uentre mature cōfici cibum. Paulopost in ueteri codice est: Spurius Calsius & Posthumus Com. Cædeq; in proximo urbis facta.) Legendum: Cædeq; in proxima urbis facta. hoc est, in proximas partes urbis. Intelligit ades uicinas portæ per quam iruperat. Ignem temere arreptum.) Scribe: Ignem temere abreptum. Loquitur de igne quem forte è foco abriperat. Primo ortus.) Antiqua lectio: Primo ortu. hoc est, in principio statim. Sed quæsitum in Sicilia quoque.) Repone: Sed quæsitum in Siciliam quoq;. Expone, dimissis non in Hetruriam modo sed in Siciliam quoq; quæsitum: hoc est, ad quarendum. Frumentum cum Cumis coemptum esset.) Lectio uetus: Frumentum Cumis cum coemptum esset. Ex Hetruscis frumentum Tyberi uenit.) Liuius scripsit: Ex Tuscis. sic enim in archetypo manu scripto legitur. Antè uero dixit, In Hetruriam: nunc subdit, Ex Tuscis. ne eodem statim uocabulo bis utatur. De qua re supra quoq; admonuimus. Eo sustentata est plebs.) Antiqua lectio: Eo sustenta est plebs. A sustinendo, non à sustentando. Sic infra: Vnus ille uir ipse consul rempub. sustinuit. Infra tamen dicit: Diu sustentatum id malum. Incommodo bello in tam arcus com meatibus uersati forent.) Ingens hic erratum est: nam pro Versati forent, scribi debet Vexati forent. Agitatumq; in senatu, quantum plebi daretur.) Pudendum & hic erratum. legendum autem: Quanti plebi daretur. Si quidem agitatum fuisse de pretio quo frumentum plebi uenderetur, sequentia satis indicant. Et illud in primis quum dicit, Conditionibus laxandi annonam, patres, omnia inuitis iura imposita potuisse demere sibi. Itaq; qui istam scripti codicis lectionē amplectatur, exponet quod sequitur, Si annonam ueterem uolent, & Utantur annona quam furore suo fecere, de pretio ueteri, & annone caritate. Cur Sicinium pollentem uideo.) Lege: Potentem uideo. Utantur annona quam f. s. f.) In editionibus peruulgatis hic uerbum Fruantur, deest: inferendum hoc modo: Rapiant frumenta ex agris nostris, quemadmodum tertio anno rapuere: fruantur, utantur annona quam furore suo fecere. Fruantur, subaudi raptis. nam ad priorem sententiam est referendum: & est ironia. Absterrendo singulos à contionibus concilijs.) Non contemnendū erratum hic irrepsit in exemplaria Liuiana: scribendum: A coitionibus concilijsq;. A uerbo Coire, quod congregari significat. Sic

Videbat uerbum deest
Inire pro iniere
bant

Coortos scribendum pro cohortes

Exiit castris
Equitatu immisso

Urbem inuehitur

In bonū uertit

Apparuit causa plebi. Suam uicem

Tamen quoniam

Trans Anienem amnem est

Sic placuit igitur orat. ad pl. mitti.

Consentirent, pro consentiebant.

Fuerit pro fuerat

Maturū confecto cibo sanguinem, Non, maturē

Vexati forent, legēdum pro uersati

Quanti plebi daretur, pro quantum pl. daretur

Coitionibus legendum, pro concionibus

β libro

libro tertio: Quum, inquit, & per coitiones potentiorum iniuria fieret. Instaurandis hæc causa fuerat ludis.) Archetypus docet hic legendum esse: Instaurandi hæc causa fuerat. subauditur ludos. Deinde quod sequitur ita distinguendum, Ludis mane seruum quidam patrisfamilie: & cætera. Ludis, hoc est die ludorum magnorum. T. Latino.) Vetus lectio: Tito Latino. Sibi ludi præfultorem displicuisse.) In exemplari scripto legitur: Sibi ludis præfultorem displicuisse. expone, ludis, hoc est die ludorum magnorum. Et aptius uocat miserum illum seruum, qui cæsus uirgis per medium circum saltitauerat ex uehementi dolore, præfultorem, quàm præfultorem. Porro sequitur: Quanquam haud sane liber erat religione animus. Ibi in Vormaciensi codice è margine mehercle elegantem annotationem, quæ Clementianum, siue huius filium Flavianum Nicomachum Dextrum, siue Victorianum, certe ueterem aliquem authorem arguit, in medium contextum retulit scriba. Eam libuit hic subiungere in gratiam studiosorum. Habet autem sic: Ludi ex instauratione, quos displicuisse Ioui Latinius ab eo per somnium monitus ut nuntiaret, debereq; repeti, dum non uult magistratibus nuntiare, taciturnitas orbitate punita est. Quippe qui n. n. m. sed u. p. incolumes fumus.) Legendum: Incolumes simus. Primum dicenda uobis consules ratus sum.) Castiga: Prius dicenda uobis. Ne cuius facti dictiq; contagione præfens uoluer.) Pro Dictiq;, reponere Dictiue. Si hæc profectio & non fuga est.) Scribendum: Si hoc, profectio, & non fuga est. Satricum, Longulam.) Nusquam ferè maior exemplarium uetustorum diuersitas, quàm in nominibus proprijs uel hominum uel locorum. In Vormaciensi codice semper est Longuia. Sic autem hic habet: Satricum, Longuiam, Poluscam, Coriorolos, Nouellam, hæc Romanis oppida ademit: inde Lauinium (fortè Labinium) recipit: tunc deinceps Corbionem, Veteliam, Trebium, Labicos, Pedum cepit: postremum ad urbem à Pedro ducit, & ad fossas Cluuias.

Et quam armis uiri defendere.) Non est absurda lectio. sed tamen in scripto uolumine legitur: Et quoniam armis. Coriolanus propere ut amens.) Adulteratum uerbum est Propere. tu reponere Propere. Coriolanus propere ut amens. Munus uulgatum à ciuibus esse in socios.) In uetusto codice quidam scripserat Esse. Paulopost illic est: Quid ita enim. Item: Partem tertiam. Certatim plebi indulgere.) Antiqua lectio: Ut certatim, indulg. Idq; propius fidei est.) Emenda locum: Idq; propius fidem est. Apparet quàm fuerit uersatus in lectione bonorum authorum, qui non putabat Latine dici, Propius fidem. S. Cornelio, Q. Fabio consulis.) In ueteri uolumine est: Seruio Cornelio. Seditio domestica bellum externum exciuit.) Corrupta sententia est. scribendum: Eo infestior facta plebes, seditione domestica bellum externum exciuit. Sensus est: Seditionem domesticam externo bello dedisse occasionem. Neq; enim rebellassent Volsci & Aequi, nisi discordibus Romanis. Patres satis superq; gratuiti furoris in multitudine credentes esse.) Restitue sententiam hoc modo: Patres satis superq; gratuiti fauoris in multitudinem credentes esse. Arnonam Latinam urbem.) In libro scripto legitur: Ortonam Latinam urbem. Nec est mox, Minitabantur: sed Minabantur. Infra sic distingue: Ducendus Fabio in Veientes, in Aeq. f. datur. Iniusi signa referunt.) Mendosum uocabulum est Iniusi. tu castiga, In-

iusi signa referunt. Sic enim paulopost iterum loquitur: Iniusi, inquit, in castra reditum. T. Pontificus fuit.) Antiqua scriptura sic habet: TIB. Pontificius. hoc est Tiberius pontificius. Sic distingue: Et hic annus Tr. a. l. a. habuit, Tib. Pontificius fuit is, eandem uiam uel. Præceptis Appij moniti patres uniuersi.) Hic Et, particula magno sententiæ detrimento deest. Tu sic scribe: Præceptis Appij moniti patres, & uniuersi comiter ac benigne tribunos appellare, & consulares. Et quæ sequuntur. Nouemq; tribunorum.) Quid nobis hic Liuius narrat de auxilio nouem tribunorum: nonne ante dixit, duos tantum creatos tribunos, qui treis sibi collegas asciuerint? Num igitur memoria lapsus est, qui decem tri-

bunos hic astruat, qui longe post sunt instituti, ceu Tertius liber indicabit? Inspiciamus ueterem codicem, consentiunt uerba. Ergo tuebimur lectionem: Minime. Scribemus: Nouemq; tribunorum aduersus unum moratorem publici commodi auxilio, delectum consules habent. Porro nouum delectum habitum dicit Liuius: id quod ideo factum est, ne proditor ille exercitus qui Fabium aduersus Veientes pugnarem penè destituit, magno reipublicæ damno rursus educeretur. Nouus igitur militum delectus habitus auxilio cæterorum quatuor tribunorum. Iam errori causam præbuit, quod sciolus aliquis nesciens adiectiuum, nouumq;, esse referendum ad substantiuum Delectum, quod paulopost sequitur, quum non quadrarent hæc duo uerba Nouumq; tribunorum, scripsit Nouemq; tribunorum. Id mendum è manu scriptis exemplaribus in excusos typis codices postea transfusum est: nec quisquam obseruauit. Debent hanc mihi gratiam studiosi, qui meo Marte post longam inquisitionem germanum hic uocabulum de postliminio restitui. Ea spes Hetruscos armauerat.) Scribendum: Hæc spes Hetruscos armauerant. Memoriaq; pessimi pr. bel. exempli terrebant.) Lege: Memoria pessimi proximo bello exempli terrebantur. Sine Que, particula annexa. nam hoc sermonis genus asseueratius est. Quidam in Vormaciensi codice castigat, Terrebat: ut Memoria casu, nominatiuo legeretur. Tergiuersatur tamen Fabius.) Sic scribe, distingue, adeoq; expone: Tergiuersantur tamen: subaudi Consules. Nam mox præcessit: Ad consules curritur. Fabius deinde ad crescentem tumultum iam metu seditionis collega concedente, quum silentium classico fecisset. Nisi uictores se redituros ex hac pugna fuerent.) Non erat hic opus mutare lectionem scripti uoluminis, quæ habet, Iurant. Præcedit enim aliud uerbum, Itaque certum & decretum est. Aliosq; iuratus inuocat deos.) Adulteratus locus est temeritate scioli cuiuspiam. Neque enim simpliciter hic inuocat deos, nam sequitur: Idem deinceps omnis exercitus

Sibi ludis, præfultorem displicuisse

Taciturnitas orbitate punita est.

Iniusi signa referunt

Nouumq; tribunorum aduersus unum moratorem publici commodi auxilio, delectum consules habent

Nisi iurant

exercitus in se quisque iurat. Proinde castigandæ sunt hic uulgatæ editiones ad codicem manu scriptum, qui sic habet: Si fallat, Iouem patrem, Graduumque Martem, aliosque iratos inuocat deos. Sensus est: Iram deorum Iouis & Martis sibi ipsi imprecatur, si fallat. Nunc apte cohercet sequens sententia. Idem deinceps omnis exercitus in se quisque iurat. Paulopost ubi uulgo legitur, Nunc armatis sibi: in antiquo uolumine est, Nunc armati. ubi subaudiri poterit uerbum lubent. Pugna iam ad manus.) Vetus lectio: Pugna iam in manus, iam ad gladios, u. m. e. a. uenerat. Paulo inferius ubi uulgo legitur: Consultum Cæso Fabius. in scripto codice est: Gaius Fabius. Iterum paulopost: G. Fabius cum Tito Virgilio C. O. S. factus. Cn. Manlius.) Exemplar uetustum ter habet, Manlius: semel, Manlius. Item infra: Et sua sponte ipsi prælium renouant. Funera deinde duo, collegæ fratrisque ducit.) Ex his uerbis posset aliquis putare funera ista duo simul à consule & æquali honore ducta. Proinde non erat eradendum hic aduerbium Deinceps: quod unum post alterum ductum fuisse declarat. Ad ordinem enim Deinceps refertur, significans aliquid gradatim fieri. Itaque sic est restituendus locus ex archetypo Borbetomagensi: Funera deinde duo, deinceps collegæ fratrisque ducit. Sensus est: Prius ductum funus collegæ tanquam consulis, posterius fratris funus. Quæ res & Fabij modestiam commēdat. Sic libro quinto: Sed antecedente fama nuntijsque Clusinarum, deinceps inde aliorum populorum plurimum terroris Romam celeritas hostium tulit. Rursum eodem libro: Intuemini enim horum deinceps annorum uel sequēdas res uel aduersas. Iterum libro sexto: Interreges deinceps M. Manlius Capitolinus, Ser. Sulpicius Camerinus, L. Valerius Potitus: hic demum, Deinceps, id est quod uulgo dicunt, alius post alium, & sic celsiue. Quam recens dolor proximæ cladis transisset.) Antiqua lectio, Transiret. Nec erat opus mutare. Ex iauore & admiratione stupens.) Præpositionem Ex, inter prælegendum aliquis adiecit, quæ postea recepta est in contextum. Tu rursus deme. Sequitur infra, Id primo acerbum indignumque uentibus est uisum. Exemplar antiquum. Hæc spes adeo prouexit.) Lectio uetus, Hæc spes pro uexit. Quæ res paucitatem eorum insignem.) Inse hic particulam, & Quæ res & paucitatem eorum insignem, & multitudinem Hetruscorum &c. Sic Liuius loqui solet. Eo nisi corporibus.) Anixtor nixus dicimus & nixus. Sed uideo magis Liuius placuisse nixus. Ut hic, Eo nisi corporibus. Et inferius paulo: Quum et patres minus que pro Coriolano adnisi essent. Rursum infra: patres quoque non temere pro ullo æque adnisi sunt. Ut taceam de alijs locis. Ut primo pugnatum sit ad Spei.) Consentit exemplar Borbetomagensis. Sic autem dictum est hic, Ad Spei, quemadmodum ante, Ad Iouis Statoris.

Quod inopia frumenti, quamuis præcipitiam, dum celeriora essent, agebant consilia.) Hic locus non solum in æditionibus peruulgatis omnibus est adulteratus, sed & in manu scripto codice, qui ut recte habet, in præcipitiam, sic perpetam continet, agebant. Tu sic castiga, Quod inopia frumenti, quamuis in præcipitiam dum celeriora essent, agebat consilia. Siquidem inopia nominandi casu dictum est. Aegritudineque: inde morbo absumptum esse.) Scribendum est, Negant tulisse ignominiam aegritudinemque. Inde morbo absumptum esse. Aegritudo refertur ad animum, Morbus ad corpus. Ut dum dispersi alij, alij manipulatim excurrunt.) Lectio uetus, Ut dum dispersi, alij alia manipulatim excurrunt. Alia, subaudi porta. Nam mox sequitur, ea porta caperetur. O pulchre tractatum Liuium. Cui signum primum intulerat.) Repone, Cui signa primum intulerat. Sic infra, Nec ante restitit, quam signa inferentem Volscum munimentis uidit. Duæque potentissimæ, & maxime finitimæ gentes superatæ sunt.) Legendum ad uolumen scriptum, duæ potentissimæ & maximæ, finitimæ gentes superatæ sunt.

Nec tamen percelli potuere, ut acie dimicarent.) Archetypum scriptum habet, Nec tamen perpeti potuere, ut acie dimicarent. Suspicio scripsisse Liuium, Hæc tamen perpeti potuere, quam ut acie dimicarent. Subauditur potius, aut facilius, aut simile comparatiuum, more Græco. Quod orationis genus etiam alibi indicabimus in libris sequentibus. Adeoque neminem noxæ poenitebat.) In exemplari scripto legitur, noxiæ. Dicitur autem noxia substantiue non minus quam noxa. Hoc admonendum duxi, propter eum qui hic pro noxiæ scripsit, noxæ, uelut emendans locum. Palamque ferrent.) Legendum, palamque ferretur. Impersonaliter. Inferius paulo uetus codex habet, cum in senatum uocari iussissent. Magis placet uulgata lectio. Qui eum uexandis prioris anni consulibus administraturum tribunatum credebant.) Vetus lectio, permissurum administraturum tribunatum credebant. Opinor legendum, Qui eum uexandis prioris anni consulibus permissum administraturum tribunatum credebant. Nam illi plebs tribunatum plane permisit, Paulopost est in ueteri, cum recentior, tum acrior. In accusationem Appij.) Deest hic pronomen ipse in æditionibus peruulgatis. Ipse in accusationem Ap. Sequitur paulopost iuxta antiquam lectionem, Ego hic aut in conspectu uestro moriar. Dum tribuni consulesque.) Antiqua lectio. Dum tribunique consules ad se: Coniunctio scribendum, Dum tribunique consulesque ad se quisque omnia trahant. Paulopost, lege, Ut siqua secessio plebis fieret, ad se receptum haberet. Non, haberent. Quæ domi esse, eo liberior.) Castiga, quæ domi, esse liberior. Se unico consule obiecto contra Trib. pot.) Scribe, electo. Nequaquam tanta patrum spe, priores impedierant consules.) Lectio manu scripti codicis, nequaquam tanta patrum superiores impedierunt consules. Lege, nequaquam tanto patrum, Subaudi conatu, superiores impedierint consules. Iam totus Ambitus sic legi poterit, Eadem in militia fauicia quæ domi, esse liberior, quod sine tribunatibus uinculis erat. Odisse plebem plusquam paterno odio. Se uictum ab ea. se unico consule electo aduersus tribunatiam potestatem, perlatam legem esse quam minore conatu, nequaquam tanto patrum, superiores impedierint consules. Ut

Aliosque iratos inuocat deos, pro aliosque iuratus inuocat deos

Deinceps Funera deinde duo, deinceps ducit

Se aegre recepere

Aegritudo Morbus

Tribuni plebei, hoc est, plebis inuictus ille od. pl. a. interdū monetur.) Scribe, moueretur. Mox pro tribus infinitis, agere, dicere, uocare, reponere, ageret, diceret, uocaret. Item tribunos plebis potius quā Trib. plebeios. Nam in libro scripto legitur, tribunos plebei. Iuxta quintam inflexionem, quemadmodū & Plinius auunculus usurpauit. Porro subinde legitur in exemplari archetypo: Tribuni plebei, non plebis. à nominatiuo plebes, non à denominatiuo plebeius. Duplicariosq.) quidā in uetusto uolumine scripserat Duplicariosq.)
Laudatio, pro oratione funebri Omnis militi data est.) Antiqua lectio: Ea omnis militi data est. Tum duci, tum p. d. p. q. p. exercitus redijt.) Melius in Archetypo Vuormaciensi legitur: Quum duci, tum propter ducem patribus quoq; placatior exercitus redit. Aut supplex prehensaret homines.) Volumen uetustum non hie modo, prehensaret habet, sed & alijs innumeris locis. Item, prendi, quod uulgo legitur prehendi. De qua re semel admonuisse sufficiat. Ante tamen quā prædicta dies ueniret.) In antiquo codice legitur, prædicta dies. Tu scribe producta dies. Cuius collaudationem cum tribuni plebis impedire conarentur.) Quid hic facit collaudatio? Emacula locum ad fidem exemplaris uetusti. Cuius laudationē quum
Ira uertit ad populationē agri Nō, uertitur Tr. pl. impedire conarētur. Sequitur autem mox. Et laudationem tam æquis auribus mortui audiuit. Rursum libro quinto Matronis, inquit, gratiæ actę honosq; additus, ut earum sicut uiuorum post mortem solennis laudatio esset. Hoc uocabulo pro oratione funebri Cicero quoq; usus est in Catone Maiore: Est in manibus, inquit, uiri laudatio. Quintilianus libro tertio, Nam & funebres laudationes inq; pendunt frequenter ex publico aliquo officio. Omnis ira belli ad populationē agri uertitur.) O hominem doctū, qui hic pro uertit supposuit uertitur. Tu reponere, uertit. De quo genere sermonis supra admonuimus. Cum pro uicto relinqueret hostem.) Corrige, Cur pro uicto relinqueret hostem.
Dum se putant uincere, uicere P. Quintius.) Antiqua lectio. T. P. Quintius. Sic paulo superius scriptum fuit: L. P. Valerio T. Aemilio C O S S. Vbi uulgò tantum legitur, L. Valerio. Impetu facto dum se putant uinci, uicere.) Non intellexit Liiij sensum, qui hunc locum adulterauit. Nam dicit autor salubri mēdacio de fuga hostium, concitatam aciem fuisse cessuram alioqui. Itaq; quum putarēt se uincere, qui tamen succumbebant, animo resumpto, uicere. Vide quid potuerit opinio duntaxat uictorię. Germana lectio sic habet: Impetu facto, dum se putant uincere, uicere. Cornicines tibi cinesq.) Scribendum, Tubicinesq.)
Saxa obiacentia Ferocius agunt equites circumfusi ducibus.) Vetus lectio: circumfusi duci. Saxa adiacentia pedibus ingerit in subeuntes.) Reponendum: Saxa obiacentia pedibus ingerit in subeuntes.

IN LIBRVM TERTIVM PRIMAE DECADIS
 Annotationes per Beatum Rhenanum.

TRibunicij se iactari actionibus.) Scribendum: Tribunicij se iactare actionibus. Elargiēdo de alieno.) Vitiatus locus est. Corrige: Et largiēdo de alieno. Totam uero sententiā sic distingue: Possessores & magna pars patrum tribunicij se iactare actionibus, principem ciuitatis, & largiēdo de alieno popularē fieri querentes. Consilio neutri partium acerbo.) Reponere, neutri parti. Antium propinquum.) Lectio uetus: Antium, propinquam, opportunam & maritimam urbem. Sic infra: Colonia sidam, propinquam, infamem fieri. Triumuiros agro dando creant.) In Archetypo Vuormaciensi legitur: Triumuiros agro dando creat. Subaudi Fabius C O S. Ab his proximi audita.) Co dex manu scriptus habet: Ab ijs proxime audita. Quam lectionē si quis sequi uolet, cogetur mox legere, ferri. Mox illic est, uocato dein senatu. Funestam ei populationem fecit.) Ei datius non est in exemplari Borbetomagensi. Nec est hic necessarius. Censā ciuium capita centum quatuor & x x millia, C C X IIII.) Antiqua lectio: Censā ciuium capita C IIII. A C C X IIII. Fortasse scribendum: Quater cētena millia, Ducenta quatuordecim. Adeo ciuitates hæ perpetuo.) In archetypo legitur: Adeo ciuitates eæ perp. Quidnam rei esset.) Vetus lectio: Quid rei esset. Absq; parelco nam. Se in castra recepit.) Scribe: Se intra castra recepit. In incautum hostem.) In uolumine Borbetomagensi legitur: In cautum hostem, Nec displicet lectio. Præcedit enim: Tanta uicē castra circumfessa atq; oppugnata fuisse, ut ne nuntius quidem Romam mitti potuerit. Non itaq; Furiosus hostes est adortus tanquam parum cautos, sed quia copiæ illorum propter obsidionem diuisæ erant, suæ uero collectæ. V Mil. ac C C C.) Manu scriptum exemplar tantum habet: V A C C C. Hoc est, quinquies mille, trecentos. Inde Romam reditum est.) Locus uitiatus: Tu corrige, Vt Romam reditum est. Mox præcessit Inde, quod uerbi hic repetijt scriba parum attentus. Et auxere uim morbi terrores populationis.) O homines bliteos imbecillesq;, quibus terrores populationis auditi solum auxerunt uim morbi. Quid futurum erat de istis, si ipsi hostes in conspectum uenissent. expiraturi erant præ metu. Hoc ne cōuenit Romanis: Deprauauit sensum unica dictio perperam mutata. Sic scribe: Et auxere uim morbi, terrore populationis pecoribus agrestibusq; in urbem acceptis. Expone, auxere uim m. Subaudi, Romani. pecoribus agrestibusq; in urbē acceptis, terrore populationis, id est, ob terrore populationis hostilis. Mox est in ueteri: Inde exercitu ingēti. Per Lauicanos agros.) Supra fuit scriptū: Labicum. Hic habes Lauicanos agros. Mos fuit ueterū scribarū u pro b ponere, & uicissim b pro u. quod etiam alibi indicaui. Late euagata est uis morbi.) Verbum euagata, non habet hic locum. Tu castiga: Late uagata est. Corpora salubriora esse cœpere.) Legendum ad fidem libri ueteris: Corpora salubriora esse incipere. Id est incipiebant, qui sermo familiaris est historicis. Cum exitus haud in facili esse

cili' esset.) Scribe: Quum exitus haud in facili essent. Numero multitudinis. Mox est in ueteri codice: Vbi etsi adiectum aliquid numero sit. Inter alia prodigia & carnem pluuisse: quam in urbem ingens numerus auium intra uolitando rapuisse fertur.) Hæc prodigia acciderunt Romæ dubio procul. Et tamen hic narratur, aues carnem illam pluuialem, in urbem rapuisse. Quædam periodi istius uerba prodigiose sunt corrupta. Nam pro, quam in urbem scribendū est, quem imbrem. & pro duobus uocabulis intra uolitando, reponendū unum uerbum, interuolitando. Dicimus enim Interuolito sicut interuolito. Præterea nō carnem pluuisse, sed carne pluuisse legendū. Ut hæc sit germana lectio, Inter alia prodigia & carne pluit, quem imbrem ingens numerus auium interuolitando rapuisse fertur. O negligentiam nostram ingentem qui non dignamur ueteres codices inspicere. Hoc prodigium Valerius Maximus libro primo, capite de ominibus & auspicijs, hijs uerbis describit: Carnesq; in modū nimbi, inquit, ceciderunt: quarum maiorem numerum præpetes diripuerunt aues. Reliquum humi per aliquot dies, neque odore tetra, neq; deformi aspectu prostratū iacuit. Vocat nimbium Valerius, quod imbrem Liuius dixit. Nequi in loca summa urbis impetus, cædesq; inde fierent.) Arbitror esse, nequi pro nequis, de quo loquendi usu ueterū etiam alibi dicturi sumus. Et si abscissæ res sint.) Archetypon Borbeto magense habet: Etsi abscissæ res sint, Vtraq; mendosa lectio. Tu meam autoritatem secutus scribe: Et si accissæ res sint, hoc est amputatæ, exhaustæ, debilitatæ. Sic libro sexto: Post accissas, inquit, à Camillo Volscorum res. Et paulo post: Quanquam, inquit, nuper Camilli ductu atq; auspicio accissæ res erant. Metaphora deducta uidetur ab auibus quibus alæ amputantur. Eijcere Antiates colonos.) Hic locus fuerat asterisco notandus. Sed professoribus omnia plana sunt. In uerbo eijcere non mendum est, sed portentum planè errati. Siquidem legendum: Ecetræ Antiates colonos. Et ita distinguenda sententia: Antij summam rei positam, Ecetræ Antiates colonos palam concilia facere. Id caput, eas uires belli esse. Fuit Ecetra Volscorum oppidum. Porro faciunt ad hunc locum intelligendū quæ supra sunt dicta. Libet ea repetere: Itaq; Aequi, inquit, ab Ecetranis Volscis præsidium petiere: quo cupide oblato (adeo ciuitates eæ perpetuo in Romanos odio certauere) bellum summa uis parabatur. Sentiuunt Heronici & prædicunt Romanis Ecetranū ad Aequos descisse. Suspecta & colonia Antium fuit, quod magna uis hominum inde, quum oppidum captum esset, confugisset ad Aequos. Isq; miles per bellum Aequicum uel acerrimus fuit. Compulsis deinde in oppida Aequis, ea multitudo dilapsa quum Antium redisset, sua sponte iam infidos colonos Romanis alienauit. Hactenus Liuius. Quæ propterea dixi renarranda, ut manifestū euaderet, quur Antij summam rei positam fuisse dicat, & Ecetre potius q̄ alibi palam concilia facta. Sed uirum spe, sed manu obtinendū erat.) Antiqua lectio: Sed uirū spe, & manu obtinendū. Sibi qui non dicto, qui nō facto.) Alterum qui superabundare docet exemplar uetustum, in quo legitur tantum: Sibi qui non dicto, nō facto quencq; offendisset. In iuuentutē grafsantem in Suburra incidisse.) Antiquus codex tantum habet: iuuentutem g. i. S. incidisse. Semianimem inter manus domum allatum.) Scribe: semianimē inter manus domum ablatum. Cui reo capitalis dies dicta sit.) Violauit hic sciolus quispiam uerba Liuiana. Tu corrige: Cui rei capitalis dies dicta sit. Neq; enim dicimus diem capitale, sed rem capitale, id est, quæ uitā hominis in discrimen adducat. Veluti relegatus agello quodā in tugurio uiueret.) Et hic locus infeliciter instauratus est. Antiqua lectio habet: Veluti relegatus deuo quodam tugurio uiueret. Ex qua germanā sic restituit: Veluti relegatus, deuo quodam tugurio uiueret. Ad quatuor millia hominum.) Vetus lectio: Ad M. M. hominum. Id est, Ad duo millia hominum. Ad opportuna omnia urbis loca.) In scripto codice legitur: Ad opportuna omnis urbis loca. Auocato populo ab armis.) Scribe: Aduocato populo ab armis. Aduocato, subaudi, ad concilium. Sic infra: Propositis decem tabulis, populum ad concionem aduocauerunt. Ad multitudinem oratione conuersa.) Exemplar uetustum tantum habet, uersa. Siquis impediatur.) Lege: Siqui impediatur. Nam dictum est Siqui pro siquis, quod & Ciceroni solenne est. L. Manilius.) Antiqua lectio: L. Mamilius. Si se doceri fuissent.) In codice Vuormaciensi legitur, si se doceri sensissent. Non dubito quin scriptum fuerit, si edoceri se fissent. Sissent pro fissent. Sic enim aliquanto post sequitur: Duum, inquit, mensium spatium consulibus datum est, ad inspiciendam legem, ut cum edocuisent populum, quid fraudis occultæ ferretur, sinnerent deinde suffragium inire. Infra est: Pace parta, non, Parta pace. Cuius ordinis langore perpetuo iam tribuni plebis.) Vitiata sunt uerba. Corrige: Cuius ordinis languore, perpetui iam tribuni plebis. Perpetuos dicit, quod isdem subinde resicerentur. Id quod ex precedentibus magis liquet. Et ex eo quod mox sequitur: Loquaces, seditiosos, semina discordiarum iterū ac tertium tribunos, pessimis artibus ac regia licentia uiuere. Vbi obseruandū in archetypo nostro scriptum esse: iterum ac tertium tribunos, nō tertio tribunos. Huc facit quod infra dicit: Plebes, inquit, uicit ut quintum eisdem tribunos crearet. Et ibi mox: Id, inquit, modo exceperere, ne postea eisdem tribunos uiderent. Et uos (cum C. Claudij pace, & P. Valerij mortui loquar.) Expunge præpositionē, cum. Et scribe: Et uos (C. Claudij pace, & P. Valerij m. loquar.) Atenim diuinis humanisq; abruptis legibus, legem uos hoc anno perlaturus dicitur.) Fœde est deprauatus hic locus. Nam pro abruptis legibus, scribendum est, obruti sceleribus. hoc modo: Atenim diuinis humanisq; obruti sceleribus, legem uos hoc anno perlaturus dicitur. Porro uocat diuina scelera quæ in deos sunt commissa, dum non à sacrilegis propugnantur, quod uocabulū hic aliquem offendit. Sic uocat diuinas & humanas res libro quinto: Atque hijs diuinis inquit, humanisq;

Quæ imbrem,
pro quam in
urbem
Interuolito

Et si accissæ
res sint

Cui rei capita
lis dies dicta
sit, p cui reo,
capitalis dies
dicta sit

Siqui impediatur,
pro Siquis

Perpetui iam
tribuni plebis
iterum ac tertium
tribunos

Diuinis huma
nisq; obruti
sceleribus

B 3 rebus

rebus gestis Dictatura se abdicauit. Item humanas opes eodem libro pauloante: Quū iam, inquit, hūmana opes egestæ à Veijs essent. Et infra: Saluo etiam tum, inquit, discrimine diuinatū humanarūq; rerum. Mox est in ueteri libro, malè gesta Respublica est. Nescio quo fato magis bellātes, quā paucati propitios habeamus deos.) Reponere habemus. Nec censebit paruum hoc erratum Doctus lector, ut contemni debeat. Peragendi consularis officij partem ad se uendicabat.) Codex Borbet. magensis docet legendum: In peragendis consularis officij, partem ad se uindicabat. Paulopost in eodem est: Ad recipiendū Capitolium. Et tribunos, si eò adueniant.) Lectio uetus: Si eò ueniant. Senatus consulta fiunt: ut neque tribuni l.) In exemplari manu scripto, nō est particula, ut, quæ planè abesse debet, ut sua forma senatusconsultis constet, quorum primum ita incipit: Neque tribuni leg. Non permixtam unam sociorum ciuiumq;.) Scribe: Non permixtam uel permixtam. Sic enim in antiquo uolumine legitur, & placet lectio. Subauditur, aciem. Ut distinerent hostium copias.) Mendosum uerbum est distinerent. Tu castiga, distenderent, id est, distraherent, separarent. Sic libro nono: Distendit ea res, inquit, Samnitium animos. Paulopost est in ueteri, postquam moenibus iam Romanis pulso hoste. Ita esse multi priuatim ferebāt Volscio iudicem.) Reponere: Nisi ita esset, multi priuatim ferebāt Volscio iudicem. Quum ad iudicium ire non auderet, omnes eas res in unum congruenteis, haud magis dubiam damnationem Volscij, quā Cæsonis Volscio teste fuerat, faciebāt. Est autem ferre iudicem, uelut offerre iudicem. Sic infra: Proinde ut ille iterum ac sepius prouocet, sic se iterū ac sepius iudicem illi ferre, ni uindicias ab libertate in seruitutem dederit. Verba sunt L. Verginij aduersus Appium Claudium. Hoc sermonis genere & M. Tullius utitur. Romam redire legati.) Vetus lectio: Romam ut redire legati. Scribo: Romam ut redire legati, senatus iussit alit. Quod ubi senserunt hostes.) Melius in antiquo codice legitur: Quod ubi senserant hostes. Nihil tam nec inopinatum, nec insperatum accidere potuit.) Volumen manu scriptum habet: Nihil tam nec inopinatum, nec tam insperatum accidere potuit. Lego: Nihil tam nec opinatum, nec tam insperatum accidere potuit. Porro, nec opinatum subinde Lilius usurpat pro inopinato, quemadmodum & alibi admonuimus. Nisi effuse affluant opes.) Hic omissum est aduerbiū ubi in æditionibus uulgatis, Tu reponere: Nisi ubi effuse affluant opes. Bipalio innixus.) Archetypi scripti lectio, palo innixus. Sensus est: L. Quintium inclinasse in palum, qui forte illic erat terræ infixus. Nihil igitur opus fuit bipalio scribere, quod instrumentum est rusticum. Admiratus rogitansq; satine salua essent omnia.) In exemplari illo Borbetomagensi legitur: Admiratus rogitansq; sat iam satis ne salua essent omnia: Scribo: Admiratus, rogitansq; etiam satis ne salua essent omnia: Aut, Admiratus, rogitansq; satine salua essent omnia. Sic libro sexto: Percontatus satine salua. Proinde librarius uidetur mihi pro satine scripsisse sat iam, & glossam eius aduerbij, id est, satis ne retulisse in contextum. Sed qui tum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset.) Hic locus turpiter est uiolatus, ob unicam litteram malè mutatam. Legendum est: Sed qui cum stipendia pedibus p.p. fecisset. Legionibus dictatoris clamore significantibus.) Vitiatus locus est. Scribe: A legionibus dictatoris clamore significant, ab ea quoque parte rem in discrimine esse. A legionibus dictatoris, id est, a parte legionum. Significant, subaudi milites. Iam se ad prohibenda circumdanti opera Aequi parabant.) In æditione Asulanica legitur ita, Tu castiga: iam se ad prohibenda circumdanti opera Aequi parabant. Infra legitur in libro manu scripto, coronam auream dictatori libram pondo decreuerit. Appositiuè. Confestimq; se dictator magistratu abdicasset.) Scribe: Confestim se dictator m. abd. dispuincta particula que. Quod uero mox sequitur: Lanuuiū exulatum abiit, & est in exemplari uetusto: Lanuuium exilium abiit, poterit etiam legi: Lanuuium in exiliū abiit. Noua de delectu contentio exorta.) In uolumine Vuormaciensi tantum est orta, non exorta. Parumq; id plebi præsidium foret.) Sic in æditione Asulanica legitur, quæ nunc sola est ad manum. Tu reponere paruumq; id plebi præsidium foret. Inuidiæ tamen ad exercitum fuit.) Hic omissum est uocabulum, res. Restitue locum: Inuidiæ tamen res ad exercitum fuit. Cum de legibus conueniret, de latore tantum discreparent.) Scribendum: De latore tantum discreparet. Quemadmodum enim conuenit usurpatur, sic & discrepat. Ita quoque Suetonius usus est. Mox est in ueteri: Dein duo simul mala, nō deinde. P. Sextilius Capitolinus.) In manu scripto codice legitur: P. Sextius Capitolinus. Et mox: Sextio alteri consulū prioris anni. Et unica concordia inter ipsos, qui consensus in priuatis interdū inutilis esset.) Hunc locum sciolus quispiam pro libidine sua tractauit. Germana lectio sic habet: Et in unica concordia inter ipsos, qui consensus priuatis interdū inutilis esset, summa aduersus alios æquitas erat. Mox in nostro exemplari non est P. Sextium, sed loco prænominis dimissa lacunula. Eas leges habiturū populum Romanū, quas consensus omnium non iussisse latas magis quā tulisse uideri posset.) Delerunt hic quidam uerbum, quod in primis ad sensum facit. Nam in Vuormaciensi uolumine legitur, inuasisse non iussisse latas. Proinde sic restitue sententiam: Eas leges habiturū populum Romanum, quas consensus omnium inuasisse, nec iussisse latas magis quā tulisse uideri posset. In trinundinum indicta sunt.) Antiqua lectio: In trinundinum nundinum indicta sunt. Trinundinum etiam appellat Quintilianus quum inquit: Siue non trinundinum forte nundinum promulgata. Per illos se plebi uendicare.) Pudendum erratum est. Scribe: Per illos se plebi uendicare. Obsecundando mollire impetum aggrediunt.) In manu scripto uolumine legitur, tamen si mendose, obsequendo, se cum dando. Quorum prius libenter dicerem posterioris fuisse glossulam expositoricam, nisi scirem obsecundare plus esse quā obsequi. Ut intelligamus collegas non solum

solum obsecutos in ijs quæ cupiebat Ap. Claudius, uerum etiam obsecudasse & ultro hominis ambitionem adiuuisse. Ars ea hæc erat.) Pronomen ea nescio quis assuit aliunde. Non est in archetypo Borbetomagensi. Nec hic necessarium. Melius leges: Ars hæc erat. Pro hac occasione arripuit.) Et hic ablatiuum hac quispiam infulsit, quum nō sit in libro ueteri. Tu dispunge & lege, impedimentum pro occasione arripuit. Intercessionem quoque consensus sustulerant.) Ingens erratum hic est. Corrige: consensu sustulerant. Pronuntiabantur in foro.) Placet antiqua lectio: iudicia domi conflabant, pronuntiabant in foro. Infrà debet esse: Si eæ quoque leges. Tribunitiam pot. munimentum libertatis rem intermissam repararent.) Scribe munimentū libertati, id est, tribunitiam pot. quæ est munimētum ipsi libertati. Seu futuram munim. libertati. Hi ferè agere plebem plebisque res.) Insigne erratum huius loci, quum sit tam manifestum, mirum est quomodo doctos tam diu potuerit fallere. Vide quæ egre gie se ulciscantur ueteres libri non inspecti. Corrige: Hi ferre agere plebem plebisque res. id est, expila-
Ferre agere
plebem
bant plebem diripiebantque. Quo loquendi genere sæpe Liuius utitur. Sic alibi: Tum demū fracta per-
φίσειν καὶ
ἀγρυ
tinacia est, ut ferri agique res suas uiderūt. Item: Quum ante oculos prope suos, sociorum res ferri agique uideret. Hoc Græci dicunt φέρειν καὶ ἀγρυ, & φέρειν καὶ ἀγρυ. A quibus nostri usurparunt. Potentioris esset etiam, ne tergo quidem abstinebatur, uirgis cædi alij, alij securi subijci.) Malim sic distinguere: Et iam ne tergo quidem abstinebatur. uirgis cædi, alij securi subijci. Nam in scripto codice tantum semel est, alij. Infrà est, quid opus facto sit. Item: Postquã audita uox in foro est præconis. Hæc fremebat plebes.) Antiqua lectio: Hæc fremunt plebes. Sic ante habuimus: Quod haud secus factum improbant boni, quàm nemo facere ausurum crediderat. Vbi uulgo legitur improbabat. Senatūque in diem posterum edicunt.) In uolumine archetypo legitur tantum: Senatūque in diem posterum dicunt. Scribo, indicunt. Nec nominis homines tum pertesum esse.) Liuius indubie scripsit, quemadmodum attestatur liber manu scriptus: Nec nomen homines tum pertesum esse. Sic autem & Suetonius in Cæsare: Et quasi pertesus ignauitiam suam. Item, pertesus, ut scribit, morum peruersitatem eius. Quid igitur opus fuit hic scribere nominis. Licet non negem & id latine dici. Non solum enim accusatiuum id uerbum post se recipit, sed & genitiuum. Experirentur, quanto ferocior dolor in libertate sua uindicanda, quæ cupiditas in iniusta dominatione esset.) In exemplari ueteri pro ferocior scriptum est fortior. Nec est in libertate sua, aut in iniusta dominatione, sed tantum libertate sua & iniusta dominatione. Nam elegantius in subauditur utrobique. Quare crediderim sic scripsisse Liuium: Experirentur, quanto fortior dolor libertate sua uindicanda, quàm cupiditas iniusta dominatione esset. Paulo post est in ueteri: Qui anno iam prope. Oratio fuit precibus quæ iurgio similior.) Antiqua lectio: Oratio fuit precibus quæ iurgio similis. Subauditur, aduerbium magis uel potius. Cæterū neminem, maiore cura occupatis animis, uerum ex se præiudicium rei tantæ afferre.) Ausim iurare hunc Liuii locū uitiatum esse, tamen si utcumque stat sensus ut errorem nemo sentiat. Habet exemplar Vuormaciense: Cæterum neminem maiore cura occupatis animis uerum esse præiudiciū rei tantæ auferri. Lego: Cæterum nemini nō, maiore cura occupatis animis, uerum esse, præiudiciū rei tantæ auferri. Sensus est: Verum esse nec posse negari, nemini non auferri præiudicium rei tantæ, ideo quod animi maiore cura sint occupati. Porro præiudicium rei tantæ eleganter uo at, opinionem & sententiam quam senator prius
Preiudicium
rei tantæ
in animo suo concep am habet, planè dignam tanta re. Mox est in ueteri codice: De eo quo Valerius Horatiusque. Non, de eo quod. Senatu disceptante agi.) O fœdum erratū, quod prorsus sensum perdit. Scribendum: Senatu disceptante agi. Sensus est, bellis perfectis, & Repub. in tranquillum redacta,
Senatu disceptante agi
Disceptare.
tum uacabit ut senatus disceptet, id est, ambigat cōtendatque, ut in iudicio fieri solet. Nam hæc significat disceptare. Mox est in scripto uolumine: An donec leges quæ deessent perferrentur. Delectum quoque primo tempore haberi & decemuiros.) Repono: Delectum primo quoque tempore haberi. Decem uiros quo cuique eorum uideatur, ex. ducere. Absque particula connectrice, &. Non (quod simulabat) consulendo diremit certamen.) Legendum: Non cui simulabat consulendo diremit certamen. Quam gnauum in malitia ingenium esse. Melius in ueteri codice legitur: Quam nauum in malitia ingenium esse. Nauo enim opponitur ignauum. Strenuū id significat. Velleius: Naua uirilique opera. Mox habet scriptum exemplar: Et L. Sergio. Item, alia omnis penes milites noxia erat. Porro non minus latine dicitur noxia substantiue, quæ noxa. Pessima decemuirorum in uulg. s. est.) Ex codice manu scripto legendū apparet: Sepultus ingenti militum mœstitia, in pessima decemuirorum in uulgus fama est. Honestum ordinem in Alcido ducebat.) Cogitandum num legi possit, pedes tum ordinem in Alcido ducebat. Nam plebeius fuit. Certe peditem Romā uenisse, & mox in castra redijisse, sequentia testant. Appius amore ardens pretio ac spe.) Vetus lectio sed corrupta: Appius amore ardens mens pretio. Fortasse scribendū: Appius amore ardente amens pretio ac spe perlicere adortus. Nam sequitur infrà: Tanta uis amentia uerius quæ amoris mentem turbauerat. Aut, Appius amore ardens immenso pretio ac spe perlicere adortus. Aut, Ap. amore ardens sensim pretio ac spe perlicere adortus. Ibi namque in tabernis literarum ludi erant.) Volumen manu scriptum habet: Ibi namque in tabernaculis literarum ludi erant. Opinor Liuium scripsisse: Ibi namque uernaculi literarum ludi erant. Neque enim crediderim pueros & puellas in humilibus tabernis quæ muris affigi solent, quales fuerunt laniorum quarum mox meminit, & futurorum ac aliorum opificū, sessitasse in propatulo. Necdum uero temporibus illis opera Grammaticæ dabatur, quæ nulla adhuc erat. Nam sub secundū & tertium Punicum
A 4 bellum

bellum, ut autor est Suetonius in libello de claris Grammaticis & Rhetoribus, huius demum studium Romæ uigere cœpit. Ante id tempus erant ludi literarum Romæ, sed uernaculi tantum, nōdum uide licet loquendi scribendiq; regulis natis. Qualem & illum apud Falerios in Faliscis ludū fuisse dubium non est, cuius magister discipulos Camillo prodidit. de quo Lilius libro quinto faciet mētionem. Mo res ille docebat, ut uerisimile est, magis q̄ literas, & exercitijs corpora firmabat. Vernaculi ludi duo se orsum Selestadij fuerunt multis annis, Ludouico, Cratone, Hieronymo & Sapido, hic latinè profiten tibus. in altero pueri instituebantur, in altero puellæ. Neq; enim maioribus nostris promiscui ludi pla cuerunt, quales uidimus Basileæ, & alijs in locis. Institutionis summa erat, peritia legendi scribendiq; & numerandi. At postquam fatalibus istis tumultibus corrigendæ religionis causa, Germania turba ri cœpta est, huc res deuenit, ut uix ludi Latini quarta pars hodie sustineri possit: (Priores illos namq; professores serè quadringentis scholasticis frequente schola docuisse constat.) etiam uernaculo ludo puerorum duntaxat, in illum contracto. Adeo cōtemni passim cœperunt literæ, magno Germaniæ in commodo, quod posteris nostri sunt sensuri. Præcipue uero dolendū hoc eo tempore accidisse, quo me liores literæ paulo familiarius nostratibus innotuerant. Porro pro uernaculi scriba supposuit berna culi recepto illo more. Id uernaculi quum nihil significaret, uerit alius in tabernaculis. At quia taber nacula militum sunt tentoria, doctus aliquis pro tabernaculis substituit, tabernis. P. Numitorius pue læ auunculus.) In ueteri uolumine legit, auus. Subaudi, maternus. Dum præripent iter nun tij missi in castra.) Repono: Dum præripent iter, hoc est, ante caperent. De qua uerbi huius significa tione supra admonuimus castigantes libro secundo locum illum, Adeo uel alteram causam non colle ga solum præceperat. Sic libro proxime sequenti: Nec ex quo castris, inquit, castra conlata sunt, cessa rum à leuibus prælijs est, facile patiente dictatore cōferendo uires, spem uniuersæ uictoriæ tētato pau latim euentu certaminum suos præcipere. Nemo eum adibat.) Pronomen cum, inter prælegēdum adiecit aliquis. Non est in exemplari Borbetomagensi. subauditur autem tribunal, uel simile quippiā.

Præcipere
iter

In forum adducit.) Scribendum, in forum deducit. Quod ius sibi pridic per ambitionem dictum non esset.) Vocabulū ius non est in libro ueteri, ut putem absolute usurpari à Lilio dicendi uerbum. Proinde libet credere non prorsus absurdam esse paulo superius manu scripti codicis lectionē, ubi scri ptum est, iusto die se non dicturum, pro eo quod in uulgatis editionibus legitur, ius eo die se non dictu rum. Nam forte iustum diem uocat, quo posset iure dicere, subaudi sententiam uel ius. Cæterum, per

Per ambitio
nem dictum
non esset
Ambitio
decreta

ambitionem dictum non esset, intellige per gratiā. Vnde ambitiosa decreta iureconsultis, per gratiam facta, quæ rescindi iubet Ulpianus. Ad comprehendendam uirginem.) Vitiat locus est. Emēdas adprehendendam uirginem. Non enim M. Claudius comprehendere uirginem iubet, quod licitoris officium est, sed tanquam assertor & dominus prehendere. Sic mox Appius: I licitor, inquit, submoue turbam, & da uiam domino ad prendendum mancipium. Illic uero comprehendendi uerbum aptum locum habet, ubi aliquanto post sequitur: Clamore ad tam atrox facinus orto, excitus Appius cōpre hendi Virginiū iubet. Decemuir alienato ad libidinem animo.) Non erat hic opus mutare uete rem lectionem, quæ habet x uir alienatus ad libidinem animo. Negat, hesternum tantum conuicio.) Repono, negat, ex hesterno tantum conuicio. Mox est in ueteri, populum Rom. Filia in libertatem uindico.) Volumen scriptum habet, filiam in libertatem uindico. Nec est absurda lectio. Nisi quis ma lit legere, filia mi in lib. uind. Cæteraq; quæ in tali re.) Non dubito quin Lilius scripserit quemad modum est in libro uetusto: Eam ne liberorum procreandorū conditionem, ea pudicitia præmia esse, cætera, pro & cætera, subaudi clamitant, quæ in tali re muliebris dolor. Et quæ sequitur. Si iure age rent.) Scribe: Si iure ageret, subaudi Appius. Mox dele pronomen se, ibi quoq; se. Nam præcedit, uin dicare se à priuato. Vbi Virginiū maiorem q̄ liquerat in urbe, motum exciuit.) Scribendū, quam reliquerat. Flens diu uocem nō emisit.) Hic postremū uerbum perperam mutatum est. Debet enim

Vocem non
misit

esse, uocem non misit, quemadmodū antiquum continet exemplar. Porro saepe mitto pro emitto Li lius usurpat simplex pro composito. Sicut & missa participiū pro emissa. Si libere ac pudice uiuere licitum fuisset.) Lectio uetus: Si libere ac pudicam uiuere. Forte scribendū: Si libere ac pudicā uiuere licitum fuisset. Et sequitur paulo post: Quia non ultra pudica uictura fuerit. Illis quoq; enim filias, sorores, coniuges esse.) Liber antiquus habet, coniugesq; esse Siccij cædis memoria reuocata.) Scri bēdum est, reuocata. Porro quod hic est reuocata, paulo post dixit redintegrata. Redintegrata, inquit, extemplo est omnibus memoria fœdissimæ potestatis. Quam qui noua fama de Verginia.) Docet legendum codex uetustus, q̄ quem noua fama de uirgine adeo fœde ad libidinem petita accenderat.

Imminensq; etiam potestati.) Antiqua lectio imminensq; & potestati. Opinor legendū, imminēsq; ei potestati. Nam ipse postea tribunus plebis electus est, & eam potestatem restitui populo summis ui ribus urgebat. Sic libro sequente Lilius noster. Interim Romæ principes plebis iamdiu nequicq; im minentes spei maioris honoris. Ita enim legendum docebimus ad fidem uetusti codicis. Affirmante Duellio.) In exemplari Borbetomagensi legitur: Affirmante C. Duellio. Scituros: quod sine restitu ta potestate.) Codex uetustus habet, sciturosq;. Malim legere, scituros q̄ sine rest. pot. Au, sciturosq; quam s. r. p. redigi in cōcordiam res nequeāt. Vbi parum secessione moueamur. Manu scriptus co dex habet, Vbi parum secessione moueatur. Porro Lilius moueatur impersonaliter dixit. Paulo post legitur, Tum Valerius Horatiusq;. Item in castra accipiuntur, non accipiuntur in castra. Quippe li beratores

beratores haud dubie & motus initio & exitu rei.) In uolumine ueteri legitur: Quip. lib. haud dubie & motus initio exitu rei. Nescio an Liuius scripserit: Quippe liberatores haud dubie motus, initio exitu rei. Absq; copula & nam hanc saepe solet omittere. Intra legitur: Ad impugnandos alios, non impugnandum. Conuellunt inde signa.) Hoc uerbum obuium subinde est apud Liuium. Sed hoc loco placet mihi lectio uetus quae habet, Conuertunt inde signa. Est autem conuere signa redeuntiu. Sic libro octauo, Et quum iam portis prima signa & pars agminis esset egressa, nuntio allato de clade Latiorum, quum conuersis signis retro in urbem rediretur. Porro offendit iam olim quosdam hoc uerbum. Vnde & in Vuormaciensi codice ascriptum est in margine, conuellunt. Quae lectio deinde in uulgatas istas aeditions est recepta. Tum C. Sicinium progeniem eius, quem pri.) Scriptura uetus habet, progenies eius. Suspicio Liuium scripsisse: Tum C. Sicinium, progenie eius, hoc est, ex progenie eius.

Vt quod tribuni plebis iussissent, populus teneret.) Adulteratus foede locus est sic restitutus, Vt quod tributim plebes (siue plebs) iussisset, populum teneret. Codex Borbetomagensis habet plebis pro plebes, quae uox castigatori imposuit. Et est populum teneret, pro populum astringeret. Venum ireret.) Scribendum uenum iret, ut referatur ad nominatiuum familia. Sed eum qui deorum cuiquam nocuerit, id ad sacrum sanciri.) Deprauata uerba sunt, nec magnopere succurrit nobis exemplar scriptum, quod sic habet: sed eum qui deorum cuiquam nocuerit, id sacrum sanciri. In hoc tamē iuuat quod praepositionem ad, postea uides adiectam fuisse. Ergo meam secutus auctoritatem, non eam modo praepositionem expunge, sed & pronomen id, sic legens: Sed eum qui eorum cuiquam nocuerit, sacrum sanciri. Vnde uero pronomen id huc irrepsit, audi. Librarius aliquis extremam syllabam uerbi nocuerit bis scripsit, hoc modo, nocuerit, it. Alius castigare uolens, posterius it, in pronomen id mutauit. Noceri enim ei, cum hac lege non liceat.) Et hic locus deprauatus est. Nam pro cum scribendum cui, hoc modo, Noceri enim ei, cui hac lege non liceat, subaudi noceri. Quae antea arbitrio conuulsum supprimebantur nuntiabanturq;.) In postremo uerbo tam crassum mendum est, ut admodum demirer a nemine haecenus animaduersum. Debet autem esse supprimebantur uitiabanturq;. hoc est, corrumpebantur, deprauabantur. Qui plebem sine tribunis reliquissent, q. m. s. p. creassent, t. ac. c. punirent.) Verba plurali numeri hic commutanda sunt in singularem, hoc modo, Qui plebem sine tribunis reliquisset, quiq; magistratum sine prouocatione creasset, tergo ac capite puniretur. Sic & prior lex sonuit, Qui tribunis plebis, aedilib. iudicib. Decemuiris nocuisset. Vnius tantum criminis nisi te uindices.) Admonet nos liber uetustus scripsisse Liuium, Vnius tantum criminis nisi iudicem uindices te, ab libertate, &c. Nec uacat uocabulum iudicem, nam arguit rem pro tribunali gestam. In quam conspirasse decemuiros criminati sunt.) Scribendum criminati sint. Clienti dono uindictis dederit.) Ablatiuus uindictis superuacaneus est in aeditione Asulanica, quae nunc sola est ad manum. Auunculumq;.) Miror cur hoc loco legat auumq; in uolumine scripto. Cum tanti uiri supplicio sua & plebi iam nimia libertas uideretur.) Corrige, suamet plebi iam n. lib. uideretur. Sed necessariorum Virginij, & trium tribunorum preces audirent.) Castiga, Sed necessariorum Verginia trium tribunorum preces audiret. Nam ipse pater erat, L. Icilius spōsus, Auunculus P. Numitorius. Infra est, proximus inui die, Et iterum in se sauiret. Vultusq; iam iudem tribunorum.) Lectio uetus, Vultusq; iam inde, tribunorum erant qui & uirorum fuerant. Cum & noua expiata sint decemuirorum supplicis.) In archetypo Borbetomagensi legitur, & cum noua. Ego suspicor uerbi placet ultimam syllabam per incuriam librarij bis scriptam fuisse. quare & monosyllabum eradendum puto, ut legas & distinguas. Nam neq; uetera peccata repeti iam oblitterata placet, cum noua expiata sint decemuirorum supplicis. Et nihil admissum iri. Et quae sequuntur. Valerius aduersus coniunctos.) Ex uolumine manu scripto legendum apparet, M. Valerius. Sicut & infra. Sed consule M. Valerio. Supra tamen lectum fuit, L. Valerius. Itē, Quod ibi sensit consul. Non, consul sensit. Praeter equitantes, qui absterrent peditum acies.) Sic lege, praeterequitantesq; absterrent peditum acies, &c. Id consilij animiq; habiturus sum, quod uos milites mihi effeceritis.) Nescio quis hunc locum ausus sit interpolare, quum in antiquo libro simpliciter legatur, Id consilij animiq; habiturus sum, quod uos milites geritis. Agite eum clamore.) Scribe, Agite dum clamorem qualem in acie sublaturi estis, tollite hic. Sic infra, Agite dum ubi hic curiam circumsederitis. Item libro quinto, Recordamini agitedum quotiens sacra instaurentur, quia aliquid ex patrio ritu, negligentia casu ue praetermissum est. Et locum ex quo excesserunt.) Corrige, ex quo cesserant. Infra est undiq; omnes consij. Suspicio legendum connisi, quod in aeditionibus uulgatis est connixi.

Circum iam tum Apollinarem appellabant.) Accusatiuus circum non est in codice manu scripto. Infra tantum est, Multa & ceteris seniorib. p. c. essent dicta. Item inferius aliquanto, iura plebis labefacta essent. Nam labefacere & labefieri dicimus, non minus quam labefactare. Nec deinde comitorum causam habuit.) Emenda, Nec deinde comitorum causa habuit, subaudi concilium. Siqui uos minus hodie.) Video legi posse. Siquominus hodie decem tribunos plebis fecerint, tum ut ij quos sibi collegas cooptassint, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebei sint. Certe exemplar Vuormaciense habet, ij tum uti quos, non utique. Quare legendum aut, ij tum quos, aut, ut ij quos. Porro cooptassint esse scribendum pro cooptassent, facile admittet doctissimus quisq;, & mihi pro hoc loco restituto gratiam habebit. Vsurpauit autem antiquitas cooptassint pro cooptarint. Cuius generis multa uerba adnotat Festus, quemadmodum & nos indicauimus in castigationibus nostris, in libellum Ciceronis de senectute

Suamet plebi iam nimia libertas uideretur

Cooptassent mendose legitur apud Liuium pro cooptassint, id est, cooptarint

clute, emendantes Ennianum carmen, quo suum opus exorsus est Tullius, quod uulgo mendose legitur, O Tite si quid ego adiuto curam ue leuabo, quum ex uetustis codicibus scribendum sit: O Tite si quid ego adiuuro curam ue leuaffo. Deinde ne ipsi quidem.) Ex uolumine ueteri colligo scriptum fuisse, in primis parum proderat, dein ne ipsi quidem in. erant. Infrà est, uastationem agrorum per contumeliam urbi ostentantes. Ergo si arma illa uiros habuissent.) Syncera lectio, Ergo si uiri arma illa habuissent. Quo in statu sunt.) Vetus codex habet, quo statu sunt. Item re fortuna domū auctior redijt. Arbitror uero posterius scilicet fortuna, prioris uocis expositionē fuisse. Nam res hic fortunam significat, siue fortunas, id est, diuitias. Infrà est, Arma & bellum spectabat. Item, Cum consules in conuisione pronuntiaissent. Annū se tertium & octogesimum agere.) In quibusdā exemplaribus legi, nonagesimum, satis indicat marginaria adnotatiuncula in codice Borbetomagensi. Mox sequitur pro parte uiri,

IN LIBRVM QVARTVM DECADIS PRIMAE
Annotationes per Beatum Rhenanum

NAm anni principio.) Vetus lectio, Anni nam principio. Lego, anni namq; principio Et quem admodum plebs gloriari posset.) In manu scripto uolumine legitur, ut quemadmodū pl. g. p. Legi posset etiam, tum quemadmodū p. g. p. Colluione gentium.) Antiquus codex habet, conluuionem gentium. Sineri non fieri posse.) Crassissimū erratum est in additione Asulanica. scribendū, Finem non fieri posse. Ut pauloante, Finem ergo nō fieri, nec futurā. Infrà est, arcesserint, quod idem est cum accesserint. L. deinde Tarquiniū non modo romanæ.) Vetus liber duntaxat ob trāspositionem aduerbij modo à uulgatis additionibus euariat, L. deinde Tarquiniū non Romanæ modo, sed ne Italicæ quidem gentis. Animaduertendū autem sic Liuiū loqui solitum, unica tantū adhibita negatione, Ut & libro primo primæ Decadis, Regnare Romæ aduenam, inquit, non modo uicinæ sed ne Italicæ quidem stirpis, Quem locum quidam addita negatione, castigare sunt ausi. docent hoc uulgatæ editiones. Aliquando durabus utitur negationibus, qui sermo frequentior est apud autores, ut infrà: Tantum merum, inquit, uastitatis in urbe agrisq; fecit, ut nō modo prædandi causā quisq; ex agro Romano non exiret, belluie inferendi memoria patribus aut plebi esset: sed ultro Fidenates qui se primo aut oppido aut montibus aut muris tenuerant, populabundi descenderent in agrum Romanū. Mox est, ingenio, uirtute, absq; copula. Quis enim dubitat.) Exemplar uetus non habet, enim, sed tantum, quis dubitat. Item, in æternū urbe condita, in immensum crescente. Absq; copula, &. Pessimo exemplo, cū summa iniuriā plebis.) Omissus est ablatiuus publico in uulgatis additionibus, Pessimo exemplo publico, cum summa iniuriā plebis. Aut insignior contumelia.) Lege, aut insignitior contumelia. Nam insignitus dicimus ab insigniēdi uerbo. Cauent ne societur sanguis.) Nescio quid sibi uelit caueant, quod est scriptū in exemplari Borbetomagensi. Quid si hoc modo legas & distinguas, Ne ad finitibus, ne propinquitibus immisceamur cauent, an ne societur sanguis? Ut respiciat id quod sequitur: Id uos sub legis superbissimæ uincula conijctis, qua dirimatis societatem ciuilem. Neque uestras filias sororesq; etiam ei nubere sinendo è patribus.) Non aliter in scripto codice legitur, nisi quod illic tantum est, & nubere, Non, etiam ei nubere. Quas uoces doctus aliquis admiscuit. Lege: Neque uestras filias sororesq; enubere sinendo è patribus. Quam uicti tandem patres ut de connubio ferretur, consensere.) Verbum concessere in contextum relatum post cōsensere, satis indicat, ueterem fortassis lectionem fuisse, patres ut de connubio ferretur concessere. Ut mox ope eorum.) Scribendum: Ut mox opes eorum qui præessent, ipsi honori ius maiestatemq; adijcerent. Aduersus quos eo infestior.) In uolumine scripto tantum legitur: Aduersus quos infestior. Præcipitem iam die.) Præcipitem diem uocat extremum diei, Sic Curtius præcipitem senectutem dixit. Alia undiq; abscisa.) Hic abscisam dicit, quod supra est incisa. Itaq; spe incisa priusq; prædicta dies adesset, Appius sibi mortem consciiuit. Romanus consul Ardeæ turbatas f.) Consul nō est in codice manu scripto. Pauloante uero dixit Romanus simpliciter, ubi subauditur consul. Et sequitur mox: Consul triumphans in urbem redit. Non gaudet autem eiusdem repetitione uerbi Liuius. Proculo Geganiō Macrino.) Non hic solum sed & alibi sepe liber scriptus habet, Macerino. Haud immeritam gratiam & gloriam tulit.) Scribe, Haud immeritam & gratiam & gloriam tulit. Confiteri cogendo frumentum.) Oastinum qui hic confiteri infulsit, quum sit legendum, profiteri. Id unum dignum tanto apparatu consiliorum & certaminum, quod ingēs exudandū esset, præmium fore.) Si sic legamus oportebit, quod in gens referre ad præmiū. Secus est si quis, certamine legat. Cum apparitor iussu magistrī equitū eum duceret.) Accusatiuus eum nō est in scripto uolumine. Subaudit. Splēdore familiarū sustulisse animos, qđ nefas fuerit. Scribe, quo nefas fuerit. Aduerbiū est loci. Bilibre farris.) In uolumine ueteri legit, bilibr libris farris. Diu locū expendēti uenit in mentē, optime legi posse, uilibus farris libris. Nā arbitror scriptum primo fuisse uilib. Et u. litera mutata in b more librariorum, factum est bilib. Alius de inde adiecit ris, inducta dictione farris. Est autem non incommoda sententia, Spuriū Maelium cui tribunatus plebis magis optandus q̄ sperandus fuerit, frumentarū diuitem, uilibus libris farris sperasse libertatem se ciuium suorum emisse. Bonacq; contacta pretijs regni mercandi publicarentur.) Libro primo huius Decadis. Ut cōtacta regia præda spem in perpetuū cum hijs pacis amitteret. Mox est: Id æquimelium

Profiteri frumentum

æquimelium appellatum est. Haud dubij quin sex lectis.) Antiqua lectio: Haud dubij quin sex locis. A bello credo quod deinde gessit, appellatus.) In archetypo Vuormacienfi legitur: A bello credo quod deinde gessit, appellatū. Subauditur, eum esse. Infrā est, quod simul ubi conspexit. Confestim & ipsa hasta innixus se in pedes excipit.) Scribe: Confestim & ipse hasta innixus se in pedes excipit. Assurg. Mox est. Dictator legionibus fugatis. Paulopost prænominis literam reperi Fabio ascriptam, sed calamo recentiore. Intentos deinde hostes in uallum, egressus dextra principali cum triarijs repente inuadit.) Habet exemplar Borbetomagense, principia. Verum extremæ duæ literæ in crassæ scripturæ locum suppositæ uidentur. Suprà scriptum est, alias principali. Si libet legere principia, intellige dictum appositue intentos hostes in uallum dextra principia, cum triarijs repente inuadit. Significat autem ualidiorem hostium partem aggressum, nam hij principiorū nomine intelliguntur, ut exponit apud Terentiū Donatus, quo loco Thraso dicit, Hic ego ero post principia. Lilius noster libro octauo huius Decadis docens, quo ordine solitus fuerit componi Romanus exercitus, Robustior inde ætas, inquit, totidem manipulorū quibus principibus est nomen. Quod si mauius uulgatā lectionem sequi, notum est, autore Festo, principalem castrorum portam nominatam, quod in eo loco sit, in quo principes ordines tendunt. Sed an dux fuerint dextra & sinistra nescio. quare non displicet ut legamus principia. Mox est, quæ prima opima appellata. Item dux duci detraxit, non detraxerit. Infrā sequitur, Ita expugnandi. Congratulatione ac fauore.) Malim quemadmodū habet archetypum uolumen, cum gratulatione ac fauore ingenti populi est reductus. Nullum fuit.) Antiqua lectio: Victoriæ præmium quod petebatur ut plebeius crearet, nullus fuit, omnes patritij creati sunt. Expone, nullus fuit s. creatus. Appositue, Victoriæ præmium, nullus fuit. Iamdiu nequicquam imminente spe maioris honoris.) Scribe iamdiu nequicquam imminentes spei maioris honoris. Sic priore libro dixit de L. Icilio: Imminensq; ei potestati. Ita nancq; nos castigauimus. Ne cui album uestimentum addere petitionis causa liceret.) Exemplar scriptum habet: Ne cui album inuestimentū addere petitionis liceret causa. Sicut autem à uestiendo uestimentū deducitur, ita ab inuestiēdo, inuestimentum quod supra aliam uestem induitur. Hinc candidatorū nomenclatura à candida ueste, quod hic uocat latinissime albū inuestimentum. Inuestiēdi uerbo iureconsulti utuntur. Qui & inuestituram usurpant. Vtrinque obnox obeditum dictatori est.) Legendum: Vtrinque enixe obeditum d. est. Infrā est: Consul nec animo defecit, nec cōsilio. Item, firmat. Et paulo post. Q. Sulpiciū legatum præficit. Item ne utiquā uulgatæ laudis. Insuper: Et Fabius cum equitatu impetum dederat. Circumagenti se ad dissonos clamores ac subitos tumultus, hosti undiq; obiecerat uictorem peditem equitemq;.) Antiqua lectio: Agentes ad dissonos clamores ac subitos circum tumultus. Ascripserat aliquis in margine legendū aliās, circumagentes. Possent igitur etiam legi, fatagenti ad dissonos clamores ac subitos circum tumultus hosti. Aut cogenti se ad diss. cl. ac sub. circum tumultus hosti. Nam sequitur, iam orbem uoluētes suos. Hic perituri, inquit, uos telis hostium estis.) Reponē: Hic præbituri, inquit, uos telis hostium estis ind. inulti? Hac qua me progressum uideritis.) Emenda, prægressum. Ibi Posthumius ictus saxo.) Scribe: Unus Posthumius ictus saxo, perfracto capite acie excessit. Sic de Publio Sextio hoc ipso libro: Saxo ictus, inquit, turba excedit. Infrā est, tum abiici passim arma. Et argumento est quod imperia Manliana non Posthumiana appellata sint: quoniam qui prior.) Codex Borbetomagensis habet: Et arg. est quod imp. Manl. non Posthumiana appellata sint, quem qui prior. Lego, quom qui, pro quū qui prior autor tam saui exempli foret, occupaturus insignem titulum crudelitatis fuerit. Mox est illic, Manlio cog. ind. Documentoq; fuere quam plurimum imperium bello inutile esset.) Malim scribere: Documentoq; fuere, compluriū imperium bello inutile esse. Nam arbitror ueterem olim scripturam quam plurimum habuisse pro complurium. quod deinde uersum est in quamplurimum notius equidē uocabulum. Jam ad infinitiuum esse prima litera uerbi sequentis accessit, & factum est effect. Romæ terror ingens erat, accito ex.) Ex uolumine Borbetomagēsi hic mihi potius uerborum ordo placeret. Romæ terror ingēs erat hostibus positus ad Fidenas accito exercitu à Veijs. Eoq; ipso ob re in male gesta.) Emenda: Eoq; ipso ab re male gesta. Solet autem sæpe in hunc modum loqui Lilius, & à præpositio- nem uel ab sic usurpare. Nam hoc ipso libro paulopost: Mœstæ ciuitati, inquit, ab re male gesta & irata ducibus, M. Posthumius reus obiectus. Sic & ab secundis rebus usurpat, ut libro quinto huius Decadis: Nunc, inquit, ab secundis rebus magis etiam insolito incauti. Libro quinto rursus: Ibi cum in composito agmine negligentius ab re bene gesta euntem, adorti Aequi terrore iniecio in proximos compulere tumulos. Mox sequitur, cum trepidam ciuitatem. Et potest stare si quis sententiam continet. Subinde uero sic Lilius loquitur. Vt libro proxime sequenti: Iamq; Romani desperata ope humana, fata & deos spectabant, quum legati ab Delphis uenerunt sortem oraculi adferentes. Item, ex tam leuibis momentis fortunæ. Et infrā, noua erumpit acies. Et equitem passim liberi frenis dispulissent equi.) Melior uetus lectio, liberis frenis. Subauditur existentibus. Eodem & Romanos sequentes imperus rapit.) Reponē: Eadem & Ro. seq. imp. rapit. Eadem, id est, per eandem uiam uidellcet per castra. Aduerbiū est loci, quo sæpe Lilius utitur. Sic inferius paulo. Interclusi equites, nec per rumpere eadem, quā transierāt, posse. Rursus libro quinto: Ibiq; omnibus solenniter peractis, eadem reuertens similiter constanti uultu graduq;. Et, illic mox infrā. Eadem digressus nuntius Veios cōten- dit. Et cum eo digressos modo de montibus.) Castiga, degressos, A degrediēdi uerbo, quod crebro reperias

Ab re male
gesta

reperias apud Liuium. Mox est in ueteri. signum ex muro tollunt. Classibus quoq; ad Fidenas pugnatum cum Veientibus quidam annales retulere.) Reponere: Classi quoq; ad Fidenas pugnatū cum Veientibus quidam in annales retulere. Scriptum autem est classi pro classe. Spectaculum comitate etiam hospitum, ad quod publico consensu cōuenerant: aduenis gratius fuit.) Hic exemplar uetus multis lituris est notatū, & hospitium quidem habet, sed suprascriptit aliquis, aliās hospitum. Ego tamen sciens quo pacto hospitij uocabulo Liuius alibi utat, ut quum libro proxime sequenti dicit, notos ignotosq; passim aduenas in hospitium ductos ferunt. Et libro quinto: Cū Ceretibus publice hospitium fieret, autem iurare sic hic legēdū. Spectaculū comitate etiā hospitij, in quā cōsilio publico cōsenserāt, aduenis gratius fuit. Intelligence humanitatē illam aduenis iussu magistratuū exhibitam. Fortem ac strenuum aliquem existere ortum ex plebe.) Deest accusatiuus uirum. Fortem ac strenuum uirum aliquem existere ortum ex plebe. Infra est, & iam inde ab incunabilis. Item, creati consules sunt. Et mox, ab duce eorum Capye. Grauatos somno.) Opinor legendum, graucis somno epulisq;. Nam in uolumine scripto, graui somno legitur. Idibus decembris.) Scribe: Idibus Decembribus. Mox est, retulerant. Item, arma bellumq; obliuioni danda. Mox est, (sorti euenit. Tanquam constantissime rei fortuna fretus.) Hanc orationem etiam in manu scripto uolumine quidam ausus est interpolare, quum recte habeat, nempe sic: Tanquam constantissimæ rei fortunæ fretus. Iungit autem participiū fretus interdu daturio. Sic libro sexto: Multitudo hostium, inquit, nulli rei præterq; numero freta. Rursum infra: Discordiæ hostium fretus. Mox in scripto codice nō legitur exercitiū. Quare suspicor duxisset mirandum in dux esset. Quò res inclinatura esset.) Scribe, quā res inclinatura. Nam hoc aduerbium usurpat Liuius sicut & eadē. Mox est, (legnius sæpe iteratus. Iam in omnibus locis ceditur.) Emenda, iam omnibus locis ceditur. Interclusi equites cum nec prorumpere eadem qua transierant, possent.) Vitiatus locus est. Tu expunge cum aduerbiū & loco uerbi prorumpere, perrumpere, pro possent scribe posse, ut legas quemadmodū est in archetypo Vuormaciensi, nimirum hoc modo: Interclusi equites. nec perrumpere eadem qua transierant, posse. Expone, Quod ubi est factum, interclusi equites subaudi, sunt. nec perrumpere eadem quā transierant, posse. id est, poterant. Hic uides duo loci aduerbia, eadē & quā eleganter coniuncta. Infra sequitur, Ultra mediam noctem est. Stationes ante portas agebat.) Lectio uetus, stationem ante portas agebat. Item mox, atq; animo uix præ gaudio cōpote effusæ. Et infra, in castra ueltra uirtute perruperitis. Aduersus hæc Tempanij oratio incomposita fuisse dicitur.) Ingēs mendum est. Scribe, incompta fuisse dicitur. Paulopost recentiore calamo superaddidit quidam particulam, atq;. Pugnantem, atq; adhortantem. Et euersuri tribunitiam potestatem.) Antiqua lectio, Et euersuri tribunitiam potestatem pl. Itaq; scribe, an crepturi ius populo & euersuri tribunitiam potestatem plebi. C. Sempronium nihil moror.) Solennia uidentur fuisse uerba absoluentis rerum iudicis, & dimittentis. Id æque in quæstoribus liberum esset arbitrium.) Pro *Adequē* duabus uocibus, id æque, reponere unum aduerbiū, adæquē. Infra quidam castigauit, Veientium inducijs. Infra est, Nec suffragatio horum ualuit. Aut perseuerantem sub iudicij tempore plebem offensurum.) Legendum, Aut perseuerante. Subauditur causa. Nam præcessit, deposita causa. Quæ duo opponuntur. C. Seruiliū Q. Seruiliū Prisci filium.) Habet uetustum exemplar tantum, C. Seruiliū Prisci filium. Infra est, Per auersam portam fuga turpi deseruntur. Subaudi castra. A quo ipso tribuno militum dictator erat dictus.) Scribe, à quo ipse tribuno militum d. erat dictus. Infra debet esse, largitione pessimi exempli concirent. Tanquam priuatam inopem confugere.) Antiqua lectio: Tanquam priuatam inopem cōfugere. Subintellige, ciuem. Paulopost ubi in uulgatis æditionibus legitur: Duo bella insequens annus habuisset, uideo quosdam in manu scripto uolumine legisse: Ardua bella inseq. an. h. Iacere tam diu irritas sanctiones.) Scribe: iacere tam diu irritas actiones. Mox illic est, de sanguine ac supplicio suo. Item, Aprissimum tempus fuerat. Pestilentem annum, inopia frugum neglecto cultu agrorum (ut plerumq; fit) accepit.) Reponere, exceptit. Infra est, quum apud patres in M. fuit, cum. Item, damnū aliamq; coercionem. Et, arcem recipit. Multarum magnarumq; rerum molem.) Castiga, Hñ multarum magnar. q. rerum molem auuidiss. adeo populo ostentantes. Item, quæsturamq; eam non honoris ipsius finem æstim. Et infra, Ea aduersa ciuitatis res. Consules an ambo.) Lectio uetus, Consules ambo profecti sint ad arcem Caruentanam, an alter. Et consulis quoque ab ea potestate uim.) Codex Vuormaciensis habet abbreviatam lectionem, Et cos. Vt legi possit, Et consulum. Quam in tribunis.) Reponere quā tribunis. nam mox præcessit in, Tarditatis causa in senatu magis fuit. Statim sequitur illic, summa ui restare nuntiabantur. Parum cogitauerunt: nulla non uirtute superari humanarū uirium modum.) Hic non erat opus insulcire negationem quæ non est in exemplari Vuormaciensi. Nam sic scripsit indubie Liuius, Parum cogitauerunt, nulla uirtute superari humanarum uirium modum. Expone: quantumlibet egregia uirtus adsit, esse tamen suum modum humanis uiribus, ultra quem nemo eniti possit. Qui legatis repetentibus res, ni facefferent prope urbe sinibusq;, daturus pœnas, quas Lars Tolumnio dedisset, responderi iussit.) Locus hic misere est interpolatus. Nam accusatiuus pœnas superadditus est, & pro Lars Tolumnius, Lars Tolumnio, pro dedisset, dedissent, scriptū. Restituemus tamen ex ueteri codice germanam lectionem, qui sic habet, daturus quos Lars Tolumnius dedisset, responderi iussit. Lego, daturus quod Lars Tolumnius dedisset, hoc est, mortem. Nam Fidenates, C. Fulginiū, Cloeliū Tullum, Sp. Antium

Sp. Antium, L. Roscium legatos Romanos, causam defectionis ad Veientes exquirentes, iussu Tolumnij interfecerunt, ut ante dixit Livijs hoc ipso libro. Porro daturos refertur ad participium repetentibus. Siquidem qui repetit, petit aliquid sibi dari. Vides igitur totam sententiae elegantiam fuisse corruptam. Occisione occisa cum periculo retineri. Scribe, modo duo praesidia occisione occisa, & cum periculo retineri. Quid superesse sanguinis. Liber vetustus tantum habet, quid super sanguinis. intelligendum uel superare uel superesse. Ut distincerent Volscos. Non displicet hoc uerbum, non minus elegans quam hoc loco conueniens. Sic libro sequente, duae senatum, inquit, distinebant sententiae. Sed quia Borbetomagensis uolumen habet in ipso contextu destinerent, in margine destinerent, cogitandum an Livijs scripserit, ut externarent Volscos, id est, percellerent Volscos, mentem & consilium adimentes. Quod uerbi reposuimus etiam apud Ciceronem in libello, De senectute. Additum deinde omnium maxime tempestiue praecipuum in multitudinem munus. Reponenda antiqua lectio quae habet: Additum deinde omnium maxime tempestiuo principum in multitudine munere. Scribe tamen in multitudinem. Expone, additum deinde omnium maxime tempestiuo, id est, summe tempestiuo munere, id est, per munus, principum, hoc est istorum ducum siue imperatorum, in multitudinem. Q. D. Nullum unquam munus ab ullis principibus magis tempestiue collatum est multitudini. Nam populo sepe sunt exhibita munera. Mox est in ueteri libro, plebis tribunorumque. Item, patribus uniuersis. Ad fanum Voltumnae. Codex Antiquus habet: Ad fanum Voltumnae. Sic libro sexto: Hinc, inquit, Hetruriae principum ex omnibus populis coniurationem de bello ad fanum Voltumnae factam, mercatores afferebant. Item, patre tribunorum exercitusque ad Volscum auocata bellum. Non, aduocata.

IN LIBRVM QVINTVM PRIMAE DECADIS
Annotationes per Beatum Rhenanum.

Non noui sermonis author in habebat. Scribe: Non uani sermonis autorem habebat. Tum quod secundis potissimum his uestris rebus. Ablatius his, a quoquam additus est. Nec enim in Borbetomagensi codice habetur. Mox, si quae forte aliquando fuerunt. Vidco diuersam etiam lectionem quibusdam placuisse, si quae forte aliquando inciderunt. Quam dissoluendae maxime tribunitiae potestatis rentur esse. Non dubito quin scripserit Livijs: Quam dissoluendae max. tribunitiae potestati rentur esse. Ut sit loquendi modus crebro obuius apud hunc autorem. Sic & libro proxime superiori: Experiendam rem denique in uno aut altero esse, sit ne aliquis plebeius ferendo magno honori. Item infra hoc libro: Et si prodendae patriae dissoluendaeque Reipub. est. Hoc hercule tanquam artifices improbi. Scribe: Sic hercule tanquam artif. improbi. Et quemadmodum seruis suis uetant domini. Infere quum aduerbiu quod omissum est, Et quemadmodum quum seruis suis uetant domini. Sic uos interdicitis patribus commercio plebis. Istam lectionem in margine annotatam reperio. Verum antiquior habet: Sic uos interdicto patrib. commercio plebis. Subaudi, facitis. Quae sententia neutiquam est huic similitudinis accommodationi inconueniens. Postea edisseram. Malim, differam quod est in uolumine Vuormaciensi. Eis laboris etiam nouum pro portione iniungi. Lege: Eis labore etiam nouum pro portione iniungi. Solidum te stipendium annuum accipere. Expunge dictionem annuum, quam ne scio quis hic infulsit, quum ea nil sit opus. At nos tanquam cum ciuibus agere uolumus. At quoque particula praeter auctoritatem manu scripti codicis est superaddita. Autores fuere contra ius gentium. Genitiuus gentium non est in archetypo Vuormaciensi. Et abesse potest, quandoquidem subauditur. Glossae nomine in contextum irrepsit. Quis dubitet illos non cupiditate solum ulciscendi. Vetus lectio: Quis dubitet illos non a cupiditate solum ulciscendi. Vbi a particula non est superuacanea. nam causam significat, non instrumentum. Per tantum spacium duxerunt. Repone, per tantum spacium duxerunt. Et talium oppugnandarum urbium apparatus. Sensus exposcit, ut pro talium scribatur alium, hoc modo. Quid uineas testudinesque & alium oppugnandarum urbium apparatus loquar. Vtrum tandem finitimi populum Romanum esse putent. In scripto codice superadditus est accusatiuus eum, populum Romanum eum esse putent. Tu adde. Assuescitis audire. Scribe, assuestis. Sed quia in exemplari uetusto scriptum fuit qui audire, cogitandum an legi debeat, Assuestis aequi audire. Neglectum Anxuri praesidium uagationibus militum. Non contemnendum erratum hic est. Legendum, uagationibus militum, hoc est, immunitatibus. Obtinuerant enim a duce suo, dato uidelicet comite, ut abesse possent. Hoc uerbo etiam alias Livijs utitur, ut libro septimo: Et quum quod per magnos tumultus fieri solitum erat, iusticio indicto delectus sine uagationibus habitus esset. Infra est, Capenatum atque Faliscorum. Arcere iam uim. Particula iam non est in ueteri codice. Infra est, a Kal. octobribus. Et Romae simul de delectu simul de tributo conferendo laboratum est. Antiqua lectio: Et Romae simul delectu simul tributo conferendo laboratum est. Quanto autem augebatur militum numerus. Scribe: Quantum autem augebatur militum num. Haec per se grauiora, indignioraque ut uiderentur. Emenda: Haec per se grauiora, indigniora ut uiderentur. Quae nunc etiam uectigalis. Quidam etiam hic aliquot literis in ueteri libro scripsit, quinetiam uectigalis ad ultimum facta sit. Is quod petissent q. p. i. r. t. t. m. expugnasse. Ad hanc priorem sententiam, ultima clausula refertur per longum hyperbaton sequens, id fraude patr. s. ac p. c. pactum arguere. Sciendum tamen, non legendum iuxta fidem ueterum

A cupiditate
ulciscendi

Vagationibus
militum
Vacationibus

7 sti uolu

sti uoluminis: Et eo deuolui rem, sed reuolui rem. Ut intelligas futurū quod & antea factum est. Ve nullo bello ueniretur ad exitum spei.) Vetus lectio ad exitum rei. Nullo bello, hoc est, absq; bello.

M. Furio in Faliscis & Cn. Cor.) Scribe: à M. Furio in Faliscis & Cn. Cor. in C. a. h. r. e. m. inuenti.

At collatum obedienter.) Particula at, præter autoritatem exemplaris Borbetomagensis addita est. Paulopost non refert an legas ex patricijs candidatis, an ex patricijs candidatus locum tenuit. Infra est, quibus eam opem dii tulissent, uinciri. M. Furium Camillū tertium.) Antiqua lectio habet, iterum. Mox est in scripto libro: Prodigia interim multa nuntiauerunt, Forte legendū nuntiata fuere. Virum haud intacti religione animi.) Volumen uetus monet legendū: Vir haud int. r. a. causatus &c. ut intel-

Si operæ illi esset ligas eum religione motum senem seductum apprehendisse. Si operæ illi esset, consulere uelle.) Sic *Neg; cōsulib. operæ erat* sæpe loquitur Lilius, ut libro proxime superiore: Nec; consulibus, inquit, cum tot populorū bella im-

Vires affectæ

minerent operæ erat id negotium agere. Ad sanum Vulturæ.) Et hic, quemadmodū supra, & in-

fra libro sexto, habet Vormaciense uolumen: Ad sanum Voltumnæ. Infra est, uolūtate ad id bellum

eam. Rei maxime in hoc tempus utilis.) Magis placet ut legatur quemadmodū est in archetypo no-

stro: Rei max. in hoc tempus utili. Ut concordia dictum sit dandi casu. Vires corporis affectæ.) Vi-

de quale flagitium cōmiserit, qui effectæ hic ausus est scribere, cū legendum sit: Vires corporis affectæ.

Sic infra. Modo quæ res, inquit, post prodigiū Albani lacus nisi instauratio sacrorum, auspicioꝝq; renouatio adfectæ Veienti bello reipublicæ remedio fuit? Affectam uocat, debilitatam. Iterum libro se-

xto: Quorum legati opem rebus adfectis orantes, quum senatū adissent. Et libro nono: In corpore ta-

men, inquit, adfecto uigebat uis animi consilij. Ibidem mox: Iam animū quoq; patris, inquit, conse-

nuisse in affecto corpore rebatur. Ut segnior sit prædator, ut quisq; laboris periculiq; præcipuā pete-

re partem soleat.) Exemplar uetus tantum habet: Ut segnior sit prædator, quisq; laboris periculiq; p.

p. p. soleat. Opinor scripsisse Lilius: Quū ita fermè eueniat, ut segnior sit prædator, fortissimus quisq;

laboris periculiq; præcipuam petere partem soleat. Et est insignis sententia. Nemo se à stationibus

Romanis mouisset.) Antiqua lectio: Nemo se à stationibus Romanus mouisset. Infra sequitur, operæ

pretium est. Item, quod post paucos accidit annos, cladem. Cum iam humanæ opes asportatæ, ege-

stæq; à Veis essent.) Subolet mihi participiū asportatæ addititium esse. Nam in uolumine manu scri-

pto dūtaxat habetur: Cum iam humanæ opes egestæ à Veis essent. Mox est. Dein quum quidam seu

spiritu d. Item, cum sibimetipse prædam æstimasset. Quod uero sequitur: Cæterum partem plebis par-

tem senatus destinabant habitandos Veios, Quid si legas: Cæterū parte plebis parte senatus destina-

bant habitandos Veios. Aut, Cæterū partim plebi partim senatui dest. h. Veios. Eius partem deci-

mam Apollini sacratam esse.) Scribe, sacratam esse. Sed rogationi tribunitiæ aduersarius quæreba-

tur.) Reponere: Sed largitioni tribunitiæ ad. q. Prima luce aliquanto superioribus se ostendit.) Omis-

sus in Asulanica ædificatione est ablatiuus locis, aliquanto superioribus locis se ostēdit. Ni fortuna imp.

r. f. & cog. r. b. u. specimen maturam uictoriam dedisset.) Legendum, simul & cognita rebus bellicis

uirtus specimen, & maturam uict. dedisset. Ea in conspectu erant posita in plano.) Antiqua lectio:

Et in cōspectu erant. Suspicio simpliciter scribendū, in conspectu erant. Quod intercessione sublata

tribunitiam potestatem euertissent.) In exemplari Vuormaciensi nō est quod. Coniunctio simpliciter le-

gendum sustulisse, intercessione sublata tribunitiam potestatem euertisse. Et uicticem patriam ui-

cta mutari.) Vetus uolumen habet: Et uicticem patria uictam mutari. Idem uidetur sensus. Infra: Caius

Iulius censor decessit. Caius non est in ueteri libro. Aduentante fatali urbi clade.) Malim fatali urbis

clade. Et habet antiquū exemplar s litteram superadditam. Et inuexisse in Galliam uinum illiciendæ

gentis causa Arūtem Clusinum.) Hoc loco perperam distincta est editio Asulanica. Ego sanè malim:

At inuexisse in Galliam uinum. Certe quod in scripto codice pro &, ut legitur, particulam at supra scri-

ptam habet. Tum sic distingue: At inuexisse in Galliam uinum illiciendæ gentis causa, Aruntē Clusi-

num. Et quæ sequuntur. Cui tutor is fuerat: ipso præpotente iuene.) Sequenda uetusti libri lectio,

sicq; distinguenda sententia: Cui tutor is fuerat ipse, præpotente iuene. Mox est in codice ueteri: An-

te Romanū imperium, Non, Romanorum. Item, Et in utrunq; mare uergētes. Insuper, fortunaq; cum

sua, tum publica. Is quod eis ex populis abundabat.) Scribe: Is quod eius ex populis abundabat.

Quod eius, id est, partem quæ abundabat ex populis, eius hoc est, Ambigati regis autūculi. Ab Sal-

liuorum gente oppugnari.) Antiqua lectio: Ab Saluium gente opp. Opinor Lilius scripsisse: Saly-

um. Nam istam gentē Salyes appellant autores cæteri. Massilienses erant in nauibus à Phocide pro-

fecti.) Hæc uerba si legisset Lilius omastix ille Caius Cæsar, non solum hic patavinis arguisset Lili-

um, sed etiam Solocilmi. Quis enim unquā latine scientiū dixit, profectus sum in nauis, Et nō potius,

profectus sum nauis. Sic pauloante: Profectus ingētibus peditum equitumq; copijs. Non dixit cum co-

pijs. Igitur scribe & distingue germanam hoc loco lectionem restitutus, Massilienses erant hij, nauis-

bus à Phocide profecti. Librarius oscitans, non recte distinguendo uerba, quum non intelligeret, quid

sibi uellet hij nauibus, scripsit, in nauibus. Ipsi per Taurinos saltus que iuliæ alpis transcenderunt.)

M. Antonius Sabellicus libro secundo de uetustate Aquileiæ, propterea quod hic mentio fit Alpis lu-

liæ dubitat, an Taurinorū nomine Lilius Tauriscos intelligat illos, qui Noricis & Carnis uicini fue-

re. Et tandem affert argumenta quibus clarum euadit per proximas alpes, non ita procul à Massiliensi-

bus Gallos in Italiam transisse. Putatq; iuliam alpem appellatam à Foro Iulij, quod subiectum à parte

quæ

quæ Galliam spectat commemoretur. Cæterum ego non arbitror id temporis ullum oppidum fuisse hoc nomine, quum nullus dum Romanorū alpes trāssisset. Et apparet sic dictum Forum Iulij, quemadmodum appellatū est, Forum Cornelij, Forum Sempronij, Forū Neronis, & quod nobis propinquius est, Forum Tiberij supra Augustam Rauricam ad Rhenum uergens, unumquodq; conditoris sui siue præsentis uocabulo. Itaq; dicturus mihi fuisse Liuius uidetur, saltusq; eius Alpīs quam nunc Iuliam appellant, sicut mox dicit: Vbi nunc Brixia ac Verona urbes sunt. Proinde fieri potest ut iam olim scriptura uitiata fuerit (nam cōsentit Vuormaciense exemplar cum uulgatis æditionibus) sic stante sinceriore lectione, ipsi Taurino saltu, in uias alpeis transcenderunt. Sequitur enim: Eodem saltu fauente Beloueso quum transcēdisset alpes. Non dixit, lisdem saltibus. Et præcessit: Nulla dum uia superatas. Coniecturas quibus adducor ut librariū hallucinatū putem, dum maiusculas literas uetustissimorum exemplarium partim non agnoscit, partim agnitas perperam connectit, referre piget. Cognomine Insubribus pago Heduoꝝ.) Subauditur, existente. Sensus est: Apud Heduos quoq; pagum fuisse qui Insubrium diceretur. Mox habet uetus codex, Mediolanium. (Elitouio duce.) Antiqua lectio: Erytō uio duce, Et ascripsit in margine quidam, Eciouio. Vbi nunc Brixia ac Verona urbes sunt, locos tenuere: sibi cōsidunt.) Locum pristinae lectioni restitueris si legas & distinguas: Vbi nunc Brixia ac Verona urbes sunt, locos tenuere Libui, cōsidunt. Post hos Salluij: qui prope antiquam gentem Leuos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem, petiere Apenninū.) In hijs uerbis errata complura latent. In primis nescio an pro Salluij qui scribendū sit, Alij Libui. Vetus exemplar habet: Post hos falluij qui. Deinde habet non prope sed præter. Postremo duntaxat habet, circa Ticinum amnem pœnina. Vt satis liqueat uerbum petiere postea additum ab aliquo qui uoluerit sententiæ corruptæ succurrere. Ego dictionem Pœnina quoq; ex ueteri codice eradendam puto. Nam indubie parum peritus aliquis librarius pro dein boij scripsit peninon, quod in archetypo fortassis erat peniuoij, u litera pro b posita. Mox uersum est in Apenninū, & adiectum uerbum petiere, ut cōsisteret sententia. Quare sic lego: Post hos Salluij, præter antiquam gentem Leuos Ligures incolētes circa Ticinū amnem. Dein Boij Lingonesq; transgressi. Subauditur uero uerbum: Post hos Salluij s. trāscenderunt alpes. Porro scio nominari Pœnina iuga apud Tacitū, & uallem Pœninam quæ uulgo Vallesia dicitur, in ueteri in scriptione. Sed locum hic ea uox non habet. Cum multitudinem, tum formas hominū inusitatas cernerent.) Arridet uetus lectio, cum multitudinem, cum formas hominū inusitatas cernerent. Quod uero sequitur: Legati tres M. Fabij, uocabulū tres non est in codice uetusto. Item est, accipere uelle, non, se accipere uelle. Insuper, Vt nuatiare domum possent. Tribuni militū consulari potestate insequentem annum crearentur.) Scribe, in insequentem annum. Cuius impatiēs est gens.) Repono: Cuius impotens est gens. E crustuminis montib.) Scribe: Qua flumen Allia Crustumini montib. p. defluit ens alueo, haud multum infra uiam. Non, haud multo. Item paulo post: Ne circumueniri multitudine hostium possent. Non, a multitudine. Nec superesse quenquam.) Antiqua lectio: Romani quum pars maior ex acie Veios petisset q̄ Romam, nemo superesse quenquam præter eos qui Romam refugerant, crederent. Rogantiumq; uiros.) Legendum: Rogitantiumq; uiros. Item: In arcem persecutæ sunt. Insuper, ferunt uia. Tametsi refragante uetere scriptura. Item, Vt in fortunæ pristinae. Ne quis in dissipatos ex arce, aut Capitolio impetus fieret.) Repono: Ne quæ uis in dissipatos ex arce, aut Capitolio impetus fieret. Seu non omnibus delendi urbem libido erat.) Huic sententiæ nihil deest. Sed quia manu scriptus codex habet delendæ, planè credo scriptum à Liuiō fuisse, delēdi urbis libido erat. Nam huiusmodi constructio Gerundij in di doctis non est ignota. Caritate ædium suarum.) Vetus lectio, caritate sedum suarum. Non mentibus solum concipere.) Vt cunq; hic cōsentiant, quum scripta tum typis excusa uolumina, nisi nihil uideo, legendū est: Non mentibus solum concidere, id est, concidebant, sed ne auribus quidē atq; oculis satis constare poterant. Sic in fine decimi libri tertiæ Decadis Asdrubal loquitur: Illo enim, inquit, uulnere cōcidimus. Infra debet esse, Nec ullum erat tempus. Item: Ad omnes aditus stationibus firmatis. Quod his exigua resistitur manu.) Legendum: Ex arce Capitolioq; his exigua resistitur manu. Infra: Primæ noctis silentio. Melior iucundiorq; compositio est in uetusto uolumine: Primæ silentio noctis. Item, Hetruscis ne etiam, a quibus bellum Gallicū in se auertissent, ludibrio esse clades suas: Ad id faciendum C. Fabius, dorsum gabino ritu cinctus, sacra manibus gerens.) Borbetomagensis uolumen habet: Ad id faciendum, C. Fabius Dorsuo gabo cinctus sacra manibus gerēs. Diu me torsit hic locus quem interpollatū uidebam in uulgatis æditionibus, quoniam pacto germanæ lectioni restitueretur. Lego C. Fabius Dorsuo Gabino cinctu, sacra manibus gerens, cum de Capitolio descendisset. Porro cinctus substātiue pro uestitu usurpatur. Describuntq; Gabinum cinctum esse togam sic in tergū reiectam, ut una eius lacinia reuocata hominem cingat. Liuius noster libro octauo: Ipse incinctus, inquit, cinctu Gabino, armatus in equum insiliuit. Iam uides quid illis imposuerit, qui ante me castigauerunt Liuiū. M. Fabij Dorsuonis sit mentio libro septimo hijs uerbis: Hos consules secuti sunt M. Fabius Dorsuo, Ser. Sulpicius Camerinus. Ceditius negare se commissi. Deest particula &, quam addere debes, Et Cæditius negare se commissurū. Infra debet esse: Lex curiata lata est. Ac paulo post est, uictu suo fraudans. Tum uigiles eius loci, quos sefellerat ascendēs hostis.) Mendosa dictio est quos. Scribe, quā sefellerat asc. hostis, Vt referatur ad præcedentes duos genitiuos, Eius loci. Ob nocturni periculi memoriam.) Codex Vuormaciensis habet: Ab nocturni pe-

riculi memoriam. Lego, memoria. Sicque dictum erit ab nocturni periculi memoria, ut ab re male gesta, & ab rebus secundis, & quod hic mox sequitur, ab incendijs torrido. De quo loquendi modo supra ad monuimus. Et cum stationibus procederent.) Mendosus locus est, Emenda: Et cum stationes procederent. Item, quacumque passione posset. Reponere, possent. Iussumque & templum in Noua uia allocutio fieri.) Antiqua lectio: Iussumque templum in noua uia locutio fieri. Lego: Iussumque templum in Noua uia Locutio fieri. Videte quid inter nos ac maiores inter sit.) Scribe: Et uidete quid int. n. ac m. inter sit. Mox est, Lauinio: Quanta piacula committantur.) In corrupta lectio: Nonne in mentem uenit, quantum piaculi committatur? Ex qua eas nihil unquam.) Expunge pronomen eas, & scribe: Ex qua nihil unquam, praeterquam urbs capta mouit. Et Flamen peregre habitando in singulas noctes quantum sibi rei: publicae piaculi contrahet.) Reponere: tantum sibi rei: publicae piaculi contrahet. Quia piget re aedificare.) Antiqua exemplaria habent: Quia piget aedificare. Sicut & mox, aedificare incensa piget. Infra est in ueteri, quam meae calamitatis.

IN LIBRVM SEXTVM DECADIS PRIMAE
Annotationes per Beatum Rhenanum

TVM quod perrarum per eadem tempora literae fuere.) Habet uetus lectio: Tum quod paruae & rarae per eadem temp. lit. fuere. Dicitio paruae multos offendit. Nam illam in altero exemplari quod nobis ex Vuormacia communicauit Dn. Reinhardus a Rietpur primarij templi Decanus, uir pietate & eruditione iuxta spectabilis, quidam dispunxerat. In uulgatis aeditionibus uides in perrarum commutatum, & copula sublata. Atqui sciendum, aliquando literas inscriptionem apud Liutum significare, ut quum infra dicit: Tabulaeque sub eo fixa monumentum rerum gestarum huius ferme incisa literis, id est, hoc epigramate. Proinde hic quoque intellige, paruas & raras per eadem tempora fuisse literas, hoc est, breues inscriptiones modo, quae non satis rem explicarent, easque fuisse raras. Infra est tantum, posteriore clade Alliensem appellarunt. Et mox in altero exemplari manu scripto, legitur insignemque rei nulli publice priuatumque agenda fecerunt. Nec, nisi antequam omnia praeripiant.) Et hic scribendum praeripiant, id est, prius capiant. De quo uerbo supra quoque semel atque iterum admonuimus. Et eandem exhaustam impensis.) Hic forte miraris aliquid desiderari. Itaque scito sermonem elegantissimum Liuij ueritatem esse. Reponendum iuxta fidem archetypi Borbetomagensis, & eodem exhaustam impensis. Eodem, subauditur, aedificando, nam praecedat, propter aedificandi curam. Id quod non uidit is qui locum deprauauit. Porro non est tam inops uerborum Liuius, ut amphibologiam committat, quum dubium sit quid accusatiuus eandem referat, plebem ne an curam. Infra est in altero codice: Tromentina. Iuuentutem summississe ad id bellum.) Antiqua lectio: Iuuentutem suam mississe ad id bellum. Collegam facimus.) Emenda: Collegam facimus. Ut sit sensus: Te Sergi Cornelii, praesidem huius publici consilij, custodem religionum, comitorum, legum, rerum omnium urbanarum, ego & collegae mei, de quibus toties iam dictum est, facimus. Sed turba hostium & fuga impediabatur.) Scribe: Sed turba hostium & fuga impediabat. Mœnibus Satricis se includunt.) Non contemnendum erratum est. Lege: Mœnibus Satricis se includunt. Ne tanquam Veios oppugnatus in opere longinquo sese tererent.) Nec hic mediocri lapsus. Restitue: Ne tanquam Veios oppugnantes in op. l. f. t. Ex parte altera Interceptis itineribus.) Emacula locum scribens, interseptis itineribus. Sic obsepere iter dixit libro nono: Hac, inquit, plebi ad eurules magistratus iter obsepserit. Mœnia egredi iubet. Legendum adgredi iubet. Infra est in antiquo uolumine, L. Papyrio Cursore 11 trib. cons. pot. Item mox, bellum ab Volscis. M. Furio recuperari patria non potuerit.) Scribe, a M. Furio recuperari patria non potuerit. Alliciendo ad se plebeiam auram.) Adulteratus indubie locus est. Habet lectio uetus: Alliciendo ad se plebem tam auram. Lego & distinguo sic. Criminando patres, alliciendo ad se plebem. Iam aura non consilio ferri. Significat aura aspirantem uulgi fauorem, proinde elegantissime dictum est, iam aura non consilio ferri, hoc est, se rebatur. Assidue bella cum Volscis gesta.) Sincerior & antiqua lectio: Assidua bella cum Volscis gesta. Siqui dii, uatesque eorum in futurum uident.) Scribe, Siqui dii uatesque eorum in f. u. Sed obnoxios uos stabili gradu impetum hostium excipere.) O pudendum lapsum. Reponere: Sed obnoxios uos stabili gradu imp. h. ex. Ab obnitendo. Sic libro septimo: Stant, inquit, obnixi Samnites. Tum terrorem equestrem occupatis alio labore infer.) pro labore scribe pauore. Sensus est: Territos, adhuc terre. Et fluctuanti similis erat.) Non est absurda manu scripti codicis lectio quae habet, Et fluctuantis similis acies erat. Nam cum genitiuo constructum similis, ad mores refertur, autore Donato. Mox ubi legitur, Dein postquam cadentibus primis, iam ad se quisque peruenturam caedem cernebat, uideo diuersam lectionem in ueteri uolumine fuisse, nempe credebat. Et additum, Alibi cernebat. Illi se deuouere corporis uitaeque ac sanguinis.) Pronomen se expungi debet. Nam mox praecedat, Ab illo se habere. Quod hic subauditur. Addita alia commodioris ad omnia turbanda consilij res.) Foede uitiatus locus est, Scribe: Addita alia commotioris ad om. t. consilij res. Et conuenit hoc uocabulum seditionem molienti.

Siue quod & ipse in parte praedae sis.) Recte habet uolumen Borbetomagense: Siue ut & ipse in parte praedae sis. Nec erat opus mutare. Porro & ipse M. Maenius est patribus unus erat. infra est: Quin eam diducitis. Est autem diducere, in diuersas partes ducere. Quod uerbi hic locum habet. Oblateque uani furti

ni furti inuidiæ.) Sic hic dicit oblatam inuidiam, quemadmodū Terentius uitium oblatum, stuprum oblatum, & incendium oblatum, ac oblatam mortem Cicero. Quæ omnia per uim & inuitis facta intelliguntur. Elegantissima locutio est. Et iam magis insignis & sordibus & facie reorum turba Manliana erat.) Prius &, in exemplari ueteri dispunctum est. Ut sit sensus, insignis sordibus &, id est, facie reorum. Tot nunc aduersus unum hostes eritis.) Scribendum aduersus unum hostem eritis. In tot subauditur clientes, uel simile quippiam, puta milites seu uiri. Infra est, satis planum. Ab accusatoribus obiecta sunt reo.) Scribe, obiecta sunt reo. Ad hoc seruatos ex hostibus ciues produxit.) Suspicor uerbum produxit ab exponente postea additum. Quod tamen subaudiri potest aptius quæ uerbum protulisset, quod inanimatis rebus conuenit. Alioquin melius legatur produxisse coherente oratione. Quod uero sequitur precatumque esse, aut subaudiendum aliud uerbum, puta aiunt siue ferunt, aut scribendum precatumque. Extra portam frumentariam.) Sincera ac uetus lectio: Extra portam Flumentariam. Sunt qui duumuiros.) Ex uoluminibus manu scriptis antiquius habet & emendatius, Sunt qui per duumuiros. Quare sic lego & distingo: Sunt qui per duumuiros, qui de perduellione anquirent et creatos, autores sint damnati. Tribuni de saxo Tarpeio deiecerunt. Sensus est Liiij. Quidam dicunt damnati ab ipso populo, quidam à Duumuiris. Hoc uero constat, quod tribuni illum de saxo Tarpeio deiecerint. Infra est in sinceriore codice, M. Furium Camillum vi Tr. mil. creauere. Comitibusque iurare parato in uerba excusandæ ualitudinis solitæ consensus populi restiterat.) In antiquis libris legitur ualitudini. Coniicio scripsisse Liiium, in uerba excusandæ ualitudini solita. Id est, quibus solebat excusari ualitudo per iuramentum. Quibus solis confideret.) Antiqua lectio, quibus solis considerent. Subaudi, hostes ipsi. Infra est, cum ætate & ingenio tum mult. Item, rapere sit solitus. Rursum, cum uirtute satis tum gloriæ. Item, Sensit ergo euctus uirtutis enixæ opem. Et Volsci quâ modo simulato metu cesserant; eunt in ueram fugam effusi.) Mendum hic est planè pudendum. Nam eâ aduerbiū quispian in uerbum eunt mutauit, ignorans aduerbialiter eâ dici sicut & eadem, ac referri ad quâ. Proinde sic scribe & distingue sententiâ: Et Volsci quâ modo simulato metu cesserant, eâ in ueram fugam effusi, magna pars & in ipso certamine, & post in fuga caesi. Infra est: Cum in exercitu, tum Romæ. Non præcipiam gratiam publici beneficii.) Scribe: Non præcipiâ. Quod uerbum Liiio peculiare esse multis iam locis monuimus. Nisi quando à uobis proque uobis arma acceperimus.) Repono: Nisi siquando. Interim tribunos plebis fama ipsa irritauerat.) Castiga, fama ea ipsa irritauerat. Infra debet esse: Satis scire eum esse.

Eâ, aduerbiū

Præcipere gratiâ publici beneficii

IN LIBRVM SEPTIMVM PRIMAE DECADIS
Annotationes Sigismundi Gelenij.

Quæ exodia postea appellata.) Vetus codices: quæ inde exodia. L. Manlius perinde ac reigerendæ, ac non soluendæ religionis gratia creatus esset.) Melius antiqua lectio, perinde ac rei publicæ gerendæ, ac non soluendæ religione g. c. e. Quadragenariæ VIII cohortes, lecta robora uirorum scribuntur.) Legendum, quadringenariæ, attestantibus præsci characteris codicibus. Speculatores paucos fugæ trepidationisque Gallorum.) Exemplaria germanica sanè per se uetusta, quorum fidem atque autoritatem libenter sequimur, habent spectatores, non speculatores. Lentius id aliquantum bellum, quæ parti utriusque placebat, fuit.) Lege, aliquanto. Qua sceditate supplicij aliquanto ignominia P. R. insignior fuit.) Insignior fuit, habet antiqua scriptura, consentientibus inter se archetypis. Quod cum Tarquinienibus iuuentus eorum militauerat.) Lege: Quod & cum Tarqu. ut sit geminata coniunctio & paulopost: in acie operam nauaturos, non in aciem, ac mox post hæc uerba: emancipandoque filium fraudem legi fecisset: non admodum apte coherbant sequentia, nempe hæc, prohibitum deinceps per tribunos pl. leges in castris ferri, nec dubium est per incertiam scribæ e margine in contextum translata. Paulopost: Etiam dictaturam in promiscuo esse.) Lege addendo: Etiam dictaturam iam in prom. esse: quemadmodum habet manus scripta exemplaria, & mox: populatores agrorum uagos palantes oppressit absque coniunctione, & proxime sequenti uersu: ex agro Ro. addita præpositione ex. Rursum in sequenti uersu: Nec per dictatorem plebeium, nec per Popilium consulem.) Melius uetus lectio: nec per consulem, ut plebeium utroque referas, tam ad C. O. S. quæ ad dictatorem. Popilium primo aliquis inter lineas adscripsit, explanandi causa: deinde in contextum ea uox, ut sapius sit, irrepsit. Postremo uicta perseverantia C. O. S. plebe eò dolor erupit. Sincera lectio: uictæ perseverantia consulum plebis. Paulopost. Nec patricos ambos consules.) Vetus codices & hic & alibi constanter habent ambo in accusatiuo quoque casu, ut sit κατ' ἀρχαῖσιν uox indeclinabilis, quemadmodum Græcis ἀμφω. Grauius est quod aliquantopost sequitur. Ut Romanos florentes ea sui misericordia caperet, quæ se rebus afflictis quondam populi Ro. cepisset.) Ardelio nescio quis non affectus eius uocis elegantiam, rebus affectis mutauit in afflictis Post aliquot uersus: Ii meriti æquitate curas sunt.) Ii redundat. Mox: C. Sulpicius Peticus, & T. Quintius Pœnus, quidam Cæsonem cognomen Quintio adijciunt.) Vetus lectio: quidam Cæsonem, alij Caium, cognomen Quintio adijciunt, ut intelligamus triplicem uarietatem, quibusdam hunc Titum, Cæsonem alijs, alijs Caium appellantibus, Porro cognomen eò maluit dicere quàm prænomen, ut opinor, quod prænomen non temere

y 3 alibi

alibi quàm in grammaticorū scriptis reperiat, & pro Potito in manu scriptis perpetuo Peticus legitur, duntaxat in Sulpicia gente, nec dubito quin rectius, nam Potitorum familia Valeriæ gentis est. Eum qui mutauit, offendeat uox non intellecta: at qui eadem ratione mutanda essent non pauca alia in hoc genere uocabula, quorum nemo est hodie qui significationem dicere queat, cum passim apud Liuium aliosq̄ historicos occurrant. Sequitur: Cuius lentæ tabis senio.) Lege addendo, lentæ uelut tabis. & sic legitur in uetustis ac emendatis codicibus. Cum ipsa cunctatio & in his animos minuisse, & auxisset hosti.) In redundat. Mox pro materi, uetus habet matari. & aliquāto post pro musitan-tes, mussantes. Imperare duumuiris ut libros Sibyllinos inspicerent.) Legendū decemuiris. Paulo post: ab ædilibus dicta dies esset, non dictæ essent. Cum robore iuuentutis suæ occiso.) Acciso est in archetypis, non occiso. Agros, delubra deūm, humanaq̄ omnia.) Lege addendo: diuina humanaq̄ omnia. Mox, Luxuria superbiaq̄ clarus, nō potentiaq̄. Superbiæ Campanorū crebra mentio fit apud Latinos scriptores. In uallem infimam dimitteret agmen.) Scribo demitteret. In eundem lapidem & alibi non semel impegerunt scribæ. Nec tu mihi plus q̄ unius legionis principes hastatos dederis.) Antiqua scriptura: Ne tu mihi plus q̄ unius legionis principes hastatosq̄ dederis. Paulo post: Ad subducendū agmen, non seducendum. Samnites dum huc illucq̄ signa uertunt, utriusq̄ rei omiſsa occasione, neq̄ consequi.) Vetus codices: Samnites dum huc illuc signa uertunt, absq̄ coniunctione, & insequi habent pro consequi. Singulis bobus binisq̄ tunicis donati.) Illic legitur: Binisq̄ priuis tunicis. & proxime sequenti uersu coronam obsidialē, quod nihil erat necesse mutare in obsidionalem. Suessanorumq̄ auditæ legationes, precantibus datum.) Legendū: Precantibusq̄ datum. Paulo post: alios graues iam ætate esse, esse redundat. Per speciem militariū usuum magna pars ablegati.) Lege addendo: Per speciem etiam militariū usuum, cum alij alio mitterentur, ablegati, attestantur manu scripti codices. Quem autem ab domo posse acciri.) Ab Roma, illic legitur, nō ab domo. Aliquanto post, aut ubi restitaret, non restaret. Ut mihi de uobis concordia partam gloriam.) Partæ non partam legendū. Non multo post: Ac si cui genus, non gens. Qui maxime suis militibus placeret.) Sincera lectio: Qui maxime uobis suis militibus parceret. Sed id propter P. Salonium.) Sed redundat. Proxime sequenti uersu melius in uetustis codicibus legitur primi pili, quàm in uulgatis additionibus primipilum.

IN LIBRVM OCTAVVM DECADIS PRIMAE
Annotationes Sig. Gelenij.

Interreges fuerunt, M. Valerius, ac M. Fabius. Creauerunt C O S S.) Lege creauit: uidelicet posterior interrex Fabius. Sequenti uersu est in Italiam, cum præpositione, contra q̄ in uulgatis additionibus. Si socialis ullus exercitus ijs est.) Vetus lectio, Si socialis illis exercitus is est. Paulo post C C annorum morem solueremus, nō soluerimus. Sed hoc leuius, q̄ quod mox præpositio intercudit, nisi conscientia uirium, cum ueteres codices indicent scripsisse Liuium, nisi à conscientia uirium. Rursus: Ego ipse audiente non P R. Lege addendo, en ego ipse. Ac mox, iure gentiū tutus loqueretur, non iu. gen. loq. Senatus partem aquam ex utraque parte esse.) Melius uetus, ex utraque gente. Hæcine fœdera Tullus Ro. rex cum Albanis patribus uestris Latini, hæc L. Tarquinius uobiscum postea fœdera fecit.) Quorsum attinebat hic repetere hæc uocem, fœdera. Species uiri maioris, q̄ humano habitu.) Maior hic iniuria q̄ pro numero literarū, elegantissimo scriptori facta est. Extat in manu scriptis sincera lectio, maioris q̄ pro hu. ha. Placuit ad auerrucandam deūm iram uictimas cædi.) Et hic mutatam Liuij linguā, indicant ijdem codices, ubi legitur, auerrucandæ deūm iræ. Aliquanto post habent, Spatio quod uacui interiacebat campi, non parui campi. Ignarus fati futuri, quæ laus an pœna merita esset.) Malui sequi ueterem lectionem, nempe sic, ignarus facti futuriq̄, laus an pœna merita esset. Scribebantur hæc quatuor serè legiones.) Lege, scribebantur autem IIII. Mox, Tum nec uexilla, tum redundat, & quod paulo post sequitur, haud procul à radicibus Vesuuij, rectius in manu scriptis legitur, haud procul radicibus. Item aliquanto post, funusq̄ par morti, melius quàm compar.

Quem uelit ex legione Romana scriptum ciuem.) Nec hic erat cur scripta in scriptum mutaretur. Affirmando cōmunem fore Martem belli.) Antiquior ac dubio procul sincerior lectio habet, communem uere Martem. Non hoc solum loco ex lectione Liuiana apparet, communis Mars eque fuisse celebratum Romanis, ac Græcis illud κοινός ἐρμῆς. Sumptum est autem ex Homericō uersu, κοινός ἦν ὀλισθηρὸν καὶ τὸν Ἰταλίων τε καὶ Ἑλλήνων. Bina in Latio iugera.) Latino lege, & subintellige agro. Nam mox sequitur, terna in Falerno. Paulo post: Pecunijs pœnaq̄ pro cuiusq̄ merito persolutis.) Quis nō uideat rectius legi, præmijs pœnaq̄. Pedani eodem iure quo Lanuuii ciuitatē adepti.) Non admodum discrepat, quantum ad sensum attinet, uetus scriptura: eodem iure, quo Lanuuii in ciuitatem accepti. Sed priusquam C O S S. ab urbe (iusserat enim senatus defendi Auruncos) exercitum eduicerent, fama affertur Auruncos oppidū deseruisse.) Vetus lectio, Sed priusquam C O S S. ab urbe (iusserat enim senatus) defendendi Auruncos exercitum eduicerent, fama affertur Auruncos metu oppidum deseruisse. Ac mox, Dicitur C. Claudius, nō dicitur est Claudius. Bibere iussæ, ut se falsum commentatam arguerent.) Antiqui codices commentam habent, non commentatam. Fugam magis
retro

retro quàm praelium aut hostem expectante milite.) Spectante milite, legi debet. Bona Semioni Iano censuerunt consecranda.) Quamquam idem sit Sango Sabinis qui Romanis Ianus, nihil tamè erat necessum hic pro Sango Ianum supponere, reclamantibus antiquæ scripturæ codicibus. Honoris etiã causã fuit, tribunatũq; pl. proximis comitijs absens petentibus præfertur.) Exemplaria nostra rectius: honoris etiã ei causã fuit, tribunatũq; pl. proximis comitijs absens presentibus præfertur.

Vitio ne creatus esset in discussione uenit.) Rectius in disquisitionem uenit. Mox, Publice priuatum ue, non priuatimq;. Et, Quid in castris uitij obuensset, non uenisset. Ibidem: quod plebeius dictator sit dictus: dictus redundat, nec est in antiquis codicibus. Deinde est, Alia de causa, non alia causa. Paulo post, incurstones in omnem partem, nõ excursiones, & si id leuiusculũ est. Illud maioris aliquanto momenti, quod mox Sotimus in Sotinium deprauatus erat. Quidam Lucanorum precio acciti.) Pro acciti ambo exemplaria habent afficti. Cui cum senatus consulto Publius ob æs alienũ paternum nexum dedisset, quem ætas formaq; ad misericordiam elicere poterant, ad libidinem & contumeliam animum accenderunt.) Sincera lectio: Cui cum se C. Publius ob æs alienum paternũ nexum dedisset, quæ ætas formaq; misericordiã elicere poterãt, ad libi. &c. Paulo post est, tergum ostentabãt, non ostendebant. In rabiem atq; iras imperatorum uertitur.) Hic quoq; sicut sæpe aliã, seu scriba seu castigatores uertit deprauauit in uertitur. Proxime sequenti uersu pro auspiciũ petendũ, auspiciũ repetendum legi debet. Item pro, missõq; repente senatu, missõ itaq; repente. Quin tu respondeas.) Scribo quin tu respondes? Cum omni genere principum mag. equ. cum ascendisset.) Legendum cum omni agmine principum. Licentia sola qua se ubi uelint exaurent.) Qua redundat. Et mox detracta erat una dictio. Legendũ enim iussu iniussu imperatoris. Tepentes tribunos.) Quid (malum) tepentes: Stupẽtes lege. Post aliquot uersus, qui castris præerat, nõ in castris. Deinde, animi multo prius militũ, nõ multo plus. C. Sulpicio, Q. Aemilio (Aulum quidam annales habent) C O S S.) Aulium lege. Nec enim de prænomine Q. ambigit, sed de nomine gentili, Aemilius ne an Aulius dictus fuerit. Mox est, Sulpicio Samnites, Apuli Aemilio, non Apulia. Nec quenquam ex Pollia tribu candidatũ fermè datum, Papyriam ferre solitum.) Vetus lectio sincerior: nec quenquam fermè ex Pollia tribu candidatum Papyriam ferre solitum. Deinde pro locum castris communiri, illuc est, locum castris dimetari. Sequenti uersu pro, Itaq; cum, Itaq; ubi. Item proximo pro, instruuntur contra, instruunt contra. Postremo pro & hercule, at hercule. Clamor inde nouus accedens.) Imò accidens. hoc erratum & alijs locis aliquoties occurrit. Et quocunq; progrediebantur, magis magisq; turbatos hostes cernebant.) Elegãtior antiqua lectio: Et quicquid progrediebãtur magis magisq; t. h. c. Pedestres restantes ac circumuentos cædunt, ab equite fugientium strages est facta.) Scriptura uetus habet: Pedes restantes ac circumuentos cecidit, ab equite &c. Sed cæterarum rerum strita fuit deditio.) Sed redũdat. Mox pro nec discrepãt, manu scripta exẽplaria habet, nec discrepat, & quidẽ paulo Latinius.

IN LIBRVM NONVM DECADIS PRIMAE
Annotationes Sig. Gelenij

Circa Caudium castra q̄ potest occultissime ducit.) Quis unquam legit, castra ducit: Legendum, castra locat. Altera propter oram superi maris.) Præter oram, lege. Sequenti uersu, pro alti syluosiq;, lege addendo alti, angusti, syluosiq;. Castra prope aquam uallo circumdant.) Hic potius propter aquam legi debet, attestantibus archetypis. Mox: Consultantes nox oppressit, non consulentes. Et, per annos iam propè x x x uincimus, rectius q̄ uicimus. His inuicem sermonibus tanquam quietis immemores nox traducta est.) Hæc locutio solocismo non caret. Sequenti nostra exemplaria restituumus ad hunc modum. His inuicem sermonibus qua cibi qua quietis immemor nox traducta est. Ita fermè locutus est.) Lege, locutus esse, ut referas ad uerbũ præcedens dicitur. Quicquid istuc præsens necessitas iniunxerit.) Inusserit habent uetusti codices, magno inter se consensu. Iisdem sequenti uersu habent: Herenius domum è castris est auectus: non, Herennius domum aduectus. Mox lege addendo, uti prouocarent ad pugnam. Quæ si pro seipsis ad mortem ruere uolunt.) Antiqua scriptura: Quæ nisi pro seipsis. Deinde pro, Hic omnis spes opesq; sunt: scribo, Hic omnes spes opesq; sunt. Sponponderunt C O S S. præfecti, legati.) præfecti non habentur in archetypis. Et legitimus quidem præfectos non Romanorũ sed sociorum auxiliorum ue: sed illos in ordine Liuius nõ anteposuisse legatis, quæ summa secundũ cõsules imperatores ue in castris Romanis dignitas erat. Sibi nequicq; animos datos.) Lege addendo: Sibi nequicq; arma, nequicquam uires, nequicquam animos datos. Hoc scribæ oscitanti imputandũ. Deinde: tantam inter eos qui paulo ante. Lege, inter ipsos qui, Et aliquanto post pro, super mœrorem pudor quoq;, pudor quidam habent manu scripta uolumina. Paulo post: Ex alto animo, pro ex alto animi, & si parum interest. Sed tanquam reum tam infelicis belli quàm ignominiosæ pacis. Quid offendebat castigatores in hac lectione: qua infelicis belli, qua ignominiosæ pacis: an sic Latini scriptores, aut ipse Liuius, nunquã loquuntur? Ne quid diuini aut humani obstat.) Malim ueterẽ scripturam: nequid diuini humani ue. Atqui non indignitas rerum sponsoni uinculũ leuat. Si quid est, in quo obligari populus possit, in omnibus potest.) In Archetypis legitur hoc modo. Atqui non indignitas rerum sponsonis uinculum leuat. Si quid est, in quo obligari:

γ + populus

populus possit, in omnia potest. Arma cuncti spectant, & bellone unquam futurum.) Mutata est & hic lectio, ne dicam deprauata. Illic legitur: Arma cuncti spectant & bellum, en unq̄ futurum &c.

Omnia ira militaris prope uesano ordine egit.) Ridiculum erratum. Restituimus ex fide ueterū cōdicum, prope uesano impetu egit. Aliquanto post, signa inde ferre iussit: pro signum inde ferri. Item, apud infensos ob interpellatam dulcedinem iræ, non interpolatam, quæ uox latina quidem, hic tamē locum non habet. Et proximo uersu lege addendo, consules odio in hostes cessisse. Omnia patienda prius q̄ perderetur salus tot principum.) Proderetur haud dubie legendum. Nam prius legas an potius, non ita multum refert. Portas etiā cōsuli aperuerunt.) Addendum: Armatosq̄ clam hoste in urbem acceperunt. Acceptum ab uno pauorem plures per urbem fecerunt.) Non displicet uetus lectio: Plures per urbem ferunt. Paulo post est, occultæ principum coniurationes factæ: non, patefactæ. C. Menenius dictus.) C. Mænius. Hæc plebeia gens fuit, illa patricia. Et si omnes antea cæta uita.) Legendum: Et omnes. Ac mox: Procul ab his coitionibus, non contionibus. Intentiores esse ad respectum castrorum, nequa eò uis fieret cum ad prælium starent, aciem peditum tutam fore.) In corrupta lectio: Intentiores ad respectum castrorum, nequa eò uis fieret, q̄ ad prælium starent. Aciem pediti tutam fore. Ac mox. Aut ad circumeundos hostes, aut ne ipsi circumuenirentur.) Alia lectio nihilo deterior: Ne ipsi circuirent. Samnitium omnis multitudo & Nolani agrestes.) In manu scriptis est, & Nolana agrestis, uidelicet multitudo. Minturnæ & Casinum ut deducerentur coloni s c factum est, triumuiros creauere.) Vera lectio: Et in tertiam Casinum ut deducerent coloni s c factum est, sed triumuiros &c. Religionem afferre facile posset.) Restituimus: religionē facere posset. Item pro classis ordinandæ, ornandæ legendū est. Et, in Samnio Cluuiam, non Cluuiani. Vbi in dī stingendo etiā peccatum erat. Repente adortus cum clamore ac tumultu inuadit.) Antiqua lectio: Repente exortus cum clamore ac tumultu incautos inuadit. Paulo post lege addendo, uno animo omnes inuadere. Virtutem in superbia, audaciam in contemptu deorum hominumq̄ ponis.) Antiqua lectio, Virtutem in superbia, in audacia, in contemptu deorum hominumq̄ ponis. Aliquanto post, In syluam Ciminiā penetratum, nō penetrant. Tum ex ijs qui aderant, cōsulis fratrem M. Fabiū, Cæsonem aliq̄, C. Claudium quidam matre eadem qua consulem genitum, tradunt speculatum se iturum professum.) Vetus scriptura: Tum ex ijs qui aderant, consulis frater (M. Fabium, Cæsonem aliq̄, C. Claudium quidam matre eadem qua consulem genitum tradunt) speculatum se iturum professus. Paulo post lege addendo, Agrestibus telis, falcibus gæsisq̄. Et Samnitium bella extollit, non bellum.

Ob hæc etiā aucta fama & (ut solet) ingens terror patres inuasit.) Et redundat. Aliquanto post, Et ne nudentur pugnatoribus signa, legendū propugnatoribus. Sequitur ridiculum erratum, galeatæ cristæ, pro galeæ cristatæ. Item legendū, Ad Perusiam, quæ ipsa, non quæ & ipsa.

IN LIBRVM DECIMVM DECADIS PRIMÆ

Annotationes Sig. Gelenij.

T Amen ne prorsus imbellem gererent annum.) Rectius uetus, imbellem agerent annum. Quæ satis lato spatio equi præmitti possent.) Scribo, quæ satis laxo spatio equi permitti possent. Consul ex dictatura factum M. Valerium.) Lege, Consul ex dictatura factus M. Valerius. Mox, Certamen iniectum, melius q̄ inceptum. Et, Rogationem promulgarunt, absq̄ coniunctione. Vti rogastis, iubendam censeo.) Legendum, Vti rogata est. Ad populandos hostium fines intendit.) Lego, incedit. Et sequenti uersu uastum, non uastatum. Rursus aliquanto post, Quid ergo attineret, non attinet. Deinde, quantæq̄ in hanc aut in illam prouinciā copiatæ satis essent, essent redundat. Samnites desperantes improuiso tumultu.) Desperato, rectius. Obtestandoq̄ propè resistentes cōsules in concionem pertraxerūt.) Vetus lectio habet resistentes nō resistentes. Item pro, ast hic ego tibi templum uoueo, illic est, Ast ego templum tibi uoueo. Ob hæc etiā appetebat tempus comitiōrū, quorum causa L. Voltinnius c o s. Romam reuocatus.) Sincera lectio, Ob hæc, & iam appetebat tempus, comitiōrum causa &c. Tum quod ex cōcordia consulum bona.) Lege, tum quæ. Post aliquot uersus, è patribus enupsisset, non nupsisset. A Capena porta ad Martis ædem, ac mox, ad Cereris ædem.) Vtrobicq̄ ædem scriba benignus de suo adiecit. Ne ad omnia simul adire & obire unus non possit.) Vetus scriptura, Ne ad omnia simul obire unus non possit. Fabius Hetruria rebellante.) Adde præpositionem, Fabius in Hetruria rebellante. Voluntatē sibi ac fauorem cōsentientis populi pro omnibus iussis affutura.) Antiqua lectio, Pro omnibus iussis esse ac futuram. Additæ aræ in medio uicti mæq̄.) Additæ redundat. Aliquanto post, datū hoc forsan. Hic quoq̄ redūdat forsan. Deinde, Exeunt iam forte in aciē. Rursus forte scriba adiecit de suo. Vox etiā ad hostes accederet.) Accideret, de quo aliās monuimus. Sequenti uersu, priusq̄ gloria alterius exercitus fieret, nō foret. Incolumi uix ex tanta trepidatione Bouianū peruentū.) Antiqua scriptura, ut ex tanta trepidatione. Vt pauore admodum plures caperent.) Exemplaria uetera, Vt paruo admodū. Pedites equitesq̄, insignes donis transire, ac transuectis multæ ciuicæ coronæ uallaresq̄ ac murales conspectæ.) Lege & distingue, pedites equites que insignes donis transire ac transuecti, multæ ciuicæ &c. Aeris grauis transuecta uicies centum millia, & auri triginta tria millia, id enim redactum ex captiuis dicebatur.) Beauit ærarium suo mendacio scriba. Sincera lectio, Aeris grauis transuecta uicies centum millia, quingenta triginta tria millia, id æs redactum ex captiuis dicebatur.

F I N I S

IN FRAGMENTA LIBRI SEX

TERTIAE DECADIS
ANNOTATIONES.



Q UOD nos nacti fuimus è Spira Liuium exemplar, ex fragmentis uetustissimorum codicum saltuatum descriptum uidebatur, praesertim in hoc libro Sexto tertiae Decadis. Nam initium uoluminis fecerat librarius à particula, quam nos uix tandem in medio libro reperimus, abruptis uerbis. Cum ea coherebat aliquot paginis intermedijs omissis, libri finis. Deinde quum Septimum librum conferre coepissemus, iterum particulam inuenimus quae ad Sextum librum pertinebat. Vide miram confusionem. Nos in hijs Annotationibus excusorum codicum ordinem sequimur. *Sacra fracta, ac spoliata deum delubra.*) Pro sex istis dictionibus, nos tantum quatuor reposuimus, Et refracta deum delubra. Castigator quia connexis syllabis scriptum reperit & refracta, substituit ipse, sacra fracta. Deinde quum superessent duae dictiones, deum delubra, ne nullus esset sensus, adiecit has uoces ac spoliata. Iam substantiue sacrum usurpare magis poeticum est, ut apud Persium: In sacro quid facit aurum? Itaque potius sacraria fracta dixisset Liuius, ut de prodigijs Bacchanalibus libro nono Decadis quartae, Deinde pure lautum in sacrarium deductura. Et mox, Ancillam se ait domine comitem id tum sacrarium intrasse. Nam sacrum ipsum est sacrificium, ut ibidem: Quae in ludo simili Bacchanalibus in sacro nocturno solerent fieri. Porro refringendi uerbum sepe apud Liuium comperias, ut hoc libro sexto ad finem: Et porta intus forisque pariter refringi coepit. Et libro septimo: Deinde proxime refracta porta. Ita ut ne nudo quidem solo, reliquis direptis, al.) In ueteri codice est, relijs direpta fortunae, Reposuimus nos, reliquis direpta fort. Intelligenda autem per appositionem sententia, nudo solo (subaudi agrorum aedificiorumque, quae erant reliquae direpta fortunae. Hoc tamen leuiculum, non animaduersum, castigatorem decepit. Saltem quae coparent.) Non potest ulli dubium uideri legendum esse compareant modo potentiali, etiamsi scriptus liber nullus mouisset. Maneant, inquit Marcellus.) In exemplari manu scripto legitur: Maneant immo inquit Marc. Neque est hic ociosa confirmantis particula. Sed non quid ego fecerim in dif. u.) Post haec uerba omissa erat sententia, quam nos in contextum inseruimus, nempe haec, quem quisquid in hostibus feci, ius belli defendit. Tamen illuc deprauate scriptum erat defendendi. Ingentem saltum hoc loco fecit librarius, quemadmodum paulo ante meminimus. Auspicijs, ac per.) Reposuimus ex scripto codice, auspicijsque & per n. Breui tempore, hinc o.) Prodigiose corruptus est hic locus. Legendum quemadmodum castigauimus, breui extorre hinc omne Punicum nomen. Vt breui sit aduerbiu. Significat extorris exulem, uelut qui extra terram siue patriam sit pulsus. Rursum Liuius libro septimo: Extorrem agro Romano, procul terrae contactu alto mergendum. Libro quinto primae Decadis coniungit exulem & extorrem: Ne exulem extorrem, inquit, populum Romanum ab solo patrio ac dijs penetibus in hostium urbem agerent. Distinguenda autem uerba hoc modo: Animus quoque m. m. m. a. h. t. u. praefigit, nostram Hispaniam esse: breui extorre hinc omne Punicum nomen, maria terrasque foeda fuga implendum. Trifariam exercitus in diu. r. distraxere.) Exercitus uertimus in exercitum (sic enim est in ueteri libro) ut intelligas ex uno exercitu tres factos. Ibi pecuniae.) Vetus habet: Ibi pecunia. Et sequitur paulo post: Hic pecunia omnis hostium. Et nescio an unam Hispaniae oram, quae nostro ad. m.) Haec uerba nullo sensu dicta sunt. Reposuimus ex ueteri libro, & nescio an unum in Hispaniae ora quae nostro adiacet mari. Est autem quae aduerbialiter hic legendum. Vt eodem tempore exercitus ostenderet.) Hunc locum mutilum integrum fecimus, ascriptis uerbis ex antiquo uolumine quae deerant, hoc modo: Vt eodem tempore Scipio ab terra exercitum ostenderet, classis portum intraret. Expunximus enim coniunctionem quae ultimam clausulam connectebat, qua nihil hic est opus. Porro huic loco non frustra asteriscum apposuerat Asulanus. Nullum obiectum uallum.) Exemplar scriptum habet tantum, nullum obiectum. Perpena sententia, legendum opinor hunc locum sic: His ab tergo, nam frons natura tuta erat, uallum obiectum. Sensus est. A tergo castris uallum obiectum, ne obruerentur: à fronte uero minime, quum illac natura locus munitus esset. Assignat iterum rationem paulo post cur à fronte nullum uallum opposuerit, Vnde, inquit, quum tam parui operis munitio esset, non obiecit uallum Imperator Romanus. Caeterum sita Carthago sic est.) Castigauit: Etenim sita C. Nam reddit causam non obiecti à fronte ualli. Paulo plus.) Paululo plus. Patulum, & ad sept.) Castigauimus, paululum etiam ad sept. hoc est modice. Ex antiquo. Vtque exaestuare mare.) Adiecit clausulam quae deerat, Vtque exaestuare aut deficit mare. Circumuectusque classe.) Scripsimus classem. Et mox pro interim intenti. Ex ueteri. Quod ad urbem potissimum oppugnandam bello orsus esset.) Quatuor insignes mendae sunt in hac breui oratione, & sensus est inuersus, imò prorsus nullus. Sic autem Liuius scripsit, quod ab urbe potissimum oppugnanda bellum orsus esset. Mox gerundium hortatio quod sequitur, debebat esse cohortatio. In ditionem nostram traden.) Nostram aliquis adiecerat.

Hic tormenta, arma.) Omissum fuit hic uocabulum armamenta, hoc modo: Hic tormenta, armamenta, arma. Sic deerat mox particula & qui simul uos instruet, quum deberet esse, qui simul & uos instruet, & hostes nudabit. Et hic deerat pagina, aut amplius in exemplari manu scripto. Intentis omnibus ad opem ferendam.) Legendum ad opem eò ferendam. Vt nemo sentiret ante à tergo cap.) Vt nemo ante à tergo senserit capt. Vtque ancipitem host. h.) Reposuimus ex ueteri codice. Et utrinque ancipitem

Extorris

ancipitem h. h. Porro non est hic superuacanea connectens particula, &. Et porta intus forisq; pariter refringi coepta.) Emendauit coepit. Ex manu scripto. Neq; enim affectauit Liuius figuram similiter cadentis. Partem ipse ad arcem ducit.) Induximus & dictionem partem, quae non est in codice ueteri, non alia de causa additam hic a castigatore, q̄ quod non putarat absolute ducendi uerbum a Liuiso usurpari. Catapultae maximae ferme centum uiginti.) In ueteri codice est maximae formae. Et hic ubiq; certos numeros appositos habet. Librae ferme omnes pondus.) Non librae legendum est, sed librales. At naues on.) Deleuimus at particulam, non ex antiquo libro, sed aliunde adiectam. Et natali alia materia.) In codice scripto mendose legitur, naualia materia. Opinor duntaxat legendum, natali materia. Ut de lignis intelligas. Inter tantas opes bellicas Car.) Restituimus: Inter tantas opes belli captas Carthago ip. f. Et in capiēda urbe.) Dispunximus praepositionē in, quā elegantius subaudias. Fessosq; milit. omnib. uno die belli operibus.) Castigauimus operis, auctoritatem sequuti uoluminis manu scripti, quae uox huic loco maxime quadrat. Significat autem opera actionem ipsam cuius finis est opus. Opera militaria sunt munitiones castrorū, ut quum de Marcello paulopost dicit, & opere perfecto extemplo in aciem legiones ducebat. Et rursum: Castra inde ponentem undiq; munitores operibus prohibet. Libro quinto primae Decadis: Ad opus, inquit, milites traducti. Operū omnium longe maximum ac laboriosissimū, cuniculus in arcem hostium agi coeptus. Eodem libro paulopost: Operibus tamen, inquit, nō ui expugnata est. Item libro nono significatissime de Gallis: Quando nec fossa ualloq; inquit, ab ignauissimo ad opera ac muniendum hoste clausi essent. At operae sunt ipsi labores & officia militum, ut in dimicando decurrendoq; & reliquis exercitijs. Nec constant opera sine operis. Liuius noster libro quinto primae Decadis: Nusquam, inquit, nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferme sine impensa opera est. Pretium tamen muralis coronae decus eius esse.) Docuit hunc locum sic emendandū liber uetus, praecipuum muralis coronae decus, eius esse. Q. Tyberilius centurio.) Legendum: Q. Trebellius centurio. Socijs C. Laelius classicis, Legionarijs M. S.) Volumen scriptum habet. Leliusq; tectus classis. Proinde legendum est indubie: Socijs C. Laelius Praefectus classis, legionarijs M. Sempr. Tuditanus aderat, quemadmodū & nos in cōtextu castigauimus. Intelligit autem per socios, socios nauales, ut nihil fuerit opus addere classicis. Adiuuat nostram emendationem quod paulopost sequitur: Ante omnes C. Laelium praefectum classis &c. Cornelium Claudium.) Verustus codex docet legendum, P. Cornelium Caudinum. Tantae indignitatis nō tam aduocati.) Emendauit, amoti tantae dignitatis. Per omnes deos apparatus iurare magis.) Legendū est iuxta antiquum uolumen paratos iurare, hoc est, promptos. Apparatus ad cultum refertur. Quod uero paulopost sequitur, ad concionem aduocauit, illic est uocauit, & comperisse non compertum habere. Ac xxx bobus donauit.) In scripto codice est uiginti bubus d. Porro mira uarietas in numeris est. Non de pondere auri argentiq; & redactae pecuniae conuenit.) Volumen antiquum habet: Non de numero auri atq; argenti, & redacta pecunia conuenit. Si aliquibus assentiri nesse est.) Exemplar uetus habet: Si aliquis assentiri n. Nisi sit aliquis pro aliquibus. Possit etiam legi alicui, subaudi scriptorum prodentium illa. Media simillima ueris sunt.) Arbitror Liuium scripsisse quemadmodum est in ueteri, media similia ueri sunt. Quid autem opus fuit similia ueri mutare in simillima ueris, quum latine & eleganter dicamus simile ueri. Quam tristi sub .seru. Lectio uetus, q̄ a tristi subiectas seruitio. Nec uacat a particula significans subiectionem q̄ pariat triste seruitium. Sic libro septimo: Scipio audior etiam certaminis erat, cum a spe quam successus rerum augebat, tum quod, sic em locum emendauimus, quum prius legeretur, cum ea spe. Inter haec e media turba.) In exemplari scripto tantum est, media turba, ut subaudire possis, e uel in media turba. Cum Scipio nihil profecto.) Vetus. Quum Scipio nihil de futurum ijs profecto diceret. Alia mihi cura.) In antiquo uolumine legitur: Alia me angit cura, aetatem harum intuentem. Animum stimulat.) Haec uerba non sunt in libro manu scripto. Stabant aetate & forma.) Sic procul dubio Liuius scripsit, quemadmodum manu scriptum uolumen docet: Simul aetate & forma florentes circa eam Indibilis filiae erant, aliaq; nobilitate pari. Caeterū quādo simul in stimulat uerterat castigator, opus erat uerbum aliquod infuscire. Adiecit itaq; de suo uerbum stabat. Nec minorē arguit, uel scribae uel castigatoris supinitatē, qd̄ haecenus in uulgatis exemplaribus, p̄ aliaq; nobilitate pari, legimus eaq; nobilitate pari. An si sorores erāt, nō erant pari nobilitate: Suspiciatur fortasse est scriba nō fuisse germanas. Ne quid qd̄ sanctū usq; esset apud uos, uiolare.) Deprauata & haec sententia. Legendū em hoc modo distinctis uerbis, ne qd̄ sanctū usq; esset, apud nos uiolare. Sic em est in manu scripto codice. Q. D. Turpe esse uiolari apud Romanos qd̄ apud illos Barbaros sanctū sit. Dignitasq; facit.) Facit nō erat in libro ueteri, sed superne quidā uerbum, monet, adiecerat. Vestra quoq; uirtus dignitasq; monet. Quam ciuium coniuges.) Legendum q̄ hospitum coniuges, iuxta uerustum librum. Desponsatam eam esse.) Desponsam est in ueteri. Cui Luceio nomen erat.) Hic & paulopost exemplar scriptum habet: Allucio, non Luceio. Et mox a domo non ab domo. Minor sit inter nos.) Tu scribe ueteris libri fidem secutus, quo minus sit huic inter nos sermonis uerecundia. Vult autem Scipio nullam uerecundiam esse eius sermonis, qui de casto amore sit institutus inter iuuenes praesertim. Cum sponsa tua uocata a militibus n.) Pro uocata reponi debet, capta. Quia ipse, si si. ludo aet. praesertim illecto & lato legitimoq; amore.) Hic locus multorum calamis deprauatus est, dum pro in recto alius substituit illecto, alius & lato. Sic autem legi debet: Et forma faceret fidem, quia ipse si frui liceret ludo aetatis, praesertim recto & legitimo amore, &

re, & non respub. &c. Tuo, cuius sponsa est, amori faueo.) Legendum ex fide codicis uetusti: Tuo, cuius possum, amori faueo. Fuit sponsa tua) Sic distingue. Fuit sponsa tua apud me, eadem qua apud soceros tuos parentesq; suos uerecundia. Seruata tibi est, ut inuiol. Adolescens simul pudore, gaudioq; percussus.) Sic castigauimus ad exemplar uetus. Quum adolescens simul pudore & gaudio percussus, dextram Scipionis tenens, deos omnes inuocaret ad gratiam illi pro se referendam, q. s. n. s. f. pro suo a. atque illius erga se merito esset, parentes inde cognatiq; uirginis appellati. Mira hic partim scribae partim castigantis negligentia accidit, ut ex una sententia geminam fecerit, quum particula subblata, & uerbo inuocaret in inuocare mutato. Quid autem opus fuit pro percussus supponere, percussus quod ad metum & terrorem refertur: Vt nihil dicam quod ablatiuus merito, ommissus fuit. Vt id ab se donum acciperet.) Pro ab se quidam, in exemplari uetusto scripserat ipse. Satis omnibus compositis.) Emendauimus in ueteri, rebus omnibus compositis. Captiuus Magone, & quind.) In scripto legitur: Captiuus, cum Magone & q. Vt intelligas & alios captiuos praeter Magonem, & quindecim senatores, nauis impositos. Praepilatisq; missilibus.) Codex antiquus habet hic, pilatisq; missilibus. Suspisor scribendum, pilatisq; missilibus. Remigio classis ciues, militesq; tranquillo.) Vitiat locus est, quum pro Remigium scriptum sit Remigio, & pro classiciq; classis ciues. Legendum autem attestante uetusto uolumine: Remigium, classiciq; milites tranquillo in altum euecti. Porro sic uocat Lilius Remigium ipsam multitudinem remigum, quemadmodum Horatius dixit in Epistolis: Remigium uitiosum Ithacensis Vlyssaei. Respub. ipsa strepebat apparatu belli. Fabris omnium generum in publica officina inclusis data cuncta, quam pari cura subibat.) Et haec clausula miris modis interpolatae sunt. Nec lectio ueteris libri prorsus bene habet, quae est huiusmodi: Vrbs ipsa strepebat apparatu bellicam officinam inclusis. Dux cuncta pari cura obibat, nunc in classe ac nauali erat, nunc cum legionibus decurrebat, nunc operibus aspiciendis temp. dabat. Porro suspisor legendum: Vrbs ipsa strepebat apparatu belli, publica officina inclusis. subaudi opificibus strepebat. Nam de illis loquitur, de quibus supra dixit: Destinauit opifices, ad duo millia hominum erant, eos publicos fore cum spe propinqua libertatis. Iam uide quomodo interpolatus sit iste locus. Primum pro vrbs ipsa subdidit castigator Respub. ipsa, quasi respub. strepere possit. Deinde haec uerba: Fabris omnium generum fortassis adiecit de suo. Clausulamq; elegantem, Dux cuncta pari cura obibat, ipse sic mutauit, data cuncta, quam pari cura subibat, ut de officina intelligamus. Postremo omisit orationunculas, nunc in classe ac nauali erat, nunc cum legionibus decurrebat. Resectisq; quos quassauerant, muris.) Vetus exemplar habet: Resectisq; quae quassatae erant muri. Cuius rei tam paruo praemio.) Apparet ex scriptura libri uetusti, legentiam posse: Eius rei tam paruae praemio.

IN LIBRVM SEPTIMVM TERTIAE DECADIS
Annotationes pe Beatum Rhenanum.

IN Italia autem Consul.) In ueteri codice non est autem. Praedae aliquantum eius militi fuit concessum.) Exemplar manu scriptum habet, praeda, & aliquantum eius fuit militum concessa. Arbitror legendum, Praedae aliquantum. Vt sit sensus: Praedae aliquantum subaudi captum est. Vt sit sensus: Praedae aliquantum concessa fuit praeda. Nam sequitur infra: Ibi ad quatuor millia hominum capta, & caeterae praedae aliquantum. Tantum gaudij.) Vetus: Tantum gaudium. Pari audacia Romanus.) Emendauimus: Par audacia Romanus. Nam sequitur, consilio & uiribus impar. Et sic est in libro scripto. Et sinistra ala acriter pugnam inierunt.) Reposuimus: Et sexta, alacriter pugnam inierunt. Nam mox meminit sextae legionis & quintae. Occiditq; principes.) Hoc uerbum uidetur aliquis adiecit. Mihi magis arridet uetusti codicis lectio cum participio perempti, quod in margine quidam ascripserat hoc modo. Principes qui cum Fulvio colloquia occulta habuisse comperti sunt, perempti. Semiermes.) Scriptura uetus satis ostendit non semiermes, sed inermes legendum esse. Et Romae q. cum luctus ex p. tum.) Video potius scribendum iuxta uolumen antiquum: Et Romae quidem q. luctus ex p. tam timor in f. e. In multum diei.) Castigauit in multum diem. Ex ueteri. Aduersus prodijt.) Prodit illic legitur, sicut paulo ante, dexterae alae sinistra subit. Non subijt. Locauit autem omne frumentum.) Deprauata clausula. Legendum attestante uetusta scriptura: Locauit autem omnem frumento. subaudi, agrum, ut uidelicet frumentum perciperet. Sibimetipsis tecta militariter c.) Scribe sibimet ipsos, ut sint duae dictiones. Stramento in tecta, omnibus uelut de industria alimentis ignis.) Hic locus cum mihi displiceret propter ablatiuum omnibus, inspexi uetus exemplar, & reperi illic scriptum non omnibus sed omne. Verum nec sic uidebam Lilianum constare candorem. Itaque diuile ex pensis non solum uerbis sententiae coherentis, sed ipsis etiam elementis deprauati uocabuli, hic sum adductus, ut putem a Lilio scriptum fuisse, non omne sed omnia, sic ordinanda siue distinguenda sententia: Erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine texta, stramento in tecta omnia, uelut de industria alimentis ignis. Vt uidelicet ablatiuus alimentis referatur ad priores ablatiuos, cratibus, tabulis, arundine & stramento. C L X X Campani.) Scribendum Capuani, sicut paulo ante: Ne deesset materia in Capuanos seuendi. Non Campanos. Nam Capuae res haec accidit, de qua hic loquitur. Sunt tamen Capuani & Campani, quod in Campania sita sit Capua. In Hetruria legati.) In exem

In exemplari scripto legitur: In Aetoliam legati. Ne aut consulem Marcellum. Expunximus Marcellum. Quæ prospera prælia. Reposuimus quæ is prosp. Ex ueteri. Quam Romano. Vetus habet, quæ Romanis esse adfirmabant. L. Geminum. In antiquo est, Genutium. Pateram ex quinque pondo auri factam. Ex scripto codice legendum: Pateram auream ex quinque pondo factam. Sub auditur autem auri. Iis quoque quæ darentur, portatæ togæ prætextæ. Videtur antiqui libri lectio esse: Iis quoque quæ darentur portata, togæ prætextæ. Multa ea ætate. Vetus. Multa ætate qua hæc scriperuenisset. In ueteri, uenisset. Et mox: Ibi de suis rebus. Non, ubi. Neminem Siculum, qui metu inde fugati abfuerint, esse. Hæc uerba significant, nullum ex Siculis qui aliquando fugerint, esse in Sicilia. At M. Valerius COS. contrariū hic Romano senatui persuadet. Legendū igitur quemadmodum castigauimus ex scripto codice: Neminem Siculum, qui fugati metu inde abfuerint, non esse. Subaudi in Sicilia, hoc est in Siciliam rediisse. Honores omnibus ad exoluendam fidem à cōsule habitū. Hoc satis obscure dictum est ad exoluendam fidem. nam oportet aliquid subintelligere, puta senatus ipsius, aut alterius cuiuspiam. Clarius autē loqui solet Lilius. Proinde magis mihi probatur lectio manus scripti codicis, quæ sic habet: Honores omnibus ad exoluendam fidem consulis habitū. Ut intelligas Regulis istis habitum honorem à senatu, quo liberarent fidem consulis M. Valerij, qui fidem suam illis obstrinxerat, futurū ut si Romam uenirent, honoribus afficerentur. Quo ordine uel. Hæc uerba non sunt in antiquo codice. Sed tantum, ut sciret quo in statu res Africa essent. Quare dispunximus adiectitiā clausulam. Sed Dictatorem comitiū. hab. dici, & extemplo. Quid opus fuit hic mutare Liliij uerba? Procul dubio non consuluit ueteres libros, qui descriptum ab hinc annis centum Liliianum exemplar castigare est aggressus. Melius & elegantius in scripto uolumine legitur, nempe sic. Ut non expectanda comitia cōsulis censeret, sed dictatore comitiū habendorū causa dicto, extemplo in prouinciā redeundum, quemadmodū & nos castigauimus in cōtextu. Eodemque iure uocata reliquæ inclinassent. Volumen scriptum non habet reliquæ, sed tantum eodemque iure uocata inclinassent. Porro, eodemque aduerbium est, & iure septimo casu dictum, ut & sorte. Itaque si suum nomen dictator acciperet. In exemplari uetusto, si suum n. d. exciperet legitur. Vnde conicio sic hunc Liliij locum castigandum, itaque si suum nomen Dictator exciperet. Cum Flaminius. Indicant uestigia scripturæ ueteris, tamen si mendosa deesse hic prænomen Flamini, puta C. aut P. Plebemque scisse. Est in scripto, iussisse. Sed nescio an mendose, sicut & supra, quem populus iussisset dictatorem.

Exemplumque ea in re. Reposuimus ex antiquo libro, exemplaque. Nam subdit, uetus L. Posthumij, recens Q. Fabij. Sic enim legi debet: Non recens, Q. Fabij. Patribus id tempus Reipub. In margine uetusti codicis ascriptum erat, uerbum interesse. Hi censes. Castigauimus: Sed hi censes. Et mox pro Reipub. scripsimus publicæ rei. Sic enim antiquus liber habet. Et sic est legendū. Pro temporis huius copia magnifici apparatus. Vetus habet: Pro temporis eius copia magnifice apparatus.

Ab Scipione gestas supplicationes. Scripsimus à P. Scipione gestas supplicationem. Et paulo post pro. Quod mihi minus, sed mihi minus. Ex uolumine scripto. C. Calpurnius præesset. Emendauimus præuisset. Quem Q. Fuluius habuisset. Hanc sententiam in uulgatis exemplaribus transpositam ex ueteri libro sic suo loco restituiimus: Capuam exercitumque quem Q. Fuluius habuisset, T. Quintius obtineret. Exercitumque qui tum iam Arimini erat. Sic uidetur legendū iuxta scriptum exemplar: Prouinciā exercitūque (Arimini erat) acciperet. His quoque est. Huiusmodi lectionem indicat uetustus codex, (His quoque enim prorogatum imperium) in Sicilia Cannensis exercitus datus. Nam sequitur infra: Et in Sicilia ita diuisæ res. Sex. Cæsari Cannensis exercitus est datus. C. Aurun. eadem in Sardiniam. Scripsimus in Sardinia. Hic unam paginam transilire coacti fuimus ob defectum qui erat in exemplari manu scripto, quod ex Spirensi bibliotheca nacti fuimus. Idem socios consensisse omnes. Sic distinximus. Idem socios. Subaudi facturos. Consensisse omnes. Quæ officio decessissent. Miror cur hic libuerit castigatori supponere decessissent, quum in ueteri codice sit decesserint. Tentatis prius aliarum col. Castigauimus ex ueteri libro, Pertentatis præ. al. col. animis. Aliud autem est, tentatis, aliud pertentatis, nimirum hoc posterius absolutam diligentiam arguit.

Sequi in senatum eos ius. Expunximus accusatiuum eos, qui elegantius subauditur. Nam præcedit merito eorum, & collaudari eos. Nec est in scripto codice. Signini fuere & Nolani. In Spirensi uolumine non est Nolani, Venusinorum uero uocabulū quod omissum erat in uulgatis æditionibus, inseruimus post Nucerinis. Nec est illic Firmiani, quum oppidum Firmum appelletur non Firmium. Est & Spoletini non Spoletani. Et ad populum actæ. Vetus codicis lectio: Et apud populum actæ.

Quod in s. er. ad ult. casus seruabatur. Liber scriptus habet seruaretur. Sic autem & infra loquitur Lilius. Non eas, inquit, solum quæ remis agerentur, non agebantur. Censes ut agrum Camp. fruentium loc. Castigauimus: Duo censes. Porro sic dicit hic eleganter, ut agrum Campanū fruentium locarent, quemadmodū supra dixi: Simul ut cum agro tecta urbis fruenda locarent. Et his T. Manlius. Expunximus particulam &. Et ius liberum. Pro &, hic substituiimus, ei datiuum. Qui equo mereri deberent. Emendauimus, merere. Ne remorandi quidem cau. Antiqua lectio: Ne morandi quidem. Et quia in animum induxerat. Addidimus uocabulū ita: Et quia ita in animum indux. Prægressum eum assequitur. Pronomen eum quum non sit in codice scripto, & elegantius subauditur, subiuimus. Non castra ponere pati. Hunc locum mutilum ita suppleuimus & ordinauimus ex

Firmani
Spoletini

agrum fruen
dum locare

mus ex libro uetusto. Non iter quietos facere, castra non ponere pati. *Dextera alia.*) Castigauimus: *Dextera ala.* Dum alij trepidi cedūt.) Ex ueteri libro scripsimus, trepidē. Nam sequit̄, alij segniter.

Et uictos sequendo, priore aetate absumpsistis.) Legendum, priorem aetatem absumpsistis. Sic autem saepe Liuius loquitur. Vt infra. Primum diem quo fines holtium ingressi sunt, populando absumpsit. Et rursus: Cum hycem totam recōciliandis Barbarorum animis, partim remissione obsidum captiuorumq; absumpsisset. Et iterum: Ipse reliquum aetatis recipiendis in fidem Hispaniæ populis absumpsit. Et cuius ipsius pudere ac pœnitere uos oportet, referam.) Hanc sententiam castigator quispiam additis dictionibus interpolauit. Nec enim est: Et cuius, aut uerbū referam in exemplari Spirensi. Sed. Cuius & ipsius pudere ac pœnitere uos oportet: nempe æquis manibus. Suspicio uero pro ipsius scribendū ipsos. Cuius & ipsos pud. ac pœni. uos op. Et est initium nouæ sententiæ. Nec opus est uerbo referam, quum cohæreant alioqui quæ sequuntur. Nam sensus est. Cuius & ipsos pudere ac pœnitere uos oportet, hoc ipsum est, quod æquis manibus hesternā die diremistis pugnam. Cum exercitu meo eloqui uidcor.) Quid illi uenit in mētem, qui hic eloqui pro uerbo loqui supposuit, quod legitur in codice scripto: *Distinctis gladijs distinctos destituit.*) Obscura lectio simul & mēdosa. Vetus exemplar habet: *Destinctis gladijs cinctos destituit.* Non dubito quin scripserit Liuius, *Destinctis gladijs cinctu destituit.* Vt ea ignominia affectos intelligas, qua male se gerentibus in prælio militibus & gladij à lateribus auferuntur: & ipse cinctus siue cingulum, ut distincti & soluti incedant. Vsurpatur substantiue cinctus. Vnde Virgilianum illud: *Cinctuq; Gabino.* Ita concio dimissa, fatendo iure ac m.) Pro fatendo scribendum est fatentiū. *Ordinati armatiq;.*) Spirensē uolumen habet, armati ornatiq;. Indicant autem sequentiā nondum ordinatos fuisse. Et intellige ornatos post stragem proximam ex qua laceri redierant. Sic libro nono huius Decadis: *Diemq; ijs, qua equis armisq; instructi atque ornati adessent, edixit.* Viribus quoq; sufficerent.) Expunximus quoq;. Neq; enim est in libro scripto. *Copias educit.*) Scripsimus & copias educit. *Hortator testisq; præsens firmabat.*) In ueteri codice hæc appositue leguntur, sine particula que: *Hortator testis præsens firmabat.* Et partim conculcatis.) Reposuimus antiquum uocabulum quo Liuius usus est, quemadmodū testatur exemplar scriptum, nempe *occulcatis.* Est autem *occulco* pro *obculco*, ab *ob* & *calco*. Et tam conferta turba.) Vetus mendose habet, & eum conferat turba. *Opinor scribendum: & in cōserta turba.* Consteratas agit q. i. m. i. reguntur.) Restituimus ex Spirensi codice, *consternatā agit, q̄ insid. m. imperio regitur.* Subaudi *beluam.* Qui prosequerentur agmen.) Antiqua lectio, *sequerentur agmen.* *Recepti sunt.*) Scripsimus *accepti, delero uerbo sunt.* Tu intellige clementer acceptos, clementer tractatos. *Quam lectionem & aeditio Romana cōtinet.* Ad cætera inopem, se recepere.) Vetus codex habet, *concessere, quem & nos secuti sumus.* Atq; inter populares tum honorati.) Exemplaris antiqui simul & Romanæ aeditionis lectio, tam honorati. *Pro transfuga iussus.*) In Spirensi uolumine legitur *profuga.* Nos castigauimus *perfuga*, sublata præpositione pro, quæ in uulgatis aeditionibus male recepta est. Simul à portu & à nauibus quæ ab aperto mari.) Scripsimus & à portu & à nau. quæ aperto mari. Nam sic habet antiqua lectio. *Qui præfectus classis fuerat.*) Inseruimus uocabulum antea, *Qui præfectus antea classis fuerat.* Et pro illo loco præpositus, scripsimus illi loco præp. Vt captæ uerbis interdum excitatur clamor.) Excitaretur castigauimus, quemadmodū & Romana habet aeditio. Et mox pro signaq; inferri scripsimus, ac signa. *Accedebat sonus.*) Vtrobique legitur *accidebat* in codice uetusto. Item quum ex temporis. Non quū & ex temporis spacio. *Qua Brutiorum præsidium esse agitata proditiōis conciliator nunciauerat.*) Hæc mendosa lectio non solum in Romana aeditione, sed & in cæteris omnibus quæ inde propagatæ sunt inoleuit. Antiquum uolumen habet: *Qua Brutiorum cohortem præsidium agitare prodit. conc. nūciauerat.* Tamen si deprauate scriptum est illic *agitare pro agitare.* Porro librarius casu cohortem accusatiuum omiserat. Et castigator non inspecto codice uetusto, quum uerbum *agitare* nō admodum quadraret, adiecit aliud uerbum, nempe *esse.* & agitare uertit in *agitata*, ut cōiungeretur cum genitiuo *proditiōis.* Nos locum restituimus in contextu.

Inde & proxima ref.) Scripsimus: *Deinde proxima ref. porta.* Nam sic habet uolumen scriptum.

Prius penē q̄ confere.) *Voculam penē expunximus.* Et mox, pro ex equo præcipitatum esse scripsimus præcipitasse. Sic Liuius infra: *Quum in Italia ad Thrasimenum & Cannas præcipitasset Romana respublica.* Itē libro sexto primæ Decadis: *Ipsi, inquit, in insidias præcipitauere ibi.* Hoc uerbum usurpat absolute. Vt *Syracusarum ornamenta æquauerint.*) Fecimus ex æquauerint, equarent. & pro, sed & maiore scripsimus, sed maiore. *Cursim agmine facto.*) Corrupta uerba sunt. Legendum, attestante ueteri libro: *Cursim agmine acto.* In aeditione Romana, & ea quam proxime nobis Colonia Agrippina dedit, curante Ioan. Sobio uiro optimo, recte legitur, *cursim.* Verū in altero uocabulo dormitatum est. *Impunita ijs priora fore.*) Sustulimus *datiuū ijs.* Et infra pro, *dolo inuictus fuisset,* scripsimus, *esset.* *Tantis augete incrementis.*) Legendum iuxta ueterem scripturam, *tacitis augete incrementis.* Et mox, quā cœpissent ruerent. Non quā cœpissent, fluerent: quemadmodum reposuimus. Demiror Venetos & Colonienses non dignatos inspicere aeditionem Romanam, in qua posteriorius uocabulum recte habet. Cum ea spe.) Legendum: *Quum à spe, quam suc. r. augebat, hoc est, propter spem.* Porro mire elegans est à particula in hoc significato. Cum ijs copijs.) Quid opus fuit hic addere copijs quum præcedat, *copias auxerat.* Et mox, *terrestribus copijs.* Huiusmodi dictiones à

Absumere aetate aut hycem

Destinctis gladijs cinctu destituit

Agitare præsidium

Præcipito absolute

Cursim agmine acto

A spe

professo

professoribus inter enarrandum adduntur, quum uerba autoris exponit. Et deinde à parum attentis recipiuntur in cōtextum. Iam enim & Lelius.) Spirensis exemplar huiusmodi lectionem uidetur continere. Ab Tarracone egressus (& Lelius redierat ab Roma sine q.n.m.r.m. uolebat.) Tamen lacunula erat post uocabulum egressus. Quam glorianti eam uelut primam occasionem raptam.) Mendosus locus est. In manu scripto legitur, qua glorianti ea uelut primam occasionē rapta, Suspicor sic scripsisse Lium, q̄ glorianti ea ut sub primam occasionem rapta. Nisi quis malit legere, uelut ad primā.

Nec enim se reprehendere nomen hominum, si tam anceps od.) Sic in editione Veneta legitur, sed deprauate, quam nos cum exemplari manu scripto contulimus, propter autoritatem officinæ Asulanæ. Vetus codex amorem hominum habet, minus à germana Lium lectione aberrans. Debet autē esse morem nō amorem. Et mox, si tam, nō, si tamen. Minime fessit hoc Iacobum Sobium admiratorem Lium singularem, cui Coloniensem additionem ceteris castigatorem debemus. Quales ex hac die.) Scripsimus, ex ea die. Et mox operæ eorum pretium faciat, pro faceret. Insuper in conspectum eius (s. Indibilis qui pro utroq; loquebatur) pro, in conspectū ijs. Liberiq; lachrymantibus præ gaudio redduntur.) Vetus exemplar tantum habet, lachrymantibus gaudio red. absq; præ. Frequens autem est apud Lium casus septimus. Sic paulopost: Quum effusis gaudio lachrymis cupere uero diceret. Gaudio, hoc est, ob gaudium. In hospitium adducti.) Vbi in excusis codicibus est adducti, plerunq; in scripto abducti legitur. Nec male quadrat. Nam qui adducuntur, etiam abducuntur ab eo loco in quo sunt. Et fluuius.) In scripto tātum est, Fluuius. Armorumq;.) Scripsimus, aut armorū. Sicut mox, quas cœpissent hostes, quas cœpissent, hostibus, aliter distincta sententia. Præterea, per quam defertur amnis, pro deferretur. Ex libro ueteri. Per aspera primum nihil aliud, q̄ uia impediti iere.) Antiqua lectio, per aspreta. Et eum cæde magna in ac. altiore.) Scripsimus. Et cæde mag. in aciem altiori. Paulopost adiecimus particulam &, quæ deerat, Locusq; ad euadendum & medijs datus est. Et cædes fierent scripsimus, pro cædes fieret. Circumsusa inde omnis multitudo.) Omnis, nō erat in Spirensi coctice. Et pro, Romæ intolerabile esse, erat intolerandū, quemadmodū & nos castigauimus. Ut confestim Asdrubalem consequeretur.) Legendū persequeretur. Aut in ultima Hispaniæ amoti.) Vetus habet, moti. Quod uero mox sequitur: Simul & Hispanos, scripsimus ut pro &. Simul ut Hisp.

Nec cum Romanis.) In scripto libro legitur: Nec cum Romano, subaudi, exercitu, quemadmodum & nos mutauimus. Ingenio magis q̄ uirtute.) Reposuimus, astu magis q̄ u. Demiror quid castigatori in mentem uenerit, ut hic aliam uocem supponeret. Astus est quem in hominibus damnamus.

Venusiam in tecta milites abduxisset.) Hic tecta legunt omnes propterea quod sequitur, bis cæsum exercitum eius æstiuā Venusiæ sub tectis agere. Exemplar manu scriptum habet, in exta. Proinde malim legere in statua. Quemadmodum de Nerone c o s. dicit circa finem huius libri: Citatiore q̄ inde uenerat, agmine die sexto ad statua sua atq; ad hostem peruenit. Marcellus Romam rediret.) Ex fide ueteri codicis scripsimus hic, ueniret, pro rediret. Et mox absente ipso ageretur. Item, acufauit tribunus. Et diutius ibi. Vtriq; consulibus.) Scripsimus: Vtriq; consulum. Et mox, duo consulum prioris anni exercitus, pro consulares. Et quæ senatus censuisset.) Videtur ex æque mendosa codicis scripti lectione legendum: Ex quo senatus censuisset. In qua & T. Quintius Pr. fuerat.) Autoritatem secuti manu scripti uoluminis, hanc clausulam deprauatam sic restituimus: Quæ T. Quintij prætoris fuerat. Italiæ, Siciiliæ, Sardiniaq;.) Scripsimus, Italiæ Siciiliæq; ac Sardinia. Et mox pro, & in Sicilia ita diuisa res est. Et in Sicilia ita diuisa res. Eo anno pestilentia grauis incidit in urbem agrosq; que tamen magis in morbos longos, q̄ in perniciales euasit.) In primis certum est non esse legendum, in urbem agrosq;, quemadmodū uulgo legunt omnes, sed, per urbem agrosq;. Sic enim est in ueteri uolumine. Castigatori non est uisa satis latina locutio, incidit per urbem. quare mutauit, pro per scripsit in. At quid dicemus de dictione perniciales quæ sequitur. Perniciosus legimus, uerum pernicialis non reperitur apud autores. Subest, ni fallor, mendum. Scriptum exemplar habet, inpernicialis. Distinxe hic scrupus occupatū habuit. Et tandem quum cogirarem non esse tam inepte loquacem Lium, ut quum dixerit magis in longos morbos, præpositionem in statim repetat & dicat, q̄ in perniciales, deprehendi unum esse uocabulum & indubie legendum, interniciales. Dicitum autem est internicialis, ea forma qua dicimus exitialis. Significat interniciale quod necē affert. Sanè potest perniciosum esse siue pernicialis, ut uulgatum errorem sequar, quod tamen non sit letiferum. Accipitur enim perniciosum etiam pro damno ac periculoso. Quo sensu longi & diuturni quoq; morbi sunt perniciosi. Proinde uoce hic opus erat quæ plus significaret. Atq; ut hoc uocabulo uteretur hic, in causa est quod pauloante dixit, exitiabilis prodigiorum euentus. Notū est quid sit internecio & internecium, ubi præpositio inter auget. Porro non dubito quin eruditi albo, quod aiunt, calculo meum sint probaturi iudicium. Nolui tamen lectionē receptam eradere, ne quis me temeritatis argueret. Sufficit hic doctos esse admonitos. Certè nihil clarius dici poterit, q̄ si sic legas: Eo anno pestilentia grauis incidit, per urbem agrosq;, quæ tamen magis in longos morbos, q̄ interniciales euasit. Ante diem III Nonas Quint.) Scripsimus, ad III Nonas Quintiles. Et mox, accipere. Cui traderet, Non, & cui traderet.

Biduum ad considerandum tempus.) Vide num legendum sit, biduanum ad considerandum. Hoc enim magis placeret q̄ bidui. Et uetus codex, biduum habet. Tribunis mil. præfectisq; soci. & centurionibus.) Castigauimus: Tribunos mil. præfectosq; & centuriones. Cautiq; cum cura.) Has duas

duas uoces, cum cura, expunximus, quod non essent in exemplari Spirensi. Et pro intēsius scripsimus, intentius. Alijs sententijs notantibus præfectum.) Mendæ postquā semel fuerint in libros receptæ, sic germanæ lectioni immixtæ latent, ut etiam à doctis uix sentiantur. Quis putaret in istis uerbis aliquid esse uitij? Et tamen est hic erratum prodigiosum. Quum hunc locum legerem primum, nō placebat uocabulum sententijs, quod tamen septimo casu dictum uideri poterat, pro per sentētijs. Sed quid opus erat uoce plutatiua? Inspeci Spirensis exemplar, & reperi scriptum, alijs socijs notantibus. Videbam & hoc mendosum esse, sed sperabam ex aperto mendo germanam lectionem me facilius addiui naturum. Deprehendi itaq; à Liuio oçij fuisse scriptum, quod primum ascita proxime præcedentis dictionis ultima litera s, deprauatum esset in socij, mox ob conuenientiā casuum utrinq; coherentium in socijs foret mutatum. Id postea castigator non considerans, sed aliò properans ac nimium fidens in genio suo, uertit in sententijs. Sic accrescunt in monumētis autorum mendæ. Facilius autem sit ex primis librorum erratis sinceram lectionem reperire, q̄ ex posterioribus nōnunquā eruditorum castigationibus. Proinde sic leges hæc Liuij uerba: Alijs oçij notantibus præfectum. Ita legendum quoque docet sequens statim clausula, quod eius socordia Tarentum proditum hosti esset. Nam ocium progi gnit socordiam, hoc est, desidiam & ignauiam. Coniungitur autem eleganter Notare cum genitiuo, quum reprehendere significat. Notionem de eo.) Antiqua lectio: Notitionem. Arbitror scribendum cognitionem. Hoc enim magis placeret q̄ notationem. Quod negabant unam cellam duobus recte dedicari.) Restituimus ex codice scripto: Quod neg. u. cellam amplius q̄ uni deo recte dedicari. Reditum est.) Expunximus est, quod non sit in ueteri libro. In quo mox Annibal redit legitur, Non redijt. Subiecta res oculis nostris.) Expunximus, nostris. Et mox pro consentiente, substituimus, ad sentiente. Auctum etiam uisum in capite.) Simile extispicium describit Lucanus hijs uersibus, in primo: Quodq; nefas nullis impune apparuit extis, Ecce uidet capiti fibrarum increfcere molem, Alterius capitis, pars ægra & marcida pender, Pars micat & celeri uenas mouet improba pulsus. Caput extorum est iecur. Et in iecore duo capita constituebant aruspices. Castra castris collata crederet.) Scripsimus diceret, Et mox, ut si collis, deleuimus particulā, ut. Deleuimus quoq; ea pronomen in sequenti uersu: Exiguū campi ante castra erat. Deinde pro, possēt excipere castigauimus, possent excipere, Et pro, ab tergo includerent uiam, intercluderent uia. Postremo pro, neq; euadere possent in iugum, neq; euaderēt in iugum, eraso uerbo possent. Ad fidem omnia uerusti codicis. Interfecti A. Manlius.) Subuenimus huic loco, quem in æditione Asulanica asterisco notatum reperimus. Nam legendum est: Interfectus A. Manlius. Nec deest quicquam. Uocabulum pluratiuum interfecti, scrupulum ante iniecerat. Equitum tres.) Scripsimus, Equites tres: Et mox pro, Et tumultuatum in castris, Tumultuatum & in castris. Tam improuide isset, collegamq;.) Restituimus deprauatum locum, pro isset scribentes se, Tam improuide se collegamq;, & prope totam Rempub. in præcepto dederat. Alteram scriptam laudatione filij, qui rei gestæ interfuit.) Autoritatem manu scripti uoluminis secuti, reposuimus: Alteram scripta laudatione, qui rei gestæ interfuerit. Ne cui dolus necceretur.) Legendum ne qui dolus. Sic enim in libro ueteri legitur. Porro Liuus usurpat qui pro quis. Id quod & Cicero sæpe facit. Ut pro Cecinna, si qui familiam meam de fundo meo defecerit. Si qui mihi præsto fuerit cum armatis. Idem peculiare est Septimio Tertulliano, quemadmodū indicauimus in nostris annotationibus quas in illum scripsimus. Porro res hæc nō animaduersa corrupendis autorum locis in finitis ansam dedit. Venit nunc in mentem unius loci, qui deprauate apud Ciceronem legitur, in libello cui titulus est De senectute siue Cato maior. Habēt enim sic exemplaria typis excusa quæ uidimus hæcenus: Omnia quæ curant, meminerūt, uadimonia constituta, qui sibi, quibus ipsi debeant. Quum indubie Cicero scripserit, qui sibi, cui ipsi debeant, pro quis sibi. Nam eam germanam lectionem continet exemplar Ciceronis manu scriptum, quod nos Sletstadij inuenimus apud diuum Ioannem. Sed de hijs alijs. Si qua opera eorum opus esset.) Emendauimus: Si quò op̄ra e. opus esset. Id est, ad aliquem locum. Rati occasionem supplicij petere, misso retro nuncio.) Vitiatum locum sic restituumus: Rati occa. supplicij peti, remisso retro nuntio. Participium misso, mutilatū erat, & auctum inepte præcedens uerbum. Fortasse mouit castigatorem, quod dicit remisso retro: cui alterum uisum sufficere puta aut remisso, aut misso retro. Verum sic & infra loquitur Liuus: Venusiā, inquit, retro quibus uenerat itineribus repetit. Alij è turri eius portæ murisq;.) Pro duabus dictionibus, turri eius substituumus ex scripto codice, turribus. Opinor scriptum fuisse turri bus relicto spaciolo medio inter priores duas syllabas & ultimam. Id bus castigator mutauit in eius. Nam præcedit, circa portam qua uenturum hostem rebantur. Editio è speculis signo.) In spirensi codice tantum est, speculis. Non è speculis. Venusiam adducere iussit.) Scripsimus abducere. Et aliquanto post pro, & magnum luctum, magnum & luctum, Ut uidelicet magnum accusatiuus etiam ad metum referatur. Mox pro, exercitum Venusiam miserunt, reposuimus: Exercitum Venusianum miserunt. Tutasq; circa stationes.) Circa non est in exemplari scripto. Et postea legitur: Profectus ipse cum paucis equitum leuis armaturæ. Non cum paucis equitum, leuisq; armaturæ. Sulpicius ab Naupacto.) Addidimus literam prænominis. P. Sulpicius. Et mox, iussis subsequi peditibus scripsimus, se pronomine deletio. Item, nihil tale metuerent, pro metuerāt. Et ad naues, pro in naues. Quantæcunq; de Romanis tum uictoriæ.) Pro tum reposuimus tamen. Sensus est, Quantæcunq; uictoriæ, quia tamen non de quibuslibet, sed de Ro-

Alijs oçij notantibus præfectum

Intercluderēt pro includerent

Se legendum pro isset

Ne qui dolus hoc est ne quis dolus legēdū, pro ne cui dolus Qui pro quis Locus Ciceronis

Remisso retro nuncio

manis erat. Item pro, purpuraq; purpura, particula que crasa. Per maritas domos.) Insigne erratum hic est. Non enim quemadmodum ulmos maritas dicimus, quibus coniunctæ sunt uites, sic & domos maritas uocamus, in quibus degunt matrimonio copulati. Spirense exemplar habet, per maritū ad domos. Legendū est: Per maritimas domos, hoc est domos ad mare sitas. Et intelligit domicilia tenuiorum, Captabat autem loca minus celebra ac parum frequentia. Nam sequitur: Quo minus cōspectus, eo solutior. Porro sunt & hodie principes, qui Philippi licentiam imitentur, nō per domos semper maritimas, sed maritatarū discursantes cum uno aut altero comite: adeo summittendo se in priuatum fastigium, ut morionum cultus non pudeat. Vni etiam principi Achæorum Arato.) Hunc Aratum miris laudibus ornat Strabo libro octauo, tradens illum ciuitatem ad libertatem reuocasse, et adeptum regnum ab ultro offerentibus, quod longe lateq; postea ampliari. Prolapsus in caput regem effudit. Iuxta scripturam ueterem pro in reposuimus per. Caderentq; circa eum multi & uulnerarentur.) Liber scriptus tantum habet, multi uulnerarentur absq; particula connectente, & Suspicor Liuium scripsisse: Caderentq; circa eum multi, multi uulnerarentur. Neq; est in fine fugit, sed fuit. Raptus à suis atq; alteri equo iniectus fuit. Et sensus est integer. Quod Pyrgum uocant.) Erasimus, quod, si dem secuti manu scripti codicis, ut reliquā clausulam per Parenthesim legas, (Pyrgum uocant) duxit. Fuerūt autem quatuor millia hominum, pec.) Antiqua lectio: Quatuor millia peditum hominum. Suspicor legendum, deditorum hominum. Nam præcedit, primo statim terrore adueniens cepit. Igitur, ut uerisimile est, dediderunt se. Post profectiōem ex Achaia regis.) Reposuimus Philippi, loco regis. Nam sic est in scripto libro: Et mox præcedit, famā interfecti regis uulgauit. Qui tum ædilis curulis erat.) Legendum iuxta auctoritatem exemplaris uetusti, tum ædilis curulis erat. Nam solet huiusmodi clausulis per parenthesim interiectis uti Liuius. Sicut modo monuimus, Pyrgum uocant. Ac feruida ingenia imperatorum fuissent.) Reposuimus fuisse. Et omni cœtu careret hominū.) Liber uetustus habet, caruerit. Et mox, non præ se referens, sed tantum præferens in uultu habitusq;. Quemadmodum & nos castigauimus. Quid ita male credito priore consulatu.) Hanc clausulam hæc uerba præcedere debent, in excusis exemplaribus hæctenus desyderata: Si noxium comperissent, quid ita male credito priore cōsulatu, alterum crederent. Patriam pulsam sede sua restituisse.) Vulgo legunt omnes pulsam, & ad Furium Cam. referunt. At codex scriptus habet patriam pulsam. Quæ ibi gererentur.) Inseruimus uocem res. Quæ res ibi gererentur. Et mox, sua omnia ijs, expunximus ijs, scriptum utrobicq; secuti uolumen. Et præsciscere quam quis eorum prouinciā.) Ex ueteri reposuimus quisq; eorum. Pro Tarento Capuam, legio una data est, cui. Reposuimus: Pro Tarento Capuam mutauerunt: Legio una data, cui Ful. Ita per prouincias diuisa, ut binæ cons.) Castigauimus, diuisa. Binæ consulum essent, ut expuncto. Nocte portam ingressus.) Nocte nō est in codice Spirensi. Nec est hic necessarium, quum sequatur, uigilem lanauerat. Et ex decreto pontificum iterum nouendiale sacrum.) Quemadmodū superabundat prima particula, &, ita ante nouendiale de est aduerbium, Inde, nouam auspicans sententiam, ut sic deinceps legamus: Et supplicatio diem unum fuit ex decreto pontificum. Inde nouendiale sacrum. Pure casteq;. Pureq; & caste. Nam sic habet liber uetus. Per manus recte data.) Scripsimus: & per manus recte d. Et mox, in cliuum publicū, In cliuum Publicium. Et infra, earumq; coloniarū. Et earum col. Item eodem uersu, pernociaturos se esse extra mœn. Et duo millia de legionibus militum, equitumq; mille octingētos.) Sic restituimus: Ad duo millia de legione militum, equitum mille octingētos. Et mox, nauibus adduxisse, scripsimus ad uexisse. Deincepsq; aliæ Gallicæ atq; asp.) Vocabulum aliæ nō est in uolumine scripto. Nec est necessarium. Non ipsū solum ea oppugnatio impediit.) Hunc locum sic restituimus: Non ipse se solum ea oppugnatione impediit. Plenum adhuc ira.) Vetus liber habet iræ. Nec refert. Verum hoc ad rem magis pertinet, quod mox habet pro nosset, cognosset: Et paulopost, in prouinciā perueniret. Quam lectionem & nos recepimus. Ut sterni obteriç, priusq; instruatur, possint.) Vetus scriptura sic habet: Ut sterni operiç. Pro hoc posteriori castigato supposuit obteriç. Nec est alienū uerbum. Ego tamen non dubito Liuium scripsisse: Ut sterni opprimiç priusq; instruantur possint. Quod uerbum huic loco magis conuenit. Et circa Romanorum socior.) Asteriscum hic habet additio Asulanica. Et certe locus sincerus non est. Nec quicq; præsidij ab exemplari scripto. Quod si quis coniecturam sequi uolet, pro circa leget tres, hoc modo: Et tres Romanorum sociorumq; ductores ceciderunt. Hanc lectionem deprauatæ dictionis uestigia mihi suggererunt. In aciem copijs ductis.) Scripsimus, eductis. Et mox, quæ pars castrorum, pro, quæ pars cast. Et ne paucos quidem, qui pri.) In scripto codice legitur: Et ne passus quidem. Id passus quidam mutauit in paucos, quæ lectio uulgo recepta est. Ego tamen malim ipsos. Et ne ipsos quidem qui prima luce obamb. Paulopost pro discurrerent reposuimus discurrent. Postquam à Placentiæ obsidione abscessit.) Volumen manu scriptum habet: Postquam ad Placentiæ obsidionem accessit. Quam lectionem miror cur quisquam ausus fuerit mutare. Quasi non potuerit Asdrubal ad obsidionem Placentiæ accedēs, quam non putabat longi ne gocij futuram, præmittere equites cum literis ad fratrem. Simul & ipsos patres conscriptos quid pararet, edocet.) Scripsimus exemplaris scripti fidem sequendo, simul & ipse patres conscriptos quid pararet, edocet. Demiror quid hæc castiganti in mentem uenerit, ut quæ latinissime dicta sunt, melius dicere uoluerit. Præmissi inde per agrum lar.) Reposuimus: Præmissi item per ag. l. Et paulo post: Sex millia

millia peditum, & mille equites, expūimus &. Quod floris fuerat.) Antiqua lectio, quod floris fuerat. Quae cum melior sit & nos eam secuti sumus. Qui ducem inde atq; exercitus partē abesse igno-
 raret.) Scripsimus, abisse. Nam ne ante audiretur.) Scribe: audiatur. Inter uota & preces.) Inter
 uota ac preces. Item liberorumq; pro & liberorum. Deos deasq; precabantur.) Reposuimus: Deos
 omnes deasq;. Et felix pugna, pro felixq; pugna. Item damnareturq; pro & damnarentur. Et fatiga-
 re precibus.) Volumē scriptū habet, flagitare precibus. Nec displicet ea lectio. Fatigare infra usurpat,
 quū inq; Matronae per oīa delubra uagae supplicij uotisq; fatigauere deos. Melius uisum est.) Me-
 lius nō est in codice ueteri, nec est hic necessariū, sufficit em: Nocte clam ingredi uisum est. Vt tribu-
 nus tribunū.) Tu lege uice uersa, ut tribunū tribunus, cēturio centurionē. Nam huiusmodi uariationē
 amat autores. Facilis futura erat.) Scripsimus, facilius futura erat. Et mox, nihil fermē. Et paulopost:
 & quingētos inde fermē passus Asdrubal aberat. In tentoria adducti.) Antiqua lectio, abducti. Nec
 multū refert. De quo aliās monuimus. Tēpus pugnae differet.) Reposuimus, tēpus pugnae differet.
 Et paulopost, nec ad sequendū se iter, deleuim⁹ se. Deleri exercitū Asdrub.) Vetus lectio, delere,
 subaudi, se. Et ut attendat.) Correximus, & attendat, subaudit em, ut, itē, una M. Liuij, addita litera praē-
 nominis. Et infra, cum quo castra collata haberet. Vbi haec lectio, habuerit. Signa efferrī
 iussit.) Antiqua lectio: Signa ferri iussit. Duces parum intenti iter asseruare.) Vitiatus locus est. Le-
 gendum autem, duces parum intente adseruati. Quod uero mox sequitur, iam inde ante animo, dele-
 uimus particulam inde. Cum errore uolens haud multum processisset ubi prima lux tr. o.) Et hūc
 locum proculdubio mendosum haecenus omnes praeterierunt. Nec succurrit codex scriptus. Quis au-
 tem unquam absolute legit usurpatum uerbum uoluerit, ut hic participium uolens: Ego puto legen-
 dum obiens pro uolens. Deinde uerbū processisset diuidi debet in processit, & ut sic legamus: Et per
 tortuosū amnis sinus flexusq; cum errore obiens, haud multum processit. & ubi prima lux transitum
 opportunum ostendisset, transiturus erat. Porro obiens mire huc quadrat, pro circumiens. Nec impro-
 babunt meam cōiecturam qui latine norunt. Tādiōsum uero sit, narrare quid scribam deceperit. Nos
 ad caetera festinamus. L. Portius.) Litera praenominis nō est in scripto uolumine. Nec Nero habet.

Non itineri modo.) Haecenus hunc locum perperam intellexerunt omnes, ueluti sensus esset: Non
 ad iter solum, sed etiam ad conferendū extemplo praelium Liuij c o s. copias fuisse instructas. At mo-
 do nomen hic est. Et legi debet: Non itineris modo, hoc est, proficiscētium ritu, qui plerumq; arma sua
 gestant ab humeris suspensa. Vide q; uariet sensum unica litera omīssa. Sic rursūm Liuius libro octa-
 uo, signis repente sublati, fugae magis q; itineris modo penitus ad Oceanū & Gadeis ducit. Ante si-
 gna elephantos collocat.) Scripsimus locat, ex fide uetusti codicis. Et ubi maxime.) Castigauimus,
 & ibi, sententia per parenthesim inclusa, hoc modo (& ibi maxime in uetere milite spem habebat)

Non itineris
modo

Et signa mouerant loco.) Scripsimus etiam signa. Mox uero corruptum locum, impotentes iam re-
 gi inter duas acies uersari, sic castigauimus, impotentius iam regi, & inter duas acies uersari, id est, im-
 potentius iam regebantur, & inter duas acies uersabantur. Hic nobis egregie subuenit uolumen scri-
 ptum. Vt cum ostendissent se ab latere, mox in terga iam pugnarent.) Ita ex omnibus partibus, ab
 fronte, ab latere, ab tergo, trucidantur Hispani Liguresq;. Exemplar uetus habet pro ab latere, in late-
 re, & pro trucidantur, trucidarent. Hoc uerbum facit ut putem totam periodum sic legendam, Vt quū
 ostendissent se in latere, mox in terga depugnarent, ita ut omnibus partibus, ab fronte, ab latere, ab ter-
 go, trucidarent Hispani Liguresq;. Et ad Gallos iam caed. p. Habes nunc perfectam sententiā quae an-
 te mutila erat & lacera. Mire autem placet uerbum depugnarent, quod ex uestigijs scripturae reponen-
 dum arbitror pro iam pugnarent. Vix arma humeris gestabant.) Est in scripto gerebāt, & quid fuit
 opus hoc mutare. Vbi regendi spem ui uicisset.) Legendū, ubi regendi spem uicissent, subaudi ele-
 phanti. Quia mox praecedit belua, quidam in aeditione Asulanica mutauerat id in uicisset. Ne supe-
 resset tanto exercitui suum nomen secuto.) Castigauimus, ne superstes tanto exercitui suum nomen
 secuto esset. Caedisq; ceperat satietas.) Indicat codex Spirensis Liuium scripsisse, non satietas, sed
 satias. Quo uocabulo ueteres usos fuisse docet Nonius Marcellus Accium citans, & Varronem, Luci-
 lium & Lucretium. Salustium quoq; sic scribentem hist. libro secundo: Tum externorum agros inua-
 sere, frumentiq; ex inopia graui satias facta. Et Terentium in Eunuchō: Nam ubi me forte satias cepit,
 commuto locum. Gaudet autem antiquis interdum uti uocabulis Liuius, qualia fortassis sunt, aspreta
 & internicialis, quorum ante meminimus. Die sexta.) Scripsimus, die sexto. Et mox: Nemo enim,
 pro quia nemo. Item narrariq;, pro enarrariq;. Et ciuitas fuerit, pro ciuitas fuerat. Vix ut compotes
 mentium praegaudio essent.) In antiquo uolumine tantum est, gaudio, hoc est, ob gaudium. Sic supra
 Liuius: Effusis gaudio lachrymis. Aut populus ē foro.) Deleuimus praepositionem ē, quae elegātius
 subauditur. Et mox pro fatigare deos, scripsimus fatigauere deos. Ex litera per forū ad tribunal per-
 lata.) Legendum, ad tribunal praetoris lata, quemadmodū & nos castigauimus. Trahereturq; a per-
 cunctantibus uociferantibusq;, ut in rostris priusq; in senatu litera recitarētur. Tandem cum summo-
 ti, & coerciti a magistratibus fuerūt: dispensariq; laetitia inter impotētes eius animos potuit.) Hic mul-
 tae dictiones additae sunt, una tantum aut altera mutatae. Codex scriptus sic habet: Sed cūctantibus uo-
 ciferantibusq; ut in rostris priusq; in s. l. r. Tandem summoti & coerciti a magistratibus, disertariq; leti-
 tia inter impotentis eius animos posuit. Ista uerba sic legenda mihi uidentur, ut cohaereant cum supe-
 rioribus

Satias, pro
satieta

rioribus, hoc modo: Tantòq; certamine ac tumultu populi ad fores curiæ concursum est, ut adire nuncius non posset præ cunctantibus uociferantibusq;, ut in rostris priusq; in senatu literæ recitarent; Tandem summoti & coerciti à magistratibus. subaudi, sunt. Vixq; seruari lætitia intra impotēteis eius animos potuit. In senatu primum, d. Porro, nunc uides quātum aberrarint qui ante nos sententiam istam instaurare sunt conati: dum trahereturq; uerbum affluunt, & pro sed cunctantibus scribunt percunctantibus, quod id uerbum postea sequatur, quum, inquit, quæ acta sint percunctarentur; dumq; particulam quum & uerbum fuerunt infulciunt, & pro disertariq; reponunt dispensariq;. Caterum nostræ diuinationes magno nobis labore constiterunt, non remittentibus animum donec germanam, ut speramus lectionem reperissemus. Sanè hic proprie usus est participio cūctantibus, de multitudine loquens apud curiam manente. Cunctatur enim quæ sic manent, ut difficulter moueri possint. Et pro cuiusq; ingenio, alijs iam certū gaudium, alijs nul. an.) Antiqua lectio: Et pro cuiusq; ingenio certum gaudium alijs. Fortassis legendum: Et pro cuiusq; ingenio, certatum gaudium. Alijs nulla ante futura fides erat. Currere obuij. Scripsimus, obuiam. Et postea, quæ acta sint percūcti. pro, quæ acta essent. Item: postea peruenissent, pro peruentum esset. Inde introducti in concionem.) Legendum est, traducti, quemadmodū nos castigauimus. Introducti enim sunt legati primum in curiam & senatum, traducti postea in concionem quæ erat foris & in publico. Ipse planius.) Hæc duo uocabula nescio quis hic infulsit. Quasi uero Liiij sententia quicq; tale exposcere uideatur. O temeritatem. Quid autem huic orationi deest: L. Veturius literis recitatis, omnia quæ acta erant, exposuit. Argentum creditū soluendo.) Exemplar scriptum habet: Argētum creditumq; soluendo. Quid si legas, signatum creditūq; soluendo. Ut intelligas de rebus contestatis consignatisq;. Paulopost, ubi uulgo legitur: Captiuos quos Afros uinctos, ut erant, est in scripto, uincti ut erant, utrunq; stare potest.

IN LIBRUM OCTAVVM DECADIS TERTIÆ
Annotationes per Beatum Rhenanum

QUUM transitu Hasdrubalis quantum in Italia declinauerat belli.) Loquitur hic de Hasdrubale Amilcaris F. qui ut precedenti libro narratum est, Alpeis transcendit cōiuncturus se fratri Hannibali. De hoc nimirum transitu Liius intelligit. At quid formidolosius accidit Italiæ, quid magis exiti-mescendum, quid unquā rebus Romanis certius exitium asferre uisum est, q̄ cum in Italiam per Alpeis transiret Hasdrubal. Per huius enim aduentum duo bella Punica facta, duo ingētes exercitus, duo prope Hannibales, ut Liiij uerbis utar. Quomodo ergo declinasse bellum in Italia transitu Hasdrubalis uideri potest, quod tum est maxime auctum. Sic enim in omnibus exemplaribus excusis, quæ nobis uidere contigit, legitur: Quum transitu Hasdrubalis quātum in Italia declinauerat belli. &c. Cupiam hic audire professores hunc locum exponentes. Mihi libet cogitare in uerbo declinauerat, ingens esse mendum. Habet & uetus uolumē deprauatam lectionem, nempe, inclauerat siue indauerat, adeo sunt ambiguae literæ. Ego uero scribendum arbitror, inundauerat, quod uerbum hic mire quadrat. Franciscus Petrarca aut Victorinus Feltrensis pro illo indauerat, fortassis primum substituit, declinauerat. Id postea Laurētium quoq; Vallam utrum in literis prorsus incomparabilem fallere potuit. Nam aiūc hunc in restituendo Liius multum operæ sumpsisse. Porro libet hoc erratum propemodum alicui monacho tribuere, qui pro indauerat supposuerit hic declinauerat, quod transitum acciperet pro interitu. Nam Christiana pietas transitum diuorum uocat, mortem intelligens. Huic mendoso loco mederi conatus est doctus aliquis in æditione Eucharj Ceruicorni scribens, quātum in Italiam declinauerat belli. Et id ferme quod roboris erat.) Hæc clausula pronomine qd' expuncto, (neq; em̄ in ueteri uolumine habetur) per parenthesis est legenda, hoc modo: Hanc iustam legionem, (& id ferme roboris erat) in prima acie locat. Leuem armaturam.) Reposuimus cæteros, leuem armaturam. Appositiue,

Id ad cædem eos.) Hæc duæ uoces, id ad, erant omissæ in exemplari Spirensi, defectum indicabat lacunula uacua. Fortasse melius esset reponere, & ad cædem eos. Quod mihi magis probaretur. Pœnus cum castra tum forte.) Autoritatem secuti manu scripti codicis sic restituimus. Pœnus quum castra sua forte in Betica ad sociorum animos continendos in fide haberet. Caterum quoad cōtinuisset exercitum, propositum bello se fore ratus, anteq; freto Gades trañceret, exercitum omnem passim in ciuitates diuisit.) Si quis hunc mihi locum exposuerit, illum Oedipum uocabo. Quid enim sequitur, quod ad ista uerba attineat, quoad continuisset exercitū? Multum miror cur ita ueteribus illis, nempe Victorino Feltrensi, Petrarchæ, Aleriensi pontifici, quoties locum aliquem nō satis assequerentur, de suo quiduis addere libuerit. Et quamuis hic decem dictiones infulserint, nihilominus mutila adhuc est sententia. Hic itaq; locus asterisco notandus erat, non is qui paulopost sequitur in æditione Asulanca ea nota signatus, quum bene habeat. In uolumine scripto, tantum legitur: Caterum quoad cōtinuisset exercitum omnem passim in ciuitates dimisit. Dicam quid mihi tandem in mentem uenerit, quum dicitur hic hæsissem. Suspicio ista uerba quoad continuisset, prorsus esse deprauata, ac scribendum pro illis, quod aciem renuisset. Nam sic constabit sententia: Caterum quod aciem renuisset, exercitum omnem passim in ciuitates dimisit. Sensus est: Asdrubal detrectabat cōfligere cum Scipione, & ideo passim exercitum in ciuitates dimisit, non diuisit. Considera lector, quantum sibi quidam permiserint in autoribus

autoribus restituendis, imò deprauādis. Non sufficiebat hic mendum exemplaris scripti, nisi plura assererentur *ὄπε γῆς ὄπε οὐρανοῦ ἀπὸ μύλων* quemadmodum Græcis est in prouerbio. Hæc licentia Plinius nos quoque libros nobis perdidit, quos mendosissimos hæcenus fuisse quibusdā persuaderi nō potest.

In Melessum sinibus est sita.) Hic uerborū ordo est in codice uetusto: Sita in Melessum sinibus est.

Ea arx fuerat Asdrubali.) Reposuimus iuxta fidem antiqui uoluminis: Ea arx fuit Asdrubalis ad excursions circa in mediterraneos populos faciendas. Quæ particula in, hæcenus desydrata fuit in exemplaribus uulgatis. Corrector accepit circa, hic ut esset præpositio, quum sit aduerbium, hoc est in circuitu. Et propterea particulam in expunxit. Duplici quoque uallo circumdata urbe in tres partes exercitum diuisit.) Codicem ueterem sequendo sic castigauimus & distinximus: Duplici quoque uallo circumdat urbem. In tres partes exercitum diuidit. Paulopost, pro & iam bis scripsimus etiam. In unum se colligeret.) Addidimus accusatiuum locum, qui est in libro scripto. An dolus aliquis suspectus fuerit.) In uolumine ueteri non est aliquis, sed aliqui. Sic autem Liuium loqui & cæteros autores supra docuimus. Legionarij cæteras parteis peruadunt, direptione & cæde obuiorum, nisi qui armis se tuebantur, abstinerunt.) Reposuimus ad fidem exemplaris Spirensis: Legionarij cæteram partem urbis peruadunt, direptione & cæde obuiorum, nisi qui armis se tuebantur. Sensus est: Legionarios reliquam partem urbis diripuisse, & obujs quibusque cæsis grassatos fuisse, præter eos qui armis sese periculo eximebant contra hostium uim uitam suā defendendo. Quid igitur opus fuit hic uerbum abstinerunt insulcire, & sensum Liuij inuertere. Nos id audacter erasimus. Romanorū haud amplius.) Scripsimus haud plus. Et postea distinximus, cætero quoque exercitui. Speciosum aduentum. In citerior rem Hispaniam omnes suas copias reduxit.) Nos reposuimus ueterem sequentes lectionem: In citerior rem Hispaniam recipit exercitum. Mox autem: Ipse Tarraconem concessit, ipse non est in codice scripto. Sicut paulopost nec que post decem. Sed tantum, decem & septem naues. Tuto inde mari pulsus hostium nauibus.) Non est hæc absurda lectio. Verū nos maluimus sequi Spirense exemplar, quod habet: Toto inde mari pulsus nauibus. Cum ob Romanam societatem.) Antiqua lectio: Ab Romana societate. Haud procul Argiuorum sine.) Reposuimus Argeorum. Græci ἀργεῖοι dicunt, autore Stephano. Quæ pericula terra marique portendebantur.) Scripsimus portenderentur. Similis locus est libro præcedenti: Quod in sanctiore ærario ad ultimos casus seruaretur. Vbi quispiam scripserat, seruabatur. Vallo quoque intercludi ab Aetolis nunciabant.) Legendum est, nunciarent. Prout tempus ac res se daret, omnibus laturum se auxilium.) Sic Liuus scripsit: Prout tempus ac res sineret, omnibus laturum auxilium. O asinum, qui pro sineret, supposuit se daret. Huiusmodi loquendi formulas imitamur postea, nondum satis repurgatis exemplaribus, quæ res periculo non caret. Tum præsidium ubi mit.) Non satis uideo quid sibi hic uelit asteriscus quæ habet æditio Asulanica. Nam quod sequitur: Vnde allatum erat, idem est quod nunciatum. & depopulatū, participium est non supinum.

Scotusam copias reduxit.) Scripsimus reducit. Et mox sese recipit, pro recepit. Nec pertinaciter prælio iterato.) Legendū est, prælio inito. Ad demetriacum Phthiotidis exposuit.) Scriptum exemplar habet, ad demetrium thiotidis. Vbi posterius uocabulū mutilum est. Legendum enim ad Demetrium Phthiotidis. Est autem Demetrium locus circa Thessaliam, ceu scribit Stephanus. Græci δὲ μὲτριον uocāt. Eodē autore φθία, πῆλις καὶ μοῖρα θεσσαλίας, hoc est, oppidū & pars Thessaliæ. Vnā sanè ex quatuor Thessaliæ partibus, Strabo θεσσαλίαν φθιώτην appellat. Quare hic in Phthiotidis subaudit, Thessaliæ. At o supinā quorundā negligentia in restituendo Liuio. Non pudit illos, Demetriū in Demetriacum uertere: quod pauloante Demetriaci sinus sit facta mentio. Sed nemo uult laborare. Quicquid in mentem primū uenit, id insulcimus. Deinde nisi manifestus sit Solæcismus huiusmodi lectio nem omnes sequuntur. Sic legit Beroaldus, inquit, sic Sabellicus, sic Baptista Pius. Et quis amplius dubitat: Equidem fuerunt uiri celebres & literati: sed qui mallent omnia interpretari quæ intelligere. Fidebant ingenio suo, fidebant eruditioni. Nec putabant opus esse scripta cōsulere exemplaria. Id quod rarerer admodum faciebant. Quin erant cōtenti autoritate & opinione nominis, quam apud omnes sibi pepererant, ut iam propemodum sufficeret illud *ἀνδρῶν ἔφα*. At alia res est castigare ueterum autorum libros. Eget enim non solum eruditione, sed & pertinaci studio, labore & diligentia, ac cum primis acri iudicio. Speciem intuenti.) Castigauimus, ut speciem intuenti primo gemini portus in ora duo uersi præberit. Subitac procellosi deiciunt.) Opinor scribendum, decidunt. Quæ fluxa & uana apud Oreum fuerant.) Scripsimus, fuerat. Nam refertur ad fidem. Et impari tum maritimis uiribus.) Tum particula non est in codice scripto. Mox uero: Ita re per cunctationem ommissa, ad Chalcidis auxilium, sic restituimus & distinximus: Ita res per cunctationem ommissa. Subaudit, est. Ad Chalcidis auxilium ubi scilicet est motus. Deinde quod sequitur, terra quoque aditum faciliorem, expūimus que. Nam elegantius subintelligitur. Et gaudet a syndeto Liuus. Sicut mox, deiecto præsidio, fuis Aetolis, non fuis quoque Aetolis. Sic em̄ intelligi debet, deiecto præsidio, quod erant Aetoli. Et dicit deiecto, quod essent in montibus & saltibus Thermopylarum, ubi angustæ fauces coarctabant iter. Cum Romana classis eò se recepisset, Attalus igitur ignarus.) Reposuimus ex scripto uolumine. Romana classis Oreum sese recepat, & Attalus ignarus ad Ph. Non enim uult dicere Liuus quomodo sit captū Oreum, quod ante exposuit. Sed quid interim fieret cum à Romanis tum ab Attalo rege. Magnam quorundam temeritatem uides, qui Liuij uerba ad suum sensum inuertere ausi sunt. Quale etiā est, quod paulopost

pro cursu effuso mare ac naues petit, scripserunt, cursus effusus. Et molientibus ab terra naues Philippus superuenit.) Sic dixit, molientibus ab terra naues, quemadmodum infra, quod Pœni ancoras molientur. Et in oratione Scipionis, qua Q. Fabio respondet non procul à calce huius libri: Audietis hinc molientem Hannibalem. Et rursus postea: Et anchoras, ne in moliendo mora esset, præcidunt. Porro non est superuenit in scripto codice, sed aduenit. Quod uero cohæret, tumultumque etiam ex terra naueticis præbuit, debet esse, metumque etiam ex ter. naut. præbuit. Omissis Romanis.) Ex ueteri codice; rebus ablatiuum adiecimus. Et mox, classem recipit scripsimus, pro recepit. Profugi à Thebis Phthiotici.) Nouem sunt oppida quibus nomenclatura Thebarum olim tributa est. De quo hic fit sermo, Stephanus tertium facit. *πρὸς τὴν θεσσαλίαν ἡ φθιώτιδος*. Est autem Phthia Thessaliæ pars, ceu antè diximus, unde *φθιώτις θεσσαλία* Straboni, & Phthiotici hic gẽtile nomen. Cum in fidem Aetolorum perfugissent.) In codice scripto, peruenissent est. Opinor autem pro fidem scribendum, finem. Nam usus pare solet Liius finem pro finibus, ut supra: Haud procul Argeorum sine positus castris terrebat.

Vrbis uastata ac desertæ priore eiusdem Philippi bello.) Reposuimus ueterem librum securi, Urbis uastæ, ac desertæ priore quidem Philippi bello. Vrbs erat uasta Torone, ergo magnum populum capere poterat. Sic rursus aliquantopost: Et infrequentes se urbes, agrum uastum ac desertum habere.

Cum expedito agmine.) In exemplari legitur, quam expedito. Forte scribendum, perque expedito ag.

Et iam cum Eream uenisset, audit Machanidam t. a. f. r. l. Aegiumque se ad con.) Hic se doctus quispiam infeliciter exercuit. Nam cum in exemplari reperisset, audita, scripsit, audit, & non cohærente eo quod sequitur: Aegium se ad c. A. recepit, adiecit particulam que, ut esset nouæ sententiæ initium. Tu sic castiga locum: Et iam quum Eream uenisset, audito, Machanidam fama aduentus sui territum refugisse Lacedæmonem, Aegium se ad concillium Achæorum recepit. Ad hanc loquendi formam pertinet, quod infra sequitur: Quidam quas disceptando controuersias finire nequierant, aut noluerant, pacto inter se, ut uictorem res sequeretur, ferro decreuerunt. Pacto, id est, ubi pepigissent, sic hic audito, id est, ubi audisset. Sed uix rationem inire posse.) Lectio uetus: Sed id rationem iniri posse. Scribendum opinor, sed haud rationem iniri posse. Mox sequitur, an fugacius, quod illic legitur, quod fugacius. Nec est, à Chalcide, sed tantum Chalcide, subauditur autem præcedens præpositio, ab. Si modo congressus cum hostibus sis.) Quum eleganter hic dixerit Liius, ceu non dubito, congressus cum hoste sis (nam præcedit ab hostibus, & sequitur, confessionem hostium) tamen asinus ausus est supponere ablatiuum pluratiuum, hostibus. Idem mox addidit de suo datiuum sibi, nequaquam pares esse eos sibi, quum tamen illo expresso non fuerit opus. Descensionem fecit.) Codex scriptus habet, exscensionem fecit.

Ipse ab Oenotrijs præter terram Atticam super sinum nauigans inter medias propè hostium classes Chalcidem peruenit.) Quomodo in Italia subito Philippus ex Corintho: Nam Oenotria est Italia. Videtur mihi planè quispiam lectores ludere uoluisse. Sed mirum est hæc hucusque à nemine perceptum. Oportet hic ingenue dicere quod uerissimum est, nimia securitate fidunt studiosi quibusdam typographicis officinis, ut in Italia Asulanicæ, quasi uero castigatissima sint omnia quæ ex illis prodeunt. Quibus hæc hucusque credendum erat, ut rem iudicio prius et collatione explorarem. Interim studiosi meritas suæ credulitatis pœnas sæpe luunt. Restituimus hunc deprauatissimum locum iuxta scriptum archetypum, hoc modo: Ipse à Cenchreis præter Atticam per Sunium nauigans, inter medias propè hostium classes Chalcidem peruenit. Vide per Musas in paucis uerbis ingentia errata. Cenchrearum ciuitas de qua hic loquitur Liius, apud Corinthios nauali statione fuit insignis. Atque eadè est, cuius & diuus Paulus meminit in fine epistolæ quam ad Romanos scripsit. Sunium uero promontorium est Atticæ. Cæterum usurpauit forma græca Atticam, ut nihil fuerit opus emendare, terram Atticam. Quod mox sequitur, flexisset eorum animos, scripsimus flexissent. Et paulopost, primo ad opem ferendam. Q. Fabius Maximus Pr.) Prætor non est in codice Spirensi, nec uocabulum patres, quod paulopost sequitur. Nec item postea conjunctio quoque: Vno quoque tempore. Quare & nos expunximus. Quod eorum opera incolumis.) Antiqua lectio, eorum ope. Sed magis placet opera. Et paulopost, fortiter fideliterque administrata. Sic & infra: Quam forti fideliterque duorum præcipue legatorum opera usi essent.

Ita conuenit, ut quoniam & in prouin.) Mihi magis hic probatur lectio uetusti uoluminis, quæ uidetur antiquam aliquam formulam referre, neque enim est illic, ut particula, nec & conjunctio ter repetita. Sic autem habet, ita conuenit: Quoniam in prouincia M. Liiij res gesta esset, eo die quo pugnatum foret, eius forte auspiciu fuisse, exercitus Liiianus deductus Romam uenisset, Neronis deduci de prouincia non potuisset, ut M. Liiium. Hic tandem sequitur, ut. Ad istum modum singula castigauimus in cõtextu. Vnius equo per urbem.) Scripsimus, uno equo. Nam præcedit, multijugis equis. Et sic habet liber uetus. Neronisque, etiam si pedes incedat, uel parto eo bello, uel spreto triumpho, gloriam memorabilem fore.) Quo sensu dictum est, uel parto eo bello. Nos istam sententiam ex uestigijs ueteris scripturæ, sic restituimus: Neronemque, etiam si pedes incedat, uel parta eo bello, uel spreto eo triumpho gloria, memorabilem fore. Pecuniam in ærarium tulerunt.) Castigauimus: Pecuniæ in ærarium tulerunt sestertium tricies, octoginta millia æris. Sub aduentu eius.) Legendum, sub aduentum, id est, pauloante quod ueniret. Item, & ludii Romani, particulam & expunximus. Et Q. Cecilio Metello c o s s. ambobus, ut cum Annibale bellum gererent, prouincia decreta.) Cur hic asteriscum non apposuerunt, deest enim nomen prouinciæ. Reposuimus nos ex manu scripto codice: Et Q. Cecilio Metello

Prisea conuen-
tionis formula

Metello, C. O. S. S., Brutij, ambobus ut cum Annib. & quæ sequuntur. A. C. Terentio proconsule.) Opinor scribendum propratore. In ueteri codice mendose est, pro publicare, quas uoces indoctus scriba semper supposuit quoties scriptum repperit, Propr. Vestalis uirgo.) Scriptus codex tantum habet; Vestalis. Professor aliquis inter exponendum dixit: Vestalis, subaudi uirgo. Id postea receptum est in contextum. Et supplicationem ad Vestæ aram habere placuit.) Qui hic infulsit accusatiuū aram, non fuit admodum latine doctus. Legendum est, ad Vestæ, & subauditur, templum, aut aram. Horatius: Ventum erat ad uestæ. De quo sermonis genere sæpe monuimus in prima Decade. Moniti ab senatu sunt.) Scripsimus, admoniti. Et in sequenti uersu. Et posse sine metu. Agrum uastatū ac desertum habere.) Agrum uastum reposuimus. Sicut supra, urbis uastæ ac desertæ priori quidem Philippi bello. Et paulopost, Atq; Placentini essent, ante certam diem. In saltu angusto à Brutij, iaculatoribusq; numidis turbati sunt.) Audi hic mi lector rem ridiculam, quid librarium deceperit, ut synce ram scripturam deprauaret. disturbati, à disturbor, aris, forte scriptum erat primore syllaba à cæteris per spaciolum aliquot distante, hoc modo, dis turbati. Placuit uocabulum turbati, dis scriba fragmentum alicuius dictionis esse putauit. ipse syllabam nouam adiecit, ut fieret mundis. Et quum hæc uox locum hic nō habeat, doctus aliquis scripsit iaculatoribusq; Numidis, adiecto q; ad finem dictionis prioris. Sic autem indubie Liuius scripsit: In saltu angusto à Brutij iaculatoribus disturbati sunt. Cum magnam partem iuuent.) Scripsimus: Tum magnam p. i. Et mox, inter latrocinia, non per latrocinia Tantæ se fore parem multitudini.) Fore uerbum additum uidetur. Nos induximus. Neq; enim est in uetusto. Inde ad Betulam urbem progressus.) Scripsimus, processum. subauditur est. Impersonaliter dictum. Plures & integri.) Hic deerat usq; dictione quam inseruimus, Plures usq; & integri s. subirent. Terga haud dubie uertunt Pœni, Numidæq; primo turm.) Hunc locum deprauatum sic restituiimus: Terga haud dubie uertunt Pœni Numidæq;. Et primo turmatim. Tamen nunq; aliquot in sequentes dies.) Exemplar scriptū habet: Tamen nunq; prælio qd' insequentis dies. Ex qua mendosa lectione conijcio fuisse scriptū: Tamen nunq; per aliq; insequentis dies. quæadmodū & emendauimus. Castellorū procul specie uisu præbebāt.) Uocabulū uisu quispiā infulsit, nos exemimus. Cū raptim præsi essent.) Hic nugator aliq; se exercuit. Liuius scripsit: Ut ante lucē uiri equiq; præsi essent aut præsi essent. Ille adiecit, cū raptim præsi essent. Nec ex ordine solito quicq; in acie struenda mutat.) Debet esse: Nec ex or. s. quicq; acie instruenda mutat. Subauditur autem, in. Equitum iamdiu a. p. fuit, nec ipsa per se decerni poterat, quia pulsus (quod prope inuicem fiebat) in aciem peditum tutus receptus erat.) Miseret me planè optimorum quorumq; autorum, qui indignissime passim tractati sunt à castigatoribus non sat diligentibus. Qualem hominum temeritatem cum alibi tum hic insigniter expertus est T. Liuius. Antiqua lectio sic habet: Equitū iamdiu anceps pugna erat. nec quia pulsus quod prope inuicem fiebat in aciem peditum tutus receptus erat. Hanc mendosam lectionem quum nō intelligerent castigatores, adiecerunt multa de suo, Liuij sensum inuerterunt. Nos tamen bene fortunatis Musis ex ista deprauata germanam indicabimus, nempe hanc, Equitum iamdiu anceps pugna fuit, nec depulsus (quod prope in uicem fiebat) in aciem peditum tutus receptus erat. Sensus clarus est, quod equites utriusq; exercitus, quum in uicem depellerent, sic ut nūc Romani Pœnos, nunc uicissim Romanos Pœni depellerent, nam hoc sibi uult interiecta clausula, quod prope inuicem fiebat, in aciem peditum tuto recipi non poterat. Nam sequitur postea: Signo receptui dato Scipio, patet factisq; ordinibus, equitatum omnem leuemq; armaturā in medium acceptā, diuisamq; in partes duas in subsidijs post cornua locat. Confer nunc quod nos castigauimus cum uulgata lectione, & uide quale piaculum cōmiserint, qui eo quod legebant quia pulsus, quod nos castigauimus, depulsus siue perpulsus, hanc clausulam de suo adiecerunt, Nec ipsa per se decerni poterat, conspurcantes Liuij sensum inuertentesq;. Sed ubi non similia acciderunt in hoc autore? Acies inter sese diuisæ aberant.) Quasi non satis latine diceretur, haud plus d. passus acies inter sese aberant, quidam inseruit diuisæ. Ipse è dextro cornu.) Liuius omittit plerunq; præpositiones, quæ elegantius subaudiuntur q; exprimuntur. Castigatores priores nusq; non infulserunt. Ipse dextro cornu mittit, subauditur à dextro cornu. In sinistram partem quemadmodū se tendentem ad dextram uidissent.) Codex scriptus habet, in sinistra parte. Proinde non dubito scripsisse Liuium, in sinistra parte quemadmodum se tendentem à dextera uidissent. Sic & nos reponere sumus ausi. Et cum ab omni parte haudquaq; par pugna erat, tum quod turba Balearium tyronumq; Hispa.) Hic in primis notandum est, quod in uolumine ueteri pro turba Balearium, scriptum est, turba balirum, ut suspicer ba syllabam librariū perperam repetisse. Quid si legas, lixarum tyronumq; Hispanorum. Deinde sciat lector sic esse exponenda Liuij uerba: Et quū ab omni parte haudquaq; par pugna erat, tum subaudi, haudquaq; pugna par erat, qd' turba lixarum tyronumq; Hisp. Romano latinoq; militi obiecta erat. Id quod quum non animaduertissent olim Liuiani castigatores particulam &, quæ sequitur, & procedente, temere eraserunt, coniungentes tum præcedens cum hac oratione, procedente iam die. Verum nos & particulam hic necessariam de postliminio inseruimus. Nam Liuius duas præcipuas causas assignat imparis pugnae. Vnam quod lixæ & tyrones à partibus Pœnorum, fortissimis militibus erant obiecti. Alteram, quod exercitus Punicus deficere cœpisset, ob inediā. Cornibus incurrerunt.) Scripsimus, cōcurrerunt. Et mox, ut prius æstus, reposuimus, ita ut prius. Cum proximus quisq; hostem caderet.) In exemplari uetusto legitur, pro
xim

ximi. Proinde uideo sic quocq; uerba stare posse: Quum proximi quicq; hostem caderent. Inde ut in ferri impigre signa uiderunt.) Scripsimus deinde. Et paulopost: Ut uix in castra sua reciperet se uictores: quosdam etiam religio ceperat. Vbi uulgata lectio habebat, receperit & ceperit. Item infra, citato agmine ducti sunt, pro educti. Et mox: Ducibus est creditum, particula sed expuncta. Cum hostis nequicq; subire i. asc. conatus esset.) Emendauimus ad lectionem ueterem: Quum hostes nequicq; subire iniquo ascensu conati essent. Caterum quemadmodum hic singularem numerum in pluralem mutauimus, sic mox pluralem uertimus in singularem. Itaq; transitiones ad hostem fiebant. Ad uitandum cacephaton: Astipulatur autem nobis liber uetus. Paulopost scripsimus, mille equites relinquit Syllano. Proconsulis Scipionis.) Nos scripsimus, P. Scipionis. Nam ubiq; librarius pro P. litera pronomini, hoc est pro Publio, proconsule scripsit. Mox reposuimus duas dictiones quae deerant. Quinto postquam P. Scipio prouinciam & exercitum accepit. Paulopost, in exemplati Spirensi legitur, cum multis nobilibus captis. Poenis autem in Italia aduersa. Particulam autem, expunximus. Et paulopost, ad Scipionem redit scripsimus, pro redijt. Opulentissimus eius terrae.) Hic deerat uocabulum rex, quod inseruimus. Opulentissimus eius terrae rex. Et mox, pro qua freta exiguo dirimuntur, reposuimus, quod freta exiguo dirimuntur, subaudi fines. Paulopost praeonomini literam Syllano praefiximus, alio loco inuante uento scribentes, pro adiuuante. Sequimur enim ubiq; quatenus licet, auctoritatem manu scripti codicis. Quam Poeni anchoras molirentur.) Sic supra. Et molientibus ab terra naues Philippus aduenit. Nec ultra tumultum edere quisq; in regio portu audebat.) Antiqua lectio: Nec ultra tumultum agere quisq; in regio portu audebat. Ex his corruptis uerbis hanc germanam Liuuij lectionem, erui. Nec ultra tumultum, agere quis quicquam in regio portu audebat. Itaq; prior in terram Asdrubali.) In antiquo libro legitur: Ita in terra prior Hasdrubal. Subaudire poteris uerbum, fuit. Magnificumq; id Syphaci, nec erat alias uisum.) Volumen Spirense non habet alias sed aliter. Qui nobis hunc Liuuij locum deprauauit, alias pro, aliter supponendo, in hoc lapsus est, quod uisum ordinabat cum aliter ad uerbis, quae cum illi parum latina uideretur oratio, aliter uerit in alias. At uisum postrema uox referenda erat ad primam magnificumq;, & ea posterior clausula per parenthesis legenda, hoc modo: Magnificumq; id Syphaci (nec erat aliter) uisum, quemadmodum nos in contextu restituumus. Et quoniam fors eis sub.) Et particula, non est in codice scripto. Nec mox, contrahere ad colloquium, sed in colloquiu. Illud magnopere contend.) Melius hic placuit uulgata lectio, quam ea quae est in ueteri libro. Siquidem habere uidetur. Illuc magnopere tendente rege. Nos tamen aliter distinximus sententiam. Paulopost: Et eodem etiam lecto, particulam & deleuimus. Sibi conciliaret, mirabilioremq; sibi eum uirum.) Scripsimus sibi conciliarit, mirabiliorem sibi eum, coniunctione quae & accusatio uirum, dispunctis. Sic postea particulam tam erasimus. Regnumq; eius in Romanorum esset potestate. Sed potiunda Africae spem affectantem.) Affectare spem utcumq; grammaticè dicitur. Verum non satis intelligo quid sibi uelit quod dicit, potiunda Africae spem affectantem. Certe Scipio spem magno emit, si tantis periculis nihil aliud assequi in animo habebat, nisi ut affectaret spem Africae obtinendae. Ego opinor locum esse uitiatum. Codex scriptus habet spe adfectantem. Siquis diuinationem nostram recipere uelit, leget, sed potiunda Africae pretia sectantem. Quae sententia Liuio digna erit. Scriba mutauit pre in spe, & cia in ad. Ea posterior particula cum sequenti participio conexa, constituit adfectantem, qd' alius postea uertit in adfectantem, quum spem pro spe scripsisset. Et pleriq; sauis in alto iactatus uentis.) Scripsimus, & pleriq; sauis. Illiturgi & Castulo.) Legendum Illiturgi & Castulo erant, suffragate codice uetusto. Plinius, Illiturgi, qd' Fori iulij. Desinunt aut pleraq; uetera Hispaniae oppidorum nomina, in I, ut Ipasturgi, Astigi, Virgi, Sexi, Olsigi, Tuati, Arubi, Alostigi, & similia. Castulonenses cum prosperis reb. s. f. p. c. c. e. S. defecerat.) Antiqua lectio, Castulo cum p. r. l. f. p. c. c. e. S. defecerat ad Poenos. Nec dubito sic scripsisse Liuuium. Castigatorum offendit uerbum socij pluralis numeri. Scelus etiam defectioni addiderant.) Haec uerba, scelus etiam defectioni, non sunt in exemplari uetusto, sed tantum, addiderant. Pro quo uerbo fortassis scribendum, perfidi erant, hoc modo: Illiturgitani prodendis qui ex illa clade ad eos profugerant (siue profugerant) interficiendisq; perfidi erant. Nam sequitur infra: Ab his perfidia & crudelitatis, & sceleris poenas expetendas esse. Non tamen reprehendo lectionem uulgatam, nam & hic sceleris scriptum est. Merito magis quam utiliter sauitum foret.) Miror in Liuio tot loca prodigiose corrupta reperiri, quando omnium studiosorum manibus assidue teritur. Certe hic tam est uitata lectio, ut totam sententiam coherentem obscurarit perdideritq;. Nec quicq; profuit codex scriptus. Deprehendi post longam expansionem sensus, legendum hic, increpitos magis, quam ut aliter sauitum foret, pro eo quod est, merito magis quam utiliter sauitum foret. Quibus uerbis restitutis facile est instaurare totam sententiam ante male distinctam, nimirum hoc modo: In eos populos primo aduentu, quum dubiae Hispaniae essent, increpitos magis quam ut aliter sauitum foret, tum iam (sic enim est legendum, quod tamen mendose in Spirensi uolumine est, tunicam) tranquillibus rebus, quia tempus expetendae poenae uidebatur uenisse, accitum ab Tarracone, L. Martium, cum tertia parte copiarum ad Castulonem oppugnandum mittit. Hic habes uerbum, hucusq; procurrente sententia. Ipsos claudendis portis indicasse Hispanos.) Reposuimus claudendo portas. In ueteri legitur, claudendos portas. Paulopost, cum illis sine ira prope, sic ordinauimus, cum illis prope sine ira. Et pro, uenisse tempus, scripsimus uenisse tempus. Sed sua ipsorum conscientia culpa metu ad def.) Hanc deprauata m

prauatam clausulam sic restituumus: Sed suus ipsorum ex conscientia culpæ metus ad defendendam impigre urbem hortatur. Non libertas sola agebatur.) Quis unquam dixit libertas agitur, & nō potius libertatis negocium agitur: Antiqua lectio: Non liberata sola alebatur. Ex mendosa scriptura sinceram uenabimur. Prima syllaba uerbi alebatur, sumpta est à sine præcedentis dictionis. At libatur nihil significat. quid ergo fuit: fuit ledebatur. Id a litera accedente factum est aledebatur, pro quo semidoctus scriba supposuit alebatur. Tu lege: Non libertas sola ledebatur. Postea scripsimus, haud satis decoro prælio trepidarit, pro trepidaret. Veritus ne uanis conatibus suorum hostibus cresceret animus.) In exemplari Spirensi duntaxat est, ueritus ne uanis tot conatibus cresceret animus. Fortasse legendum est: Veritus ne uanis tot conatibus decresceret animus, & segnior miles fieret. Sic bene haberet sententia. Sibimet conandum ad partem periculi capeffendam esse.) Emendauimus, ac partem periculi esse. Lælius instat, Tum uicta oppidanorum uis, deiectisq; propugnatoribus occupant muri.) Antiqua lectio. Lælius institit. Tum uicta oppidanorum exercitui propugnatoribus occupantur muri. Mendosus locus est. Castigator quum non posset se explicare, sensum utcunq; reddidit. Diu luctatus sum cū deprauato uocabulo, exercitui, priusquā germanam, ut spero, lectionem deprehenderim, quam arbitror huiusmodi fuisse: Tum uicta oppidanorum extrema uis, ab oppugnatoribus occupantur muri. Mox scripsimus, quæ inexpugnabilis uidebatur, pro qua inexp. Scalis mœnia.) Hæc duo uerba quispiam inseruit. Quasi uero non bene dictum sit, & Romanis subeuntibus, qua adire poterant. Nos summouimus. Quæ rupe præalta tegebatur.) Legendum est, quia rupe p. teg. Et infra: Primi insequenteis extrahentes. Et mox, Qui præ se irent, non, qui præirent. Item, paulopost legendum uidetur, prædæ memor. Non prædæ memor est. Nam id elegantius subauditur. Quod postea sequitur, ex dissipata passim fuga, ac in ueteri est, & dissipata passim fug. poteris legere è uel ex dissipata passim fuga. Terrorq; deinde, ac desp.) Scripsimus: Terrorq; inde ac desperatio. Quod uero est infra, Martius inde in barbaros, & uetus liber habet: Martius dein barbaros, uide num legendū sit: Martius deinde in barbaros. Illic etiam, Munusq; gladiatorum, & gladiatorū spectaculum legitur. Seruorum delectu ac libertorum.) Antiqua lectio, seruorum de causa ab liberorum. Dij boni quæ portenta hæc sunt. Doctus aliquis qui olim Liuium castigauit, non diu seipsum torquens, pro de causa statim scripsit, delectu, & pro ab liberorum, ac libertorum. Ego suspicor scribendum, seruorum censu haud liberorum, qui (subaudi serui) uenalem sanguinem habent. Paulopost, prouocatiue, scripsimus prouocatiq; haud abnuerent. Pacti inter se.) Emendauimus, pacto inter se, ut uictorem res sequeretur, ferro decreuerunt. Sic supra de Philippo Liuius: Et iam quum Eream uenisset, audito, Machanidam fama aduentus sui terrum refugisse Lacedæmonem, Aegium se ad concilium Achæorum recepit. Sic enim nos illic castigauimus, cum ante legeretur, audit. Pacto, id est, cum pepigissent, sicut illic audito, quum audisset. Hoc quum falleret eum qui locum emendauit, pro pacto, scripsit pacti. Alterius imperio subigeretur.) Reposuimus subijceretur. Et mox, quod ab tanta rabie dirimi nequirent. Et infra, in ditione accipit. Quam quod extra necessitates belli præc.) Mendosam mehercule ueterem lectionem, quam quod necessitates bella (sic enim in scripto codice legitur) restituere conatus doctus aliquis, scripsit, extra necessitates belli. Suspicio legendum: Quam quod uel cessante bello, præcipuum in Ro. gerebāt odium. Paulopost scripsimus, pro & mercatores, aut mercatores. Et deinde pro interfecerunt, interfecerant. Neq; erat ulla satis firma statio opposita.) In codice scripto, nō est firma, Quod si ordines aduerbium satis cum participio opposita, bene habebit oratio. Paulopost, ad id ipsum emissa, legendum opinor, ad id emissa. Mox sequitur, qui primus hosti se obtulerat. Nos reposuimus, qui primum se. Infra, ut neminem cedere. In scripto uolumine est, ut nē cedere, suspicor scribendum, ut non cedere. Paulopost uertus liber habet, imbellem, inermem, sine particula que. Quid autem si quis legat in sine inijcerent, pro iniecerunt, ut tota sententia cohæreat. Correpti alij flamma sunt.) Exemplar Spirensis tantum habet correpti, ubi subauditur uerbum sunt, alij ambusti ad flatu uaporis. Mox inseruimus duas dictiones quæ deerant, ab tergo, Quum receptus primis urgēte ab tergo ingenti turba non esset. Paulopost, quod in ea urbe esset, dispunximus ablatiuum urbe. Et transfretum ex Africa ora, & ex.) Antiqua lectio, & transfretum Africæ ope & ex. Tu scribe: Et trans fretum Africæ oræ, & ex proximis Hispaniæ locis. Rati forent.) Legendum est, rati fore. Nam sequentia cohærent, nec sunt separanda, quem admodum in uulgatis editionibus factum uidemus, Præterea non est in scripto codice: & signum ab eis petebant, sed tantum, & ab eis petebant. Quia tamen infra sequitur: Signum ab ijs petitum est, probo uulgatam lectionem. Nec est in ordinem ibant, sed ordine ibant. Sic autem integra sententia legi debet: Forma tamen Romanorum castrorum constabat una ea spe, quod tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis defectionisq; rati fore, & iura reddere in principijs sinebant, & signum ab eis petebant, & in stationes ac uigilias ordine ibant. Paulopost scripsimus, C. Atrium Vmbrum. Nō Vmbrum. Et mox, delatum om. cons. imperium est. Suis tergis suisq; ceruicibus.) Particulam que, deleuimus. Sic enim hic dixit Liuius: Suis tergis, suis ceruicibus, ut supra: Turbam foeminarum puertumq; imbellem, inermem. Et subtrahentes se quoq;. Archetypum Spirensis habet, & subtrahentes quoq;. Lego: Et subirascentes quoq;. Nam sequitur, ut credidisse potius temere q̄ finxisse rem talem, uideri possent: que clausula uelut per parenthesis interiecta, legi debet. Sensus est, & subirascebantur ut temere credidisse, non finxisse uiderentur. Non quod se subduxerint. Hic locus hactenus non fuit intellectus

tellestus. Quod uero sequitur, sua ipsi insignia, fasces intelligit & secures s. horrebant. Qui ab ipso Scipione sunt missi.) Castigauimus, Ab ipso Scipione missi. Et mox, exasperati animi. Non animo. Quo scelus liliturgitanorū extitisset.) Scripsimus liliturgitanum extitisset. De quo supra habes. Mox, post duorum imperatorum duorumq; exercituū stragem. In Spirensi libro tantum est, post duorumq; exercituum stragem. Si non est illic aliquid omissum librarij incuria, fortassis legendū, post duorū quorūdem exercituū stragem. Præter unum tutissimū à malis consilijs receptum.) Non semper tutus est iste à malis consilijs receptus, dum ad Ducis clementiam confugitur. Nec adeo rebellibus istis militibus tutus fuit. Nam postea sequitur, deligatos ad palum, uirgisque cæfos, & securi percussos fuisse seditionis autores. Itaq; non lego præter unum tutissimum, sed præter uulgatissimū à malis consilijs receptum, quod autem uulgatissimū est, non est propterea tutissimum. Hinc illustratur elegantia Liuiana. Quid enim elegantius dici potest, q̄ committere se tandem uel iustæ iræ uel clementiæ principis aut magistratus, uulgatissimū esse à malis consilijs receptum: In archetypo Spirensi legitur, præter n̄ autissimum. Mihi sanè magis placet uulgatissimū, quam uel notissimum, uel nouissimum, quæ duo tamen tolerari possent. Sed licentiam ingentem fecit.) Scripsimus: Sed lætitiā ingentē fecit. Et paulo post, Sub ipsam profectionem, pro sub ipsa profectione. Et mox, corpora curant, nō curent. Nam & hæc postrema clausula à superioribus pendet, quemadmodū nos distinximus. Cuius simulabatur iter.) Legendum, cui simulabatur iter, id est à quo. Deinde reposuimus, concurrunt, pro concurrerunt. In tribunal conscendit, pro ascendit. Item qualem ne in acie quidem, pro ne in acie quidem. Fama mortis meæ non accepta solum, sed etiam expectata est.) Antiqua lectio, spectata est. Expende num sperata legi possit. Nam infra sequitur: Horret animus referre, quid crediderint homines, quid sperauerint. Hoc nimirum est, quod hic dicit, accepta & sperata. Ita aut tranquillum, aut procellæ in uobis sunt, & causa atq; origo.) Locus hic mirè uitiatus est, etiam in exemplari scripto. Variant in hoc tantum æditiones uulgatæ, quod aduerbium ita adiectum habent. Fide mihi lector hic, non te decipiā. lege sic & distingue. Sed multitudo omnis, sicut natura maris, per se immobilis est, ut uenti & auræ cient, aut tranquilli aut procellosi, Et causa in uobis atq; origo omnis furoris penes autores est. Porro genitiui tranquillii & procellosi, referuntur ad maris, quod præcedit. Paulo post scripsimus, sub quibus militastis, pro militatis. Cuius imperium ablatum.) Reposuimus, quum imperiū ablatum. Nam sequitur, quum eo ipso non contenti. In foro Romano.) Scripsimus in foro Romæ. Et mox, Atriū Vmbrum. Nec est in scripto codice, sed illi tamen. Verum, sed illi primum Atrium Vmbrum. Et mox, nec Samnitibus. Subintelligitur, cum, præcedēs, quare nos exemimus. At mox inseruimus particulam &, & consilia communicastis, & arma consociaturi fuistis. Tuscis ueteribus cultoribus.) In uolumine ueteri tantum est, Tuscis ueteribus. Inter prælegendum uocabulum cultoribus aliquis superaddidit. Nec est illic, Sic tum Rhegium. Sed duntaxat, sic Rhegium. Maioris certe omnes pretij.) Hic Scipio blanditur militibus, timens eos scilicet. Locus mendo nō caret. Archetypum habet, minoris certe omnes pretij. Porro nihil dubito legendum hic esse, Albius & Atrius, non Vmbrius, quemadmodū ante dixit: In prætorio tetenderunt, Albius & Atrius. Sunt enim propria nomina Albius & Atrius quæ coniunguntur. Calenus & Vmber, cognomina. Ne istud Iuppiter Optimus Maximus sinat.) Germanam Liuij lectionē Archetypū Spirensē cōtinet: Ne istuc Iuppiter O. M. fierit. Quam & nos in contextu restituimus, cum ob singularem elegantiam, tum ob uetustatem. Nam si quippiam in tota oratione Scipionis uerborum est, quibus ipse fuerit usus, fortassis hæc clausula est quam usurpauit alicūde Scipio: Liuius ex annalibus aut aliquo uetusto scriptore retulit. Porro dictum est istuc pro istud, & fierit pro fuerit à sino. Crassus aliquis id non intelligens, uertit in sinat. Flamínio, Paulo Aemylío, Graccho.) Aemylío non est in ueteri codice, quare & nos dispunximus. Simplicia nomina sunt, Flamínio, Paulo, Graccho. Mox scripsimus, tot tam claris imperatorib. pro præclaris. Meo unius funere elata Resp. esset.) Reposuimus ad fidem exemplaris scripti: Meo unius funere elata populi Romani esset Respublica: Tamen illic mendose elati pro elata legitur. Quid optauerint.) Hæc clausula non est in libro uetusto. Paulo post: Atrocemq; uobis uisam orationem meam, deleuimus meam, nam statim sequitur: dicta mea. Mox, & me quæ fecistis, scripsimus, & me ea quæ fecistis. Item deinde, Et Atrius Vmber, non Vmbrius. Cum ex præparato simul omnium terror oculis.) Mutilus locus hic erat. Nos reposuimus, simul omnium rerum terror, oculis auribusq; est offusus. Neq; enim significare uult Liuius omnium militum rebellium oculis terrorem offusum, sed simul omnium rerum terrorem obiectum, puta crepitum gladiorum, uocem præconis citantis damnatos, fontium nudata corpora, ac apparatus omnem supplicij simul expromptum, quemadmodū ipse mox exponit. Gadeis sine certamine per deductionem recipiendi.) Archetypum habet, per ditionem. Nos reposuimus proditione recipiendi. Id est, per proditionē. Sequitur enim: Sed patefacta immatura proditio est. Et supra sic loquitur Liuius: Per eos ipsos dies, inquit, perfugæ à Gadibus uenerūt pollicentes, urbem Punicumq; præsidium quod in ea esset, & imperatorem præsidij cum classe prodituros esse. Spem ad irritum redactam.) Antiqua lectio, spem innū redacta. Lego, spe in irritum redacta. Contractisq; etiam quæ ante habuerant auxilijs.) Quid opus fuit hic adijcere particulam etiam: Nos erasimus. Scipio cum fide soluendis pariter omnibus noxijs innoxijsq; stipendijs, uultu ac sermone.) Hunc locum deprauatū ac mutilum sic restituimus: Scipio cum fide soluēdi pariter omnibus noxijs innoxijsq; stipendij, tum uultu ac sermone
in omneis

in oēs placato. Et quæ sequunt. Scipionū nomini auspicijsq. Exēplar scriptū habet, nomini, auspicijs sine que. Et sic loqui solitum Liviū alibi indicauimus. Quod ad expeditionem attineat. Scripsimus: Quod ad expeditionem eam attineat. Ad irritandam ferocitatem barbarorum. Reposuimus feritatem. Quod uero paulopost sequitur, deinde emisis leuibis telis, in scripto uolumine est tantum, deinde misis telis. Itaq; ne pulsi uiderentur. Imò pulsi iam propemodum erant. Sic ineptit Liviū: Tu scribe, itaq; ne perculsi uiderentur. Et paulopost, obliquo constituerunt colle, obliquo constituerunt colle. Equitem nec posse circumdare cornib. in tam a. f. & h. q. cum pedite eduxisset. Hic locus mutilus sic est restituendus. Equitem, nec se posse circumdare cornibus in tam angusto spacio, & hosti quem cum pedite eduxisset, inutilem. Præter reliquam prædam. Scripsimus, præter ceteram prædam. Nihil tutius in afflictis rebus. Legendum: nihil tutius afflictis rebus, ut afflictis rebus dati ui sint casus. Quod si quis ablatiuos esse contenderit, subintelligetur in præpositio. Mox scripsimus: Sed castra Romana, dictione quoq; deleta. Aut seruati bis uni debitam uitam. Archetypum Spiritense habet, aut seruatis bis uni debitam pro eo in p. deuoueat. Lego: Aut seruati bis uni debitum pro eo in p. Ut referatur ad spiritum. Erit enim nunc sententia planior, Ut aut, si ita uideatur, reddant spiritum Proconsuli Scipioni, ab eodem illo acceptum: aut seruati, bis uni debitum, pro eo in perpetuum deuoueat. Subaudi spiritum. Castigator olim hic se torsit. Nam quum non quadraret debitam socii nini generis, addidit uocabulum uitam. Et erat alioqui debitam scriptum, u pro b posito, deuitam.

Spem positam habere. Emendauimus, spem repositam habere. Mox uero: Cum quo nec fœdere, nec equis legibus iungerentur amicitia, placet antiqua lectio, quæ habet, iungeretur amicitia. Et ob fides accepti, armaq; adempta & præsidia. Treis particulas connectentes hic summouimus, quibus non est usus Liviū, ut indicat uolumen scriptum. Illos quidem merito perijsse ipsorum maleficio. Fortassis, etiã legi posset, illos quidē merito perituros fuisse ipsorū maleficio. Paulo post reposuimus, se libera arma relinquere, pro se liberè arm. relinq. Atq; eiusdem dextra fidem sancire. Scripsimus, atq; eius dextra f. sancire. Et paulopost: Ad hoc equitem, item ad depopulandos prox. Hisp. agros.

Substitueratq; animo. Antiqua lectio, sustituerat atq; animo. Tu scribe: Præstitueratq; animo spem quoq; corporis amplam ac magnificam. Velut renouatus flos iuuentæ faciebat. Archetypū scriptum habet: Velut renouatus iuente faciebat. Coniunctio scribendum, uelut renouata iuuenta faciebat. Non sine causa erectam ante urbem stationem. Castigauimus, electam. Hanc lectionem scripti codicis confirmant ea quæ mox præcedunt. Ad duo millia armatorum inuenta. Narrat Liviū classem fugisse, & unde nobis isti bis mille armati qui postero die sunt inuenti? Codex scriptus habet, armorum. Haud procul à Gadibus. Scripsimus: Haud procul Gadibus. Et paulopost, purgantibus ijs, ablatiuum ijs deleuimus, qui subintelligitur, aut similis, puta Gaditanis. Vbi notandum est infestæ genitiui casus esse, & referri ad præcedentem genitiuū, multitudinis. Duæ sunt Baleares insulæ. Vocabulum insulæ dispunximus, nam mox antecedit: Pœnus in Baleares insulas. Paulo post scripsimus censebat, pro credebat. Spondebantq; animi. Legendū est despondebant animis, quemadmodum castigauimus. Semidoctus aliquis qui legerat, despondere animum, pro abijcere, mutauit hic despondebant in spondebant. Despondebant animis, hoc est, constituebant, destinabant. Hoc uerbo in hac significatiua Cicero quoq; utitur. quam alibi uelut exponit, quum inquit, cui me præripere despondam iam & destinatam laudem ualde est iniquum. Ut consulatū inierunt. Nos ut particulam erasimus. Sic enim constat lectio. P. Cornelius Scipio, & P. Licinius Crassus consulatū inierunt. Nomina tæ consulibus prouinciæ sunt. Deleuimus & infra que, coniunctionem. Susceptumq; quartūdecimum annum tam p. geritis. Velut ad colligendas reliquias naufragij nostri misistis. Archetypū Spirense habet, ueut ad conciliandas reliquias naufragij nostri. Lego, ad concinnandas reliquias naufragij nostri. Quod uocabulum hic mirè quadrat. Vtitur enim metaphora nauis fractæ, cuius partes concinnantur dum nauis instauratur. Est autem concinnare aptè componere. Cæterum an non reliquias Saguntinorum naufragij concinnarunt Romani, dum illis oppidum restituerunt, hoc est, repararunt? Vulgata lectio satis ad sensum facit, si quis ad dispersos ciues, opera Romanorū postea cōquisitos respiciat. Verum quando me uestigia scripturæ ueteris huc duxerunt, non studiū nouitatis, ut putarem aliter legendum, nolui id lectorem latere. Ut optabilem eam. Pronomen eam dispunximus. Perdit enim sententiā. Et infra scripsimus, uidimus, pro uidemus. Mox, rursus particula que deleta, spem, opem, salutem nostram. Neq; enim, ut sæpe diximus, coniunctionū amans est Liviū, quum illis nihil opus est. In Hispania atq; in Italia gessistis. Quid fuit opus alterum, in addere: Nos expunximus.

Qua terrarum ultimas finit Oceanus. Hic se exercuit sciolus aliquis. Liviū scripsit, quemadmodum attestatur archetypum Spirense: Quæ terrarū ultimus finis Oceanus. Subauditur est. Quid enim clarius Liviū sensu, si ita legas; Ut Hispaniam nō Ibero amne tenus, sed quæ terrarum ultimus finis Oceanus, domitam armis habeatis. O castigatorem. Neq; aliter id fieri posse. Restituimus. Neq; id aliter finiri posse. Et mox, exercitū transportasset, pro transportaret. Ibidem primoribus patrum conscriptorum. In exemplari scripto tantum est, primoribus patrum. Alteram dictionem aliquis adiecit.

Non senatorem modo. Dictionem modo quispiam hic insulsi, putans ista uerba, non senatorem referri ad id quod mox præcedit, senatum ludibrio habet. quum respiciant uerbū superius peccare. Consulem peccare arbitror, non senatorem, qui de quo consulit s. l. dicit sententiam. Duarum rerum
 & subeundam

subeundam opinionem esse.) Liuius scripsit opinionem, pro hoc elegantissimo uerbo doctus alius quis supposuit, opinionem. Sic adulterantur optimorum auctorum scripta. Infra, ætas saltem liberet, scriptissimus, liberat. Item, aut ad populum audiuit. Egregiam istam palmam belli Punici peracti petis? Scripsimus, patrat. Nam sic in uetusto codice legitur. Et habuimus pauloante, Penes C. Luciatium prioris Punici perpetrati belli titulus fuit. Si alterutra uictoria nobis consulibus relinquenda est.) Reposuimus, nouis consulibus. Siquidem scriba uidetur b pro u posuisse, quod identidem facit. Intelligere novos consules, consules alterius anni, siue insequentium annorum. Periculi tandem quantum adeatur, quem fallit? Archetypum nostrum habet, quid periculi tandem. Et uictor Annibal ire ad urbem pergat.) In scripto uolumine tantum est, uictor Annibal. Ut sit, Quid si uictor Annibal. Dies me deficiet.) scripsimus deficiat, modo potenciali, hoc est, deficere possit. Et paulo post, ac nobili, pro atq; nobili. Quod procul externus metus est.) Reposuimus, quia procul. Item: Et exercitum alienigenam. Et populi Ro. imperio euenere.) Pro his uerbis, substituimus, ac Reipublicæ in imperio euenere. Aduersa casibus incertis belli et fortunæ legare.) Volumine antiquum habet relegare. Quid si legas: Aduersa casibus incertis belli, subaudi assignare, & ad fortunam relegare. Paulo post, pro istis, scripsimus hic, An hic tuo collegæq; exercitu cōiuncto. Vbi genitiuū tui, post, collegæq; sustulimus. Iterum postea, pro, Quod istud cōsiliū est: scripsimus: Quod istuc consil. est. Item ac graui militia fessum. Relinquere Italiam paras.) Vetus lectio. Tu cum Annibal in Italia sit aliō paras. Suspicio scribendum: Tu cum Annibal in Italia sit, aliō properas. Hoc uideretur mihi simplicius quam legere, aliō ire paras. Paulo post, duæ literæ P. C. non sunt in codice Spirensi. Ego P. Cornelium reipub. Haud satis purgata est.) Reposuimus, haud sanè purgata est. Et mox, tanquam mihi ab infimo quoq; periculum sit, scripsimus, quoque. Nam est à quisque ablatiuus. Illud nec tibi in me, neu mihi in minoribus natu animi sit.) In archetypo scripto, non est pronomen illud. Et tamen est, animi sit. Ut planè putè sic legendum: Nec tibi in me, neu mihi in minores natu animus is sit. Nam nihil ambigo, scribendū, in minores, non in minoribus, quemadmodum etiam in editione Coloniensi legitur. Nec est mox, inuiderimus, sed inuidebimus in libro scripto, & in fine est, non sit. Si in Africā trañcere uelim.) Scripsimus, si in Africam trañcerem. Quin ego minus in Africam.) Emendauimus, qui ego minus in A. ut sit, qui pro quomodo. Quot defecerunt post Cannensem pugnam.) Volumen scriptū nō habet, quot. Elegantior erit oratio si omitteretur, quod citra incommodum sensus, fieri potest, hoc modo. Non sperauerat Annibal fore, ut tot in Italia populi ad se deficerent. Defecerunt post Cannensem pug. Habet autem maiorem uehementiam. Carthaginēsi nihil ciuilibus roboris est.) Lego, Carthagine, hoc est, apud Carthaginem. Quorum ego fidei ita innitar, ut bene tutus à perfidia sim.) Archetypum scriptū habet, ut bene tutus perfidia sim. Hic semidoctus omnia bene habere putaret. Mihi locus est multum de mendo suspectus. Nam quando uerbum imitar futuri temporis est, Liuius non dixisset, ut bene tutus à perfidia sim, sed ut bene tutus à perfidia futurus sim. Quod si scriptum esset: Quorū ego fidei ita innitor, ut bene tutus à perfidia sim, nullus esset mihi scrupulus. Proinde quando à præpositio non est in codice uetusto, (quæ res nobis ansam cogitandi dedit) non dubito quin ita fuerit scriptū à Liuiō: Quorum ego fidei ita innitor, ut ueriturus peridiā sim. Quæ sententia cum est arguta, tum mirè conueniens huic loco. Refellit enim Scipio, quod à Q. Fabio dictū est supra, An Syphaci Numidisq; credis? Satis sit semel creditum. Non semper temeritas est felix. Et fraus fidem in paruis sibi præstruit, & quæ illic sequuntur. Quasi dicat Scipio: Non sum adeo stupidus, ut ita regibus Afris credam, quasi fallere me aut nolint si queant, aut nequeant si uelint. Vnde pauloante dixit, Afros Numidasq; leuissima fidei mutandæ ingenia, hoc est ad fidem mutandam. Hic appello doctos qui latine callent, quos astipulatorios mihi nihil dubito. De sciōlis non sum magnopere sollicitus. In castigationibus Plinianis expertus antè sum, q̄ sint hebetes in iudicando, & plane quod Græci dicunt, *ὄνοι πῶς λύσαν*. Non uenit.) Reposuimus, non ueniat. Nōdum enim fortiti erant. Et dissuadet, ne ueniat in sortem tam longinquæ prouinciæ, hoc est, Africæ, eo quod sit Pontifex Maximus, cui sacrorum causa semper in Italia manendum erat. Paulo post scripsimus, nec hoc credi, pro non hoc credi. Item toties Africam nostris exercitibus & class. oppugnatam, à præpositione expuncta. Præterea certatur, pro certetur. Requiescat aliquando tamdiu uexata Italia, uratur, euasteturq;.) Lectionem scripti codicis secuti sumus: Requiescat aliquando uexata diu Italia, uratur populeturq;. Pro ultimo uerbo quidā inseruerat, euasteturq;, quod putaret, populari passiuè non dici. Dicimus actiue populo, cuius passiuū est populor. Dicimus & populor deponentialiter. Et x pondo argenti facti.) Lectio uetus: Et simulachra spoliōrū ex mille pondo argenti facta. Neq; magnopere tetendisset.) Videtur usurpasse tetendisset pro contendisset. Sic Maro: Ille simul manibus tendit dissoluere nodos. Paulo post, Lintea ad uela. Scripsimus, in uela. Mox illic est, millium quadraginta summam. Non quinquaginta. Item tritici cētum uiginti mil. mod. sine &. Præterea, Abietem in fabricandas naues, non abietes. Vmbriæ populū, & præter hos Nursini.) Antiqua lectio, Vmbriæ populū Nursinūq;. Qui hunc locum mutauit, exposuit, que coniunctionem pro id est. Et uitiatum locum putans quod Nursini & Reatini non sint in Vmbria sed in Sabinis, adiecit ipse dictiones istas, & præter hos. O errorē dignum qui magna cura fuerit uindicatus. Nos uerè lectionem reduximus. Infra scripsimus, q̄ ex syluis materia detracta erat, pro esset. Vbi cuiq; ex s c liceret habitare, ibi habitarent.) Ex fide uetusti uoluminis emendauimus: Vbicunq; ex s c liceret

ceret, habitarent. duobus uerbis habitare & ibi, sublati. Quod uero mox præcedit: Et Cn. Scruilio prætori urbis, in ueteri codice est. P R . urbs. (debebat esse V R B .) malle Prator urbanus quæ prætor urbis. Non hic solum sed & alijs apud Liuium locis. In stationem ad præsidium relictis.) Scripsimus in statione. Et mox, eò traieciturum esse, expunximus aduerbium eò. Reposuimus etiam, montanos instituit oppugnare, quod instituit corrupte legitur in uulgatis æditionibus. Sic de Marcello Liuius lib. se primo: Vestigijs institit sequi. Ea literis cognita Sp. Lucretij.) Verbum huius periodi non est accenderunt ceu uulgo legitur, sed accendit, in uolumine scripto. Quare non ambigo scripsisse Liuium: Eares literis cognita Sp. Lucretij, ne frustra Afrubale cum exercitu deleto biennio ante forent latati, si par aliud inde bellum duce tantum mutato oriretur, curam ingentem accendit patribus. Captiuos Carthaginem portantes, tradit.) Hic participium captas defuit, quod nos inseruimus, portates, captas tradit. Supra morbum etiam fames afflixit.) Castigauimus: Super morbum, id est, præter morbum. Sic Suetonius in Othone: Instigante super animi dolorem etiam magnitudine aeris alieni. Idem in Domitiano: Super ingenij naturam, inopia rapax.

IN LIBRVM NONVM TERTIAE DECADIS
Annotationes per Beatum Rhenanum.

Florentes ætate & uirium robore inermes circa se habebat.) Quia sequitur, ignorantes quem ad usum neque centuriati, neque armati seruarentur: ausus est quispiam pro insignes, inermes supponere. Fuit in causa quod uerba perperam distinxisset, nimirum sic: Florentes ætate & uirium robore, insignes circa se habebat. Nos uero sic legimus & distinguimus: Florentes ætate, & uirium robore insignes circa se habebat, astipulante codice ueteri. Paulopost scripsimus, arma equosque ostenderunt, & particula dispuncta. Malle eos sibi tunc fateri.) Reposuimus, malle eos sibi iam tunc fateri. Et mox, utrum uellet, pro uelit. Conciante Iltergetes Indibili.) Vetus lectio, conciante Iltergete Indibili, subauditur bellum, quod præcedit. Item Romani haberent, pro Romani habebant. Quod sequitur: Et in conditam inde turbam tyronum esse, submouimus dictionem inde. Et distinximus, Nec in uicem his; aut illis. Ne glisceret primo negligendo bellum.) Vide quantulum erratum hic totum sensum perturbet. Legendum est: Ne glisceret, prima negligendo, bellum. Iuxta illud Nasonis, Principijs obsta. Cornu dextrum Iltergetes.) Emendauimus, cornua. Sic ordina, cornua tenebant, dextrum Iltergetes, læuum ignobiles Hispani populi. Equites per patentes in hostium aciem uias permittere equos iubeat.) Accusatiuus aciem lectori nebulam offundit. Docet uetustus codex esse scribendum acie, aufertur casu. Pro permittere uero scribo, immittere. Nam sequitur: Simul equitibus Hispanorum uiam immittendi equos clauserunt. Sic sententia clara euadet, quæ fuit obscurissima. Locata prona erat.) Quid opus fuit hic addere uocabulum prona, quod non est in uolumine scripto, quum præcedat, cederet d. legionem. Si enim cedebat, indigebat firmamento. Sic mox insulsi uidentur quispiam has dictiones, ex subsidijs. Neque enim sunt in archetypo nostro. Porro, quia sequitur: Ac subsidia quibus res postulabat locis inducentem, prælector aliquis inter exponendum, legionem ducit, adiecit ex subsidijs. Eam glossulam alius in contextum retulit. Ibidem scripsimus, uenit, indicat. Non, uenit indicatque. Vbi in ueteri libro mox legitur, Cornelium Seruium. Itaque ommissa pugna equestri ad pedestrem Hispani descenderunt.) Antiquum uolumen. Itaque commissa pugna equestri ad pedes Hispanie descenderunt. Restitue sic germanam lectionem: Itaque ommissa pugna equestri, ad pedes Hispani equites descenderunt. Non discrepat sensus uulgarum æditionum, nisi quod alia uerba supposita sunt. Cum equitibus ad pedes digressis.) Castigauimus, degressis. Degrediendi uerbo Liuius in hoc nono libro rursus utitur, haud proci: à calce, Cum quingentis, inquit, haud amplius peditibus, ducentisque equitibus degressum iugis Masinissam persecutus. Cæterum ad pedes rursus hic est sicut pauloante: Ad pedes Hispani equites descenderunt, quemadmodum nos legendum monuimus. Verso marte.) Quis hic quicquam scrupulus habeat: Nemo est qui non putet hoc optime dictum. At deprauata scriptura archetypi Spiritus in quo legitur, uersos arte, ad eruendam germanam lectionem, ansam mihi præbuit. Scribo uersa sorte. Et arbitror primum fuisse scriptum, uersas arte: deinde quum uocabulum arte nihil uideretur significare, per transpositionem uocalium literarum a & o, uersos arte. Elegas & aperta sententia erit: Tantum fortunam mutasse, ut qui modo ipsi exercitum ante mœnia Romana habuissent, &c. ij uersa sorte, Africae populationes & obsidionem Carthaginis uisuri forent. Pro tot cæsis exercitibus sobolescentem.) Mihi non displicet hic lectio uoluminis scripti, subolescentem, ob propriam ac notam uim præpositionis sub. Iam regem Syphacem.) Emendauimus ad fidem archetypi scripti, iam reges, Syphacem post colloquium cum Scipione alienatum, Masinissam aperta defectione infestissimum hostem, & particula ante accusatiuum Masinissam expuncta. Similem locutionem paulo superius habuimus, Cornua dextrum Iltergetes, læuum ignobiles tenebant Hispani populi. Vbi quidam cornu scripserat, sicut hic regem pro reges. Octingenti equites, & septem elephantum.) Lege, absque & connectente particula. Continenter sequitur: Ad hæc mag. pe. Vbi sciendum est, quotiescunque in uulgatis æditionibus, ad hæc legitur, in ueteri codice esse. Ad hoc. Sicut & urbem Romanam ferè semper, ubi uulgo scriptum est urbem Romanam, Quod & hic mox sequitur. Ad Lælium prædas ingentes ex ag.) Nos hic aliam induximus lectionem

lectionē præsidio freti uoluminis uetusti, hanc uidelicet: Hęc Carthagine parabant agitabantq̄, quum ad Læliū prædas ingētes ex agro inermi ac nudo præf. agentem Masaniſſa f. r. c. e. c. e. p. uenit. Inter Albigaunos, Ligures; Alpinos Genuam acceſſerūt.) Exemplar ſcriptum. Inter Albigaunos Ligures Genuamq̄ acceſſerūt. Vt intelligas intermedio loco inter Albigaunos qui Liguria populū ſunt, & urbem Genuam acceſſiſſe. Et ſequitur, in iſis locis. Principio ab Numidis factio, & Brutijs non ſocietate magis Punica.) Lectio uetus. principio numidis nō ſocietate magis punica. Cæterum principio hic aduerbialiter accipitur. nam ſequitur, poſtremo. Quod non intellexit, qui factio participium cum præpoſitione ab infulſit, & quia in Brutijs res latrocinijſ geri narrantur, præterea adiecit, & Brutijs. De hoc multum miror, cur pro ablatiuo promptis, ipſe ſuppoſuerit congruentibus. Nos totam ſententiam ſic diſtinximus & caſtigauimus, pro, Quod latrocinijſ ſcribentes, Quia latrocinijſ, hoc modo: Quia latrocinijſ magis q̄ iuſto bello in Brutijs gerebantur res, principio Numidis non ſocietate magis Punica q̄ ſuoſte ingenio promptis in eum morem, poſtremo Romani quoq̄ milites, Et quæ ſequuntur. Qui pulſi ab aduerſa factione, quæ Annibalē Locros tradiderat, Rhegyum ſe contulerant.) Hic ruruſum alia uerba quiſpiam inſeruit, quum ſcripſerit Liuius: Qui exulabāt Rhegyi pulſi ab aduerſa factione, quæ Annibali Locros tradiderat. Scalas ad dictam altitudinem arcis fabricatas.) Exemplar uetuſtum, ad editam altitudinem. Poſtremo certiores, alijs excitantibus alios, iam pro ſe quiſq̄ ad arma uocabat.) Sic caſtigauimus & ordinauimus. Poſtremo certior res, alijs excitantibus alios. Iamq̄ ad arma pro ſe quiſq̄ uocabat. Sed propē libenti uideri poſſent.) Verbum uideri additum eſt præter autoritatem archetypi ſcripti. Nam auaritia ne ſacrorum q̄.) Scripſimus. Iam auaritia ne ſa. q. ut ſit initium nouę ſententię. Item pro quam aſportabant, extulerāt, quam aſportauerant extulerunt. Furorem iniecit.) Repoſuimus, furorem obiecit, iuxta ueterem ſcripturam. Paulopoſt legi poteſt, quam ipſe ab Rhegyo abduxerat. Sic enim eſt in codice ſcripto. Primo iurgium, deinde clamor quoq̄.) Hic aliquis ſe exercuit præter cauſam, quū Liuius indubie ſcripſerit quemadmodū eſt in codice uetere, & nos in contextu reſtituimus, iurgium inde, & clamor, pugna poſtremo orta. Militumq̄ implorabant auxilium.) Emendauimus, militumq̄ fidem implorabant. Quod uero continenter ſequitur, repēte frequentes milites feroces, uocabulum frequentes non eſt in archetypo Spirenſi. nec ſolet ita duo adiectiua cum uno ſubſtantiuo connectere Liuius. Ibidem mox ſuſtulimus aduerbium quū. Legendum enim eſt ſuffragante exemplari ſcripto: Velut aduerſus hoſtes ad arma conclamatū eſſet, cōcurrerunt. Scipio poſt paucos dies Locros aduectus.) Vetus lectio. Scipio poſt paucos dies Locros hexeri aduectus. Et qui antea per libidinem.) Scripſimus: Et quæ antea per libidinem atq̄ au. Nec ſiſti potuiſſe.) Legendum eſt, nec ſubiſti potuiſſe. Item paulopoſt: Exercitū Q. Cæcilij, q̄ particula diſpuncta. Si Matris Idæ Peſimunte numē Romam aduectū foret.) Quia non ſtatim apparebat quid ſcripſiſſet Liuius ob deprauatam ſcripturam, iſta uerba quidam in contextum inſcripſit. At nos ex ueſtigijſ ueteris ſententię, germanā Liuij lectionem excuſpiſimus, nempe hanc: Si Mater Idæ a Peſinunte Romam aduecta eſſet. Itaq̄ quo maturius fatiſ omnibus oraculiſq̄ portēdentis ſeſe uictorię compotes fierent, id cogitare quæ atio transportandæ Romam deæ eſſet. Nullas dum in Aſia ſocias ciuitates habebat populus Romanus.) Hic ruruſum locus abunde doceat, quantum eruditi uiri, prout tunc erat ſeculum, Franciſcus Petrarcha, Victorinus F. Itrenſis & alij, quum in Liuij ſcriptiſ uerſarentur, quoties nodofior locus aliquis occuriſſet ſibi licere putabant, ut ſenſum modo reſtituerent, non ut curarent de uerbiſ. Sane doctus fuit, quod negari non poteſt qui hunc locum inſtaurauit. Arbitror Laurentiū Vallam fuiſſe, quem Thaddæus Vgoletus emendādo Liuij operam impendiſſe ſcribit. Sed ut melior, ſic & laborioſior eſt caſtigatio, qua non ſolum ſenſus, ſed & ipſa autoris uerba reſtituunt. Efecimus hęc aliquid diligenter conſiderando locum, & ueſtigia ueteris ſcripturę expendendo. Ea ſic habet: Itaq̄ quo maturius factiſ omnibus oraculiſq̄ portēde romam de e eſſet nullas dum in aſia ſocias ciuitates habebat populum romanum. Tu pro factiſ omnibus, ſcribe fauſtiſ omīnibus, & pro portēde romam de e eſſet, portanda Romam dea eſſet, habebisq̄ germanum Liuij ſenſum germaniſ redditum uerbiſ: Itaq̄ quo maturius fauſtiſ omīnibus oraculiſq̄ portanda Romam dea eſſet, nullas dum in Aſia ſocias ciuitates habebat populus Romanus. Dixit autem Liuius, nullas dum, pro nullas ad eum diem. Porro nunc uides quantum peccarint, qui nō modo tantam uerborum congeriem de ſuo adiecerunt: ſed & pro quo, quoniam, & pro factiſ quod fauſtiſ eſſe debebat, auſi ſunt ſcribere fatiſ. Et poſtremo, nullas dum mutare in nullas tum, ut eſſet alteriſ ſententię principium. Præmiſſus ab legatiſ M. Valeriuſ.) Legendum eſt: Remiſſus ab legatiſ M. Val. Nam ſequitur infra, M. Valeriuſ unus ex legatiſ regreſſus, ſic enim ibi ſcribendum eſt, non prægreſſus, quemadmodū uulgatę aditiones habent. Romano, cui uni ſidebāt, auxilio.) Nos ſic ſcripſimus, deſertos ab Romanis, cui uni ſidebāt auxilio. Parthenoſq̄.) Et hic & infra repoſuimus Parthinoſ. Sic enim Pliniuſ appellat & Strabo. Cæterū Parthinoſ inter Liburnię populos Pliniuſ recenſet. Item ſcripſimus, Dimallumq̄ oppugnari. Cum Romanis quoq̄.) Et particulam adieciſmus, Et cum Romanis quoq̄. Pro ſi minus, ſubſtituimus ſin minus. Item, Neque enim ipſiuſ, ne particulam negatiuam inſeruiſmus: Neq̄ enim ne ipſiuſ quidem regiſ abhorrebat animuſ. Mox Derda legitur in exemplari ſcripto, non Darda. Hęc conſcripta modo conſignata q̄.) Miror quiſnam diſtionem modo hic infulſerit. Nō enim eſt in codice ſcripto. Quia auerſo in Africam bello.) Legendum eſt, quia uerſo in Africam bello, Paulopoſt adieciſmus literam prænominiſ. P. Semproniuſ

Parthini

pronius pace facta. Quod uero sequitur, decessit subaudi, ex Macedonia. P. Scipioni proconsuli.) Exemplar uetus. Proconsuli Scipioni cum eo ex. Video scribendum tantum. P. Scipioni, non, P. Scipio-
 ni proconsuli. Nam librarius ubicunq; P. literam reperit, scripsit proconsulem, id quod alibi etiam in-
 cauimus. Nec est mox, cumq; ea classe, sed tantum, cum ea classe. Et rursus, ut Brutios duabus legio-
 nibus obtineret. De Hispaniæ imperio, quod in eam prouinciam.) Scripsimus, quos in eam prouin-
 ciam duos proconsul. mitti placeret. Et facem stellæ septies ab ortu solis.) Legendum, Et facem Setiæ
 ab ortu solis in occidentem porrigi uisam. Est autem Setia Volscorum oppidum, quod hic additum est, si-
 cut mox, Tarracina, Anagnina, & Lanuuij. Porro quum Setiæ uocabulum putaretur mendis esse, pro
 illo supposuit alius stellæ, alius, septies aduerbium. M. Valerius unus ex legatis prægressus.) Ante
 docuimus hic legendum: Regressus, quum moneremus scribendum, remissus pro præmissus. Ve-
 ram certe uictoriam eius rei sibi quisq; mallet, q̄ ulla imperia.) Hæc oratio tametsi integra ualde mihi
 tamen est de mendo suspecta. Nam germanam Liiij lectionem non uidetur mihi restituisse, quisquis
 deprauatū in scripto codice locum castigare est conatus. Legitur illic: Veram certe uictoriam eius rei
 sibi quisquā ulla imperia. Nec est ibi uerbum mallet, quod certe eruditus aliquis infulsit, subuenire uo-
 lens corruptæ & mutilæ sententiæ. Ego diligentius inspectis uitiatæ scripturæ uestigijs, non dubito qu-
 sic scripsit Liius, Veram certe uictoriā eius rei cupias q̄ ulla imperia, honores ue suffragio seu pa-
 trum seu plebis delatos. Subauditur autem in uerbo cupias aduerbium potius uel magis. Qui loquen-
 di modus oppido q̄ elegans à Græcis sumptus est, apud quos huiusmodi eclipticas orationes frequen-
 tius reperias. Qualis est illa, *θελω τυχης σαλαγμου, αφρινου πιδου.* Patres conscripti P. Scipionem.)
 Non sunt in libro scripto duæ istæ dictiones, aut duæ saltem literæ earum loco P C. Sicut traditum
 à proximis memoriæ temporum illorum scriptoribus.) Archetypum Spirense, sicut proditum memo-
 riæ à primis temporū illorum scriptoribus, libens posteris tradiderim: ita meas opiniones, coniectans
 do rem uetustate obrutam, non interponam. Neq; suum delectum.) Lego, delictū. Nam præcedit
 Nihil se quare perire merito deberent admisisse. Sed si pereundum etiam foret. Quia uero hic de delictū
 etu agitur, facilis lapsus fuit. Tam atroces atq; indignas iniurias.) Duæ istæ uoces, atq; indignas nō
 sunt in exemplari scripto. Paulopost, quicq; omnium nob. nec illic est quicq;. Fortasse sic legendum, qui
 Locros recepit, omnium nobis recte perperamq; factorum testis, subauditur existens, agatur. Possit et-
 tiam legi, ut coram P. Scipione o. n. r. p. factorum teste. Multa foeda, & indigna à præfecto præsidij
 Amilcaris.) Castigauimus: Multa foeda, indigna, & à præfecto præsidij Amil. & ab Numidis Afrisq;
 passos esse. In discrimine est nunc humanum genus.) Deerat dictio omne, humanum omne genus.
 Paulopost scripsimus cū maxime, pro q̄ maxime. Nam hoc aduerbio sepe Liius utitur, ceu alibi quo-
 que monuimus. Ad recipiendos à Carthaginensibus Locros.) Antiqua lectio, ad recuperandos à
 Carthagin, Locros. Eam & nos secuti sumus. Paulopost, præter habitum uestitumq;, & sonum latinæ
 ling. quia uocabulum uestitumq; nō est in ueteri codice, & nos submouimus. Submouimus & q̄ par-
 ticulam quam accusatiuo libidinem quispiam adnexerat. Constuprant matronas, fiunt in uirgines
 ingenuas raptus ex complexu parentum puerosq;. Hic mire quispiam fuit occupatus in mutandis Li-
 iij uerbis. Nos ueterem & proinde sinceram lectionē ex ueteri uolumine restituumus, in hunc modū.
 Constuprant matronas, uirgines, ingenuos raptos ex complexu parētum, cotidie capitur urbs nostra.
 Porro qui mutauit uidetur legisse raptus pro raptos. Hinc retexēda fuit illi tota oratio. Miretur qui
 sciat.) Antiqua lectio. Miretur qui nesciat. Nec quicq; incommodi habet sermo. Libidinis ac auari-
 tię superesse, quod in eorum ullo, qui pati potuerint.) Scripsimus, libidinis, auaritię superesse, quod in
 ullo qui pati potuerit. Et mox, exitiabilis tyrannus, pro exitialis. Et rursus, cum maxime, pro q̄ maxi-
 me. Item, & coniuges edidit, pro coniugesq; edidit. Vbi statim sequitur in scripto codice: Et soluere rem
 publicam ueltram religione. nō exoluere. Qua tandem clade edoctus, tandem deos esse superbissi-
 mus agnouit rex, pecuniamq; omnem conquisitam.) Infeliciter instauratus locus est. Archetypū Spi-
 rense sic habet: Qua tanta clade edoctus tandem deos esse superbissimus rex, pecuniam omnem inquisi-
 titam in thesauros Proserpinæ referri iussit. Nec erat opus hic cōquisitam scribere, propterea quod in-
 fra legatur: Pecuniam, quanta ex thesauris Proserpinæ sublata esset, cōquiri. Sanè nimis multa passim
 sunt in Liiio mutata, dum ex præcedentibus sequentia aut ex sequentibus uicissim præcedentia casti-
 gantur. Quasi uero idem semper eodem modo sit dicendum. Dein uerberibus affectos, seruilibusq;
 omnibus supplicijs trucidatos cruciando occidit.) Iuxta fidem manu scripti codicis reposuimus: Dein
 uerberatos, seruilibusq; omnibus supplicijs cruciando occidit. Ego tamen malim, seruilibus omnibus
 sup. sine que. Nisi quis uelit legere cruciatos. De absente, indicta causa.) Inseruimus duobus locis
 particulā, ut. Ut de absente, ut indicta causa. Paulopost, pro post paucos dies scripsimus, intra paucos
 dies. Item è templo pro ex templo. Q. Fabius natum eum.) Accusatiuum eum deleuimus. Et mox
 reposuimus per seditionem militum, pro seditione militum. Item, sententiam deinde æquē trucem. Su-
 stulimus æquē. Quod sequitur: Quæ Locrenses quererentur, & in scripto codice est, fererent, cogitan-
 dum an scribendum sit, assererent. Mox pro decessisset, supposuimus decesserit. nam archetypū ha-
 bet decessit, mendose. Et deleuimus pronomen eas, Eas neq; senatum. Et sacrum piaculare fieri, ita.)
 Has quinque uoces hic temere insertas quod infra sequatur: Ac piaculare sacrum fecerunt, nos dispunxi-
 mus. Est enim etiā sine istis incolumis sententiā. Scripsimusq;, aperti, uiolati essent, pro uiolatūq; essent.

Exitibilis.
 Soluere rem
 pub. religione

Et aduersus Scipionē.) Hæ tres dictiones præter autoritatē scripti codicis sunt infultæ. Nam quanto magis principum orationibus lacerabatur Scipio, tanto magis aliorum studia sunt in illum accēsa. Hoc uult dicere Līuius. Paulopost, crepidisq; inambulare in gymnasio, libellis etiam eum, deleuimus accusatiuum eum. Qui de cæteris maxime assensus.) Legendū est: Maximo assensus. Intelligit Q. Fabium Maximū. Ducemq; recepta ab hostibus Hispania.) Hanc periodum totam aliter distinximus, transposita clausula in suum locum reducta. hoc modo: Qui enim cōuenire, quem modo ciuitas iuuenem admodum, unum recuperandæ Hispaniæ delegerit ducem: quem recepta ab hostibus Hispania ad imponendum Punico bello finem creauerit consulem: spe destinauerit Hannibalem ex Italia retracturum, Africam subacturum, eum repente tanq; Q. Pleminium, indicta causa, prope damnatum ex provincia reuocari: Porro neminem hic offendat quod scripsimus, retracturum (sic enim est in codice scripto) quum infra alio loco legatur, ex Italia detracturū. Neq; enim, ut ante monuimus, isdem semper uocabulis utitur Līuius. Ut compararent inter se.) Emendauimus: Aut compararent inter se. Subauditur, ut. Tum uocatos ad concionē.) Antiqua lectio, in cōcionem. Paulopost, Sine omni mora, deleuim⁹ dictionē omni. Si quis Pleminū aliū ue accusare uellet.) Scripsim⁹, Si qui Pleminū aliū ue quē ac. uel. Est si qui pro si quis. Itē postea, q; inimicū malint esse. Et alios triginta hoies.) Reposuiimus, & ad duos & triginta hoies. Itē, cōperta oculis pferrēt Romā, p referret. Et sese parauit, pro se præparauit. Præterea terrestre naualeq; exercitus, pro terrestres naualesq; exercitus. Trañcere, & spei conceptæ.) Lego, trañceret, & spei cone. q. d. i. o. c. p. c. d. p. q. t. cōpotem populum Romanū faceret. Subauditur, ut. Molliebantur iræ.) Scripsimus, molliebat ira. Item pro memoriaq; absentis Scipionis facilius eos ad uulgum conciliabat. mortuus est tamen prius in uinculis q̄ iudicium de eo populi perficeretur, ita nos reposuimus: Memoriaq; absentis Scipionis fauorem ad uulgum cōciliabat. mortuus tamen prius in uinculis est, q̄ iudicium de eo perficeretur. In ueteri codice saborem legitur b pro u. posito. pro hoc uocabulo quidam duas dictiones, facilius eos, introseruit. Sequitur postea, & tribunū classem eam. nos deleuimus accusatiuum eam. Ipse legeret.) Castigauimus eligeret. Et mox: Dum hæc apud Romanos geruntur. Item, ad eam rem confirmandam, pro consummandā. Et, iam enim nullus erat uirgō. & particula dispuncta. Præterea, in itæ regi societatis, hoc est, à rege. quod prius erat regiz. Ibi mox legitur in uolumine ueteri, paruulum uinculum. Auertit à uero falsis elicitas præoccupando mentes hominum.) Quid hic facit participium elicitas: Impedit sensum non illustrat. Non est in archetypo Spirensi. Proinde & nos induximus. Paulopost, & regno suo posset cōsulere, scripsimus, ac regno possit consulere. Item postea, quas legiones potissimum, quātum militum numerum, & cōfunctione expuncta. Item circum oram maritimam misit.) Accusatiuus omnem deerat, quem nos inseruimus. Item circum oram omnem maritimam misit. Quod uero inferius aliquanto sequitur: Sed in urbibus etiam oppugnandis, submouimus præpositionem, in. Non paruo numero inter autores discrepat.) Antiqua lectio, Non par numero inter autores discrepat. Lego: Non pari numero, inter autores discrepat. Hoc est, eo quod numerus apud illos par non sit. Ibidem mox legitur in ueteri libro, sed decim millia, non, quindecim millia. Alibi parum plus dimidio rem auctam.) Emendauimus, Alibi parte plus dimidia rem auctam. Mox, poni malim, pro malui. Et paulopost, nauibus ante conscendere coactos continuit, Vbi prius legebatur: In naues ante con. c. continuit. Item, M. Pomponio cura data, Non, curam dat. Vbi mox, in antiquo uolumine legitur, triginta quinque dierum. Et tamen sequitur: a quam dierū quadraginta quinque in nauibus esse. Expunximus illic accusatiuū necessariā, nam archetypum Spirensē sic habet: Si aquam hominibus, iumentisq; in totidem dies, quot frumentum, imposuisset. Hoc est in usum hominum iumentorumq; siue pro hominibus iumentisq;. Eoq; abundans omni copia rerum est regio.) Scripsimus, omnium copia rerum. Et mox, priusq; pro prius quoq;.

Quantū si magnitudine classis æstimaretur.) Emendauimus: Quantū si magnitudine classes æstimares. Sic autem legendum docent sequentia. Ingentis ad incrementa gloriæ.) Reposuiimus ingenti, sicq; distinximus, partim suapte fortuna quadā ingenti, ad incrementa gloriæ celebratus. Paulopost, in portum castigauimus, pro in portu. Quæ ad profequendū Scipionem.) Restituimus hic particulam &, quæ deerat, Quæ & ad profeq. Scip. Ad hoc legiones.) In exemplari uetusto plerunq; legitur Ad hoc, quod in uulgatis additionibus est, Ad hæc. Hic non fuisse mutatum à castigantibus equidem miror. Dii deæq;, inquit, maria terrasq; qui colitis.) Vetus lectio: Diui diuæq;, inquit, Diuos perpetuos esse Varro tradit, qui propter sui execrationem timētur, ut sunt Dii Manes. Diuos pro dijs reperias & apud Plautum. Nec est mox in scripto codice, maria terrasq; qui colitis, sed, qui maria terrasq; colitis. Vti quæ in meo imperio gesta sunt.) Dictionē uti nescio quis hic infulsit, quæ elegātius subauditur. Porro non habet antiquum uolumen gesta sunt, uerum acta sunt. Item, mihi, populo, plebiq; Romanæ. Non, mihi populoq;, & plebi Ro. Bene uertant.) Exemplar Spirensē expresse hic habet, bene uerruncant. quod tamen illic geminatum legitur errore librarij. Cæterum ueteres uerruncant pro uertere usurpasse docet uerbum auerruncare quod auertere significat, quemadmodum annotauit Nonius Marcellus. Nihil igitur opus erat hic pro bene uerruncant scribere, bene uertant, quando hæc tota Scipionis precatio uetustatem ipsam refert. Præda onustos.) Hæ duæ dictiones non sunt in codice Spirensi. Quod uero sequitur, mecum domos reduces sistatis, expendendū num legi debeat, domo. Vti mos est in mare porricit.) Antiqua lectio: Vti mos, in mare proiecit. Et sequitur uerbum præteritū

Bene uerruncant
Verruncare
Auertere

præteriti temporis, signum dedit. Mox scripsimus, celeriter conspectu terræ ablatis sunt, e prepositione expuncta. Statim sequitur in exemplari scripto: Et à meridie nebula occæpit. Non occæperat. Haud ita multo post T. Posthumius gubernator.) Archetypum nostrum habet tantum, haud ita multo post gubernator Scipioni ait. Proinde apparet præpositionem post dedisse occasionem, ut aliquis infulciret gubernatoris nomen T. Posthumius. Et uento eodem ferebantur.) Castigauimus: Vento eodem ferebantur, particula & deleta, quam debemus finali syllabæ uerbi præcedentis, iubet. Inde egre correptum cursum.) In antiquo uolumine legitur, inde ægre correctum cursum. Aberrant enim, qui error non citra difficultatem correctus est & emendatus. Quibus descensiones in agros marit. factæ erant.) Archetypum quod penes nos est, excensiones habet, quod etiam alibi in eodem codice scripto, lectitur. Octo millia liberorum capitum seruorumq;.) Genitiuus capitum à quopiam insertus est. Nam in scripto uolumine tantum est: Octo millia liberorum seruorumq;. Cæterum cum magis iure gentis, q̄ autoritate inter suos, aut uiribus obtineret regnum.) Sic castigauimus secuti fidem manu scripti codicis. Cæterum quum magis iure gentis, autoritate inter suos, q̄ uiribus obtineret regnum. Sensus est: Obtigerat illi inter suos autoritas, Ea magis q̄ uiribus obtinebat regnum. Urbem Masanissa primo imp. capit.) Addidimus particulam & duobus locis: Et urbem Masanissa primo impetum capit, & ex regijs alios tr. se recepit. Deinde scripsimus, quo primum intenderant iter, pro, primo intenderat iter, Item, & incitabant iuuenem. Nam & ipse cum exercitu.) Reposuimus, Nam & ipse cum exercitum, quo Capusam uicerat, & ex receptis post cædem regis, aliquot habebat. Item, tantum pedum equitumq; habens. Quia sibi aduersus Syphacem.) Emendauimus, Quia sibi cum Syphace. Deinde deleuimus pronomen eum, futurum eum in eodem honore. Quod uero sequitur ibi, quo apud Galam & Desalcem quondam fuisset, ingens erratum est, Scribendum: Quo apud Galam Desalcea quondam fuisset. In medium regnum eundum, aut sine certamine concessuros in ditionem.) Antiqua lectio. In medium regni eundum. Item mox, persecuti sunt regem. Pluresq; q̄ iusto saepe in prælio.) Scribi debet, in bello. Nam prælium ipsam pugnam & hostium congressionem significat. Mox scripsimus, Carthaginensium pro Carthaginenses. Et alioqui statim sequitur, Carthaginenses. Deinde reposuimus, præmiorumq; ingentium spe, pro ingenti spe. Postremo pronomen is deleuimus. Nam in sine positum est uerbum à quo totus circumductus pendet. Bocchar ex præf. reg. & cætera compellit.

Sed copijs etiam aliquanto maioribus.) Inseruimus particulam ut, ut aliquanto maioribus. Sequentibus sese abripuit.) Scripsimus, sequentibus se eripuit. Et mox, ita circumdedit, pro circumuenit. Item, omnes ad unum interfecerit. Inter uirgulta ulterioris ripæ emerferunt.) Legi debet, cum eo uirgulta interioris ripæ tenuerunt. Dij boni quid fingi potest impudentius illis qui ulterioris subdiderunt pro interioris, pro tenuerunt, emerferunt. Deinde quo cohererent uerba potius q̄ sensus, adiecerunt præpositionem inter. Paulopost, redit scripsimus pro redijt. Pati q; posse est uisa iactationem.) Ad fidem manu scripti codicis castigauimus. Pati q; posse uisus iactationem, ut de ipso Masanissa intelligas, non de cicatrice. Haud plus XL equitibus collectis.) Archetypum Spirense habet: Haud plus triginta equitibus collectis. Habet deinde, Atq; non in possessione modo. Inde irritato ad bellum Syphace.) Vocabulum inde, non est in uolumine scripto. Mox reposuimus, in iugis oportuniorum ad omnia montium. Maiorem igitur eam rem iam Syphax rex ratus, q̄ ut per præfectum ageret.) Duas dictiones iam & rex deleuimus, & præfectum mutauimus in præfectos. Sic enim in antiquo codice legitur. Imperat, ut circumducto agmine in se intentum hostem ab tergo inuadat.) Locus est corruptus & licenter mutatus, quum nihil opus esset. Inseruimus pronomen illum quod deerrat, & ex fide Spirensis exemplaris sic castigauimus. Illum circumducto agmine in se intentum hostem ab tergo inuadere iubet. Mox expunximus accusatiuum eum, ex occulto aggressurus eum erat. Syphax autem interdijt.) Vetus lectio. Syphax tum interdijt. Deleuimus paulopost aduerbium primo. Vbi primo tempus uisum est. & pro leui cliuo scripsimus, leni cliuo. Item pro tum multitudine, cum multitudine.

Itaq; cæteri pedites equitesq; cæsi, aut capti.) Scripsimus: Itaq; cæteri equites peditesq; cæsi. sublaeta postrema clausula, Aut capti. Fides sit penes archetypum Spirense. Altera pertinacior in repugnando.) Vocabulum altera non est in codice ueteri. Stat uero sensus eleganter sine illo. Duæ turmæ hæse re, altera metu dedita hosti, pertinacior in repugnando telis obruta & confixa est. Vbi subauditur altera, Porro magis placet ut legatur telis obruta q̄ cætris obruta, quod in scripto codice est cætris obruta, nam sequitur, & confixa est. In alia atq; alia flectendo itinera ludens.) Emendauimus, eludens. Et mox, abistere à sequendo, deleuimus à prepositionem, que subintelligitur. Ipse cum LXX equitibus.) Antiqua lectio, Ipse cum decem equitibus. Cederet paulatim.) Scripsimus, cedere paulatim, subauditur superius uerbum, iubet. Deinde qui peropportune circa uia flexus suppositi crāt, sic reposuimus: Qui opportunè circa uia flexus oppositi erant. Cum timoris simulati specie audaciam hosti faceret.) Lectio uetus, cum timoris simulati audaciam h. f. Ego non dubito quin Liuius scripserit: Quum timore simulato audaciam hosti faceret. Hannoni Afrisq; pugnando ac sequendo fessis se.) Sic emendauimus & distinximus: Et recentibus equis (Hannone Afrisq; pugnando ac sequendo fessis) se circumfudere. Quod uero sequitur, qui primi agminis fuerant, etiā legi posset, qui prioris agminis fuerant. Nam codex scriptus habet, qui prius agminis fuerāt. Quibus haud facilis receptus fuit.) Deerat hic ut particula, quam de postliminio reduximus in cōtextum. Ut quibus haud facilis receptus

fuit. Paulopost, inter eos satis constabant, scripsimus constabat. Id quod in additione Romana, & ea quam Colonia Agrippina dedit recte legitur. Ad prædam alteram repetendam sese uenisse.) Accusatiuus repetendam non est in uolumine scripto. Subauditur is aut similis potius, puta uehendam. Nam præcessit, quæ prædam in Siciliam uexerant. Prout cuiusque opera fuerat.) Antiqua lectio: Quorum opera fuerant. Quid si legas, quorum opera fusi erant. Simul & terrestris exercitus ad imminentem prope ipsis moenibus tumultum est admotus.) Castigauimus, ab imminente prope ipsis moenibus turmuo est admotus. Siquidem huiusmodi lectionem continet exemplar uetus. Et quid fuit opus mutare quod est elegantissime dictum. Non intellexit uirtutem præpositionis ab, quisquis is fuit qui id ausus est. Eadem temeritate mox & particula uersa fuit in etiam, Machinasque etiam aduexerat secum, quum Lilius scripserit (sic enim solet) Machinasque & aduexerat secum, & ex Sicilia cum comteatur missæ erant. Paulopost, tria equitum cõfecisset, in ueteri uolumine est, effecisset. Abscederet inde irrito incepto.) Quid si legamus: Abscederet inde irrito cõcepto, quando codex Spirensis habet, abscederet inderito incepto. Etenim hyems instabat castra hyberna.) Sic emendauimus & distinximus: Et (iam enim hyems instabat) castra hyberna &c. cõmunit. Mox & naualiũ castra amplectitur, exemplar uetustum habet, & naualia castra. In litus ad septentrionem uersum subd. naues.) Hic locus misere fuit interpolatus addita præpositione in, propterea quod librarius in fine dictionem equitatus omisisset. Nos id uocabuli reposuimus, in præpositione submota, & uerbis sic distinctis. Litus ad septentrionem uersum subductæ naues naualesque focij tenebant: meridiam uallem, ad alterum litus deuerzam, equitatus. subaudi tenebat. Comparari, aut mitti posset.) Castigauimus, comp. ac mitti posset, Item, XII millia tunicarum missa, & particula deleta. In agro Crotonensi.) Debet esse, in agro Crotonensi. Paulo minus trecenti uiui capti, & equi XL.) Lectio uetus, Paulominus trecenti uiui capti, equi quinquaginta. Mox scripsimus: Annibal Crotonem exercitum abduxit. Princeps iterum delectus Q. Fabius Max.) Reposuimus, lectus pro delectus. Censa cum ijs CCXV millia hominum.) Exemplar uetus, Censa cum ijs ducenti sexaginta quinq; millia hominum. legendum ducenta.

IN LIBRVM DECIMVM TERTIAE DECADIS
Annotationes per Beatum Rhenanum.

VTer Hetruriam ac Liguriam prouinciam haberet.) Scripsimus, ac Ligures. Et sequitur mox, in Hetruria ac Liguribus decretum. Et ad populum suadendi ac dissuadendi locus esset.) In codice manu scripto non est gerundium dissuadendi, sed tantum, et apud populum suadendi locus esset. Nec erat opus illud hic addere. Nam suadet etiam qui dissuadet. Quod in Brutijs prouincia.) Exemplar uetus mendosam hic lectionem continet, nempe hanc: Cui in Brutijs prouincia eidem in Etru. ac Liguribus decreta. Opinor scriptum fuisse: Quæ in Brutijs prouincia eadem in Hetruria ac Liguribus decreta. Et Lucretio prorogatum imperium est, ut Genuam.) In codice scripto sic legitur: Et Lucretio prorogatum imperium, Genuam oppidum à Magone P. d. exædificaret. Sine particula ut. Similis locutio mox præcessit, M. Cornelius nouo consuli tradere exercitum iussus, ipse prorogato imperio Galliam prouinciam obtineret. Quod postremum uerbum inepte quispiam mutarat in obtinere.

Quod roboris ea prouincia habuerat.) Non est in archetypo nostro hæc clausula. Nec usque adeo est necessaria. Stat enim sensus hys uerbis: Et quia ne qua classis ex Africa traiceret. Et cætera.

Amplexus est.) Sustulimus uerbum est, quemadmodum mox præpositionem in, Campestri agro, pro campestri in agro. Iterum expunximus uerbum est. Sicut ante dictum. Armaque & omne genus com.) Castigauimus ex ueteri libro: Et arma etiam ex Sicilia & omne genus comteatus eo portabantur. Item mox, ex animo miserat, scripsimus dimiserat. Spes ulla defiturum afferebatur.) Legendum est defiturum, à uerbo defiscio. Loquitur de Carthaginensibus relinquendis, cum quibus aduersus Romanos foedus inierat Syphax. Ab hoc foedere modica spes erat futurum ut ille defisceret deficeretque. Hoc planius faciunt ea quæ sequuntur, & astipulatur codex uetustus. Mox scripsimus Antias Valerius, secuti uidelicet fidem lectionis ueteris. Quod elegantiae causa Lilius usurpauit. Postea ut causa probabilis uisa comteandi foret in castra hostium.) Cum lectione uulgata consentit exemplar scriptum, nisi quod postea aduerbium quispiam hic insulsi. Cæterum ausim affirmare ego pro participio uisa legendum suis, hoc modo: Primò has condiciones imperator Romanus uix auribus admisit. Ut causa probabilis uis comteandi foret in castra hostium, mollius eadem illa abnuere. Misit enim exploratores in hostium castra Scipio per occasionem colloquij, qui singula specularent. Nec uero quicquam addubito, quin eruditi mecum sint hic sensuri. Peruicacibus nihil satisfacit, & nihil intelligunt stupidi. Certè participium uisa nihil ad sensum pertinet. Dedit occasionem errori, quod præcedens dictio probabilis in s definit. Vnde librarius omissis altero, uis scripsit pro suis. Alius castigare uolens, a lite ram adiecit, ut fieret uisa. Porro mox legit in scripto libro, ultro citroque agitantibus rem, cõuenturum. Item Hybernacula Carthaginensibus. non Carthaginensium. Hybernacula Carthaginensibus lignea erant. hoc est, Carthaginenses habebant hybernacula lignea. Vetitos se reuertit ad imperatorem aiunt.) Castigauimus iuxta fidem scripti uoluminis, ab imperatore. quæ uerba respiciunt participium uetitos, non

non autem infinitium reuerti, quod non animaduertit, qui mutauit. Sic mox illic legitur, ad comparanda quae in rem opus erant. Et statim, quia nimis. Ex archetypo Spirensi. Tantum diligentem expleant cura, & se Asdrubalem. Vitata uerba sunt, pro unaque aduerbio quispiam non affecutus loci intelligentiam, supposuit cura &. Sic autem legenda sententia est: Tantum diligentem expleant, unaque se Asdrubalem Punicaque castra aggressurum. Quis hic non clamet in professores, quos exemplaria uetusta confutare piget ac pudet? Multos in ipsis cubiculis semisomnes hausit flamma.) Scripsimus, cubilibus, intelligit lectos, aut id quod illis uice lectorum erat. Nam hoc significat cubile, quum cubiculum locus sit in quo est cubile. Porro in hybernaculis Pœnorum quemadmodum à Liuius describuntur, apparet nulla fuisse cubicula. O asinum qui pro cubilibus cubicula supposuit. An ex trepidatione nocturna esset confusus.) Opinor scribendum, confusis sensum ueri adimebat dandi casu. Quod uocabulum infra hoc eodem libro rursus usurpat de Masanissa loquens: Ex prætório in tabernaculum suum confusus concessit. Dein per continua serpens uno repente omnia incendio hausit.) Exemplar manu scriptum duntaxat habet: Dein continua incendio hausit. Demiror quis præpositionem per adiecerit, & tres alias dictiones, serpens uno repente. Obruebant itinera portarum.) Scripsimus ueterem lectionem secuti, obruerant itinera port. Et mox, pro die una, clade una. x x millia peditum.) In codice Spirensi legitur, duo millia peditum. Cum paucis Atroorum.) Vetus lectio, cum paucis equorum. Mallem Pœnorum. Suspicio autem Liuium scripsisse, cum paucis suorum. Id quum ita fuisset scriptum, cum paucissimorum, sciolus aliquis uolens castigare locum, ex uorum additis duabus literis fecit equorum. Paulopost loco munito confedit, non loco communito conf. quemadmodum & nos scripsimus. Simul utroque cornu.) Mihi magis arridet lectio uetus: Simul utraque cornua. Quae diutinae obsidioni toleranda sunt necessaria, ex agris conuehit.) Hic sciolus quispiam germanum Liuii sermonem audacter uisauit. Nam quum ille scripserit: Quae diutinae obsidioni toleranda sunt, ex agris conuehebat, quemadmodum continet Spirensis uolumen, ausus est aliquis adijcere uocabulum necessaria, minime necessarium hoc loco, sed superuacaneum. Sic libro secundo Decadis primae Liuius dixit: Ut tam eminens area, firmaque templis quoque ac portibus sustinendis esset. Rursum alibi: Satis fretus tolerando certamini legatum esse. Item, P. Scipionem proconsulem deum benignitate & Rempublicam esse gratiae referenda. Quo loquendi modo Cicero quoque utitur, & alij autores. Ut felicissime gerantur res.) Castigauimus, ut felicissime geratur res. Nec improbat mox uetus lectio, qui tueantur. Occupat relictum fuga custodum Tuneta. Abest ab Carthagine xii millia ferme passuum: locus tum operibus, tum suapte natura tutus.) Hanc sententiam sic castigauimus & distinximus: Occupat relictum fuga custodum Tuneta (abest ab Carthagine xii millia passuum) locum quum operibus tum suapte natura tutum.

Ne naues in terram ad obsidionem.) Placet uetus lectio, in terram & obsidionem uersae. Et aut in onerariarum usum uersae.) Haec clausula non est in exemplari scripto, sed tantum, torm. machinasque portantes, & aut ita adpulsa muris. Vnde conijcio particulam & repetitam à librario per errorem propter finalem syllabam es praecedentem. Et sic scripsisse Liuium, tormenta machinasque portantes, aut ita appulsa muris, ut pro aggere ac pontibus praebere ascensum possent. Sic enim legendum docet archetypum Spirensis, non accessum. Ut in nauali certamine solet.) Scribendum est, contraquam in nauali certamine solet. Nam quis unquam sic ad naumachiam instrui naues uidit, ut inter se colliguntur. Velut uno inter se uinculo illigatis compressit, tabulasque super instrauit.) Tu lege, comprehendit, hoc est complexus est, copulauit, tabulasque superstrauit. Ut peruium nauium ordinem faceret.) Vetus lectio: Ut peruium in totum nauium ordinem esset. Nos emendauimus: Ut peruius in totum nauium ordo esset. Porro non solet Liuius idem uerbum statim repetere, ut hic faceret & fecit. Omisere tractatum Liuium. Ita parati instructique.) Quae te per musas sic loquitur Liuius: quid aliud est instructi, nisi parati: Legendum est, Ita parati intentique. Significat enim Romanos attente Carthaginensium aduentum expectasse. Omnia permista turba trepidantium primo impetu oppressissent.) Dii boni quanta est sciorum temeritas mutantium statim quod non assequuntur. Scripsit Liuius: Omnia permixta turba trepidantium primo impetu deprehendissent. Quod non intelligens aliquis, pro deprehendissent supposuit oppressissent. Sed eo maior.) Vetus lectio, Sed eo gratior. Paulopost in scripto codice tantum est ad regem desideratum, non, diu desideratum. Item, stimulant. Quod sequitur, per multos florentes annos, castigauimus, florentis, ut referatur ad genituum regni qui praecedit. Cum aut uincensibus spes.) Expende lector num legi possit, urgentibus. Nam in uolumine scripto uigentibus habetur. Et opponuntur inter se, urgere & pellic. Praeterea spes magis competit urgentibus, hoc modo uidelicet uictoriam consecuturis, quam iam uincensibus. Omnem postremo utrinque equitatum.) Germana Liuii lectio sic habere debet. Omnes utrinque postremo equitum certaminis studium effudit. Praecessit autem, primo pauci equites. Nunc dicit, omnes subaudi equites. Porro loquendi modus per duos genitiuos, ut hic equitum certaminis studium, Liuius familiaris est, & optimis quibusque autoribus. In codice scripto mendose legitur, utrinque pro utrinque. Intransi uestibulum in ipso uestibuli limine.) Genitiuus uestibuli inter praegendum additus ab exponente, post irrepsit in contextum. Nos submoimus. Id indicat liber manu scriptus. Idem accidit paulopost in accusatiuo me. Neque me in cuiusquam Romani super. Et in ut particula, me morte ut uindices. Nos item expunximus. Infra legitur: Ne quid relinqueretur integrum aut Lelio. Et, Masanissa recipit. Item, quantum quisque plurimum posset. Praeterea

terea famæq; gentis, & infra perductus est. Hoc non omittendum, quia paulo superius in libro uetusto legitur, ad arbitrium, non ut arbitriū, eam sententiam sic quoq; legi posse: Victus deinde precibus Masanissæ orantis, id arbitrium, utrius regum duorum fortunæ accessio Sophonisba esset, ad Scipionem reijceret. Vbi non citra elegantiam subauditur, ut. In alloquendo uictorem.) Vetus lectio, in alloquendo uictore. Et mox, quum arma aduersus populum Romanum cepisset, nō recepisset. Quod uero sequitur, sibi hoc in miseris solatiū esse, & in scripto uolumine est, sibi in miseris solaciū esse: poterat etiam legi, sibi in miseris solatio esse, aut solatiū. Neq; prudentiorem neq; constant.) Codex manu scriptus tantum habet, neq; constantiorem Masanissam q̄ Syphacem esse, iam ab iuuenta incautiorem. Possit legi. Neq; constantiorem Masanissam q̄ Syphacē etiā ab iuuenta incautiore. Sequitur in exemplari Spirensi, certe stultius eam quam se duxisse. Proinde miror quis istas tres dictiones, illum atq; in temperatius, admiscuerit. Hanc non hostili modo odio sed amoris etiam stimulis armatam apud æmulum cernere se cum dixisset.) Hunc locum nullus crederet interpolatū esse & planè corruptum, nisi qui uetustum exemplar inspexerit, in quo sic legitur: Hęc non hostili odio modo, sed à nouis etiam stimulis, amatā apud æmulum cernens cum dixisset. Etiam eo foediora hęc uidebantur.) Scripsimus: Et eo. sic enim in scripto codice legitur. Hęc secum uoluenti.) Antiqua lectio: Hęc secum uoluenti. Et mox inseruimus & particulam, Et benigno uultu excepisset, & egregijs laud. f. p. celebrasset. Sic enim Lilius loqui solet. Propter quam appetendus t. u. f.) Scribe propter quas. Nam præcessit genitiuus uirtutum. Et sequitur, temperantia & continentia libidinum. Mox legendum est, qua ego, Non, in qua. Paulopost scripsimus, periculi. Qui cas sua temperantia frenauit: multo maius decus, maioremq; uictoriam sibi peperit, q̄ nos Syphace uicto habemus.) Exemplar manu scriptum sic habet: Qui etemperantia sua frenauit ac domuit, ut multo maius decus, maioremq; uictoriam sibi ceperit, quam nos Syphace uicto habemus. Ut sit nā Græcū pro certe, quod facile potuit in ut uerti, ab eo qui foras putabat, negatiuam esse particulam, quæ planè sensum turbabat. De se particula non dubito. De uerbo ceperit habes testimonium codicis Spirensis. Regnum, agri, oppida.) Legendum, ager, nō agri. Significat ager, totum territoriū. Sic possemus dicere: Hoc anno maligne frumēta prouenisse in agro Gallico, in Alsatico uina. Is fuit quo hęc scribebam M D X X I X. Et tamen dicimus ager Argentoratensis, ager Sletstadiensis. Hoc non intellexit qui hic scripsit agri, propterea quod sequatur, oppida. Quo facile à circumstantibus tabernaculum exaudiri posset.) Scribendum est, quod facile. Non enim in hoc gemebat suspirabatq; Masanissa rex ut audiretur. Sed tanta erant suspiria, ut facile exaudiri possent. Vide quàm contrarium sensum inuehat unius litere abiectio. Paulopost scripsimus. Nec ingratum. Quod temeritatem temeritate alia luerit.) Vetus & sincerior lectio: Quod temeritatem alia luerit, subauditur, temeritate. Eadem habet, q̄ necesse fuerit. Sella curuli eburnea.) In archetypo Spirensi, non est eburnea. Quod uero sequitur: Neq; triumphantibus ampliore eo ornatu esse, legitur illic, Neq; triumphantis. quæ lectio mihi probatur. Subauditur autem in genitiuo triumphantis accusatiuus ornatum. Hęc puerilia fateor admonere cogimur, quod appareat quosdam in errorem inde deductos. Paulopost illic scriptum est, Scipio Lælio, non C. Lælio.

ANNOTATIONVM BEATI RHENANI IN
 TERTIAM DECADEM FINIS



PIVLIVS Apulus.) Hunc & in prætura & post in cōsulatu P. Villium Tappulum scripti codices constanter appellant, hominem plebeium & nihil ad gentem Iuliam pertinentem. Sed magis mirum quod mox Sulpicio Galbæ consuli prænomen mutatum, & ex Publio Seruius factus, cū nō solum Florus Publū uocet, sed etiā in oībus typis excusis æditionibus is ipse Galba ubiq; præterquam in cōsulatu Publus prænominetur. Munera deinde legatis in singulos quina millia Læris ex s c missa.) Legendum, quinum millium æris. minutiora alia nec hic nec alibi commemorabo. Paulopost, mutilata lectio sic restituta: Legatos item mittēdos in Africam censuerunt, eosdem Carthaginem, eosdem in Numidiā ad Masanissam, Carthaginem, ut nunciaret &c. Indigne passus senatus non cessari ab sacrilegīs.) Vetus lectio, ab sacrilegis. Mox equuleus cum quinq; pedibus non equus. C. Claudius Centimalus.) Cento non Centimalus, quod Fuluiorum cognomen est. Mox: contraxerant autem sibi, superest sibi. Paulopost: beneficiorum primum in ciuitatem sociam, legendum suam. Ibidem capeffendum bellum, nō capeffendi belli. ac mox: naues longas quatuor in portu Atheniē. in portu, de suo aliquis adiecit. Ibidem uirtutis ergō, non gratia. insequenti uersu: Rhodij Ceam ab Aegina, non etiam ab Aegina. & Parumq; & Cythnum, non Scyrum. & paulopost: Doriscon & Serrheum, non Nympheum. Serrheum in eo tractu præter alios etiam Thucydides collocat. Equites c c Numidæ, cum daret, accepti.) Restituimus: equites M. Numidæ, cum M M daret, accepti. rationem mutatae lectionis, non est uisum passim adponere. Docti facile discernent, utra lectio alteri præstet: indocti cōsensu ueterum codicum contenti esse debent. Et erant Atticæ tres aptæ naues.) Scribe, apertæ naues. non multo post, quā infrequentissima ædificia urbis sunt. ædificia, superuacuum est. Deinde, cursu prope Chalcidem contendit: uetus lectio potior, Cursu propè. & ibidem nec quicquam aliud, nō, nec ad quicquam aliud. Sed Cynofarges, & Lucus, & quicquid sancti.) Reposuimus, Sed & Cynofarges, & Lyceum. Sequitur non longe inde: qui translato ab Achæis imperio à Philopœmene, sustulimus, ab Achæis. Lilybæum indicitur concilium populi Romani.) Pro populi Romani lege prætor, hoc modo: Prætor Romanus conuentus agit, ac mox, Rhegium, Tarentum, Capuam, finitimasq; Vetus lectio, Capuam, ne finitimas nominem. Ibidem. Monumentum Campani populi, elato & extorri eiecto ipso populo. Non, Campano populo data extorri & eiecto. Nisi in Panætolicō & Pyrrhiaco concilio.) Pylaico legendum, à Thermopylis quæ & pylæ dicuntur. Nam qui hæc sagittisq; & lata lanceis.) Lege, Et rara lanceis. Aliquantopost, Castra ad Atabolum mouit. pro quo exemplaria scripta Octolophum habent. LXXX admodum ornati equis spolijsq; simul armorum relictis, abducti.) Sincera lectio: Equi, spolijs simul armorum relictis, abducti. Angustis faucibus unde ex continenti iter est.) Lege, unum ex continenti. Mox, c o s. in loca pacata ad Apolloniā, unde orsus bellum erat. Non, iam pacata, neq; ortum. Ibidem. Aetoli & Athamanes. nam Acarnanes partium Philippi erāt. Aliquanto post, cum uniuersi sexcentorum ægre. ubi uniuersi dictio intercederat. Item: ternis ue summum, non ad summū. Sic enim Linius loqui solet. Neq; in ijs quicquam postea poni dedicariq; placere, eorum quæ in loco puro poni dedicariq; fas esset.) Hæc sententia prius dimidia sui parte truncata fuit. Ab Andro Scyrum traiecerunt.) Cythnum lege. Idem error qui supra. Qui uero Tanticeris, pro Atticæ is locus est, scripsit, nō legit apud Strabonē Præstas unū ex maritimis Atticæ Demis esse, ad Eubœam uersum. C. Aurelius c o s. cum ex prouincia Romanam comitorum causa uenisset, ut id nouit, quod animis præceperat.) Vetus lectio: non id quod animis præceperat. Paulopost: Neq; ex eo exercitu, qui cum Gallis pugnauerit, militem unum saltem fuisse. Legendum: Ecquem ex eo exercitu, qui cum Gallis pugnauerit, si non militem, lixam saltem fuisse. Mox Massaliota est Terentij cognomen, & Acilius Glabrio, non Attilius.

IN LIBRVM SECVNDVM QVARTAE DECADIS
Annotationes Sigismundi Gelenij

ET Veliterni, Apollinis & Saturni ædes.) Pro Saturni Sangi reposuimus. Est autem Sanguis Sabellinorum numen. Ibidem, equuleum cum quinq; pedibus, non equum. Post aliquot uersus: Ea militum fuit, qui ex Africa. Sincera lectio: M M ea militum fuisse, &c. Et mox: Thaumastos eo tempore Philippus. Thaumacos habent scripta exemplaria. Sic etiam Stephanus appellat. Philippum, quantum ab assiduis laboribus itinerum pugnatumq; laxauerat animi.) Legendum, laxauerat animum. Deinde: maxime idoneum locum credidit esse præter amnem Aoum. Adiecit duas uoces, maxime idoneum ad muniendum locum. Mox: equos c c x x x, non equites. Item, uenalicium Capuæ, nō uenalicium. M. Porcius Cato, C. Aelius.) Vetus lectio: C. Heluius. Paulopost: Ne aut ipse prouincia decederet.) Scribendum, Vetitusq; aut ipse prouincia decedere. Item: aduersus Philippum, com/

pum communem hostem uti, populo Romano gratum eum facturum & senatui, si Antiochus regno. Scribe & distingue sic: uti populū Ro. gratum eum facturum senatui, si regno &c. Mox pro Sueffæ aruspices, reposuimus: Sueffæ Auruncæ. Pausanias & Hypselus ex Alexandri Magnetis equitibus.) Vera lectio, Pausanias prætor & Alexander magister equitum. Sic enim reddidit Strategum & Hipparchum. Post aliquot uersus, ubi legebatur antea: Genus armorum ad amplum prælium gerendum: contra illis loca. scripsimus: genus armorum erat, aptum urgēdis regijs, pro hoste loca. Ceterum quia duarum uocum. f. urgēdis regijs loco, uestigia magis literarū quàm literæ apparebant in exemplari uetusto, ueriti ne quantum ad eas uoces attinet, non satis assecuti simus germanā lectionem, asteriscum apposuimus, inspiciat locum, cui scripti codicis copia dabitur. Alterū exemplar (nam duobus usi sumus) hic nihil adiuuit, quod in eo primus & secundus libri, atq; initium tertij, desiderarentur.

Accessit etiam forte res.) Lego, fortuita res. Deinde, nec stationem procul à mari. Lege, nec rationem. Ibidem. Relicta obsidione, pro reiecta, Et mox: Daulis pro Daculilia. Item potestas dicendi facta est, non data est. Et, ij ferè atrocissime. Sociorum Philippi maritimæ etiam urbes.) Dele, etiam.

Et magnis recentibus colligatis beneficijs.) Lege, obligatis. Pauloante, pro neque morante uelulo, uetus lectio est, neque mirante. Pertinacius Quintius à Misnepio perstabat.) Restituimus, in incepto perstabat. Deinde, uelut ominis causa, non honoris causa. Mox, Aenesidemus Dymæus, non Elimeus. Sequitur, qui idem quod Macedones sentirent. nō solis quidem. Et, huius rei tam fœdæ indicium. non fœdum. Iusiq; circumire eam.) Eas lege, ut ad uigilias referatur. Aut si qua in re occasio fuisset, adiuuarent Romanos.) Vetus lectio: aut si qua etiam occasio fuisset. Sequitur, Carpenta supra CC millia. satis erat, supra CC. Paulopost, summa uelut tenderent, non, ut obtinerent.

Et Achæorum exules, & uir insignis Cycliadas.) Lege, & Achæorum exul, uir insignis Cycliadas. Item, ut nulla fides sit, non, ut in nullo fides sit. Ibidem, Simplicem suam orationem esse dixit. uerbum dixit aliquis adiecit de suo, & non regis præsidia, sed regi lege, deducenda regi esse. Item audiri postulat uerum esse, non, æquū esse, qua locutione & alibi Lilius utitur. Mox, Rhodij Pyrrheam. Peræram legendum & uetus exemplar, & uerba per parenthesis addita satis declarant. id mendum & alijs aliquot locis inoleuit. Præterea, & in Helleponto Sesto atq; Abydo, ubi in præpositio deerat. Ipsi enim Aetoliæ Græcos.) Agræos scribo non Græcos. Paulopost, ijs ne urbibus decedere. Vetus lectio: utrum, ijs ne urbibus &c. item, cum Ap. Claudio Tr. mil. nō, cum A. Claudio præfecto. Mox, pro littus Athonium, lege, littus ad Thronium. Est enim in eo sinu huius nominis oppidum. Cæterum eorū oratio.) Cætera nō cæterū. Post aliquot uersus: traderet ubi uellet, urbem, Philocli ait, sic nocte. Syncera lectio: tradere ubi uellet, urbem, Philoclem iussit, nocte &c. Mox: posteaquā in potestate Nabidis Argiuorum ciuitas erat. Hæc uox Nabidis non est in archetypo, & absq; ea satis constat sententia. ibidem, quas ijs forte diebus. Adiecimus pronomē ipsis, uetus exemplar secuti, ijs ipsis. idem exemplar habet: haud procul urbe Mycenica, non Hycenica. ibidem, inermes item regi, non inermibus. & in fine libri: sed postremo uestem quoq; non, sed & postremo uestem.

IN LIBRUM TERTIUM QUARTAE DECADIS
Annotationes Sig. Gelenij

IN tempore & ad ipsum.) Ad id ipsum, lege. Paulopost: Dardanos transgressos fines ab contentu concessit cum regni.) Hæc uoces, ab contentu concessit cum, planè hic superfluunt. Deinde pro, omnibus uicis alijsq; scriptū est, omnibus his alijsq;. Cum Luscinone fidas urbes Cardonem & Bardonem.) Scriptum exemplar quod unicum extat, habet: Cum Luscinone ualidas urbes. Quod uero editio Maguntina hic & alijs locis degenerarit, in causa fuit priscus character, nec hoc seculo cuius lectu facilis, ibidem est pro mutauerat nudauerat. Satis iam ante diuidere esse.) Hæc uerba nō solum de prauata, sed etiam non suo loco posita, initium sunt orationis Antiochi ad legatos Romanos, ut indicatur, cum ad eum locum uentum fuerit. Bellum in Hispania quinto post anno exortum est, quàm simul cum Punico bello fuerat finitum.) Hic duas uoces exortū & fuerat, typographus per incuriam omisit. Perinde atq; ab ipso hi & non à Quintio & Romanis dati essent.) Vetus lectio: Perinde atque ipsi id à Quintio & Romanis datum esset. ibidem. Et comitijs proximis Bæotij ceu nullā aliam. scriptum habet: Bæotarchen nullam aliam. nam prætorem castigato addidit de suo, sicut paulopost, Præpositionem de: quidnam de se futurum esset. Obuiam eundo impendentem.) Lege, impudēter. Et mox, pro eo ipso rem, eo ipso timore. item, ad agendam rem fuerit. Rem redundat. Deinde pro efferauerat cædes, efferauit ea cædes. Ibidem pro ad uarios commeatus usus, legendum commeantes. & pro egredi ausus miles, egredi castris miles. Euastatis prius agris, quàm ab Elatia.) Quā non quām. Sequitur, Euro mo Pisidiscq; & Bargyllis, ubi Pedasso non Pisidis lege. Soli Aetoli id decretū decem clamitū sanies carpebant.) Non erat opus asterisco, si qui primæ æditioni præfuit, acrius oculos in characterem non satis notum intendisset: uidisset sinceram lectionem, nempe hanc. Decretum x legatorum clam mullantes carpebant. Eadem cæcutientia mox in tertio uersu pro liberentur legit libenter, & Eretriam omisit, ubi scriptū est Oreum cum Eretria & Demetriade. Rursus post tres uersus, quod tempora Reipub. postulassent: deprauatum in, quo tempore P R postulasset, Ac paulopost præsidij Romani

Romani, in pop. Ro. & Isthmiorum ludicrum in Nemeorum. Quam quod uniuersi homines acciperent.) Vniuersum homines caperent debet legi. Non multo post, ubi legitur: adeo unum gaudiū præoccupauerat omnem aliorum sensuum uoluptatem: temere ab archetypo discessum est, quod habet: præoccupauerat omnium aliarum sensum uoluptatum. Item, sine fide rerum iactata, iactantibus legēdum. Sequitur. Thessalorum genti Phthioræ dati. Achæi Phthioræ lege. Sic & Strabo hos uocat. præterea pro Phocæam & Eretriam, Oreum & Eretriam lege: pro L. Thermus, L. Stertinius. Aetolorum principes alij questi sunt.) In archetypo est interquesti, sicut interloqui dicimus. Aliquantopost pro, prospera pugna nequicquam oppugnatum est, legendum, à prospera pugna: & pro, ne moti se indellerent, ne moti semel pellerentur. Item pro in Boijs negligentius, Boij negligentius. & ad certamen destinatis, pro destinati. Romanos tam inquirere regi Antiocho faciendum, aut quousque terra maricq; progrediendum fuerit. Ipsos non cogitare, Asiam nihil &c.) Hanc orationem non acephalon solum, sed alioqui etiam uitiatam, sic restituumus & distinximus. Satis iam ante uidere se, Romanos inquirere quid regi Antiocho faciendum: at quousq; terra maricq; progrediendum fuerit ipsis, non cogitare. Asiam nihil. & reliqua. quinq; primas uoces, supra non suo loco positas, huc reposuimus, ut ante dictum est. Cypri nihilo minus.) Cyprus nihilominus tendens, legitur in archetypo: Et seditione remigum non regum. P. Manlius Nobilior.) Hic ommissæ sunt aliquot uoces. Integra lectio sic habet. P. Manlius. P. Porcius Lecca. Aediles curules M. Fuluius Nobilior &c. Sequitur, quo die magistratum inierunt: non, quidem magistratum. ibidem lege & quinq; milia, non ex quinq; milibus: & ab tergo Liguribus non Libuis. Mirantibus iam uulgo, Minucium quod Hispania mouisset, bellum negligere.) Vera lectio: Mirantibus iam uulgo hominibus, quod Hispania mouisset bellum negligi. Mox, Nabin nunc Lacedæmoniorū, non, tyrannum Laced. & tenere Argos, non occupare. Eam rem rati maturatam, dilatam ue non magni momenti ad summam rem populi Ro. esse.) Sine causa hic q; mutata lectio: in manu scripto sic est: Eam rem esse rati, que maturata dilatæ ue nō tam magni momēti ad summam rem populi Ro. esset. deprauatius etiam est quod sequitur. Marcescere otio tum queri ciuitatem eum: id sic restitutum est. Marcescere otio situcq; ciuitatem queri eum. Per unum illum tam gesti quam moti.) Paulo elegantius scriptum est in archetypo, non magis gesti quam moti. Mox pro tam potenti regno, tam impotēti, legendū: ut alia minutiora hic dissimulem. Illud paruū uideri non debet, quod paulopost ordinarij reipublicæ usus deprauauit nescio quis in ordinati.

Aetoli quoque eodem tempore alienati ab societate Romana & Aminander, quorum &c.) In Magantino legitur: Aetolorū quoq; eodem tempore alienati ab societate Romana animi sunt, quorū &c.

IN LIBRVM QVARTVM DECADIS QVARTAE
Annotations Sig. Gelenij

AVthoribus uobis M. Fundanio & L. Valerio.) Vocatiui sunt Fundani & Valeri, sicut sequenti uersu, tribuni non tribunis. Eodem uersu pro nobis sic, uobis si, repositum est: sequenti, pro sicut, si ut. Aliquantopost pro, per quæ quæq; per quæq; subiecerint iuris. Stantes in publico inuenisset eas quæ acciperēt.) Eas redundat. Post aliquot uersus legendum: ipsis uinculis sicut fera bestia irritata, deinde emissa. Vbi aliquis participium, uinculis solutis, addidit, cum nihil opus esset. Nisi quid in utraq; re uani sit.) Re superest. Sequitur locus egregie uitiatus scioli alicuius opera. In eadem die decrant pecuniæ, frumentum, & cætera. Sincera lectio: In eandem diem frumentum & cætera. In eandem diem, hoc est, postquam debellatum esset. Magistratibus in colonijs municipijsq; togæ prætextæ habendæ ius est.) Desunt aliquot uoces. Integra lectio hæc: Magistratibus in colonijs municipijsq; hic Romæ infimo genere magistris uicorum, togæ prætextæ habendæ ius permittemus. Ibi dem. Nullam emulationem inter eas singularem, lege, inter se singularum. Paulopost: Et malle patres, non mallent. Item Brutorum ianuas, non tribunorum: & portum Pyrenæi, non Pyrenem. Et agrorum exigere fructus.) Exhibere lege. Nam Græci illi nullos agros habebant. Deinde: Causa negati triumphi fuit. Vetus lectio potior: Causa triumphi negandi senatui fuit. Et pro, præsidium Romanum misisset. In ueteribus legitur, præsidio Romanus miles esset. tria milia &c. Paulopost pro, nullis periculis se motos, nullis terriculis, nec male: Consul ubi satis quod in speciem fuit, ostentatum est. Pro quo in uulgatis æditionibus, in spem, legitur. Aliquantopost: Et ipse inter equites sparo percutit, lege interequitans. Præterea, ipsis castris exuti, non ipsi. Quos omnes appellatos benigne domos dimisit.) Vetus lectio plus habet: appellatos benigne, uinoq; & cibo curatos. Item donum cōsuli, non domum consulis. grauius erratum quod sequitur: Bergistanorum ciuitates septem & aliquot castella. quod legi debet: Bergistanorum ciuitatis aliquot castella. Et mox: Ap. Claudij Neronis, non à P. Claudio. Cæteri omnes in uicos.) In manu scriptis legitur: Cæteri omisso bello in uicos &c. Quintius cōuentū Corinthum omnium sociarum ciuitatum. legationibus in diem certam edicit: ad quam ubi frequentes undique principes conuenerunt, ita ut in ea ne Aetoli quidem abessent, tali oratione est usus) ad quam & in ea redundat. Nam: Liuius scripsit conuentu edicto, ut sit continua oratio. Paulopost liberatæ Græciæ, non libertatis: nec incensos Aetolos, sed incelsi Aetolos, legendum. Sequitur: Efferationibus q;

2 ulli

ulli barbari immanes beluæ uiuunt. Vehementius est quod in manu scriptis exemplaribus legitur. (¶ illi barbari, immo quàm rapacissimæ beluæ utuntur. Inde potissimum ordiendi belli.) Melius, ordiendum bellum. Aliquantopost pro, tam suspectis & incertis, nostra archetypha habent, tam suspensiss & incertis. Die postero ad Sellas super Eurotam.) Scripti codices habent: Die altero ad Sellasiam super Oenunta. Sic hunc fluuium & Polybius nominat. Ingentem terrorem ac tumultum coniecerunt nihil tale expectantibus.) Restituimus iuxta fidem archetyporum: In terrorem ac tumultum coniecerunt nihil tale expectantes. Deinde quæ minus infida ac trepida. Vbi hæc uox, infida, intercedat. E tribus concitata classibus.) Scribendum contracta. Item pro, ut discederent ab aperto loco, ut distenderent. Et accepi urbem cum Philippi partium.) Dele urbem. Sequenti uersu: tempus autem me, lege: Tempus autem eo me. Ac mox, iam feceram hæc, pro nam feceram. Et non dico quid, pro non dico quod. Item, per æquationem fortunæ ad dignitates, lege: ac dignitatis. Et, pluribus me ipse egisse, pro, me peregisse. Aut ad summum trium in ea re nouitatis culpam esse.) Sincera lectio, aut summum trium in ea re non ciuitatis. Paulopost: Hoc tu dicas liberantibus gratiam socijs, qui ut) Potior lectio, Hoc tu dicas liberantibus gratiam: hoc ijs, qui ut &c. Sequenti uersu, pro populi Ro. non uiolauit, lege, proprie non uiolauit. Item pro Vtrum non à te factum est: Vtrumque à te factum est.

Non tantummodo obsessam, sed iam captam urbem Lacedæmonem esse.) Sincera lectio, tantum non iam captam Lacedæmonem esse. Sequitur: Lateri adhærens tyranni, lege, & lateri adhærens tyrannus. item. Nabidis dominantis satellitem factum Tribunum mil. Lege: Satellitem factum populum Ro. Inter Cal. Martias & idus Maias.) Vetus lectio: Et pridie Cal. Maias: ut sint duo integri menses. Mox: Tempus L. Cornelius Merula. Archetypha: L. Cornelius Merula & C. Salonijs. Nihilominus tertius collega intercidit. Bigati cxxiiii millia, oscensis auri dxxl pondo. Militibus cccc millia ex præda diuisit.) Rectius manu scripti codices, nempe sic. Bigati cxxiiii millia, oscensis dxxl. auri pondo mcccc. Militibus ex præda. &c. Ibidem Boiorum x, non Boiorum res: & locis idoneis, non locis apertis. Mox, Tertio ui subiere, ui redundat. Fusi inde Romani, & qui imperio consulis parere noluerant, suo pauore ac terrore castra repetunt.) Vetus lectio: Romani quæ imperio consulis noluerant, suo pauore &c. Omnibus circa ciuitatibus metuendum.) Secuti fidem ueterum codicum addidimus: hærentem uisceribus nobilissimæ ciuitatis. Ibidem: Et nunc cum aliter: dele, &c. Ac Corinthum ipsis extemplo.) Lege, Acrocorinthum ipsis. Sequitur: Salubrem eis & singulis ciuitatibus. Restituimus, salubrem & singulis & ciuitatibus. Ibidem: Ipsi qui habeant, non ijs qui habeant. Paulopost, ac munus suum bene positum, non, hinc munus suum. Mox, pro portione, lege disunctim, quod in proportionem aliquis deprauauit. Ibidem, ab Acrocorintho descendens: non, à Corintho discedens. Triumphusque meritis ab annuentibus decretus.) Antiqua lectio, ab lubentibus decretus. Mox, Tubero Tr. pl. tulit ad plebem, illic legitur: Tr. pl. ex sc tulit. Ita ab Antiocho græcas Asiæ urbes liberare.) Vetus lectio paulo elegantiior. Ab Antiocho Asiæ urbes, quæ Graij nominis sint, liberare. Aliquantopost pro, Aristonem quendam Tyrium natum Ephesi, illic legitur, natus Ephesi. Et paulopost pro, deinde tertia uigilia, scripsimus de tertia, consentientibus uetustis codicibus. Item, demptæ, non ademptæ. Masaniissa posteaque & infames Carthaginenses, & inter se ipsos discordes principes propter colloquia Aristonis sensit, senatum propter indicia ipsius Aristonis populo suspectum.) Germana scriptura sic habet. Masaniissa posteaquam & infames Carthaginenses, & inter se ipsos discordes sensit, principibus propter colloquia Aristonis senatui, senatu propter indicium eiusdem Aristonis populo suspecto, &c.

IN LIBRVM QUINTVM QVARTAE DECADIS
Annotationes Sig. Gelenij

Quod inde reuertum est, militi diuisum.) Effectum est, legi debet, non reuertum. Post aliquot lineas: tertium in Hispania adiecit, non allegit. Præterea, necdum noto satis inter se, ut uix fide re alij alijs possent, uix redundat. Et M. Martius tribunus.) Reposuimus secuti archetypha: Et M. Genucius & M. Marcius tribuni. Paulopost Feralia legitur in antiquis codicibus, non scæneralia. Ibidem: libero scænore, non liberos. Nam & in unum locum tenebant patritij ambo.) Antiquior lectio: in unum locum perebant ambo patritij. Ad Martis aram, qua in campos iter esset.) In campum scribendum est, nam de campo Martio intelligi debet. Paulopost. Nihil primo contemptius. lege, primo aspectu con. Item. Impotentes regendi equi inuitos, non equos inuitos, nominatiuus enim melius quadrat. Adiuncto Antiocho, socijs Aetolis.) Addidimus particulam ei, sic: Et adiuncto Antiocho &c. Item. Pisidas qui circa Sicam. Selgam non Sicam. Mox, Pergamum ascenderunt, scripsimus. Nam ad mediterranea ascenditur non descenditur. Ut procul ab se honore.) Scribo, per honorem. Post aliquot uersus, uectigales factas Antiochus repetit, lege, uectigales factas in antiquum ius reperit. Item, eo spe gratiæ maior. spes non spe. Omnem præsentem in statu spem cuique nouandi res suas blandiorem esse.) Sincera lectio, omni præsentem statu &c. Deinde, huc ueniam toto orbe, uetusta scriptura, inueniam toto &c. Ibidem, crescendi quàm ex me, quàm redundat. Et, odi odiosum sum, legi debet, non odiosum quod sim. Ac mox, in id consilium alium cum quo deliberes, ubi uox alium intercedat.

L. Quintio

L. Quintio Gallia.) Reposuimus ex fide archetyporum, Gallia & comitia habenda. Mox, ut duo millia. scribo, ut ei duo mil. & Romę provincia, non Roma. Præterea, seruari aliq; aruspices iusserunt, non, aliquot aruspices. Quina ambobus equestria arma, & uasa argentea c pondo.) Antiqua scriptura, Equi duo, bina equestria arma, & uasa argentea centum pondo, & aurea x x pondo. Aliquantopost lege, lembos pristisq; non lembos treis isq;. Et Patrensis Tiso, non Piso. Ut dissimulem quod Philopœmenes ubiq; contra fidem ueterum codicum legitur, quum Philopœmen legendum sit. Illud maioris momenti, quod paulopost Tegeam in Telegam nescio quis deprauauit. Sed etiam in pace se ad id maxime exercuerat.) Vetus scriptura: Sed etiam in pace ad id maxime animū exercuerat. Item, quo turbam inermem traiceret, reiceret illic legitur, non traiceret. Eurotam amnem, qui propè sub ipsis affluit moenibus.) Sub redundat. Zeno ex principibus unus Magnetum.) Magnæ lege. Nam sequitur, autoritatis. Paulopost, Abscisa res erat, non abscissa.

PR cum Antiocho, immittis Aetolis, non sine motu magno generis humani & pernicie græciæ dimicare.) Tres literulæ deprauatæ totum sensum corrumpunt. Scripti codices habent, Ianis Aetolis dimicare. Nimirum metaphora à gladiatoribus sumpta. Nam cum idipsum posceret decretum T. Quintius, nō ueritus maiestatem uiri, primo aliud in præsentia, quod magis instaret, præuertendum sibi esse duxit.) Diuersum legitur in ueteribus archetypis, hoc modo. Nam cum idipsum decretum posceret eum Quintius. Præterea hæc uox primo, hic planè superflua, in neutro inuenitur.

Perpaucorum turba ex custodibus uitæ.) Scribo iuxta fidem archetyporum: Et spectatorum turba &c. Et mox, simul indignitas rei, ac simul contemptus, ac redundat. Rursus pro Herodorum mercatorem, Herodorum Cianum mercatorem legendum. Qui hic unam uocem detraxit, mox ut damnum compensaret, aliam de suo adiecit, naues onerarias, cum absolute onerarias legendum uetus scriptura indicet: quemadmodum aliquantopost, quid moræ esset, non quid moræ causa esset. Præterea in Chalcidibus Euripo, non Chalcidem: & ostium portus, non ad hostium. De Villio iam dictum est. Prima ut fors duæ, peregrina urbanaq; & inter ciues ac peregrinos.) Peregrina redundat. Et aliquantopost, accipientem prægrauatura, non pergrauatura legendum. Rursus post aliquam multos uersus: uerecundiam faciendam Ro. non inferendam. Ad Chæroniam occurrerunt, & decem rostratis nauibus secuti sunt.) Constratis nauibus legitur in manu scriptis, magno consensu, eas alibi tectas uocat. Item, Ad hæc Mictilo. Mictio constanter ubiq; scribitur. Ac mox, pro indultâ nuptijs, inelytam. Dahæ item non Dacæ, qui Græcis Δαῖα sunt. Ibidem Sidetæ, non Hydetæ. Ac multopost, ante Salganea ad Hermeum nō Herinium. Minus quatuor inde millium proximus in Eubœam est maris traiectus.) Antiquior lectio, minus quatuor millium inde in proxima Eubœæ est mari traiectus. Pleraq; uidentur castigatores ob uitandos hiatus data opera mutasse, cum tamen ab eis Liuius non admodum abhorreat. Sequitur, custodię causa loci communiebant, non locum. Castellum communiebant, loci custodię causa. Postremo, hi quoque tamen, non hi quoque iam, legendum.

IN LIBRVM SEXTVM QUARTAE DECADIS

Annotationes Sig. Gelenij

NE supra quinque millia numerum.) Ne supra quinque millium, lege. Aliquantopost: cum de Philippo consulerentur, hæc decreuisse, nihil referre, ipsi coram, an præsidio nuntiaretur. Vetus lectio: Cum de Phil. consulerentur, decreuisse, nihil referre, ipsi coram an ad præsidium. Mox, x x m pondo argenti, non m x x. ac post aliquam multos uersus, eandem orationem exorsus, nō eadem oratione. Hoc ergo adiuncto quid dubitare.) In nostris archetypis legitur, ego: & qui, non quid. Item, ille quidem ut feræ, ut redundat. Nam mox illic legitur cupienti, non cupientes. Dum in futurum minus cauti & prouidi essent.) Antiqua lectio, nimis cauti. Et focer Antiochi Cleoptolemus constanter scribitur, non Neoptolemus. Vbi allegando legitur, rectius quàm ablegando: & grauioris fortunæ conditioni, quàm grauiori fortunæ conditioniq; & oblitus quantas, quàm quas tum. Sequitur: Menippum Macedonem magistratum Aetoliæ. Stratum nescio quis in magistratū deprauauit, quemadmodum uersu proxime sequenti Calidonem in Chalcidem, & paulopost non semel Tyrreum in Pyrrheum: Rursus aliquantopost, Proernam in Pernam, Thaumacos in Thaumastos. Satis fidens nunquā eā uiam Ro. exercitum facturum.) Vetus codices habent, uim facturū, non uiam. nec erat opus mutare. Deinde pro, multo & numero maior, illic legitur, ille & numero. Aliquantopost, pro quæ loca usque ad mare, quæ loca &c. Pro grandinis & sagittas, glandes & sagittas. Pro Carpeiam, Scarphiam, ut alia minutiora dissimulem. Item Aristoteles pro Christoteles. Ad regionem à Mallea.) Maguntinus & Spirensis codices aliter habent, hoc modo. A sinu Maliaco, quæ aditum &c. Versu proxime sequenti, ab altero amniculo, nō amnis latere. Paulopost pro, nō iaculis solum, ut solet, non laqueis, ut solent, non minus erratum quod sequitur, ex ratione temporis, deprauatum erat in, expectatione temporis. Pars uigilantes ad hunc strepitum.) Vetus lectio aliquanto melior, nempe hæc: pars uigilantes adhuc ad strepitum pugnantium in tenebris currunt. Proximo uersu pro transcendere muros conantur: illic tantum, transcendere conantur, legitur, idq; rectius. Pars una, quæ progressi erant.) Longe aliter in nostris exemplaribus legitur, hoc modo: Pars una in qua ædificia extra urbem erant, &c. nec est: Partim per erutos, partim scalis per integros.) Sed, partim per semitura, partim scalis integros

2 muros

muros transcendere. Inde diuersi ad duas simul oppugnandas urbes profecti sunt, iter septem milium ferme passuum.) Antiquior lectio melior, profecti. Interfunt septem millia (ferme pas. æque deprauatus est & proxime sequens uersus. Et quia Lamia posita in tumulo est, tum regionem maxime eo despectat oppido.) Restituimus ex fide archetyporum hoc modo. Et quia Lamia cum posita est in tumulo, tum regionem eam maxime despectat oppidum, quæ &c. Mox, post paucos dies, lege pro, ad paucos post dies. Et suppliciter agentibus ijs profuturum.) Scribo, & se suppliciter agentibus ijs adfuturum. Ac mox, in quo id diserte, pro in id quod, Paulo post, ingemuerunt conditioni, quemadmodum & illacrymari conditioni dicimus. Tum ergo uexato exercitu.) Scribo, tum quoque uexato. Paulo post pertinaciam increpabant, pro increpabant. Te militesque tuos nondum tot urbes, quot Philippum gentes.) Vetus lectio: Nondum duas urbes, Philippum tot gentes. Fortuna uestra facit, ut & iræ meæ & orationi tempora euenerint.) Restituimus ad exemplaria sepe iam memorata in hunc modum. Ut & iræ meæ et orationi temperet. Euenerunt quæ prædixi euentura. Nō multo post illic est, de exilibus Lacedæmoniorum, non Messeniorum: & perfecta res, non perfecta sunt. Quia suæ gratiæ reseruari ea Achæi per se ipsi.) Hic quoque nostra exemplaria secuti sumus. Quia suæ gratiæ reseruari eam Achæi: Elei per se ipsi, quam per Ro. maluerunt Achaico contribuere concilio. Paulo post, ædem faciendam M. Liuius. Adde, ex s. c. Item, & omnia cum maiore religione, lege, & eo omnia &c. Rursus pro edixissent Xuiri, illic est, edidissent Xuiri. & pro, Vbi in numero: Vbi ut in numero. Itē, spem pro re ferentes, non ferentibus. Vnus uera & prouide & fideliter prædicere.) Antiqua lectio: Et prouidere & fideliter prædicere. Paulo post pro, Liuium deliberantem aliquot: Liuium Deli per aliquot.

Ita numero ferme pares futuros, ipsum cæteris omnibus superiorem esse.) Verusta scriptura: ita numero non ferme impares futuros se, cæteris omnibus superiores. Sequitur, cæteræ apertæ minores omnes ferme erant, lege minoris formæ. Item Cissuntē, non Cissontem. Aliquanto post, remos detergunt, non defringunt. Sequenti uersu, cōpari Marte, non pari. Mox, classes quoque undique, non classes undequaque. Et, tandem substituerunt, non abstiterunt. In fine libri duo pratores deprauate legebantur, M. Fuluius pro M. Tuccio, C. Antistius pro C. Atinio.

IN LIBRVM SEPTIMVM QVARTAE DECADIS
Annotationes Sig. Gelenij

A Pud Africanū erant, uirum sicut ad cætera regium.) Egregiū habent uetusti codices. Mox, Bellicosiores ea tempestate erant Gallogræci. nō gallogræci, sed gallicos lege. Nam ea uox cum sequentibus cohæret, ad hunc modum: Gallicos, nondum exoleta stirpe gentis, seruantes animos. Paulo post, in portum Achæorum classem aduertit, non auertit. Rhodiæ naues cum duabus Cyprijs effugerunt.) Vetus lectio: cum duabus. Cois. Sequenti uersu pro iunctis enim binis, legitur contis enim binis. Ibidem. Et Cymæ aliæque, nō Cymæ Elææque. Ut præteruehens, si quas aberrantes.) Lege, ut præteruehens classis, si quas aberrantes &c. Portum Phœnicum ad maritima uix tutum.) Legendū, portum Phœnicūta à maritima uix tutum. Non quod milites solum aliquot, sed quod L. Apustitis.) Vetus lectio: Neque milites solum aliquot, sed L. Ap. Mox, in Bargyllam & Icoson descensionem, lege, in Bargylletico sinu excensionem. Plurimum terroris fecisset Gallis mercede conductis, quatuor milia erant.) Sincera lectio: Plurimum terroris in Gallorum mercede conductis quatuor milibus. erat. Sequenti uersu milites redundat. Coequitauerant autem sex M. equitum.) Quid istuc uerbi est coequitare? legendum, cum equitatu (erant autem VI M. equitum) Paulo post, Philopœmenis summi omnium. Lege, summi tum omnium. Aliquanto post pro Aphrodisias & Priene, uetus lectio habet, Aphrodisias crene. XIII suis nauibus, & una Coa quinqueremi ad terram Gnidiorum, ut ibi in statione essent, profecti sunt.) Antiqua lectio: Vna Coa quinqueremi, altera Gnidia, Rhodium, ut ibi &c. Quanquā ne uulgata quidem lectio absurda uideatur. Verior habenda in quam plures manu scripti codices consentiunt. Portum quem Megiston uocant.) Archetypa Megisten habent. Et geographi Megistes insulæ in hoc tractu meminerunt, quæ fortasse eum portum efficit. Mox, ut in obuiō classi, non, ut obuij. Audiunt ad Aspendum iam hostes esse.) In manu scriptis legitur: audiunt ab Aspendijs ad Sidam iam hostes esse. Paulo post pro, nam Eudemus in altum, nam nec sic in altum. Et, locum post se quæque uenienti, non quoque. Aliquanto post, includerentur, non intercluderentur: ac rursus Megisten. Item, in Hispania reges, nō Hispaniæ. Circumuecti ab urbe aduersa insulæ.) Aduersa insulæ legendum, quemadmodū habent manu scripti codices. Paulo post, in acutum cacumen, non acumen. Sequens quoque uersus uitiatus est, à mari rupes exesæ fluctibus super claudūt. Restituimus, à mari exesæ fluctibus rupes claudūt. Aliquanto post, noscere aut adire, nō audire. Minutius est quod mox sequitur, primus è portu, non primum portu, sicut uulgatæ æditiones habent. Virtute militum Romani longe regios præstabant, regiæ naues.) Hunc locum uideatur aliquis data opera corripisse. Legendum esse Rhodios præstabant: Rhodiæ naues &c. satis declarant quæ sequuntur, nam ut donem agilitatem nauium, artem gubernatorum, scientiam remigum non minus recte tribui regijs quam Rhodijs, populo in re nauali tum excellentissimo: certe ignes ad Panormum Rhodijs saluti fuerant, non

rant. nō regijs. attestantē & scripta uolumina. Mox lege, metu ignis aduersi, nō aduersa. Nec erat cur paulopost anchorale in anchorā mutaret, & debilitatā in debilitate. Anchorale dixit, quemadmodū dicitur haitile. Totidē ex utraq; in arctiorē uelut cuneū.) Antiqua scriptura: Coit deinde ex utraq; parte. Ac mox, ubi cohæret illic legitur, non urbs. Et aliquanto post, ad deliberandum sumpto, non assumpto. Nihil ea mouerunt regem, tutam fore bellis Asiā ratum.) Sincera lectio: Tutam fore bellis Asiā ratum. Post aliquot uersus, omnis fortunę subsidia, non omnia: & si extrahere tempus: non, dum extrahere. Paulopost, non sagittarij equiti intermisti legendum, sed sagittarij equites. Hos Hippotoxotas Græci appellāt. Nec est, ex propinquo castris facile, sed, ex propinquis castris facili subsidio. Mox, & tamen per se, non, duo tamen millia per se. Hanc Gemeam uocabant.) Vetus scriptura, agema eam uocabāt. Item, ab Ariarate missi rege, nō, missi erāt regij. Quæ nihil ad malū Romanis, eadem perincommoda regijs erant.) Vna uox fœde uitata est. Lege, quæ nihil admodū Ro. &c. Nō multo post, & eques insequendo, non equos. Et, auxilia enim subsidiaria, non subsidiaq;. Grauius erratum quod sequitur, qui inter equites, quos appellant phalangitas, erāt. Lege, & quos appellāt. Euitare impetum beluæ ex transuerso.) Lege. Et uitare imp. bel. & ex transf. Mox, is quæ fugam cernebat suorū, non sociorum. Item qui in præsidio erant: non, quæ in præf. erat. Et multo post: si nunc moratus fuerit; non remoratus. Desierant enim uictum in Aetolia metuere.) Legendum est, uictam Aetoliā: aliquāto post pro, sibi autem tanto obligatos beneficio, lege, ipsi aut. Vsq; ad Mæandrum amnem, eæ ciuitates Rhodiorum essent.) Vetus lectio: ea ciuitatis Rhodiorum essent. Deinde inter competitores censuræ est M. Claudius Marcellus, non Gelo. Aliquanto post pro, multa concilia habuerat: illic legitur, multa congiaria. Quandoquidem taciti indignarentur nobiles homines, ideoq; nouus.) Sincera lectio: quando quod taciti indignarentur nobiles homines, id æque nouus &c. Mox, ab ultimis orientis. Hæc uox, partibus, non additur in ueteri scriptura.

IN LIBRVM OCTAVVM QVARTAE DECADIS
Annotationes Sig. Gelenij

ET restituerent Aminandrum.) Aminādrum redundat. Deinde in nostris archetypis est: fossa ita iungere, non fossa iungere: Et, afferem præfringebant, non, perfringebant. Adiunctis Achæorum quæ partis erant nauibus.) Lege Patris, non partis. Mox suspensio futuris, non furculis.

lurgijs excepti, quod rem traherent.) Vetus lectio: Quam diu rem traherent, ac rursus Tyrtheum in Pyrrheum deprauatum. mox lege, ut condiciones pacis cōuenirent: non, ut ad cōditiones. Item, per fines suos, non tuos. Neq; eos Aetoli recepissent, uel in Aetolia essent: eæ urbes agriq; Acarnanum sunt.) Antiqua lectio, ne quem eorum Aetoli recepisse uelint. Aeniadæ cum urbe agrisq; Acarnanū sunt. Et coronam auream x v talentū afferbant munus.) Legi debet: Et in coronam auream x v talenta afferbant. Sequitur continenter: Heluius integros, non Manlius. Præter Cibyam, Muleum.) Archetypa Syleum habent non Muleum. & Syleum apud Stephanum legitur. Mox, x x talenta se confecturum, non collecturum. Deinde, ad Manandrum manserunt: Exemplaria nostra Mandrupyum habent, quam Mandropolin Stephanus appellare uidetur. Item, Termesenses, non Telmesenses. Nam Telmesus maritima est, Termesus mediterranea. Deinde Xylinen comen lege, quemadmodum alibi Macran comen, & paulo superius Hieran comen. præterea Lysinoe non Lysione, Anabura non Antibura. Primus regum Asiā incolentium.) In manu scriptis non est regum, ut non de regibus solum intelligatur, sed de dynastis quoque ac liberis ciuitatibus.

Hi iam degeneres sunt misti & Galli & Græci, unoq; nomine Gallogræci uere appellantur.) Emen- datior lectio, Hi iam degeneres sunt, misti, & Gallogræci uere, quod appellantur. Nec minus deprauatum est quod sequitur. Mafsilia inter Gallos subtraxit aliquantulum ab accolis animorū, nisi quod ex Spartana dura illa & horrida disciplina mansit.) Restituimus ad fidem archetyporum. Mafsilia inter Gallos sita traxit aliquantum ab accolis animorum. Tarentinis quid ex Spartana dura illa & horrida disciplina mansit. Subsidia enim in talibus iniquitatibus locorum maximæ spei suis fuerāt.) Antiqua scriptura, maximo sæpe usui fuerunt. Romani ardentibus animis.) Legendum, ardentibus ira animis. & sequenti uersu, biduum natura montis exploranda absumpsit, non naturam explorādo. paulopost, dextra læuaq; prælati, nō palati. Item, à porta Capena ad Martis, non, ad Martis adem. præterea, timore uano quietem exuerunt, nō, quietum excitauerūt malum. Iuxta uallum pro diruto nouum obstruentes murum.) Scribo, iuxta ualidum, hoc est, æque ualidum. Laconicæ oræ castellis, quæ omnes adepti erant.) Lege, quæ omnis adempta erat, uidelicet Lacedæmonijs. Ac mox, Lās uicus, nō Lamis, à quo uastato Castores Laperfæ græcis denominati sunt. Item, porta ex ea pecunia Megalopoli: in exemplaribus quorum ob uetustatem fidem sequimur, porticus legitur non porta. Ibidem pro, Lepidum deieciſſe tradunt, cum Lepidum deieciſſet. Romam reduceret M. Sempronius.) Antiquior lectio, Romam reducere M. Sempronium proprætorem. Hispanijs legiones &c. & aliquanto post, neue minorem ex belli causa: illic legitur, neue monerem. Quemadmodum enim trierem, ita dierem & monerem Græci dicunt. Paulopost, parte dimidia pecuniæ remissa, non dimissa. Et Drymusam

insulam, non Donissam; Phocensibus non Phocensibus, Leuculum hoc uidetur, interest tamen non parum. Phocensium gens in Græcia est: Phocensium ciuitas ultra mare in Ionia. Mox Milyada lege, non Mityadam. Q. Minucij Thermi morte omissum est inceptum.) Sincera lectio: plurimum Q. Minucij Thermi morte damni est acceptum. Ibidem non Geruntium sed Zerynthium lege: attestantibus manu scriptis codicibus & Stephano. Et longe post, rectius aliquanto illic legitur: Ambracensibus superesse, quam non superesse. An per omnes anfractus uiarum, cum uia consisteres.) Scribo: cum ad uia consisteres. Ac paulo post: Et corpora & animi misti ac uitiati sunt: non, & corpore & animo misti ac mutati sunt. Et mox: censuisset bellum, non bella. Et sequenti uersu, nuntiaretur: singulariter.

Sed referre etiam, si opus esse uideretur, parati essent.) Antiqua lectio: Si opus esset, uiderentur parati esse. item. Nullius equidem in uideo honori: adde, p c. Nec est mox, circa Asiam ad omnes urbes: sed, circa omnes Asiae urbes. Ibidem mox, ultra grauiori, non utrum a grauiori: & emoto, potius quam moto. At enim sunt hæc ita. uerum etiam Delphos.) Nihil deterior uidetur uetus lectio, nempe hæc. At enim sunt quidem ista uera. etiam Delphos &c. Eadem figura usus est lib. 7. At enim quædam ciuitates cum Antiocho senserunt. & alia prius cum Philippo. Alias agro multatis uectigal imponitis.) Lege addendo, alijs uectigal imponitis. Mox: quæta in suis arcibus, non partibus. Te L. Scipio appello: cuius ego imperio succedens, inuicem imperij tui uirtutem felicitatemque pariter non frustra ab dijs immortalibus precatus sum.) Emendatior lectio: cuius ego mihi, succedens in uicem imperij tui, uirtutem &c. item. non cum Gallis bellum senatus: lege addendo, bellum his senatus, ac paulo post: Sed ego, non, Sed si ego. Et, eodem modo super Aoum, non eo modo. Et præmia earum, non eorum. Præterea pro, non cupiditas gloriandi: lege addendo, non cupiditas gloriandi de me. Et, tamen procos, triumphum in Thracia: non, tamen triumphum. Deinde non, in Liternum concessit: sed in Literninum: ut subintelligas rus: alioqui Liternum dixisset, absque præpositione. Et mox morbum causæ esse, non causam. id casu ita scriptum uideri poterat, nisi post aliquot uersus repeteret: Cum L. Scipio excuset, morbum esse causæ fratri, consentientibus uetustis codicibus. Antiochum, recepto eius fratre consorte huius gloriæ, L. Cornelius Scipio ultra Tauri iuga emouit.) Lege per parenthesis. (recipit enim fratrem consortem huius gloriæ L. Cornelius Scipio.) Mox est, Africani triumpho, non Africano.

Quo ad primum consulatum: secundo etiam si censuram adicias.) Non sine causa asteriscus hic appositus erat. Nodum dissoluerunt codices antiquæ scripturæ, in quibus ad hunc modum legitur. Quid ad primum consulatum secundus, etiam si censuram adicias: nec est in sequenti uersu, necessitas, sed necessitate, ac mox: unus præcipuam, non unam. Item pro, quod æs in publicum, illic est, quod eius in publicum. Et aliquanto post, accessio inuidiæ, rectius quam accessione, quod non dubito data opera deprauatum ab istis delicatulis, qui hiatus ne in alienis quidem scriptis ferre possunt. Quem rogationem Petilij querere uellent.) Imò rogatione Petilia. Alij hunc prætorem adeo amicum.) Lege, ad hunc prætorem: & pro, alij adeo inimicum, aut adeo inimicum: pro prodiderunt, prodiderint. Ita tota perodus pulchre constabit: quam is qui bis perperam scripsit, alij, mire obscurauit. Et tamen talia uix possunt scribis imputari. Vix tempero stomacho quoties in mentem uenit ingeniorum tam male auspicatorum, tametsi nimium crebro stomachandi materiam præbeant. Ceterum mox C. Furius quæstor Aculeo cognominatur non Culeo, quod cognomen in Terentia gente fuit, non Furia. Et aliquanto post pro: orationes quoque aberrant inter se: rectius illic legitur, abhorrent inter se. Hinc enim ipse Gracchus queritur.) Tu scribe, hæc enim ipsa. Huic Graccho minorem ex duabus filiabus.) Cum constanter legatur in manu scriptis uoluminibus, ex duabus filijs: uidetur hoc loco Liuius contempsisse exceptionem grammaticorum. Neque enim iam est ambigua uox, quantum ad sexum attinet, si dicas duabus filijs. Si cui tamen magis placet uulgata lectio, cum eo equidem non pugnarim, contentus ueterem indicasse. Quibus ita in publicum solenne sponsalibus rite factis.) Cur non inter publicum solenne potius: quemadmodum in archetypis legitur. Et ipsi desponsam reddidisse.) Grande operæ pretium fecit scilicet, quisquis ille fuit, qui hic de suo adiecit coniunctionem & Libenter istas minutias dissimulo, inter annotandum duntaxat, sed hoc maius est erratum, quam primo aspectu uidetur, quod qui non sentit, uel admonitus, is planè nihil sentit. Et aliquanto post: Causam dici uenisse.) Quis intelliget hæc: & tamen non nisi una litera deprauata est. Debet enim scribi, eam dici uenisse. Eam, uidelicet pacem, nec minus lepidum quod continenter sequitur. Huc decem legatos simul argui.) Quæ malum sunt hæc portenta: mutata una literula errori medebitur. Hic decem legatos simul argui. Nam coniunctione que quis non uidet praua castigatorem sedulitate tam apposite insultat: Paulopost: expulso eo in ultimum angulum, eo redundat. Hic certe uitandus erat hiatus, quod alibi parum opportune factum deprehendimus sæpius quam indicauimus. Mox scriba quasi liberalitatem suam reuocans, tantundem subtrahit, quantum de suo adiecerat, scribendo: cuius gloria prodesse, pro, cuius cum gloria prodesse. Rursus ut hoc damni belle compenset, adiecit particulam id. Id ubi ergo esse regium aurum: O diligentem scribam & laurea dignum, si ferula puerile præmium uidetur. Et hæc minuta contemnunt magni typographi ac celebres. Nihilominus in fronte libri magnifice iactant miram industriam in perscrutandis & conferendis uetustissimis exemplaribus, & alios præ se pro nihilo ducunt: atque in nostram Barbariem captata etiam occasione sibi inuehi permittunt. Paulopost pro, rogationem petiliam ex s c, lege & s c.

In librum

INde Cenomani conquesti Romæ.) Id Cenomani, non inde. & M. Aburius Tr. pl. non Amburius. Paulopost: quid ab eo quenquam equi expectare? Lege addendo: quid ab eo quenquam posse equi expectare: item: & P C orare. Lege, se & P C orare. & alieni momentis animi, non alienis. Tribunatum sibi à P R. mandatum obliuisci pro auxilio ac libertate priuatorum.) Vetus lectio: à P R. mandatum obliuisci, & mandatum pro auxilio &c. ac mox, necessum esset: nō, necessarium. aliquantopost: ij primum lectos aratos: non, inde primum. Argenti pondo CCXX millia centum tria.) Omissum est auri pondus. Lectio erit integra hoc modo. argenti pondo CCXX millia. auri pondo MM C III.

Huius mali tabes ex Hetruria.) Labes est in uetustis exemplaribus, nō tabes. Ut Hispalam identidem ex Auentino.) Legendum: indidem ex Auentino. Sequitur: In ludo simili Bacchanalibus. Pro quo uetusti codices habent: in ludo Similæ. Opinor Semelen detorta non nihil uoce Similam tum uulgo indocto dictam, quemadmodum Græci nonnunquam in Romanis uocibus i præsertim breue per reddunt, *δομήτιον* pro Domitio, *βεργίλιον* pro Virgilio dicentes. Ebutij, qui optime de eo ipso merita talem gratiam retulisset.) Maluimus & hic fidem archetyporum sequi, in quibus scriptum est, qui optimi in eo ipso meriti. Paulopost est: tres in anno statos dies, non statutos. Cum publico nomine, quid ex cōiurationes coetusque nocturni fraudis occultæ aut periculi importaret, tum priuata quisque suorum uice.) Melius legitur: ne quid ex cōiurationes. Et, tum priuatim suorum quisque uicem.

Iam maius est, quæ capere id priuata fortuna possit.) Vetus lectio, quæ ut capere. Vbi deorum numen prætenditur, celerius subit animum timor.) Lege, prætenditur sceleribus. Et, quo quisque loco positus erit, non, quo quis. Præterea, nomen ue absentis detulisset, non de absentibus. Multorum delata quidem nomina, ex ijs uiri foeminaeque mortem sibi cōsciuerunt.) Incorruptior lectio, multorum delata nomina, quidam ex ijs &c. nec est A. Faliscum, sed Faliscum L. Opiternium. Quia multæ satiationes & res peribant.) Ridiculum erratum. Lege, multis actiones & res peribant. Paulopost, se id omittere posse, nō dimittere. & dum ne plus quinque, elegantius quam, dum ne plures quam quinque.

Perfectis quæstionibus Q. Marcius.) Lege addendo: Perfectis quæstionibus prior Q. Marcius. Aliquanto post, in prouinciã ierat, non in prouinciã erat. Rursus paulopost Sipontum dixit non Sipontem, quemadmodum Buxentum Latinis dicitur, qui Græcis Pyxus. Tamen quia rem integram Quintius.) Lege, cum quia rem. ac mox, Antiocho deinde bello superato ad Thermopylas, regi diuisis partibus.) Ordinem sic restituiimus. Antiocho rege deinde bello superato ad Thermopylas, diuisis partibus &c. Quod eum Aeni & Maroneæ affectare possessorem audierant.) Vetus lectio, quod iam Aeni & Maroneæ affectari poss. au. In controuersiam autem ueniebant Philippo Polystricte, Phaloria, & Euronome.) Lege Philippopolis, Tricca, Phaloria & Eurymenæ. Et in parenthesi adde Aetolis (nam Philippum Aetolis ademisse eas constabat.) Alterum molestum. prauos mores.) Antiqua lectio, alterum mores suos respuere. Dirixisse finem Philippo ueterem, regiamque Thraciæ Paroreiam. Sub ea nusquam ad mare ferentem deflexisse uiam.) Sincera lectio, dirixisse finem Philippo ueterem uiam regiam, quæ ad Thraciæ paroreiam subeat, nusquam ad mare declinantem; Philippum nouam postea deflexisse uiam. X legatorum decretum specimen calumniæ impudentissimæ prætendit, in quo maxime.) Antiquior scriptura: decretum calumniæ impudentissimæ prætendit, quo maxime &c. paulopost in integro manerent, non in integrum. Claudius unus ex omnibus nobilis candidatus erat.) Nouus non nobilis. Et post aliquot uersus pro, non ut Claudianis, lege, non ui claudiana. Post aliquam multos uersus ubi legitur, & Philippus quidem minime quin rebellandum esset dubius, particulam quidem aliquis cōtra fidem ueterum codicum adiecit.

Sed quod Areum & Alcibiadem captis ab se in concilio proximo damnatos cum legatis se accusaturos uidebat.) Coniunctionem sed, & has duas uoces, se accusaturos, non habent uetusta exemplaria. Quam iniquitatem conditionis subimus, quod ab illa spe non decidimus.) Vetus lectio paucioribus uerbis tantundem dicit, hoc modo, subimus illa spe, iudicis animo te auditurum &c. Et mox pro, Vestrae enim illae deformes notae seruitutis erant.) Illic legitur, deformes ueluti cicatrices seruitutis.

Nego antiquas Lacedæmonijs leges Achæos ademisse, quas non habebant.) Antiqua & Sincera lectio sic habet: Ego antiquas Lacedæmonijs leges tyrannos ademisse arbitror: nos non suas ademisse quas non hab. &c. Paulopost lege addendo, re precaria libertas: ubi re uocula interciderat. Et mox: dignitatem suam tenere apud Romanos non posse: apud redundat. Ibidem lege, metum iniecit, non metu infecto. Nec ita tantum ut cuius lingua.) Hæ particulae, ita ut, non leguntur in uetustis exemplaribus. Ibidem: Coierant apud prætorem L. Flaccum.) Legendum: cōsenserantque præter L. Flaccum. Quarta deinde hiberna in citeriore prouincia habuit.) Vetus scriptura: & citerior prouincia habuit. Deinde XII M pondo argenti, XII pondo. Præterea: unum ex illis miseris attrahi iussum securi percussisse: non, unum ex damnatis. Nec est in ueteribus, uti ea quoque decuplo, sed decem, ut subintelligas millibus. Ac mox melius, detergendas cloacas, quæ tegendas. Et inter prætores ultimo loco non Cn. Sulpicius est, sed Cn. Steinius, qui ædilis proximo anno fuerat: quanquam illic corrupte Siciliam uulgatae editiones habent. P. Licinius Crassus pont. max. mortuus est: in cuius locum M. Sempronius Tuditanus pont. max. est creatus, C. Seruilus Geminus P. Licinij funeris causa uisceratione data, ludos fecit

& gladiatores CXX pugnauerunt.) Longe aliter habet uetus & incorrupta lectio, ad hunc modum. P. Licinius Crassus pont. max. mortuus est: in cuius locum M. Sempronius Tuditanus pōtifex est co-
opratus. Pōt. max. est creatus C. Seruilius Geminus. P. Licinij funeris causa uisceratio data, & gladiatores CXX pugnauerunt. Nam P. Licinio Crasso C. Seruilius Geminus, Gemino M. Aemilius Lepidus pont. max. successit, ut satis apparet Liuium nō oscitanter legētibus. Eadem paulopost, cum undiq; differenasset, sublata, defunctosq; fato uulgo ferebant, quod inter fatalia uates cecinissent: necesse est tabernacula in foro statui. (Et hic nō nihil discrepāt à uulgata lectione exemplaria uetera: ubi legitur. Eadem paulo post, cum undiq; serenasset, sublata: defunctosq; uulgo ferebant, quod inter fatalia uates cecinissent, necesse esse tabernacula in foro statui. Ob magnitudinem pristinae eius fortunae.) Lectio uetus: obstupuerant ad magnitudinem. Item: Sed defectionis authores, quorum in manu res erat.) Lege: defectionis authores quorum in manu Respub. erat. Paulo post: Duarum potentissimarum gentium, nō duobus. Nauis hic magistratum nō inijt tribunatus plebis P. Claudio L. Porcio COSS.) Antiqua scriptura: Hic Nauis in magistratuum libris est tribunus pl. P. Claudio L. Porcio COSS. Mox: ita uixisse in tribunatu Neuij uidetur: non, ut uideretur. Paulo post redundat se: uix se sui arbitrij fore. Præuertendos etiam animos à suspitione. Legendū, auertendos. Item: in Axium amnem editur, non elabitur, attestantibus archetypis. Deinde: pacem q̄ incerta belli præoptantes: non, incertam belli spem. Postremo circa finem libri: insulam quæ nō ante fuerat: pro, nondum ante.

IN LIBRUM DECIMUM QUARTAE DECADIS
Annotationes Sigismundi Gelenij

EXecrationesq; quæ in agminibus proficiscentium audiri solent, in regem, uincēte odio metum, exaudiebantur.) Quid opus erat hic tot superfluas uoces infulcire: an parum integrum uidebatur: execrationesq; in agminibus proficiscentium in regem, uincēte odio metum, exaudiebantur?

Quoniam dies appropinquabat.) Exemplaria, quorum fidem & inter se consensum libenter in hac editione sequimur, habent: cum iam appropinquabant. Aliquanto post lege addendo: cætera in suum quæq; tempus agenda differunt: ubi hæc uox, agenda, inuiciderat. Mox: Alij singulos principum, nō in singulos. Proditorem nolo dicere, speculatore citius, ex quo obses Romæ fuit.) Hoc loco nostra archetypa melius. Proditore nolo dicere, certe speculatorem habemus in sinu: cuius ex quo obses & c.

Nec regem se alium rentur habituros esse.) Illic legitur: nec regem se alium habituros aiunt.

Viuo & spirante me hæreditatem meam ambo & spe & cupiditate improba petitis.) Creuistis habet exemplar Maguntinum: quod certe magis antiquitatem sapit q̄ suppositicia uox petitis. Nec patrem potestis pati. nihil cari, nihil sancti nominis nostis, cuius uice regni unius insatiabilis amor successit.) Restituimus ad fidem ueterum codicum hoc modo. Nec fratrem, nec patrem potestis pati. Nihil cari, nihil sancti est: in omnium uicem regni & c. Furias fraternas cogita.) Concita legi debet non cogita. Tollatur nunc primus, ut regno fraterna cæde potiar. Pater senex, & filio solus orbatus magis timebit ne irascatur, q̄ ut filij ulcisci necem patiat.) Hic locus est egregie contaminatus. Ex collatione ad manu scripta restituimus sic. Tollatur. non primus regnum fraterna cæde petiero. Pater senex, & filio solus orbatus, de se magis timebit, q̄ ut filij necem ulciscatur. Si illa criminosa ac uana accusatio erat.) Incorrupta lectio: Si illa separata ab hac uana & c. Quis dies, qualis, quo lustratus exercitus.) Lege quid dies & c. Prælati omnium qui unq; fuere Macedoniae regum armis, reges duo solito more tua regentes latera pater præuecti sumus.) Antiquior lectio melior: prælati o. q. u. f. M. r. armis regijs, duo soli tua teg. & c. Illic etiam prauo forsitan odio prouehente.) Legendum: illo etiam (prauo forsitan) gaudio prouehente. Quod si non interuenissent insidiatores, somno sopiti iaceremus.) Quāto melior antiqua lectio: quæ si nō interuenissent, insidiatores nos sopiti iaceremus. quod enim dicit insidiatores, ironia est. Mox addendæ duæ uoces te fateri. necesse erit te fateri, aut speculatore & c. Ego nec obses Romanis ut traderet, nec ut legatus mitterer à te petij: missus ire non recusau.) Magis arridet antiquus ordo. Ego nec obses Romanis ut traderet, nec ut legatus mitterer Romæ, petij: à te missus ire nō recusau. Etiam si à fratre caritate uincor.) Scriptura antiqua: etiam si caritate à fratre maiore uincor. Sed per deditiōem Ligures recipi, & receptis arma adimi.) Illic legitur: si per deditiōem Ligures recipiet, receptis arma adimi. Et, uicti perseverantia Fuluij, melius quadrat q̄, uicit perseu. Fuluius. Translatum argenti pondo millia CCCXX, auri LXXXII pondo, aureæ coronæ LXVII.) Quantum ad argentum attinet, exiguum est quod Terentius in ærarium intulit, præ eo quod scriba locuples de suo adiecit, non minus liberalis in auro coronario. Credibilior summa est in manu scriptis codicibus. Translatum argenti pondo IXX millia CCCXX, auri LXXX pondo, & duæ coronæ aureæ pondo LXVII. Quatuor legiones cōsules, quina.) Lege IIII legiones consulibus, quæ quina. & natalibus socijs ciuibus Ro. non ciuium Ro. In præsentia dat ei omnia mandata.) Omnia redundat. Aliquanto post: fuga per Pæoniam præparata arguebatur, nō arguebāt.

Paulus prorogato cōsulari imperio.) Legendum, prorogato ex cōsulatu imperio. Et post aliquam multos uersus pro, cuiusq; ad gallicum sinum: Matienoc; cuius ad Gallicum sinum. Mox non est legendum

gendū:erumpere extraordinarijs cohortibus à porta iussit: sed, extraordinaria portā. Sic enim consta-
bit quatuor portarum numerus: ut sint duæ principales, una quæstoria, & quarta hæc ipsa extraordina-
ria. Quem scrutantes antea in deuos saltus.) Tollenda est præpositio in. Paulo post pro: quia credi-
tur Pythagoræ: lege, qua creditur: & ibidem, accommodata fide, pro accommodat fidem. Ac mox: ple-
raque dissoluendarum religionum esse, nō paulo elegantius q̄ ad dissoluendas religiones. Et nō multo
post lege addendo, igne à uictimarijs factio. Ad castra hostium specularū misit, ut uiferet.) Plus uer-
borum habent hic nostra exemplaria. Misit proxime succedere ad uallum iussum: ut &c. Aliquanto
post legendum: castra amissa esse, & tum cum maxime ardere, nō arderēt, ut est in uulgatis editio-
bus, distinctione etiam confusa. Ibidem, clamor accidebat, nō accendebat. Tria millia peditum, qui-
bus data quinquagena iugera, centurionibus centena.) Vetus scriptura: tria millia peditum quinqu-
agena iugera, centuriones centena, centena quadragena equites acceperunt. Quæ cum ita sint, ego
tamen hæc prædico P. C.) Antiqui codices: ego iam hinc prædico. Mox adde infinitiuum uerbum sci-
re. eius esse dicere, qui scire possit: & ibidem, illud exploratum, nō illos. Ibidem codices paulo post ha-
bent, ornari prouincias, nō armari. Cum uim deditis remisisset admonens.) In archetypo est: cum
bis deditis rem esse admonens. Id qui legere nō potuit, ob characterum formas ut opinor nostro secu-
lo ignotiores, male diuinando sensum uitiauit: atque idem ferè ex eadem causa in cæteris accidit, quæ
deinceps usq̄ ad finem libri indicabuntur. In partibus extremis iam oppugnabantur.) Iam pugna-
batur, illic scriptum est. Et proxime sequenti uersu egregie legiones, non tertie legionis. Remitteret
quæ ei datæ sunt à consule ad P. Manlium in Hispaniam ulteriorem milites deferri iussit: ad signa redi-
re.) Non erat opus asterisco, si acrius oculos atq̄ animum aduertere non piguisset. Scriptum enim est
hoc modo. Literæq̄ ei datæ sunt à C. O. S. ad P. Manlium in Hispaniam ulteriorem deferendæ. Milites
iussi ad signa redire. Et proximo uersu est in eum annum, non eum annum. Et C. O. S. iussum, nō iussit.

Duronius qui Pr. anno superiore ex Illyrico cum X nauibus inde, in portu Brundusino relictis na-
uibus, cum uenisset Ro.) Et hic ab archetypo discessum est, quod sic habet. Duronius, qui Pr. anno su-
periore ex Illyrico cum X nauibus Brundusium redierat, inde in portu relictis nauibus cum uenisset
Ro. Et paulo post pro: recusante quod sibi faceret: illic est: recusantiq̄ id facere. Pontifex in locum
eius L. Acilius cooptatus. Q. Fuluius Flaccus ante pontificem maximum Aemilius Lepidus.) Arche-
typi scriptura: pōtifex in locum eius à collegio cooptatus Q. Fuluius Flaccus: in pontificem maximū
Aemilius Lepidus. Libro nono per occasionē deprauatæ scripturæ indicauimus Seruiliū hunc Cras-
so in eo sacerdotio successisse. Confer locum hunc cum illo: agnosces utrobicq̄ germanam lectionem.
Et paulo post pro, urbem ingressus est uectus: illic legitur: urbem est inuectus. Ibidem nō, nummū cen-
tum septuaginta tres ducentos: sed, centum septuaginta tria millia, ducentos. Neq̄ quingeni sunt diui-
si, sed quinquageni. Et mox non est, qui à ternis ad quaternos, sed, qui alternis quaternos. Et nos à
uobis admoneri fieri, nō utos à nobis debere.) Pro admoneri fieri illic est, admoneri & regi. Si Gracchus
maius sibi bellum esset, in ultima Celtiberiæ penetraret. Mundam uicē cepit urbem, primo aggressos no-
cte. Acceptis deinde ex improuiso obsidibus, & castella oppugnare: præsidioq̄ imposito deinde agros
urere.) Hic præter alia uicia ordo quoq̄ multipliciter luxatus est. Rectius legitur hoc modo: Gracchus,
quod maius ibi bellum esset, in ultima Celtiberiæ penetrauit. Mundam urbem primum uicē cepit, nocte
ex improuiso aggressus. Acceptis deinde obsidibus, præsidioq̄ imposito, castella oppugnare,
agros urere. Non dissimulantium rebellaturos esse.) In archetypo est: non dissi-

mulantiū bellaturos, si uires essent. Fulmina etiam sic undiq̄ mica-
bant, ut lucere uiderentur corpora.) Pro lucere peti ha-
bet archetypum. Postremo pro tum firma re-
tres, dum firmaret res, le-
gendum.

25

ANNOTATIONVM SIGISMVNDI GELENII IN
QUARTAM DECADEM FINIS

L. FLORI EPITOME HI

STORiarVM TITI LIVII PATAVINI
LIBRI PRIMI.



ADVENTVS Æneæ in Italiam, & res ab eo gestæ, Ascenij regnum Albæ & Syluij Aenææ, ac deinceps Syluiorum regum primo libro continentur. Numitoris filia à Marte cõpressa, nati Romulus & Remus. Amulius obruncatus. Vrbs à Romulo cõdita. Senatus lectus. Cum Sabinis bellatum. Opima spolia Ioui feretrio lata. Incurias populus diuisus. Fidenates & Veientes uicti. Romulus cõsecratus. Numa Pompilius ritus sacrorũ tradidit. Iano templum constituit, eiusq; portã, pacatis omnibus circa populis, primus clausit: cum dea Aegeria sibi congressus nocturnos esse simulans, feroces populi animos ad religionem perpulit. Tullus Hostilius Albanos bello petijt. Posthæc trigeminorum pugna. Horatius absolutus. Metij Suffetij supplicium. Alba diruta. Albani in ciuitatem recepti. Sabinis bellum indictum. Ad postremũ fulmine absumptus est. Ancus Martius ceteronias à Numa institutas renouauit: Latinis uictis, & ad ciuitatem ascitis montem Auentinum assignauit. Politorium urbem Latinorum bello repetitam, quam prisca Latini occupauerant, diruit: pontem Sublicium in Tyberi fecit: Ianiculũ collem urbi addidit, fines imperij protulit. Ostiam condidit. Tarquinius Priscus in Anci amicitiam receptus. Centum additis patrum numerum auxit, Latinos subegit, circum designauit, ludos edidit. Sabinorũ bello peritus, equitum centurias ampliavit. Tentandæ scientiæ causa Accij Nauij auguris, consuluisse fertur: an id de quo cogitaret, effici posset: quod cum ille fieri posse respondisset, iussisse eum nouacula cotem præcidere, idq; protinus factum. Sabinos præterea acie uicit, urbem muro circumdedit, cloacas fecit. Seruius Tullius natus ex captiua Corniculana, cui puero incunis posito caput arfisse traditum est: Veientes atque Hetruscos prælio fudit, censum primus omnium egit, lustrum cõdidit, classes centuriasq; descripsit: Pomærium protulit: colles urbi, Quirinalem, Viminalem, Esquilinumq; adiecit: templum Dianæ cum Latinis in Auentino fecit. Lucius Tarquinius Superbus, occiso Seruio socero, inuasit regnum. quo die scelerata Tullia per patris iacentis corpus carpentum egit. Armatos circa se ad custodiam corporis sui habuit, Turnum Herdonium fraude interemit: bellum cum Volscis gessit, & ex eorum præda templum Ioui in Capitolio fecit. Terminus & Iuventas non addixere, quorum aræ moueri non potuerunt. Filius Sextus Tarquinius dolo Gabios in potestatem suam redegit. Huius filijs Delphos profectis, & cõsulentibus, quis eorum regnaturus esset Romæ: dictum est, eum regnaturum, qui primus matrem osculatus esset. quod responsum cum ipsi aliter interpretarētur: Iunius Brutus qui cum ijs profectus erat, prolapsus se simulauit, & terram osculatus est. idq; factum eius euentus rei comprobauit. nam cum impotenter se gerendo Tarquinius Superbus omnes in odium suum adduxisset, ad ultimum propter expugnatam nocturna ui à Sex. filio eius Lucretiæ pudicitiam, quæ uocato patre ad se Tricipitino, & uiro Collatino, obtestata ne inulta mors eius esset, cultro se interemit, Bruti opera maxime expulsus est: cum regnasset annos uiginti quinque. Tunc consules primum creati sunt, L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.

LIBRI II

BRutus iureiurando populum astrinxit, neminem regnare Romæ passurum, Tarquinium Collatinum collegam suum propter affinitatem Tarquiniarum suspectum, cogit consultu se abdicare, & ciuitate cedere: bona regum diripi iussit: agrum Marti consecrauit, qui Campus Martius nominatus est. adolescentes nobiles, in quibus suos quoque & fratris filios, quia coniurauerant de recipiendis regibus, securi percussit: seruo indici, cui Vindicium nomen fuit, libertatem dedit: ex cuius nomine uindicta est appellata. Cum aduersus reges, qui contractis

Veientium

Veientium & Tarquiniorum copijs bellum intulerant, exercitum duxisset, in acie cum Arunte filio Superbi commortuus est: eumque matronæ annum luxerunt. L. Valerius consul legem de prouocatione ad populum tulit. Capitolium dedicatum est. Porfena rex Clusinarum, bello pro Tarquinij suscepto, cum ad Ianiculum uenisset, ne Tyberim transiret, uirtute Corclitij Horatij prohibitus est, qui dum alij pontem Sublicium rescindunt, solus Hetruscos sustinuit, & ponte rupto armatus se in flumen misit, & ad suos tranauit. Alterum accessit uirtutis exemplum à Mutio, qui cum ad feriendum Porfenam castra hostium intrasset: occiso scriba, quem regem esse putabat: comprehensus, impositam altaribus manum, in quibus sacrificatum erat, exuri passus est: dixitque, tales trecentos esse coniuratos in mortem ipsius regis: quorum admiratione coactus Porfena pacis condiciones ferre, bellum omisit, acceptis obsidibus, ex quibus uirgo una Clælia deceptis custodibus per Tyberim ad suos tranauit, & cum reddita esset, à Porfena honorifice remissa, equestrisque statua donata est. Appius Claudius ex Sabinis Romam transfugit: ob hoc Claudia tribus adiecta est. Numerus trium ampliatum est, ut essent triginta una. Aduersus Tarquinium Superbum cum Latinorum exercitu bellum inferentem Aulus Posthumius dictator prospere pugnauit apud lacum Regillum Plebs, cum propter nexos ob æs alienum Sacrum in montem secessisset, consilio Menenij Agrippæ à seditione reuocata est. Idem Agrippa cum secessisset, propter paupertatem publico impendio elatus. Tribuni plebis quinque creati sunt. Oppidum Volcorum Corioli captum est uirtute & opera Cn. Martij, qui ob hoc Coriolanus uocatus est. Titus Latinius uir de plebe, cum in uisu admonitus esset, ut de quibusdam religionibus ad senatum perferret, & neglexisset: amisso filio, debilis factus, posteaquam delatus ad senatum lectica, eadem illa indicauerat, usu pedum recepto, domum reuersus est. Cum Cn. Martius Coriolanus, qui in exilium pulsus, dux Volcorum factus exercitum hostium urbi primo admouisset: & missi ad eum primum legati, postea sacerdotes frustra deprecati essent, ne bellum patriæ inferret: Veturia mater, & Volunnia uxor, impetrauerunt ab eo ut recederet. Lex agraria primum lata est.

Sp. Cassius consularis regni crimine damnatus est necatusque. Oppia uirgo uestalis ob incestum uiua defossa est. Cum uicini hostes Veientes incommodi magis quam graues essent: familia Fabiorum id bellum gerendum depoposcit, misitque in id trecentos sex armatos: qui ad Cremeram ad unum ab hostibus cæsi sunt, uno impubere domi relicto. Res præterea aduersum Volcos & Aequos & Veientes, & seditiones inter patres plebemque continet.

Appius Claudius consul, cum aduersum Volcos contumacia exercitus male pugnatum esset, decimum quemque militum fuste percussit.

LIBRI III

Seditiones de agrarijs legibus factæ. Capitolium ab exulibus & seruis occupatum: cæsis ijs receptum est. Censui bis actus est: priore lustro censa sunt ciuium capita centum quatuor & uiginti millia, CCCXIIII. præter orbos orbasque: sequenti, CXXXII millia, CCCXXIX. Cum aduersum Aequos res male gesta esset, L. Quintius Cincinnatus dictator factus, cum rure intentus rustico operi esset, ad bellum gerendum accersitus est. Is uictos hostes sub iugum misit. Tribunorum plebis, numerus ampliatum est, ut essent decem: XXXVI anno à primis tribunis plebis. Petitis per legatos, & allatis atticis legibus, ad constituendas eas, proponendasque decem uiri pro consulibus sine ullis alijs magistratibus creati, altero & trecentesimo anno, quam Roma condita erat: & ut à regibus ad consules, ita à consulibus ad decem uiros translatum imperium. Hi decem tabulis legum positæ, cum modeste se in honore gessissent: & ob id in alterum quoque annum eundem esse magistratum placuisset, eum complura impotenter fecissent, magistratum noluerunt deponere, & in tertium annum detinuerunt, donec inuicto eorum imperio finem attulit libido Appij Claudij. qui cum in amorem uirginis incidisset: summissio qui eam in seruitutem peteret, necessitatem patri eius Virginio imposuit, raptio ex taberna proxima cultro, ut filiam interimeret: cum aliter eam tueri non posset, ne in potestatem stuprum illaturi ueniret. hoc tam magnæ luxuriæ exemplo plebs incitata montem Auentium occupauit, coegitque decem uiros abdicare se magistratu. ex quibus Appius

bus Appius, & unus collegarum, qui præcipue pœnam meruerant, in carcerem coniecti, cæteri in exilium acti. Res præterea contra Sabinos & Volscos & Aequos prospere gestas continet, & parum honestum populi Romani iudicium, qui iudex inter Ardeates & Aricinos sumptus, agrum de quo ambigebatur, sibi adiudicauit.

LIBRI IIII

LEx de connubio patrum & plebis, contentione magna patribus repugnantibus, perlata est à trib. plebis. Aliquot annis res populi Romani domi militiæq; per hoc genus magistratus administratæ sunt. Item censores tunc primum creati sunt. Ager Ardeatinis Romani populi iudicio ablatus, missis in eum colonis, restitutus est. Cum fame populus Romanus laboraret, Sp. Melius eques Romanus frumentum populo sua impensa largitus est: & ob id factum conciliata sibi plebe, regnum affectans à Caio Seruilio Hala magistro equitum iussu Quintij Cincinnati dictatoris occisus est. L. Minutius index boue aurata donatus est. Legatis Romanis à Fidenatibus occisis, quoniam ob Rempublicam occubuerant, statuæ in rostris positæ sunt. Cornelius Cossus tribunus militum, occiso Tolumnio rege Veientiu, optima spolia secunda retulit. Mamercus Aemilius dictator censuræ honore, qui antea per quinquennium gerebatur, anni & sex mensium spacio finito, ob eam rem à censoribus notatus est. Fidenæ in potestatem redactæ, eorûq; coloni missi sunt, quibus occisis Fidenates cum defecissent à populo Romano, à Mamercio Aemilio dictatore uicti sunt: & Fidenæ captæ. Coniuratio seruorum oppressa est. Posthumius tribunus militum propter crudelitatem ab exercitu occisus est. Stipendium ex ærario tum primum militibus datum est. Res præterea gestas aduersum Volscos & Veientes continet.

LIBRI V

IN obsidione Veiorum tabernacula militibus facta sunt. ea res cum esset noua, indignatio nem tribunorum plebis mouit, querentiû non dari plebi nec per hyemem militiæ requiem. Equites tum primum equis suis merere cœperunt. Cum inundatio in lacu Albano facta esset: uates qui eam rem interpretaretur, ab hostibus captus est. Furius Camillus dictator decem annos obsessos Veios cepit, simulachrum Romam transtulit, decimam partem prædæ Delphos Apollini misit. Idem tribunus militum cum Faliscos obsideret, proditos hostium filios parentibus remisit: statimq; deditione facta, Faliscorum uictoriam iustitia consecutus est.

Cum alter ex censoribus, Iulius decessisset, in locum eius M. Cornelius successus est. nec id postea factum est, quoniâ eo lustro à Gallis Roma capta est. Furius Camillus, cum ei dies à L. Apuleio trib. ple. dicta esset, in exilium abiit. Cum Senones Clusium obsiderent, & legati à senatu missi ad componendum inter eos & Clusinos pacem, pugnantibus contra Gallos in acie Clusinorum stetissent, hoc facto eorum concitati Senones urbem infesto exercitu perierunt: fusisq; ad Alliam flumen Romanis, cepere urbem, præter Capitolium, in quod se iuuenes contulerant. maiores natu cum insignibus honorum quos quisq; gesserat, in uestibulis ædium sedentes occiderunt. & cum per auersam partem Capitolij iam in summum euassissent: proditi clangore anserû, M. Manij præcipue opera deiecti sunt. coactis deinde propter famem Romanis despõdere, ut mille pondo auri darent, & hoc pretio finem obsidionis emerent: Furius Camillus dictator absens creatus inter pendendum aurum cum exercitu uenit: & Gallos post sextum mensem urbe expulit, ceciditq; Aedes Ioui Capitolino facta, quo loco ante urbem captam uox audita erat, aduentare Gallos. Dictum est ad Veios migrandum esse, propter incensam & dirutam urbem, quod consilium Camillo autore discussum est. Mouit populum uocis quoq; omen ex centurione auditæ. qui cum in forum uenisset, manipularijs suis dixerat: sta miles, hic optime manebimus.

LIBRI VI

Res aduersus Aequos & Volscos & Hetruscos prospere gestas cõtinet. Quatuor tribus additæ sunt, Stellatina, Sabbatina, Prometina, Arniensis. M. Manlius qui Capitolium à Gallis defenderat, cum obstructos ære alieno liberaret, nexos exolueret, crimine affectati regni damnatus, de saxo Tarpeio deiectus est. in cuius notam s c factum est, ne cui de Manlia gente

gente Marco cognomen esset. C. Licinius & L. Sextius tribuni pl. legem promulgarunt: ut consules etiam ex plebe fierent, qui ex patribus creabantur. eam legem cum magna contentione repugnantibus patribus, cum iisdem tribuni pl. per quinquennium soli magistratus fuissent, pertulerunt. & primus omnium ex plebe consul L. Sextius creatus est. Lata est altera lex, ne cuiquam plus quingentis iugeribus agri liceret possidere.

LIBRI VII

Duo noui magistratus adiecti sunt, praetura & aedilitas curulis. Pestilentia ciuitas laborauit, eamque insignem fecit mors Furii Camilli. cuius remedium & finis cum per nouas religiones quaereretur, ludii scenici tunc primum facti sunt. Cum dies L. Manlio dicta esset a M. Pomponio trib. pl. propter delectum acerbe factum, & ob T. Manium filium relegatum sine ullo crimine: adolescens ipse, cuius relegatio patri obijciebatur, uenit in cubiculum tribuni, strictoque gladio coegit in uerba sua iurare, non perseueraturum se in accusatione: tunc omnia perniciose ommissa sunt. In patentem uoraginem urbis Romae Curtius armatus equo se precipitauit, eaque expleta est. Manlius adolescens, qui patrem a tribunitia uexatione liberauerat: contra Gallum prouocantem aliquem ex militibus Romanis, in singulare certamen descendit, eique occiso torquem aureum detraxit, quem ipse postea tulit, & ex eo Torquatus est nuncupatus. Duae tribus additae, Pontina & Publicia. Licinius Stolo lege ab ipso lata damnatus est, quod plus quingentorum iugerum agri possideret. M. Valerius tribunus militum Gallum, a quo prouocatus erat, insidente galea coruo, & unguibus rostroque infestante hostem, interemit: & ex eo Coruini nomen accepit, consulque proximo anno creatus est ob uirtutem, cum xxxiii haberet annum. Amicitia cum Carthaginensibus iuncta. Campani cum uergerentur a Samnitibus bello, auxilio aduersus eos a senatu petito, cum id non impetrarent: urbem atque agros populo Ro. dederunt. ob quam causam ea quae populi Ro. facta essent, defendi bello aduersus Samnites placuit. Cum ab A. Cornelio cos exercitus in iniquum locum deductus in magno discrimine esset: P. Decius tribuni militum opera seruatus est: qui occupato colle super id iugum, in quo Samnites federant, occasionem consuli in aequiorem locum euadendi dedit, ipse ab hostibus circumfessus erupit. Milites Romanos qui Capuae in praesidio erant relictii: cum de ea occupanda urbe conspirassent, & detecto consilio, metu supplicii a populo Romano defecissent: per M. Valerium Coruinum dictatorem, qui consilio suo eos a furore reuocauerat, patriae restituti sunt.

LIBRI VIII

Latini cum Campanis defecerunt, & missis legatis ad senatum conditionem tulerunt: ut, si pacem habere uellent, alterum ex Latinis consulem facerent. Qua legatione perlata, praetor eorum Annius de Capitolio ita prolapsus est, ut exanimaretur. T. Manlius cos. filium suum, quod contra edictum pugnauerat aduersum Latinos, quamuis prospere pugnasset, securi percussit. Laborantibus Ro. P. Decius tunc cum Manlio cos deuouit se pro exercitu, & cocitato equo cum in medios hostes se intulisset, interfectus morte sua Romanis uictoriam restituit. Latini in deditionem uenerunt. T. Manlio in urbem reuerso nemo ex iuuentute obuiam processit. Minucia uirgo uestalis incesti damnata est. Ausonibus uictis, in oppidum Cales Colonia deducta est. Item Fregellae colonia deducta est. Veneficium complurium matronarum deprehensum, quarum plurimae statim epotis medicaminibus perierunt. Lex de ueneficio tunc primum constituta est. Priuernatibus cum rebellassent, uictis ciuitas data est. Palaeopolitani uicti bello, & obsidione in deditionem uenerunt. Q. Publico qui eos obsederat, primum imperium prolatum, & per consules ei decretus triumphus. Plebs nexu liberata est propter L. Papyrii creditoris libidinem, qui C. Publico debitori suo stuprum inferre uoluerat. Cum L. Papyrius dictator reuersus in urbem ab exercitu esset propter auspicia repetenda: Q. Fabius magister equitum occasione rei bene gerendae inuitatus, contra edictum eius praelatus est, qui prospere aduersus Samnites pugnauit. ob eam causam cum dictator de magistro equitum supplicium sumpturus uideretur: Fabius Romam profugit, & cum causa parum proficeret, populi precibus donatus est. Res praeterea contra Samnites prospere gestas continet.

Libri

Titus Veturius, & Sp. Posthumius, apud Caudinas furcas deducto in locum iniquū exercitū nulla cum spes euadendi esset: fœdere cum Samnitibus facto, & sexcentis equitibus Romanis obsidibus datis, ita exercitū abduxerunt, ut omnes sub iugum mitterentur. h̄demq̄ autore Sp. Posthumio c o s. qui in senatu suaserat: ut eorum deditione, quorum culpa tam deforme fœdus ictum erat, publica fides liberaretur: cum duobus trib. plebis, & omnibus qui per fœdus sponderant, dediti Samnitibus non sunt recepti. nec etiam multo postea fufis à Papyrio Cursore Samnitibus, & sub iugum missis, receptisq̄ sexcentis equitibus Romanis, qui obsides dati erant: pudor prioris flagitiū abolitus. Tribus duæ adiectæ sunt, Ventina & Falerina. Sueffa & Pontia coloniae deductæ sunt. Ap. Claudius censor aquam Claudiam perduxit: uiam strauit, quæ Appia uocata est: libertinorum filios in senatū legit. ideoq̄ quoniam is ordo uidebatur inquinatus indignis: sequentis anni consules in senatu legendo obseruauerunt, quemadmodum ante per proximos censes obseruatum fuerat. Res præterea contra Apulos, Hetruscos, Umbros, Marfos, Pelignos, Æquos & Samnites, quibus fœdus erat restitutum, prospere gestas continet. Flavius scriba libertino patre natus ædilis curulis fuit, per forensē factionem creatus. quæ cum comitia & campū turbaret, & in his propter nimias uires dominaret, à Q. Fabio censore in quatuor tribus redacta est: eaq̄ res Fabio Maximo nomen dedit.

L I B R I X

Coloniae deductæ sunt Sora & Alba & Carseoli. Marfi in deditionē accepti sunt. Collegium augurum ampliatum est, ut essent nouem, cum antea quaterni fuissent. Lex de prouocatione ad populum à Valerio c o s. tunc primum lata est. Duæ tribus adiectæ sunt, Anienfis & Terentina. Samnitibus bellum indictum, & aduersus eos prospere pugnatum est. Cum aduersus Hetruscos, Umbros, Samnites, Gallos P. Decio & Q. Fabio ducibus pugnaretur, Romanusq̄ exercitus in maximo esset discrimine: P. Decius secutus exemplum patris deuouit se pro exercitu, & morte sua uictoriā eius pugnae populo Ro. dedit. Papyrius Cursor Samnitium exercitū, qui iureiurando astrictus fuerat, quo maiore constantia uirtutis in aciem descenderet, fudit. Census actus est: lustrum conditum, censa sunt ciuium capita ducenta sexaginta duo millia, & trecenta uigintiduo.

T. LIVII PATAVINI HISTORIARVM AB VRBE CONDITA DECA

DIS PRIMAE LIBER PRIMVS



ACTVRVS ne operæpretium sim, si à primordio urbis res populi Romani perscripserim, nec satis scio: nec si sciam, dicere ausing. quippe qui cum ueterem, tum uulgatã esse rem uideam: dum noui semper scriptores, aut in rebus certius aliquid allaturos se, aut scribendi arte rudem uetustatem superaturos credunt. Vtcunq; erit, iuuabit tamen rerum gestarum memoriæ principis terrarũ populi pro uirili parte & me ipsum consuluisse. Et si in tanta scriptorũ turba mea fama in obscuro sit, nobilitate ac magnitudine eorum qui nomini officient meo, me cõsoler. Res est præterea & immensi operis, ut quæ supra septingentesimũ annum repetat: & quæ ab exiguis profecta initijs ed creuerit, ut iam magnitudine laboret sua: & legentium plerisque haud dubito, quin primæ originis proximãq; originibus, minus præbitura uoluptatis sint, festinãtib; ad hæc noua, quibus iam pridem præualentis populi uires se ipsæ conficiunt. Ego contra hoc quoque laboris præmium petam, ut me à cõspectu malorum quæ nostra tot per annos uidit ætas, tantisper certe, dum prisca illa tota mente repero, auertam, omnis expers curæ, quæ scribentis animum, etsi non flectere à uero, sollicitum tamen efficere possit. Quæ ante conditam condendam ue urbem, poëtis magis decora fabulis, quàm incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur: ea nec affirmare, nec refellere in animo est. Datur hæc uenia antiquitati, ut miscendo humana diuinitis, primordia urbium augustiora faciat. Et si cui populo licere oportet consecrare origines suas, & ad deos referre autores: ea belli gloria est populo Romano, ut cum suum conditorisq; sui parentem Martem potissimum ferat: tam & hoc gentes humanæ patientur æquo animo, quàm imperium patientur. Sed hæc & his similia, utcunq; animaduersa aut existimata erunt, haud in magno equidem ponam discrimine. Ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum, quæ uita, qui mores fuerint: per quos uiros, quibusq; artibus, domi, militiæque, & partum & auctum imperium sit: labente deinde paulatim disciplina, uelut dissidentes primo mores sequatur animo: deinde ut magis magis que lapsi sint: tum ite cœperint præcipites, donec ad hæc tempora quibus nec uitia nostra, nec remedia pati possumus, peruentum est. Hoc illud est præcipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: inde tibi tuæque Reipublicæ quod imitere capias: inde scædum inceptu, scædum exitu, quod uites. Cæterum aut me amor negocij suscepti fallit, aut nulla unquam Respublica nec maior, nec sanctior, nec bonis exemplis ditior fuit: nec in quam tam seræ auaritia luxuriãq; immigrauerint: nec ubi tantus, ac tam diu perturbati ac parsimonie honos fuerit: adeo quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat. Nuper diuitiæ auaritiã, & abundantes uoluptates desiderium per luxum atque libidinem pereundi perdendiq; omnia inuexere. Sed querelæ ne tum quidem gratæ futuræ, cum forsitan necessariae erunt, ab initio certe tantæ ordiendæ rei absint: cum bonis potius ominibus, uotis que ac precationibus deorum dearumq;, si ut poëtis nobis quoque mos esset, libentius inciperemus, ut oris tanti operi successus prosperos darent.



AM PRIMVM omnium satis constat, Troia capta in cæteros scæuitum esse Troianos, duobus, Aenea Antenoreq;, & uetusti iure hospitij, & quia pacis reddendæq; Helenæ semper autores fuerant, omne ius belli Achiuos abstinuisse. Casibus deinde uarijs Antenorem cum multitudine Helenetum, qui seditione ex Paphlagonia pulsi, & sedes & ducem rege Pylemene ad Troiam amisso, quærebant: uenisse in intimum maris Adriatici sinum: Euganeisq; qui inter mare alpesq; incolbãt, pulsis, Heneros Troianosq; eas tenuisse

2 terras

Aporia

discrimine hanc ostendit int...

discrimine hanc ostendit int...

Propo stic obertis

hominid b ingran i ear...

quas rem...

terras. & in quem primum egressi sunt locum, Troia uocatur: pagoq; inde Troia nomen est, gens uniuersa Veneti appellati. Aeneam ab simili clade domo profugum, sed ad maiora rerum initia ducentibus fati primo in Macedoniam uenisse: inde in Siciliam quarentem sedes delatum: ab Sicilia classe Laurentem agrum tenuisse. Troia & huic loco nomen est. ibi egressi Troiani, ut quibus ab immenso prope errore nihil præter arma & naues superesset, cum prædam ex agris agerent: Latinus rex Aboriginesq; qui tum ea tenebant loca, ad arcendam uim aduenarum armati ex urbe atq; agris cõcurrunt. Duplex exinde fama est. alij prælio uictum Latinum pacem cum Aenea, deinde affinitatem iunxisse tradunt. alij cum instructæ acies constitissent, priusquam signa canerent, processisse Latinum inter primores, ducemq; aduenarum euocasse ad colloquium: percunctatum deinde qui mortales essent? unde? aut quo casu profecti domo? quid uero quarentes in agrum Laurentem exissent? postquam audierit multitudinem Troianos esse: ducem Aeneam, filium Anchisæ & Veneris: cremata patria & domo profugos, sedem, condendamq; urbi locum quærere: & nobilitatem admiratum gentis uiriq;, & animum uel bello uel paci paratum, dextera data fidem futuræ amicitis sanxisse. Inde fœdus iectum inter duces, inter exercitus salutationem factam. Aeneam apud Latinum fuisse in hospitio. ibi Latinum apud penates deos domesticum publico adiunxisse fœdus, filia Aenæ in matrimonium data. ea res utique Troianis spem affirmat tãdem stabili certaq; sede finienda erroris. Oppidum cõdunt. Aeneas ab nomine uxoris Lauinium appellat. breui stirps quoque uirilix ex nouo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixere nomen. Bello deinde Aborigines Troianiq; simul petiti. Turnus rex Rutulorum, cui pacta Lauinia ante aduentum Aenæ fuerat: prælatum sibi aduenam ægre patiens, simul Aenæ Latinoq; bellum intulerat. Neutra acies læta ex eo certamine abiit. uicti Rutuli: uictores Aborigines Troianiq; ducem Latinum amisere. Inde Turnus Rutulique diffisi rebus ad florentes Hetruscorum opes, Mezentiumq; eorum regem confugiunt, qui Cære opulento tum oppido imperitans, iam inde ab initio minime lætus nouæ origine urbis, & tum nimio plus quam satis tutum esset accolis, rem Troianam crescere ratus, haud grauatim socia arma Rutulis iunxit. Aeneas aduersus tanti belli terrorem ut animos Aboriginum sibi cõciliaret, ne sub eodem iure solum, sed etiam nomine omnes essent: Latinos utranque gentem appellauit. nec deinde Aborigines Troianis studio, ac fide erga regem Aeneam cesserunt. fetusque his animis coalescentium in dies magis duorum populorum Aeneas, quanquam tanta opibus Hetruria erat, ut iam non terras solum, sed mare etiã per totam Italiæ longitudinem ab alpibus ad fretum Siculum fama nominis sui impleffet: tamen cum mœnibus bellum propulsare posset, in aciem copias eduxit. Secundum inde prælium Latinis, Aenæ etiam ultimum operum mortalium fuit. Situs est, quemcunque eum dici ius fasque est, super Numicum flumen. Iouem Indigetem appellant. Nondum maturus imperio Alcanius Aenæ filius erat, tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume mansit. tantisper tutela muliebri (tanta indoles in Lauinia erat) res latina & regnum auitum, paternumque puero stetit. Haud nihil ambigam (quis enim rem tam ueterem pro certo affirmet) hincne fuerit Alcanius: an maior quam hic, Creusa matre Ilio incolumi natus, comesque inde paternæ fugæ, quem Iulum eundem Iulia gens autorem nominis sui nuncupat. is Alcanius, ubicunque, & quacunque matre genitus (certe natum Aeneam constat) abundante Lauinij multitudine, florentem iam (ut tum res erant) atque opulentam urbem matri, seu nouercæ reliquit: nouam ipse aliam sub Albano monte condidit. quæ ab situ porrectæ in dorso urbis longa Alba appellata. Inter Lauiniũ & Albam longam coloniam deductam triginta ferme intertueri anni. tantum tamen opes creuerant, maxime fuffis Hetruscis: ut ne morte quidem Aenæ, nec deinde inter muliebrem tutelam rudimentumq; primum puertilis regni mouere arma, aut Mezentius Hetruscisq;, aut ulli alij accolæ ausi sint. Pax ita conuenerat, ut Hetruscis Latinisque fluuius Albula, quem nunc Tyberim uocant, finis esset. Syluius deinde regnat Alcanij filius, casu quodam in syluis natus. is Aeneam Syluium creat. is deinde Latinum Syluium. ab eo colonis aliquot deductæ, Prisci Latini appellati. mansit Syluius postea omnibus cognomen, qui Albæ regnarunt. Latino Alba ortus, Alba

Atys

Atys, Ati Capys, Capi Capetus, Capeto Tyberinus, qui in traiectu Albulæ amnis submersus, celebre ad posteros nomen flumini dedit. Agrippa inde Tyberini filius, post Agrippam Romulus Syluius à patre accepto imperio regnat. Auentino fulmine ipse ictus regnum per manus tradidit. is sepultus in eo colle, qui nunc est pars Romanæ urbis, cognomen colli fecit. Proca deinde regnat. is Numitorem atq; Amulium procreat: Numitori, qui stirpis maximus erat, regnum uetustum syluiæ gentis legat. plus tamen uis potuit, quam uoluntas patris, aut uerecundia ætatis. pulso fratre Amulius regnat. addit sceleri scelus. stirpem fratris uilem interimit: fratris filia Rheæ Syluiæ per speciem honoris, cum uestalem eam legisset, perpetua uirginitate spem partus adimit. Sed debebatur (ut opinor) fati tantæ origo urbis, maximiq; secundum deorum opes imperij principium. ui compressa uestalis cum geminum partum edidisset, seu ita rata, seu quia deus autor culpæ honestior erat, Martem incertæ stirpis patrem nuncupat. sed nec dii, nec homines aut ipsam, aut stirpem à crudelitate regia uindictant. sacerdos uincta in custodiam datur, pueros in profluentem aquam mitti iubet. Sorte quadam diuinitus super ripas Tyberis effusus lenibus stagnis, nec adiri usquam ad iusti cursum poterat amnis, & posse quamuis languida mergi aqua infantes, spem ferentibus dabat. ita uelut defuncti regis imperio, in proxima alluue, ubi nunc ficus ruminalis est (Romularem uocatam ferunt) pueros exponunt. uastæ tum in ijs locis solitudines erant. Tenet fama, cum fluitantem alueum, quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destitisset, lupam sitientem ex montibus, qui circa sunt, ad puerilem uagitum cursum flexisse: eam summissas infantibus adeo mitem præbuisse mammæ: ut lingua lambentem pueros magister regij pecoris inuenerit: (Faustulo fuisse nomen ferunt) ab eo ad stabula Laurentiæ uxori educandos datos. Sunt qui Laurentiam uulgato corpore lupam inter pastores uocatam putent: inde locum fabulæ ac miraculo datum. Ita geniti, ita educati, cum primum adoleuit ætas, nec in stabulis, nec ad pecora segnes, uenando peragrate saltus. hinc robore corporibus animisq; sumpto, iam non feras tantum subsistere, sed in latrones præda onustos impetum facere, pastoribusque rapta diuidere: & cum his, crescente in dies grege iuuenum, ferias ac iocos celebrare. Iam tum in Palatino monte lupercal hoc fuisse ludicrum ferunt, & à Palanteo urbe Arcadica Palantium, deinde Palatinum montem appellatum. ibi Euandrum, qui ex eo genere Arcadum multis ante tempestatibus ea tenuerat loca, solenne allatum ex Arcadia instituisse, ut nudi iuuenes Lycæum Pana uenerantes, per luxum atque lasciuiam currerent. quem Romani deinde uocarunt Inuum. huic deditis ludicrum, cum solenne uotum esset: insidiosos ob iram prædæ amissæ latrones, cum Romulus uise defendisset, Remum cepisse: captum regi Amulio tradidisse ultro accusantes. crimini maxime dabant in Numitoris agros ab his impetum fieri: inde eos collecta iuuenum manu hostilem in modum prædas agere. sic Numitori ad supplicium Remus deditur. Iam inde ab initio Faustulo spes fuerat regiam stirpem apud se educari: nam & expositos iussu regis infantes sciebat: & tempus, quo ipse eos sustulisset, ad id ipsum congruere: sed rem immaturam nisi aut per occasionem, aut per necessitatem aperiri noluerat. necessitas prior uenit. ita metu subactus Romulo rem aperit. Forte & Numitori, cum in custodia Remum haberet: audissetque geminos esse fratres: comparando eorum ætatem, & ipsam minime serilem indolem, tetigerat animum memoria nepotum: sciscitandoque eodem peruenit, ut haud procul esset, quin Remum agnosceret. ita undique regi dolus nectitur. Romulus non cum globo iuuenum (nec enim erat ad uim apertam par) sed alijs alio itinere iussis certo tempore ad regiam uenire pastoribus, ad regem impetum facit. & à domo Numitoris alia comparata manu adiuuat Remus. ita regem obruncant. Numitor inter primum tumultum hostes inuasisse urbem, atque ad ortos regiam dictitans, cum pubem Albanam in arcem præsidio armisq; obtinendam aduocasset: posteaquam iuuenes perpetrata cæde pergere ad se gratulantes uidit: extemplo aduocato concilio, scelera in se fratris, originem nepotum, ut geniti, ut educati, ut cogniti essent, cædem deinceps tyranni, sequit eus autorem ostendit. Iuuenes per mediam contionem agmine ingressi, cum auum regem salutassent: secuta ex omni multitudine consentiens uox ra-

tum nomen imperiumque regi effecit. Ita Numitori Albana permissa re, Romulum Remumque cupido cepit, in ijs locis ubi expositi, ubique educati erant, urbis condendæ. & supererat multitudo Albanorum Latinorumque, ad id pastores quoque accesserant, qui omnes facile spem facerent: paruam Albam, paruam Lauinium, præ ea urbe quæ conderetur, fore. Interuenit deinde his cogitationibus auitum malum, regni cupido, atque inde foedum certamen coortum à fati miti principio: quoniam gemini essent, nec ætatis uerecundia discrimen facere possent: ut dii in quorum tutela ea loca essent, auguribus legerent qui nomen nouæ urbi daret, qui conditam imperio regeret. Palatinum Romulus, Remus Auentinum ad inaugurandum templa capiunt. priori Remo augurium uenisse fertur, sex uultures. iamque nuntiato augurio, cum duplex numerus Romulo se ostendisset, utrunque regem sua multitudo consalutauerat. tempore illi præcepto, at hi numero auium regnum trahebant. Inde cum altercatione congressi certamine irarum ad cædem uertuntur. ibi in turba ictus Remus cecidit. Vulgatiores fama est: ludibrio fratris Remum novos transfuisse muros: inde ab irato Romulo, cum uerbis quoque increpitans adiecisset: sic deinde, quicumque alius transfiliet mœnia mea: interfectum. Ita solus potitus imperio Romulus: condita urbs conditoris nomine appellata. Palatinum primum, in quo ipse erat educatus, munij. sacra dijs alijs Albano ritu, Græco Herculi, ut ab Euandro instituta erant, facit. Herculem in ea loca Geryone interempto boues mira specie abegisse memorant, ac prope Tyberim fluuium, quæ præ se armentum agens nando traiecerat: loco herbido, ut quiete & pabulo læto reficeret boues, & ipsum fessum uia procubuisse. ibi cum eum cibo uinoque grauatum sopor oppressisset: pastor accola eius loci nomine Cacus, ferox uiribus, captus pulchritudine bouum, cum auertere eam prædam uellet: quia, si agendo armentum in speluncam compulisset, ipsa uestigia quærentem dominum eò deductura erant: auersos boues eximium quenque pulchritudine, caudis in speluncam traxit. Hercules ad primam auroram somno excitus cum gregem perlustrasset oculis, & partem abesse numero sensisset, pergit ad proximam speluncam: si forte eò uestigia ferrent. quæ ubi omnia foras uersa uidit, nec in partem aliam ferre: confusus atque incertus animi ex loco infesto agere porro armentum ocepit. Inde cum actæ boues quædam ad desiderium (ut fit) relictarum mugissent: reddita inclusarum ex spelunca bouum uox Herculem conuertit. quem cum uadentem ad speluncam Cacus ui prohibere conatus esset: ictus claua, fidem pastorum nequicquam inuocans morte occubuit. Euander tum ea, profugus ex Peloponneso, autoritate magis quam imperio regebat loca: uenerabilis uir miraculo literarum, rei nouæ inter rudes artium homines: uenerabilior diuinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam aduentum miratæ hæ gentes fuerant. is tum Euander concursu pastorum trepidantium circa aduenam manifestæ reum cædis excitus, postquam facinus facinorisque causam audiuit: habitum formamque uiri aliquantum ampliolem augustiolemque humana intuens, rogat, qui uir esset? ubi nomen patremque ac patriam accepit: Ioue nate Hercules salue, inquit. te mihi mater ueridica interpretres deum aucturum cœlestium numerum cecinit: tibi que aram hic dicatum iri, quam opulentissima olim in terris gens maximam uocet, tuoque ritu colat. Dextra Hercules data accipere se omen, impleturumque fata, ara condita atque dicata, ait. Ibi tum primum boue eximia capta de grege, sacrum, adhibitis ad ministerium dapemque Potitibus ac Pinarijs, quæ tum familiaræ maxime inclytæ ea loca incolebant, factum. Forte ita euenit, ut Potitij ad tempus præsto essent, ijs que exta apponerentur: Pinarij extis ad cæteram uenirent dapem. inde institutum mansit, donec Pinarium gens fuit, ne extis solennibus uescerentur. Potitij ab Euandro edocti antistites sacri eius per multas ætates fuerunt, donec tradito seruis publicis solenni familiaræ ministerio, genus omne Potitorum interiit. Hæc tum sacra Romulus una ex omnibus peregrina suscepit, iam tum immortalitatis uirtute partæ, ad quam eum sua fata ducebant, fautor. Rebus diuinis rite perpetratis, uocataque ad concilium multitudine, quæ coalescere in populi unius corpus nulla re, præterquam legibus poterat, iura dedit. quæ ita sancta generi hominum agresti fore ratus, si se ipse uenerabilem insignibus imperij fecisset, cum cætero habitu se augustiolem, tum maxime lictoribus duodecim sumptis fecit, alij ab numero auium quæ

augurio

augurio regnum portenderant, cum secutum numerum putant. me haud pœnitet eorum sententia esse: quibus & apparitores & hoc genus ab Hetruscis finitimis, unde sella curulis, unde toga prætexta sumpta est: numerum quoque ipsum ductum placet: & ita habuisse Hetruscos, quod ex duodecim populis communiter creato rege, singulos singuli populi lictores dederint. Crescebat interim urbs munitionibus, alia atque alia appetendo loca: cum in spem magis futuræ multitudinis, quàm ad id quod tum hominum erat, munitent: deinde, sic uana urbis magnitudo esset: adiiciendæ multitudinis causa, uetere consilio condentium urbes, qui obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem, natam è terra sibi prolem mentiebantur: locum qui nunc septus densis sentibus inter duos lucos est, asyllum aperit. eò ex finitimis populis turba omnis, sine discrimine liber an feruus esset, auida nouarum rerum persequitur. idcirco primum ad cœptam magnitudinem roboris fuit. Cum iam uirium haud pœniteret, consilium deinde uiribus parat. centum creat senatores: siue quia is numerus satis erat: siue quia soli centum erant, qui creati patres possent. patres certe ab honore, patricique progenies eorum, appellati. iam res Romana adeo erat ualida, ut cuilibet finitimarum ciuitatum bello par esset. sed penuria mulierum hominis ætatem duratura magnitudo erat. quippe quibus nec domi spes prolis, nec cum finitimis connubia essent. Tum ex consilio patrum Romulus legatos circa uicinas gentes misit: qui societatem connubiumque nouo populo peterent. Vrbes quoque, ut cætera, ex infimo nasci: deinde quas sua uirtus ac dii iuuent, magnas opes magnumque nomen sibi facere. satis scire origini Romanæ & deos affuisse, & non defuturam uirtutem, proli de ne grauarentur homines cum hominibus sanguinem & genus miscere. Nusquam benigne legatio audita est: adeo simul omnes spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant. à plerisque rogitantibus dimissi, ecquod sceminis quoque asyllum aperuissent: id enim demum compar connubium fore. Ægre id Romana pubes passa: & haud dubie ad uim spectare res cœpit. cui tempus locumque aptum ut daret Romulus, ægritudine animi dissimulans, ludos ex industria parat Neptuno equestri solennes: Consualia uocat. Indici deinde finitimis spectaculum iubet. quantoque apparatu tum sciebant aut poterant, concelebrant: ut rem claram expectatamque facerent. Multi mortales conuenere studio etiam uidendæ nouæ urbis: maxime proximi quique, Ceninenses, Crustumini, Antemnates. iam Sabinorum omnis multitudo cum liberis ac coniugibus uenit. inuitati hospitaliter per domos, cum situm moeniaque & frequentem tectis urbem uidissent: mirantur tam breui rem Romanam creuisse. Vbi spectaculi tempus uenit, deditaque eò mentes cum oculis erant: tum ex composito orta uis: signoque dato iuuentus Romana ad capiendas uirgines discurrit. magna pars forte ut in quem quæque inciderat, raptæ, quasdam forma excellentes primoribus patrum destinatas ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deterebant. Vnam longe ante alias specie ac pulchritudine insignem à globo Talassij cuiusdam raptam ferunt: multisque sciscitantibus cuiam eam ferrent, identidem, nequis uiolaret, Talassio ferri clamitatum: inde nuptialem hanc uocem factam. Turbato per metum ludicro, mœsti parentes uirginum profugiunt, incusantes uiolati hospitij scdus, deumque inuocantes, cuius ad solenne ludosque per fas ac fidem decepti uenissent. Nec raptis aut spes de se melior, aut indignatio est minor. sed ipse Romulus circumibat docebatque, patrum id superbia factum, qui connubium finitimis negassent. illas tamen in matrimonio in societate fortunarum omnium ciuitatisque, & quo nihil carius humano generi sit, liberum fore. mollirent modo iras, & quibus fors corpora dedisset, darent animos. sæpe ex iniuria postmodum gratiam ortam: eoque melioribus usuris uiris, quod annexurus pro se quisque sit, ut cum sua uice functus officio sit: parentum etiam patriæque expleat desiderium. accedebant blanditiæ uirorum factum purgantium cupiditate atque amore: quæ maxime ad muliebrem ingenium efficaces preces sunt. iam admodum mitigati animi raptis erant. At raptarum parentes tum maxime sordida ueste, lachrymisque & querelis ciuitates concitabant: nec domi tantum indignationes continebant, sed congregabantur undique ad Titum Tatium regem Sabinorum: & legationes eò, quod maximum Tatiij nomen in his regionibus erat, conueniebant. Ceninenses Crustuminique & Antemnates erant, ad quos eius in

iuriæ pars pertinebat: lente agere ijs Tatijs Sabinicq; uisi sunt. Ipsi inter se tres populi commu-
 niter bellum parant. nec Crustumini quidem atque Antemnates pro ardore, itaq; Ceninen-
 sium facis se impigre mouent. ita per seipsum nomen Ceninum in agrum Romanum impe-
 tum facit: sed effuse nastantibus fit obuius cum exercitu Romulus, leuicq; certamine docet ua-
 nam sine uiribus iram esse: exercitum fundit fugatq;, fufum persequitur: regem in prælio ob-
 truncat & spoliat: duce hostium occiso, urbem primo impetu capit. Inde exercitu uictore redu-
 cto, ipse cum factis uir magnificus, tum factorū ostentator haud minor, spolia ducis hostium
 cæsi suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens in Capitolium ascendit: ibicq; ea cum ad quer-
 cum pastoribus sacram deposuisset, simul cum dono designauit templo Iouis fines, cogno-
 menq; addidit deo: Iupiter Feretri, inquit, hæc tibi uictor Romulus rex regia arma fero, tem-
 plumq; ijs regionibus quas modo animo metatus sum, dedico: sedem opimis spolijs que regi-
 bus ducibusq; hostiū cæsis me autorem sequentes posterius ferent. Hæc templi est origo, quod
 primum omnium Romæ sacratum est. ita deinde dijs uisum, nec irritam conditoris templi uo-
 cem esse, qua laturos eò spolia posteros nuncupauit: nec multitudine cōpotum eius doni uul-
 gari laudem. bina postea inter tot annos, tot bella opima parta sunt spolia. adeo rara eius for-
 tuna decoris fuit. Dum ea ibi Romani gerunt, Antemnatium exercitus per occasionem ac soli-
 tudinem hostiliter in fines Romanos incursionem facit. raptim & ad hos Romana legio du-
 cta palantes in agris oppressit. fusi sunt igitur primo impetu & clamore hostes: oppidum ca-
 ptum, duplicicq; uictoria ouantem Romulum Herfilia coniunx precibus raptarum fatigata,
 orat ut parentibus earum det ueniam, & in ciuitatem accipiat. ita rem coalescere cōcordia pos-
 se. facile impetratum. Inde contra Crustuminos profectus, bellum inferentes. ibi minus etiam
 quod alienis cladibus ceciderant animi, certaminis fuit. utroq; coloniæ missæ, plures inuēti, qui
 propter ubertatem terræ in Crustuminiū nomina darent. & Romam inde frequenter migra-
 tum est à parentibus maxime ac propinquis raptarum. Nouissimum ab Sabinis bellum or-
 tum, multoq; id maximum fuit. nihil enim per iram aut cupiditatem actum est. nec ostende-
 runt bellum prius quàm intulerunt: consilio etiam additus dolus. Sp. Tarpeius Romæ præ-
 erat arci. huius filiam uirginem auro corrumpit Tatijs, ut armatos in arcem accipiat. aqua for-
 te ea tum sacris extra mœnia petitum ierat. accepti obrutam armis necauerunt: seu ut ui capta po-
 tius arx uideretur, seu prodendū exempli causa: nequid usquam fidum proditori esset. additur
 fabulæ, quod uulgo Sabini aureas armillas magni ponderis brachio læuo, gemmatosq; ma-
 gna specie annulos habuerint: pepigisse eam quod in sinistris manibus haberent. eo scuta illi
 pro aureis donis cōgesta. Sunt qui eam ex pacto tradendū, quod in sinistris manibus esset, de-
 creto arma petisse dicant: & fraude uisam agere, sua ipsam peremptā mercede. tenuere tamen
 arcem Sabini. atque inde postera die, cum Romanus exercitus instructus, quod inter palati-
 num capitulinumq; collem campi est, compleisset: nō prius descenderunt in equum, quàm ira
 & cupiditate recuperandæ arcis stimulante animos in aduersum Romani subiere. Principes
 utrinq; pugnam ciebant: ab Sabinis Metius Curtius, ab Romanis Hostius Hostilius. hic rem
 romanam iniquo loco ad prima signa animo atq; audacia sustinebat. Ut Hostius cecidit, con-
 festim Romana inclinatur acies: fusaq; est ad ueterem portam palatij. Romulus & ipse turba
 fugientium actus, arma ad cœlum tollens: Iupiter tuis, inquit, iussus auibus hic in palatino pri-
 ma urbi fundamenta ieci. arcem iam scelere emptam Sabini habent. inde huc armati superata
 media ualle tendunt. at tu pater deum hominumq;, hinc saltem arce hostes: deme terrorem
 Romanis, fugamq; scdam siste. hic ego tibi templum Statori Ioui, quod monimētum sit po-
 steris, tua præsentī ope seruata urbem esse, uoueo. Hæc precatus, ueluti sensisset auditas pre-
 ces: hinc, inquit, Romani Iupiter optimus maximus resistere atque iterare pugnam iubet. resti-
 tere Romani, tanquam cœlesti uoce iussi. ipse ad primores Romulus prouolat. Metius Cur-
 tius ab Sabinis princeps ab arce decurrerat, & effusos egerat Romanos, toto quantum foro
 spatium est. nec procul iam à porta palatij erat, clamitans. uicimus perfidos hospites, imbelles
 hostes. iam sciunt longe aliud esse uirgines rapere, aliud pugnare cum uiris. in eum hæc glo-
 riantem cum globo ferocissimorum iuuenum Romulus impetū facit. ex equo tum forte Me-
 tius pu-

etus pugnabat: eo pelli facilius fuit. pulsū Romani persequuntur. & alia Romāna acies audacia regis accensa, fundit Sabinos. Metius in paludem sese strepitu sequentium trepidante equo coniecit. auerteratq; ea res etiam Sabinos tanti periculo uiri. Et ille quidem annuentibus ac uocantibus suis, fauore multorum addito animo, euadit. Romani Sabiniq; in media conualle duorum montium redintegrant praelium. sed res Romana erat superior. Tum Sabinæ mulieres, quarum ex iniuria bellum ortum erat: crinibus passis scissaq; ueste, uicto malis muliebri pauore, ausæ se inter tela uolantia inferre: ex transuerso impetu facto, dirimere infestas acies, dirimere iras: hinc patres, hinc uiros orantes, ne se sanguine nefando soceri generiq; respergerent: ne patricio macularent partus suos: nepotum illi, liberam hi progeniem, si affinitatis inter uos, si connubij piget, in nos uertite iras. nos causa belli, nos uulcerum ac cædium uiris ac parentibus sumus. melius peribimus, quam sine alteris uestrum uiduæ, aut orbæ uiuamus. Mouet res tum multitudinem, tum duces. silentium & repentina fit quies. inde ad fœdus faciendum duces prodeunt: nec pacem modo, sed ciuitatem unam ex duabus faciunt: regnum consociant, imperium omne conferunt Romam. Ita geminata urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites à Curibus appellati. monumentum eius pugnæ, ubi primum ex profunda emersus palude equum Curtius in uado statuit: Curtium lacum appellarunt. Ex bello tam tristi læta repente pax cariores Sabinas uiris ac parentibus, & ante omnes Romulo ipsi fecit. Itaque cum populum in curias triginta diuideret, nomina earum curijs imposuit. id non traditur, cum haud dubie aliquanto numerus maior hoc mulierum fuerit: ætate, an dignitatibus suis uirorumue, an sorte lectæ sint, quæ nomina curijs darent. Eodem tempore & centuriæ tres equitum conscriptæ sunt, Ramnenses ab Romulo, ab Tito Tatius Titenses appellati. Lucerum nominis & originis causa incerta est. inde non modo commune, sed concors etiam regnum duobus regibus fuit. Post aliquot annos propinqui regis Tati legatos Laurentium pulsant. cumq; Laurentes iure gentium agerent, apud Tatum gratia suorum, & preces plus poterant. igitur illorum pœnam in se uertit: nam Lauinij, cum ad solenne sacrificium eò uenisset, concursu facto interficitur. eam rem minus ægre quam dignum erat, tulisse Romulum ferunt: seu ob infidam societatem regni, seu quia haud iniuria cæsum credebat. Itaque bello quidem abstinuit. ut tamen expiarentur legatorum iniuriæ, regisq; cædes: fœdus inter Romam Lauiniumq; urbes renouatum est. Et cum his quidem insperata pax erat, aliud multo propius, atque in ipsis propè portis bellum ortum. Fidenates nimis uicinas propè se conualescere opes rati, prius quam tantum roboris esset, quantum futurum apparebat, occupant bellum facere. iuuentute armata immissa, trahuntur agri quod inter urbem ac Fidenas est. inde ad læuam uersi, quia dextra Tyberis ardebat: cum magna trepidatione agrestium populantur. tumultusq; repens ex agris in urbem illatus pro nuntio fuit. excitus Romulus (neque enim dilationem pati tam uicinum bellum poterat) exercitum educit: castra à Fidenis mille passuum locat. ibi modico præsidio relicto, egressus omnibus copijs, partem militum locis circa densa obsita uirgulta obscuris subside in insidijs iussit. cum parte maiore atque omni equitatu profectus, id quod quærebat, tumultuoso & minaci genere pugnæ obequitando ipsis propè portis hostem exciuit. fugæ quoque quæ simulanda erat, eadem equestris pugna causam minus mirabilem dedit. & tum uelut inter pugnæ fugæq; consilium trepidante equitatu pedes quoque referret gradum, plenis repente portis effusi hostes, impulsæ Romana acie, studio instandi sequendiq; trahuntur ad locum insidiarum. inde subito exorti Romani transuersam inuadunt hostium aciem. addunt pauorem mota è castris signa eorum qui in præsidio relicti fuerant. ita multiplici terrore perculsi Fidenates, prius penè quam Romulus, quiq; cum eo equites erant, circumagerent frenis equos, terga uertunt: multoq; effusius, quippe uera fuga, qui simulantes pauloante secuti erant, oppidum repetebant. non tamen eripuerunt se hosti. Hærens in terga Romanus, prius quam fores portarum obijcerentur, uelut agmine uno irrumptit. Belli Fidenatis contagione irritati Veientiū animi: & consanguinitate, nam Fidenates quoq; Hetrusci fuerunt: & quod ipsa propinquitas loci, si Romana arma omnibus infesta finitimis essent, stimu-

labat. in fines Romanos excurrerunt, populabundi magis quàm iusti more belli. Itaque non castris positis, non expectato hostium exercitu, raptam ex agris prædam portantes, Veios rediere. Romanus contra, postquam hostem in agris non inuenit: dimicationi ultimæ instructus intentusq; Tyberim trãsit, quem postquam castra ponere, & ad urbem accessurum Veientes audiuerunt: obuiam egressi, ut potius acie decernerent, quàm inclusi de tectis mœnibusq; dimicarent. ibi uiribus nulla parte adiuris, tantum ueterani robore exercitus rex Romanus uicte persecutusq; fusos ad mœnia hostes, urbe ualida muris ac situ ipso munita abstinuit. agros rediens uastat, ulciscendi magis quàm prædæ studio. eaq; clade haud minus quàm aduersa pugna subacti Veientes pacem pctitum oratores Romam mittunt. agrî parte multatis in centum annos induciæ datæ. Hæc fermè Romulo regnante domi militiaq; gesta, quorum nihil absolum fidei diuinæ originis, diuinitatisq; post mortem creditæ, fuit: non animus in regnò uitio recuperando: non condendæ urbis consilium, non bello ac pace firmandæ. ab illò enim profecto uiribus datis tantum ualuit, ut in quadraginta deinde annos tutam pacem haberet. multitudini tamen gratior fuit quàm patribus: longe ante alios acceptissimus militum animis. trecentosq; armatos ad custodiam corporis, quos celeres appellauit, non in bello solum, sed etiam in pace habuit. His immortalibus editis operibus, cum ad exercitum recensendum cõtionem in campo ad Capræ paludē haberet: subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusq; tam denso regem operuit nimbo, ut conspectum eius contioni abstulerit. nec deinde in terris Romulus fuit. Romana pubes sedato tandem pauore, postquam ex tam turbido die serena & tranquilla lux redijt: ubi uacuum sedem regiam uidit: etsi satis credebat patribus, qui proximi steterant, sublimem raptum procella: tamen uelut orbitatis metu iccta, mœstum aliquandiu silentium obtinuit. deinde à paucis initio factò, deum deo natum, regem parentemq; urbis Romanae saluere uniuersi Romulum iubent, pacem precibus exposcunt, uti uolens propitius suam semper sospitet progeniẽ. Fuisse credo tum quoq; aliquos, qui disceptum regem patrum manibus taciti arguerent. manauit enim hæc quoq;, sed per obscura fama. illam alteram admiratio uiri, & pauor præsens nobilitauit. consilio etiam unius hominis addita rei dicuntur fides. namq; Proculus Iulius sollicita ciuitate desiderio regis & infensa patribus, grauis, ut traditur, quãuis magnæ rei autor, in contionem prodit. Romulus, inquit, Quirites parens urbis huius prima hodierna luce cælo repente delapsus se mihi obuium dedit. cum perfusus horrore uenerabundusq; astitisset, petens precibus, ut contra intueri fas esset: abi, nuntia, inquit, Romanis cœlestes ita uelle, ut mea Roma caput orbis terrarum sit. proinde rem militarem colant, sciantq; & ita posteris tradant: nullas opes humanas armis Romanis resistere posse. hæc, inquit, locutus, sublimis abiit.

Mirum, quantum illi uiro nuntianti hæc fides fuerit: quamq; desiderium Romuli apud plebem exercitumq; facta fide immortalitatis, lenitum sit. Patrum interim animos certamen regni ac cupiditas uersabat. nec dum à singulis, quia nemo magnopere eminebat in nouo populo, perueniant factiones. inter ordines certabatur. oriundi ab Sabinis, ne, quia post Tatij mortem ab sua parte non erat regnatum in societate æqua, possessionem imperij amitterent, sui corporis creati regem uolebant. Romani ueteres peregrinum regem aspernabantur. in uarijs uoluntatibus, regem tamen omnes uolebant, libertatis dulcedine nondum experta. Timor deinde patres incessante ciuitatem sine imperio, exercitum sine duce, multarum circa ciuitatum irritatis animis uis aliqua externa adoriretur. & esse igitur aliquod caput placebat: & nemo alteri concedere in animum inducebat. itaq; rem inter se centum patres decem decurijs factis, singulisq; in singulas decurias creatis, qui summæ rerum præessent, confociant. decem imperitabant, unus cum insignibus imperij & licTORIBUS erat. quinque dierum spatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat: annumq; interuallum regni fuit. id ab re, quod nunc quoq; tenet nomen, interregnum appellatum. Fremere deinde plebs multiplicatam seruitutem: centum pro uno dominos factos. nec ultra, nisi regem, & ab ipsis creatum uidebantur passuri. Cum sensissent ea moueri patres, offerendum ultro rati quod amissuri erant, ita gratiam ineunt, summa potestate populo permissa, ut non plus darent iuris quàm detinerent. decreuerunt enim, ut cum populus regem iussisset, id sic ratum esset, si patres autores fierent. hodieq; in legibus magistratibus que rogandis

rogandis usurpatur idem ius, ut ademptum: priusquam populus suffragium ineat, in incertum comitorum euentum patres autores fiunt. Tum interrex contione aduocata, Quod bonum, faustum felixque sit, inquit, Quirites regem create. ita patribus uisum est. patres deinde, si dignum qui secundus ab Romulo numeretur, crearetis, autores fient. Adeo id gratum plebi fuit: ut, ne uicti beneficio uiderentur, id modo sciscerent iuberentque, ut senatus decerneret, qui Romae regnaret. Inclyta iustitia, religioque ea tempestate Numae Pompilij erat. Curibus Sabinis habitabat consultissimus uir, ut in illa quisquam aetate esse poterat, omnis diuini atque humani iuris. Autorem doctrinae eius, quia non extat alius, falso Samium Pythagoram edunt: quem Seruio Tullo regnante Romae centum amplius post annos, in ultima Italiae ora circa Metapontum Heracleamque, & Crotonem iuuenum aemulantium studia coetus habuisse constat. ex quibus locis, etsi eiusdem aetatis fuisset: quae fama in Sabinos, aut quo linguae commercio quenquam ad cupiditatem discendi exciuisset? quoue praesidio unus per tot gentes dissonas sermone, moribusque peruenisset? Suapte igitur ingenio temperatum animum uirtutibus fuisse opinor magis: instructumque non tam peregrinis artibus, quam disciplina tertrica, ac tristi ueterum Sabinorum: quo genere nullum quondam incorruptius fuit. Audito nomine Numae patres Romani, quanquam inclinari opes ad Sabinos rege inde sumpto uidebantur: tamen neque se quisquam, nec factionis suae alium, nec denique patrum aut ciuium quenquam praefere illi uiro ausi, ad unum omnes Numae Pompilio regnum deferendum decernunt. Accitus, sicut Romulus augurato in urbe condenda regnum adeptus est, de se quoque deos consulit iussit. inde ab augure, cui deinde honoris gratia publicum id perpetuumque sacerdotium fuit: deductus in arcem, in lapide ad meridiem uersus confedit. augur ad laeuam eius capite uelato sedem cepit, dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens: quem lituum appellauerunt. inde ubi prospectu in urbem agrumque capto, deos precatus, regiones ab oriente ad occasum determinauit: dexteris ad meridiem partes, laeuasque ad septentrionem esse dixit: signum contra quod longissime conspectum oculi ferebant, animo finiuit: tum lituo in laeuam manum translato, dextra in capite Numae imposita, precatus est ita. Iupiter pater, si est fas hunc Numam Pompilium, cuius ego caput teneo, regem Romae esse, ut tua signa nobis certa ac clara sint inter eos fines, quos feci. Tum peregit uerbis auspicia quae mitti uellet. quibus missis, declaratus rex Numa de templo descendit. qui regno ita potitus, urbem nouam conditam ui & armis, iure eam legibusque ac moribus de integro condere parat. quibus cum inter bella assuescere uideret non posse: quippe efferatis militia animis: mitigandum ferocem populum armorum desuetudine ratus, Ianum ad infimum Argiletum indicem pacis bellique fecit: apertus ut in armis esse ciuitatem, clausus pacatos circa omnes populos significaret. Bis deinde post Numae regnum clausus fuit: semel T. Manlio consule, post punicum primum perfectum bellum: iterum, quod nostrae aetati deum dederunt ut uideremus, post bellum Aetia cum ab imperatore Caesare Augusto pace terra marique parta. Clauso eo, cum omnium circa finitimorum societate ac foederibus iunisset animos: positus externorum periculorum curis ne luxuriarent ocio animi: quos metus hostium disciplinaeque militaris continerat: omnium primum rem ad multitudinem imperitam, & illis seculis rudem, efficacissimam, deorum metum injiciendum ratus est. qui cum descendere ad animos sine aliquo commento miraculi non posset: simulat sibi cum dea Aegeria congressus nocturnos esse: eius se monitu, quae acceptissima deus essent, sacra instituire: sacerdotes suos cuique deorum praeficere. atque omnium primum ad cursum lunae in duodecim menses describit annum. quem, quia tricenos dies singulis mensibus luna non explet: desuntque dies solido anno, qui solstitiali circumagitur orbe: intercalares mensibus interponendo ita dispensauit, ut uigesimoquarto quoque anno ad metam eandem solis, unde orsi essent, plenis annorum omnium spatij dies congruerent. Idem nefastos dies fastosque fecit, quia aliquando nihil cum populo agi utile futurum erat. Tum sacerdotibus creandis animum adiecit, quanquam ipse plurima sacra obibat: ea maxime quae nunc ad dialem flaminem pertinent. sed quia in ciuitate bellicosa plures Romuli quam Numae similes reges putabat fore, iturosque ipsos ad bella, ne sacra regiae uicis deleceretur

defererentur, flaminem Ioui assiduam sacerdotem creauit: insignique eum ueste, & curuli regia sella adornauit. huic duos flamines adiecit: Marti unum, alterum Quirino. Virginesque Vestæ legit: Alba oriundum sacerdotium, & genti conditoris haud alienum. his, ut assidue templi antistites essent, stipendium de publico statuit: uirginitate alijs que cærimonijs uenerabiles ac sanctas fecit. Salios item duodecim Marti Gradiuo legit, tunicaque pictæ insigne dedit, & super tunicam æneum pectori tegumen. cœlestiaque arma quæ ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudijs solennijs saltatu iussit. Pontificem deinde Numa Marcium Marci filium ex patribus legit: eique omnia exscripta exsignataque attribuit: quibus hostijs, quibus diebus ad quæ templa sacra fierent: atque unde in eos sumptus pecunia erogaretur. cætera quoque omnia publica priuataque sacra pōtificis scitis subiecit: ut esset quò consultum plebs ueniret: nequid diuini iuris negligendo patrios ritus, peregrinos que asciscendo turbaretur. nec cœlestes modo cærimonias, sed iusta quoque funebria, placandos que manes ut idem pontifex edoceret: quæque prodigia fulminibus, alioue quo uisu missa susciperentur, atque curarentur: ad ea elicienda ex mentibus diuinis Ioui Elicio aram in Auentino dicauit: deum que consuluit augurijs quæ suscipienda essent. ad hæc consultanda procurandaque, multitudine omni à ui & armis conuersa, & animi aliquid agendo occupati erant: & deorum assidua insidens cura, cum interesse rebus humanis cœleste numen uideretur, ea pietate omnium pectora imbuerat: ut fides ac iusiurandum propulso legum ac pœnarum metu ciuitatem regerent. & cum ipsi se homines in regis, uelut unici exempli, mores formarent: tum finitimi etiam populi, qui ante castra, non urbem positam in medio ad sollicitandam omnium pacem crediderant: in eam uerecūdiam adducti sunt, ut ciuitatem totam in cultum uersam deorum, uiolari ducerent nefas. Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua. quò quia se persæpe Numa sine arbitris, uelut ad congressum deæ inferbar: cancenis eum lucum sacrauit, quod earum sibi concilia cum coniuge sua Ægeria essent: & soli fidei solenne instituit. ad id sacrarium flamines bigis curru arcuato uehi iussit, manuque ad digitos usque inuoluta rem diuinam facere: significantes fidem tutandam, sedemque eius etiam in dextris sacratam esse. Multa alia sacrificia, locaque sacris faciendis, quæ Argeos pontifices uocant, dedicauit. omnium tamen maximum eius operum fuit tutela per omne regni tempus haud minor pacis quam regni. Ita duo deinceps reges, alius alia uia, ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt. Romulus septē & triginta regnauit annos: Numa tres & quadraginta. Tum ualida, tum temperata & belli & pacis artibus erat ciuitas. Numæ morte ad interregnum res redijt. Inde Tullum Hostilium nepotem Hostilij, cuius in infima arce clara pugna aduersus Sabinos fuerat, regem populus iussit. patres autores facti. Hic non solum proximo regi dissimilis, sed ferocior etiam Romulo fuit: tum ætas uires que, tum auita quoque gloria animum stimulabat. Senescere igitur ciuitatem ocio ratus, undique materiam excitandi belli quærebat. Forte euenit, ut agrestes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano prædas inuicem agerent. imperitabat tum C. Cluilius Albæ. utrinque legati ferè sub idem tempus ad res repetendas missi. Tullus præceperat suis, ne quid prius quam mandata agerent. satis sciebat negaturum Albanum: ita pie bellum indici posse. ab Albanis socordius res acta. excepti hospitio ab Tullo blande ac benigne, comiter regis conuiuium celebrant. tantisper Romani & res repetuerant priores: & neganti Albano bellum in trigessimum diem indixerant. Hæc renuntiant Tullo. Tum legatis Tullus dicendi potestatem quid petentes uenerint, facit. illi omnium ignari, primum purgādo terūt tempus. Se inuitos quicquam, quod minus placeat Tullo, dicturos, sed imperio subigi. res repetitum se uenisse: ni reddantur, bellum indicere iussos. Ad hæc Tullus, nuntiate, inquit, regi uestro: regem Romanum deos sacere testes: uter prius populus res repetentes legatos aspernatus dimiserit, ut in eum omnes expetāt huiusce clades belli. Hæc nuntiant domū Albani. Et bellum utrinque summa ope parabat, ciuili simillimū bello, propè interparentes natosque, Troianā utranque prolem, cum Lauiniū ab Troia, ab Lauinio Alba, ab Albanorū stirpe regū oriundi Romani essent. Euentus tamen belli minus miserabilem dimicationem fecit: quod nec acie certatū est, & rectis modo dirutis alterius urbis, duo populi in unum confusi sunt

si sunt. Albani priores ingenti exercitu in agrum Romanum impetum fecere. castra ab urbe haud plus quinque millia passuum locant, fossa circumdant. fossa Cluilia ab nomine ducis per aliquot secula appellata est, donec cum re nomē quoque uetustate aboleuit. in his castris Cluilius Albanus rex moritur. dictatorem Albani Metium Suffetium creant. Interim Tullus ferrox præcipue morte regis, magnumq; deorum numen ab ipso capite orsum, in omne nomen Albanum expetiturum Pœnas ob bellum impium dictitans, nocte præteritis hostium castris, infesto exercitu in agrum Albanum pergit. Ea res ab stantiis exciuit Metium. ducit quàm proxime ad hostem potest. inde legatum præmissum nūtiare Tullo iubet, priusquam dimicent, opus esse colloquio: si secum congressus sit, satis scire ea se allaturum, quæ nihilo minus ad rem Romanā quàm ad Albanam pertineant. haud aspernatus Tullus, tametsi uana afferebantur, suos in aciem educit. exeunt cōtra & Albani. Postquam instructi utrinq; stabant, cum paucis procerum in medium duces procedunt. ibi insit Albanus. Iniurias & non redditas res ex fœdere quæ repetitæ sunt: & ego regem nostrum Cluilium causam huiusce esse belli audisse uideor: nec te dubito Tulle eadem præ te ferre. sed si uera potius quàm dictu speciosa dicenda sunt, cupido imperij duos cognatos uicinosq; populos ad arma stimulat. neq; recte, an perperā interpretor: fuerit ista eius deliberatio, qui bellum suscepit. me Albani gerēdo bello ducem creauere. Illud te Tulle monitū uelim: hetrusca res, quāta circa nos teq; maxime sit, quo propiores uos, hoc magis scis. multum illi terra, plurimū mari pollent. memor esto iam cum signum pugnæ dabis, has duas acies spectaculo fore: ut fessos confectosq;, simul uictorem ac uictum aggreantur. Itaq; si nos dii amant, quoniam non contenti libertate certa, in dubiam imperij se uitijq; aleam imus: ineamus aliquam uiam, qua utri utris imperēt, sine magna clade, sine multo sanguine utriusq; populi decerni possit. Haud displicet res Tullo, quanquā tum indole animi, tum spe uictoriæ ferocior erat. Quæritibus utrinq; ratio initur, cui & fortuna ipsa præbuit materiam. Forte in duobus rum exercitibus erāt trigemini fratres, nec ætate nec uiribus dispareres. Horatios Curiatiosq; fuisse satis constat, nec fermè res antiqua alia est nobilior. tamē in re tam clara nominum error manet, utrius populi Horatij, utrius Curiatij fuerint. autores utroq; trahunt. plures tamen inuenio, qui Romanos Horatios uocent. hos ut sequar, inclinatus animus. Cum trigeminis agunt reges, ut pro sua quisq; patria dimicent ferro. ibi imperiū fore, unde uictoria fuerit. nihil recusatur, tempus & locus conuenit. priusquā dimicarent, fœdus ictum inter Romanos & Albanos est his legibus, ut cuius populi ciues eo certamine uicissent, is alteri populo cum bona pace imperitaret. Fœdera alia alijs legibus, ceterū eodem modo omnia fiunt. Tum ita factum accepimus. nec ullius uetustior fœderis memoria est. fœcialis regem Tullum ita rogauit. Iubes ne me rex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? iubente rege Sagmina, inquit, te rex posco. rex ait. puram tollito. fœcialis ex arce graminis herbam puram attrulit: postea regem ita rogauit. rex, facis ne me tu regium nuntium populi Romani Quiritium? uasa comitesq; meos? Rex respondit. Quod sine fraude mea, populiq; Romani Quiritiū fiat, facio. Fœcialis erat M. Valerius. is patre patrato Sp. Fufium fecit, uerbena caput capillosq; tangens (pater patratus ad iusiurandum patrandū, id est sancendum fit) fœdus multisq; id uerbis, quæ longo effata carmine non operæ est referre, peragit. Legibus deinde recitatis, audi, inquit Iupiter, audi pater patratus populi Albani, audi tu populus Albanus: ut illa palam prima postrema ex illis tabulis ceraue recitata sunt sine dolo malo: utiq; ea hic hodie rectissime intellecta sunt: illis legibus populus Romanus prior non deficiet. si prior defexit publico consilio, dolo malo, tu illo die Iupiter populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam: tantoq; magis ferito, quanto magis potes pollesq;. id ubi dixit, porcum saxo silice percussit. Sua item carmina Albani, suumq; iusiurandum per suum dictatorem, suosq; sacerdotes peregerunt. Fœdere icto, trigemini, sicut cōuenerat, arma capiūt. Cum sui utrosq; adhortarentur: deos patrios, patriam ac parentes, quicquid ciuium domi, quicquid in exercitu sit, illorum tunc arma, illorum intueri manus: feroces & suo pte ingenio, & pleni adhortantium uocibus in medium inter duas acies procedunt. Confederant utrinque pro castris duo exercitus, periculi magis præsentis quàm curæ expertes. Quippe imperium agebatur, in tam paucorum uirtute

atq;

atq; fortuna positum . itaque ergo erecti suspensiq; in minime gratum spectaculum animo intenduntur . Datur signum: infestisq; armis , uelut acies , terni iuuenes magnorum exercituum animos gerentes concurrunt : nec his nec illis periculum suum , sed publicum imperium seruitiumq; obuersat animo , futuraq; ea deinde patriæ fortuna quam ipsi fecissent . Ut primo statim concursu increpuere arma , micantesq; fulsere gladij , horror ingens spectantes perstringit , & neutro inclinata spe torpebat uox spiritusq; . Confertis deinde manibus , cum iam non motus tantum corporum , agitatioq; anceps telorum armorumq; , sed uulnera quoq; & sanguis spectaculo essent : duo Romani , super alium alius , uulneratis tribus Albanis , expirantes corruunt . ad quorum casum cum conclamasset gaudio Albanus exercitus , Romanas legiones iam spes tota , nondum tamen cura deseruerat , exanimes uice unius , quem tres Curiatj circumsterat . Forte is integer fuit , ut uniuersis solus nequaquam par , sic aduersus singulos ferox : ergo , ut segregaret pugnam eorum , capessit fugam : ita ratus secururos , ut quenq; uulnere affectum corpus lineret . Iam aliquantum spatij ex eo loco , ubi pugnatum est , aufugerat , cum respiciens uidet magnis interuallis sequentes : unum haud procul ab se abesse . in eum magno impetu redijt . Et dum Albanus exercitus inclamat Curiatj , uti opem ferant fratri , iam Horatius caeso hoste uictor secundam pugnam petebat . tunc clamore qualis ex insperato pauetium solet , Romani adiuuant militem suum : & ille defungi prælio festinat . Prius itaq; quam alter qui nec procul aberat , consequi posset , & alterum Curiatium conficit . Iamq; æquato Marte singuli supererant , sed nec spe , nec uiribus pares . alterum intactum ferro corpus , & geminata uictoria ferocem in certamen tertium dabant . alter fessum uulnere , fessum cursu trahens corpus , uictusq; fratru ante se strage , uictori obijcit hosti . nec illud prælium fuit . Romanus exultans , duos , inquit , fratru manibus dedi : tertium causam belli huiusce , ut Romanus Albano imperet , dabo . Male sustinenti arma gladiu superne iugulo defigit , iacentem spoliat . Romani ouantes ac gratulantes Horatium accipiunt , eo maiore cum gaudio , quo prope metum res fuerat . Ad sepulturam inde suorum nequaquam paribus animis uertuntur : quippe imperio alteri aucti , alteri ditionis alienæ facti . sepulchra extant , quo quisq; loco cecidit : duo Romana uno loco propius Albam , tria Albana Romam uersus , sed distantia locis , ut & pugnatu est . Priusquam inde digrederetur , roganti Metio ex fœdere icto quid imperaret , imperat Tullus : uti iuuentutem in armis habeat : usurum se eorū opera , si bellum cum Veientibus foret . ita exercitus inde domos abducti . Princeps Horatius ibat , trigemina spolia præ se gerens . cui soror uirgo , quæ desponsa uni ex Curiatj fuerat , obuia ante portam Capenā fuit : cognitoq; super humeros fratris paludamento sponsi quod ipsa confecerat , soluit crines , & flebiliter nomine sponsum mortuum appellat . Mouet feroci iuueni animum comploratio sororis in uictoria sua , tatoq; gaudio publico . Stricto itaq; gladio simul uerbis increpans transfigit puellam . Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum , inquit , oblita fratrum mortuorū uiuicq; , oblita patriæ . Sic eat quæcunque Romana lugebit hostem . Atrox uisum id facinus patribus plebiq; : sed recens meritum facto obstabat : tamen raptus in ius ad regem . Rex , ne ipse tam tristis ingratiq; ad uulgus iudicij , ac secundum iudicium supplicij autor esset : concilio populi aduocato , duumuiros , inquit , qui Horatio perduellionem iudicent secundū legem , facio . lex horrendi carminis erat . Duumuiri perduellionem iudicent . si à duumuiris prouocarit , prouocatione certato . si uincant , caput obnubito : infelici arbori recte suspendito : uerberato uel intra pomerium , uel extra pomerium . Hac lege duumuiri creati , qui se absoluerent non rebantur ea lege ne innoxium quidem posse , cum condemnassent : tum alter ex his , P. Horati tibi perduellionem iudico , inquit . licetor colliga manus . accesserat licetor , iniiciebatq; laqueū . tum Horatius autore Tullo clemente legis interprete , prouoco , inquit : ita de prouocatione certatum ad populum est . Moti homines sunt in eo iudicio , maxime P. Horatio patre proclamante , se filiam iure cæsam iudicare . ni ita esset , patrio iure in filium animaduersurum fuisse . orabat deinde , ne se , quem paulo ante cum egregia stirpe conspexissent , orbem liberis facerent . inter hæc senex iuuenem amplexus , spolia Curatorum fixa eo loco , qui nunc Pila Horatia appellatur , ostentans : hūccine aiebat , quem modo decora tum ouantemq; uictoria incedentem uidistis Quirites , eum sub furca uinctum inter uerba & crucia

& cruciatus uidere potestis: quod uix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent. Licetor, colliga manus, quæ pauloante armata imperium populo Rom. pepererunt. i caput obnube liberatoris urbis huius, arbori infelici suspende: uerba uel intra pomerium, modo inter illa pila, & spolia hostium: uel extra pomerium, modo intra sepulchra Curatorum. quò enim ducere hunc iuuenem potestis, ubi non sua decora eum à tanta fœditate supplicij uindictent? Non tulit populus nec patris lachrymas, nec ipsius pacem in omni periculo animu: absolueruntq; admiratione magis uirtutis, quàm iure causæ. Itaq; ut cædes manifesta, aliquo tamen piaculo lucretur, imperatum patri, ut filium expiaret pecunia publica. is quibusdam piacularibus sacrificijs factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt, transmissio per uiam tigillo, capite adoperto, uelut sub iugum misit iuuenem. id hodie publice quoq; semper resectum manet: sororium tigillum uocant. Horatiæ sepulchrum, quo loco corruerat icta, constructum est saxo quadrato. Nec diu pax Albana mansit. inuidia uulgi, quod tribus militibus fortuna publica commissa fuerit, uanū ingenium dictatoris corrumpit. & quoniam recta consilia haud bene euenerant, prauis reconciliare popularium animos cœpit. Igitur ut prius in bello pacem, sic in pace bellum quærens, quia suæ ciuitati animorum plus, quàm uirium cernebat esse, ad bellum palàm, atq; ex edicto gerendum alios concitat populos, suis per speciem societatis prodicionem referuat. Fidenates colonia Romana, Veientibus socijs consilij assumptis, pacto transitionis Albanorū, ad bellum atq; arma incitantur. Cum Fidenæ aperte descissent: Tullus Metio, exercituq; eius ab Alba accito, contra hostes ducit. ubi Anienem transijt, ad confluentes collocat castra. Inter eum locum, & Fidenas Veientium exercitus Tyberim transierat. Hi & in acie prope flumen tenuere dextrum cornu, in sinistro Fidenates propius montes consistunt. Tullius aduersus Veientem hostem dirigit suos, Albanos contra legionem Fidenatium collocat. Albano nō plus animi erat, quàm fidei: nec manere ergo, nec transire aperte ausus, sensim ad montes succedit. inde ubi satis subisse sese ratus est, erigit totam aciem, fluctuansq; animo, ut tereret tempus, ordines explicat. Consilium erat, quā fortuna rem daret, eā inclinare uires. Miraculo primo esse Romanis, qui proximi steterant, ut nudari latera sua sociorum digressu fenserunt. inde eques citato equo nuntiat regi, abire Albanos. Tullus in re trepida duodecim nouit salios, fanaq; Pallori, ac Pauori. equitem clara increpans uoce, ut hostes exaudirent, redire in prælium iubet. Nihil trepidatione opus esse: suo iussu circumduci Albanorū exercitum, ut Fidenatium nuda terga inuadat. Idem imperat, ut hastas equites erigere iubeat. Id factū magnæ parti peditum Romanorum conspectum abeuntis albani exercitus intersepsit. qui uiderant: id, quod ab rege auditum erat, rati, eo acrius pugnant. Terror ad hostes transit: & audiuerant clara uoce dictum: & magna pars Fidenatium, ut qui coloni additi Romanis essent, latine sciebant. Itaq; ne subito ex collibus decursu Albanorum intercluderentur ab oppido, terga uertunt. Instat Tullus, fusoq; Fidenatium cornu, in Veientem alieno pauore perculsum ferocior redit. nec illi tulere impetum, sed ab effusa fuga flumen obiectum à tergo arcebat. Quò postquam fuga inclinauit, alij arma fœde iactantes in aquam cæci ruebant: alij, dum cunctantur in ripis, inter fugæ pugnaq; consiliū oppressi. non alia ante Romana pugna atrocior fuit. Tum Albanus exercitus spectator certaminis deductus in campos. Metius Tullo deuictos hostes gratulatur. contra Tullus Metium benigne alloquitur. quod bene uertat, castra Albanos Romanis castris iungere iubet: sacrificium lustrale in diem posterum parat. Vbi illuxit, paratis omnibus, ut assolet, uocari ad contionem utrunq; exercitum iubet. præcones ab extremo orsi primos exciure Albanos. hi nouitate etiam rei moti, ut regem Romanum contionantem audirent, proximi constiterunt. ex composito armata circumdatur Romana legio. centurionibus datum negotium erat, ut sine mora imperia exequerentur. Tum ita Tullus inquit. Romani, si unquam ante aliis ullo in bello fuit, quod primum dijs immortalibus gratias ageretis, deinde uestre ipsorum uirtuti, hesternum id prælium fuit. dimicatum est enim non magis cum hostibus, quam (quæ dimicatio maior, ac periculosior est) cum prodicione ac perfidia sociorū. nam, ne uos falsa opinio teneat, iniussu meo Albani subire ad montes: nec imperium illud meum, sed consilium, & imperij simulatio fuit: ut nec uobis ignorantibus descri uos, auerteretur à cer-

b tamue

tamine animus: & hostibus circumueniri se ab tergo ratis, terror ac fuga iniiceretur. Nec ea culpa, quam arguo, omnium Albanorum est. ducem secuti sunt, ut & uos, siquod ego inde agmen declinare uoluisssem, fecissetis. Metius ille est ductor itineris huius, Metius idem huius machinator belli, Metius foederis Romani Albanique ruptor. audeat deinde talia alius, nisi in hunc insigne iam documentum mortalibus dedero. Centuriones armati Metium circumstant. rex caetera, ut orsus erat, peragit. Quod bonum, faustum, felixque sit populo Romano, ac mihi uobisque Albani, populum omnem Albanum Romam traducere in animo est: ciuitatem dare plebi, primores in patres legere: unam urbem, unam rempub. facere. ut ex uno quondam in duos populos diuisa Albana res est, sic nunc in unum redeat. Ad haec Albana pubes inermis ab armatis septa in uarijs uoluntatibus, communi tamen metu cogente, silentium tenet. tum Tullus, Meti Suffeti inquit, si ipse discere posses fidem ac foedera seruare, uiuo tibi ea disciplina a me adhibita esset. nunc quoniam tuum insanabile ingenium est, at tu tuo supplicio doce humanum genus ea sancta credere, quae a te uiolata sunt. ut igitur pauloante animum inter Fidenatem Romanamque rem ancipitem gessisti, ita iam corpus passim distrahendum dabis. Exinde duabus admotis quadrigis, in currus earum distentum illigat Metium. deinde in diuersum iter equi concitati, lacerum in utroque curru corpus, qua inhæserant uinculis membra, portantes. auertere omnes a tanta foeditate spectaculi oculos. Primum, ultimumque illud supplicium apud Romanos exempli paruum memoris legum humanarum fuit. in alijs gloriari licet, nulli gentium mitiores placuisse poenas. Inter haec iam praemissi Albam erant equites, qui multitudinem trauderent Romam. legiones deinde ductae ad diruendam urbem. quae ubi intrauere portas, non quidem fuit tumultus ille, nec pauor, qualis captarum esse urbium solet, cum effractis portis, stratis uel ariete muris, aut arce uel capta, clamor hostilis, & cursus per urbem armatorum omnia ferro flammaque miscet. sed silentium triste, ac tacita moestitia ita defixit omnium animos, ut praemetu oblitum quid relinquerent, quid secum ferrent, deficiente consilio, rogitantesque alij alios, nunc in liminibus starent, nunc errabundi domos suas, ultimum illud uisuri peruagarentur. Ut uero iam equitum clamor exire iubentium instabat: iam fragor tectorum, quae diruebantur, ultimis urbis partibus audiebatur, puluisque ex distantibus locis ortus, uelut nube inducta omnia impleuerat: raptim quibus quisque poterat elatis, cum larem ac penates, tectaque, in quibus natus quisque educatusque esset, relinquentes exirent, iam continens agmen migrantium impleuerat uias: & conspectus aliorum mutua miseratione integrabat lachrimas: uocesque etiam miserabiles exaudiebantur, mulierum praecipue, cum obsessa ab armatis templa augusta praeterirent, ac uelut captos relinquerent deos. Egressis urbem Albanis Romanus passim publica priuataque omnia tecta adaequat solo. unaque hora quadringentorum annorum opus, quibus Alba steterat, excidio ac ruinis dedit. templis tamen deum (ita enim edictum ab rege fuerat) temperatum est. Roma interim crescit Albæ ruinis, duplicatur ciuium numerus: Coelius additur urbi mons: & quo frequentius habitaretur, eam sedem Tullus regiae capit, ibique deinde habitauit. principes Albanorum in patres, ut ea quoque pars reipublicae cresceret, legit: Tullios, Seruilios, Quintios, Geganos, Curiatios, Cloelios: templumque ordini ab se aucto curiam fecit, quae Hostilia usque ad patrum nostrorum aetatem appellata est. & ut omnium ordinum uiribus aliquid ex nouo populo adijceretur, equitum decem turmas ex Albanis legit. legiones & ueteres eodem supplemento expleuit, & nouas scripsit. Hac fiducia uirum Tullus Sabinis bellum indicit, genti ea tempestate secundum Hetruscos opulentissimae uiris, armisque. utrinque iniuriae factae, ac res nequicquam erant repetitae. Tullus ad Feroniae fanum mercatu frequenti negotiatores Romanos comprehensos querebatur: Sabini suos prius in lucum confugisse, ac Romae retentos. Haec causae belli ferebantur. Sabini haud parum memores, & suarum uirum partem Romae ab Tatio locatam, & Romanam rem nuper etiam adiectione populi Albani auctam, circumspicere & ipsi externa auxilia. Hetruria erat uicina, proximi Hetruscorum Veientes. inde ob residuas bellorum iras maxime sollicitatis ad defectionem animis, uoluntarios traxere. & apud uagos quosdam ex inopi plebe etiam merces ualuit. publico auxilio nullo adiuti sunt. ualuitque apud Veientes (nam de caeteris minus mirum est) pacta cum Romulo induciarum

induciarum fides. Cum bellum utrinque summa ope pararent, uerti que in eo res uideretur, utriusque prius arma inferrent, occupat Tullus in agrum Sabinum transire. pugna atrox ad syluam Malicufam fuit. ubi & peditum quidem robore, ceterum equitatu aucto nupet, plurimum Romana acies ualuit. ab equitibus repente inuectis turbati ordines sunt Sabinorum. nec pugna deinde illis constare, nec fuga explicari sine magna caede potuit. Deuictis Sabinis, cum in magna gloria, magnisque opibus regnum Tulli, ac tota res Romana esset, nuntiatum regi, patribusque est, in monte Albano lapidibus pluuisse: quod cum credi uix posset, missis ad id uisendum prodigium, in conspectu haud aliter, quam cum grandinem uenti glomeratam in terras agunt, crebri cecidere caelo lapides. uisi etiam audire uocem ingentem ex summi cacuminis luco, ut patrio ritu sacra Albani facerent, quae uelut dijs quoque simul cum patria relictis, obliuioni dederant: & aut Romana sacra susceperant, aut fortunae (ut fit) obirati cultum reliquerant deum. Romanis quoque ab eodem prodigio nouendiale sacrum publice susceptum est: seu uoce caelestis ex Albano monte missa (nam id quoque traditur) seu aruspicum monitu, mansit certe solenne, ut quodcumque idem prodigium nuntiaretur, seriae per nouem dies agerentur. Haud ita multo post pestilentia laboratum est. unde cum pigritia militandi oriretur, nulla tamen ab armis quies dabatur a bellicoso rege, salubriora etiam credente militiae quam domi iuuenum corpora esse, donec ipse quoque longinquo morbo est implicitus. tunc adeo fracti simul cum corpore sunt spiritus illi feroces, ut qui nihil ante ratus esset minus regium, quam sacris dedere animum, repente omnibus, magnis, parisque superstitionibus obnoxius degeret, religionibusque etiam populum implet. uulgo iam homines eum statum rerum, qui sub Numa rege fuerat, requirerentes, unam opem agris corporibus relictam, si pax ueniatque ab dijs impetrata esset, credebant. Ipsum regem tradunt uolentem commentarios Numae, cum ibi quaedam occulta solennia sacrificia Ioui Elicio facta inuenisset, operatum his sacris se abdidiisse: sed non rite initum, aut curatum id sacrum esse: nec solum nullam ei oblatam caelestium speciem, sed ira Iouis sollicitati praua religione fulmine ipsum cum domo conflagrasse. Tullus magna gloria belli regnauit annos duos & triginta. Mortuo Tullo, res, ut institutum iam inde ab initio erat, ad patres redierat, hi quoque inter regem nominauerant: quo comitia habente, Ancum Martium regem populus creauit, patres fuere autores. Numae Pompilijs regis nepos filia ortus Ancus Martius erat. qui ut regnare coepit, & uitae gloriae memor, & quia proximum regnum caetera egregium ab una parte haud satis prosperum fuerat, aut neglectis religionibus, aut praeue cultis: longeque antiquissimum ratus sacra publica, ut ab Numa instituta erant, facere: omnia ea ex commentarijs regis pontificem maximum in album relata proponere in publico iubet. inde & ciuibus otij cupidis, & finitimis ciuitatibus factae spes, in aui mores atque instituta regem abiturum. Igitur Latini, cum quibus Tullo regnante ictum foedus erat, sustulerant animos. & cum incursionem in agrum Romanum fecissent, repetentibus res Romanis superbe responsum reddiderunt, de fidem Romanum regem inter sacella & aras acturum esse regnum rati. Medium erat in Anco ingenium, & Numae, & Romuli memor: & praeterquam quod aui regno magis necessariam fuisse pacem credebat, cum in nouo, tum feroci populo, etiam quod illi contigisset otium sine iniuria, id se haud facile habiturum: tentari patientiam, & tentatam contemni, tempora quoque esse Tullo regi aptiora quam Numae. ut tamen, quoniam Numa in pace religiones instituisset, a se bellicae caerimoniae proderentur: nec gererentur solum, sed etiam indicerentur bella aliquo ritu: ius ab antiqua gente Aequicolis, quod nunc foeciales habent, descripsit, quo res repetuntur. Legatus ubi ad fines eorum uenit, unde res repetuntur, capite uelato (filum lanae uelamen est) Audi Iupiter, inquit, audite fines (cuiuscumque gentis sunt, nominat) audiat fas. ego sum publicus nuntius populi Romani, iuste pieque legatus uenio, uerbisque meis fides sit. Peragit deinde postulata. inde Iouem testem facit. Si ego iniuste, impieque illos homines, illasque res dedierunt nuntio populi Romani mihi exposco, tum patriae compotem me nunquam sinas esse. Haec, cum fines supra scandit, haec quicumque ei primus uir obuius fuerit, haec portam ingrediens, haec forum ingressus, paucis uerbis carminis, concipiendi quoque iurisiurandi mutatis, peragit. si non duntur, quos exposcit, diebus tribus & triginta (tot enim solennes sunt) peractis, bellum ita in-

dicit. Audi Iupiter, & tu Iuno: Quirine, dijꝫ omnes cœlestes, uosqꝫ terrestres, uosqꝫ inferni audite. ego uos testor, populum illum (quicumqꝫ est, nominat) iniustum esse, neqꝫ ius persolueret. sed de istis rebus in patria maiores natu consulemus, quo pacto ius nostrũ adipiscamur.

Cum his nuntius Romam ad consulendum redit, confestim rex ex his fermè uerbis patres consulebat. Quarum rerum, litium, causarum condixit pater patratus populi Romani Quiritium patripatrato priscorum Latinorum, hominibusqꝫ priscis Latinis, quas res nec dederũt, nec soluerunt, nec fecerunt, quas res dari, fieri, solui oportuit, die, inquit ei, quem primum sententiam rogabat, quid censes? tum ille. Puro pioqꝫ duello quærendas censeo, itaqꝫ consensio, consciscosqꝫ. Inde ordine alij rogabantur. quandoqꝫ pars maior eorũ, qui aderant, in eandem sententiam ibat, bellum erat consensu fieri solitum: ut fœcialis hastam ferratam, aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret, & non minus tribus puberibus presentibus diceret: Quod populi priscorum Latinorum, hominesqꝫ prisci Latini aduersus populũ Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt, quod populus Romanus Quiritium bellum cum priscis Latinis iussit esse, senatusqꝫ populi Romani Quiritium censuit, consensit, cõsciuit, ut bellum cum priscis Latinis fieret: ob eam rem ego, populusqꝫ Romanus populis priscorũ Latinorum, hominibusqꝫ priscis Latinis bellum indico, facioqꝫ. Id ubi dixisset, hastam in fines eorũ emittebat. Hoc tum modo ab Latinis repetitæ res, ac bellum indictum: moremqꝫ eum posterii acceperunt. Ancus demandata cura factorũ flaminibus, sacerdotibusqꝫ alijs, exercitu nouo conscripto profectus Politorium urbem Latinorũ uicinitate cepit. secutusqꝫ morem regũ priorũ, qui rem Romanam auxerant hostibus in ciuitatem accipiendis, multitudinẽ omnẽ Romam traduxit. & cum circa palatium sedem ueteres Romani, Sabini Capitolium atqꝫ arcem, Cœlium montem Albani implessent: Auentinum nouæ multitudini datum. additi eidem haud ita multo post, Tellenis Ficanaqꝫ captis, noui ciues. Politorium inde rursus bello repetitũ, quod uacuum occupauerant prisci Latini, eaqꝫ causa diruendæ urbis eius fuit Romanis, ne hostiũ semper receptaculum esset. Postremo omni bello Latino Medulliam compulso, aliquandiu ibi Marte incerto, uaria uictoria pugnatum est. nam & urbs tuta munitionibus, præsidioqꝫ firmata ualido erat: & castris in aperto positis, aliquoties exercitus Latinus cominus cum Romanis signa contulerat. Ad ultimum omnibus copijs connixus Ancus acie primũ uincit, inde ingenti præda potitus Romam redit, tum quoqꝫ multis millibus Latinorũ in ciuitatem acceptis. quibus, ut iungeretur Palatio Auentinum, ad Martiæ datæ sedes. Ianiculum quoqꝫ adiectum, non inopia loci, sed nequando ea arx hostium esset. id non muro solum, sed etiam ob cõmoditatem itineris ponte Sublicio, tum primum in Tyberis factõ, coniungi urbi placuit. Quiritium quoqꝫ fossa, haud paruam munimentum à planioribus aditu locis, Anci regis opus est. Ingenti incremento rebus auctis, cum in tanta multitudine hominum, discrimine recte an perperam facti confuso, facinora clandestina fierent, carcer ad terrorem incrementis audaciæ mediã urbe imminens foro ædificatur. nec urbs tantum hoc rege creuit, sed etiam ager finesqꝫ: sylua Mæsia Veientibus adempta, usqꝫ ad mare imperiũ prolatum: & in ore Tyberis Hostia urbs condita, salinæ circa factæ: egregieqꝫ rebus bello gestis, ædes Iouis Feretrii amplificata. Anco regnante Lucumo uir impiger, ac diuitijs potens Romam commigravit, cupidine maxime ac spe magni honoris, cuius adipiscendi Tarquinijs (nam ibi quoqꝫ peregrina stirpe oriundus erat) facultas non fuerat. Demarati Corinthij filius erat, qui ob seditiones domo profugus cum Tarquinijs forte cõsedisset, uxore ibi ducta duos filios genuit. nomina his Lucumo, atque Aruns fuerunt. Lucumo superfuit patri bonorũ omnium hæres: Aruns prior quàm pater moritur, uxore grauida relicta. nec diu manet superstes filio pater, qui cum ignorans nurum uentrem ferre, immemor in testando nepotis decessisset, puero post aui mortem in nullam sortem bonorum nato ab inopia Egerio inditum nomen. Lucumoni contra omnium hæredi bonorum cum diuitiæ iam animos facerent, auxit ducta in matrimonium Tanaquil, summo loco nata, & quæ haud facile rjs, in quibus nata erat, humiliora sineret. ea cum innupsisset, spernentibus Herulcis Lucumonem exule aduena ortum, ferre indignitatem nõ potuit. oblitaqꝫ ingenitæ erga patriam charitatis, dummodo uirum honoratũ uideret, cõsiliũ migrandi ab Tarquinijs cepit.

Roma

Roma est ad id potissimū uisa. In nouo populo, ubi omnis repentina atq; ex uirtute nobilitas sit, futurum locū forti ac strenuo uiro. regnasse Tatium Sabinū: accersitum in regnū Numam à Curibus: & Ancum Sabina matre ortum nobilemque una imagine Numæ esse. facile persuadet, ut cupidus honorum, & cui Tarquinij materna tantum patria esset. Sublatis itaque rebus comigrant Romam. Ad Ianiculum forte uentum erat. ibi ei carpento sedenti cum uxore aquila suspensis demissa leniter alis pileum aufert: superque carpentum cum magno clangore uoluitans rursus uelut ministerio diuinitus missa capiti apte reponit: inde sublimis abiit. accepisse id augurium læta dicitur Tanaquil, perita, ut uulgo Hetrusci, cœlestium prodigiorum mulier. ex cella & alta sperare complexa uirum iubet. eam alitem ea regione cœli & eius dei nuntiam uenisse: circa summum culmen hominis auspicium fecisse: leuasse humano superpositum capiti decus, ut diuinitus eidem redderet. Has spes cogitationesque secum portantes urbem ingressi sunt: domicilioque ibi comparato, L. Tarquinius Priscum edidit nomen. Iam & Romanis conspicuum eum nouitas diuitiarumque faciebant: & ipse quoque fortunam benigno alloquio, comitate inuitandi, beneficiisque quos poterat sibi conciliando, adiuuabat: donec in regiam quoque de eo fama perlata est. notitiamque eam breui apud regem, liberaliter dextreque obscuro officia, in familiaris amicitiae adduxerat iura: ut publicis pariter, ac priuatis consilijs bello domique interesset: & per omnia expertus, postremo tutor etiam liberis regis testamento institueretur.

Regnauit Ancus annos quatuor & uiginti, cuiuslibet superiorum regum belli pacisque & artibus & gloria par. Iam filij prope puberem ætatem erant. eo magis Tarquinius instare: ut quamprimum comitia regi creando fierent: quibus indictis, sub tempus pueros uenatum ablegauit. isque primus & petisse ambitiose regnum, & orationem dicitur habuisse ad conciliandos plebis animos compositam. Cum se non rem nouam petere: quippe qui non primus, quod quisque indignari mirariue posset, sed tertius Romæ peregrinus regnum affectet. & Tatium non ex peregrino solum, sed etiam ex hoste regem factum. & Numam ignarum urbis, non petentem in regnum ultro accitum. se ex quo sui potens fuerit, Romam cum coniuge ac fortunis omnibus commigrasse. maiorem partem ætatis eius, qua ciuilibus officijs fungantur homines, Romam se quam in uetere patria uixisse. domi militiaque sub haud poenitendo magistro, ipso Ancus rege, Romana se iura, Romanos ritus didicisse. obsequio & obseruantia in regem cum omnibus, benignitate erga alios cum rege ipso certasse. Hæc eum haud falsa memorantem ingenti consensu populus Romanus regnare iussit. ergo uirum cetera egregium, secuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio est. nec minus regni sui firmam, quam augendam reip. memor, centum in patres legit: qui deinde minorum gentium sunt appellati: factio haud dubia regis, cuius beneficio in curiam uenerant. Bellum primum cum Latinis gessit. & oppidum ibi Appiolas uicinitate cepit: prædaque inde maiore quam quanta belli fama fuerat, reuecta, ludos opulentiore instructiusque quam priores reges fecit. Tum primum circo, qui nunc maximus dicitur, designatus locus est. loca diuisa patribus, equitibusque, ubi spectacula sibi quisque faceret: fori appellati. Spectare, furcis duodenos ab terra spectacula alta sustentibus pedes. ludicrum fuit equi, pugilesque ex Hetruria maxime acciti. solennes deinde annui mansere ludi, Romani Magnique uarie appellati. ab eodem rege & circa forum priuatis ædificanda diuisa sunt loca: porticus, tabernaque factæ. muro quoque lapideo circumdare urbem parabat, cum Sabinum bellum coeptis interuenit. adeoque ea subita res fuit, ut prius Anienem transirent hostes, quam obuiam ire, ac prohibere exercitus Romanus posset. itaque trepidatum Romæ est. & primo dubia uictoria magna utrinque cæde pugnatum est. reductis deinde in castra hostium copiis, datoque spatio Romanis ad comparandum de integro bellum, Tarquinius equitem maxime suis deesse uiribus ratus, ad Ramnenses, Titenses, Luceres, quas centurias Romulus scripserat: addere alias constituit, suoque insignes relinquere nomine. id quia inaugurato Romulus fecerat: negare Accius Nauis inclutus ea tempestate augur, neque mutari, neque nouum constitui, nisi aues addixissent, posse. ex eo ira regi mota. eludensque artem (ut ferunt) agedum, inquit, diuine tu, inaugura: fieri ne possit, quod nunc ego mente concipio. cum ille in augurio rem expertus profecto futuram dixisset: atqui hoc animo agitauit, inquit: te nouacula cotem discisurum. cape hæc, & perage

b 3 quod

quod aues tuæ fieri posse portendunt. Tum illum haud cunctanter discidisse coram ferunt.

Statua Accij capite uelato, quo in loco res acta est, in comitio in gradibus ipsis ad læuam curiæ fuit. eodem quoque eodem loco sitam fuisse memorat, ut esset ad posteros miraculi eius monumentum. augurij certe, sacerdotioque augurum tantus honos accessit, ut nihil belli, domique postea, nisi auspicio gereretur, concilia populi, exercitus uocati, summa rerum, ubi aues non admisissent, dirimerentur. Neque tum Tarquinius de equitum centurijs quicquam mutauit, numero tantum alterum adiecit, ut mille & trecenti equites in tribus centurijs essent. posteriore modo sub hisdem nominibus, qui additi erant, appellati sunt. quas nunc, quia geminatae sunt, sex uocant centurias. Hac parte copiarum aucta, iterum cum Sabinis confligitur. sed preterquam quod uiribus creuerat Romanus exercitus, ex occulto etiam additur dolus, missis qui magnam uim lignorum in Anienis ripa iacentem, ardentem in flumen conijcerent: uentoque iuuantem accensa ligna, & pleraque in ratibus impacta sublicis cum haerent, pontem incendunt. ea quoque res in pugna terrorem attulit Sabinis, effusis eadem fugam impedit. multique mortales, cum hostem effugissent, in flumine ipso perire. quorum fluitantia arma ad urbem cognita in Tyberi, prius penè, quam nuntiarì posset, insignem uictoriam fecere. Eo praelio precipua equitum gloria fuit. utrinque ab cornibus positos, cum iam pelleretur media peditum suorum acies, ita incurrisse ab lateribus ferunt, ut non sisterent modo Sabinas legiones ferociter instantes cedentibus, sed subito in fugam auerterent. montes effuso cursu Sabini petebant, & pauci tenere. maxima pars, ut ante dictum est, ab equitibus in flumen acti sunt. Tarquinius instandum perterritis ratus, praeda, captiuisque Romam missis, spolijs hostium (uotum id Vulcano erat) ingenti cumulo accensis, pergit porro in agrum Sabinum exercitum inducere. & quanquam maiore gesta res erat, nec gesturos melius sperare poterant: tamè quia consulendi res non dabat spatium, iere obuiam Sabini tumultuario milite. iterumque ibi fusi perditis iam propè rebus pacem petiere. Collatia, & quicquid circa Collatiam agri erat, Sabinis ademptum. Egerius (fratris hic filius erat regis) Collatiae in praesidio relictus, deditosque Collatinos ita accipio, eamque deditio nis formulam esse. Rex interrogauit. Estis ne uos legati oratoresque missi à populo Collatino, ut uos, populumque Collatinum dederetis? Sumus. Est ne populus Collatinus in sua potestate? Est. Deditis ne uos, populumque Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, diuina humanaque omnia, in meam populique Romani ditionem? Dedimus. Et ego recipio. Bello Sabino perfecto, Tarquinius triumphans Romam rediit. inde priscis Latinis bellum fecit. ubi nusquam ad uniuersae rei dimicationem uentum est. ad singula oppida circumferendo arma nomen omne Latinum domuit. Corniculum, Ficulnea uetus, Cameria, Crustumarium, Ameriola, Medullia, Nomentum, haec de priscis Latinis, aut qui ad Latinos defecerant, capta oppida. Pax deinde facta. Maiore inde animo pacis opera inchoata, quam quanta mole gesserat bella, ut non quietior populus domi esset, quam militie fuisset. nam & muro lapideo, cuius exordium operis Sabino bello turbatum erat, urbem, quam nondum munierat, cingere parat: & infima urbis loca circa forum, aliasque interiectas collibus conualles, quia ex planis locis haud facile euehebant aquas, cloacis è fastigio in Tyberim ductis siccant: & aream ad aedem in Capitolio Iouis, quam uouerat bello Sabino, iam praesagiente animo futuram olim amplitudinem loci, occupat fundamentis. Eo tempore in regia prodigium uisu euentumque mirabile fuit. Pueri dormienti, cui Seruio Tullio nomen fuit, caput arsisse ferunt multorum in conspectu. plurimo igitur clamore inde ad tantae rei miraculum orto excitum regem. & cum quidam familiarium aquam ad restinguendum ferret, ab regina retentum: sedatoque iam tumultu, moueri uetuisse puerum, donec sua sponte experrectus esset. mox cum somno & flammam abiisse. Tum abducto in secretum uiro Tanaquil. Vides ne tu puerum hunc, inquit, quem tam humiliter cultu educamus? scire licet hunc lumen quondam rebus nostris dubijs futurum, praesidiumque regiae afflictae. proinde materiam ingentis publice priuatimque decoris omni indulgentia nostra nutriamus. inde puerum liberum loco ceptum haberi, eruditique artibus, quibus ingenia ad magnae fortunae cultum excitantur. Euenit facile, quod deus cordi esset. iuuenis euasit uere indolis regiae. nec, cum quaereretur gener Tarquinio, quilibet Romanae iuuentutis ulla arte conferri potuit

tuit. filiamq; ei suam rex despondit. Hic quacunq; de causa tantus illi honos habitus credere prohibet serua natus cum, paruumq; ipsum seruisse. eorum magis sententiæ sum, qui Corniculo capto Seruij Tullij, qui princeps in illa urbe fuerat, grauidam uiro occiso uxorem, cū inter reliquas captiuas cognita esset, ob unicam nobilitatem ab regina Romana prohibitam ferunt seruitio partum Romæ edidisse Prisci Tarquiniij domo. inde tanto beneficio, & inter mulieres familiaritatem auctam, & puerum in domo à paruo eductum in charitate, atq; honore fuisse. fortunam matris, quod capta patria in hostium manus uenerit, ut serua natus crederetur, fecisse. Duodequadragesimo ferme anno, ex quo regnare cœperat Tarquinius, nō apud regem modo, sed apud patres plebemq; longe maximo honore Seruius Tullius erat. Tum Anci filij duo etsi antea semp pro indignissimo habuerāt, se patrio regno tutoris fraude pulsos, regnare Romæ aduenam, nō modo uicinæ, sed ne Italicæ quidem stirpis: tum impensius his indignitas crescere, si ne ab Tarquinio quidem ad se rediret regnum, sed præceps inde porò ad seruitia caderet: ut in eadem ciuitate post centesimum ferè annum, quàm Romulus deo prognatus, deus ipse tenuerit regnū, donec in terris fuerit, id seruus serua natus possideat. tum cōmune Romani nominis, tum præcipue id domus suæ dedecus fore, si Anci regis uirili stirpe salua, nō modo aduenis, sed seruis etiam regnum Romæ pateret. ferro igitur eam arcere cōtumeliam statuunt. sed & iniuriæ dolor in Tarquinium ipsum magis, quam in Seruium eos stimulat: & quia grauior ultor cædis, si superesset, rex futurus erat, quàm priuatus: tum Seruio occiso, quemcunq; alium generum delegisset, eundem regni hæredem facturum uidebatur. ob hæc ipsi regi insidiæ parantur. Ex pastoribus duo ferocissimi delecti ad facinus, quibus consueti erant uterq; agrestibus ferramentis, in uestibulo regię quàm potuere tumultuosissime specie rixæ in se omnes apparitores regios cōuertunt. inde cū ambo regem appellarent, clamorq; eorum penitus in regiam peruenisset, uocati ad regem pergunt. primo uterque uociferari, & certatim alter alteri obstrepere. coerciti ab licitore, & iussi in uicem dicere, tandem obloqui desistunt. unus rem ex composito orditur. dum intentus in eum se rex totus auerteret, alter elatam securim in caput deiecit: relictosq; in uulnere telo, ambo se foras eijciūt. Tarquinium moribundum cum qui circa erant excepissent, illos fugientes lictores comprehendūt. clamor inde, concursusq; populi, mirantium quid rei esset. Tanaquil inter tumultum claudī regiam iubet, arbitros eijcit: simul quæ curando uulnere opus sunt, tanquam spes subesset, sedulo comparat: simul, si destituat spes, alia præsidia molitur. Seruio prope accito cum penè exanguem uirum ostendisset, dextram tenens, orat, ne inultam mortem soceri, ne socrū inimicis ludibrio esse sinat. tuum est, inquit, Serui, si uir es, regnum, nō eorum qui alienis manibus pessimum facinus fecere. erige te, deosq; duces sequere, qui clarum hoc fore caput diuino quondam circumfuso igni portenderunt. nunc te illa cœlestis excitet flamma. nunc expergiscere uere. & nos peregrini regnauiamus: qui sis, nō unde natus sis, reputa. si tua re subita consilia torpent, at tu mea consilia sequere. Cū clamor impetusq; multitudinis uix sustineri posset, ex superiore parte edium per fenestras in Nouam uiam uersas (habitabat enim rex ad Iouis Statoris) populum Tanaquil alloquitur. Iubet bono animo esse. sopitum fuisse regem subito ictu, ferrum haud alte in corpus descendisse: iam ad se redisse, inspectum uulnus absteriso cruore, omnia salubria esse. confidere propediem ipsum eos uisuros. Interim Seruio Tullio iubere populū dicto audientem esse: cum iura redditurū, obiturumq; alia regis munia. Seruius cum trabea & licitoribus prodit: ac sede regia sedens alia decernit, de alijs consulturū se regem esse simulat. Itaq; per aliquot dies, cū iam expirasset Tarquinius, cæcata morte per speciem alienę fungendæ uicis, suas opes firmavit. tum demū palàm facta ex comploratione in regia orta, Seruius præsidio firmo munitus, primus iniussu populi uoluntate patrū regnauit. Anci liberi iam tum comprehensis sceleris ministris, ut uiuere regem, & tantas esse opes Seruij nuntiatū est, Suesam Pometiam exulatū ierant. Nec iam publicis magis cōsilijs Seruius quàm priuatis munire opes. & ne qualis Anci liberū animus aduersus Tarquinium fuerat, talis aduersus se Tarquiniij liberū esset, duas filias iuuenibus regijs, Lucio atq; Arūti Tarquinijs, iungit. nec rupit tamē fati necessitatē humanis cōsilijs, quin inuidia regni etiam inter domesticos infida omnia atq; infesta faceret.

b 4 Peropportune

Peropportune ad præsentis quietem status bellum cum Veientibus (iam enim induciæ exierant) alijsq; Hetruscis sumptū. in eo bello, & uirtus, & fortuna enituit Tullij. fusoq; ingenti hostium exercitu haud dubius rex, seu patrū, seu plebis animus periclitaretur, Romam redijt. aggredditurq; inde pacis longe maximū opus, ut quemadmodū Numa diuini autor iuris fuisset, ita Seruium conditorem omnis in ciuitate discriminis, ordinumq;, quibus inter gradus dignitatis, fortunæq; aliquid interlucet, posteris fama ferrent. Censum enim instituit, rem saluberrimam tanto futuro imperio: ex quo belli, pacisq; munia non uiritim, ut ante, sed pro habitu peniarum fierent. tum classes, centuriasq;, & hūc ordinem ex censu descripsit, uel paci decorū, uel bello. Ex ijs, qui centū millium æris, aut maiorem censum haberent, LXXX confecit centurias, quadragenas seniorū, ac iuniorum. prima classis omnes appellati. seniores, ad urbis custodiam ut præsto essent: iuuenes, ut foris bella gererent. arma his imperata, galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære, hæc ut tegumenta corporis essent. tela in hostē, hastaq; & gladius. additæ huic classi duæ fabrūm centuriæ, quæ sine armis stipendia facerent. datum munus, ut machinas in bello ferrent. Secunda classis intra centum usq; ad quinque & septuaginta millium censum instituta. & ex his senioribus, iunioribusq; uiginti conscriptæ centuriæ: arma imperata, scutum pro clypeo, & præter lorica omnia eadem. Tertiæ classis in quinquaginta millium censum esse uoluit. totidem centuriæ & hæ, eodemq; discrimine ætatum factæ: nec de armis quicquam mutatum, ocreæ tantū ademptæ. In quarta classe census quinque & uiginti millium, totidem centuriæ factæ: arma mutata, nihil præter hastam & uerutum datum. Quinta classis aucta, centuriæ triginta factæ. fundas, lapidesq; missiles hi secum gerebant. in his accensu cornicines, tibicinesq; in tres centurias distributi. undecim millibus hæc classis censebatur. Hoc minor census reliquam multitudinem habuit. Inde una centuria facta est immunis militia. Ita pedestri exercitu ornato, distributoq;, equitum ex primoribus ciuitatis XII scripsit centurias. sex item alias centurias, tribus ab Romulo institutis, sub iisdem, quibus inauguratæ erant, nominibus fecit. ad equos emendos dena millia æris ex publico data: & quibus equos alerent, uiduæ attributæ, quæ bina millia æris in annos singulos penderēt. Hæc omnia in ditēs à pauperibus inclinata onera. Deinde est honos additus. non enim, ut ab Romulo traditum cæteri seruaerant reges, uiritim suffragium eadem uis, eodemq; iure promiscue omnibus datum est: sed gradus facti, ut neq; exclusus quisquam suffragio uideretur, & uis omnis penes primores ciuitatis esset. equites enim uocabantur primi, LXXX inde primæ classis centuriæ primū peditum uocabantur. ibi si uariaret, quod raro incidebat, ut secundæ classis uocarentur: nec ferè unquam infra ita descenderent, ut ad infimos peruenirent. Nec mirari oportet, hunc ordinem, qui nunc est, post expletas quinque & XXX tribus, duplicato earum numero, centurijs iuniorum, seniorumq; ad institutam ab Seruio Tullio summam non conuenire. quadrifariam enim urbe diuisa regionibus, collibusq;, quæ habitabantur partes, tribus eas appellauit, ut ego arbitror, ab tributo. nam eius quoq; æqualiter ex censu cōferendi ab eodem inita ratio est. neq; hæc tribus ad centuriarum distributionem numerumq; quicquam pertinere. Censu perfecto, quem maturauerat metu legis de incensis latæ, cum uinculorū minis mortisq; edixit, ut omnes ciues Romani equites, peditesq; in suis quisque centurijs in campo Martio prima luce adessent. ibi instructum exercitum omnem suouetaurilibus lustrauit. idq; conditum lustrum appellatum, quia in censendo finis factus est. Milia LXXX eo lustro ciuium censa dicuntur. Adijt scriptorum antiquissimus Fabius Pictor: eorum, qui ferre arma possent, eum numerū fuisse. Ad eam multitudinem urbs quoq; amplificanda uisa est. addit duos colles, Quirinalem, Viminalemq;. inde deinceps auget Esquilias: ibiq; ipse, ut loco dignitas fieret, habitat. aggere, & fossis, & muro urbem circundat: ita pomœrium profert. Pomœrium uerbi uim solam intuentes postmœnium interpretantur esse. est autē magis circa murum locus, quem in condendis urbibus quondam Hetrusci, quæ murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato consecrabant: ut neq; interiore parte ædificia incenibus continuarentur, quæ nunc uulgo etiam coniungunt, & extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli. hoc spatium, quod neq; habitari, neq; arari fas erat, nō magis q; post murū esset, quàm quod murus post id, pomœrium Romani

mani appellarunt. & in urbis incremento semper, quantum mœnia processura erant, tantū termini hi consecrati proferebantur. Aucta ciuitate magnitudine urbis, formatis omnibus domi & ad belli & ad pacis usus, ne semper armis opes acquirerentur, consilio augere imperiū conatus est, simul & aliquod addere urbi decus. Iam tum erat inclytum Dianæ Ephesiæ fanum. id cōmuniter à ciuitatibus Asiæ factum fama ferebat. Cum consensum, deosq; cōsociatos laudaret mire Seruius inter proceres Latinorum, cum quibus publice priuatinq; hospitium amicitiasq; de industria iunxerat, sæpe iterando eadem, perpulit tandem, ut Romæ fanum Dianæ populi Latini cum populo Romano facerent. ea erat confessio, caput rerum Romam esse: de quo toties armis certatum fuerat. id quanquam omissum iam ex omnium cura Latinorum ob rem toties infeliciter tentatam armis, uidebatur, uni se ex Sabinis fors dare uisa est priuato cōsilio imperij recuperandi. Bos in Sabinis nata cuidam patrifamiliæ dicitur miranda magnitudine ac specie. fixa per multas ætates cornua in uestibulo templi Dianæ monumentum ei fuisse miraculo. habita, ut erat, res prodigij loco est. & cecinere uates, cuius ciuitatis eam ciuis Dianæ immolasset, ibi fore imperium. idq; carnē peruenerat ad antistitem fani Dianæ. Sabinus, ut primū apta dies sacrificio uisa est, bouem Romam actam deducit ad fanum Dianæ, & ante aram statuit. Ibi antistes Romanus, cum eum magnitudo uictimæ celebrata fama mouisset, memor responsi, Sabinū ita alloquitur. Quidnam tu hospes paras, inquit, inceste sacrificium Dianæ facere? quin tu ante uiuo perfunderis flumine? infima ualle præfluit Tyberis. Religione tactus hospes, qui omnia, ut prodigio responderet euentus, cuperet rite facta, extemplo descendit ad Tyberim. interea Romanus immolat Dianæ bouem. id mire gratum regi, atq; ciuitati fuit. Seruius, quanquam iam usu haud dubie regnum possederat, tamen quia interdum iactari uoces à iuuenē Tarquinio audiebat, se iniussu populi regnare, conciliata prius uoluntate plebis, agro capto ex hostibus uiritim diuiso, ausus est ferre ad populum, uellent, iuberent ne se regnare. tantoq; consensu, quanto haud quisquam alius ante, rex est declaratus. neq; ea res Tarquinio spem affectandi regni minuit. imò eo impensius, quia de agro plebis aduersum patrum uoluntatem senserat agi, criminandi Seruij apud patres, crescentiq; in curia sibi occasionem datam ratus est, & ipse iuuenis ardentis animi, & domi uxore Tullia inquietum animum stimulante. Tulit enim & Romana regia sceleris tragici exemplum, ut tædio regum maturior ueniret libertas, ultimumq; regnum esset, quod scelere partum foret. Hic L. Tarquinius Prisci Tarquinij regis filius nepos uel fuerit, parum liquet: pluribus tamen autoribus filium crediderim. fratrem habuerat Aruntem Tarquinium, mitis ingenij iuuenem. His duobus, ut ante dictum est, duæ Tulliæ regis filiæ nupserant, & ipsæ longe dispares moribus. Forte ita inciderat, ne duo uiolenta ingenia matrimonio iungerentur, fortuna credo populi Romani, quo diuturnius Seruij regnum esset, constituiq; ciuitatis mores possent. Angebatur ferox Tullia nihil materiæ in uiro neque ad cupiditatem, neque ad audaciam esse. tota in alterum uersa Tarquinium, eum mirari, eum uirum dicere, ac regio sanguine ortum: spernere sortorem, quod uirum nacta muliebri cessaret audacia. Contrahit celeriter similitudo eos, ut ferè sit malum malo aptissimum. sed initium turbandi omnia à fœmina ortum est. ea secretis uiri alieni assuefacta sermonibus, nullis uerborum contumelijs parcere de uiro ad fratrem, de sorore ad uirum: & se rectius uiduam, & illum cœlibem futurum fuisse contendere, quàm cum impari iungi, ut elanguescendum aliena ignauia esset. si sibi cum, quo digna esset, dii dedissent uirum, domi se propediem uisuram regnum fuisse, quod apud patrem uideat. celeriter adolescentem suæ temeritatis implet. Aruns Tarquinius, & Tullia minor propè continuatis funeribus cum domos uacuas nouo matrimonio fecissent, iunguntur nuptijs magis non prohibente Seruio, quàm approbante. Tum uero in dies infestior Tullij senectus, infestius cœpit regnum esse. iam enim ab scelere ad aliud spectare mulier scelus: nec nocte, nec interdiu uirum conuiescere pati, ne gratuita præterita patricidia essent. Non sibi defuisse cui nupta diceretur, nec cum quo tacita seruiret. defuisse qui se regno dignum putaret, qui meminisset se esse Prisci Tarquinij filium, qui habere quàm sperare regnum mallet. si tu is es, cui nuptam esse me arbitror, & uirum, & regem appello. si minus, eo nunc peius mutata est res, quod istic

cum

cum ignauia est scelus. quin accingeris: non tibi ab Corintho, nec ab Tarquinij, ut patri tuo; peregrina regna moliri necesse est. dii te penates, patriq; & patris imago, & domus regia, & in domo regale solium, & nomen Tarquinium creat, uocatq; regem. aut si ad hæc parum est animi, quid frustraris ciuitatem? quid te ut regium iuuenem conspici sinis: facesse hinc Tarquinios, aut Corinthum: deuoluere retro ad stirpem, fratri similior quam patri. His alijsq; increpando iuuenem instigat. nec conuiescere ipsa potest: si, cum Tanaquil peregrina muliere tantum moliri potuisset animo, ut duo continua regna, uiro, ac deinceps genero dedisset: ipsa regio semine orta nullum momentum in dando adimendoq; regno faceret. His muliebribus instinctus furij Tarquinius, circumire & prehensare minorum maxime gentiu patres, admonere paterni beneficij, ac pro eo gratiam repetere: allucere donis iuuenes: tum de se ingentia pollicendo, tum regis criminibus omnibus locis crescere. Postremo ut iam agenda rei tempus uisum est: stipatus agmine armatorum in forum irrupit. inde omnibus percussis pauore, in regia sede pro curia sedens, patres in curiam per præconem ad regem Tarquinium citari iussit. Conuenere extemplo, alij iam ante ad hoc præparati, alij metu: ne non uenisse fraudi esset: nouitate ac miraculo attoniti, etiam de Seruio actum rati. Ibi Tarquinius maledicta ab stirpe ultima orsus. Seruum, seruaq; natum post mortem indignam parentis sui, non interregno, ut antea, inuito, non comitijs habitis, non per suffragium populi, non autoribus patribus, muliebri dolo regnum occupasse. ita natum, ita creatum regem fautorem infimi generis hominũ, ex quo ipse sit, odio alienæ honestatis ereptum primoribus agrum sordidissimo cuiq; diuississe: omnia onera, quæ communia quondam fuerint, inclinasse in primores ciuitatis: instituisse censum: ut insignis ad inuidiam locupletiorum fortuna esset, & parata, ubi uellet, egentissimis largiretur. Huic orationi Seruius cum interuenisset, trepido nuntio excitatus: extemplo à uestibulo curiæ magna uoce, Quid hoc, inquit, Tarquini rei est: qua tu audacia me uiuo uocare ausus es patres: aut in sede considerare mea? Cum ille ferociter ad hæc. se patris sui tenere sedem, multo quam seruum potiore filium regis regni hæredem: satis illum diu per licentiã eludentem insultasse dominis. Clamor ab utriusq; fautoribus oritur, & cõkursus populi fiebat in curiam: apparebatq; regnaturum, qui uicisset. Tum Tarquinius necessitate iam etiam ipsa cogente ultima audere, multo & ætate, & uiribus ualidior medium arripit Seruiũ: elatumq; è curia in inferiorem partem per gradus deiecit. inde ad cogendum senatum in curiam redit. fit fuga regis apparitorum, atq; comitum. ipse propè exanguis cum semianimis regio comitatu domum se reciperet: peruenissetq; ad summũ Cyprium uicum: ab ijs, qui missi ab Tarquinio fugientem consecuti erant, interficitur. Creditur, quia non abhorret à cætero scelere: admonitu Tullia id factum. carpento certe, id quod satis constat, in forum inuecta, nec reuerita cæterum uirorum, erocauit uirum è curia: regemq; prima appellauit. à quo facessere iussa ex tanto tumultu, cum se domum reciperet: peruenissetq; ad summum Cyprium uicum, ubi Dianium nuper fuit: fleētente carpentum dextra in uirbiũ cliuam, ut in collem Esquiliarum eucheretur, restitit pauidus, atque inhibuit frenos is, qui iumenta agebat, iacentemq; dominæ Seruium trucidatum ostendit. scodum, inhumanumq; inde traditur scelus. monumentoq; locus est: Sceleratum uicum uocant: quo amens agitantibus furij sororis, ac uiri, Tullia per patris corpus carpentum egisse fertur: partemq; sanguinis ac cædis paternæ cruento uehiculo, contaminata ipsa respersaq; tulisse ad penates suos, uiriq; sui: quibus iratis malo regni principio similes prope diem exitus sequerentur. Seruius Tullius regnauit annos quatuor & quadraginta: ita, ut bono etiam, moderatoq; succedenti regi difficilis æmulatio esset. cæterum id quoq; ad gloriam accessit: quod cum illo simul iusta, ac legitima regna occiderunt. Id ipsum tam mite, ac tam moderatum imperium, tamē quia unius esset, deponere eum in animo habuisse quidam autores sunt: ni scelus intestinum liberandæ patriæ consilia agitantibus interuenisset. Inde L. Tarquinus regnare ocepit, cui Superbo cognomen facta indiderunt: quia socerum gener sepultura prohibuit, Romulũ quoq; insepultum perisse dictitans: primoresq; patrum, quos Seruij rebus fauisse credebat, interfecit. cõscius deinde male querēdi regni ab ipso aduersus se exēplũ capi posse, armatis corpus circumsēpsit. neq; enim ad ius regni quicquam præter uim habebat:

ut qui

ut qui neq; populi iussu, neq; autoribus patribus regnaret. cō accedebat, ut in charitate ciuium nihil spei reponenti metu regnū tutandum esset. quem ut pluribus incuteret, cognitiones capitalium rerum sine consilijs per se solus exercebat: perq; eam causam occidere, in exilium agere, bonis mulctare poterat non suspectos modo aut inuisos, sed unde nihil aliud, quā prædam sperare posset. Ita patrum præcipue numero imminuto, statuit nullos in patres legere: quo contemptior paucitate ipsa ordo esset, minusq; per se nihil agi indignarentur. Hic enim regum primus traditum à prioribus morem de omnibus senatum consulendi soluit, domesticis consilijs rempublicam administravit: bellum, pacem, fœdera, societates per se ipse cum quibus uoluit, iniussu populi ac senatus fecit diremitq;. Latinorum sibi maxime gentem conciliabat, ut peregrinis quoq; opibus tutior inter ciues esset. neque hospitia modo cum primoribus eorum, sed affinitates quoq; iungebat. Octauio Mamilio Thusculano: is longe princeps latini nominis erat, si famæ credimus, ab Vlysse dea q; Circe oriundus: ei Mamilio filiam nuptū dat: perq; eas nuptias multos sibi cognatos, amicosq; eius conciliat. Iam magna Tarquinij autoritas inter Latinorum proceres erat, cum in diem certam ut ad lucum Ferentinæ conueniant, indicit. esse quæ agere de rebus cōmunibus uelit. Conueniunt frequentes prima luce. ipse Tarquinius diem quidē seruauit, sed pauloante quā sol occideret, uenit. multa ibi toto die in concilio uarijs iactata sermonibus erant. Turnus Herdonius ab Aricia ferociter in absentem Tarquinium erat inuectus. Haud mirum esse, Superbo inditum Romæ cognomen (iam enim ita clām quidam mussitantes, uulgo tamen cum appellabant) an quicq; superbius esse, quā iudificari sic omne nomē latinū: principibus longe ab domo excitis, ipsum, qui conciliū indixerit, non adesse. tentari profecto patientiam, ut si iugum acceperint, obnoxios premat. cui enim non apparere, affectare eum imperium in Latinos? Quod si sui bene crediderint ciues, aut si creditum illud & non raptum parricidio sit: credere & Latinos. quanquam ne sic quidem alienigenæ deberent. sin suos eius pœniteat, quippe qui alij super alios trucidentur, exulatū cant, bona amittant, quid spei melioris Latinis portendi: si se audiant, domum suam quenque inde abituros: neq; magis obseruatuos diem consilij, quā ipse, qui indixerit, obseruet. Hæc, atq; alia eodem pertinentia seditiosus facinorosusq; homo, hisq; artibus opes domi nactus, cum maxime differeret, interuenit Tarquinius. Is finis orationi fuit. Auersi omnes ad Tarquiniū salutandum. Qui silentio facto, monitus à proximis ut purgaret se, quod id temporis uenisset, disceptatorem ait se sumptum inter patrem & filium, cura reconciliandi eos in gratiam, moratum esse. & quia ea res exemisset illum diem, postero die acturum, quæ cōstituisset. Ne id quidem ab Turno tulisse tacitum ferūt. dixisse enim, nullam breuiorem esse cognitionem, quā inter patrem & filium, paucisq; transigi uerbis posse: ni pareat patri, habiturum infortunium esse. Hæc Aricinus in regem Romanum increpans ex concilio abiit. Quam rem Tarquinius aliquanto, quā uidebatur, ægrius ferens, cōfestim Turno necem machinatur: ut eundem terrorem, quo ciuium animos domi oppresserat, Latinis iniiceret. & quia pro imperio palām interfici non poterat, oblato falso crimine in fontem oppressit. per aduersæ factionis quosdam Aricinos seruum Turni auro corruptit, in diuersorium eius uim magnam gladiatorum inferri clām sineret. ea cum una nocte perfecta essent: Tarquinius pauloante lucem accitis ad se principibus Latinorum, quasi re noua perturbatus, moram suam hesternam uelut deorum quādam prouidentia illaram, ait saluti sibi atq; illis fuisse. ab Turno dici sibi & primoribus populorum parari necem, ut Latinorum solus imperium teneat. aggressurum fuisse hesterni die in concilio: dilatam rem esse, quod autor concilij abfuerit, quem maxime peteret. inde illam absentis infectationem esse natam, quod morando spem destituerit. non dubitare, si uera deferantur, quin prima luce ubi uentum in concilium sit, instructus cum coniuratorum manu, armatusq; uenturus sit. dici gladiatorum ingentem numerum esse ad eum conuectum. id uanum nec ne sit, extemplo sciri posse. rogare eos, ut inde secum ad Turnum ueniant. Suspectam fecit rem, & ingenium Turni ferox, & oratio hesterni, & mora Tarquinij, quod uidebatur ob eam differri cædes potuisse. Eunt inclinatis quidem ad credendum animis, tamen, nisi gladijs deprehensis, cætera uana existimaturi. ubi est cō uentum: Turnum ex somno excitatum circumstantur

circumstantes custodes: comprehēsisq; seruis, qui charitate domini uim parabant, cum gladij abditis ex omnibus locis diuerticuli protraherētur: enim uero manifesta res uisa, iniectaq; Turno catenae: & confestim Latinorum concilium magno cum tumultu aduocatur. ibi tam atrox inuidia orta est, gladijs in medio positis, ut indicta causa nouo genere leti, deiectus ad caput aquae Ferentinae crate superne iniecta, faxisq; congestis mergeretur. Reuocatis deinde ad concilium Latinis Tarquinius, collaudatisq;, qui Turnum nouātem res pro manifesto parricidio merita poena affecissent, ita uerba fecit. Posse quidem se uetusto iure agere, quod cum omnes Latini ab Alba oriundi sint, in eo foedere teneantur: quo ab Tullo res omnis albana cum colonis suis in Romanum cesserit imperium. ceterum se utilitatis id magis omnium causa censere, ut renouetur id foedus: secundaq; potius fortuna populi Romani ut participes Latini fruantur, quam urbium excidia, uastationesq; agrorum, quas Anco prius, patre deinde suo regnante perpeffi sint, semper aut expectent aut patiantur. Haud difficulter persuasum Latinis: quam in eo foedere superior Romana res erat. ceterum & capita nominis Latini stare, ac sentire cum rege uidebant: & Turnus sui cuiq; periculi, si aduersatus esset, recens erat documentum. Ita renouatum foedus: indictumq; iunioribus Latinorum, ut ex foedere die certa ad lucum Ferentinae armati frequentes adessent. Qui ubi ad edictum Romani regis ex omnibus populis conuenere: ne ducem suum, neue secretum imperium, propriae signa haberent, miscuit manipulos ex Latinis, Romanisq;: ut ex binis singulos faceret, binosq; ex singulis. ita geminatis manipulis, centuriones imposuit. Nec ut iniustus in pace rex, ita dux belli prauus fuit. quin ea arte aquasset superiores reges, ni degeneratum in alijs, huic quoq; decori obsecisset. Is primus Volscis bellum in ducentos amplius post suam aetatem annos mouit: Sueffamq; Pometiam ex his ui cepit. ubi cum diuendita praeda XL. talenta argenti, aurisq; recepisset: concepit animo eam amplitudinem Iouis templi: quae digna deum, hominumq; rege, quae Romano imperio, quae ipsius etiam loci maiestate esset. captiuam pecuniam in aedificatione eius templi seposuit. Excepit deinde eum lentius spe bellum: quo Gabios propinquam urbem nequicquam ui adortus, cum obsidendi quoq; urbe spes pulso a mœnibus adempta esset: postremo minime arte Romana, fraude ac dolo aggressus est. nam cum uelut posito bello fundamentis templi faciendis, alijsq; urbanis operibus intentum se esse simularet: Sextus filius eius, qui minimus ex tribus erat, transfugit ex composito Gabios, patris in se seuitiam intolerabilem conquerens. Iam ab alienis in suos uertisse superbiam: & liberorum quoq; eum frequentiae tædere, ut quam in curia solitudinem fecerit, domi quoq; faciat: ne qua stirpem, ne quem haeredem regni relinquat. se quidem inter tela & gladios patris elapsum, nihil usquam sibi tutum, nisi apud hostes L. Tarquinij credidisse. nam ne errarent, manere his bellum, quod positum simuletur: & per occasionem cum incautos inuasurum. Quod si apud eos supplicibus locus non sit, pererraturum se omne Latium: Volscosq; se inde, & Aequos, & Hernicos petiturum: donec ad eos perueniat, qui a patrum crudelibus atq; impijs supplicijs tegere liberos sciant. forsitan etiam ardoris aliquid ad bellum armaq; se aduersus superbissimum regem ac ferocissimum populum inuenturum. Cum, si nihil mouerentur, infensus ira porro inde abiturus uideretur: benigne ab Gabinis excipitur. Vetant mirari, si qualis in ciues, qualis in socios, talis ad ultimum in liberos esset. in seipsum postremo seuiturum, si alia desint. sibi uero gratum aduentum eius esse: futurumq; credere breui, ut illo adiuuante ab portis Gabinis sub Romana mœnia bellum transferatur. Inde in consilia publica adhiberi. ubi cum de alijs rebus assentire se ueteribus Gabinis diceret, quibus haec notiores essent, ipse identidem belli autor esset, in eo sibi precipuam prudentiam assumere: quod utriusq; populi uires nosset: sciretq; inuisam profecto superbiam regiam ciuibus esse, quam ferre ne liberi quidem potuissent. Ita cum sensim ad rebellandum primores Gabiorum incitaret, ipse cum promptissimis iuuenum praedatum, atq; in expeditiones iret, & dictis factisq; omnibus ad fallendum instructis uana accresceret fides, dux ad ultimum belli legitur. ibi cum inscia multitudine quid ageretur, praelia parua inter Romam Gabiosq; fierent, quibus plerunq; Gabina res superior esset: tum certatim summi infimiq; Gabiorum Sex. Tarquinium dono deum sibi missum ducem credere. apud milites

uero

liero obeundo pericula ac labores, pariter prædam munifice largiendo, tanta charitate esse, ut non pater Tarquinius potentior Romæ quàm filius Gabijs esset. Itaq; postquam satis uirium collectum ad omnes conatus uidebat: tum è suis unum sciscitatum Romam ad patrem mittit, quidnam se facere uellet? quandoquidem ut omnia unus Gabijs posset, ei dii dedissent. Huic nuntio, quia credo dubiæ fidei uidebatur, nihil uoce responsum est. rex uelut deliberabundus in hortum ædium transit sequente nuntio filij. ibi inambulans tacitus summa papauerum capita dicitur baculo decussisse. Interrogando expectandoq; responsum nuntius fessus, ut re imperfecta redit Gabios. quæ dixerit ipse, quæq; uiderit, refert. seu ira, seu odio, seu superbia insita ingenio, nullam eum uocem emisisse. Sexto ubi quid uellet parens, quid sic præciperet tacitis ambagibus, patuit: primores ciuitatis, criminando alios apud populum, alios sua ipsos in uidia opportunos interemit. multi palàm, quidam, in quibus minus speciosa criminatio erat futura, clam interfecti. patuit quibusdam uolentibus fuga, aut in exilium acti sunt. absentiuq; bona iuxta atque interemptorum diuisa suere. Largitionis inde prædæq; & dulcedine priuati commodi, sensus malorum publicorum adimi, donec orba consilio auxilioq; Gabina res regi Romano sine ulla dimicatione in manum traditur. Gabijs receptis Tarquinius pacem cum Æquorum gente fecit, fœdus cum Thuscis renouauit. Inde ad negotia urbana animum conuertit. quorum erat primum, ut Iouis templum in monte Tarpeio monumentum regni sui nominisq; relinqueret. Tarquinos reges ambos, patrem uouisse, filium perfecisse. & ut libera à cæteris religionibus area esset tota Iouis templiq; eius quod inædificaretur, exaugurare sana sacellaq; statuit: quæ aliquot ibi à Tatio rege primum in ipso discrimine aduersus Romulum pugnae uota, consecrata inaugurataq; postea fuerant. Inter principia condendi huius operis, mouisse numen ad indicandam tanti imperij molem traditur deos. nam cum omnium sacellorum exaugurationes admitterent aues, in Termini fano non addixere. idq; omen auguriuq; ita acceptum est, non motam Termini sedem, unumq; cum deorum non euocatum sacris sibi finibus firma stabiliaq; cuncta portendere. Hoc perpetuitatis auspicio accepto, secutū aliud magnitudinem imperij portendens prodigium est. caput humanum integra facie aperiētibus fundamenta templi dicitur apparuisse, quæ uisa species haud per ambages arcem eam imperij, caputq; rerum fore portendebat. idq; ita cecinere uates, quiq; in urbe erāt, quosq; ad eam rem consultandam ex Hetruria acciuerāt. Augebatur ad impensas regis animus. itaque pōmptinæ manubiæ, quæ perducendo ad culmen operi destinatæ erant, uix in fundamenta suppeditauerē. Eo magis Fabio, præterquam quod antiquior est, crediderim XL ea sola talenta fuisse, quàm Pisoni, qui XL millia pondi argenti seposita in eam rem scribit. quàm summam pecuniæ neque ex unius tum urbis præda sperandam: & nullius ne horum quidem magnificentæ operum fundamenta non exuperaturam. Intentus perficiendo templo fabris undique ex Hetruria accitis, non pecunia solum ad id publica est usus, sed operis etiam ex plebe: qui cum haud paruus & ipse militiæ adderetur labor, minus tamen plebs grauabatur, se templa deum exedificare manibus suis. quæ posthac & ad alia ut specie minora, sic laboris aliquanto maioris traducebantur opera, soros in circō faciendos, cloacamq; maximam receptaculum omnium purgamentorum urbis, sub terram agendam. quibus duobus operibus uix noua hæc magnificentia quicquam adæquare potuit. His laboribus exercita plebe, quia & urbi multitudinem, ubi usus non esset, oneri rebatur esse: & colonis mittendis occupati latius imperij fines uolebat. Signiam Circeiosq; colonos misit, præsidia urbi futura terra marisq;. Hæc agenti portentum terribile uisum. anguis ex columna lignea elapsus cum terrorem fugamq; in regiam fecisset: ipsius regis nō tam subito pauore percussit pectus, quàm anxijs impleuit curis. Itaq; cum ad publica prodigia Hetrusci tantum uates adhiberentur, hoc uelut domestico exterritus uisu, Delphos ad maxime inelytum in terris oraculum mittere statuit. neq; responsa sortium ulli alij cōmittere ausus, duos filios per ignotas ea tempestate terras, ignotiora maria in Græciam misit. Titus & Aruns profecti. comes his additus L. Iunius Brutus Tarquinia sorore regis natus, iuuenis longe alius ingenio quàm cuius simulationem induerat. Is, cum primores ciuitatis in quibus fratrem suum ab auunculo interfectum audisset: neque in animo suo quicquam re-

gi timendum, neque in fortuna cōcupiscendum relinquere statuit: contemptuq̄ tutus esse, ubi in iure parum præsidiū esset. Ergo ex industria factus ad imitationem stultitiæ, cum se suaq̄ prædæ esse regi sineret, Bruti quoque haud abnuuit cognomen: ut sub eius obtentu cognominis liberator ille populi Romani animus latens aperiretur tempore suo. Is tum ab Tarquinij ductus Delphos ludibrium uerius quàm comes, aureum baculum inclusum corneo cauato ad id baculo tulisse donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenij sui. Quò postquā uentum est, perfectis patris mādatis, cupido incessit animos iuuenum sciscitandi, ad quem eorum regnum Romanum esset uenturum, ex infimo specu uocem redditam ferunt: imperium summum Romæ habebit, qui uestrum primus ò iuuenes osculum matri tulerit. Tarquinij, ut Sextus, qui Romæ relictus fuerat, ignarus responsi expersq̄ imperij esset, rem summa ope taceri iubent. ipsi inter se uter prior cum Romam redisset, matri osculum daret, sorti permittunt. Brutus aliò ratus spectare pythicam uocem, uelut si prolapsus cecidisset, terram osculo contigit: scilicet quod ea communis mater omnium mortalium esset. Reditum inde Romam, ubi aduersus Rutulos bellum summa ui parabatur. Ardeam Rutuli habebant, gens ut in ea regione atque in ea ætate, diuitijs præpollens, eaq̄ ipsa causa belli fuit, quod rex Romanus tum ipse ditari exhaustus magnificentia publicorum operum, tum præda delinere popularium animos studebat, præter aliam superbiam regno infestos etiam, quod se in fabrorum ministerijs, ac seruili tādū habitos opere ab rege indignabant. Tentata res est, si primo impetu capi Ardea posset, ubi id parum processit, obsidione munitionibusq̄ cœpti premi hostes. In ijs staturis (ut fit) longo magis quàm acri bello satis liberi cōmeatus erāt: primoribus tamen magis quàm militibus, regij quidem iuuenes interdum otium conuiujs comestationibusq̄ inter se terebāt.

Forte potantibus his apud Sex. Tarquinium, ubi & Collatinus cœnabat Tarquinius Egerij filius, incidit de uxoribus mentio. suam quisque laudare miris modis, inde certamine accenso, Collatinus negat uerbis opus esse, paucis id quidem horis posse sciri, quantum cæteris præstet Lucretia sua, quin si uigor iuuentæ inest, conscendimus equos: inuisimusq̄ præsentibus nostrarum ingenia: Idq̄ cuique spectatissimū sit: quod nec opinato uiri aduentu occurrerit oculis, incaluerant uino, age fanè, omnes citatis equis aduolant Romam, quò cum primis se intendentibus tenebris peruenissent, pergunt inde Collatiam: ubi Lucretiam haudquaquam ut regias nurus, quas in conuiuio luxuq̄ cum æqualibus uiderant tempus terentes, sed nocte sera deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem inueniunt. Muliebris certaminis laus penès Lucretiam fuit, adueniens uir Tarquinijq̄ excepti benigne, uictor maritus comiter inuitat regios iuuenes, ibi Sex. Tarquinium mala libido Lucretiæ per uim stuprandæ capit: tum forma, tum spectata castitas incitat, & tum quidem ab nocturno iuuenili ludo in castra redeunt. Paucis interiectis diebus, Sex. Tarquinius inscio Collatino cum comite uno Collatiam uenit, ubi exceptus benigne ab ignaris cōsilijs, cum post cœnam in hospitale cubiculum deductus esset: amore ardens postquam satis omnia tuta circa, sopitiq̄ omnes uidebātur, stricto gladio ad dormientem Lucretiam uenit, sinistraq̄ manu mulieris pectore oppresso, tace Lucretia, inquit, Sex. Tarquinius sum, ferrum in manu est: moriere, si emiseris uocē. Cum pauida è somno mulier nullam opem, propè mortem imminentem uideret, tum Tarquinius fateri amorem, orare: miscere precibus minas: uersare in omnes partes muliebrem animum, ubi obstinatum uidebat, & ne mortis quidem metu inclinari, addit ad metum dedecus, cum mortua iugulatum seruum nudum positurum ait: ut in sordido adulterio necata dicatur. Quo terrore cum uicisset obstinatum pudicitiam uelut uictrix libido, profectusq̄ inde Tarquinius ferox expugnato decore muliebri esset: Lucretia mœsta tanto malo nuntium Romam eundem ad patrem Ardeamq̄ ad uirū mittit, ut cum singulis fidelibus amicis ueniant: ita facto maturatq̄ opus esse, rem atrocē incidisse. Sp. Lucretius cū P. Valerio Volesi filio, Collatinus cum L. Junio Bruto uenit: cum quo forte Romam rediens, ab nuntio uxoris erat conuentus. Lucretiam sedentem mœstam in cubiculo inueniunt, aduentu suorum lachrymæ obortæ, quærentique uiro fatin' saluē? minime, inquit, quid enim salui est mulieri amissa pudicitia? uestigia uiri alieni Collatine in lecto sunt tuo, cæterum corpus est tātum uiolatum, animus insons: mors testis

testis erit. sed date dextras fidemq̄, haud impune adultero fore. Sex. est Tarquinius, qui hostis pro hospite priore nocte ui armatus mihi sibiq̄, si uos uiri estis, pestiferum hinc abstulit gaudium. Dant ordine omnes fidem: consolantur agram animi, auertendo noxam ab coacta in autorem delicti. mentem peccare non corpus: & unde consilium abfuerit, culpam abesse. Vos, inquit, uideritis, quid illi debeatur: ego me & si peccato absoluo, supplicio non libero. nec ulla deinde impudica Lucretiæ exemplo uiuet. Cultrum, quem sub ueste abditum habebat, eum in corde defigit: prolapsaq̄ in uulnus moribunda cecidit. Conclamant uir paterq̄: Brutus illis luctu occupatis, cultrum ex uulnere Lucretiæ extractum manantem cruore præ se tenens, per hunc, inquit, castissimum ante regiam iniuriam sanguinem iuro, uosq̄ dñi testes facio, me L. Tarquiniū Superbum cum scelerata coniuge, & omni liberorum stirpe, ferro, igniq̄ quacunq̄ dehinc ui possim, exacturum: nec illos, nec alium quenquam regnare Romæ passurum. cultrum deinde Collatio tradit. inde Lucretio ac Valerio stupentibus miraculo rei, unde nouum in Bruti pectore ingenium. ut præceptum erat, iurant. totiq̄ ab luctu uersi in iram; Brutum iam inde ad expugnandum regnum uocantem sequuntur ducem. Elatum domo Lucretiæ corpus in forum deferunt, concientq̄ miraculo (ut fit) rei nouæ, atque indignitate homines. pro se quisque scelus regium ac uim queruntur. mouet tum patris incestitatum Brutus castigator lachrymarum atque incertium querelarum, autorq̄, quod uiros, quod Romanos deceret, arma capiendi aduersus hostilia ausos. Ferocissimus quisque iuuenum cum armis uoluntarius adest: sequitur & cætera iuuentus. inde pari præsidio relicto Collatiæ ad portas, custodibusq̄ datis, nequis eum motum regibus nuntiaret: cæteri armati duce Bruto Romam profecti. ubi eò uentum est, quacunq̄ incedit armata multitudo, pauorem ac tumultum facit. rursus ubi anteire primores ciuitatis uident, quicquid sit, haud temere esse rentur. nec minorẽ motum animorum Romæ tam atrox res facit, quàm Collatiæ fecerat. Ergo ex omnibus locis urbis in forum curritur. quò simul uentum est, præco ad tribunal celerum, in quo tum magistratu forte Brutus erat, populum aduocauit. Ibi oratio habita nequaquam eius pectoris ingeniq̄, quod simulatum ad eam diem fuerat: de ui ac libidine Sex. Tarquini, de stupro infando Lucretiæ & miserabili cæde, de orbitate Tricipitini, cui morte filiæ causa mortis indignior ac miserabilior esset. addita superbia ipsius regis, misericordiq̄ & labores plebis in fossas cloacasq̄ exhauriendas demersæ. Romanos homines uictores omnium circa populorum, opifices ac lapidas pro bellatoribus factos. indigna Seruii Tullij regis memorata cædes: & inuicta corpori patris nefando uehiculo filia, inuocatiq̄ ultores parentum dij. His atrocioribusq̄ credo alijs, quæ præfens rerum indignitas haudquaquam relatu scriptoribus facilia subiicit, memoratis, incensam multitudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret, exulesq̄ esse iuberet L. Tarquiniū cum coniuge ac liberis. ipse iunioribus qui ultro nomina dabant lectis armatisq̄, ad concitandum inde aduersus regem exercitum Ardeam in castra est profectus. imperium in urbe Lucretio præfecto urbis iam ante ab rege instituto reliquit. Inter hunc tumultum Tullia domo profugit: execrantibus quacunq̄ incedebat, inuocantibusq̄ parentum furias uiris mulieribusq̄. Harum rerum nuntijs in castra perlatis, cum re noua trepidus rex pergeret Romam ad comprimendos motus, flexit uiam Brutus (senserat enim aduentum) ne obuius fieret. eodemq̄ ferè tempore diuersis itineribus Brutus Ardeam, Tarquinius Romam uenerunt. Tarquinio clausæ portæ, exiliumq̄ indictum: liberatorem urbis læta castra accepere. exatq̄ inde liberi regis, duo patrem secuti sunt, qui exulatū Cære in Hetruscos serunt. Sex. Tarquinius Gabios rāquam in suum regnum profectus, ab ultoribus ueterum simulatam, quas sibi ipse cædibus rapinis que conciuerat, est interfectus. L. Tarquinius Superbus regnauit annos v & x x. Regnatum Romæ ab cõdita urbe ad liberatam annos ccxliiii. Duo consules inde comitijs centuriatis à præfecto urbis ex cõmentarijs Seruii Tullij creati sunt, L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.



LIBERI iam hinc populi Romani res pace belloq; gestas, annuos magistratus imperiaq; legum potentiora quam hominum peragam. que libertas ut letior esset, proximi regis superbia fecerat. nam priores ita regnarunt, ut haud immerito omnes deinceps conditores partium ceptę urbis, quas novas ipsi sedes ab se auctę multitudini addiderunt, numerentur. neq; ambigitur, quin Brutus idem, qui tantum glorię Superbo exacto rege meruit: pessimo publico id facturus fuerit, si libertatis immaturę cupidine priorum regum alicui regnum extorsisset. Quid enim futurum fuit, si illa pauperum conuenarumq; plebs transfuga ex suis populis, sub tutela inuiolati templi aut libertatem aut certe impunitatem adeptam, soluta regio metu agitari cepta esset tribunitijs procellis? & in aliena urbe cum patribus serere certamina, priusquam pignora coniugum ac liberorum, charitasq; ipsius soli, cui longo tempore assuescit, animos eorum consociasset? dissipatę res nondum adultę discordia forent: quas fouit tranquilla moderatio imperij, eoque nutriendo perduxit, ut bonam frugem libertatis maturis iam uiribus ferre possent. libertatis autem originem inde magis, quia annum imperium consulare factum est, quam quod diminutum quicquam sit ex regia potestate, nemes. omnia iura, omnia insignia primi consules tenuere. id modo cautum est, ne si ambo fasces haberent, duplicatus terror uideretur. Brutus prior concedente collega fasces habuit: qui non acrior uindex libertatis fuerat, quam deinde custos fuit. Omnium primum auidum nouę libertatis populum, ne postmodum flecti precibus aut donis regis posset, iureiurando adigit, neminem Romę passuros regnare. deinde quo plus uirium in senatu frequentia etiam ordinis faceret: cędibus regis diminutum patrum numerum primoribus equestris gradus lectis ad trecentorum summam expleuit. traditumq; inde fertur, ut in senatum uocarentur, qui patres, qui que conscripti essent. conscriptos uidelicet nouum senatum, appellabant lectos. Id mirum quantum profuit ad concordiam ciuitatis, iungendosq; patribus plebis animos. Rerum deinde diuinarum habita cura. & quia quędam publica sacra per ipsos reges factitata erant, necubi regum desiderium esset, regem sacrificulum creant. id sacerdotium pontifici subiecere, ne additus nomini honos aliquid libertati, cuius tunc prima erat cura, officeret. ac nescio an nimis undique eam minimis quoque rebus muniendo, modum excefferint. consulis enim alterius, cum nihil aliud offenderit, nomen inuisum ciuitati fuit. Nimum Tarquinius regno assuescit. initium a Prisco factum. regnasse deinde Seruium Tullium. ne interuallo quidem facto oblitum tanquam alieni regni Superbum Tarquinium uelut hereditatem gentis, scelere ac uiperetisse. pulso Superbo, penes Collatinum imperium esse. nescire Tarquinius priuatos uiuere. non placere nomen, periculosum libertati esse. Hic primo sensim tentantium animos sermo per totam ciuitatem est datus. sollicitatamq; suspicione plebem Brutus ad contionem uocat. ibi omnium primum iusiurandum populi recitat, neminem regnare passuros, nec esse Romę unde periculum libertati foret. id summa ope tuendum esse, neque ullam rem quę eò pertinet, contemnendam. inuitum se dicere hominis causa: nec dicturum fuisse, ni charitas reipublicę uinceret. non credere populum Romanum solidam libertatem recuperatam esse. regium genus, regium nomen non solum in ciuitate, sed etiam in imperio esse. id officere, id obstare libertati. Hunc tu, inquit, tua uoluntate L. Tarquini remoue metum. meminimus, fatemur: cęcisti reges. absolue beneficium tuum, aufer hinc regium nomen. res tuas tibi non solum reddent ciues tui autore me, sed siquid deest, munifice augebunt. amicus abi, exonera ciuitatem uano forsitan metu. ita persuasum est animis, cum gente Tarquinia regnum hinc abiturum.

Consuli primo tam nouę rei ac subitę admiratio incluserat uocem. dicere deinde incipientem primores ciuitatis circumstant, eadem multis precibus orant. & ceteri quidem mouebant minus. postquam Sp. Lucretius maior ætate ac dignitate, focer præterea ipsius agere uarie, rogando alternis suadendoq; cepit, ut uinci se consensu ciuitatis pateretur: timens consul ne postmodum priuato sibi eadem illa cum bonorum amissione, additaq; alia insuper ignominia acciderent

ciderent, abdicauit se consulatu: rebusq; suis omnibus Lauinium translatis, ciuitate cessit. Brutus ex senatusconsulto ad populum tulit, ut omnes tarquinia gentis exules essent. collegam sibi comitijs centuriatis creauit P. Valeriu, quo adiutore reges eiecerat. Cum haud cuiquam in dubio esset, bellum ab Tarquinijs imminere, id quidem spe omnium serius fuit. caeterum id quod non timebant, per dolum ac prodicionem propè libertas amissa est. Erant in Romana iuuentute adolescentes aliquot, nec in tenui loco orti, quorum in regno libido solutior fuerat: aequales sodalesq; adolescentium Tarquiniorum, assueti more regio uiuere. eam tum aequato iure omnium licentiam quaerentes, libertatem aliorum in suam uertisse seruitutem inter se conquerebantur. Regem hominem esse, a quo impetres ubi ius, ubi iniuria opus sit. esse gratiae locum, esse beneficio, & irasci & ignoscere posse: inter amicum atq; inimicum discrimen nosse. leges rem surdam, inexorabilem esse, salubriorem melioremq; inopi quam potenti: nihil laxamenti nec ueniae habere, si modum excefferis. periculosum esse, in tot humanis erroribus sola innocentia uiuere. Ita iam sua sponte agris animis legati ab regibus superueniunt, sine mentione reditus bona tantum repetentes. eorum uerba postquam in senatu audita sunt, per aliquot dies ea consultatio tenuit: ne non reddita belli causa, reddita belli materia & adiumentum essent. Interim legati cum alijs alia moliri, aperte bona repetentes, clam recuperandi regni consilia struere: & tanquam ad id quod agi uidebatur, ambientes nobilium adolescentium animos pertentabant. a quibus placide oratio accepta est. his literas ab Tarquinijs reddunt: & de accipiendis clam nocte in urbem regibus colloquuntur. Vitellijs Aquilijsq; fratribus primo commissa res est. Vitelliorum soror consuli nupta Bruto erat. iamq; ex eo matrimonio adolescentes erant liberi, Titus Tiberiusq;: eos quoque in societatem consilij auunculi assumunt. praeterea & nobiles aliquot adolescentes consilij assumpti, quorum uetustate memoria abiit. Interim cum in senatu uicisset sententia quae censebat reddenda bona: eamq; ipsam causam morae in urbe haberent legati, quod spatium ad uehicularum comparanda a consulibus sumpserant, quibus regum asportarent res: omne id tempus cum coniuratis consultando absument: euincuntq; instando, ut literae sibi ad Tarquinius darentur. nam aliter qui credituros eos, non uana ab legatis super rebus tantis afferri. Datae literae ut pignus fidei essent, manifestum facinus fecerunt. nam cum, pridie quam legati ad Tarquinius proficisceretur, & cenatum forte apud Vitellios esset, coniuratiq; ibi remotis arbitris multa inter se de nouo (ut fit) consilio egissent, sermonem eorum ex seruis unus excepit, qui iam antea id senserat agi: sed eam occasionem, ut literae legatis darentur, quae deprehensae rem coarguere possent, expectabat. postquam datas sensit, rem ad consules detulit. Consules ad deprehendendos legatos coniuratosq; profecti domo, sine tumultu rem omnem oppressere: literarum in primis habita cura, ne interciderent. proditoribus extemplo in uincla coniectis, de legatis paululum addubitatum est. & quanquam uisi sunt commisisse, ut hostium loco essent, ius tamen gentium ualuit. De bonis regijs quae reddenda ante censuerant, res integra refertur ad patres. illi uicti ira uetere reddi, uetere in publicum redigi. diripienda plebi sunt data, ut contacta regia praeda spem in perpetuum cum his pacis amitteret. ager Tarquiniorum qui inter urbem ac Tyberim fuit, consecratus Marti Martius deinde capus fuit. Forte ibi tum seges farris dicii fuisse matura messi. quem campi fructum quia religiosum erat consumere, delectam cum stramento segetem magna uis hominum simul immissa corribus fudere in Tyberim tenui fluentem aqua, ut medijs caloribus solet. ita in uadis haerentis frumenti aceros sedisse illitos limo: insulam inde paulatim, & alijs quae fert temere flumen eodem inuectis, factam. postea credo additas moles, manuq; adiutum, ut tam eminens area, firmaq; templis quoque ac porticibus sustinendis esset.

Direptis bonis regum, damnati proditores, sumptumque supplicium, conspectus eo, quod poenae capiendae ministerium patri de liberis consulatus imposuit: & qui spectator erat amouendus, cum ipsum fortunae exactorem supplicij dedit. Stabant deligati ad palum nobilissimi iuuenes. sed a caeteris uelut ab ignotis capitibus, consulis liberi omnium in se auerterant oculos. miserebatque non poenae magis homines quam sceleris, quo poenam meriti essent. illos eo potissimum anno patriam liberatam, patrem liberatorem, consulatum ortum ex domo Iunia, pa-

tres, plebem, quicquid decorum hominumque Romanorum esset, induxisse in animum ut Superbo quondam regi, tum infesto exuli proderent. Cōsules in sedem processere suam: missique lictores ad sumendum supplicium, nudatos uirgis cædunt, securique feriunt: cum inter omne tempus pater, uultusque & os eius, spectaculo esset: eminente animo patrio inter publicæ pœnæ ministerium. Secundum pœnam nocentium, ut in utranque partem arcendis sceleribus exemplum nobile esset, præmium iudici, pecunia ex ærario, libertas, & ciuitas data. Ille primum dicitur uindicta liberatus. quidam uindictæ quoque nomen tractum ab illo putant: Vindicio ipsi nomen fuisse. post illum obseruatum, ut qui ita liberati essent, in ciuitatem accepti uiderentur.

His sicut acta erant, nuntiatis, incensus Tarquinius non dolore solum tantæ ad irritum cadentis spei, sed etiam odio iraque, postquam dolo uiam obseptam uidit: bellum aperte mouendum ratus, circumire supplex Etruriam urbes: orare maxime Veientes Tarquiniensesque, ne se ortum eiusdem sanguinis extorrem, egentem ex tanto modo regno cum liberis adolescentibus ante oculos suos perire sinerent. alios peregre in regnum Romam accitos: se regem augentem bello Romanum imperium, à proximis scelerata coniuratione pulsum. eos inter se, quia nemo unus satis dignus regno uisus sit, partes regni rapuisse: bona sua diripienda populo dedisse, nequis expers sceleris esset. patriam se regnumque suum repetere, & persequi ingratos ciues uelle. ferrent opem, adiuuarent: suas quoque ueteres iniurias ultum irent: toties cæsas legiones, agrum ademptum. Hæc mouerunt Veientes. ac pro se quisque Romano saltem duce ignominias demendas, belloque amissa repetenda, minaciter fremunt. Tarquinienses nomen ac cognatio mouet. pulchrum uidebatur suos Romæ regnare. Ita duarum ciuitatum exercitus ad repetendum regnum, belloque persequendos Romanos secuti Tarquinium. Postquam in agrum Romanum uentum est, obuiam hosti consules cunt. Valerius quadrato agmine peditem ducit: Brutus ad explorandum cum equitatu antecelsit. Eodem modo primus eques hostium agminis fuit: præerat Aruns Tarquinius filius regis: rex ipse cum legionibus sequebatur. Aruns, ubi ex lictoribus procul consulem esse: deinde iam propius, ac certius facie quoque Brutum cognouit: inflammatus ira, ille est uir, inquit, qui nos extorres expulit patria. ipse en ille nostris decoratus insignibus magnifice incedit. dii regum ultores adeste. concitat calcaribus equum, atque in ipsum infestus consulem dirigit. sensit in se iri Brutus. decorum erat tum ipsis capeßere pugnam ducibus. auide itaque se certamini offert. adeoque infestis animis concurrerunt, neuter, dum hostem uulneraret, sui protegendæ corporis memor, ut contrario ictu per parmam uterque transfixus, duabus hærentes hastis moribundi ex equis lapsi sint. simul & cætera equestris pugna cœpit. neque ita multo post & pedites superueniunt. Ibi uaria uictoria, & uelut æquo Marte pugnatum est. dextra utrinque cornua uicere, læua superata. Veientes uinci ab Romano milite assueti, fusi fugatique sunt. Tarquiniensis nouus hostis non stetit solum, sed etiam ab sua parte Romanum pepulit. Ita cum pugnatum esset: tantus terror Tarquinium atque Etruscos incessit: ut omnia irrita re, nocte ambo exercitus, Veiens Tarquiniensisque suas quisque abirent domos. Adijciunt miracula huic pugne, silentio proximæ noctis ex sylua Arsia ingentem editam uocem: Syluani uocem eam creditam: hæc dicta, Vno plus Etruscorum occidisse in acie: uincere bello Romanum. Ita certe inde abiire Romani ut uictores, Etrusci pro uictis. nam postquam illuxit, nec quisquam hostium in conspectu erat, P. Valerius C o s. spolia legit: triumphansque inde Romam redijt. collegæ funus, quanto tum potuit apparatu, fecit. sed multo maius morti decus publica fuit mœsticia, eo ante omnia insignis, quia matronæ annum, ut parentem cum luxerunt, quod tam acer uictor uiolata pudicitia fuisset. Consuli deinde qui superfuerat, ut sunt mutabiles uulgi animi, ex fauore non inuidia modo, sed suspicio etiam cum atrocis crimine orta. regnum cum affectare, fama ferebat: quia nec collegam subrogauerat in locum Bruti, & ædificabat in summa Velia. ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore. Hæc dicta uulgo creditaque cum indignitate angerent consulis animum: uocato ad concilium populo, summissis fascibus in contionem ascendit. Gratum id multitudini spectaculum fuit. summissa sibi esse imperij insignia: confessionemque factam, populi quam consulis maiestatem

uimque

dūmque maiorem esse. Vbi audire iussi, consul laudare fortunam collegæ, quod liberata patria in summo honore pro Republica dimicans, matura gloria, necdum se uertente in inuidiam, mortem occubisset, se superstitem gloriæ suæ ad crimen atque inuidiam superesse: ex liberatore patriæ ad Aquilios Vitellios que recidisse. Nunquam ne ergo, inquit, ulla adeo à uobis spectata uirtus erit, ut suspitione uiolari nequeat? ego me illum acerrimū regum hostem, ipsum cupiditatis regni crimen subiturum timerem? ego si in ipsa arce Capitolioque habitarem, metui me crederem posse à ciuibus meis? tam leui momento mea apud uos fama pendet? adeo ne est fundata leuiter fides: ut ubi sim, quàm qui sim magis referat? Non obstant P. Valerij ædes libertati uestræ Quirites, tuta erit uobis Velia. deferam non in planum modo ædes, sed colli etiam subiiciam: ut uos supra suspectum me ciuem habitetis. in Velia ædificent, quibus melius quàm P. Valerio creditur libertas. Delata confestim materia omnis infra Veliam, & ubi nunc uicus publicus est, domus in infimo cliuo ædificata. Latæ deinde leges, non solum quæ regni suspitione consulem absoluerent: sed quæ adeo in contrarium uerterent, ut popularem etiam facerent. Inde cognomen factum Publicolæ est. Ante omnes de prouocatione aduersus magistratus ad populum, sacrandoque cum bonis capite eius, qui regni occupandi consilia inisset. Gratiæ in uulgus leges fuisse, quas cum solus pertulisset, ut sua unius in his gratia esset: tum deinde comitia collegæ subrogando habuit. Creatus Sp. Lucretius c o s. qui magno natu, non sufficientibus iam uiribus ad consularia munera oberta, intra paucos dies moritur. Suffectus in Lucretij locum M. Horatius Puluillus. Apud quosdam ueteres autores non inuenio Lucretium consulem. Bruto statim Horatium suggerunt. credo, quia nulla gesta res insignem fecerit consulatum, memoria intercidisse. Nondum dedicata erat in Capitolio Iouis ædes. Valerius Horatius que c o s s. sortiti uter dedicaret: Horatio forte euenit: Publicola ad Veientiū bellum profectus. Ægrius quàm dignum erat tulere Valerij necessarij, dedicationem tam inclyti templi Horatio dari. id omnibus modis impedire conati, postquam alia frustra tentata erant: postem iam tenenti consuli fœdum inter precationem deum nuntium incutiunt: mortuum eius filium esse, sanctaque familia dedicare eum templum nō posse. Non crediderit factum, an tantum animo roboris fuerit: nec traditur certum, nec interpretatio est facilis. nihil aliud ad eum nūtiū à proposito auersus, quàm ut cadauer efferri iuberet, tenens postem, precationem peragit, & dedicat templum. Hæc post exactos reges domi militiaeque gesta primo anno. Inde P. Valerius iterum, T. Lucretius c o s s. facti. Iam Tarquinij ad Lartem Porsenam Clusinum regem perfugerant. ibi miscendo consilium preces que, nunc orabant, ne se oriundos ex Hetruscis, eiusdem sanguinis nominisque, egentes exulare pateretur: nunc monebant etiam, ne orientem morem pellendi reges inultum sineret. satis libertatem ipsam habere dulcedinis, nisi quanta ui ciuitates eam expetant, tanta regna reges defendant: æquari summa infimis, nihil excelsum, nihil quod supra cætera emineat, in ciuitatibus fore: adesse finem regnis, rei inter deos hominesque pulcherrime. Porsena tum regem esse Romæ, tum Hetruscæ gentis regem amplum Thuscis ratus, Romam infesto exercitu uenit. Non unquam aliàs ante tantus terror senatum inuasit: adeo ualida res tum Clusina erat, magnumque Porsenæ nomen. nec hostes modo timebant, sed suos metipsi ciues, ne Romana plebs metu perculsa, receptis in urbem regibus uel cum seruitute pacem acciperet. Multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab senatu data. annonæ in primis habita cura, & ad frumentum comparandum missi, alij in Volscos, alij Cumas. salis quoque uendendi arbitrium, quia impenso pretio uenibat in publicum, omni sumptu ademptum priuatis: portorij quoque & tributo plebe liberata, ut diuites conferrent, qui oneri ferendo essent. pauperes satis stipendij pendere, si liberos educerent. Itaque hæc indulgentia patrum asperis postmodum rebus in obsidione ac fame, adeo concordem ciuitatem tenuit, ut regium nomen non summi magis quàm infimi horrerent: nec quisquā unus malis artibus postea tam popularis esset, quàm tum bene imperando uniuersus senatus fuit. Cum hostes adessent, pro se quisque in urbem ex agris demigrant: urbem ipsam sepiunt præsidij. alia muris, alia Tyberi obiecto uidebatur tuta. pons Sublucius iter penè hostibus dedit: ni unus uir fuisset, Horatius

Cocles: (id munimentum illo die fortuna urbis Romanæ habuit) qui positus forte in statione pontis, cum captum repentino impetu Ianiculum, atque inde citatos decurrere hostes uidisset: trepidamq; turbam suorum arma ordinesq; relinquere, reprehensans singulos, obstitens, obtansq; deum & hominum fidem, testabatur: nequicquã deserto præsidio eos fugere. si transitum pontem à tergo reliquissent: iam plus hostium in Palatio Capitolioq;, quàm in Ianiculo fore. Itaq; monere prædicere, ut pontem ferro, igni, quacunq; ui possent, interrumpât: se impetum hostium, quantum corpore uno posset obstiti, excepturum. Vadit inde in primum aditum pontis: insignisq; inter cõspecta cedentium pugnæ terga, obuersis cominus ad ineundum prælium armis, ipso miraculo audaciæ obstupescit hostes. duos tamen cum eo pudor tenuit, Sp. Largium ac T. Herminium, ambos claros genere factisq;. Cum his primam periculi procellam, & quod tumultuosissimũ pugnæ erat, parumper sustinuit: deinde eos quoq; ipsos exigua parte pôtis relicta, reuocantibus qui rescindebant, cedere in tutum coegit. Circumferens inde minaciter truces oculos ad proceres Hetruscorum, nunc singulos prouocare, nunc increpare omnes: seruitia regum superbiorum suæ libertatis immemores alienam oppugnatam uenire. Cunctati aliquandiu sunt, dum alius alium, ut prælium incipiant, circumspectant. pudor deinde commouit aciem, & clamore sublato undiq; in unum hostem tela conijciunt. quæ cum in obiecto cuncta scuto hæssissent, neq; ille minus obstinatus ingenti pontẽ obtineret gradu: iam impetu detrudere conabantur uirum, cum simul fragor rupti pontis, simul clamor Romanorum alacritate perfecti operis sublatus, pauore subito impetum sustinuit. Tum Cocles, Tyberine pater, inquit, te sancte precor, hæc arma & hunc militem propitio flumine accipias. ita sic armatus in Tyberim desiluit, multisq; superincidentibus telis, incolumis ad suos tranauit: rem ausus plus famæ habituram ad posteros quàm fidei. Grata erga tantam uirtutem ciuitas fuit. statua in comitio posita, agri quantum uno die circũarauit, datum. priuata quoq; inter publicos honores studia eminebant. nam in magna inopia pro domesticis copijs unusquisq; ei aliquid, fraudans se ipse uictu suo, contulit. Porsena primo conatu repulsus, cõsilijs ab oppugnanda urbe ad obsidendam uersis, præsidio in Ianiculo locato, ipse in plano ripisq; Tyberis castra posuit: nauibus undiq; accitis & ad custodiam, nequid Romam frumenti subuehi sineret: & ut prædatũ milites trans flumen per occasiones alijs atque alijs locis tranjcerent. breuiq; adeo infestum omnem romanum agrum reddidit, ut non cætera solum ex agris, sed pecus quoq; omne in urbem compelleretur: neq; quisquam extra portas propellere auderet. Hoc tantum licentiæ Hetruscis non metu magis quàm consilio concessum. namque Valerius consul intentus in occasionẽ multos simul & effulos improviso adoriundi, in paruis rebus negligens ultor grauem se ad maiora uindictam seruabat. itaque ut eliceret prædatores, edicit suis: portero die frequentes porta esquilina, quæ auersissima ab hoste erat, expelleret pecus: scituros id hostes ratus, quod in obsidione & fame seruitia infida transfugerent. Et sciens per fugæ indicio: multoq; plures, ut in spem uniuersæ prædæ, flumen tranjciunt. P. Valerius inde T. Herminium cum modicis copijs ad secundum lapidem Gabina uia occultum considerare iubet. Sp. Largium cum expedita iuuentute ad portã Collinam stare, donec hostis prætereat. deinde se obijcere, ne sit ad flumen reditus. consulum alter T. Lucretius porta Næuia cum aliquot manipulis militum egressus: ipse Valerius Cælio monte cohortes delectas educit. hiquẽ primi apparuere hosti. Herminius ubi tumultum sensit, concurrit ex insidijs: uersisq; in Lucretiũ Hetruscis terga cædit. dextra læuaq;, hinc à porta Collina, illinc ab Næuia redditus clamor. ita cõfisi in medio prædatores, neq; ad pugnam uiribus pares, & ad fugam septis omnibus uirs. finisq; ille tam effuse uagandi Hetruscis fuit. Obsidio erat nihilo minus, & frumenti cum summa caritate inopia: sedendoq; expugnaturum se urbem, spem Porsena habebat. cum C. Mutius adolescens nobilis, cui indignum uidebatur, populũ Romanum seruientem, cum sub regibus esset, nullo bello, nec ab hostibus ullis obsessum esse: liberũ eundem populum ab ipsdem Hetruscis obsideri, quorum sæpe exercitus fuderit: itaq; magno audaciq; aliquo facinore eam indignitatem uindicandã ratus, primo sua sponte penetrare in hostium castra cõstituit: dein metuens ne si consulum iniussu & ignaris omnibus iret, forte deprehensus à custodibus romanis

retra

tetraheretur ut transfuga, fortuna tum urbis crimen affirmante, senatum adijt. Transire Tyberim, inquit, patres, & intrare, si possim, castra hostium uolo, non prædo, nec populationum inuicem ultor. maius, si dii iuuant, in animo est facinus. Approbant patres. abdito intra uestem ferro proficiscitur. ubi eò uenit, in confertissima turba prope regium tribunal constitit. ibi cum stipendium forte militibus daretur, & scriba cum rege sedens pari ferè ornatu multa ageret, eumq; milites uulgo adirent: timens sciscitari uter Porsena esset, ne ignorâdo regem semetipse aperiret quis esset: quò temere traxit fortuna facinus, scribam pro rege obruncat. uadentem inde quâ per trepidam turbam cruento mucrone sibi ipse fecerat uiam, cum cõkursu ad clamorem facto comprehensum regij satellites retraxissent ante tribunal regis: destitutus tum quoq; inter tantas fortunæ minas, metuendus magis q̃ metuens: Romanus sum, inquit, ciuis: C. Mutium uocant. hostis hostem occidere uolui. nec ad mortem minus animi est, quàm ad cædem fuit. & facere & pati fortia, romanum est. nec unus in te ego hos animos gessi: longus post me ordo est idem petentium decus. proinde in hoc discrimen, si iuuat, accingere: ut in singulas horas capite dimices tuo: ferrum hostemq; in uestibulo habeas regis. hoc tibi iuuentus romana indicimus bellum. nullam aciem, nullum præliũ timueris. unũ tibi, & cum singulis res erit. Cum rex simul ira infensus periculoq; conterritus, circumdari ignes minitabundus iuberet, nisi expromeret propere, quas insidiarum sibi minas per ambages iaceret: en tibi, inquit, ut sentias q̃ uile corpus sit ijs qui magnam gloriam petunt. dextramq; accenso ad sacrificium foculo inijcit. quam cum uelut alienato ab sensu torreret animo: propè attonitus miraculo rex, cum ab sede sua prosilisset, amoueriq; ab altaribus iuuenem iussisset: tu uero abi, inquit, in te magis q̃ in me hostilia ausus. iuberem macte uirtute esse, si pro mea patria ista uirtus staret. nunc iure belli liberum te, intactum inuiolatumq; hinc dimitto. Tum Mutius quasi remunerans meritum, quãdoquidem, inquit, est apud te uirtuti honos, ut beneficio tuleris à me, quod minis nequisti: trecenti coniurauimus principes iuuentutis Romanæ, ut in te hac uia grassaremur. mea prima fors fuit. cæteri, utcunq; ceciderit primum, quoad te opportunum fortuna dederit, suo quisq; tempore aderunt. Mutium dimissum, cui postea Scæuolæ à clade dextræ manus cognomentum inditum: legati à Porsena Romam secuti sunt. adeo mouerat eum & primi periculi casus, quo nihil se præter errorem insidiatoris texisset: & subeũda dimicatio toties quot cõiurati superessent, ut pacis condiciones ultro ferret Romanis. Iactatum in conditionibus nequicq; de Tarquinijs in regnum restituẽdis, magis quia id negare ipse nequiuerat Tarquinijs, quàm quod negatum iri sibi ab Romanis ignoraret. de agro Veientibus restituendo impetratũ: expressaq; necessitas obsides dandi Romanis, si Ianiculo præsidium deduci uellent. His conditionibus composita pace, exercitum ab Ianiculo deduxit Porsena, & agro romano excessit.

Patres C. Mutio uirtutis causa trans Tyberim agrum dono dedere, quæ postea sunt Mutia prata appellata. Ergo ita honorata uirtute, sceminæ quoque ad publica decora excitatæ.

Clælia uirgo, una ex obsidibus, cum castra Hetruscorum forte haud procul ripa Tyberis locata essent: frustrata custodes, dux agminis uirginum inter tela hostium Tyberim tranauit: sospitesq; omnes Romam ad propinquos restituit. Quod ubi regi nuntiatũ est, primo incensus ira oratores Romam misit ad Clæliam obsidem deposcendã, alias haud magni facere. deinde in admirationem uersus supra Coclites Mutiosq; dicere id facinus esse: & præ se ferre, quemadmodũ, si non dedatur obses, pro rupto se fœdus habiturum: sic deditam, intactam inuiolatamq; ad suos remissurũ. Vtrinq; constitit fides: & Romani pignus pacis ex fœdere restituerunt: & apud regem Hetruscũ nõ tuta solum, sed honorata etiã uirtus fuit. laudatãq; uirginem parte obsidũ se donare dixit: ipsa quos uellet, legeret. productis oĩibus elegisse impubes dicitur: quod & uirginitati decorum, & consensu obsidũ ipsorum probabile erat: eam ætatem potissimum liberari ab hoste, quæ maxime opportuna iniuriæ esset. Pace redintegrata, Romani nouam in scemina uirtutem nouo genere honoris, statua equestri donauere. in summa Sacra uia fuit posita uirgo insidens equo. Huic tam pacatę profectiõni ab urbe regis Hetrusci abhorrès mos traditus ab antiquis usq; ad nostrã ætatẽ inter cætera solennia manet: bonis uendendis bona Porsenæ regis uendendi. cuius originem moris necesse est aut inter bellum

natam

natam esse, neque omissam in pace: aut à mitiore creuisse principio, quàm hic præ se ferat titulus, bona hostiliter uendendi. proximū uero est ex ijs quæ traduntur: Porfenam discedentem ab Ianiculo castra opulenta conuecto ex propinquis ac fertilibus Hetruriæ aruis commeatu, Romanis dono dedisse: inopi tum urbe ab longinqua obsidiōe. ea deinde, ne populo immisso diriperentur hostiliter, uenisse bona: quæ Porfenæ appellata, gratiam muneris magis significante titulo, quàm auctiōem fortunæ regiæ, quæ ne in potestate quidem populi Romani esset. Omissa Romano bello Porfena, ne frustra in ea loca exercitus adductus uideret, cum parte copiarum filium Aruntem Ariciam oppugnatum mittit. Primo Aricinos res nec opinata perculerat. accersita deinde auxilia & à Latinis populis, & à Cumis tātum spei fecere, ut acie decernere auderent. Prælio inito adeo concitato impetu se intulerant Hetrusci, ut funderent ipso incurfu Aricinos. Cumanæ cohortes arte aduersus uim usæ, declinauere paululū: effuseq; prælatos hostes conuersis signis ab tergo adortæ sunt. Ita in medio propè iam uictores cæsi Hetrusci: pars per exigua duce amissa, quia nullum propius per fugium erat, Romam incrimis & fortuna et specie supplicū delati sunt. ibi benigne excepti, diuisi q; in hospitia. Curatis uulneribus aliij profecti domos, nuntij hospitalium beneficiorum: multos Romæ hospitem urbisque charitas tenuit. his locus ad habitandum datus, quem deinde Tuscum uicum appellarunt.

P. Lucretius inde & P. Valerius Publicola tertium consules facti. Eo anno postremum legati à Porfena de reducendo in regnum Tarquinio uenerunt. quibus cum responsum esset, missurum ad regem senatum legatos: missi confestim honoratissimus quisq; ex patribus. non quin breuiter reddi responsum potuerit, non recipi reges: ideo potius delectos patrum ad eum missos, quàm legatis eius Romæ daretur responsum: sed ut in perpetuum mentio eius rei finiretur, neu in tantis mutuis beneficijs inuicem animi sollicitarentur: cum ille peteret quod contra libertatem populi Romani esset: Romani, nisi in perniciem suam faciles esse uellent, negarent, cui nihil negatum uellent. Non in regno populum Romanū, sed in libertate esse. ita induxisse in animū: hostibus potius quàm regibus portas patefacere. eam esse uoluntatem omnium, ut qui libertati erit in illa urbe finis, idem urbi sit. proinde si saluam esse uellet Romam, ut patiatur liberam esse, orare. Rex uerecundia uictus, quando id certū atq; obstinatum est, inquit neq; ego obtundā, sapius eadem nequitia agendo, nec Tarquinos spe auxilij, quod nullum in me est, frustrabor. alium hinc, seu bello opus est, seu quiete, exilio quærant locum, nequid meam uobiscū pacem distineat. Dictis facta amicia adiecit. obsidū quod reliquum erat, reddidit. agrum Veientem, foedere ad Ianiculum icto ademptum, restituit. Tarquinius spe omni reditus incisa, exulatum ad generum Mamiliū Octauium Tusculum abiit. Romanis pax fida ita cum Porfena fuit. Consules deinde M. Valerius, P. Posthumius. Eo anno bene pugnatum cum Sabinis, consules triumpharunt. Maiore inde mole Sabini bellū parabant. aduersus eos, & nequid simul ab Tusculo, unde etiam non apertum, suspectum tamen bellum erat: repētini periculi oriretur, P. Valerius quartum, T. Lucretius iterum consules facti. Seditio inter belli pacisque autores orta in Sabinis, aliquantū inde uirium transtulit ab Romanos. namq; Ap. Clausus, cui postea Ap. Claudio fuit Romæ cognomen, cum pacis ipse autor à turbatoribus belli premere, nec par factioni esset, ab Regillo magna clientium comitatus manu, Romam trās fugit. His ciuitas data, agerq; trans Anienē. uetus Claudia tribus, additis postea nouis tribulibus, qui ex eo uenirent agro, appellata. Appius inter patres lectus haud ita multo post in principum dignationē peruenit. Consules infesto exercitu in agrum Sabinū profecti, cum ita uastatione, deinde prælio afflixissent opes hostiū, ut diu nihil inde rebellionis timere possent, triumphantes Romam redierunt. P. Valerius omniū cōsensu princeps belli pacisque artibus, anno post, Agrippa Menenio, P. Posthumio coss. morit, gloria ingenti, copijs familiaribus adeo exiguis, ut funeri sumptus deesset. de publico est elatus. Luxere matrone, ut Brutum. Eodē anno duæ coloniæ latinæ, Pometia & Cora ad Auruncos deficiūt. cum Auruncis bellū initu. fusoq; ingenti exercitu, qui se ingrediētibus fines cōsulibus ferociter obtulerat: omne auruncū bellum Pometiā cōpulsū est. Nec magis post præliū, q; in prælio cædibus temperatum est. & cæsi aliquāto plures erant q; capti, & captos passim trucidauerunt. ne ab obsidibus quidem

quidem, qui ccc accepti numero erant, ira belli abstinuit. Et hoc anno Romæ triumphatum. Secuti cōsules Opiter Virginius, Sp. Cassius Pometiam primo ui, deinde uineis alijsq; operibus oppugnaverunt. in quos Aurunci magis iam inexpiabili odio, quàm spe aliqua, aut occasione coorti, cum plures igni quàm ferro armati excurrissent, cæde incendioq; cuncta complent: uineis incensis, multis hostium uulneratis & occisis, consulum quoque alterum (sed uerum nomen autores non adiiciunt) graui uulnere ex equo deiectum propè interfecerunt. Romam inde male gesta re reditum. inter multos faucios consul spe incerta uitæ relictus. Interiecto deinde haud magno spatio, quod uulneribus curâdis supplendoq; exercitui satis essentum ira maiore belli, tum uiribus etiam auctis Pometiæ arma illata. & cum uineis relictis, aliaque mole belli iam in eo esset, ut in muros euaderet miles, deditio est facta. cæterum nihilo minus fœde dedita urbe quàm si capta foret, Aurunci passim principes securi percussi, sub corona uenerunt coloni alij: oppidum dirutum, ager uenijt. Consules magis ob iras grauiter ultas, q̄ ob magnitudinem perfecti belli triumpharunt. Insequens annus Posthumium Cominium & T. Largium Coss. habuit. Eo anno Romæ cum per ludos ab Sabinorum iuuetute per lasciuiam scorta raperentur: concursu hominum rixa ac propè prælium fuit: paruaq; ex re ad rebellionem spectare res uidebatur. Supra belli Latini metum id quoq; accesserat, quod triginta iam coniurasse populos concitante Octauio Mamilio, satis constabat. In hac tantarum expectatione rerum sollicita ciuitate, dictatoris primum creandi mentio orta. sed nec quo anno, nec quibus consulibus, quia ex factione Tarquinia essent (id quoque enim traditur) parum creditum sit: nec quis primum dictator creatus sit, satis constat. apud ueterimos tamen autores T. Largium dictatorem primum, Sp. Cassium magistrum equitum, creatos inuenio. consulares legere. ita lex iubebat, de dictatore creando lata. eo magis adducor ut credâ Largium, qui consularis erat, potius quàm M. Valerium, Marci filium, Volesi nepotem, qui nondû consul fuerat, moderatorem & magistrum consulibus appositum. qui si maxime ex ea familia legi dictatorem uellent: patrem multo potius M. Valerium spectatæ uirtutis & consularem uirum legissent. Creato dictatore primum Romæ, postquam præferri secures uiderunt, magnus plebem metus incessit, ut intentiores essent ad dicto parendum. neque enim ut in consulibus, qui pari potestate essent, alterius auxilium, neque prouocatio erat: neq; ullum usquam, nisi in cura parendi auxilium. Sabinis etiam creatus Romæ dictator eo magis, quod propter se creatum crediderât, metum incussit. itaque legatos de pace mittunt. quibus orantibus dictatorem senatumq; ut ueniam erroris hominibus adolescentibus darent: responsum, ignosci adolescentibus posse, senibus non posse, qui bella ex bellis sererent. actum tamen est de pace, impetrataq; foret: si quod impensæ factum in bellum erat, præstare Sabini (id enim postulatum erat) in animum induxissent. bellum indictum. tacite induciæ quietum annum tenere. Consules Seruius Sulpicius, M. Manlius Tullus. nihil dignum memoria actum. T. Ebutius deinde & C. Vetulus. His cōsulibus Fidenæ obsessæ, Crustumeria capta, Prænestæ ab Latinis ad Romanos desciiuit. nec ultra bellum Latinum gliscens iam per aliquot annos dilatatum. A. Posthumius dictator, T. Ebutius magister equitum magnis copijs peditum equitumq; protecti ad lacum Regillum in agro Tusculano agmini hostium occurrerunt. & quia Tarquinius esse in exercitu Latinorum auditum est, sustineri ira non potuit, quin exemplo confingerent. ergo etiam prælium aliquanto quàm cætera grauius atque atrocius fuit. non enim duces ad regendam modo consilio rem affuere, sed suis metipsis corporibus dimicantes miscuere certamina. nec quisquam procerum fermè hac aut illa ex acie sine uulnere, præter dictatorem Romanum, excessit. In Posthumium prima in acie suos adhortantem instruētēq; Tarquinius Superbus, quanquam iam ætate & uiribus erat grauior, equum infestus admisit. ictusque ab latere concursu suorum receptus in tutum est. Et ad alterum cornu Ebutius magister equitum in Octauium Mamilium impetum dederat. nec scellit ueniens Tusculanum ducem: contra quem & ille concitat equum. tantaque uis infestis uenientium hastis fuit, ut brachium Ebutio traiectum sit, Mamilio pectus percussum. hunc quidem in secundam aciem Latini recepere: Ebutius cum faucio brachio tenere telum non posset, pugna excessit. Latinus dux nihil deterritus uul-

acre

nere prælium ciet. & quia suos perculos uidebat, accersit cohortem exulum Romanorum, cui L. Tarquiniij filius præerat. ea quo maiore pugnabat ira ob erepta bona, patriamq; ademptam, pugna parumper restituit. Referentibus iam pedem ab ea parte Romanis, M. Valerius Publicolæ frater conspicatus ferocem iuuenem Tarquinium ostentantem se in prima exulum acie, domestica etiam gloria accensus, ut cuius familiæ decus cieciti reges erant, eiusdem interfecti forent: subdit calcaria equo, & Tarquinium infesto spiculo petit. Tarquinius retro in agmen suorum infenso cessit hosti. Valerium temere inuectum in exulum aciem ex transuerso quidam adortus transfigit: nec quicquam equitis uulnere equo retardato, moribundus Romanus labentibus super corpus armis ad terram defluxit. Dictator Posthumius postquam cecidisse ralem uirum, exules ferociter citato agmine inuehi, suos perculos cedere animaduertit: cohorti suæ quam delecta manu præsidij causa circa se habebat, dat signum, ut quem suorum fugientem uiderint, pro hoste habeant. ita metu ancipiti uersi à fuga Romani in hostem, & restituta acies. Cohors dictatoris tum primum prælium inijt, integris corporibus animis que fessos adorti exules cédunt. Ibi alia inter proceres coorta pugna. imperator Latinus ubi cohortem exulum à dictatore Romano propè circumuentam uidit, ex subsidiarijs manipulos aliquot in primam aciem secum rapit. hos agmine uenientes T. Herminius legatus conspicatus, interq; eos insignem ueste armisq; Mamiliū noscens, tanto ui maiore, quam paulo ante magister equitū cum hostium duce præliū inijt, ut & uno ictu transfixū per latus occiderit Mamiliū: & ipse inter spoliandū corpus hostis ueruto percussus, cum uictor in castra esset relatus, inter primā curationem expirauerit. Tum ad equites dictator aduolat, obtestans, ut fesso iam pedite descendant ex equis, & pugnam capessant. dicto paruere: desiliunt ex equis, prouolant in primum, & pro antesignanis parmas obijciunt. recipit extemplo animum pedestris acies, postquam iuuentutis proceres æquato genere pugne secum partem periculi sustinentes uidit. tum demum impulsī Latini, percussaq; inclinauit acies. equitibus admoti equi, ut persequi hostem possent. secuta & pedestris acies. Ibi nihil nec diuinæ, nec humanæ opis dictator prætermittens ædem Castori uouisse fertur: ac pronuntiasse militi præmia, qui primus, qui secundus castra hostium intrasset. tantusq; ardor fuit, ut eodem impetu quo fuderant hostem, Romani castra caperent. Hoc modo ad lacum Regillum pugnatū est. Dictator & magister equitum triumphantes in urbem rediere. Triennio deinde nec certa pax, nec bellum fuit. Consules Q. Clælius & T. Lartius. Inde A. Sempronius & M. Minucius. his consulibus ædes Saturno dedicata: saturnalia institutus festus dies. A. deinde Posthumius & T. Virginius c o s s. facti. Hoc demum anno ad Regillum lacum pugnatū apud quosdam inuenio. A. Posthumium, quia collega dubiæ fidei fuerit, se consulatu abdicasse, dictatorem inde factum. Tanti errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magistratibus, ut nec qui cōsules secutum quosdam, nec quid quoq; anno actum sit, in tanta uetustate nō rerum modo, sed etiam autorum digerere possis. Ap. Claudius deinde & P. Seruilius consules facti. Insignis hic annus est nuntio Tarquiniij mortis. Mortuus est Cumis, quò se post fractas opes Latinorum ad Aristodemum tyrannum contulerat. Eo nuntio erecti patres, erecta plebs. sed patribus nimis luxuriosa ea fuit lætitia. plebi, cui ad eam diem summa ope inferuitū erat: iniuriæ à primoribus fieri cœpere. Eodem anno Signia colonia quam rex Tarquinius deduxerat, suppleto numero colonorum iterum deducta est. Romæ tribus una & xxx factæ. Aedes Mercurij dedicata est idibus Maijs. Cum Volscorum gente Latino bello neq; pax, neq; bellū fuerat. nam & Volsci comparauerant auxilia quæ mitterent Latinis, ni maturatū ab dictatore Romano esset: & maturauit Romanus, ne prælio uno cum Latino Volscosq; contenderet. Hac ira consules in Volscum agrum legiones duxere. Volscos consilij pœnam nō metuentes nec opinata res perculit. armorū immemores obsides dant c c c principum à Cora atq; Pometia liberos. ita sine certamine inde abductę legiones. Nec ita multo post Volscis leuatis metu suum redijt ingeniū. rursus occultum parant bellum, Hernicis in societate armorum assumptis. legatos quoq; ad sollicitandū Latium passim dimittunt. sed recens ad Regillū lacum accepta clades Latinos ira odioq; eius, quicumq; arma suaderet, ne ab legatis quidē uiolandis abstinuit. comprehensos

prehensos Volscos Romam duxere. ibi traditi consulibus, indicatumque est, Volscos Hernicosque parare bellum Romanis. Relata re ad senatum, adeo fuit gratum patribus, ut & captiuorum sex millia Latinis remitterent, & de foedere, quod propè in perpetuum negatum fuerat, rem ad novos magistratus reijcerent. Enimvero tum Latini gaudere facto, pacis autores in ingenti gloria esse. coronam auream Ioui donum in Capitolium mittunt. cum legatis, donoque, qui captiuorum remissi ad suos fuerant, magna circumfusa multitudo uenit. pergunt domos eorum, apud quem quisque seruiert, gratias agunt liberaliter habiti, cultique in calamitate sua, inde hospitia iungunt. Nunquam alias ante publice priuatimque latinum nomen Romano imperio coniunctius fuit. Sed & bellum Volscum imminebat, & ciuitas secum ipsa discors intestino inter patres plebemque flagrabat odio, maxime propter nexos ob æs alienum. Fremebant, se foris pro libertate & imperio dimicantes, domi à ciuibus captos & oppressos esse: tutioremque in bello, quam in pace, inter hostes, quam inter ciues libertatem plebis esse. inuidiamque eam sua sponte gliscentem insignis unius calamitas accendit. Magno natu quidam cum omnium maiorum suorum insignibus se in forum proiecit. obsita erat squalore uestis, scedior corporis habitus pallore ac macie perempti. ad hoc promissa barba & capilli efferauerant speciem oris. noscitur tamen in tanta deformitate, & ordines duxisse aiebant, aliaque militiae decora uulgo miserantes eum iactabant. ipse testes honestarum aliquot locis pugnarum cicatrices aduerso pectore ostentabat. Sciscitantibus unde ille habitus? unde deformitas? cum circumfusa turba esset propè in contionis modum: Sabino bello ait se militantem, quia propter populationes agri non fructu modo caruerit, sed uilla incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo suo tempore imperatum, æs alienum fecisse. id cumulatū usuris primo se agro paterno auitoque exuisse; deinde fortunis alijs, postremo uelut tabem peruenisse ad corpus. ductum se ab creditore non in seruitium, sed in ergastulū & carnificinam esse. inde ostentare tergum scedum recentibus uestigijs uerberum. Ad hæc uisa auditaque clamor ingens oritur. non iam foro se tumultus continet, sed passim totam urbem peruadit. nexu uincti, soluti que se undique in publicum proripiunt, implorant Quiritium fidem. nullo loco deest seditionis uoluntarius comes. multis passim agminibus per omnes uias cum clamore in forum curritur. Magno cum periculo suo, qui forte patrum in foro erant, in eam turbam inciderunt. nec temperatum manibus foret, ni prope consules P. Seruilius, & Ap. Claudius ad comprimendam seditionem interuenissent. At in eos multitudo uersa ostentare uincula sua, deformitatemque aliam. hæc se meritos dicere, exprobrantes suam quisque alius alibi militiam. postulare minaciter magis, quam suppliciter, ut senatum uocarent. curiamque ipsi futuri arbitri, moderatoresque publici consilij circumstant. Pauci admodum patrum, quos casus obtulerat, contracti ad consules: cæteros metus non curia modo, sed etiam foro arcebat. nec agi quicquam per infrequentiam poterat senatus.

Tum uero cludi atque extrahi se multitudo putare, & patrum qui abessent, non casu, non metu, sed impediendæ rei causa abesse, & consules ipsos tergiuersari: nec dubie ludibrio esse miserias suas. Iam propè erat, ut ne consulum quidem maiestas coerceret iras hominum, cum incerti morando, an ueniendo plus periculi contraherent, tandem in senatum ueniunt. frequentique tandem curia non modo inter patres, sed ne inter consules quidem ipsos satis conueniebat.

Appius uehementis ingenij uir, imperio consulari rem agendam censebat: uno aut altero arrepto, quieturos alios. Seruilius lenibus remedijs aptior, concitatos animos flecti, quam frangi putabat cum tutius, tum facilius esse. Inter hæc maior alius terror. Latini equites cum tumultuoso aduolant nuntio: Volscos infesto exercitu ad urbem oppugnandam uenire. quæ audita (adeo duas ex una ciuitate discordia fecerat) longe aliter patres ac plebem affecere. exultare gaudio plebes, ultores superbiæ patrū adesse dicere deos. alius aliū confirmare ne nomina darent: cum omnibus potius, quam solos perituros. patres militaret, patres arma caperent, ut penes eosdem pericula belli, penes quos præmia essent. At uero curia mœsta ac trepida ancipiti metu, & ab ciue, & ab hoste, Seruiliū consulem, cui ingenium magis populare erat, orare, ut tantis circumuentam terroribus expediret rempublicam. Tum consul misso senatu in contionem prodit. ibi curæ esse patribus ostendit, ut consulatur plebi. cæterum deliberationi de maxima

d quidem

quidem illa, sed tamen parte ciuitatis, metum pro uniuersa republica interuenisse. nec posse, cū hostes propè ad portas essent, bello præuertisse quicquam: nec, si sit laxamenti aliquid, aut plebi honestum esse, nisi mercede prius accepta, arma pro patria nō cepisse: neq; patribus satis decorum, per metum potius, quàm postmodum uoluntate, afflictis ciuium suorum fortunis consuluisse. Contioni deinde edicto addidit fidem. quo edixit, ne quis ciuem Romanū uinctum aut clausum teneret, quo minus ei nominis edendi apud consules potestas fieret: ne quis militis, donec in castris esset, bona possideret, aut uenderet: liberos, nepotēque eius moraretur. Hoc proposito edicto, & qui aderant nexi, profiteri extemplo nomina: & undiq; ex tota urbe proripientium se ex priuato, cum retinendi ius creditori non esset, concursus in forum, ut sacramento dicerent, fieri. magna ea manus fuit: neq; aliorum magis in Volscis bello uirtus, atq; opera enituit. Consul copias contra hostem educit, paruo dirimente interuallo castra ponit. proxima inde nocte Volsci discordia Romana freti, si qua nocturna transitio proditiōe fieri possit, tentant castra. sensere uigiles: excitatus exercitus: signo dato concursus est ad arma: Ita frustra id inceptum Volscis fuit. reliquum noctis utriq; quieti datum. postero die prima luce Volsci fossis repletis uallum inuadūt. iamq; ab omni parte munimenta uellebantur, cum consul, quanquam cuncti undiq; & nexi ante omnes ut signum daret, clamabant, experienti animos militū causa parumper moratus, postquam satis apparebat ingens ardor, dato tandem ad erumpendum signo, militem audum certaminis emittit. primo statim incursum pulsit hostes: fugientibus quoad insequi pedes potuit, terga cæsa. eques usq; ad castra pauidos egit. mox ipsa castra legionibus circumdatis, cum Volscos inde etiam pauor expulisset, capta, direpraq;. Postero die ad Sueffam Pometiam, quò cōfugerant hostes, legionibus ductis, intra paucos dies oppidum capitur: captum prædæ datum. inde paulum recreatus egenis miles. Consul cum maxima gloria sua uictorem exercitum Romam reducit. decedentem Romam Ectranorū Volscorum legati rebus suis timentes post Pometiam captam, ad eunt. His ex senatus consulto data pax, ager ademptus. Confestim & Sabini Romanos territa uere. tumultus enim fuit uerius, quàm bellum. Noctē in urbem nuntiatum est, exercitum Sabinum prædabundum ad Anicnem amnem peruenisse: ibi passim diripi, atq; incendi uillas. Missus extemplo eò cū omnibus copijs equitum A. Posthumius, qui dictator bello latino fuerat. secutus consul Seruilius cum delecta peditū manu. plerosq; palantes eques circumuenit. nec aduenienti peditum agmini restitit Sabina legio. fessi tum itinere, tum populatione nocturna, magna pars in uillis repleti cibo uinoq;, uix fugæ quod satis esset uirium habuere. Noctē una audito, perfectoque bello Sabino, postero die in magna iam spe undiq; partæ pacis legati Aurunci senatum ad eunt, ni dedatur Volscis agro, bellum indicentes. cum legatis simul exercitus Auruncorū domo profectus erat. cuius fama haud procul iam ab Aricia uisi tanto tumultu conciuuit Romanos, ut nec consuli ordine patres, nec pacatū responsum arma inferentibus arma ipsi capientes dare possent. Ariciam infesto agmine itur: nec procul inde cū Auruncis signa collata: prælioq; uno debellatum est. Fusis Auruncis uictor tot intra paucos dies bellis Romanus promissa consulis, si demq; senatus expectabat: cum Appius & insita superbia animo, & ut collegæ uanam faceret fidē, quàm asperrime poterat, ius de creditis pecunijs dicere. deinceps & qui ante nexi fuerant, creditoribus tradebantur, & nec ebantur alij. Quod ubi cui militi inciderat, collegam appellabat, cōcurfus ad Seruiliū fiebat: illius promissa iactabāt, illi exprobrabant sua quisq; belli merita, cicatricesq; acceptas: postulabāt, ut aut referret ad senatū, aut ut auxilio esset cōsul ciuibus suis, imperator militibus. Mouebant consulē hæc, sed tergiuersari res cogebat. adeo in alteram causam non collega solū præceps ierat, sed omnis factio nobiliū. ita mediū se gerendo, nec plebis uitauit odium, nec apud patres gratiam inijt. Patres mollem consulem & ambitiosum rati, plebs fallacem. breuiq; apparuit, æquasse cum Appij odiū. Certamē consulibus inciderat, uter dedicaret Mercurij ædem. senatus à se rem ad populū reiecit. utri eorū dedicatio iussu populi data esset, eum præesse annonæ, mercatorū collegiū instituere, solennia pro pontifice iussit suscipere. populus dedicationē ædis dat M. Lectorio primipili centurioni: quod facile apparet nō tam ad honorē eius, cui curatio altior fastigio suo data esset, factū, quàm ad consulū ignominiam

miniam. Sæuire inde utiq; consulū alter, patresq; sed plebi creuerāt animi, & longe alia quàm primo instituerant, uia grassabantur. desperato enim consulū senatusq; auxilio, cū in ius duci debitorē uidissent, undiq; conuolabant: neq; decretū exaudiri consulis præ strepitu & clamore poterat: neq; cū decreuisset, quisquā obtemperabat. ui agebatur, metusq; omnis & periculū libertatis, cum in conspectu consulis singuli à pluribus uiolarentur, in creditores à debitoribus uerterant. Super hæc timor incessit Sabini belli. delectuq; decreto, nemo nomen dedit, furente Appio, & infectante ambitionē collegæ: qui populari silentio rempublicam proderet, & ad id, quod de credita pecunia ius nō dixisset, adijceret, ut ne delectum quidē ex senatus consulto haberet. nō esse tamen desertam omnino rempublicam, neq; proiectū consulare imperium. se unum & suæ & patrū maiestatis uindicem fore. Cū circumstaret quotidiana multitudo licentia accensa, arripi unū insignem ducem seditionū iussit. ille, cū à licitoribus iam traheretur, prouocauit. nec cessisset prouocationi consul, quia non dubiū erat populi iudicium, nisi ægre uicta pertinacia foret consilio magis & autoritate principū, quàm populi clamore. adeo supererant animi ad sustinendā inuidiam. Crescere inde malū in dies non clamoribus modo apertis, sed, quod multo perniciosius erat, secessione, occultisq; colloquijs. Tandē inuisi plebi consules magistratu abeunt: Seruilius neutris, Appius patribus mire gratus. A. Virginius inde, & T. Vetulus consulatū ineunt. Tum uero plebs incerta quales habitura consules esset, cœtus nocturnos pars in Esquilij, pars in Auentino facere, ne in foro subitis trepidaret consilijs, & omnia temere ac fortuito ageret. Eam rem consules rati, ut erat, perniciosam, ad patres referūt: sed delatam cōsulere ordine nō licuit. adeo tumultuose excepta est clamoribus undiq; & indignatione patrum. si quod imperio cōsulari exequendū esset, inuidiam eius cōsules ad senatū reiicerēt. profecto si essent in republica magistratus, nullum futurū fuisse Romæ nisi publicū conciliū. nunc in mille curias, contionesq; cū alia in Esquilij, alia in Auentino fiant cōcilia, dispersam & disspatam esse rempublicam. unum Hercule uirum (id enim plus esse, quàm consulem) qualis Ap. Claudius fuerit, momento temporis discussurū illos cœtus fuisse. Correpti consules cū quid ergo se facere uellent (nihil enim segnus mollius ue, quàm patribus placeat, acturos) percunctarentur: decernunt, ut delectū quamacerrimū habeant. ocio lasciuire plebem. Dimisso senatu cōsules in tribunal ascendunt, citant nominatim iuniores. cū ad nomen nemo responderet, circumfusa multitudo in contionis modū, negare ultra decipi plebem posse. nunq; unū militem habituros, ni præstaretur fides publica. libertatē unicuiq; prius reddendā esse, quàm arma danda, ut pro patria ciuibusq; non pro dominis pugnent. Consules quid mandatū esset à senatu, uidebant: sed eorū, qui intra parietes curiæ ferociter loquerentur, neminē adesse inuidiæ suæ participem. & apparebat atrox cū plebe certamē. prius itaq; quàm ultima experirentur, senatum iterum consulere placuit. tum uero ad sellas consulū properere cōuolauere minimus quisq; natu patrū, abdicare consulatu iubentes, & deponere imperium, ad quod tuendum animus deesset. Vtraq; re satis experta, tum demū consules. Ne prædictū negetis Patres Conscripti, adest ingens seditio. postulamus, ut ij, qui maxime ignauiam increpant, adsint nobis habentibus delectum. accerrimi cuiusq; arbitrio, quando ita placet, rem agemus. Redcunt in tribunal, citari nominatim unū ex ijs, qui in cōspectu erant, dedita opera iubent. cum staret tacitus, & circa eum aliquot hominū, ne forte uiolaretur, constitisset globus, lictozem ad eum consules mittūt. quo repulso, tum uero indignū facinus esse clamitantes, qui patrū consulibus aderant, deuolant de tribunali, ut licitori auxilio essent. sed ab licitore nihil aliud quàmprehendere prohibito, cum conuersus in patres impetus esset, consulū intercurfu rixa sedata est. in qua tamē sine lapide, sine telo plus clamoris atq; irarū, quàm iniuriæ fuerat. Senatus tumultuose uocatus, tumultuosius consulitur, quæstionē postulantibus ijs, qui pulsati fuerant, decernente ferocissimo quoq; non sententijs magis, quàm clamore & strepitu. tandē cū iræ resedissent, exprobrantibus consulibus nihilo plus sanitatis in curia, quàm in foro esse, ordine consuli cœpit. Tres fuere sententiæ. P. Virginius rem nō uulgabat. de ijs tantū, qui fidem secuti P. Seruilij cōsulis Volusco, Aurunco, Sabinoq; militassent bello, agendum censebat. T. Largius, nō id tempus esse, ut merita tantummodo exoluerentur. totam plebem ære alieno demersam esse: nec sisti posse, ni omni-

bus consulatur. quin si alia aliorū sit conditio, accendi magis discordiā, quā sedari. Ap. Claudi & natura immitis, & efferatus hinc plebis odio, illinc patrum laudibus: nō miseris ait, sed licentia tantū concitum turbarū: & lasciuire magis plebem, quā fœuire. id adeo malū ex pro- uocatione natū. quippe minas esse consulum, nō imperiū, ubi ad eos, qui unā peccauerint, pro- uocare liceat. agedum, inquit, dictatorem, à quo prouocatio nō est, creemus. iam hic, quo nunc omnia ardent, conticescet furor. pulset tum mihi licetorem, qui sciet ius de tergo uitāq; sua pe- nes unum illum esse, cuius maiestatem uiolauit. Multis, ut erat, horrida & atrox uidebatur Ap- pī sententia: rursus Virginij Largijq; exemplo haud salubres: utiq; Largij putabant sententi- am, quæ totam fidem tolleret. mediū maxime, & moderatū utroq; consiliū Virginiū habeba- tur. sed factione, respectuq; rerum priuatarū, quæ semper offecere, officientq; publicis consi- lijs, Appius uicinat ac propè fuit, ut dictator ille idem crearetur. quæ res utiq; alienasset plebem periculosissimo tempore, cum Volsci Aequiq; & Sabini forte unā omnes in armis essent. sed curæ fuit consulibus, & senioribus patrum, ut imperiū suo uehemens mansucto permetteretur ingenio. M. Valerium dictatorem Volsci filium creant. Plebs etsi aduersus se creatū dictato- rem uidebat, tamen cū prouocationem fratris lege haberet, nihil ex ea familia triste, nec super- bum timebat. edictum deinde à dictatore propositū confirmauit animos, Seruiliū ferè consu- lis edicto cōueniens, sed & homini & potestati melius rati credi, omisso certamine nomina de- dēre. quantus nunquā ante exercitus, legiones decem effectq; ternæ inde datæ consulibus, qua tuor dictator usus. Nec poterat iam bellū differri. Aequi latinū agrum inuasērunt. oratores La- tinorum à senatu petebant, ut aut mitterent subsidiū, aut seipsos tuendorū finium causa cape- re arma sinerent. Tutius uisum est, defendi inermes Latinos, quā pati retractare arma. Vetu- sius consul missus est. is finis populationibus fuit. Cessere Aequi campis, locoq; magis, quā armis freti, summis se iugis montiū tutabantur. Alter consul in Volscos profectus, ne & ipse te- reret tempus, uastandis maxime agris hostem ad conferenda propius castra, dimicandumq; acie exciuit. medio inter castra campo ante suū quisq; uallum infestis signis constitere, multitu- dine aliquantū Volsci superabant. itaq; effusi, & contemptim pugnam iniere. Consul Roma- nus nec promouit aciem: nec clamorem reddi passus, defixis pilis stare suos iussit: ubi ad ma- num uenisset hostis, tum coortos tota ui gladijs rem gerere. Volsci cursu & clamore fessi cum se uelut stupentibus metu intulissent Romanis, postquā impressiōem sensere ex aduerso fa- ctam, & ante oculos micare gladios, haud secus quā si in insidias incidissent, turbati uertunt terga. & ne ad fugam quidē latis uirium fuit, quia cursu in præliū ierant. Romani contra, quia principio pugnae quieti steterant, uigentes corporibus facile adepti fessos, & castra impetu ce- perunt: & castris exutum hostem Velitras persecuti, uno agmine uictores cū uictis in urbem irrupere. plusq; ibi sanguinis promiscua omniū generum cede, quā in ipsa dimicatione fac- tum. paucis data uenia, qui inermes in ditionē uenerunt. Dum hæc in Volscis geruntur, dic- tator Sabinos, ubi longe plurimū belli fuerat, fundit fugatq; exiitq; castris. Equitatu immis- so mediam turbauerat hostiū aciem, qua, dum se cornua latius pandunt, parū apte introsum ordinibus aciem firmauerant. turbatos pedes inuasit. eodē imperu castra capta, debellatumq; est. Post pugnam ad Regillū lacum nō alia illis annis pugna clarior fuit. dictator triumphans urbem inuehitur. super solitos honores locus in circo ipsi, posterisq; ad spectaculū datus, sella in eo loco curulis posita. Volscis deuictis Veliternus ager ademptus: Velitras coloni ab urbe missi & colonia deducta. Cum Aquis post aliquanto pugnatum est, inuito quidem consule, quia loco iniquo subeundum erat ad hostes, sed milites extrahi rem criminantes, ut dictator, priusquā ipsi redirent in urbem, magistratu abiret: irritaq; sicut ante consulis, promissa eius caderent: perpulere, ut forte temere in aduersos montes agmē erigeret. id male commissum igna- uia hostiū in bonum uertit, qui, priusq; ad coniectum teli ueniretur, obstupefacti audacia Ro- manorum, relictis castris, quæ munitissimis tenuerant locis, in aduersas ualles desilire. ubi fa- tis prædæ, & uictoria incruenta fuit. Ita trifariam re bello bene gesta, de domesticarum rerum euentu nec patribus, nec plebi cura decesserat. tanta cū gratia, tum arte preparauerant fœnera- tores, quæ nō modo plebem, sed ipsum etiam dictatorem frustrarentur. Nanq; Valerius post

Vetustij

Vetusq; consulis reditum omnium actionum in senatu primam habuit pro uictore populo, retulitq; quid de nexis fieri placeret. quæ cum reiecta relatio esset, non placeo, inquit, concordiae autor. optabitis mediisfidius propediem, ut mei similes Romana plebs patronos habeat. quod ad me attinet, neq; frustrabor ultra ciues meos, neq; ipse frustra dictator ero. discordiae intestinae, bellum externum, fecere ut hoc magistratu egeret respublica. pax foris parta est, domi impeditur. priuatus potius, quam dictator seditioni interero. Ita curia egressus dictatura se abdicauit. apparuit causa plebi, suam uicem indignantem magistratu abisse. Itaque uelut persoluta fide, quoniam per eum non stetit quin praestaretur, decedente domum cum fauore ac laudibus prosecuti sunt. Timor inde patres incessit, ne si dimissus exercitus foret, rursus coetus occulti coniurationes fierent. itaque quantum per dictatorem delectus habitus esset, tamen quia in consulum uerba iurassent, sacramento teneri militem rati, per causam renouati ab Aequis belli educi ex urbe legiones iusserunt. quo facto maturata est seditio. & primo agitata dicitur de consulum cede, ut soluerentur sacramento. doctos deinde nullam scelere religionem exolui, Sicinio quodam autore iniussu consulum in Sacrum montem secessisse trans Anicnem amnem tria ab urbe millia passuum. ea frequentior fama est, quam, cuius Piso autor est, in Auentinum secessionem factam esse. Ibi sine ullo duce, uallo fossaq; communitis castris, quieti rem nullam nisi necessariam ad uictum sumendo, per aliquot dies neq; laeessiti, neq; laeessentes sese tenuere. pauor ingens in urbe, metuq; mutuo suspena erant omnia. timere relicta ab suis plebes uiolentiam patrum, timere patres residem in urbe plebem, incerti manere eam, an abire mallent. quandiu autem tranquillam, quae secesserit, multitudinem fore? quid futurum deinde, si quod externum interim bellum existat? nullam profecto, nisi in concordia ciuium spem reliquam ducere. eam per aequa, per iniqua reconciliandam ciuitati esse. Placuit igitur oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam, facundum uirum, & quod inde oriundus erat, plebi carum. is intromissus in castra, prisco illo dicendi & horrido modo nihil aliud, quam hoc narrasse fertur. Tempore, quo in homine non, ut nunc, omnia in unum consentiebant: sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerat: indignatas reliquas partes, sua cura, suo labore ac ministerio uentri omnia quaeri: uentrem in medio quietum nihil aliud, quam datis uoluptatibus frui: conspirasse inde ne manus ad os cibum ferrent: nec os acciperet datum: nec dentes conficerent. hac ira dum uentrem fame domare uellent, ipsa una membra, totumque corpus ad extremam tabem uenisse. inde apparuisse, uentris quoque haud segne ministerium esse: nec magis alere, quam alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc, quo uiuimus uigemusque, diuisum pariter in uenas maturum confecto cibo sanguinem. Comparando hinc quam intestina corporis seditio similis esset irae plebis in patres, flexisse mentes hominum. Agi deinde de concordia coeptum, concessumque in conditiones: ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilium latius aduersus consules esset: neque cui patrum capere eum magistratum liceret. ita tribuni plebei creati duo, C. Licinius, & L. Albinus. Hi tres collegas sibi creauerunt. in his Sicinium fuisse seditionis autorem, de duobus qui fuerint, minus conuenit. Sunt qui duos tantum in sacro monte creatos tribunos esse dicant, ibique sacratam legem latam. Per secessionem plebis Sp. Cassius, & Posthumus Cominius consulatum inierunt. his consulibus cum Latinis populis ictum foedus. ad id feriendum consul alter Romae mansit, alter ad Volscum bellum missus, Antiates Volscos fundit fugatque: compulsos in oppidum Longulam persecutus, moenibus potitur. inde protinus Mucamitem Volscorum cepit. tum magna ui adortus est Coriolos. Erat tum in castris inter primores iuuenum Cn. Martius, adolescens & consilio & manu promptus, cui cognomen postea Coriolano fuit. Cum subito exercitum Romanum Coriolos obsidentem, atque in oppidanos, quos intus clausos habebat, intentum sine ullo metu extrinsecus imminentis belli Volscarum legiones profectae ab Antio inuasissent, eodemque tempore ex oppido erupissent hostes, forte in statione Martius fuit. is cum delecta militum manu non modo impetum erumpentium retudit, sed per patentem portam ferox irrupit, caedeque in proximo urbis facta, ignem temere arreptum imminentibus muro aedificijs iniecit. clamor inde oppidanorum mistus muliebri puerilique ploratu ad terrorem, ut solet, primo ortus, & Romanis auxit animum, & turbauit Volscos: utpote capta urbe, cui ad ferendam opem uenerant. Ita fusi Volsci

d : Antiates

Antiates, Corioli oppidum captum. tantumque sua laude obstitit fame consulis Martius: ut, nisi fœdus cū Latinis columna ænea insculptū monumento esset, ab Sp. Cassio uno, quia collega abfuerat, ictum: Posthumū Cominiū bellum gessisse cum Volscis, memoria celsisset. Eodem anno Agrippa Menenius moritur, uir omni uita pariter patribus ac plebi carus, post secessionem carior plebi factus. Huic interpreti arbitroque cōcordiæ ciuium, legato patrū ad plebem, reductori plebis Romanæ in urbē, sumptus funeri defuit. extulit eum plebs sextantibus collatis in capita. Consules deinde T. Geganius, P. Minucius facti. Eo anno, cum & foris quicquid omnia bello essent, & domi sanata discordia, aliud multo grauius malū ciuitatem inuasit, caritas primū annonæ ex incultis per secessionem plebis agris, fames deinde, qualis clausis solet. uentumque ad interitū seruitiorū utique & plebis esset, ni cōsules prouidissent, dimissis passim ad frumentū coemendū nō in Hetruriam modo dextris ab hostia litoribus, lauoque per Volscos mari usque ad Cumas, sed quæsitū in Sicilia quoque. adeo finitimorū odia longinquis coegerant indigere auxilijs. Frumentū cū Cumis coemptum esset, naues pro bonis Tarquiniorū ab Aristodemo tyranno, qui heres erat, retentæ sunt. in Volscis Pomptinoque ne emi quidem potuit. periculum quoque ab impetu hominū ipsis frumentatoribus fuit. Ex Hetruscis frumentum Tyberi uenit. eo sustentata est plebs. Incommodo bello in tam arctis cōmeatibus uexati forent, ni Volscos iam mouentes arma pestilentia ingens inuasisset. ea clade conterritis hostium animis, ut etiam ubi ea remisisset, terrore aliquo tenerentur, & Velitris auxere numerū colonorū Romani, & Norbæ in montes nouā coloniā, quæ arx in Pomptino esset, miserūt. M. Minucio deinde, & A. Sempronio consulibus, magna uis frumenti ex Sicilia aduecta: agitatūque in senatu, quanti plebi daretur. Multi uenisse tempus premendæ plebis putabant, recuperandique iura, quæ extorta secessione ac ui patribus essent. In primis Martius Coriolanus hostis tribuniciæ potestatis, si annonam, inquit, ueterem uolunt, ius pristinū reddant patribus. cur ego plebeios magistratus, cur Siciniū potentē uideo sub iugum missus, tanquam à latronibus redemptus? egone has indignitates diutius pariar, quàm necesse est? Tarquiniū regem qui nō tulerim, Siciniū feram? secedat nunc, auocet plebem, patet uia in Sacrum montem, aliosque colles: rapiant frumenta ex agris nostris, quemadmodū tertio anno rapuere: utantur annonæ, quam furore suo fecere. audeo dicere, hoc malo domitos ipsos potius cultores agrorū fore, quàm ut armati per secessionem coli prohibeant. Haud tam facile dictu est, faciendū nunc fuerit, quàm potuisse arbitror fieri, ut conditionibus laxandi annonam, & tribuniciam potestatem, & omnia inuitis iura imposita patres demerent sibi. Et senatui nimis atrox uisa sententia est, & ira plebē prope armauit. Fame iam se sicut hostes peti, cibo uictuque fraudari: peregrinū frumentū, quæ sola alimenta ex insperato fortuna dederit, ab ore rapi, nisi Cn. Martio uincti dedantur tribuni, nisi de tergo plebis Romanæ satisfiat. eum sibi carnificem nouū exortū, qui aut mori aut seruire iubeat. In exeuntē è curia impetus factus esset, ni per opportune tribuni diem dixissent. ibi ira est suppressa. se iudicē quisque, se dominū uitæ, necisque inimici factum uidebat. Cōtemptim primo Martius audiebat minas tribunicias. auxiliū, nō pœnæ ius datum illi potestati: plebisque, nō patrum tribunos esse. sed adeo coorta erat infensa plebs, ut unius pœna defungendū esset patribus. restiterunt tamen aduersa inuidia, usique sunt qua suis quisque, qua totius ordinis uiribus. ac primo tentata res est, si dispositis clientibus absterrendo singulos à contionibus, concilijsque, disjicere rem possent. uniuersi deinde processere (quicquid erat patrum, reos diceres) precibus plebem exposcentes: unū sibi ciuem, unum senatorem, si innocentem absolueri nollent, pro nocente donarent. ipse cum die dicta nō adesset, perseueratū in ira est. damnatus absens in Volscos exulatū abiit, minitans patriam, hostilesque iam tum spiritus gerēs. Venientē Volsci benigne exceperunt: benigniusque in dies colebant, quo maior ira in suos eminebat, crebraque nūc querelæ, nunc minæ percipiebantur. Hospitio utebatur Accij Tullij. longe istū princeps Volsci nominis erat, Romanisque semper infestus. ita cum alterum uetus odium, alterum ira recens stimulare, consilia conferunt de Romano bello. haud facile credebant plebem suam impelli posse, ut toties infeliciter tentata arma caperent. multis sæpe bellis, pestilentia postremo amissa iuuentute, fractos spiritus esse. arte agendū in exoleta iam uictitate odio, ut recentī aliqua

ira

ira exacerbarentur animi. Ludi forte ex instauratione magni Romę parabantur. instaurandis hæc causa fuerat ludis. Mane seruum quidam paterfamilie non dum commisso spectaculo sub furca cæsum medio egerat circo. cœpti inde ludi, uelut ea res nihil ad religionem pertinuisset. haud ita multo post T. Latinio de plebe homini somnium fuit. Visus Iupiter dicere, sibi ludis præsaltatorem displicuisse. nisi magnifice instaurarentur hi ludi, periculū urbi fore. iret, ea consulibus nuntiaret. Quanquam haud sanè liber erat religione animus, uerecundia tamen maiestatis magistratum timorem uicit, ne in ora hominum pro ludibrio abiret. magno illi ea cunctatio stetit. filium nanq; intra paucos dies amisit. cuius repentinæ cladis ne causa dubia esset, ægro animi eadem illa in somnis obuersata species, uisa est rogitare, fatin' magnam spreti numeris haberet mercedem? maiorem instare, ni eam propere ac nuntiet consulibus. Iam præsentior res erat: cunctantē tamen, ac prolatantē ingens uis morbi adorta est debilitate subita. tum enim uero deorū ira admonuit. fessus igitur malis præteritis instantibusq; cōsilio propinquorum adhibito, cū uisa atq; audita, & obuersatū toties somno Iouem, minas irasq; cœlestes representatas casibus suis exposuisset, consensu inde haud dubio omniū qui aderant, in forū ad consules lectica defertur. inde in curiam iussu consulū delatus, eadem illa cum patribus ingenti omniū admiratione enarrasset, ecce aliud miraculum. qui captus omnibus membris delatus in curiam esset, eum functum officio pedibus suis domum redisse, traditum memoriæ est. Ludi quàm amplissimi ut fierent, senatus decreuit. Ad eos ludos autore Accio Tullio uis magna Volscorū uenit. priusquàm committerentur ludi, Tullius, ut domi compositū cum Martio fuerat, ad consules uenit. dicit esse quæ secretò agere de rep. uelit. arbitris remotis, Inuitus, inquit, quod sequius sit, de meis ciuibus loquor. nō tamen admissum quicquam ab ijs, criminatum uenio, sed cautum, ne admittant. Nimio plus quàm uelim, nostrorū ingenia sunt mobilia. multis id cladibus sensimus, quippe qui nō nostro merito, sed uestra patientia incolumes simus. magna hic nunc Volscorum multitudo est, ludi sunt, spectaculo intenta ciuitas erit. memini quid per eandem occasionem ab Sabinorū iuuentute in hac urbe commissum sit. horret animus, ne quid inconsulte, ac temere fiat. hæc nostra, uestraq; causa prius dicenda uobis consules ratus sum. Quod ad me attinet, extemplo hinc domū abire in animo est, ne cuius facti, dicti ue contagione præsens uioler. Hæc locutus abiit. Consules cū ad patres rem dubiam sub autore certo detulissent, autor magis (ut fit) quàm res ad præcauendū uel ex superuacuo mouit. factoque senatusconsulto ut urbem excederent Volsci, præcones dimittuntur, qui omnes eos proficisci ante noctem iuberent. Ingens pauor primo discurrentes ad suas res tollendas in hospitia percudit: proficiscentibus deinde indignatio oborta, se ut consceleratos cōcaminatosq; ab ludis, festis diebus, cœtu quodammodo hominū deorumq; abactos esse. Cū propè cōtinuato agmine irent, prægressus Tullius ad caput Ferentinum, ut quisq; ueniret, primores eorū excipiens, querendo, indignandoq; & eos ipsos sedulo audientes secunda iræ uerba, & per eos multitudinem aliam in subiectū uix campū deduxit. ibi in contionis modū orationē exorsus. Veteres populi Romani iniurias, cladesq; gentis Volscorū, ut omnia, inquit, obliuiscimini alia, hodiernam hanc cōtumeliam quo tandē animo fertis? qua per nostram ignominiam ludos commiseris? an nō sensistis triumphatū hodie de uobis esse? uos omnibus ciuibus, peregrinis, tot finitimis populis spectaculo abeuntes fuisse? uestras cōiuges, uestros liberos traductos per ora hominū? quid eos, qui audiuerunt uocē præconis? quid qui uos uidere abeuntes? quid eos, qui huic ignominioso agmini fuere obuij, existimasse putatis? nisi aliquod profecto nefas esse, qd' si inter simus spectaculo, uiolaturi simus ludos, piaculūq; merituri: ideo nos ab sede piorum, cœtu, cōcilioq; abigi. quid deinde illud nō succurrit? uiuere nos, quod maturauimus proficisci? si hæc profectio, & nō fuga est. & hanc urbē uos nō hostiū ducitis, ubi si unū diem morati essetis, moriendū omnibus fuit. Bellū uobis indictū est magno eorum malo, qui indixere, si uiri estis. Ita & sua sponte irarū pleni, & incitati domos inde digressi sunt. instigandoq; suos quisque populos effecere, ut omne Volscum nomen deficeret. Imperatores ad id bellum de omnium populorū sentētia lecti Accius Tullius, & Cn. Martius exul Romanus, in quo aliquanto plus spei repositū. quā spem nequaquā fefellit, ut facile appareret, ducibus ualidiorem, quàm

exercitū rem Romanam esse. Circeios profectus, primum colonos inde Romanos expulit: liberamq; eam urbem Volscis tradidit: inde in latinā uiam transfuersis tramitibus transgressus, Satricum, Longulam, Pollustiam, Coriolos, nouella hæc Romanis oppida ademit, inde Lanuium recepit. tunc deinceps Corbionem, Viteliam, Trebiam, Labicos, Pedum, cepit. postremum ad urbem à Peto ducit, & ad fossas Cluilias quinq; ab urbe millia passuum castris positus, populatur inde agrū Romanū, custodibus inter populatores missis, qui patriciorū agros intactos seruarent: siue infensus plebi magis: siue ut discordia inde inter patres plebemq; oriretur. Quæ profecto orta esset. adeo tribuni iam ferocem per se plebē criminādo in primores ciuitatis instigabant: sed externus timor maximū concordiaē uinculū, quamuis suspectos, infensosq; inter se iungebat animos. Id modo non cōueniebat: quod senatus, consulesq; nusq; alibi spem, q̄ in armis ponebant: plebes omnia q̄ bellum malebat. Sp. Nautius iam, & Sex. Furius cōsules erāt. Eos recensentes legiones, præsidia per muros, aliaq; in quibus stationes uigiliasq; esse placuerat, loca distribuentes multitudo ingens pacē poscentium primū seditioso clamore cōterrui: deinde uocare senatū, referre de legatis ad Cn. Martiū mittendis coegit. Acciperunt relationē patres: postq; apparuit labare plebis animos. missiq; de pace ad Martiū oratores, atrox responsum retulerūt. Si Volscis ager redderet, posse agi de pace. si præda belli per otium frui uelint: memorē se & ciuiū iniuriæ, & hospitem beneficij, adnīsurū: ut appareat exilio sibi irritatos, nō fractos animos esse. Iterū deinde ijdem missi non recipiūt in castra. sacerdotes quoq; suis insignibus uelatos isse supplices ad castra hostiū, traditum est: nihilo magis q̄ legatos flexisse animū. Tum matronæ ad Veturiam matrē Coriolani, Volumniamq; uxorem frequentes cocunt. id publicū consiliū, an muliebris timor fuerit, parū inuenio. peruicere certe: ut & Veturia magno natu mulier, & Volumnia duos paruos ex Martio ferens filios secum in castra hostiū irent: & quā armis uiri defendere urbē non possent, mulieres precibus lachrymisq; defenderēt. Vbi ad castra uentū est, nuntiatumq; Coriolano, adesse ingens mulierum agmē: primo, ut qui nec publica maiestate in legatis, nec in sacerdotibus tanta offusa oculis animoq; religione motus esset, multo obstinatio aduersus lachrymas muliebres erat. dein familiarū quidā, qui insignem mœstitia inter cæteras cognouerat Veturiā, inter nura nepotesq; stantem: nisi me frustrantur, inquit, oculi, mater tibi cōiuxq; & liberi adsunt. Coriolanus propè ut amens, cōsternatus ab sede sua cum ferret matri obuia complexū: mulier in iram ex precibus uersa, Sine priusq; complexū accipio, sciam, inquit, ad hostem, an ad filium uenerim: captiua, matē in castris tuis sim. in hoc me longa uita, & infelix senecta traxit: ut exilem te, deinde hostem uiderē: potuisti populari hanc terram, quæ te genuit atq; aluit: nō tibi, quamuis infesto animo & minaci perueneras: ingrediēti fines ira cecidit: non, cum in conspectu Roma fuit, succurrit: intra illa mœnia domus ac penates mei sunt: mater, coniux, liberiq;: Ergo ego nisi peperissem, Roma non oppugnaretur: nisi filium haberē, libera in libera patria mortua essem: Sed ego nihil iam pati nec tibi turpius, quàm mihi miserius possum: nec ut sim miserrima, diu futura sum. de his uideris: quos, si pergis, aut immatura mors, aut longa seruitus manet. Vxor deinde ac liberi amplexi, fletusq; ab omni turba mulierum ortus, & cōploratio sui patriæq; fregē tandem uirum. cōplexus inde suos, dimittit: ipse retro ab urbe castra mouit. Abductis deinde legionibus ex agro Romano, inuidia rei oppressum perisse tradunt, alij alio leto. apud Fabium longe antiquissimum autorem, usq; ad senectutē uixisse eundem inuenio. refert certe hanc sæpe eum exacta ætate usurpasse uocem: multo miserius seni exiliū esse. Non inuiderunt laudes suas mulieribus uiri Romani. adeo sine obtrectatione gloriae alienæ uiuebatur. monumento quoq; quod esset, templū Fortunæ muliebri ædificatū dedicatumq; est. Rediere deinde Volsci adiunctis Aequis in agrū Romanum. sed Aequi Accium Tullium haud ultra tulere ducē. Hinc ex certamine Volsci Aequi ne imperatorē cōiuncto exercitui darent, seditio, deinde atrox præliū ortum. Ibi fortuna populi Romani duos hostium exercitus haud minus pernicioso, quàm pertinaci certamine confecit. Consules T. Sicinius, & C. Aquilius. Sicinio Volsci, Aquilio Hernici (nā ij quoq; in armis erant) prouincia euenit. eo anno Hernici deuicti: cum Volscis equo Marte discessum est. Sp. Cassius deinde & Proculus Virginius consules

consules facti. cum Hernicis foedus ictum, agri partes duae ademptae. inde dimidium Latinis, di-
 midium plebi diuisurus consul Cassius erat. adhibebat huic muneri agri aliquantum, quem pu-
 blicum possideri a priuatis criminabatur. Id multos quidem patrum, ipsos possessores, periculo re-
 rum suarum terrebat. sed & publica patribus sollicitudo inerat, largitione consulem periculosas li-
 bertati opes struere. Tum primum lex agraria promulgata est, nuncque deinde usque ad hanc memo-
 riam sine maximis motibus rerum agitata. Consul alter largitioni resistebat, autoribus patribus,
 nec omni plebe aduersante: quae primo coeperat fastidire munus uulgarum a ciuibus esse in soci-
 os. sepe deinde & Virginium consulem in contionibus uelut uaticinantem audiebat: pestilens
 collegae munus esse: agros illos seruitutem istis, qui acceperint, laturos: regno uiam fieri. quid ita
 enim assumi socios, & nomen latinum? quid atinuisse, Hernicis paulo ante hostibus capti agri
 tertiam partem reddi: nisi ut haec gentes pro Coriolano duce Cassium habeant? Popularis iam
 esse dissuasor, & intercessor legis agrariae coeperat. uterque deinde consul certatim plebi indulge-
 re. Virginius dicere, passurum se assignari agros, dum ne cui, nisi ciui Romano assignentur. Cas-
 sius, quia in agraria largitione ambitiosus in socios, eoque ciuibus uilior erat: ut alio munere sibi
 reconciliaret ciuium animos, iubere pro siculo frumento pecuniam acceptam retribui populo.
 Id uero haud secus, quam praesentem mercedem regni aspernata plebs: adeo propter suspicio-
 nem insitam regni, uelut abundarent omnia, munera eius in animis hominum respuebantur,
 quem, ubi primum magistratu abiit, damnatum, necatumque constat. Sunt, qui patrem autorem eius
 supplicij ferant. cum cognita domi causa uerberasse, ac necasse: peculiumque filij Cereri consecra-
 uisse: signum inde factum esse, & inscriptum. ex Cassia familia datum. Inuenio apud quosdam, idque
 propius fide est, a quaestoribus Caesone Fabio, & L. Valerio diem dictam perduellionis: dam-
 natumque populi iudicio, dirutas publice aedes. ea est area ante Telluris aedem. Caeterum siue il-
 lud domesticum, siue publicum fuit iudicium, damnatur Serg. Cornelio, Q. Fabio consulibus.
 Haud diuturna ira populi in Cassium fuit. dulcedo agrariae legis ipsa per se dempto autore sub-
 ibat animos: accensaque ea cupiditas est malignitate patrum, qui deuictis eo anno Volscis, Ae-
 quisque militem praeda fraudauere. quicquid captum ex hostibus est uendidit Fabius consul, ac
 redegit in publicum. inuisum erat Fabium nomen plebi propter nouissimum consulem: tenuere ta-
 men patres, ut cum L. Aemilio Caeso Fabius consul crearetur. eo infestior facta plebes. seditio
 domestica bellum externum exciuit: bello deinde ciuiles discordiae intermissae. uno animo patres
 ac plebs rebellantes Volscos, & Aequos duce Aemilio prospera pugna uicere. plus tamen ho-
 stium fuga, quam praelium absumpsit. adeo pertinaciter fusos insecuti sunt equites. Castoris ae-
 des eodem anno Idibus Quintilibus dedicata est. uota erat Latino bello Posthumio dictato-
 re. filius eius duumuir ad id ipsum creatus dedicauit. Sollicitati & eo anno sunt dulcedine agrar-
 iae legis animi plebis. tribuni plebis popularem potestatem lege populari celebrabant. patres sa-
 tis superque gratuiti furoris in multitudine credentes esse, largitiones, temeritatisque inuicimenta
 horrebant. acerrimi patribus duces ad resistendum consules fuere. ea igitur pars reipublicae ui-
 cit. nec in praesens modo, sed in uenientem etiam annum M. Fabium Caesonis fratrem, & magis inui-
 sum alterum plebi accusatione Sp. Cassij, L. Valerium consulem dedit. Certatum eo quoque anno cum
 tribunis est. uana lex, uanicque legis autores, iactando irritum munus, facti. Fabium inde nomen
 ingens post tres continuos consulatus, unoque uelut tenore omnes expertos tribunicijs certami-
 nibus habitum. itaque ut bene locatus mansit in ea familia aliquandiu honos. Bellum inde Veiens
 initum. & Volsci rebellant. sed ad bella externa propere supererant uires, abutebanturque istis in-
 ter semetipsum certando. Accessere ad aegras iam omnium mentes prodigia caelestia, propere quo-
 tidianas in urbe, agrisque ostentantia minas. motique ira numinis causam nullam aliam uates ca-
 nebant, publice priuatimque nunc extis, nunc per aues consulti, quam, haud rite sacra fieri. qui ter-
 rores tamen eo uasere, ut Oppia uirgo uestalis damnata incesti poenas dederit. Q. Fabius in-
 de, & C. Tullius consules facti. Eo anno non segnior discordia domi, & bellum foris atrocius
 fuit. Ab Aequis arma sumpta. Veientes agrum quoque Romanorum populantes inierunt.
 quorum bellorum crescente cura, Caeso Fabius, & Sp. Furius consules fiunt. Artonam latinam
 urbem Aequi oppugnabant. Veientes pleni iam populationum Romam ipsam se oppugna-
 tuos

turos minitabantur, qui terrores, cum compefcere deberent, auxere infuper animos plebis: redibatq; nō ſua ſponte plebi mos detrectandi militiam, ſed Sp. Licinius tribunus plebis uenifſe tempus ratus per ultimā neceſſitatem legis agrariæ patribus iniungendæ, ſuſceperat rem militarem impediendam. cæterū tota inuidia tribunitiæ poteſtatis uerſa in autorē eſt: nec in eum conſules acrius, q̄ ipſius eius collegæ coorti ſunt. auxilioq; eorum delectum conſules habent. Ad duo ſimul bella exercitus ſcribitur: ducēdus Fabio in Veientes, in Aequos Furio datur. & in Aequis quidem nihil dignum memoria geſtum eſt. Fabio aliquanto plus negocij cum ciuibus, q̄ cum hoſtibus fuit. unus ille uir ipſe conſul reipub. ſuſtinuit, quam exercitus odio conſulis, quantum in ſe fuit, prodebat. nam cum conſul præter cæteras imperatorias artes, quas parando gerendoq; bello edidit plurimas, ita inſtruxiſſet aciē, ut ſolo equitatu emiſſo exercitum hoſtium funderet, inſequi fuſos pedes noluit. nec illos, eſi non adhortatio inuiſi ducis, ſuum ſaltem flagitium, & publicum in præſentia dedecus, poſtmodo periculum, ſi animus hoſti rediſſet, cogere potuit gradum accelerare: aut ſi aliud nihil, inſtare inſtructos. iniuſſu ſigna referunt: mœſtiq; (crederes uictos) execrantes nunc imperatorem, nunc nauatam ab equite operam, redeunt in caſtra. Nec huic tam peſtilenti exemplo remedia ulla ab imperatore quaſita ſunt. adeo excellentibus ingenijs citius defuerit ars qua ciuem regant, quàm qua hoſtem ſuperent. Conſul Romam redijt, non tam belli gloria aucta, quàm irritato exacerbatoq; in ſe militum odio. Obtinere tamen patres, ut in Fabia gente conſulatus maneret. M. Fabium conſulem creant: Fabio collega Cn. Manlius datur. Et hic annus tribunum autorem legis Agrariæ habuit. Tib. Pontificius fuit. is eādē uiam, uelut proceſſiſſet Sp. Licinio, ingreſſus, delectum pauliſper impediit. Perturbatis iterum patribus Ap. Claudius uictam tribunitiā poteſtatem dicere priore anno, in præſentia re ipſa, exemplo in perpetuum: quando inuentū ſit, ſuis ipſam uiribus diſſolui. neq; enim unquam deſuturum, qui ex collega uictoriā ſibi, & gratiā melioris partis bono publico uelit quaſitā. & plures, ſi pluribus opus ſit, tribunos ad auxiliū conſulum paratos fore, & unum uel aduerſus omnes ſatis eſſe. darent modo & conſules, & primores patrum operam: ut, ſi minus omnes, aliquos tamen ex tribunis reip. ac ſenatuī conciliarent. Præceptis Appij moniti patres & uniuerſi comiter ac benigne tribunos appellare: & conſulares, ut cuiq; eorum priuatim aliquid iuris aduerſus ſingulos erat, partim gratia, partim autoritate obtinere: ut tribunitiæ poteſtatis uires ſalubres uellent reipub. eſſe. quatuorq; tribunorū aduerſus unum moratorem publici cōmodi auxilio delectum conſules habent. Inde ad Veiens bellum proſecti: quō undiq; ex Etruria auxilia conuenerant, non tam Veientium gratia concitata: quàm quod in ſpem uentum erat: diſcordia inſterna diſſolui rem Romanam poſſe. principesq; in omnium Etruriæ populorū concilijs fremebant: æternas opes eſſe Romanas, niſi inter ſemetipſos ſeditionibus ſæuiant. id unum uenenum, eam labem ciuitatibus opulentiſſe reſpertam: ut magna imperia mortalia eſſent. diu ſuſtentatum id malum partim patrum cōſilijs, partim patientia plebis, iam ad extrema ueniſſe: duas ciuitates ex una factas: ſuos cuiq; parti magiſtratus, ſuas leges eſſe. primum in delectibus ſæuire ſolitos, eoſdem in bello tamen paruiſſe ducibus. qualicumq; urbis ſtatu, manente diſciplina militari, ſiſti potuiſſe. iam non parendi magiſtratibus morem in caſtra quoq; Romanum militem ſequi. proximo bello in ipſa acie in ipſo certamine conſenſu exercitus traditam ultro uictoriam uictis Aequis: ſigna deſerta: imperatorem in acie relictum, iniuſſu in caſtra reditū. proſecto ſi inſterur: ſuo milite uinci Romam poſſe. nihil aliud opus eſſe, quàm indici oſtendiq; bellum: cætera ſua ſpōte fata & deos geſtuſros. Hæ ſpes Etruſcos armauerant, multis inuicem caſibus uictos uictoreſq;. Coſſ. quoq; Romani nihil præterea aliud, quàm ſuas uires, ſua arma horrebant: memoriaq; peſſimi proximo bello exempli terrebantur: ne rem committerent eō, ubi duæ ſimul acies timendæ eſſent. itaq; caſtris ſe tenebant, tam ancipiti periculo auerſi. diem, tempusq; forſitan ipſum leniturum iras, ſanitatēq; animis allaturum. Veiens hoſtis Etruſciq; eo magis præpropere agere: laceſſere ad pugnam primo obequitando caſtris, prouocandoq;: poſtremo ut nihil mouebant qua conſules ipſos, qua exercitum increpando. ſimulationem inſternæ diſcordiæ remedium timoris inuentū: & conſules magis non conſidere, q̄ non credere ſuis militibus. nouū ſeditionis

genus

genus, silentium, ociumq; inter armatos. ad hæc in nouitatē generis, originisq; qua falsa, qua uera iacere. Hæc cū sub ipso uallo portisq; streperēt, haud ægre cōsules pati. at imperitæ multitudini nunc indignatio, nunc pudor pectora uersare, & ab intestinis auertere malis. nolle inultos hostes, nolle successum, nō patribus, nō consulibus. externa, & domestica odia certare in animis. tandē superant externa, adeo superbe insolenterq; hostis eludebat. frequentes in prætorium cōueniunt, poscunt pugnam, postulant ut signum detur. Consules uelut deliberabundi capita conferunt, diu colloquuntur. pugnare cupiebant, sed retro reuocanda, & addenda cupiditas erat, ut aduersando remorandoq; incitato semel militi adderēt impetum. Redditur responsum, immaturam rem agi, nondū tempus pugne esse: castris se tenerent: edicunt inde, ut abstineant pugna. si quis iniussu pugnauerit, ut in hostē animaduersuros. ita dimissis, quo minus consules uelle credunt, crescit ardor pugnandi. accendūt in super hostes ferocius multo, ut statuisse non pugnare consules cognitum est. quippe impune se insultaturos. nō credi militi arma. rem ad ultimum seditionis erupturam, finemq; uenisse Romano imperio. His freti occurrant portis, ingerunt probra, ægre abstinent, quin castra oppugnent. Enimuero nō ultra contumeliam pati Romanus posse. totis castris undiq; ad consules curritur. nō iam sensim, ut ante, per centurionū principes postulant, sed passim omnes clamoribus agunt. Matura res erat, tergiuersatur tamen Fabius. deinde ad crescentem tumultū, iam metu seditionis collega cōcedente, cum silentiū classico fecisset: ego istos Cn. Manli posse uincere scio, uelle ne scirem, ipsi fecerunt. itaq; certū atq; decretum est, non dare signum, nisi uictores se redituros ex hac pugna iurent. consulem Romanū miles semel in acie fecellit, deos nunquam fallit. Centurio erat M. Flauius inter primores pugne flagitator. uictor, inquit, M. Fabi reuertar ex acie. si fallat, Iouē patrē, Graduumq; Martem, aliosq; iuratus inuocat deos. Idem deinceps omnis exercitus in se quisq; iurat. Iuratis datur signū, arma capiunt, eunt in pugnam irarum speiq; pleni. nunc iubent Hetruscōs probra iacere, nunc armatis sibi quisq; lingua promptū hostē offerri. Omnium illo die, qua plebis, qua patrū eximia uirtus fuit. Fabiū nomē, Fabia gens maxime enituit: multis ciuilibus certaminibus infensos plebis animos illa pugna sibi reconciliare statuunt. instruitur acies. Nec Viciens hostis Hetruscōq; legiones detrectant. propē certa spes erat, nō magis secū pugnaturus, quā pugnauerint cū Aequis. maius quoq; aliquod in tam irritatis animis, & occasione ancipiti, haud desperandū esse facinus. res aliter longe euenit. nam non alio ante bello infestior Romanus (adeo hinc contumelijs hostes, hinc consules mora exacerbauerant) præliū inijt. Vix explicandi ordinis spaciū Hetruscis fuit, cū pilis inter primam trepidationem abiectis temere magis quā emissis pugna iam ad manus, iam ad gladios, ubi mars est atrocissimus, uenerat. Inter primores genus Fabiū insigne spectaculo exemploq; ciuibus erat. ex his Q. Fabium (tertio hic anno ante consul fuerat) principem in confertos Vicientes euntem ferrox uiribus & armorū arte Thuscus, incautū inter multas uersantē hostiū manus, gladio per pectus transfigit. telo extracto præceps Fabius in uulnus abiit. Sensit utraq; acies unius uiri casum. cedebatq; inde Romanus: cum M. Fabius consul transiit iacentis corpus, obiectaq; parma, hoc iurastis, inquit, milites: fugientes uos in castra redituros: adeo ignauissimos hostes magis timetis, quā Iouem, Martemq; per quos iurastis: at ego iniuratus aut uictor reuertar, aut prope te hic Q. Fabi dimicans cadam. cōsuli tum Cæso Fabius prioris anni consul. uerbis ne istis frater ut pugnent te impetraturū credis: dii impetrabunt, per quos iurauere. & nos, ut decet proceres, ut Fabio nomine est dignum, pugnando potius, quā adhortando accendamus militum animos. Sic in primum infestis hastis prouolant duo Fabi, totamq; mouerunt secum aciem. Prælio ex parte una restituto, nihilo segnus in altero cornu Cn. Manlius consul pugnam ciebat. ubi propē similis fortuna est uersata. nam ut altero in cornu Q. Fabiū, sic in hoc ipsum consulem Manlium iam uelut fusos agentem hostes, & impigre milites secuti sunt: & ut ille graui uulnere ictus ex acie cecidit, interfectum rati, gradum retulere: cecissentq; loco, ni consul alter cum aliquot turmis equitū in eam partem citato equo aduēctus, uiuere clamitans collegam, se uictorem fuso altero cornu adesse, rem inclinatam sustinisset. Manlius quoq; ad restituentam aciem se ipse coram offert. duorum consulum cognita ora accendunt

militum

militum animos. simul & uanior iam erat hostiū acies, dum abundante multitudine freti sub-
 tracta subsidia mittunt ad castra oppugnanda. in quæ haud magno certamine impetu factō,
 dum prædæ magis quàm pugnae memores tererent tempus: triarij Romani, qui primam irru-
 ptionem sustinere non potuerant, missis ad consules nuntijs quo loco res essent, conglobati ad
 prætorium redeunt, & sua sponte prælium ipsi renouant: & Manilius consul reuēctus in castra
 ad omnes portas milite opposito hostibus uiam clauserat. ea desperatio Thuscis rabiem ma-
 gis quàm audaciam accendit. nam cum incurstantes quacunq; exitum ostenderet spes, uano a-
 liquoties impetu issent: globus iuuenum unus in ipsū consulem insignem armis inuadit. pri-
 ma excepta à circumstantibus tela: sustineri deinde uis nequit. cōsul mortifero uulnere ictus ca-
 dit, fusiq; circa omnes. Thuscis crescit audacia. Romanos terror per tota castra trepidos agit.
 & ad extrema uentum foret, ni legati raptō consulis corpore patefecissent una porta hostibus
 uiam. ea erumpunt, consternatoq; agmine abcuntes in uictorem alterum incidunt consulem.
 ibi iterum cæsi, fusiq; passim. Victoria egregie parta, tristis tamē duobus tam claris funeribus.
 Itaq; consul, decernēte senatu triumphum, si exercitus sine imperatore triumphare possit, pro
 proxima eo bello opera facile passurum respōdit: se familia funesta Q. Fabij fratris morte, rep.
 ex parte orba consule altero amisso, publico priuatoq; deformem luctu lauream nō acceptu-
 rum. Omni actō triumpho depositus triumphus clarior fuit. adeo spreta in tempore gloria
 interdum cumulatior redit. Funera deinde duo deinceps, collegæ fratrisq; ducit. idem in utro-
 que laudator, cum concedendo illis suas laudes, ipse maximam partem earum ferret. neque
 immemor eius, quod initio consulatus imbiberat: reconciliandi animos plebis, saucios milites
 curandos diuidit patribus. Fabijs plurimi dati: nec alibi maiore cura habiti. inde populares
 iam esse Fabij: nec hoc ulla, nisi salubri reipublicæ arte. Igitur non patrum magis quàm ple-
 bis studijs Cæso Fabius cum T. Virginio consul factus, neq; bella, neque delectus, neque ul-
 lam aliam priorem curam agere, quàm ut iam aliqua ex parte inchoata concordia spe primo
 quoq; tempore cum patribus coalescerent animi plebis. Itaq; principio anni censuit: priusq;
 quisquam agrariae legis autor tribunus existeret, occuparent patres ipsi suum munus facere:
 captiuum agrum plebi quammaxime æqualiter darent. æquum esse habere eos, quorum san-
 guine ac sudore partus sit. aspernati patres sunt: questi quoque quidam, nimia gloria luxuria-
 re & euanescere uiuidum quondam illud Cæsonis ingenium. nullæ deinde urbanae factio-
 nes fuere. Vexabantur incursionibus Aequorum Latini. eò cum exercitu Cæso missus, in ipso
 tum Aequorum agrum depopulandum transit. Aequi se in oppida receperunt, murisq; se te-
 nebant. eo nulla pugna memorabilis fuit. At à Veiente hoste clades accepta temeritate alte-
 rius consulis. actumq; de exercitu foret, ni Cæso Fabius in tempore subsidio uenisset. Ex eo
 tempore neque pax neq; bellum cum Veientibus fuit. res proxime formam latrocinij uene-
 rat. legionibus Romanis cedebant in urbem: ubi abductas senserant legiones, agros incurfa-
 bant, bellum quiete, quietem bello inuicem eludentes. ita neq; omitti tota res, neq; perfici po-
 terat. & alia bella aut præsentia instabant, ut ab Aequis Volscisq; non diutius, quàm recens
 dolor proxima cladis transisset, quiescentibus: aut mox moturos se apparebat Sabinos sem-
 per infestos, Hetruriamq; omnem. sed Veies hostis assiduus magis quàm grauis, contume-
 lijs sæpius quàm periculo animos agitabat: quod nullo tēpore negligi poterat, aut auerti aliò
 sinebat. Tum Fabia gens senatum adit. consul pro gente loquitur. Assiduo magis, quàm ma-
 gno præsidio, ut scitis patres cōscripti, bellum Veiens eget. uos alia bella curate: Fabios hostes
 Veientibus date. autores sumus, tutam ibi maiestatem Romani nominis fore. nostrum id no-
 bis uelut familiare bellum priuato sumptu gerere in animo est. respub. & milite illic, & pecu-
 nia uacet. Gratia ingentes actæ. Consul è curia egressus comitante Fabiorum agmine qui
 in uestibulo curia senatusconsultum expectantes steterant, domum redijt. iussi armati poste-
 ro die ad limen consulis adesse, domos inde discedunt. Manat tota urbe rumor: Fabios ad cœ-
 lum laudibus ferūt. familiam unam subiisse ciuitatis onus: Veiens bellum in priuatam curam,
 in priuata arma uersum. si sint duæ roboris eiusdem in urbe gentes: deposcant, hæc Volscos si-
 bi, illa Aequos: populo Romano tranquillam pacem agente, omnes finitimos subigi populos
 posse

posse. Fabij posteta die arma capiunt: quò iussi erant, cõueniunt. Consul paludatus egrediens in uestibulo gentem omnem suam instructo agmine uidet: acceptus in medium signa ferri iubet. nunquam exercitus neq; minor numero, neq; clarior fama & admiratione hominum per urbem incessit. Sex & ccc milites, omnes patricij, omnes unius gentis, quorum neminem ducem sperneret egregius quibuslibet temporibus senatus, ibant unius familie uiribus Veienti populo pestem minitantes. sequebatur turba, propria alia cognatorum sodaliumq; nihil medium nec spem nec curam, sed immensa omnia uolenti animo: alia publica solitudine excitata, fauore & admiratione stupens. ire fortes, ire felices iubent: inceptis euentus pares reddere: cõsulatus inde ac triumphos, omnia præmia ab se, omnes honores sperare. Prætereuntibus Capitoliũ arcemq; & alia templa, quicquid deorũ oculis, quicquid animo occurrit, precant: ut illud agmen faustum atque felix mittant: sospites breui in patriam ad parentes restituant. In cassum missæ preces. infelici uia à dextro Iano portæ Carmentalis profecti, ad Cremeram flumen perueniunt. is opportunus uisus locus cõmuniendo præsidio. L. Æmylius inde, & C. Seruilus coss. facti. & donec nil aliud quàm in populationibus res fuit: non ad præsidium modò tutandũ Fabij satis erant, sed tota regione, qua thuscus æger Romano adiacet: sua tutã omnia, infesta hostium, uagantes per utrunq; finem fecere. Interuallum deinde haud magnũ populationibus fuit: dum & Veientes accito ex Hetruria exercitu præsidium Cremeræ oppugnant: & Romanæ legiones ab L. Æmylio coss. adductæ cominus cum Hetruscis dimicant acie. quam uix dirigendi aciem spatium Veientibus fuit. adeo inter primam trepidationẽ, dum post signa ordines introeunt, subsidiaq; locant, inuecta subito ab latere Romana equitum ala, non pugnae modo incipiendæ, sed cõsistendi ademit locum. ita fusi retro ad saxa Rubra (ibi castra habebant) pacem supplices petunt. cuius impetratæ ab insita animis leuitate ante deductũ Cremera Romanum præsidium pœnituit. rursus cum Fabijs erat Veienti populo sine ullo maioris belli apparatu certamen. nec erant incursiones modo in agros, aut subiti impetus incurfantium, sed aliquoties æquo campo, collatisq; signis certatũ: gensq; una populi Ro. sæpe ex opulentissima, ut tum res erant, Hetrusca ciuitate uictoriam tulit. Id primo acerbum indignumq; Veientibus uisum. inde consiliũ ex re natum, insidijs ferocẽ hostem captandi. gaudere etiã multo successu Fabijs audaciam crescere. itaq; & pecora prædãtib; aliquoties uelut casu incidissent, obuiam acta: & agrestium fuga uasti relictĩ agri: et subsidia armatorũ ad arcendas populationes missa, sæpius simulato q; uero pauore refugerunt. Iamq; Fabij adeo contempserant hostem, ut sua inuicta arma neq; loco, neq; tempore ullo crederent sustineri posse. hæc spes adeo protexit, ut ad conspecta procul à Cremera magno campi interuallo pecora, quanquam rara hostium apparebant arma, decurrerent. & cum improuidi effuso cursu insidias circa ipsum iter locatas superassent, palatiq; passim uaga (ut fit) pauore iniecto raperent pecora, subito ex insidijs consurgitur. & aduersi & undiq; hostes erant. primo clamor circũlatus exterruit, dein tela ab omni parte accidebant. coeuntibusq; Hetruscis iam cõtinenti agmine armatorũ septi, quo magis se hostis inferebat, cogebant breuiore spatio & ipsi orbem colligere. quæ res & paucitatem eorum insignem, & multitudinem Hetruscorũ, multiplicatis in arcto ordinibus, faciebat. tum ommissa pugna quam in omnes partes parem intenderant, in unum locum se omnes inclinant. eò nixi corporibus armisque rupere cuneo uiam. duxit uia in editum leniter collem. inde primo restitere: mox ut respirandi superior locus spatium dedit, recipiendiq; à pauore tanto animum, pepulere etiam subeuntes: uincebatq; auxilio loci paucitas, ni iugo circũmissus Veiens, in uerticem collis euassisset. ita superior rursus hostis factus: Fabij cæsi ad unũ omnes. præsidiumq; expugnatũ. cccvi perisse satis conuenit: unum propè puberem ætate relictum, stirpem genti Fabiæ dubijsq; rebus populi Ro. sæpe domi bellicq; uel maximum futurum auxiliũ. Cum hæc accepta clades esset, iam C. Horatius & T. Menenius coss. crãt. Menenius aduersus Thuscos uictoria elatos confestim missus. tum quoq; male pugnatum est. & Ianiculum hostes occupauere: obsessaq; urbs foret, super bellũ annonæ premente, (transierant enim Hetrusci Tyberim) ni Horatius coss. ex Volscis esset reuocatus. adeoq; id bellum ipsis instituit mœnibus, ut primo pugnatũ ad Spei sit æquo Marte, iterũ ad portam Collinam. ibi quan-

e quam

quam paruo momento superior Romana res fuit: meliorem tamen militem recepto pristino animo in futura praelia id certamen fecit. A. Virginius & Sp. Seruilus coss. fiunt. post acceptam proximam pugne cladem Veientes abstinere acie. populationes erant, & uelut ab arce Ianiculi passim in Romanum agrum impetus dabant. non usquam pecora tuta, non agrestes erant. capti deinde eadem arte sunt, qua ceperant Fabios. Secuti dedita opera passim ad illecebras propulsa pecora precipitauerunt in insidias. quo plures erant, maior caedes fuit. ex hac clade atrox ira maioris cladis causa atque initium fuit. traiecto enim nocte Tyberi castra Seruilii coss. adorti sunt oppugnare. inde fusi magna caede in Ianiculum se aegre receperunt. Confestim consul & ipse transit Tyberim, castra sub Ianiculo communit. postero die luce orta non nihil & hesternae felicitate pugnae ferox: magis tamen, quod inopia frumenti, quamuis in precipitia, dum celeriora essent, agebat consilia: temere aduerso Ianiculo ad castra hostium aciem exiit. foediusque inde pulsus quam pridie pepulerat, interuentu collegae ipse exercitusque est seruatus. inter duas acies Hetrusci, cum inuicem his atque illis terga daret, occisione occisi. Ita oppressum temeritate felici Veiens bellum. Urbi cum pace laxior etiam annona rediit, & aduecto ex Campania frumento, & postquam timor sibi cuique futurae inopiae abijt, eo quod abditum fuerat, prolato. Ex copia deinde otioque lasciuiare rursus animi: & pristina mala, postquam foris deerant, domi quaerere. tribuni plebem agitare suo ueneno, agraria lege: in resistentes incitare patres, nec in uniuersos modo, sed in singulos. Q. Considius & T. Genutius autores agrariae legis T. Menenius diem dicunt. inuidiae erat amissum Cremerae praesidium, cum haud procul inde statua consul habuisset. eam oppressit: cum & patres haud minus quam pro Coriolano annexi essent, & patris Agrippae fauor haud dum exoleuisset. In multa temperarunt tribuni: cum capitis inquisissent, duo millia aeris damnato mulctam edixerunt. ea in caput uertit. negant tulisse ignominiam: egritudineque, inde morbo absumptum esse. Alius deinde reus Sp. Seruilus, ut consulatu abijt, C. Nautio & P. Valerio coss. initio statim anni ab L. Ceditio & T. Statio trib. die dicta, non ut Menenius precibus suis aut patrum, sed cum multa fiducia innocentiae gratiaeque tribuniciis impetus tulit. & huic praelium cum Thuscis ad Ianiculum erat crimini. sed seruidi animi uir ut in publico periculo ante, sic tum in suo, non tribunos modo, sed plebem oratione feroci refutando, exprobrandoque T. Menenii damnationem mortemque: cuius patris munere restituta quondam plebs eos ipsos, quibus tum saeuiret magistratus, eas leges haberet: periculum audacia discussit. iuuuit & Virginius collega testis productus, participando laudes: magis tamen Menenianum (adeo mutauerant animum) profuit iudicium. Certamine domi finito, Veiens bellum exortum, quibus Sabini arma coniunxerant. P. Valerius coss. accitis Latinorum Hernicorumque auxilijs cum exercitu Veios missus, castra Sabina quae pro moenibus sociorum locata erant, confestim aggreditur: tantamque trepidationem iniecit, ut dum dispersi, alij alia manipulatim excurrunt ad arcendam hostium uim, ea porta cui signa primum intulerat caperet. intra uallum deinde caedes magis quam praelium esse. tumultus e castris & in urbem penetrat. tanquam Veijs captis, ita pauidi Veientes ad arma currunt. pars Sabinis eunt subsidio, pars Romanos toto impetu intentos in castra adoriuntur. paulisper auersi turbatique sunt. deinde & ipsi utroque uersis signis resistunt: & eques ab consule immixtus Thuscos fundit fugatque. eademque hora duo exercitus ducesque potentissimae & maximae finitimae gentes superatae sunt. Dum haec ad Veios gerunt, Volsci Aequique in Latino agro posuerunt castra, populatimque fines erant. eos per se ipsi Latini assumptus Hernicis sine Romano aut duce, aut auxilio castris exuerunt. ingenti praeda praeter suas recuperatas res potiti sunt. missus tamen ab Roma consul in Volscos C. Nautius. mos credo non placebat, sine Romano duce exercitusque socios proprijs uiribus consiliisque bella gerere. nullum genus calamitatis contumeliaeque non editum in Volscos est. nec tamen percelli potuerunt, ut acie dimicarent. L. Furius inde & C. Manlius coss. Manlio Veientes provincia euenit. non tamen bellatum. induciae in annos XL petentibus datae: frumento stipendioque imperato. Paci externae confestim continuatur discordia domi. agrariae legis tribunicijs stimulis plebs furebat. consules nihil Menenii damnatione, nihil periculo deterriti Seruilii, summa uir resistunt. abeuntes magistratu consules Genutius Tr. pl. attripuit. L. Acmylius & Opiter Virginius consulatum in-

eunt

eunt. Vopiscum Iulium pro Virginio in quibusdam annalibus consulem inuenio. Hoc anno, quoscunq; consules habuit: rei ad populum Furius & Manlius circumeunt sordidati non plebem magis quàm iuniores patrum. suadent, monent, honoribus & administratiõe reipub. abstineant. consulares uero fasces, prætextam curulemq; sellam, nihil aliud quàm pompam fune ris putent. claris insignibus uelut infulis uelatos ad mortem destinari. quod si consulatus tanta dulcedo sit, iam nunc ita animum inducant: cõsulatum captum & oppressum ab tribunitia potestate esse. consuli uelut apparitori tribunicio omnia ad nutum imperiumq; tribuni agenda esse. si se commouerit, si respexerit patres, si aliud quàm plebem esse in reipub. crediderit: exilium Cn. Martij, Menenij damnationem & mortem sibi proponat ante oculos. His accensis uocibus patres consilia inde non publica, sed in priuato, seductaq; à plurimũ conscientia habuerunt. ubi cum id modo constaret, iure an iniuria eripiendos esse reos: atrocissima quæq; maxime placebat sententia: nec autor quamuis audaci facinori deerat. Igitur iudicij die cum plebs in foro erecta expectatione staret: mirari primo, quod non descenderet tribunus: deinde cum iam mora suspectior fieret, deterritũ à primoribus credere, & desertam ac proditam causam publicam queri. eadem qui obuersati uestibulo tribuni fuerant, nuntiant: domi mortuum esse inuentum. quod ubi in totam contionem pertulit rumor: sicut acies funditur duce occiso, ita dilapsi passim alij aliò. præcipuus pauor tribunos inuaserat, quàm nihil auxiliij sacratę leges haberent, morte collegæ monitos. Nec patres satis moderate ferre lætitiã. adeoq; neminem noxæ pœnitebat, ut etiam infantes fecisse uideri uellent, palamq; ferrent, malo domandam tribuniciam potestatem. Sub hac pessimi exempli uictoria delectus edicitur, pauentibusq; tribunis sine intercessione ulla consules rem peragunt. Tum uero irasci plebs tribunorũ magis silentio, quàm consulum imperio: & dicere, actum esse de libertate sua: rursus ad antiqua reditũ, cum Genuatio unã mortuam ac sepultam tribunitiam potestatem: aliud agendum, ac cogitandum quo modo resistatur patribus. id autem unum consiliũ esse, ut se ipsa plebs, quando aliud nihil auxiliij habeat, defendat. quatuor & uiginti lictores apparere consulibus, & eos ipsos plebis homines, nihil contemptius neq; infirmius, si sint qui contemnant. sibi quenque ea magna atque horrenda facere. His uocibus alij alios cum incitassent, ad Voleronẽ Publiũ de plebe hominem, quia quod ordines duxisset, negaret se militem fieri debere, licitor missus est à consulibus. Volero appellat tribunos. cum auxilio nemo esset, consules spoliari hominem, & uirgas expediri iubent. prouoco inquit ad populum Volero, quoniam tribuni cliem Romanum in cõspectu suo uirgis cædi malunt, quàm ipsi in lecto suo à uobis trucidari. quo ferocius clamitabat, eò infestius circumscindere & spoliare licitor. Tum Volero & præualens ipse, & adiuuantibus aduocatis repulso licitore, ubi indignantium pro se acerrimus erat clamor, eò se in turbam cõfertissimam recipit clamitans. prouoco & fidem plebis imploro. adeste ciues, adeste cõmilitones, nihil est quod expectetis tribunos, quibus ipsis uestro auxilio opus est. Concitati homines ueluti ad prælium se expediunt: apparebatq; omne discrimen adesse, nihil cuiquam sanctum non publici fore, non priuati iuris. Huic tantæ tempestati cum se consules obtulissent, facile experti sunt: parum tutam maiestatem sine uiribus esse. uiolatis licitoribus, fascibus fractis è foro in curiam compelluntur, incerti quatenus Volero exerceret uictoriam. Cõtescente deinde tumultu, cum senatum uocari iussissent: querũtur iniurias suas, uim plebis, Voleronis audaciam. Multis ferociter dictis sententijs, uicere seniores, quibus ira patrum aduersus temeritatem plebis certari non placuit. Voleronem amplexa fauore plebs, proximis comitijs tribunum plebis creat in eum annum, qui L. Pinarium, P. Furium coss. habuit. cõtraq; omnium opinionem, qui cum uexandis prioris anni consulibus administraturũ tribunatũ credebãt, post publicam causam priuato dolore habito, ne uerbo quidem uiolatis cõsulibus rogationem tulit ad populum, ut plebeij magistratus tributis comitijs fierent. Haud parua res sub titulo prima specie minime atroci ferebatur, sed quæ patricijs omnem potestatem per clientũ suffragia creandi quos uellent tribunos, auferret. Huic actioni gratissimæ plebi cum summa ui resisterent patres: nec quæ una uis ad resistendũ erat, ut intercederet aliquis ex collegio, autoritate aut consulum, aut principum adduci posset: restamen suo ipsa molimine grauis certaminibus in annum extra-

e i hitur

hitur. Plebs Volerōnem trib. reficit. patres ad ultimū dimicationis rati rem uenturā. Ap. Claudium Appij filiū, iam inde à paternis certaminibus inuisum infestumq̄ plebi, cōsulem faciunt. collega ei T. Quintius datur. Principio statim anni nihil prius q̄ de lege agebatur. sed ut inuentor legis Volero, sic Lectorius collega eius autor tum recentior, tum acrior erat. ferocē faciebat belli gloria ingens, quod ætatis eius haud quisquā manu promptior erat. is cum Volero nihil præterq̄ de lege loqueretur insectatione abstinēs cos. ipse in accusationē Appij familiæq̄ superbissimæ, ac crudelissimæ in plebem Ro. exorsus, cum à patribus nō cos. sed carnificē ad uexandam & lacerandā plebem creatū esse contenderet, rudis in militari homine lingua non suppetebat libertati animoq̄. itaq̄ deficiente oratione, quandoquidē nō tam facile loquor, inquit, Quirites, q̄ quod locutus sum præsto, crastino die adeste. ego hic aut in cōspectu uestro moriar, aut perferā legem. Occupant tribuni templū postero die. consules nobilitasq̄ ad impediendam legem in cōtione cōsistunt. summoueri Lectorius iubet, præterq̄ qui suffragium ineant. adolescentes nobiles stabant nihil cedentes uiatori. tum ex his prehendi quosdam Lectorius iubet. Consul Appius negare, ius esse tribuno in quenq̄, nisi in plebeiu: non enim populi, sed plebis eum magistratū esse: nec illum ipsum summouere pro imperio posse more maiorum, quia ita dicatur: si uobis uideatur, discedite Quirites. Facile & cōtemptim de iure differendo perturbare Lectoriū poterat. ardens igitur ira tribunus uiatorē mittit ad cōsulem: consul lectorem ad tribunū, priuatū esse clamitans, sine imperio, sine magistratu. uiolatusq̄ esset tribunus, ni & contio omnis atrox coorta pro tribuno in cōsulē esset: & concursus hominū in forum ex tota urbe cōcitæ multitudinis fieret. sustinebat tamen Appius pertinacia tãtam tempestatem: certatumq̄ haud incruento prælio foret, ni Quintius cos. alter consularibus negotio dato, ut collegam uī, si aliter non possent, de foro abducerent: ipse nunc plebem fauientem precibus lenisset: nunc orasset tribunos, ut cōcilium dimitterent: darent irę spatiū, non uim suam illis tempus adempturū, sed cōsilium uiribus additurū: & patres in populi, & consulem in patrū fore potestate. Ægre sedata ab Quintio plebs, multo ægrius cōsul alter à patribus. Dimisso tandem concilio plebis, senatū cōsules habent. ubi cum timor atq̄ ira inuicē sententias uariassent, quo magis spatio interposito ab impetu ad consultandū aduocabantur, eo plus abhorrebant à certatione animi: adeo ut Quintio gratias agerent, quod eius opera mitigata discordia esset. ab Appio petitur, ut tantā consularē maiestatem esse uellet, quanta in concordi ciuitate esse posset. dum tribuni cōsulesq̄ ad se quisq̄ omnia trahant, nihil relictū esse uirium in medio. distractam laceratamq̄ rempub. per magistratus, magis quorū in manu sit, q̄ ut incolumis sit, queri. Appius contra, testari deos atq̄ homines, rempub. prodi per metum ac deserit: non cōsulem senatui, sed senatū consuli deesse: grauiores accipi leges, q̄ in Sacro monte acceptæ sint. uictus tamen patrum cōsensu quieuit. lex silentio perfertur. Tum primū tributis comitijs creati tribuni sunt. numero etiam additos tres, perinde ac duo ante fuerint, Piso autor est. nominat quoq̄ tribunos, Cn. Siccium, L. Numitoriū, M. Duelliū, Sp. Iciliū, L. Meciliū. Volsci tum Aequiq̄ inter seditionem Romanā & bellum coortum, uastauerāt agros, ut si qua secessio plebis fieret, ad se receptū haberēt. compositis deinde rebus, castra retro mouere. Ap. Claudius in Volscos missus. Quintio Aequi prouincia euenit. Eadem in militia sæuitia Appij, quæ domi esse, eo liberior quod sine tribunicijs uinculis erat. odisse plebem plus q̄ paterno odio, quod se uictum uidebat ab ea. se unico consule obiecto aduersus tribuniciā potestatem, perlatam legem esse, quam minore conatu, nequaquā tanta patrum spe, priores impediērant consules. Hęc ira indignatioq̄ ferocem animū ad uexandum sæuo imperio exercitū stimulabat. nec ulla uī domari poterat, tantum certamen animis imbiberant. segniter, otiose, negligenter, cōtumaciter omnia agere. nec pudor nec metus coercebat. si citius agi uellet agmen, tardius sedulo incedere. si adhortator operis adestet, omnes sua sponte motam remittere industriam. præsentis uultus demittere, tacite prætereuntē execrari: ut inuictus ille odio plebeio animus interdū moueretur, omni nequicquā acerbitate prompta: nihil iam cum militibus ageret, à centurionibus corruptū exercitum diceret: tribunos plebei; cauillans interdū & Volerones uocaret. Nihil eorum Volsci nesciebant: instabantq̄ eo magis, sperantes idem certamen animorū aduersus Appium habiturum exer-

rum exercitum Romanū, quod aduersus Fabium cōs. habuisset. ceterū multo Appio q̄ Fabio uolentior fuit. nō enim uincere tantum noluit, ut Fabianus exercitus, sed uinci uoluit. productus in aciem turpi fuga petit castra, nec ante restitit, q̄ signa inferentem Volscū munimentis uidit, fœdāq; extremi agminis cœdem. tum expressa uis ad pugnandū, ut uictor iam à uallo summoueretur hostis: satis tamen appareret, capi tātum castra militem Romanū noluisse. alij gaudere sua clade atq; ignominia. Quibus nihil infractus ferox Appij animus, cum insuper scire uellet, contionemq; aduocaret: concurrunt ad eum legati tribuniq; monentes, ne utique experiri uellet imperiū, cuius uis omnis in cōsensu obedientiū esset. negare uulgo milites se ad contionē ituros, passimq; exaudiri uoces postulantiū, ut castra ex Vollico agro moueātur. hostem uictorem pauloante propè in portis ac uallo fuisse, ingentisq; mali non suspiciōe modo, sed apertam speciem obuersari ante oculos. Victus tandē (quandoquidē nihil præter tempus noxæ lucrarentur) remissa contione iter in sequentem diem pronuntiari cum iussisset, prima luce classico signum profectiois dedit. Cum maxime agmen è castris explicaretur, Volsci ut eodem signo excitati nouissimos adoriunt. à quibus perlatus ad primos tumultus, eo p̄ uore signaq; & ordines turbauit, ut neq; imperia exaudiri, neq; instrui acies possent. nemo uilius nisi fugæ memor, ita effuso agmine per stragem corporū armorumq; euasere, ut prius hostis desisteret sequi, q̄ Romanus fugere. Tandem collectis ex dissipato cursu militibus, consul cum reuocando nequicq; suos persecutus esset, in pacato agro castra posuit. aduocataq; cōtione, inuectus haud falso in proditorē exercitū militaris disciplinæ, desertorē signorū, ubi signa ubi arma essent: singulos rogans, inermes milites, signo amisso signiferos, ad hoc cēturiones duplicariosq; qui reliquerāt ordines, uirgis cæsos securi percussit. cætera multitudo forte decimus quisq; ad suppliciū lecti. Contra ea in Aequis inter consulē ac militem comitate ac beneficis certatū est. & natura Quintius erat lenior, & scruitia infelix collegæ quo is magis gauderet ingenio suo, effecerat. Huic tantæ cōcordiæ ducis exercitusq; nō ausi offerre se Aequi, uagari populabundū hostem per agros passi. nec ullo ante bello latius inde actæ prædæ. omnis militi data est. addebant & laudes, quibus haud minus q̄ præmio gaudent militū animi. Tum duci, tum propter ducem patribus quoq; placatior exercitus redijt: sibi parentem, alteri exercitui dominū datum ab senatu memorans. Varia fortuna belli, atroci discordia domi forisq; animum exactum, insignem maxime comitia tributa efficiunt: res maior uictoria suscepti certaminis q̄ usu. plus enim dignitatis comitijs ipsis detractū est, patribus ex concilio summouendis, q̄ uirium aut plebi additū, aut demptū patribus. Turbulentior inde annus excepit, L. Valerio, T. Acmylio cōs. tum propter certamina ordinū de lege agraria: tum propter iudicium Ap. Claudij. cui acerrimo aduersario legis, causamq; possessorū publici agri tanq; tertio cōsuli sustinenti M. Duellius & Cn. Siccus diem dixerunt. Nunq; ante tam inuisus plebi reus ad iudicium uocatus populi est, plenus suarū, plenus paternarū irarū. patres quoq; non temere pro ullo æque annexi sunt: propugnatorē senatus, maiestatisq; uindicem suæ ad omnes tribunicios, plebeiosq; oppositū tumultus, modum duntaxat in certamine egressum, obijci iratę plebi. Unus è patribus ipse Ap. Claudius & tribunos & plebem & suū iudiciū pro nihilo habebat. illum non minæ plebis, non senatus preces percellere unquā potuere, nō modo ut uestem mutaret, aut supplex prehensaret homines, sed ne ut ex consuetā quidē asperitate orationis, cum ad populū agenda causa esset, aliquid leniret atq; summitteret. idem habitus oris, eadem contumacia in uultu, idem in oratione spiritus erat: adeo ut magna pars plebis Appium non minus reum timeret, q̄ consulem timuerat. semel causam dixit, quo semper agere omnia solitus erat, accusatorio spiritu: adeoq; constantia sua & tribunos obstupescit & plebem, ut diem ipsi suā uoluntate producerent: trahi deinde rem sinerent. haud ita multū interim temporis fuit: ante tamē q̄ prædicta dies ueniret, morbo moriē. cuius laudationē cū tribuni plebis impedire conarent, plebs fraudari solenni honore supremū diem tātū uiri noluit: & laudationē tam aquis auribus mortui audiuit, q̄ uiui accusationem audierat, & exequias frequens celebrauit. Eodem anno Valerius cōs. cum exercitu in Aequos profectus, cum hostem ad prælium elicere non posset, castra oppugnare est adortus. prohibuit fœda tempestas, cum grandine ac tonitribus

cœlo deiccta. admirationē deinde auxit, signo receptui dato, adeo tranquilla serenitas reddita; ut uelut numine aliquo defensa castra oppugnare iterum religio fuerit. omnis ira belli ad populationē agri uertit. Alter cōsul Aemylius in Sabinis bellū gessit. & ibi, quia hostis mœnibus se tenebat, uastati agri sunt. Incēdīs deinde non uillarū modo, sed etiam uicorum, quibus frequenter habitabat, Sabini exciti cum prædatoribus occurrissent, ancipiti prælio digressi, postero die retulere castra in tutiora loca. id satis consuli uisum, cur pro uictō relinqueret hostem, integro inde decedens bello. Inter hæc bella manente discordia domi, T. Numitius Priscus, A. Virginius c o s s. facti. Non ultra uidebatur latura plebs dilationem agrariæ legis, ultimæq; uis parabatur, cum Volscos adesse, fumo ex incendīs uillarū, fugacq; agrestiuū cognitum est. ea res maturam iam seditionem ac propè erumpentem repressit. Consules coacti exemplo ab senatu ad bellum, educta ex urbe iuuentute, tranquilliorē cæteram plebem fecerunt. Et hostes quidem nihil aliud q̄ perfusus uano timore Romanis, citato agmine abeunt. Numitius Antium aduersus Volscos, Virginius contra Aequos profectus. ibi ex insidīs propè magna accepta clade, uirtus militum rem prolapsam negligētia consulis restituit. Melius in Volscis imperatū est. fusi primo prælio hostes, fugacq; in urbem Antium, ut tum res erant, opulentissimam acti. quam consul oppugnare nō ausus, Cenonem aliud oppidū nequa q̄ tam opulentum ab Antiatibus cepit. Dum Aequi Volsci q̄ Romanos exercitus tenent, Sabini usq; ad portas urbis populātes incessere. deinde ipsi paucis post diebus à duobus exercitibus, utroque per iram consule ingresso in fines, plus cladiū q̄ intulerant, acceperunt. Extremo anno pacis aliquid fuit: sed ut semper aliās, sollicitæ certamine patrum & plebis. Irata plebs interesse consularibus comitijs noluit, per patres clientesq; patrum cōsules creati, T. Quintius & Q. Seruilius. similem annum priori consules habent, seditiosa initia, bello deinde externo tranquilla. Sabini crustuminos campos citato agmine transgressi, cum cædes & incendium circum Anienem flumen fecissent, à porta propè Collina mœnibusq; pulsi, ingentes tamen prædas hominum pecorumq; egere. quos Seruilius c o s. infesto exercitu insecutus, ipsum quidem agmen adipisci æquis locis non potuit: populationem adeo effuse fecit, ut nihil bello intactum relinqueret, multipliciq; capta præda rediret. Et in Volscis respublica egregie gesta, tum ducis, tum militum opera. Primum æquo campo signis collatis pugnatum, ingenti cæde utrinq; plurimo sanguine. Et Romani, quia paucitas damno sentiēdo propior erat, gradum retulissent, nisi salubri mendacio consul fugere hostes ab cornu altero clamitans concitasset aciem. impetu facto, dum se putant uincere, uicere. Consul metuens ne nimis instando renouaret certamen, signum receptui dedit. Intercessere pauci dies, uelut tacitis inducīs utrinque quiete sumpta: per quos ingens uis hominum ex omnibus Volscis Aequisq; populis in castra uenit: haud dubitans, si senserint, Romanos nocte abituros. itaque tertia ferè uigilia ad castra oppugnanda ueniunt. Quintius sedato tumultu, quem terror subitus exciuerat, cum manere in tentorijs quietum militem iussisset, Hernicorū cohortem in stationē educit: cornicines tubicinesq; in equos impositos canere ante uallum iubet, sollicitumq; hostem ad lucem tenere. reliquū noctis adeo tranquilla omnia in castris fuere, ut somni quoque Romanis copia esset. Volscos species armatorum peditum, quos & plures esse & Romanos putabant: fremitus hinnitusq; equorum, qui & insucto sedente equite, & insuper aures agitante sonitu, sæuiebant: intentos uelut ad impetum hostium tenuit. Vbi illuxit, Romanus integer satiatuq; somno, productus in aciem, fessum stando & uigilijs Volscum primo impetu perculit. quanquā cessere magis, quam pulsi hostes sunt: quia ab tergo erant diui, in quos post principia integris ordinibus tutus receptus fuit. Consul ubi ad iniquum locum uentum est, sistit aciem. miles ægre teneri, clamare & poscere, ut perculsis instare liceat, ferocius agunt equites circumfusi ducibus: uociferantur se ante signa ituros. Dum cunctatur consul uirtutum milite fretus, loco parum fidens: conclamant se ituros. clamoremq; res est secuta. fixis in terram pilis, quo leuiore ardua euaderent, cursu subeunt. Volscus effusus ad primum impetum missilibus telis, saxa obiacentia pedibus ingerit in subeuntes: turbatosq; ictibus crebris urget ex superiore loco. Sic propè oneratū est sinistrum Romanis cornu, nisi referentibus iam gradum cōsul increpando simul temeritatem, simul ignauiam

niam, pudore metū excussisset. restitere primo obstinatis animis: deinde ut obtinentes locū ut res ferebant, audent ultro gradū inferre, & clamore renouato cōmouent aciem. tum rursus impetu capto enitunt atq; exuperant iniquitatē loci. iam propè erat ut in summū cliui iugum eaderent, cum terga hostes dedere: effusoq; cursu penè agmine uno, fugiētes sequentesq; castris incidere. in eo pauore castra capiunt. qui Volscorum effugere potuerunt, Antium petunt. Antium & Romanus exercitus ductus. paucos circumfessum dies deditur, nulla oppugnantium noua ui, sed quod iam inde ab infelici pugna, castrisq; amissis ceciderant animi.

DECADIS PRIMAE LIBER III



NTIO CAPTO T. Aemilius & Q. Fabius c o s s. sunt. hic erat Fabius, qui unus extinctæ ad Cremeram genti superfuerat. Iam priore consulatu Aemilius dandi agri plebi fuerat autor, itaque secundo quoq; consulatu eius & agrarij se in spem legis erexerant: & tribuni rem cōtra consules sæpe tentatam adiutore utique consule obtineri posse rati, suscipiunt: & consul manebat in sententia sua. possessores & magna pars patrum tribunicij se iactare actionibus principem ciuitatis, & largiendo de alieno popularem fieri querentes, totius inuidiam rei à tribunis in consulem auerterant. atrox certamen aderat, ni Fabius consilio neutri parti acerbo rem expedisset. T. Quintij ductu & auspicio agri capti priore anno aliquantū à Volscis esse, Antium propinquam opportunam & maritima urbem coloniam deduci posse: ita sine querelis possessorum plebem in agros ituram, ciuitatem in concordia fore. Hæc sententia accepta est. Triumuiros agro dando creat T. Quintium, A. Virginium, P. Furium. iussi nomina dare, qui agrum accipere uellent. Fecit statim (ut fit) fastidium copia: adeoque pauci nomina dedere, ut ad explendum numerum coloni Volsci adderentur: cætera multitudo poscere Romæ agrum malle, quàm alibi accipere. Aequi à Q. Fabio (is eò cum exercitu uenerat) pacem petiere, irritamq; eam ipsi subita incurfione in agrum Latinum fecere. Q. Seruilius insequenti anno, is enim cum Sp. Posthumio c o s. fuit in Aequos missus, in Latino agro statiuia habuit. intra castra quies necessaria morbo implicitum exercitum tenuit. Extractū in tertium annum bellum est, Q. Fabio & T. Quintio c o s s. Fabio extra ordinem, quia is uictor pacem Aequis dederat, ea prouincia data. Qui haud dubia spe profectus famam nominis sui pacaturam Aequos, legatos in concilium gentis missos nuntiare iussit: Q. Fabium c o s. dicere, se ex Aequis pacem Romam tulisse, ab Roma Aequis bellum afferre, eadem dextera armata, quam pacatam illis antea dederat. quorum id perfidia & periurio fiat, deos nunc testes esse, mox fore ultores. se tamen, utcunque sit, etiam nunc, pœnitere sua sponte Aequos, quàm pati hostilia, malle. si pœniteat, tutum receptum ad expertam clementiam fore. sin periurio gaudeant, dijs magis iratis quàm hostibus gesturos bellum. Hæc dicta adeo nihil mouerunt quenquam, ut legati propè uiolati sint, exercitusq; in Algidū aduersus Romanos missus. Quæ ubi Romam sunt nuntiata, indignitas rei magis quàm periculum consulem alterum ab urbe exciuit. ita duo consulares exercitus ad hostem accessere, acie instructa, ut confestim dimicarent. Sed cum forte haud multum diei superesset, unus ab statione hostium exclamat. Ostentare hoc est Romani, nō gerere bellum. in noctem imminentem aciem instruitis. longiore luce ad id certamen quod instat, nobis opus est. crastino die oriente sole redite in aciem: erit copia pugnandi, ne timete. His uocibus iritatus miles in diem posterū in castra reducitur, longam uenire noctem ratus, quæ moram certamini faceret. tum quidem corpora cibo somnoq; curant. ubi illuxit postero die, prior aliquanto constitit Romana acies, tandem & Aequi processere. prælium fuit utrinq; uehemēs, quod & Romanus miles ira odioq; pugnabat: & Aequos cōscientia contracti culpa periculi, & desperatio futuræ sibi postea fidei, ultima audere & experiri cogebat. Non tamē sustinere aciem Romanam Aequi. pulsicq; cum in fines suos se recepissent, nihilo inclinatioibus ad pacem animis ferox multitudo increpare duces, quod in aciem qua pugnandi arte Romanus excellat, cōmissa

res sit. Aequos populationibus incursionibusque meliores esse: & multas passim manus, quae magna molem unius exercitus, rectius bella gerere. Relicto itaque castris praesidio, egressi tanto cum tumultu inuasere fines Romanos, ut ad urbem quoque terrorem pertulerint. nec opinata etiam res plus trepidationis fecit, quod nihil minus quam ne uictus, ac propè in castris obsessus hostis memor populationis esset, timeri poterat. agrestesque pauidi incidentes portis non populationem, nec praedonum paruas manus, sed omnia uano augentes timore, exercitus & legiones adesse hostium, & infesto agmine ruere ad urbem clamabant. Ab his proximi audita incerta, eoque uaniora ferre ad alios: cursus clamorque uocatum ad arma, haud multum a pauore castrae urbis abesse. Forte ab Algido Quintius C. O. S. redierat Romam: id remedium timori fuit: tumultusque sedato, uictos timeri increpans hostes, praesidia portis imposuit. uocato deinde senatu cum ex autoritate patrum iustitio indicto profectus ad tutandos fines esset, Q. Seruilio praefecto urbis relicto, hostem in agris non inuenit. Ab altero consule res gesta egregie est. qui quae uenturum hostem sciebat, graue praeda, eoque impeditiore agmine incedentem aggressus, funestam ei populationem fecit, pauci hostium euasere ex insidijs, praeda omnis recepta est. Sic finem iustitio quod quatrimum fuit, reditus Quintij C. O. S. in urbem fecit. Censuram deinde actus, & conditum a Quintio iustrum. Censura ciuium capita centum quatuor & xx millia, ccxiiii dicuntur, praeter orbos orbisque. In Aequis nihil deinde memorabile actum. in oppida sua se recepere, uri sua popularique passi. Consul cum aliquoties per omnem hostium agrum infesto agmine populabundus esset, cum ingenti laude praedaeque Romam redijt. Consules inde Posthumius Albus, Sp. Furius. Furios Fusios scripsere quidam. id admoneo, nequis immutationem uictorum ipsorum esse, quae nominum est, putet. Haud dubium erat, quin cum Aequis alter consul bellum gereret. itaque Aequi ab Ecetranis Volscis praesidium petiere. quo cupide oblato (adeo ciuitates haec perpetuo in Romanos odio certauerunt) bellum summa uis parabatur. Sentunt Hernici & praedicunt Romanis, Ecetranum ad Aequos descisse. suspecta & colonia Antium fuit, quod magna uis hominum inde, cum oppidum captum esset, confugisset ad Aequos. isque miles per bellum aequicum uel acerrimus fuit. Compulsis deinde in oppida Aequis, ea multitudo dilapsa cum Antium redisset, sua sponte iam infidos colonos Romanis abalienauit. Nec dum matura re, cum defectionem parari delatum ad senatum esset, datum negotium est consulibus, ut principibus coloniae Romam excitis, quaererent quidnam rei esset: qui cum haud grauate uentissent: introducti a consulibus ad senatum, ita responderunt ad interrogata, ut magis suspecti quam uenerant, dimitterentur. Bellum inde haud dubium haberi. Sp. Furius consulum alter, cui ea provincia euenerat, profectus in Aequos, Hernicorum in agro populabundum hostem inuenit: ignarusque multitudinis, quia nusquam uniuersa conspecta fuerat, imparem copijs exercitum temere pugnae commisit. primo concursu pulsus se in castra recepit. neque is finis periculi fuit. namque & proxima nocte & postero die tanta uis castra sunt circumfessa atque oppugnata, ut ne nuntius quidem inde mitti Romam posset. Hernici & male pugnantem, & consulem exercitumque obsideri, nuntiauerunt: tantumque terrorem incussere patribus, ut (quae forma senatus consulti ultimae semper necessitatis habita est) Posthumio alteri consulum negotium dare: uideret nequid res publica detrimenti caperet. Ipsum consulem Romam manere ad conscribendos omnes qui arma ferre possent, optimum uisum est: proconsulem T. Quintium subsidio castris cum sociali exercitu mitti. ad eum explendum Latini Hernicisque, & colonia Antium dare Quintio subitarios milites (ita tum repentina auxilia appellabant) iussi. Multi per eos dies motus, multique impetus hinc atque illinc facti, quia superante multitudine hostes carpere multifariam uires Romanas ut non sufferturas ad omnia, aggressi sunt. simul castra oppugnabantur, simul pars exercitus ad populandum agrum Romanum missa, urbemque ipsam, si qua fortuna daret, tentanda. L. Valerius ad praesidium urbis relictus: consul Posthumius ad arcendas populationes finium missus. Nihil remissum ab ulla parte curae aut laboris. uigiliae in urbe, stationes ante portas, praesidiaque in muris disposita: & quod necesse erat in tanto tumultu, iustitium per aliquot dies seruatum. Interim in castris Furius C. O. S. cum primo quietus obsidionem passus esset, in incautum hostem decumana porta erupit: & cum persequi posset, metu substitit, nequa ex parte altera in castra uis fieret

fieret. Furium legatum (frater idem consulis erat) longius extulit cursus: nec suos ille redeuntes
 persequendi studio, neq; hostiū ab tergo incursum uidit. ita exclusus multis sæpe frustra cona-
 tibus captis, ut uiam sibi ad castra faceret, acriter dimicans cecidit. Et consul nuntio circumuenti
 fratris cōuersus ad pugnam, dum se temere magis quàm satis caute in mediam dimicationem
 infert, uulnere accepto, ægre ab circūstantibus creptus, & suorū animos turbauit, & ferocios
 hostes fecit: qui cede legati, & cōsulis uulnere accensi nulla deinde ui sustineri potuere, cū com-
 pulsus in castra Romani rursus obsiderentur, nec spe nec uiribus pares: uenissetq; in periculum
 summa rerum, ni T. Quintius peregrinis copijs cum Latino Hernicoq; exercitu subuenisset.
 is intentos in castra Romana Aequos, legatiq; caput ferociter ostentātes ab tergo adortus, si-
 mul ad signum à se procul editum ex castris eruptione facta, magnā uim hostium circūuenit.
 Minor cædes, fuga effusior Aequorū in agro fuit Romano. in quos palatos prædam agentes
 Posthumius aliquot locis, quibus opportuna imposuerat præsidia, impetū dedit. ij uagi dissu-
 pato agmine fugientes in Quintium uictorem cum saucio cōsule reuertentem incidere. Tum
 consularis exercitus egregia pugna cōsulis uulnus, legati & cohortiū ultus est cædem. Magnæ
 clades ultro citroq; illis diebus & illatæ & acceptæ. difficile ad fidem est in tam antiqua re quot
 pugnauerint ceciderintue, exacto affirmare numero. audet tamen Antiās Valerius concipere
 summas. Romanos cecidisse in Hernico agro v Mil. ac ccc. Ex prædatoribus Aequorū, qui
 populabundi in finibus Romanis uagabantur, ab A. Posthumio C o s. duo millia & c c c c
 cælos: cæteram multitudinē prædam agentem quæ inciderit in Quintiū, nequaquam pari de-
 functam esse cæde: interfecta inde quatuor millia, & exequendo subtiliter numerum, cc ait &
 xxx. Inde Romam reditum est, iustitium remissum est. Cælum uisum est ardere pluri-
 mo igni, porretaq; alia aut obuersata oculis, aut uanas exterritis ostentauere species. His auer-
 fendis terroribus in triduum feriæ indiçtæ, per quas omnia delubra pacem deūm exposcenti-
 am uirorum mulierumq; turba implebantur. Cohortes inde Latinæ Hernicoq; ab senatu
 gratijs ob impigram militiā actis, remissæ domos. Antiates mille milites, quia serū auxilium
 post prælium uenerant, propè cum ignominia dimissi. Comitia inde habita. creati consules
 L. Ebutius, P. Seruilius calendis sextilibus, ut tunc principiū anni agebatur, consulatum incunt.
 Graue tempus & forte annus pestilens erat urbi agrisque, nec hominibus magis quàm pecori.
 & auxere uim morbi terrores populationis, pecoribus agrestibusq; in urbem acceptis. ea collu-
 uio mistorū omnis generis animantiū, & odore insolito urbanos, & agrestem confertum in ar-
 cta tecta æstu ac uigilijs angebat: ministeriaq; inuicem ac contagio ipsa uulgabant morbos.
 Vix instantes sustinentibus clades repente legati Hernici nuntiant: in agro suo Aequos Vol-
 scosq; cōiunctis copijs castra posuisse, inde ingēti exercitu fines suos depopulari. præterquam
 quod infrequēs senatus indicio erat socijs, afflictam ciuitatem pestilentia esse: mcestum etiam
 responsum tulere, ut per se ipsi Hernici cum Latinis res suas tutarentur: urbem Romanam su-
 bita deūm ira morbo populari. si qua eius mali quies ueniat, ut anno ante, ut semper aliās, so-
 cijs opem laturos. Discessere socij, pro tristi nuntio tristio rem domum referentes: quippe qui-
 bus per se sustinēdum bellum erat, quod uix Romanis fulti uiribus sustinuissent. Non diutius
 se in Hernico hostis continuit. pergit inde infestus in agros Romanos, etiam sine belli iniuriā
 uastatos. Vbi cum obuius nemo ne inermis quidem fieret: perq; omnia non præsidjs modo
 deserta, sed etiam cultu agresti, trāsirent: peruenere ad tertium lapidem Gabina uia. Mortuus
 Ebutius erat Romanus consul, collega eius Seruilius exigua in spe trahebat animā: affecti ple-
 riq; principū, patrum maior pars, militaris ferè ætas omnis: ut uōmodo ad expeditiones quas
 in tanto tumultu res poscebat, sed uix ad quietas stationes uiribus sufficerent. munus uigilia-
 rum senatores, qui per ætatem ac ualerudinem poterant, per se ipsi obibant: circuitio ac cura
 ædiliū plebis erat: ad eos summa rerum ac maiestas consularis imperij uenerat. Deserta o-
 mnia sine capite, sine uiribus dñj præsidēs ac fortuna urbis tutata est: quæ Volscis Aequis que
 prædonum potius mentem quàm hostium dedit. adeo enim nulla spes non potiundū modo,
 sed ne adeundū quidem Romana mœnia animos eorum cœpit: tecta q; procul uisa atque im-
 minentes tumuli auertere mentes eorum: ut totis passim castris fremitu orto, quid in uasto
 ac deserto

ac deserto agro, inter tabem pecorū hominumq̄, desides sine præda tem pus tererent, cum integra loca, Thusculanum agrum opimum copijs petere possent: signa repente conuellerent: transuersisq̄ itineribus per laucanos agros in Thusculanos colles trāsirent. eò uis omnis tempestasq̄ belli conuersa est. Interim Hernici Latiniq̄ pudore etiam, non misericordia solum moti, si nec obstitissent cōmunibus hostibus, infesto agmine Romanā urbem petentibus, nec opem ullam obsessis socijs ferrent: coniuncto exercitu Romam pergunt. ubi cum hostes nō inuenissent, secuti famam ac uestigia, obuij fiunt descēdentibus à Thusculano in Albanam uallem. ibi haudquaquā æquo prælio pugnatū est: fidesq̄ sua socijs parum felix in præsentia fuit. Haud minor Romæ sit morbo strages, q̄ quanta ferro sociorū facta erat. consul qui unus su pererat, moritur. mortui & alijs clari uiri, M. Valerius, T. Virginius Rutilius, augures: Ser. Sulpi cius, curio maximus. & per ignota capita late uagata est uis morbi: inopsq̄ senatus auxiliij hu mani, ad deos populū ac uota uertit. iussi cum coniugibus ac liberis supplicatū ire, pacemq̄ ex pōscere deūm. ad id quod sua quenq̄ mala cogebant, autoritate publica euocati, omnia delu bra implent. stratē passim matres crinibus templa uertētes, ueniā irarū cœlestiū finemq̄ pesti exposcunt. Inde paulatim seu pace deūm impetrata, seu grauiore tempore anni iam circūacto, defuncta morbis corpora salubriora esse cœpere: uersisque animis iam ad publicam curam, cum aliquot interregna exissent: P. Valerius Publicola tertio die q̄ interregnum inierat, consu les creat L. Lucretium Tropicinum & T. Veturium Geminū, siue ille Vetusius fuit. Ante diem III idus sextiles consulatū incunt, iam satis ualida ciuitate, ut non solum arcere bellum, sed ul tro etiam inferre posset. Igitur nuntiantibus Hernicis, in fines suos transcendisse hostes, impi gre promissum auxiliū, duo consulares exercitus scripti. Veturius missus in Volscos ad bel lum ultro inferendum. Tropicinus populationibus arcendis sociorum agro oppositus, nō ul tra q̄ in Hernicos procedit. Veturius primo prælio hostes fundit fugatq̄. Lucretium dum in Hernicis sedet, prædonum agmen fefellit, supra montes Prænestinos ductum, inde dimissum in campos, uastauere agros, Prænestinū Gabinumq̄: ex Gabino in Thusculanos flexere col les. urbi quoq̄ Romæ ingens præbitus terror, magis in re subita, q̄ quod ad arcēdam uim pa rum uirium esset. Q. Fabius præerat urbi. is armata iuuetute, dispositisq̄ præsidijs tuta omnia ac tranquilla fecit. Itaque hostes præda ex proximis locis rapta appropinquare urbi non ausi, cum circūacto agmine redirent, quanto longius ab urbe hostium abscederent, eo solutiore cura, in Lucretium incidunt consulem, iam ante exploratis itineribus suis instructū, & ad certa men intentum. Igitur præparatis animis repentino pauore percussos adorti, aliquanto paucio res multitudinem ingentem fundunt fugantq̄: & compulsos in cauas ualles, cum exitus haud in facili esset, circumueniunt. ibi Volscum nomen propè deletum est. XIII millia CCCCLXXX recidisse in acie ac fuga, M. CCL uiuos captos, signa XXVII militaria relata, in quibusdam annalibus inuenio. ubi etsi adiectum aliquid numero sit, magna certe cædes fuit. Victor con sul ingenti præda potitus eadem in statua redijt. tum consules castra coniungunt. & Volsci Aequiq̄ afflictas uires suas in unum contulere. Tertia illa pugna eo anno fuit. eadem fortu na uictoriam dedit. suis hostibus etiam castra capta. Sic res Romana in antiquum statum redijt: secundæq̄ belli res extemplo urbanos motus excitauerunt. C. Terentillus Arsa tribunus plebis eo anno fuit. is consulibus absentibus ratus locum tribunicijs actionibus datum, per aliquot dies patrum superbiam ad plebem criminatus, maxime in consulare imperium tan quam nimium, nec tolerabile liberæ ciuitati inuehebatur. nomine enim tantum minus inui diosum, re ipsa propè atrocius quàm regium esse. quippe duos pro uno dominos acceptos immoderata, infinita potestate: qui soluti atque effrenati ipsi, omnis merus legum, omniaq̄ supplicia uerterent in plebem. quæ ne æterna illis licentia sit, legem se promulgaturum, ut quinqueuiri creentur legibus de imperio consulari scribendis. quod populus in se ius dede rit, eo consulem usurum: non ipsos libidinem ac licentiam suam pro lege habituros. Qua promulgata lege, cum timerent patres, ne absentibus consulibus iugum acciperent: sena tus à præfecto urbis Q. Fabio uocatur. qui adeo atrociter in rogationem latoremq̄ ipsum est inuectus: ut nihil, si ambo consules infesti circumstarent tribunum, relictum minarū atq̄

terroris.

terroris sit. Insidiatum eum, & tempore capto adortum rempublicam. si quem similem eius priore anno inter morbum, bellumque irati dii tribunum dedissent, non potuisse sisti. mortuis duobus consulibus, iacente ægra ciuitate in colluione omnium rerum, ad tollendum è repub. consulare imperiū laturū leges fuisse: ducem Volscis, Aequisque ad oppugnādā urbem futurum. Quid tandē illi non licere? siquid consules superbe in aliquē ciuiū, aut crudeliter fecerint, diem dicere: accusare his ipsis iudicibus, quorū in aliquem sæuitū sit. non illum consulare imperium, sed tribuniciā potestātē inuisam, intolerandamque facere: quam pacatā reconciliatamque patribus de integro in antiqua redigi mala. neque illum se deprecari quo minus pergat ut cœperit. Vos, inquit Fabius, cæteri tribuni oramus, ut primū omnium cogitetis, potestatem istam ad singulorū auxilium, non ad perniciem uniuersorum comparatam esse: tribunos plebis uos creatos, non hostes patribus. nobis miserū, inuidiosum uobis est, desertā rempublicam inuadi. non ius uestrum, sed inuidiam minueritis, agite cum collega, ut rem integram in aduentū consulum differat. ne Aequi quidem ac Volsci morbo absumptis priore anno consulibus, crudelē superboque nobis bello institerent. Agunt cum Terentillo tribuni. dilataque in speciem actione, re ipsa sublata, consules extemplo accersiti. Lucretius cum ingenti præda, maiore multo gloria rediit. & auget gloriam adueniēs exposita omni in campo Martio præda, ut suum quisque per triduum cognitum abduceret. reliqua uendita, quibus domini nō extitere. Debebat omnium consensu consuli triumphus: sed dilata res est, tribuno de lege agente. id antiquius consuli fuit. Iactata per aliquot dies tum in senatu res, tum ad populū est. cessit ad ultimum maiestati consulis tribunus, & destitit. Tum imperatori exercituique honos suus redditus. Triumphauit de Volscis Aequisque, triumphantē secuta: suæ legiones. Alteri consuli datum, ut ouans sine militibus urbem iniret. Anno deinde insequenti lex Terentilla ab toto relata collegio nouos aggressa cōsules est. erant cōsules P. Volumnius, Ser. Sulpicius. Eo anno cœlum ardere uisum, terra ingenti cōcussa motu est. bouem locutā, cui rei priore anno fides nō fuerat, creditū. Inter alia prodigia & carne pluit, quem imbrem ingens numerus auium interuolitando rapuisse fertur: quod intercidit, sparsum ita iacuisse per aliquot dies, ut nihil odor mutaret. Libri per duum uiros factorū aditi, pericula à cōuentu alienigenarū prædicta, ne qui in loca summa urbis impetus cadesque inde fierent. inter cætera monitum, ut seditionibus abstineret. Id factum ad impediendam legem tribuni criminabant, ingensque aderat certamen. Ecce (ut idem in singulos annos orbis uolueret) Hernici nuntiant: Volscos & Aequos etsi accisæ res sint, reficere exercitus: Antij summā rei positam, Ecetræ Antiates colonos palam cōcilia facere: id caput, cas uires belli esse. Ut hæc dicta in senatu sunt, delectus edicitur. consules belli administrationē inter se dispartiri iussi: alteri ut Volsci, alteri ut Aequi prouincia esset. Tribuni coram in foro personare, fabulam compositam Volsci belli, Hernicos ad partes paratos. iam ne uirtute quidem premi libertatem populi Ro. sed arte eludi. quia occisione propè occisos Volscos, & Aequos mouere sua spōte arma posse, iam fides abierit: nouos hostes quæri. coloniā fidam propinquam infamem fieri. bellum innoxijs Antiatibus indici, geri cum plebe Romana, quam oneratam atque mis ex urbe præcipiti agmine acturi essent, exilio & relegatione ciuium ulciscetes tribunos. sic nequid aliud actum putent, uictam legem esse: nisi dum integro res sit, dum domi, dum togati sint, caueant: ne possessione urbis pellantur, ne iugum accipiant. si animus sit, non de fore auxilium. consentire omnes tribunos, nullum terrorem externum, nullum periculum esse. cauisse deos priore anno ut tutò libertas defendi posset. Hæc tribuni. At ex parte altera consules in conspectu eorum positos sellis delectum habebant. eò decurrunt tribuni, contionemque secum trahunt. citati pauci, uelut rei experiundæ causa, & statim uis coorta. quemcunque licetor iussu consulisprehendisset, tribunus mitti iubebat. neque suum cuique ius modum faciebat: sed uirum spe, sed manu obtinendum erat quod intenderes. quemadmodū se tribuni gessissent in prohibendo delectu: sic patres in lege quæ per omneis comitiales dies ferebatur, impedienda gerebant. Initiū erat rixæ, cum discedere populū iussissent tribuni, quod patres se summoueri haud sinebant. nec ferè seniores rei intererant: quippe quæ non consilio regenda, sed permissa temeritati audaciæque esset, multum & consules se abstinebant, necui in colluione rerum maiestatem

statem suam contumeliæ offerrent. Cæso erat Quintius ferox iuuenis qua nobilitate gentis, qua corporis magnitudine ac uiribus. ad ea munera data à dijs, & ipse addiderat multa belli decora, facundiamq; in foro, ut nemo non lingua, non manu promptior in ciuitate haberetur. Hic cum in medio patrū agmine constitisset, eminens inter alios, uelut omnes dictaturas consulatusq; gerens in uoce ac uiribus suis, unus impetus tribunicios popularesq; procellas sustinebat. hoc duce sæpe pulsi foro tribuni, fusa ac fugata plebs est. qui obuius fuerat, mulctatus nudatusq; abibat: ut satis appareret, si sic agi liceret, uictam legem esse. Tum propè iam percussis alijs tribunis, A. Virginius ex collegio unus Cæsoni capitis diem dicit. atrox ingenium accenderat eo facto magis quàm conterruerat. eo acrius obstare legi, agitare plebem, tribunos uelut iusto persequi bello. accusator pati reum ruere, inuidiaq; flammam ac materiam criminibus suis suggerere: legem interim non tam ad spem perferendi, quàm ad laceßendam Cæsonis temeritatem ferre. Ibi multa sæpe ab iuuentute inconsulte dicta factaq; in unius Cæsonis suspectum incidunt ingenium. tamen legi resistebatur. Et A. Virginius identidem plebi. Ecquid sentitis iam uos Quirites, Cæsonem simul ciuem, & legem quam cupitis, habere non posse? quanquam quid ego legem loquor? libertati obstat, omnes Tarquinius superbia exuperat. expectate dum consul aut dictator fiat, quem priuatum uiribus & audacia regnantem uidetis. Assentiebantur multi, pulsatos se querentes, & tribunum ad rem peragendam ultro incitabant. Iam aderat iudicio dies, apparebatq; uulgo homines in damnatione Cæsonis libertatem agi credere. tum demum coactus cum multa indignitate prehensabat singulos. sequebantur necessarij, principes ciuitatis. T. Quintius Capitolinus, qui ter cõsul fuerat, cum multa referret sua familiarisq; decora, affirmabat neque in Quintia gente, neq; in ciuitate Romana tantam indolem tam maturæ uirtutis unquam extitisse. suum primum militem fuisse, se sæpe uidere pugnasse in hostem. Sp. Furius missum ab Quintio Capitolino sibi cum in dubijs suis rebus uenisse subsidio. neminem unum esse, cuius magis opera putet Rempublicam restitutam. L. Lucretius cos. anni prioris, recenti gloria nitens, suas laudes participare cum Cæsonem, memorare pugnas, referre egregia facinora nunc in expeditionibus, nunc in acie. suadere & mone re: iuuenem egregium, instructum naturæ fortunæ omnibus bonis, maximum momentum rerum eius ciuitatis in quancunque uenisset, suam quàm alienum mallent ciuem esse. quod offendat in eo, feruorem & audaciam ætatem quotidie auferre. quod desideretur consilium, id in dies crescere. senescentibus uitijs, maturescante uirtute, sinerent tantum uirum senem in ciuitate fieri. Pater inter hos. L. Quintius, cui Cincinnato cognomen erat, non iterando laudes, ne cumularet inuidiam, sed ueniam errori atque adolescentiæ petendo, sibi qui non dicto, non facto quenquam offendisset, ut condonarent filium, orabat. Sed alij auersabantur preces, aut uerecundia aut metu: alij se suos que mulctatos querentes, atroci responso iudicium suum præferrebant. Premebat reum, præter uulgatam inuidiam, crimen unum: quod M. Volscius Fictor, qui ante aliquot annos tribunus plebis fuerat, testis extiterat: se haud multo post quàm pestilentia in urbe fuerat, in iuuentutem grassantem in Suburra incidisse. Ibi rixam natam esse, fratremq; suum maiorem natu necdum ex morbo satis ualidum pugno ictum à Cæsonem cecidisse semianimem: inter manus domum allatum: mortuumq; inde arbitrari. nec sibi rem exequi tam atrocem per cõsules superiorum annorum licuisse. Hæc Volscio clamitante adeo concitati homines sunt: ut haud multum abfuerit, quin impetu populi Cæso interiret. Virginius arripi iubet hominem, & in uincula duci. patricij ui contra uim resistunt. T. Quintius clamat, cui rei capitalis dies dicta sit, & de quo futurum propediem iudiciũ, eum indemnatum indicta causa non debere uiolari. Tribunus supplicium negat sumpturum se de indemnato, seruatorũ tamen in uinculis esse ad iudicij diem: ut qui hominem necauerit, de eo supplicij sumendi copia populo Romano fiat. Appellati tribuni medio decreto ius auxiliij sui expediunt: in uincla conijci uerant: sisti reum, pecuniamq; nisi sistatur populo promitti, placere pronuntiant. summam pecuniæ quantam æquum esset promitti, ueniebat in dubium. id ad senatum rejicitur. reus dum consulere patres, retentus in publico est. uades dare placuit. unum uadem III Mil. æris obligarunt. quot darentur, permissum tribunis est. decem finierunt. tot uadibus

dibus accusator uadatus est reū. Hic primus uades publicos dedit. Dimissus è foro nocte proxima iussu consulum in Tuscos in exilium abiit. Iudicij die cum excusaretur solum uertisse exilij causa, nihilo minus Virginio comitia habente collegæ appellati dimisere cōcilium, pecunia à patre exacta crudeliter, ut diuenditis omnibus bonis aliquandiu trans Tyberim ueluti relegatus deuo quodam in tugurio uiueret. Hoc iudicium, & promulgata lex exercuit ciuitatem. ab externis armis otium fuit. cum uelut uictores tribuni percussis patribus Cæsonis exilio propè perlatam esse crederent legem, & quod ad seniores patrum pertineret, cessissent possessione reipublicæ: iuniores, id maxime quod Cæsonis sodalium fuit, auxere iras in plebem, nō minuerunt animos. sed ibi plurimū profectum est, quod modo quodam temperauere impetus suos. Cum primo post Cæsonis exilium lex cœpta ferri est, instructi paratiq; cum ingenti clientium exercitu sic tribunos, ubi primū summouentes præbuere causam, adorti sunt, ut nemo unus inde præcipuum quicquam gloriæ domū inuidiæ ue ferret, mille pro uno Cæsones extitisse plebes quereretur. Medijs diebus, quibus tribuni de lege nō agerent, nihil eisdem illis placidius, aut quietius erat. benigne salutare, alloqui plebis homines, domū inuitare, adesse in foro, tribunos ipsos cætera pati sine interpellatione concilia habere, nunquam ulli neq; publice neq; priuatim truces esse, nisi cum de lege agi cœptum esset. alibi popularis iuuentus erat. Nec cætera modo tribuni tranquille peregere, sed refecti quoq; in insequentem annū. ne uoce quidem incōmoda, nedum ut ulla uis fieret, paulatim permulcendo, tractandoq; mansuefecerant plebem. His per totum annū artibus lex elusa est. Accipiunt ciuitatem placidiorem consules C. Claudius Appij filius, & P. Valerius Publicola. Nihil noui nouus annus attulerat. legis ferendæ, aut accipiendæ cura ciuitatem tenebat. Quantū iuniores patrū plebi se magis inuabant, eo acrius contra tribuni tendebant, ut plebi suspectos eos criminando facerent. coniurationem factam, Cæsonem Romæ esse, interficiendorū tribunorū, trucidandæ plebis consilia inita, id negotij datum ab senioribus patrum, ut iuuentus tribuniciam potestatem è reipublica tolleret, formaq; eadem ciuitatis esset, quæ ante Sacrum montem occupatum fuerat. Et ab Volscis & Aequis statum iam ac propè solenne in singulos annos bellum timebatur, propiusq; aliud nouum malum nec opinato exortū. Exules, seruiq; ad quatuor millia hominum, & quingenti, duce Ap. Herdonio Sabino nocte Capitolium atq; arcem occupauere. confestim in arce facta cædes eorum, qui coniurare & simul capere arma noluerant, alij inter tumultum præcipites pauore in forum deuolant. alternæ uoces, ad arma, & hostes in urbe sunt, audiebantur. consules & armare plebem, & inermem pati timebant, incerti quod malum repentinū, externum, an intestinū, ab odio plebis, an ab seruili fraude urbem inuasisset. sedabant tumultus, sedando interdum mouebant. nec enim poterat pauida & consternata multitudo regi imperio. dant tamē arma, nō uulgo, tantū ut incerto hoste præsidium satis fidū ad omnia esset. solliciti reliquū noctis, incertiq; qui homines, quantus numerus hostiū esset, in stationibus disponendis ad opportuna omnia urbis loca egere. Lux deinde aperuit bellum, ducemq; belli. seruos ad libertatem Ap. Herdonius ex Capitolio uocabat. se miserrimi cuiusq; suscepisse causam, ut exules iniuria pulsos in patriam reduceret, & seruitutis graue iugum demeret. id malle populo Romano autore fieri. si ibi spes non sit, se Volscos, & Aequos, & omnia extrema tentaturū, & concitaturum. Dilucere res magis patribus atq; consulibus. præter ea tamen, quæ denuntiabantur, ne Veientium, neu Sabinorum id consilium esset, timere: & cum tantum in urbe hostium esset, mox sabinae hetruscæq; legiones ex composito adessent: tum æterni hostes Volsci & Aequi nō ad populandos, ut ante, fines, sed ad urbem ut ex parte captam uenirēt. Multi, & uarij timores. inter ceteros eminebat terror seruilis, ne suus cuiq; domi hostis esset, cui nec credere, nec nō credendo, ne infestior fieret, fidem abrogare, satis erat tutū. uixq; concordia si sti uidebatur posse. tantum superantibus alijs ac emergentibus malis: nemo tribunos aut plebem timebat: mansuetum id malum, & per aliorum quietem malorū semper exorients, tumq; esse peregrino terrore sopitū uidebatur. At id propè unū maxime inclinatis rebus incubuit. tantus enim tribunos furor tenuit, ut nō bellum, sed uanam imaginem belli ad auertendos ab legis cura plebis animos Capitolium insedisse cōtenderent: patriciorum hospites clientesq; si

f perlatam

per lata lege frustra tumultuosos esse se sentiāt, maiore quā uenerint silentio abituros. Cōcilium inde legi perferendę habere, auocato populo ab armis. Senatū interim consules habent, alio se maiore à tribunis metu ostendente, quā quem nocturnus hostis intulerat. Postquā arma poni, & discedere homines ab stationibus nunciatum est: P. Valerius, collega senatū retinente, se ex curia proripit, inde in templū ad tribunos uenit. Quid hoc rei est, inquit, tribuni? Ap. Herdonij ductu & auspicio rempublicam euerfuri estis? tam felix uobis corrupendis fuit, qui seruitia nō cōmouit autor? cum hostes supra caput sint, discedi ab armis, legesq; ferri placet? Inde ad multitudinē oratione uersa. Si uos urbis Quirites, si uestri nulla cura tangit, at uos ueremini deos uestros ab hostibus captos. Iupiter optimus maximus, Iuno regina, & Minctua, alij dij, deaq; obsidentur, castra feruorum publicos uestros penates tenent. hęc uobis forma sanę ciuitatis uidetur? tantum hostium nō solum intra muros est, sed in arce supra forum, curiamq; comitia interim in foro sunt, senatus in curia est: uelut cū otium superat, senator sententiam dicit, alij Quirites suffragium ineunt. non quicquid patrum, plebisq; est, consules, tribunos, deos, hominesq; omnes armatos opem ferre, in Capitolium currere, liberare ac pacare augustissimam illam domum Iouis optimi maximi decuit? Romule pater, tu mentem tuam, qua quondam arcem ab his iisdem Sabinis auro captam recepisti, da stirpi tuę. iube hanc ingredi uiam, quam tu dux, quā tuus ingressus exercitus est. primus eni ego consul quantum mortalis deū possum, te, ac tua uestigia sequar. Vltimum orationis fuit, se arma capere, uocare omnes Quirites ad arma. si quis impediatur, iam se consularis imperij, iam tribunicię potestatis, sacratarumq; legū oblitū, quisquis ille sit, ubicunq; sit, in Capitolio, in foro pro hoste habiturum. iuberent tribuni, quoniam in Ap. Herdonium uerarent, in P. Valerium consulem sumi arma. ausurum se in tribunis, quod princeps familię suę ausus in regibus esset. Vim ultimam apparebat futuram, spectaculoq; seditionē Romanam hostibus fore: nec lex tamen ferri, nec ire in Capitolium consul potuit: nox certamina cępta oppressit. tribuni cessere nocti, timentes consulum arma. Amotis inde seditionis autoribus, patres circumire plebem, inferentesq; se in circulos sermones temporari aptos ferere: admonere, ut uiderent in quod discrimen rempublicam adducerent: nō inter patres ac plebem certamē esse, sed simul patres, plebemq;, arcem urbis, templa deorum, penates publicos priuatosq; hostibus dedi. Dum hęc in foro sedandę discordię causa aguntur, consules interim, ne Sabini, ne Vciens hostis moueretur, circa portas, murosq; discesserant. Eadem nocte & Thusculum de arce capta, Capitolioq; occupato, & alio turbatę urbis statu nuntij ueniūt. L. Mamilius Thusculi tum dictator erat. is confestim conuocato senatu, atq; introductis nuncijs, magnopere cęset, ne expectent, dum ab Roma legati auxiliū petentes ueniant: periculū ipsum, discrimenq;, ac sociales deos, fidemq; fcederum id poscere. demerendi beneficio tam potentem, tam propinquam ciuitatem, nunq; parem occasionem daturus deos. Placet ferri auxiliū, inuentus cūscribitur, arma dantur. Romanam prima luce uenientes, procul speciem hostiū prębuere. Œqui, aut Volsci uenire uisi sunt. deinde ubi uanus terror abiit, accepti in urbem agmine in forum descendunt. ibi iam P. Valerius relicto ad portarum pręsidia collega, instruebat aciem. autoritas uiri mouerat, affirmantis Capitolio recuperato, & urbe pacata, si se doceri siuissent quę fraus ab tribunis occulta in lege ferretur, memorem se maiorum suorum, memorem cognominis, quod populi colendi uelut hęc hereditaria cura sibi à maioribus tradita esset, concilium plebis non impediturū. hunc ducem secuti nequicquam reclamantibus tribunis, in diuum capitolinum erigunt aciem. adiungitur & Thusculana legio. certare focij, ciuesq;, utri recuperatę arcis suum decus facerent. dux uterq; suos adhortatur. Trepidare tum hostes: nec ulli satis rei, pręterquam loco fidere. trepidantibus inferunt signa Romani, focijq;. Iam in uestibulum peruerant templi, cum P. Valerius inter primores pugnam cęns interficitur. P. Volumnius consularis uidit cadentem. is dato negotio suis ut corpus obtegerent, ipse in locum, uicemq; consulis prouolat. prę ardore impetuq; tantę rei sensus nō peruenit ad militem, prius uicit, quā se pugnare sine duce sentiret. Multi exulum cęde sua fcedauere templum, multi uiui capti, Herdonius interfectus. Ita Capitolium recuperatū. De captiuis ut quisq; liber, aut seruus esset, suę fortunę à quoq; sumptum, supplicium

supplicium est. Thufculanis gratiæ actæ: Capitolium purgatum, atq; iustratū. In consulis domum plebes quadrantes, ut funere ampliore efferretur, iactasse fertur. Pace parta, instare tū tribuni patribus, ut P. Valerij fidem exoluerent, instare Claudio, ut collegæ deos manes fraude liberaret, agi de lege sineret. Consul, antequam collegam sibi subrogasset, negare passurum agi de lege. hæ tenuere contentiones usq; ad comitia consulis subrogandi. Decembri mense summo patrū studio L. Quintius Cincinnatus pater Cæsonis consul creatur, qui magistratū statim occiperet. Perculsa erat plebes consulem habitura iratum, potentem fauore patrum, uirtute sua, tribus liberis, quorum nemo Cæsoni cedebat magnitudine animi, consilium & modum adhibendo ubi res posceret, priores erant. Is ut magistratū inijt, afsiduis contionibus pro tribunali non in plebe coercenda, quàm senatu castigando uehementior fuit. cuius ordinis languore, perpetui iam tribuni plebis nō ut in republica populi Romani, sed ut in perdita domo lingua, criminibusq; regnarent. cū Cæsonis filio suo uirtutem, constantiam, omnia iuuentutis belli domiq; decora pulsa ex urbe Romana, & fugata esse: loquaces, seditiosos, semina discordiarum, iterum ac tertium tribunos pessimis artibus regia licentia uiuere. Aulus, inquit, ille Virginius, quia in Capitolio non fuit, minus supplicij, quàm Ap. Herdonius meruit: plus hercule aliquanto, qui uere rem æstimare uelit. Herdonius si nihil aliud, hostē se fatendo propè denuntiauit, ut arma caperetur. hic negando bella esse, arma uobis ademit, nudosq; seruis uestris & exulibus obiecit. & uos (C. Claudij pace, & P. Valerij mortui loquar) prius in cliuū capitolinum signa intulistis, quàm hos hostes de foro tolleretur: pudet deorum, hominumq; cum hostes in arce, in Capitolio essent, exulum, & seruorum dux profanatis omnibus in cella Iouis optimi maximi habitaret, Thufculi ante quàm Romæ sumpta sunt arma. in dubio fuit, utrum L. Mamilius thufculanus dux, an P. Valerius & C. Claudius cōsules Romanam arcem liberarent. & qui ante Latinos ne pro se quidem ipsis, cum in finibus hostem haberēt, attingere arma passus sumus: nunc nisi Latini sua sponte arma sumpsissent, capti & deleti eramus. Hoc est tribuni auxilium plebi ferre: inermem eam hosti trucidandam obijcere: scilicet si quis uobis humillimus homo de uestra plebe, quā partem ueluti abruptam à cætero populo uestram patriam, peculiaremq; remp. fecistis: si quis ex his domū suam obsessam à familia armata nuntiat, ferendum auxilium putaretis: Iuppiter optimus maximus, exulum atq; seruorū septus armis, nulla humana ope dignus erat: & hi postulāt, ut sacrosancti habeantur: quibus ipsi dii neq; sacri, neq; sancti sunt. at enim diuinis humanisq; obruti sceleribus legem uos hoc anno perlaturus dictitatis: tū hercule illo die, quo ego consul sum creatus, male gesta res publica est, peius multo, quàm cum P. Valerius consul perijt, si tuleritis. Iam primū omnium, inquit, Quintus, in Volscos & Aequos mihi atq; collegæ legiones ducere in animo est. nescio quo fato magis bellantes quàm pacati propitios habemus deos. quantum periculum ab illis populis fuerit, si Capitolium ab exulibus obsessum scissent, suspicari de præterito, quàm re ipsa experiri, est melius. Mouerat plebem oratio consulis. erecti patres restitutam credebāt rempublicam. consul alter comes animosior, quàm autor, suscepisse collegam priorem actionem tam grauis rei facile passus, in peragendis consularis officij partem ad se uendicabat. Tum tribuni cludentes uelut uana dicta, persequi, quærendo quonam modo exercitum educturi consules essent, quos delectum habere nemo passurus esset: Nobis uero, inquit Quintus, nihil delectu opus est, cum, quo tempore P. Valerius ad recipiendum Capitolium arma plebi dedit, omnes in uerba iurauerint, conuenturos se iussu consulis, nec iniussu abituros. edicimus itaq; omnes, qui in uerba iurastis, crastina die armati ad lacum Regillū adsitis. Cauillari tum tribuni, & populum exoluere religione uelle: priuatum eò tempore Quintium fuisse, cum sacramento adacti sint. sed nondum hæc, quæ nunc tenet seculum, negligentia deum uenerat: nec interpretando sibi quisq; iusiurandum, & leges aptas faciebat, sed suos potius mores ad ea accommodabat. Igitur tribuni, ut impediendæ rei nulla spes erat, de proferendo exercitu agere, eo magis, quod & augures iussos adesse ad Regillū lacum fama exierat: locumq; inaugurari, ubi auspicato cum populo agi posset: ut quicquid Romæ ui tribunicia rogatum esset, id comitijs ibi abrogaretur. omnes id iussuros, quod consules uellent. neq; enim prouocationē esse longius ab urbe mille

passuum: & tribunos, si eò ueniant, in alia turba Quiritium subiectos fore consulari imperio. Terrebant hæc. sed ille maximus terror animos agitabat, quod sæpius Quintius dictitabat, se consulum comitia non habiturum. non ita ciuitatem ægram esse, ut consuetis remedijs sisti possit. dictatore opus esse reipublicæ, ut qui se mouerit ad sollicitandum statum ciuitatis, sentiat sine prouocatione dictaturam esse. Senatus in Capitolio erat. eò tribuni cum perturbata plebe ueniunt. multitudo clamore ingenti nunc consulum, nunc patrum fidem implorant. nec ante mouerunt de sententiâ consulem, quàm tribuni se in autoritate patrum futuros esse polliciti sunt.

Tunc referente consule de tribunorum, & plebis postulatis, senatus consulta fiunt: neque tribuni legem eo anno ferrent, neque consules ab urbe exercitum educerent. in reliquum magistratus continuari, & eosdem tribunos refici, iudicare senatum contra rempublicam esse. consules fuerent in patrum potestate. tribuni reclamantibus consulibus refecti: patres quoque, nequid cederent plebi, & ipsi L. Quintium consulem reficiebant. Nulla toto anno uehementior actio consulis fuit. Miter, inquit, si uana uestra patres conscripti ad plebem autoritas est: uos eleuatis eam. quippe quia plebs senatus consultum in continuandis magistratibus soluit, ipsi quoque solutum uultis, ne temeritati multitudinis cedatis: tanquam id sit plus posse in ciuitate, plus leuitatis, ac licentiæ habere. leuius enim, uaniusque profecto est, sua decreta & consulta tollere, quàm aliorum. Imitamini patres conscripti turbam inconsultam: & qui exemplo alijs esse debetis, aliorum exemplo peccetis potius, quam alij uestro recte faciant: dum ego ne imiter tribunos, nec me contra senatus consultum consulem renunciari patiar. Te uero C. Claudii adhortor, ut & ipse populum Romanum hac licentia arceas, & de me hoc tibi persuadeas: me ita accepturum, ut non honorem meum à te impeditum, sed gloriam spreti honoris auctam, inuidiamque que ex continuato eo impenderet, leuatam putem. Communiter inde edicunt, ne quis L. Quintium consulem faceret, si quis fecisset, se id suffragium non obseruatuos. Consules creati Q. Fabius Vibulanus tertium, & L. Cornelius Maluginensis. Censuræ actus eo anno. Iustrum propter Capitolium captum, consulem occisum, condi religiosum fuit. Q. Fabio, & L. Cornelio consulibus, principio anni statim res turbulenta. instigabant plebem tribuni. bellum ingens à Volscis, & Aequis Latini atque Hernici nuntiabant. iam Antium Volscorum legiones esse, & ipsam coloniam ingens metus erat defecturam. ægreque impetratum à tribunis, ut bellum præuerti sinerent. Consules inde partiti prouincias. Fabio ut Antium legiones duceret, datum: Cornelius ut Romæ præsidio esset, nequa pars hostium, qui Aequis mos erat, ad populandum ueniret. Hernici & Latini iussu milites dare ex foedere. duarumque partes sociorum in exercitu, tertia ciuium fuit. Postquam ad diem præstitutum uenerunt socij, consul extra portam Capenam castra locat: inde Iustrato exercitu Antium profectus, haud procul oppido stantiisque hostium confedit. Vbi cum Volsci, quia nondum ab Aequis uenisset exercitus, dimicare non ausi, quemadmodum quieti uallo se tutarentur pararent: postero die Fabius non permittam unam sociorum ciuiumque, sed trium populorum tres separatim acies circa uallum hostium instruxit. ipse erat medius cum legionibus Romanis. inde signum obseruare iussit, ut pariter & socij rem inciperent, referrentque pedem, si receptui cecinisset. equites item suæ cuique parti post principia collocat. Ita trifariam adortus castra circumuenit: & cum undique instaret, non sustinentes impetum Volscos uallo deturbat. transgressus inde munitiones, pauidam turbam inclinatumque in partem unam castris expellit. inde effuse fugientes eques, cui superare uallum haud facile fuerat, cum ad id spectator pugnae astitisset, libero campo adeptus, parte uictoriae fruitur, territos credendo. Magna & in castris, & extra munimenta caedes fugientium fuit: sed præda maior, quia uix arma secum efferre hostis potuit. deletusque exercitus foret, ni fugientes syluæ texissent. Dum ad Antium hæc geruntur, interim Aequi robore iuuentutis præmissis, arcem thusculanam improviso nocte capiunt: reliquo exercitu haud procul mœnibus Thusculi confidunt, ut distincerent hostium copias. Hæc celeriter Romam, ab Roma in castra Antium perlata mouent Romanos haud secus, quam si Capitolium captum nuntiaretur. adeo & recens erat thusculanorum meritum, & similitudo ipsa periculi reposcere datum auxilium uidebatur. Fabius omisis omnibus, prædam ex castris raptim Antium conuehit. ibi modico præsidio relicto, citatum agmen Thusculum rapit. nihil præter
arma

arma, & quod cocti ad manum fuit cibi, ferre militi licuit. Commeatū ab Roma consul Cornelius subuehit. Aliquot menses Tusculi bellatum. parte exercitus consul castra Acquorum oppugnabat, partē Tusculanis dederat ad arcem recuperandam. ut nunquam eò subire potuit. fames postremo inde detraxit hostem. quò postquam uentum ad extremū est, inermes, nudiq; omnes sub iugum ab Tusculanis missi. hos ignominiosa fuga domum se recipientes Romanus consul in Algido consecutus, ad unum omnes occidit. Victor ad Columen (id loco nomen est) exercitu relicto castra locat. Et alter consul, postquam moenibus Romanis iam pulso hoste periculum esse desierat, & ipse ab Roma profectus. ita bifariam consules ingressi hostium fines, ingenti certamine hinc Volscos, hinc Acquos populantur. Eodem anno defuisse Antiates, apud plerosq; autores inuenio. L. Cornelium consulem id bellum gessisse, oppidumq; cepisse. certū affirmare, quia nulla apud uetustiores scriptores eius rei mentio est, non ausim. Hoc bello perfecto tribuniciū domi bellum patres territat. Clamant, fraude fieri, quod foris teneatur exercitus: frustrationem eam legis tollendæ esse. se nihilo minus rem susceptam peracturos. Obtinuit tamen P. Lucretius præfectus urbis, ut actiones tribuniciæ in aduentum cōsulum differrentur. Erat & noua exorta causa motus. A. Cornelius, & Q. Seruilius quæstores M. Volscio, quod falsus haud dubio testis in Cæsonem extitisset, diem dixerant. multis enim emanabat indicijs, neq; fratrem Volscij, ex quo semel fuerit ager, unquam non modo uisum in publico, sed ne assurrexisse quidem ex morbo multorumq; tabe mensū: nec his temporibus, in quæ testis crimen coniecisset, Cæsonem Romæ uisum: affirmantibus, qui unā meruerant, secum eum tum, frequentemq; ad signa sine ullo commeatu fuisse. ni ita esset multi priuatim ferebant Volscio iudicem. cum ad iudicium ire non auderet, omnes eæ res in unum cōgruentes haud magis dubiam damnationem Volscij, quàm Cæsonis Volscio teste fuerat, faciebant. in mora tribuni erant, qui comitia quæstores habere de reo, nisi prius habita de lege essent, passuros negabant. ita extracta utraq; res in consulum aduentum est. Qui ubi triumphantes uictore cum exercitu urbem inierūt, quia silentium de lege erat, percussos magna pars credebant tribunos. at illi (etenim extremum anni iam erat) quartum affectantes tribunatum, in comitorum disceptationem ab lege certamen auerterant. & cum cōsules nihilo minus aduersus continuationem tribunatus, quam si lex minuendæ suæ maiestatis causa promulgata ferret, tetēdissent, uictoria certaminis pence tribunos fuit. Eodem anno Aequis pax est petentibus data. Censum, res priore anno inchoata, perficitur: idq; lustrum ab origine urbis decimum conditum. Fuerunt censa ciuium capita centumtrigintaduo millia, ccccxix. Consul magna domi belliq; eo anno gloria fuit: quod & foris pacem peperere: & domi, etsi non concors, minus tamen quàm aliàs infesta ciuitas fuit. L. Minucius inde, & L. Nautius cōsules facti duas residuas anni prioris causas exceperunt. Eodem modo consules legem, tribuni iudicium de Volscio impediebāt. sed in quæstoribus nouis maior uis, maior autoritas erat. Cum M. Valerio Valerij filio, Volesi nepote quæstor erat T. Quintius Capitolinus, qui ter consul fuerat. is quoniam neq; quintiæ familiæ Cæso, neq; reipublicæ maximus iuuenū restitui posset, falsum testem, qui dicendæ causæ innoxio potestatem admississet: iusto, ac pio bello persequeretur. Cum Virginius maxime ex tribunis de lege ageret, duū mensium spatium consulis datum est ad inspiciendam legem: ut, cum edocuisset populū, quid fraudis occultæ ferretur, sinerent deinde suffragium inire. hoc interualli datum res tranquillas in urbe fecit. Nec diuturnam quietem Acqui dederunt. Qui rupto fœdere, quod ictum erat priore anno cū Romanis, imperium ad Gracchū Cluiliū deferunt. is tum longe princeps in Aequis erat. Graccho duce in Lanuuinum agrum, inde in Tusculanū hostili populatione ueniūt, pleni q; prædæ in Algido castra locant. In ea castra Q. Fabius, P. Volumnius, A. Posthumius legati ab Roma uenerunt questum iniurias, & ex eo fœdere res repetitum. eos Acquorum imperator quæ mandata habeant ab senatu Romano, ad quercum iubet dicere: se alia interim acturum. quercus ingens arbor prætorio imminebat, cuius umbra opaca sedes erat. Tum ex legatis unus abiens, & hæc, inquit, sacrata quercus, & quicquid deorum est, audiant fœdus à uobis ruptum: nostrisq; & nunc querelis adsint, & mox armis, cum deorum hominumq; simul uiolata iura exe-

quemur. Romam ut redire legati, senatus iussit alterum consulem contra Gracchum in Algidum exercitum ducere: alteri populationem finium Aequorū prouinciam dedit. Tribuni suo more impedire delectum. & forsitan ad ultimū impedissent, sed nouus subito additus terror est. Vis Sabinorum ingens propè ad mœnia urbis infesta populatione uenit. fœdatis agri, terror iniectus urbi est. tū plebs benigne arma cepit: reclamantibus frustra tribunis, magni duo exercitus scripti. alterum Nautius contra Sabinos duxit. castrisq; ad Eretum positis, per expeditiones paruas plerunq; nocturnis incursionibus tantam uastitatem in sabino agro reddidit, ut comparati ad eam propè intacti bello fines Romani uiderentur. Minucio neq; fortuna, nec uis animi eadem in gerendo negotio fuit. nam cū haud procul ab hoste castra posuisset, nulla magnopere clade accepta castris se pauidus tenebat. Quod ubi senserant hostes, creuit ex metu alieno (ut fit) audacia. & nocte adorti castra, postquam parum uis aperta profecerat, munitiones postero die circundant. Quæ priusquam undiq; uallo obiectæ clauderent exitus, quinque equites inter stationes hostium emissi, Romam pertulere, consulem, exercitumq; obsideri. Nihil tam nec opinatum, nec tam insperatū accidere potuit. itaq; tantus pauor, tanta trepidatio fuit, quanta, si urbem, non castra hostes obsiderent. Nautium consulem accersunt. in quo cum parum præsidij uideretur, dictatoremq; dici placeret, qui rem perculsam restitueret: L. Quintius Cincinnatus consensu omnium dicitur. Operæpretiū est audire, qui omnia prædiuitijs humana spernunt, neq; honori magno locum, neq; uirtuti putant esse, nisi ubi effuse affluant opes. Spes unica imperij populi Romani L. Quintius trans Tyberim contra eum ipsum locum, ubi nunc naualia sunt, quatuor iugerum colebat agrum, quæ prata Quintia uocantur. Ibi ab legatis seu fossam fodiens bipalio innixus, seu cum ataret, operi certe, id quod constat, agresti intentus, salute data inuicem, redditaq;, rogatus ut (quod bene uerteret ipsi, reiç; publicæ) togatus mandata senatus audiret: admiratus, rogitansq; satim salua omnia, togam prope è tugurio proferre uxorem Raciliam iubet. qua simul absterfo puluere ac sudore uelatus processit, dictatorem eum gratulantes cōsalutant, in urbem uocant, qui terror sit in exercitu, exponūt. Navis Quintio publice parata fuit, transuictumq; tres obuiam egressi filij excipiunt, inde alij propinqui, atq; amici, tum patrū maior pars. ea frequentia stipatus antecedentibus licitoribus deductus est domum. & plebis concursus ingens fuit: sed ea nequaquam tam iata Quintium uidit, & imperij nimium, & uirum in ipso imperio uehementiorem rata. Et illa quidem nocte nihil, præterquam uigilatum est in urbe. Postero die dictator cum ante lucem in forum uenisset, magistrum equitum dicit L. Tarquinium patriciæ gentis, sed qui cum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset, bello tamen primus longe Romanæ iuuentutis habitus esset. Cum magistro equitum in contionem uenit, iustitiū edicit, claudi tabernas tota urbe iubet, uerat quenquam priuatæ quicquam rei agere. Tum quicumq; ætate militari essent, armati cum cibarijs in dies quinque coctis, uallisq; duodenis ante solis occasum Martio in campo adessent. quibus ætas ad militandum grauior esset, uicino militi, dum is arma pararet, uallumq; peteret, cibaria coquere iussit. Sic iuuentus discurrit ad uallum petendum. sumpsere unde cuiq; proximū fuit, prohibitus nemo est: impigreç; omnes ad edictum dictatoris præstò fuere. Inde composito agmine non itineri magis apto, quam prælio, si res ita tulisset, legiones ipse dictator, magister equitum suos equites ducit. In utroq; agmine quas tempus ipsum poscebat, adhortationes erant: adderent gradum, maturato opus esse, ut nocte ad hostem peruenire possent. consulem exercitumq; Romanum obsideri, tertium diem iam clausos esse: quid quæq; nox aut dies ferat, incertum esse: puncto sæpe temporis maximarum rerum momenta uerti. accelera signifer, sequere miles, inter se quoq; gratificantes ducibus clamabant. media nocte in Algidum perueniunt: &, ut sensere se iam prope hostes esse, signa constituunt. Ibi dictator quantum nocte prospici poterat, equo circumuectus, contemplatusq; qui tractus castrorum, quæq; forma esset, tribunis militum imperauit, ut sarcinas in unum conijci iubeant, militem cum armis ualloq; redire in ordines suos. facta quæ imperauit. Tum quo fuerant ordine in uia, exercitū omnem longo agmine circundat hostium castris: & ubi signū datum sit, clamorem omnes tollere iubet: clamore sublato, ante se quenq; ducere fossam, & iacere uallū. Edito imperio

imperio signū secutū est, iussa miles exequitur, clamor hostes circumsonat. superat inde castra hostiū, & in castra consulis uenit: alibi pauorem, alibi gaudiū ingens facit. Romani ciuilem esse clamorem, atq; auxiliū adesse inter se gratulantes, ultro ex stationibus ac uigilijs territant hostem. Consul differendū negat. illo clamore nō aduentū modo significari, sed rem ab suis ceptam: mirumq; esse, ni iam exteriore parte castra hostiū oppugnentur. itaq; arma suos capere, & se subsequi iubet. Nocte initum praeliū est, legionibus dictatoris clamore significantibus ab ea quoq; parte rem in discrimine esse. Iam se ad prohibenda circumdati opera Aequi parabant, cū ab interiore hoste praelio cepto, ne per media sua castra fieret eruptio, à muniētib; ad pugnantē introrsum uersi, uacuum noctem operi dedere. pugnatumq; cum consule ad lucem est: luce prima iam circumuallati ab dictatore erant, & uix aduersus unū exercitū pugnam sustinebant. tum à quintiano exercitu, qui cōfestim à perfecto opere ad arma redijt, inuaditur uallum. hic instabat noua pugna, illa nihil remiserat prior. tum ancipiti malo urgente à praelio ad preces uersi, hinc dictatorē, hinc consulē orare, ne in occisione uictoriam ponerent, ut inermes se inde abire sinerent. Ab consule ad dictatorem ire iussis ignominiam infensus addidit. Gracchū Cluiliū ducem, principesq; alios uinctos ad se adduci iubet, oppido Corbione decedi: sanguinis se Aequorū nō egere. licere abire: sed, ut exprimatur tandē confessio, subactā dormitamq; esse gentē, sub iugū abituros. Tribus hastis iugū fit, humi fixis duabus, superq; cas transuersa una deligata. sub hoc iugo dictator Aequos misit. Castris hostiū receptis plenis omnium rerū (nudos enim emiserat) prædam omnē suo tantū militi dedit. consularē exercitū, ipsumq; consulē increpans, carbis, inquit, prædæ parte miles ex eo hoste, cui propè prædæ fuisti. & tu L. Minuci, donec consularē animū incipias habere, legatus his legionibus præeris. Ita se Minucius abdicat cōsulari, iussusq; ad exercitū manet. Sed adeo tum imperio meliori animus mansuete obediēs erat, ut beneficij magis quàm ignominia hic exercitus memor, & coronam aurēā dictatori libræ pondo decreuerit, & proficilcentē eū patronū salutauerit. Romæ à Q. Fabio præfecto urbis senatus habitus triūphantē Quintiū quo ueniebat agmine urbem ingredi iussit. ducti ante currū hostium duces, militaria signa prælata, secutus exercitus præda onustus. epulæ instructæ dicuntur fuisse ante omnium domos: epulantesq; cum carmine triumphali, & solennibus iocis comessantiū modo currū secuti sunt. Eo die L. Mamilius Thufculano approbantibus cunctis ciuitas data est. Cōfestim se dictator magistratu abdicasset, ni comitia M. Volscij falsi testis tenuissent. ea ne impedirent tribuni, dictatoris obstitit metus. Volscius damnatus Lanuuiū exulatū abiit. Quintius xvi die dictatura in sex menses accepta se abdicauit. Per eos dies consul Nautius ad Eretum cū Sabinis egregie pugnat. ad uastatos agros ca quoq; clades accessit Sabinis. Minucio Fabius successor in Algidū missus. Extremo anno agitatū de lege ab tribunis est. sed quia duo exercitus aberāt, nequid ferret ad populū, patres tenere. plebes uicit, ut quintū eisdē tribunos crearēt. Lupos uisos in Capitolio serunt à canibus fugatos: ob id prodigiū lustratū Capitoliū esse. Hæc eo anno gesta. Sequuntē cōsules. Q. Minucius, M. Horatius Puluillus. Cuius initio anni cū foris otii esset, domi seditiones ijdē tribuni, eadē lex faciebat. ulteriusq; uentū foret, adeo exarserant animis, ni uelut dedita opera nocturno impetu Aequorū Corbione amissum præsidium, nuntiatū esset. Senatū consules uocāt. iubent subitariū scribere exercitū, atq; in Algidū ducere. Inde posito legis certamine, noua de delectu cōtentio exorta. uincebaturq; cōsulare imperiū tribunicio auxilio, cū alius additur terror: sabinū exercitū prædatū descendisse in agros Romanos, inde ad urbē uenire. is metus perculit, ut scribi militē tribuni sinerent, nō sine pactione tamen: ut, quoniam ipsi quinquenniū elusi essent, paruūq; id plebi præsidium foret, decē deinde tribuni plebis crearent. Expresit hoc necessitas patribus. id modo excepere, ne postea eisdē tribunos iuberent. Tribunicia comitia, ne id quoq; post bellū, ut cætera, uanum esset, extemplo habita. Tricesimosexto anno à primis tribunis plebis decē creati sunt, bini ex singulis classibus. itaq; cautū est ut postea crearentur. Delectu deinde habito Minucius contra Sabinos profectus nō inuenit hostē. Horatius, cum iam Aequi Corbione interfecto præsidio Hortanā etiam cepissent, in Algido pugnat. multos mortales occidit, fugat hostem nō ex Algido modo, sed à Corbione Hortanaq;. Corbionem

etiam diruit propter proditum præsidium. Deinde M. Valerius, Sp. Virginius cōsules facti. Domi forisq; otium fuit. annona propter aquarum intempericm laboratum est. De Auentino publicando lata lex est. Tribuni plebis ijdem resecti. Hi sequente anno T. Romulio, & C. Veturio consulibus legē omnibus contionibus suis celebrant. Pudere se numeri sui nequicquam aucti: si ea res æque suo biennio iaceret, ac toto superiore lustro iacuisset. Cum maxime hæc agerent: trepidi nuntij ab Thusculo ueniunt: Aequos in agro thusculano esse. Fecit pudorem recens eius populi meritum morandi auxiliij. ambo consules cum exercitu missi hostem in sua sede in Algido inueniunt. Ibi pugnatū. supra septem millia hostium cæsa: alij fugati: præda parua ingens. eam propter inopiam ærarij cōsules uendiderunt. inuidiæ tamen res ad exercitum fuit. ea deniq; tribunis materiã criminandi ad plebem consules præbuit. Ita q; ergo ut magistratu abire, Sp. Tarpeio A. Aeternio cōsulibus, dies dicta est Romulio ab C. Claudio Cicerone tribuno plebis, Veturio ab L. Halieno ædili plebis. uterq; magna patrum indignatione damnatus: Romulius decem millibus æris, Veturius x v millibus. Nec hæc priorum calamitas consulum segniores nouos fecerat consules. & se damnari posse aiebant: & plebem, & tribunos legē ferre non posse. Tum abiecta lege, quæ promulgata consenuerat: tribuni lenius agere cum patribus. Finem tandem certaminū facerent: si plebeia leges displicerent, at illi communiter legum latores, & ex plebe, & ex patribus, qui utrisq; utilia ferrent: quæq; æquandæ libertatis essent, sinerent creati. Rem non aspernabatur patres, daturum leges neminem nisi ex patribus aiebant. Cum de legibus conueniret, de latore tantum discreparet: missi legati Athenas Sp. Posthumius Albus, A. Manlius, P. Sulpicius Camerinus: iussiq; inclytas leges Solonis describere: & aliarum Græciæ ciuitatū, instituta, mores iuraq; noscere. Ab externis bellis quietus annus fuit. quietior insequens P. Curiatio, & Sex. Quintilio consulibus, perpetuo silentio tribunorum. quod primo legatorum, qui Athenas ierant, legumq; peregrinarum expectatio præbuit: deinde duo simul mala ingentia exorta, fames, pestilentiaq; fœda homini, fœda pecori. uastati agri sunt: urbs assiduis exhausta funeribus, multæ & claræ lugubres domus. Flamen quirinalis Ser. Cornelius mortuus: augur C. Horatius Puluillus: in cuius locū C. Veturium eo cupidius, quia damnatus à plebe erat, augures legere. mortuus consul Quintilius: quatuor tribuni plebis. multiplici clade fœdatus annus. ab hoste otium fuit. Inde consules C. Menenius, P. Sextius Capitolinus. neq; eo anno quicquam belli externi fuit. domi motus orti. iam redierant legati cum atticis legibus. eo intentius instabant tribuni: ut tandem scribendarum legum initium fieret. Placet creati decemuiros sine prouocatione, & nequis eo anno alius magistratus esset: admiscerentur ne plebei, controuersia aliquandiu fuit. postremo concessum patribus: modo ne lex Acilia de Auentino, aliæq; sacratæ leges abrogarentur. Anno trecentesimo altero, quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis, ab consulibus ad decemuiros, quemadmodum ab regibus ante ad consules uenerat, translato imperio. minus insignis, quia non diuturna, mutatio fuit. læta enim principia magistratus eius nimis luxuriare. eo citius lapsa res est, repetitumq; duobus uti mandaretur consulū nomen imperiūq;.

Decemuiros creati Ap. Claudius, T. Genutius, P. Sextius, L. Veturius, C. Iulius, A. Manlius. P. Sulpicius, P. Curiatius, T. Romulius, Sp. Posthumius. Claudio & Genutio, quia designati consules in eum annum fuerant, pro honore honor redditus: & Sextio alteri consulum prioris anni, quod eam rem collega inuito ad patres retulerat. his proximi legati tres habiti: qui Athenas ierant: simul ut pro legatione tam longinqua præmio esset honos: simul peritos legū peregrinarū ad condenda noua iura usui fore credebant. suppleuere cæteri numerū. graues quoq; ætate electos nouissimis suffragijs ferunt: quo minus ferociter aliorum scitis aduersarētur. Regimē totius magistratus penes Appium erat fauore plebis. adeoq; nouum sibi ingeniū induerat, ut plebicola repete omniscq; auræ popularis captator euaderet, pro truci sæuoq; insectatore plebis. Decimo die ius populo singuli reddebant. eo die penes præfectum iuris fasces duodecim erant, collegis nouem singuli accensi apparebant. & unica concordia inter ipsos, qui consensus priuatis interdū inutilis esset, summa aduersus alios æquitas erat. Moderationis eorum argumētum exemplo unius rei notasse satis erit. Cum sine prouocatione creati essent: defosso cadaucre

cadauere domi apud P. Sextium patriciæ gentis uirum inuento, prolatoq; in contionem, in re iuxta manifesta atq; atroci C. Julius decemuir diem Sextio dixit, & accusator ad populum extitit, cuius rei iudex legitimus erat: decessitq; iure suo, ut demptum de uir magistratus populi libertati adijceret. Cum promptum hoc ius uelut ex oraculo incorruptum pariter ab his summi infimiq; ferrent, tum legibus condendis opera dabatur: ingentiq; hominū expectatione propositis decem tabulis populum ad contionem aduocauerunt: & quod bonū, faustum, felixq; reipublicæ, ipsis, liberisq; eorum esset: ire, & legere leges propositas iussere: se, quantum decem hominū ingenijs prouideri potuerit, omnibus summis infimisq; iura æquasse. plus polle re multorū ingenia, consiliaq; uersarent in animis secum unamquanq; rem, agitent deinde sermonibus, atq; in medium quid in quaq; re plus, minus ue esset, conferrent. eas leges habiturum populum Romanum, quas consensus omnium nō iussisse latas magis, quam tulisse uideri posset. Cum ad rumores hominum de uno quoq; legum capite edito satis correctæ uiderentur, centuriatis comitijs x tabularum leges perlatæ sunt: qui nunc quoque in hoc immenso aliarum super alias aceruatarum legum cumulo fons omnis publici priuatiq; est iuris. Vulgatur deinde rumor, duas deesse tabulas, quibus adiectis absolui posse uelut corpus omnis Romani iuris. Ea expectatio, cum dies comitiorum appropinquaret, desiderium decemuiros iterum creandi fecit. iam plebs, præterquam quod cōsulum nomen haud secus, quam regum perosa erat, ne tribuniciū quidem auxilium cedentibus inuicem appellatione decemuiris quærebat. Postquam uero comitia decemuiris creandis in trinum nundinū indicta sunt, tanta exarsit ambitio, ut primores quoq; ciuitatis (metu credo ne tanti possessio imperij uacuo ab se relicto loco haud satis dignis pateret) prehensarent homines, honorem summa ope ab se impugnatum ab ea plebe, cum qua contenderent, suppliciter petentes. Dimissa iam in discrimen dignitas ea ætate, hisq; honoribus actis, stimulabat Ap. Claudium. nescires utrum inter decemuiros, an inter candidatos numerares. propior interdum petendo, quam gerendo magistratui erat. criminari optimates, extollere candidatorū leuissimū quenq;, humillimumq;. ipse medius inter tribunicios Duellios Iciliosq; in foro uolitare, per illos se plebi uenditare. donec collegæ quoq;, qui unice illi dediti fuerant ad id tempus, coniecere in eum oculos, mirantes quid sibi uellet: apparere nihil synceri esse: profecto haud gratuitam in tanta superbia comitatem fore: nimium in ordinem se ipsum cogere, & uulgari cum priuatis, nō tam properantis abire magistratu, quam uiam ad continandum magistratū quærentis esse. Propalàm obuiam ire cupiditati parū ausi, obsecundando mollire impetū aggreduuntur. comitiorū illi habendorū, quando minimus natu sit, munus consensu iniungūt. ars hæc erat, ne semetipse creare posset. quod præter tribunos plebis, & id ipsum pessimo exemplo, nemo unquam fecisset. ille enim uero, quod bencuertat, habiturum se comitia professus, impedimentum pro occasione arripuit. deicctisq; honore p cōtionē duobus Quintijs, Capitolino & Cincinnato, & patruo suo C. Claudio, constantissimo uiro in optimatum causa, & alijs eiusdem fastigij ciuibus, nequaquā splendore uitæ pares decemuiros creat, se in primis. quod haud secus factum improbabant boni, quam nemo facere ausurum crediderat. Creati cū eo M. Cornelius Maluginensis, M. Sergius, L. Minucius, Q. Fabius Vibulanus, Q. Petilius, T. Antonius Merenda, Cæso Duellius, Sp. Oppius Cornicen, M. Rabuleius. Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit. suo iam inde uiuere ingenio cœpit, nouosq; collegas iam priusquam inirent magistratū, in suos mores formare. Quotidie coibant remotis arbitris. inde impotentibus instructi consilijs, quæ secretò ab alijs coquebant, iam haud dissimulando superbiam, rati aditus, colloquentibus difficiles ad idus maias rem perduxere. Idus tum Maiæ solennes incundis magistratibus erant. Initio igitur magistratus primum honoris diem denuntiatione ingentis terroris insignem fecere. nam cū ita priores decemuiri seruaissent, ut unus fasces haberet, & hoc insigne regū in orbem suam cuiusq; uicem per omnes iret, subito omnes cum duodenis fascibus prodire. centū uiginti lictores forū impleuerant, & cum fascibus secures illigatas præferebant. nec attinuisse demum securim, cū sine prouocatione creati essent, interpretabantur. decem regum species erat, multiplicatusq; terror nō infimis solū, sed primoribus patrum, ratis cædis causam ac principū quæri, ut

si quis

si quis memorem libertatis uocem aut in senatu aut in populo misisset, statim uirgæ securesq̃
 etiam ad cæterorum metum expedirentur. nam præterquam quod in populo nihil erat præsi
 dij, sublata prouocatione, intercessionem quoq̃ consensu sustulerant: cum priores decemuir
 appellatione collegæ corrigi reddita ab se iura tulissent: & quædam, quæ sui iudicij uideri pos
 sent, ad populum reiecissent. Aliquandiu æquatus inter omnes terror fuit: paulatim totus uer
 tere in plebem cœpit. abstinebatur à patribus: in humiliiores libidinosè, crudeliterq̃ consuleba
 tur: hominum, non caufarū toti erant: ut apud quos gratia uim æqui haberet. iudicia domi con
 stabant: pronuntiabant in foro. si quis collegam appellasset: ab eo, ad quem uenerat, ita disce
 debat: ut pœniteret non prioris decreto stetisse. Opinio etiam sine autore exierat: non in præ
 sentis modo temporis eos iniuriam conspirasse: sed fœdus clandestinum inter ipsos iureiuran
 do ictum: ne comitia haberent, perpetuoq̃ decemuiratu possessum semel retinerent imperium.
 Circumspectare tum patriciorum uultus plebei: & inde libertatis captare auram, unde seruitu
 tem timendo, in eum statum temp. adduxerant. primores patrum odisse decemuiros: odisse
 plebē: nec probare quæ fierent: & credere haud indignis accidere: auide ruendo ad libertatem,
 in seruitutem elapsos. iuuare nolle: cumulare quoq̃ iniurias: ut tedio præsentium consules duo
 tandem, & status pristinus rerum in desyderium ueniant. Iam & processerat pars maior anni:
 & duæ tabulæ legum ad prioris anni decem tabulas erant adiectæ, nec quicquã iam supererat
 si hæc quoq̃ leges centuriatis comitijs perlatae essent, cur eo magistratu reipub. opus esset. ex
 pectabant quàm mox consulibus creandis comitia edicerentur. Id modo plebs agitabat, quo
 nam modo tribunitiam potestatem, munimentum libertatis, rem intermissam repararēt: cum
 interim mentio comitorū nulla fieri: & decemuiri, qui primo tribunicios homines, quia id po
 pulare habebatur, circum se ostentauerant plebi, patricijs iuuenibus sepscran latera: eorum ca
 teruæ tribunalia obsidebant. Hi ferre agere plebem plebisq̃ res, cum fortuna, qua quicquid
 cupitum foret, potentioris esset. & iam ne tergo quidem abstinebatur: uirgis cædi aliq̃, aliq̃ secu
 ri subijci: & ne gratuita crudelitas esset, bonorum donatio sequi domini supplicium. Hac mer
 cede iuuentus nobilis corrupta non modo nō ire obuiam iniuriæ: sed propalã licentiam suam
 malle, quàm omniū libertatē. Idus Maiæ uenire, nullis subrogatis magistratibus: priuati pro
 decemuiris neq̃ animis ad imperium inhibendum imminutis, neq̃ ad speciem honoris insi
 gnibus prodeunt. Id uero regnum haud dubie uideri: deploratur in perpetuū libertas: nec uin
 dex quisquam existit aut futurus uidetur. Nec ipsi solum desponderant animos, sed contemni
 cœpti erant à finitimis populis: imperiumq̃ ibi esse, ubi nō esset libertas, indignabantur. Sa
 bini magna manu incursionem in agrum Romanum fecere: lateq̃ populati, cum hominum
 atq̃ pecudum inulti prædas egissent, recepto ad Eretum, quod passim uagatum erat, agmine,
 castra locant: spem in discordia Romana ponentes, eam impedimentum delectui fore. Non
 nuntij solum, sed per urbem agrestium fuga trepidationem iniecit. decemuiri consultant quid
 opus factō sit. destitutis inter patrū & plebis odia addit terrorē insuper alium fortuna. Aequi
 alia ex parte castra in Algido locāt: depopulatumq̃ inde excursionibus thusculanum agrum,
 legati ab Thusculo præsidium orantes, nuntiant. Is pauor perculit decemuiros: ut senatum si
 mul duobus circumstantibus urbem bellis, consulerent. citari iubent in curiã patres, haud igna
 ri quanta inuidiæ immineret tempestas: omnes uastati agri periculorumq̃ imminentium cau
 sas in se congesturos: tentationemq̃ eã fore abolendi sibi magistratus: ni consensu resisterent,
 imperioq̃ inhibendo acriter in paucos præferocis animi, conatus aliorum cōprimerent. Post
 quam audita uox in foro est præconis, patres in curiã ad decemuiros uocantis: uelut noua res,
 quia intermiserant iam diu morem consulendi senatus, mirabundã plebem cōuertit: quidnam
 incidisset, cur ex tanto interuallo rem desuetã usurparent. hostibus belloq̃ gratiã habendam,
 quod solitū quicq̃ liberæ ciuitatis fieret. circumspectare omnibus fori partibus senatorē, raroq̃
 usq̃ noscitare: curiã inde, ac solitudinē circa decemuiros intueri: cum & ipsi cōsensu inuisum im
 perium: & plebs, quia priuatis ius nō esset uocandi senatū: non cōuenire patres, interpretaren
 tur. iam caput fieri libertatē repetentiū: si se plebs comitē senatui det, & quemadmodū patres
 uocati non cocant in senatū, sic plebs abnuat delectū. Hęc fremebat plebs. Patrum haud ferè
 quisq̃

quisquam in foro, in urbe rari erant. indignitate rerum cesserant in agros: suarumque rerum erant, amissa publica: tantum ab iniuria se abesse rati, quantum à cœtu congressuque impotentium dominorum se amouissent. Postquam citati non conveniebant, dimissi circa domos apparitores simul ad pignora capienda, sciscitandumque, num consulto detrectarent: referunt, senatum in agris esse. Lælius id decemviris accidit, quam si præsentibus detrectare imperium referrent. iubent acciri omnes, senatumque in diem posterum indicunt. qui aliquanto spe ipsorum frequentior convenit. quo facto proditam à patribus plebs libertatem rata, quod his, qui iam magistratu abissent, privatisque ius abesset, tanquam iure cogentibus senatus paruisset. Sed magis obedienter ventum in curiam est, quam obnoxie dictas sententias accepimus. L. Valerium Potitum proditum memoriam est, post relationem Ap. Claudii, priusquam ordine sententiæ rogarentur, postulando ut de rep. liceret dicere, prohibentibus minaciter decemviris, proditurum se ad plebem denuntiantem, tumultum excivisse. Nec minus ferociter M. Horatium Barbatum esse in certamen, & Tarquinius appellentem, admonentemque, Valerius, & Horatius ducibus pulsos reges: nec nominis homines tum pertesum esse. quippe quo Iovem appellari fas sit, quo Romulum conditorem urbis, deincepsque reges appellatos, quod sacris etiam ut solenne retentum sit, superbiam, violentiamque tum percosos regis. quæ si in rege tum eodem, aut in filio regis ferenda non fuerint, quem laturum in tot privatis: viderent, ne vetando in curia libere homines loqui, extra curiam etiam moverent vocem. neque se videre, qui sibi minus privato ad contionem populum vocare, quam illis senatum cogere liceat. ubi uellent, experirentur quanto ferocior dolor in libertate sua vindicanda, quam cupiditas in iniusta dominatione esset. De bello sabino eos referre, tanquam maius ullum populo Romano bellum sit, quam cum his, qui legum ferendarum causa creati nihil iuris in civitate reliquerint: qui comitia, qui annuos magistratus, qui vicissitudinem imperitandi, quod unum ex æquandæ sit libertatis, sustulerint: qui privati falces & regium imperium habeant. Fuisse regibus exactis patricios magistratus, creatos postea post secessionem plebis, plebeios. cuius illi partis essent, rogare. populares: quid enim eos per populum egisse: optimates: qui anno iam propè senatum non habuerint, tunc ita habeant, ut de repub. loqui prohibeant: ne nimium in metu alieno spei ponerent. graviora quæ patiantur videri iam hominibus, quam quæ metuant. Hæc uociferante Horatio cum decemviri nec iræ nec ignoscendi modum reperirent: nec quod cuasura res esset, cernerent. C. Claudii, qui patruus Appii decemviri erat, oratio fuit precibus quam iurgio similis, orantis per sui fratris, parentisque eius manes, ut civilis potius societatis, in qua natus esset, quam fœderis nefarie icti cum collegis meminisset. multo id magis se illius causa orare, quam reipublicæ. quippe rempub. si à uolentibus nequeat, ab iniustis ius expetituram. sed ex magno certamine magnas excitari ferè iras, earum euentum se horrere. Cum aliud præterquam de quo retulissent, decemviri dicere prohiberent: Claudium interpellandi uerecundia fuit. sententiam igitur peregit, nullum placere senatus consultum fieri. omnesque ita accipiebant, privatos eos à Claudio iudicatos: multique ex consularibus uerbo assensu sunt. Alia sententia asperior in speciem, uim minorem aliquanto habuit, quæ patricios coire ad prodendum interregem iubebat. censendo enim quoscunque magistratus esse, qui senatum haberent, iudicabat: quos privatos fecerat autor nullius senatus consulti faciendi. Ita labante iam causa decemvirosum, L. Cornelius Maluginensis M. Cornelii decemviri frater, cum ex consularibus ad ultimum dicendi locum consulto seruatus esset, simulando curam belli, fratrem collegasque eius tuebatur: quoniam fato incidisset mirari se dictitans, ut decemvirosum, qui decemviratum petissent, aut socii, aut hi maxime oppugnarent: aut quid ita, cum per tot menses uacua civitate nemo iusti ne magistratus summæ rerum præessent, controuersiam fecerit: nunc demum cum hostes propè ad portas sint, civiles discordias ferant: nisi quod in turbido minus perspicuum fore putent quid agatur. Cæterum neminem, maiore cura occupatis animis, uerum ex se præiudicium rei tantæ afferre. sibi placere de eo, quod Valerius, Horatiusque ante idus Maius decemvirosum abesse magistratu insimulent, bellis quæ immineant, perfectis, republica in tranquillum redacta, senatu disceptante agi: & iam nunc ita se parare Ap. Claudium, ut comitorum, quæ decemviris creandis decemviri ipse habuerit, sciat sibi rationem reddendam esse

esse, utrum in unum annum creati sint, an donec leges, quæ deessent, perferrentur. in præsentia omnia præter bellum omitti placere. cuius si falsò famam uulgatam, uanaq; non nuntios solum, sed Thusculanorum etiam legatos attulisse putent: speculatores mittēdos censere, qui certius explorata referant. sin fides & nuntijs & legatis habeatur, delectum primo quoq; tempore haberi: decemuiros quò cuiq; corū uideatur, exercitus ducere: nec rem aliam præuerti. In hanc sententiam ut discederetur, iuniores patrum euincebant. ferocioresq; iterum coorti Valerius Horatiusq; uociferari: ut de repub. liceret dicere: dicturos ad populum, si in senatu per factionem nō liceat. neq; enim sibi priuatos aut in curia, aut in concione posse obstare: neque se imaginarijs fascibus eorum cessuros esse. Tum Appius iam propè esse ratus: ut, ni uolentiæ eorum pari resisteretur audacia, uictum imperium esset: nō erit melius, inquit, nisi de quo consulimus, uocem misisse. & ad Valerium negantem se priuato reticere, lectorem accedere iussit. Iam Quiritium fidem implorante Valerio à curiæ limine, L. Cornelius complexus Appium, non cui simulabat consulendo diremit certamen. factaq; per Cornelium Valerio dicendi gratia quæ uellet, cum libertas non ultra uocem excessisset, decemuiro propositum tenere. consules quoq; ac seniores ab residuo tribunicia potestatis odio, cuius desyderium plebi multo acrius, quàm consularis imperij rebantur esse: propè malebant postmodum ipsos decemuiros uoluntate abire magistratu, quàm inuidia eorum exurgere rursus plebem. si leniter ducta res sine populari strepitu ad consules redisset: aut bellis interpositis, aut moderatione cōsulum in imperijs exercendis, posse in obliuionem tribunorum adduci. Silentio patrum edicitur delectus. iuniores, cum sine prouocatione imperium esset, ad nomina respondent. Legionibus scriptis, inter se decemuiro comparabant, quos ire ad bellum, quos præesse exercitibus oporteret. Principes inter decemuiros erant Q. Fabius, & Ap. Claudius. bellum domi maius, q̄ foris apparebat. Appij uolentiam aptiorem rati ad comprimendos urbanos motus: in Fabio minus in bono constans, quàm gnauum in malicia ingenium esse. hunc enim uirum egregium olim domi militiaeq; decemuiratus collegæq; ita mutauerant: ut Apij quàm sui similis mallet esse. huic bellum in Sabinis, M. Rabuleio, & Q. Petilio additis collegis, mandatum. M. Cornelius in Algidum missus cum L. Minucio, & T. Antonio, & Cefone Duellio, & M. Sergio. Sp. Oppium Ap. Claudio adiutorem ad urbem tuendam æquo omnium decemuiroꝝ imperio decernunt. Nihilo militiæ quàm domi melius respub. administrata est. illa modo in ducibus culpa, quod ut odio essent ciuibus, fecerant: alia omnis penes milites noxa erat. qui nequid ductu atq; auspicio decemuiroꝝ prospere usquam gereretur, uinci se per suum atq; illorum dedecus patiebantur. Fusi & ab Sabinis ad Eretū, & in Algido ab Aequis exercitus erant. ab Ereto per silentiū noctis profugi propius urbem inter Fidenas Crustumeniãq; loco edito castra communierant. persecutis hostibus nusquam se æquo certamine committentes, natura loci ac uallo, non uirtute aut armis tutabantur. Maius flagitium in Algido: maior etiam clades accepta: castra quoq; amissa erant: exutusq; omnibus utensilibus miles Thusculum se fide, misericordiaq; uicturus hospitum (quæ tamen non fefellerunt) contulerant. Romam tanti erant terrores allati: ut posito iam decemuirali odio patres uigilias in urbe habendas censerent: omnes, qui per ætatem arma ferre possent: custodire mœnia, ac pro portis stationes agere iuberent: arma Thusculum ad supplementum decernerent, decemuirosq; ab arce Thusculi digressos in castris militem habere: castra alia à Fidenis in sabinum agrum transferri: belloq; ultro inferendo deterreri hostes à consilio urbis oppugnandæ. Ad clades ab hostibus acceptas duo nefanda facinora decemuiro belli domi q; adijciunt. L. Siccium in Sabinis per inuidiam decemuiralem tribunorum creandorum, secessionisq; mētionem ad uulgus militum sermonibus occultis ferentem, prospicuatū ad locum castris capiendum mittunt. datur negotiū militibus, quos miserant expeditionis eius comites, ut eum opportuno adorti loco interficerent. Haud inultum interfecere. nam circa repugnantem aliquot insidiatores cecidere: cum ipse se præualidus pari uiribus animo circumuentus tutaretur. Nuntiant in castra cæteri, præcipitatum in insidias esse Siccium egregie pugnantem, militesq; quosdam cum eo amissos. Primo fides nuntiantibus fuit: profecta deinde cohors ad sepeliendos qui ceciderant, decemuiroꝝ permissu, postquam nullum

nullum spoliatum ibi corpus, Sicciumq; in medio iacentem, armatumq; omnibus in eum uer-
 sis corporibus uidere: hostium neq; corpus ullum, nec uestigia abeuntium: profecto ab suis in-
 terfectū memorantes retulere corpus. inuidiāq; plena castra erant, & Romam ferri protinus
 Siccium placebat, ni decemuirū funus militare ei publica impensa facere maturassent. Sepultus
 ingenti militum mœsticia, pessima decemuirorū in uulgus fama est. Sequitur aliud in urbē
 nefas ab libidine ortū, haud minus fœdo euentu, quā quod per stuprum cædemq; Lucte-
 tiæ urbe regnoq; Tarquinius expulerat: ut non finis solum idem decemuiris, qui regibus, sed
 causa etiam eadem imperij amittendi esset. Ap. Claudium uirginis plebeix stuprandæ libi-
 do cepit, pater uirginis L. Virginius honestum ordinem in Algido ducebat, uir exempli recti
 domi militiæq; perinde uxor instituta fuerat, liberiq; instituebant. desponderant filiam L. Ici-
 lio tribunicio, uiro acri, & pro causa plebis expertæ uirtutis. hanc uirginem adultam, formā ex-
 cellentem Appius amore ardens pretio ac spe pellicere adortus, postquā omnia pudore sepra
 animaduuerat, ad crudelem superbamq; uim animum conuertit. M. Claudio clienti negoti-
 um dedit, ut uirginem in seruitutem assereret: neq; cederet secū dum libertatem postulantibus
 uindicias: quod pater puellæ abesset, locum iniuriæ esse ratus. uirgini ueniēti in forum (ibi nam
 que in tabernis literarum ludi erant) minister decemuiri libidinis manum iniicit, serua sua na-
 tam seruamq; appellans esse: sequiq; se iubebat, cunctantem ui abstracturū. Pauida puella
 stupente, ad clamorem nutricis fidem Quiritiū implorantis fit concursus. Virgini patris spon-
 sicq; Iciliū populare nomen celebratur: notos gratia eorum, turbam indignitas rei uirgini concil-
 liat. Iam à ui tuta erat, cum assertor nihil opus esse multitudine cōcitata ait: se iure grassari, non
 ui. uocat puellam in ius, autoribus qui aderant, ut sequeretur. ad tribunal Appij peruētum est.
 notam iudici fabulam petitor, quippe apud ipsum autorem argumēti, peragit. puellam domi
 suæ natam, furtoq; inde in domū Virginiū translaram, suppositam ei esse. id se indicio compe-
 tum afferre: probaturūq; uel ipso Virginiū iudice, ad quem maior pars iniuriæ eius pertineat.
 interim dominum sequi ancillam æquum esse. Aduocati puellæ, cum Virginiū reipub. causa
 dixissent abesse, biduo affuturum, si nuntiatum ei sit: iniquum esse absentem de liberis dimica-
 re: postulāt ut rem integram in patris aduentum differat: lege ab ipso lata uindicias det secun-
 dum libertatem, neu patiatur uirginem adultam famę prius, quā libertatis periculum adire.
 Appius decreto præfatus quā libertati fauerit, eam ipsam legem declarare, quā Virginiū
 amici postulationi suæ prætendant. cæterum ita in ea firmum libertati fore præsidium, si nec
 causis nec personis uariet. in his enim quæ asserantur in libertatem, quia quiuis lege agere
 possit, id iuris esse: in ea quæ in patris manu sit, neminem esse alium, cui dominus possessione
 cedat. placere itaq; patrem accersiri: interea iuris sui iacturam assertorē non facere, quin ducat
 puellam, sistendamq; in aduentū eius qui pater dicatur, promittat. Aduersus iniuriam decreti
 cum multi magis fremerēt, q̄ quisquam unus recusare auderet: P. Numitorius puellæ auuncu-
 lus, & sponsus Icilius interueniunt: dataq; inter turbam uia, cum multitudo Iciliū maxime inter-
 uentu resisti posse Appio crederet, licitor decreuisse ait: uociferantemq; Iciliū summouet. Placi-
 dum quoq; ingenium tam atrox iniuria accendisset. Ferro hinc tibi summouendus sum Ap-
 pi, inquit, ut tacitum feras, quod cæleri uis. uirginem ego hanc sum ducturus, nuptiamq; pudici-
 cam habiturus. proinde omnes collegarum quoq; lictores conuoca, expediri uirgas & secures
 iube: non manebit extra domū patris sponsa Iciliū. non, si tribuniciū auxiliū & prouocationem
 plebi Romanæ, duas arces libertatis tuendæ ademistis: ideo in liberos quoq; nostros coniu-
 gesq; regnum uestre libidini datū est. sæuite in tergum & in ceruices nostras, pudicitia saltem
 in tuto sit. Huic si uis asseretur: ego præsentū Quiritiū pro sponsa, Virginiū militū pro uni-
 ca filia, omnes decorum hominūq; implorabimus fidem: neq; tu istud unquam decretum sine
 cæde nostra referes: postulo Appi, etiam atq; etiam cōsyderes quò progrediare. Virginiū ui-
 derit de filia, ubi uenerit, quid agat. hoc tantum sciat, sibi, si huius uindictis cesserit, cōditionem
 filie quærendam esse. me uindicantē sponsam in libertatem uita citius deferet quā fides.

Concitata multitudo erat, certamenq; instare uidebatur. lictores Iciliū circumsteterāt: nec
 ultra minas tamen processum est, cum Appius non Virginiā defendi ab Icilio, sed inquietum
 g. hominem

hominem & tribunatū etiam nunc spirantem, locum seditionis quærere diceret: non præbiturum se illi eo die materiam: sed ut iam sciret, non id petulantia suæ, sed Virginio absenti & patrio nomini & libertati datum, ius eo die se non dicturū, neq; decretū interpositurū: à M. Claudio petiturū, ut decederet iure suo, uindicariq; puellam in posterū diem pateret. quod nisi pater postero die affuisset, denuntiare se Icilio similibusq; Icilij: neq; legi suæ latorem, neque decemuiro constantiā defore: nec se utiq; collegarū lictores conuocaturū ad coercendos seditionis autores, contentū se suis licitoribus fore. Cum dilatum tempus iniuriæ esset, secessissentq; aduocati puellæ, placuit omnium primum fratrem Icilij, filiumq; Numitorij, impigros iuuenes pergere inde recta ad portam, & quantum accelerari posset, Virginium acciri è castris. in eo uerti puellæ salutem, si postero die uindex iniuriæ ad tempus præsto esset. Iussi pergunt, citatisq; equis nuntii ad patrem perferunt. Cum instaret assertor puellæ ut uindicaret, sponsoresq; daret: atq; id ipsum agi diceret Icilius, sedulo tempus terens, dum præciperent iter nuntij missi in castra: manus tollere undiq; multitudo, & se quisq; paratum ad spondendū Icilio ostendere. atq; ille lachrymabundus, gratum est, inquit, craftina die uestra opera utar, sponsores nūc satis est. Ita uindicat Virginia spondentibus propinquis. Appius paulisper moratus, ne eius rei causa sedisse uideretur: postq; omissis rebus alijs præ cura unius nemo adibat, domum se recepit: collegisq; in castra scribit, ne Virginio cōmeatum dent, atq; etiam in custodia habeant. Improbum consilium seruum, ut debuit, fuit: & iam cōmeatu sumpto profectus Virginus prima uigilia erat, cum postero die mane de retinendo eo nequicq; literæ redduntur. At in urbe prima luce, cum ciuitas in foro expectatione erecta staret: Virginus sordidatus filiam secum obsoleta ueste comitātib; aliquot matronis cum ingenti aduocatione in forum deducit. circumire ibi & prehensare homines cœpit: & non orare solum precariam opem, sed pro debita petere. se pro liberis eorum ac coniugibus quotidie in acie stare: nec alium uirum esse, cuius strenue ac ferociter facta in bello plura memorari possent. quid prodesse, si incolumi urbe quæ capta ultima timeantur, liberis suis sint patienda? Hæc propè contionabundus circūibat homines. Similia his ab Icilio iactabantur. comitatus muliebris plus tacito fletu, q̄ ulla uox mouebat. Aduersus quæ omnia obstinato animo Appius (tanta uis amentia uerius q̄ amoris mentem turbauerat) in tribunal ascendit: & ultro querente pauca petitore, quod ius sibi pridie per ambitionem dictum non esset, priusq; aut ille postulātū perageret, aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur. Quem decreto sermonem prætenderit, forsan aliquem uerum autores antiqui tradiderunt. quia nusquā ullum in tanta fœditate decreti uerisimilem inuenio: id quod constat, nudum uidetur proponendū. decreuisse uindicias secundū seruitutem. Primo stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit: silentium inde aliquandiu tenuit. deinde cum M. Claudius circūstantibus matronis iret adprehendendā uirginem, lamentabilisq; eum mulierum cōploratio excepisset: Virginus intentans in Appium manus, Icilio, inquit, Appi, nō tibi filiam despondi, & ad nuptias non ad stuprū educaui. placet pecudū ferarumq; ritu promiscue in cōcubitus ruere: passuri ne hæc isti sint, nescio. nō spero esse passuros illos qui arma habent. Cum repellere assertor uirginis à globo mulierū circūstantiumq; aduocatorū, silentium factum per præconē. Decemuir alienato ad libidinē animo, negat ex hesterno tantū conuicio Icilij uolentiaq; Virginij, cuius testem p r habeat, sed certis quoq; indicijs compertū se habere: nocte tota cœtus in urbe factos esse ad mouendā seditionem. itaq; se haud inscium eius dimicationis cum armatis descendisse, non ut quenq; quietum uiolaret, sed ut turbātes ciuitatis otium pro maiestate imperij coerceret: proinde quiesse erit melius. i. inquit licitor, summoue turbam, & da uiam domino adprehendendū mancipium. Cum hæc intonuisset plenus ire, multitudo ipsa se sua sponte dimouit, desertaq; præda iniuriæ puella stabat. Tum Virginus ubi nihil usquam auxiliij uidit: quæso, inquit, Appi, primum ignosce patrio dolori, si inclementius in te sum inuectus: deinde sinas hic coram uirgine nutricem percunctari, quid hoc rei sit? ut si falsò pater dictus sum, æquiore hinc animo discedam. Data uenia seducit filiam ac nutricem prope Cloacinæ ad tabernas, quibus nunc nouis est nomen: atque ibi ab lanio cultro arrepto, hoc te uno, quo possum, ait, modo filia in libertatem uindico. pectus deinde puellæ transfigit: re-

git: respectansq; ad tribunal. te, inquit, Appi, tuumq; caput sanguine hoc confecro. Clamore ad tam atrox facinus orto excitus Appius comprehendi Virginiū iubet. ille ferro, quacunq; ibat, uiam facere, donec multitudine etiā prosequentiū tuente ad portam perrexit. Icilius Numitoriusq; exangue corpus sublato ostentāt populo: scelus Appij, puellæ infelicē formam, necessitatem patris deplorant. sequentes clamitant matronę, cam ne liberorū procreandorum conditionem: ea pudicitiaē præmia esse? cæteraq; quæ in tali re muliebris dolor, quō est moestior imbecillo animo, eo misabilia magis querētib; subiicit. Virorum & maxime Iciliū uox tota tribuniciaē potestatis ac prouocatiōis ad populum ereptæ, publicarumq; indignationum erat. Concitatur multitudo partim atrocitate sceleris, partim spe per occasionem repetendæ libertatis. Appius nunc uocari Iciliū, nunc retractantē arripi: postremo cum locus ad eundem appā ritoribus non daretur, ipse cum agmine patriciorū iuuenum per turbam uadens in uincla ducti iubet. Iam circa Iciliū non solum multitudo, sed duces quoq; multitudinis erant, L. Valerius & M. Horatius. qui repulso licitore, si iure ageret, uindicare se à priuato Iciliū aiebant: si uim afferre conaret, ibi quoq; haud impares fore. Hinc atrox rixa oritur. Valeriū Horatiumq; licitor decemuiro inuadit, frangunt à multitudine fasces. In contionem Appius ascendit: sequuntur Horatius Valeriusq;. eos contio audit, decemuiro obstrepitur. Iam pro imperio Valerius discedere à priuato licitores iubebat: cum fractis animis Appius uitæ metuens in domum se propinquam foris inscrys aduersarijs capite obuoluto recepit. Sp. Oppius ut auxilio collegæ esset, in forum ex altera parte irrumpit, uidet imperium uicictū. Agitatus deinde consilijs atq; ex omni parte assentiendo multis autoribus trepidus, senatū postremo uocari iussit. ea res quod magnæ parti patrum displicere acta decemuiro uidebantur: spe per senatum finieridæ potestatis eius multitudinem sedauit. Senatus nec plebem irritādā censuit: & multo magis prouidendum, nequid Virginiū aduentus in exercitu motus faceret. itaq; missi iuniores patrum in castra, quæ tum in monte Vecilio erant, nuntiant decemuiris, ut omni ope ab seditione milites contineant. ubi Virginiū maiorem q; reliquerat in urbe, motum exciuit. Nam præterq; quod agmine propè quadringentorū hominum ueniens, qui ab urbe indignitate rei accensi comites ei se dederant, conspectus est: strictū etiam telum, resperusq; ipse cruore tora in se castra conuertit. & togæ multifariā in castris uisæ maioris aliquāto q; erat, speciem urbanæ multitudinis fecerant. Quærentibus quid rei esset, flens diu uocem non misit. tandem ut iam ex trepidatione concurrentiū turba cōstitit ac silentium fuit: ordine cuncta ut gesta erant, exposuit. Supinas deinde tendens manus, cōmilitones appellans orabat, ne quod scelus Ap. Claudij esset, sibi attribuerent: neu se ut paricidā liberū auersarent. sibi uitam filiaē suæ cariorem fuisse, si liberę ac pudicę uiuere licitū fuisset. cum uelut seruam ad stuprum rapi uideret, morte amitti melius ratum q; contumelia liberos, misericordia se in speciem crudelitatis lapsum. nec se superstitem filiaē futurū fuisse, nisi spem ulciscendæ mortis eius in auxilio cōmilitonum habuisset. illis quoq; enim filias, sorores coniugesq; esse. nec cum filia sua libidinē Ap. Claudij extinctant esse: sed quo impunitior sit, eo effrenatiorem fore. aliena calamitate documentū datum illis cauendæ similis iniuriæ. quod ad se attineat, uxorem sibi fato ereptam, filiam, quia non ultra pudica uictura fuerit, miseram, sed honestam mortem occubuisse. non esse iam Appij libidini locum in domo sua: ab alia uolentia eius eodem se animo suum corpus uindicaturū, quo uindicauerit filiaē. cæteri sibi ac liberis suis cōsulerent. Hæc Virginiū uociferanti succlamabat multitudo, nec illius dolori, nec suæ libertati se defuturos. Et immisti turbæ militū togati cū eadem illa querendo docendoq; quāto uisa, q; audita indigniora potuerint uideri: simul profligatam iam rem nuntians Romæ esse, infecutosq; qui Appium propè interemptū in exilium abisse dicerent: perpulerunt, ut ad arma conelamaretur: uellerentq; signa, & Romam proficisceretur. Decemuiro simul ijs quæ uidebant, ijsq; quæ acta Romæ audierant, perturbati, alius in aliam partem castrorū ad sedandos motus discurrent: & leniter agentibus responsū non redditur. imperio si quis inhiberet, & uiros & armatos se esse responderetur. eunt agmine ad urbem, & Auentinum insidunt, ut quisq; occurrerat plebem ad repetendam libertatem creandosq; tribunos plebis adhortantes. alia uox nulla uiolenta audita est: senatum Sp. Oppius habet. nūq;

hil placet asperere agi. quippe ab ipsis datum locum seditionis esse. mittuntur tres legati consulares, Sp. Tarpeius, C. Julius, P. Sulpicius, qui quærent senatus uerbis, cuius iussu castra deseruissent: aut quid sibi uellent, qui armati Auentinum obsedissent: belloq; auerso ab hostibus patriam suam cepissent: Non defuit quid responderetur: deerat qui daret responsum, nullocum certo duce, nec satis audetibus singulis inuidiam se offerre. id modo à multitudine cõclamatum est, ut L. Valerium & M. Horatium ad se mitterent, his se duros responsum. Dimissis legatis, admonet milites Virginius, in re non maxima pauloante trepidatum esse, quia sine capite multitudo fuerit: responsumq; quantq; non inutiliter, fortuito tamen magis consensu q; cõmuni consilio esse. placere decem creati, qui summæ rei præessent, militariq; honore tribunos militum appellari. Cum ad eum ipsum primum is honos deferretur: melioribus meis uestrisq; rebus reseruate, inquit, ista de me iudicia. nec mihi filia in uita honorem ullum iucundum esse patitur: nec in perturbata repub. eos utile est præesse uobis, qui proximi inuidiam sint. si quis usus mei est, nihilo minor ex priuato capiet. Ita decem numero tribunos militares creat. Neq; in Sabinis quieuit exercitus. ibi quoque autore Icilio Numitorioq; secessio ab decemuiris facta est: nõ minore motu animorũ Siccij cædis memoria renouata, q; quæ noua fama de Virginia adeo scede ad libidinẽ petita accenderat. Icilius ubi audiuit tribunos militũ in Auentino creatos, ne comitorũ militariũ prerogatiuã urbana comitia nsdem tribunis plebis creandis sequerentur: peritus rerum populariũ, imminẽsq; ei potestati, & ipse prius q; iretur ad urbẽ, pari potestate eundem numerũ ab suis creandum curat. Porta Collina urbem intrauere sub signis, mediaq; urbe agmine in Auentinũ pergunt. ibi coniuncti alteri exercitui xx tribunis militũ negotium dederũt, ut ex suo numero duos crearent, qui summæ rerum præessent. M. Oppium, Sex. Maniliũ creant. Patres solliciti de summa rerum, cum senatus quotidie esset, iurgijs sæpius terunt tempus q; cõsilijs. Siccij cædes decemuiris & appiana libido, & dedecora militiæ obneiebantur. placebat Valerium Horatiumq; ire in Auentinũ. illi negabant se aliter ituros, q; si decemuiris deponerent insignia magistratus eius, quo anno iam ante abissent. Decemuiris querentes se in ordinem cogi, non ante quã perlatis legibus, quarum causa creati essent, deposituros imperiũ se aiebant. Per M. Duellium qui tribunus plebis fuerat, certior facta plebs, contentionibus assiduis nihil transigi, in Sacrum montem ex Auentino trãsit: affirmante Duellio non prius q; deserui urbem uideant, curam in animos patrum descensuram: admonitum Sacrum montem constantiæ plebis, scituros, quod sine restituta potestate redigi in concordiam res nequeant. Via Nomentana cui tum Ficulensi nomen fuit, profecti, castra in monte Sacro locauere, modestiam patrum suorũ, nihil uiolãdo, imitati. Secuta exercitum plebs, nullo qui perætatem ire posset, retractante: prosequuntur coniuges liberiq;, cuiam se relinquerent in ea urbe, in qua nec pudicitia nec libertas sancta esset: miserabiliter rogitãtes. Cum uasta Romæ omnia inuicta solitudo fecisset, in foro præter paucos seniorum nemo esset: uocatis utiq; in senatum patribus, desertum apparuisset forum: plures iam q; Horatius & Valerius uociferabãtur.

Quid expectabitis Pa. Conscripti: si decemuiris finem pertinaciæ non faciunt, ruere ac deflagrare omnia passuri estis: Quod autem istud imperium est decemuiris, quod amplexi tenetis: tectis ac parietibus iura dicturi estis: non pudet licitorum uestrorum maiorem propè numerum in foro conspici q; togatorum aliorũ: Quid si hostes ad urbem ueniant, facturi estis: quid si plebs mox ubi parum secessione moueamur, armata ueniat: occasu ne urbis uultis finire imperium: atqui aut plebs non est habenda, aut habendi sunt tribuni plebis. Nos citius caruerimus patricijs magistratibus q; illi pleberijs. nouam inexpertamq; eam potestatem eripere patribus nostris, ne nunc dulcedine semel capti ferant desiderium: cum præsertim nec nos temperemus imperijs, quo minus illi auxiliũ egeant. Cum hæc ex omni parte iactarentur, uicti consensu decemuiris futuros se, quãdo ita uideatur, in potestate patrum affirmant. id modo simul orant ac monent, ut ipsis ab inuidia caueatur: nec suo sanguine ad supplicia patrum plebem assuefaciant. Tum Valerius Horatiusq; missi ad plebem conditionibus quibus uideretur reuocandam, componendasq; res, decemuiris quoq; ab ira & impetu multitudinis præcauere iubentur. Profecti gaudio ingenti plebis in castra accipiuntur: quippe liberatores haud dubie

dubie & motus initio, & exitu rei. ob hæc r̄s aduenientibus gratiæ actæ. Icilius pro multitudi-
ne uerba facit. idem cum de cōditionibus ageretur, quærentibus legatis quæ postulata plebis
essent: composito iam ante aduentū legatorum consilio ea postulauit, ut apparet in æquitate
rerum plus q̄ in armis reponi spei. potestati enim tribuniciam prouocationemq̄ repetebant,
quæ ante decemuiros creatos auxilia plebis fuerant. & necui fraudi esset, cōcisse milites, aut ple-
bem ad repetendam per secessionē libertatem. de decemuirorū modo supplicio atrox postu-
latum fuit. dedi quippe eos æquum censebant, uiuosq̄ igni concrematurus minabant. Legati
ad ea. Quæ consilij fuerunt, adeo æqua postulastis, ut ultro uobis deferenda fuerint. liber-
tati enim ea præsidia petitis, non licentiæ ad impugnandū alios. iræ uestræ magis ignoscendum
q̄ indulgendū est: quippe qui crudelitatis odio in crudelitatem ruitis, & prius penè q̄ ipsi liberi
sitis, dominari iam in aduersarios uultis. Numquam ne quiescet ciuitas nostra à supplicijs, aut
patrum in plebem Romanam, aut plebis in patres. Scuto uobis magis q̄ gladio opus est. sa-
tis superq̄ humilis est, qui iure æquo in ciuitate uiuit, nec inferendo iniuriam, nec patiendo. e-
tiam si quando metuendos uos præbituri estis, cū recuperatis magistratibus, legibusq̄ uestris
iudicia penes uos erunt: de capite nostro fortunisq̄ tunc, ut quæq̄ causa erit, statuetis. nunc li-
bertatem repeti satis est. Facerent ut uellent permittentibus cunctis, mox redituros se lega-
ri rebus perfectis affirmant. Profecti cum mandata plebis patribus exposuissent: alij decemui-
ri, quandoquidē præter spem ipsorum supplicij sui nulla mentio fieret, haud quicq̄ abnuere.
Appius truci ingenio, & inuidia præcipua, odiū in se aliorū suo in eos metiens odio: haud igna-
ro, inquit, imminet fortuna. uideo donec arma aduersarijs tradant, differri aduersus nos certa-
men. dandus inuidiæ est sanguis. nihil ne ego quidē moror, quò minus decēuiratu abeam. Fa-
ctum senatusconsultū, ut decemuiros se primo quoq̄ tempore magistratu abdicaret: Q. Furius
pontifex maximus tribunos plebis crearet: & necui fraudi esset secessio militū plebisq̄. His se-
natus consultis perfectis, dimisso senatu decemuiros procedunt in contionē, abdicantq̄ se magi-
stratu ingenti hominū lætitiā. Nuntiantur hæc plebi. legatos quicquid in urbe hominū super-
erat, prosequitur. huic multitudini læta alia turba ex castris occurrit, congratulantur libertatem
concordiamq̄ ciuitati restitutā. Legati pro contione. Quod bonum, faustum felixq̄ sit uobis,
reiq̄ publicæ, redite in patriam ad penates, coniuges liberosq̄ uestros. sed qua hic modestia
fuiſtis, ubi nullius ager in tot usu rerum necessario tantæ multitudini est uiolatus, eam mode-
stiam ferte in urbem. in Auentinū ite, unde profecti estis. ibi felici loco, ubi prima initia inchoa-
stis libertatis uestræ, tribunos plebis creabitis. præstō erit pontifex maximus, qui comitia ha-
beat. Ingens assensus alacritasq̄ cuncta approbantiū fuit. cōuellunt inde signa, profectiq̄ Ro-
mam certant cum obuijs gaudio. armati per urbem silentio in Auentinū perueniūt. ibi extem-
plo pontifice maximo comitia habente tribunos plebis creauerunt, omniū primum A. Virgini-
um, inde L. Iciliū & P. Numitoriū auunculum Virginie, autores secessionis: tum C. Sicini-
um, progeniem eius, quem primum tribunū plebis creatū in Sacro monte, proditū memoriæ
est, & M. Duellium, qui tribunatū insignem ante decemuiros creatos gesserat: nec in decemui-
ralibus certaminibus plebi defuerat. spe deinde magis q̄ meritis electi, M. Titinnius, M. Pom-
ponius, C. Apronius, Ap. Iulius, C. Oppius. Tribunatu inito L. Icilius extemplo plebem roga-
uit: & plebs sciuit, necui fraudi esset secessio ab decemuiris facta. confestim de consulibus crea-
dis cum prouocatione M. Duellius rogationem pertulit. ea omnia in pratis Flaminijs concilio
plebis acta, quem nunc circum Flaminiū appellant. Per interregē deinde consules creati, L. Va-
lerius & M. Horatius, qui extemplo magistratū occeperunt: quorum consulatus popularis si-
ne ulla patrum iniuriā, nec sine offensione fuit. quicquid enim libertati plebis caueretur, id suis
decedere opibus credebant. Omnium primum, cum ueluti in controuerso iure esset, tene-
rentur ne patres plebiscitis: legem centuriatis comitijs tulere, ut quod tributum plebes iussisset,
populum teneret. qua lege tribunicijs rogationibus telum acerrimum datum est. Aliam dein-
de consularem legem de prouocatione, unicum præsidium libertatis, decemuirali potestate euer-
sam non restituant modo, sed etiam in posterū muniunt: sanciendo nouam legem, ne quis ul-
lum magistratum sine prouocatione crearet. qui creasset, cum ius fasq̄ esset occidi: necue ea ca-

des capitalis noxæ haberetur. & cum plebem hinc prouocatione, hinc tribunio auxilio satis firmassent: ipsis quoque tribunis ut sacrosancti uiderentur: cuius rei propè iam memoria abolerat: relatis quibusdam ex magno interuallo cærimonijs, renouarunt: & cum religione inuolatos eos, tum lege etiam fecerunt: sanciendo, ut qui tribunis plebis, ædilibus, iudicibus, decem uiris nocuisset: eius caput Ioui sacrum esset: familia ad ædem Cereris, Liberi Liberæque ueniret. Hac lege iuris interpretes negant quenquam sacrosanctum esse, sed eum, qui eorum cuique nocuerit, sacrum sanciri. itaque ædilem prehendi, ducique à maioribus magistratibus: quod etsi non iure fiat, (noceri enim ei, cui hac lege non liceat) tamen argumentum esse non haberi pro sacrosancto ædilem: tribunos uetere iursiurando plebis, cum primum eam potestatem creauit, sacrosanctos esse. Fuere qui interpretarentur: eadem hac Horatia lege consulibus quoque & prætoribus, quia eisdem auspicijs, quibus consules crearentur: cautum esse. iudicem enim consulem appellari. Quæ refellitur interpretatio: quod his temporibus nondum consulem iudicem, sed prætorem appellari mos fuerit. Hæ consulares leges fuere. Institutum etiam ab eisdem consulibus, ut senatusconsulta in ædem Cereris ad ædiles plebis deferrentur: quæ ante arbitrio consulum supprimebantur uitiabanturque. M. Duellius deinde tribunus plebis plebem rogauit: plebesque sciuit: qui plebem sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine prouocatione creasset: tergo, ac capite puniretur. Hæc omnia ut inuitis, ita non aduersantibus patricijs transacta: quia nondum in quenquam unum sæuebatur. Fundata deinde & potestate tribunicia, & plebis libertate, tum tribuni aggredi singulos tutum maturumque iam rati, accusatorem primum Virginium, & Appium reum deligunt. Cum diem Appio Virginius dixisset: & Appius stipatus patricijs iuuenibus in forum descendisset: redintegrata extemplo est omnibus memoria scædissimæ potestatis, cum ipsum satellitesque eius uidissent. Tum Virginius Oratio, inquit, rebus dubijs inuenta est. itaque neque ego accusando apud uos eum tempus terram, à cuius crudelitate uosmetipsi armis uindicastis: nec istum ad cætera scelera impudèciam in defendendo se adijcere patiar. Omnium igitur tibi Ap. Claudii, quæ impie nefarieque per biennium alia super alia es ausus, gratiam facio. unius tantum criminis nisi te uindices, ab libertate in seruitutem contra leges uindicias non dedisse, in uincula te duci iubeo. Nec in tribunio auxilio Appius, nec in iudicio populi ullam spem habebat: attamen & tribunos appellauit: & nullo morante arreptus à uiatore, prouoco, inquit. Audita uox una uindex libertatis ex emissa ore, quo uindiciæ nuper ab libertate dictæ erant, silentium fecit. Et dum pro se quisque deos tandem esse, & non negligere humana fremunt: & superbiæ crudelitatisque etsi feras, non leues tamen uenire pœnas: prouocare qui prouocationem sustulisset: & implorare præsidium populi, qui omnia iura populi obrisset: rapique in uincula egentem iure libertatis, qui liberum corpus in seruitutem addixisset: ipsius Appij inter cõtionis murmur fidem populi Romani implorantis uox audiebatur. Maiorum merita in rempub. domi militieque commemorabat: suum infelix erga plebem Romanam studium, quod æquandarum legum causa cum maxima offensione patrum consulatu abisset: suas leges, quibus manentibus lator earum in uincula ducatur. cæterum sua propria bona malaque cum causæ dicendæ data facultas sit, tum se experturum. in præsentia se communi iure ciuitatis ciuem Romanum die dicta postulare, ut dicere liceat, ut iudicium populi Ro. experiri. non ita se inuidiam pertinuisset, ut nihil in æquitate & misericordia ciuium suorum spei habeat. quod si indicta causa in uincula ducatur: iterum se tribunos plebis appellare, & monere, ne imitentur quos oderint. quod si tribuni eodem scedere obligatos se faciantur tollendæ appellationis causa, in quam conspirasse decemuiros criminati sint: ait se prouocare ad populum: implorare leges de prouocatione, & consulares, & tribunicias eo ipso anno latus. quem enim prouocaturum, si hoc indemnato indicta causa non liceat: cui plebeio, & humili præsidium in legibus fore, si Ap. Claudio non sit: se documento futurum: utrum nouis legibus dominatio, an libertas firmata sit: & appellatio prouocatioque aduersus iniuriam magistratum ostentata tantum inanibus literis, an uere data sit. Cõtra ea Virginius, unum Ap. Claudium & legum expertem, & ciuilem & humani fœderis esse aiebat. respiceret tribunal homines, castellum omnium scelerum: ubi decemuir ille perpetuus, bonis, tergo, sanguini ciuium infestus,

uirgas

uirgas, securesq; omnibus minitans, deorum hominumq; contemptor, carnificibus nō licitoribus stipatus, iam ab rapinis & cædibus animo ad libidinem uerso, uirginē ingenuam in oculis populi Romani uelut bello captam, à cōplexu patris abreptam ministro cubiculi sui clienti dono dederit: ubi crudeli decreto, nefandisq; uindictis dexteram patris in filiam armauerit: ubi tollentes corpus semianime uirginis, sponsum, auunculumq; in carcerem duci iusserit, stu pro interpellato magis quàm cæde motus. & illi carcerem ædificatum esse, quod domicilium plebis Romanæ uocare sit solitus. Proinde ut ille iterū ac sæpius prouocet, sic se iterum ac sæpius iudicem illi ferre, ni uindictas ab libertate in seruitutē dederit. si ad iudicem nō eat, pro damnato in uincula duci iubere. Ut haud quoquam improbante, sic magno motu animorum, cum tanti uiri supplicio suamet plebi iam nimia libertas uideretur, in carcerem est cōiectus. tribunus ei diem prædixit. Inter hæc ab Latinis & Hernicis legati gratularum de concordia patrum ac plebis Romam uenerūt: donumq; ob eam Ioui optimo maximo coronam auream in Capitolium tulere parui ponderis, prout res haud opulentæ erant, colebanturq; religiones pie magis quàm magnifice. Iisdem autoribus cognitū est, Acquos Volscosq; summa uelut belum apparare. Itaq; partiri prouincias consules iussi. Horatio Sabini, Valerio Aequi euenere. Cum ad ea bella delectum edixissent, fauore plebis nō iuniores modo, sed emeritis etiam stipendijs pars magna uoluntariorum ad nomina danda præsto fuere: eoq; non copia modo, sed genere etiam militum ueteranis admistis firmior exercitus fuit. Priusquam urbem egredere rentur, leges decemuirales, quibus tabulis duodecim est nomē, in æs incisas in publico proposuerunt. Sunt qui iussu tribunorum ædiles functos eo ministerio scribant. C. Claudius, qui perosus decemuirorum scelera, & ante omnis fratris filij superbiam infestus, Regillū antiquam in patriam se contulerat: is magno iam natu cum ad pericula eius deprecanda redisset, cuius uirtia fugerat, sordidatus cum gentilibus, clientibusq; in foro prehensabat singulos: orabatq;, ne claudia genti eam iniustam maculam uellent, ut carcere & uinculis uiderentur digni. uirum honoratissimæ imaginis futurum ad posteros, legumlatorem, conditoremq; Romani iuris iacere uinctum inter fures nocturnos ac latrones. auerterent ab ira parumper ad cognitionem cogitationemq; animos: & potius unum tot Claudijs deprecantibus condonarent, quàm propter unius odium multorum preces aspernarentur. se quoq; id generi ac nomini dare: nec cum eo in gratiam redisse, cuius aduersæ fortunæ uelit succursum. uirtute libertatē recuperatam esse, clementia concordiam ordinum stabiliri posse. Erant quos moueret sua magis pietate, quàm eius pro quo agebat causa. sed Virginus sui potius ut misererentur orabat, filiaq;: nec gentis claudia regnum in plebem fortitæ, sed necessariorum Virginie trium tribunorum preces audirent: qui ad auxilium plebis creati, ipsi plebis fidem atq; auxilium implorarent. Iustiores hæ lachrymæ uidebantur. Itaq; spe incisa, priusquam prædicta dies adesset, Appius sibi mortem consciiuit. Subinde arreptus à P. Numitorio Sp. Oppius inuidia proximus, quod in urbe fuerat, cum iniustæ uindictæ à collega dicerentur. plus tamen facta iniuria Oppio, quàm non prohibita inuidia fecit. testis productus, qui VII & XX enumeratis stipendijs, octies extra ordinem donatus, donaq; ea gerens in conspectu populi, scissa ueste tergum lateratum uirgis ostendit, nihilum deprecans quin, si quam suam noxam reus dicere posset, priuatus in se iterum seuiret. Oppius quoq; ductus in uincula est, & ante iudicij diem finem ibi uitæ fecit. Bona Claudij Oppijq; tribuni publicauerunt. collegæ eorum exilij causa solum uerterunt, bona publicata sunt. & M. Claudius assertor Virginie die dicta damnatus, ipso remittente Virginio ultimam pœnam, dimissus Tybur exulatum abiit: manesque Virginie mortuæ, quàm uiuæ feliciores per tot domos ad petendas pœnas uagati, nullo relicto fonte tandem quieuerunt. Ingens metus incesserat patres, uultusque iam ijdem tribunorum erant, qui decemuirorum fuerant, cum M. Duillius tribunus plebis inhibito salubriter modo nimia potestatis: & libertatis, inquit, nostræ, & pœnarum ex inimicis satis est. itaque hoc anno nec diem dici cuiquam, nec in uincula duci quenquam sum passurus. nam neque uetera peccata repeti iam obliterata placet, cum noua expiata sint decemuirorum supplicijs: & nihil admissum iri, quod uim tribuniciam desyderet, spondet perpetua consulum ambo-

tum in libertate uestra tuenda cura. Ea primum moderatio tribuni metum patribus dempsit, eademque auxit consulum inuidiam: quod adeo toti plebis fuissent, ut patrū salutis libertatisque prior plebeio magistratui quam patricio cura fuisset: & ante inimicos satietas poenarū suarum cepisset, quam obuiam ituros licentiæ corū consules appareret. multique erant, qui mollius consultum dicerent, quod legum ab ijs latarū patres autores fuissent. neque erat dubium, quin turbato reipub. statu temporari succubiissent. Cōsules rebus urbanis cōpositis, fundatoque plebis statu, in prouincias diuersi abiere. Valerius aduersus coniunctos iam in Algido exercitus Aequorum Volcorūque sustinuit cōsilio bellum. quod si extemplo rem fortunæ cōmisset, haud scio an (qui tum animi ab decemuirorū infelicibus auspicijs Romanis hostibusque erant) magno detrimento certamen staturū fuerit. Castris mille passuum ab hoste positis, copias continebat. hostes medium inter bina castra spatium acie instructa complebant: prouocantibusque ad praelium responsum Romanus nemo reddebat. tandem fatigati stando, ac nequicquam expectando certamen Aequi Volsci, postquam concessum propemodum de uictoria credebant: pars in Hernicos, pars in Latinos prædatū abeunt. relinquitur magis castris præsidium, quam satis uirium ad certamen. Quod ubi sensit consul, reddit illatum antea terrorem, instructaque acie ultro hostem lacessit. ubi illi conscientia quid abesset uirium detractauere pugnam, creuit extemplo Romanis animus, & pro uictis habebant pauentes intra uallum. Cum per totum diem stetissent intenti ad certamen, nocti cessere. & Romani quidem pleni spei corpora curabant. haudquaquam pari hostes animo nuntios passim trepidi ad reuocandos prædatores dimittunt. recurrit ex proximis locis, ultiores non inuenti. Vbi illuxit, egreditur castris Romanus, uallum inuasurus, ni copia pugnae fieret. & postquam multa iam dies erat, neque mouebatur quicquam ab hoste, iubet signa inferri consul. motaque acie indignatio Aequos & Volscos incellit: si uictores exercitus uallum potius quam uirtus & arma tegerent. igitur & ipsi efflagitatum ab ducebatur signū pugnae acceperunt. Iamque pars egressa portis erat: deincepsque alij seruabant ordinem, in suum quisque locum descendentes, cum consul Romanus prius quam totis uiribus fulta constaret hostiū acies, intulit signa: adortusque nec omnes dum eductos, nec qui erant, satis explicatis ordinibus, propè fluctuantem turbam trepidantiū huc atque illuc, circumspectantiumque se ac suos, addito turbatis mentibus clamore atque impetu, inuadit. Retulere primo pedem hostes. deinde cum animos collegissent, & undique duces uictis ne cessuri essent, intrepenter restituitur pugna. Consul ex altera parte Romanos meminisse iubebat: illo die primū liberos pro libera urbe Romana pugnare, sibi metipsis uicturos, non ut decemuirorū uictores præmium essent: non Appio duce rem geri, sed consule Valerio à liberatoribus populi Romani orto, liberatore ipso: ostenderent prioribus praelijs per duces, non per milites stetisse ne uincerent: turpe esse, contra ciues plus animi habuisse quam contra hostes, & domi quam foris seruitutem magis timuisse. Vnam Virginiam fuisse, cuius pudicitia in pace periculum esset: unum Appiū ciuem periculosa libidinis: at si fortuna belli inclinaret, omnium liberis ab tot millibus hostium periculum fore. Nolle ominari quæ nec Iupiter, nec Mars pater passuri sint ijs auspicijs condita urbi accidere. Auentini Sacrique montis admonebat, ut ubi libertas parta esset paucis ante mensibus, eò imperium illibatum referrent: ostenderentque, eandem indolem militibus Romanis post exactos decemuiros esse, quæ ante creatos fuerit: nec æquatis legibus imminutam uirtutem populi Romani esse. Hæc ubi inter signa peditum dicta dedit, aduolat deinde ad equites. Agite iuuenes, inquit, præstare uirtute peditem, ut honore atque ordine præstatis. primo concursu pedes mouit hostem, pulsū uos immixtis equis exigite e campo: non sustinebunt imperium, & nunc cunctantur magis quam resistunt. Concitant equos, permittuntque in hostem pedestri iam turbatum pugna: & perruptis ordinibus elati ad nouissimam aciem, pars libero spatio circumuecti, iam fugam undique capeffentes plerisque à castris auertunt, præterequantibusque absterrent. peditū acies & consul ipse, uisque omnis belli fertur in castra: captisque cum ingenti cæde maiore præda potitur. Huius pugnae fama perlata non in urbem modo, sed in Sabinos ad alterū exercitū, in urbe lætitia modo celebrata est: in castris animos militum ad æmulandum decus accedit. Iam Horatius eos excursionibus sufficiens, praelijsque leuibus experiundo

riundo, assuefecerat sibi potius fidere, quàm meminisse ignominiae decemuirorum ductu acceptae, paruaque certamina in summam totius profecerant spei. Nec cessabant Sabini feroces ab re prior anno bene gesta laceffere atque instare, rogantes quid latrocinij modo procurfantes pauci, recurrentesque tererent tempus: & in multa praelia paruaque carperent summam unius belli: quin illi congregarentur acies: inclinandaque semel fortunae rem darent. Ad id quod sua sponte factis collectum animorum erat, indignitate etiam Romani accedebant. iam alterum exercitum uictorem in urbem rediturum, sibi ultro per contumelias hostem insultare. quando autem se, si tum non sint, pares hostibus fore. Vbi haec fremere militem in castris consul sensit: contione aduocata, Quemadmodum, inquit, in Alcido res gesta sit, arbitror uos milites audisse. qualem liberi populi exercitum decuit esse, talis fuit. consilio collegae, uirtute militum uictoria parata est. Quod ad me attinet, id consilij animique habiturus sum, quod uos milites mihi effeceritis. & trahi bellum salubriter, & mature perfici potest. si trahendum est, ego ut in dies spes uirtutisque uestra creseat, eadem qua institui disciplina efficiam. si iam satis animi est decernique placet, agitedum clamorem, qualem in aciem sublaturi estis, tollite hic indicem uoluntatis uirtutisque uestrae. Postquam ingenti alacritate clamor est sublatus: quod bene uertat, gesturum se illis morem, posteroque die in aciem deducturum, affirmat. reliquum diei apparandis armis consumptum est. Postero die simul instrui Romanam aciem Sabini uidere, & ipsi iam uidi certaminis procedunt. Praelium fuit, quale inter fidentes sibi met ambobus exercitus, ueteris perpetuaeque alterum gloriae, alterum nuper noua uictoria elatum. Consilio etiam Sabini uires adiuuere. nam cum aequassent aciem, duo extra ordinem millia, quae in sinistrum cornu Romanorum in ipso certamine impressionem facerent, tenuere. quae ubi illatis ex transuerso signis degrauebant propere circumuentum cornu: equites duarum legionum sexcenti ferè ex equis desiliunt: cedentibusque iam suis prouolant in primum: simulque & hosti se opponunt: & aequato primum periculo, pudore deinde animos peditum accendunt. uerecundiae erat, equitem suo alienoque Marte pugnare: peditem ne ad pedes quidem degresso equiti parem esse. Vadunt igitur in praelium ab sua parte omisium, & locum ex quo resserant, repetunt: momentoque non restituta modo pugna, sed inclinatur etiam Sabinis cornu. eques inter ordines peditum tectus se ad equos recipit: transuolat inde in partem alteram suis uictoriae nuntius: simul & in hostes iam pauidos, quippe fuso suae partis ualidiore cornu, impetum facit. non aliorum eo praelio uirtus magis enituit. Consul prouidere omnia, laudare fortes: increpare, si tibi segnior pugna esset. castigati fortium statim uirorum opera edebant: tantumque hos pudor, quantum alios laudes excitabant. Redintegrato clamore undique omnes connixi hostem auertunt: nec deinde Romana uis sustineri potuit. Sabini fusi passim per agros castra hosti ad praedam relinquunt. ibi non sociorum sicut in Alcido res, sed suas Romanus populationibus agrorum amissas recipit. Gemina uictoria duobus bifariam praelijs parata, maligne senatus in unum diem supplicationes consulum nomine decreuit. populus iniussu & altero die frequens in supplicatum. & haec uaga popularisque supplicatio studiis propere celebratior fuit. Consules ex composito eodem biduo ad urbem accessere, senatumque in Martium campum euocauere. ubi cum de rebus ab se gestis agerent, questi primores patrum, senatum inter milites dedica opera terroris causa haberi. itaque inde consules, ne criminationi locus esset, in prata Flaminia, ubi nunc aedes Apollinis est: (circum iam tum Apollinarem appellabant) auocauere senatum. ubi cum ingenti consensu patrum negaretur triumphus, L. Icilius trib. pl. tulit ad populum de triumpho consulum: multis dissuasum prodeuntibus, maxime C. Claudio uociferante, de patribus non de hostibus consules triumphare uelle: gratiamque pro priuato merito in tribunum, non pro uirtute honorem peti. nunquam ante de triumpho per populum actum, semper aestimationem arbitriumque eius honoris penes senatum fuisse. ne reges quidem maiestatem summi ordinis imminuisse. ne ita omnia tribuni potestatis suae implerent, ut nullum publicum consilium sine rent esse. ita demum liberam ciuitatem fore, ita aequatas leges, si sua quisque iura ordo, suam maiestatem teneat. in eandem sententiam multa & a caeteris lenioribus patrum cum essent dicta, omnes tribus eam rogationem acceperunt. Tum primum sine autoritate senatus populi iussu triumphatum est. Haec uictoria tribunorum plebis que propere in haud salubrem luxuriam uertit, conspiratione

cōspiratione inter tribunos facta, ut ijdem tribuni reficerētur: & quo sua minus cupiditas emi-
neret, consulibus quoq; cōtinuarent magistratū. consensum patrum causabantur, quo per con-
tumeliam cōsulum iura plebis labefactata essent. quid futurū, nondum firmatis legibus si no-
uos tribunos per factiones suas cōsules adorti essent: non enim semper Valerios Horatiosq;
cōs. fore, qui libertati plebis suas opes postferrent. Forte quadam utili ad tempus, ut comi-
tijs præfesset, potissimum M. Duellio forte euenit, uiro prudenti, & ex continuatione magistra-
tus inuidiam imminentem cernenti. qui cum ex ueteribus tribunis negaret ullius se rationem
habiturū: pugnantēq; collegæ ut liberis tribus in suffragiū mitteret: aut cōcederet sortem co-
mitiorum collegis, habituris è lege potius comitia q̄ ex uoluntate patrum: iniecta cōtentione
Duellius cōsules ad subsellia accitos cum interrogasset, quid de comitijs cōsularibus in animo
haberent: respondissentq; se novos cōsules creaturos: autores popularis sententiæ haud po-
pulares nactus, in contionē cum ijs processit. ubi cum consules producti ad populum, interro-
gatiq;, si eos P R memor libertatis per illos receptæ domi, memor militiae rerumq; gestarum
consules iterum faceret: quidnam facturi essent: nihil sententiæ suæ mutassent: collaudatis con-
sulibus, quod perseverarent ad ultimū dissimiles decēuitorū esse, comitia habuit. & quinq; tri-
bunis plebis creatis, cum præ studijs aperte petentium nouem tribunorum aliq; cādidiati tribus
non explerent, cōcilium dimisit: nec deinde comitiorū causā habuit. satisfactū legi aiebat, quæ
numero nusquam præfinito tribunis, modo ut relinquerētur, sanciret: & ab ijs qui creati essent,
cooptari collegas iuberet. recitabatq; rogationis carmen, in quo. Si tribunos plebis decem
rogabo, si qui uos minus hodie decem tribunos plebis fecerint: hi tum utiq; quos sibi collegas
coopta sint, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebei sint, ut illi quos hodie tribunos plebei fe-
ceritis. Duellius cum ad ultimum perseverasset, negādo x v. tribunos plebis rempublicam
habere posse, uicta collegarum cupiditate, pariter patribus plebiq; acceptus magistratu abiit.
Noui tribuni plebis in cooptandis collegis patrum uoluntatem fouerunt: duos etiam patricios
consularesq;, Sp. Tarpeium & A. Æternium cooptauere. Consules creati, Sp. Herminius,
T. Virginius Cælimontanus, nihil magnopere ad patrum aut plebis causam inclinati oriū do-
mi ac foris habuere. L. Trebonius trib. pl. infectus patribus, quod se ab ijs in cooptandis tri-
bunis fraude captum, proditumq; à collegis aiebat: rogationē tulit, ut qui plebem Romanam
tribunos plebis rogaret: is usq; eò rogaret, dum x tribunos plebis faceret. infectandisq; patri-
bus, unde Aspero etiam inditum est cognomen, tribunatū gessit. Inde M. Geganius Macri-
nus & C. Julius cōs. facti, contiones tribunorum aduersus nobilium iuuentutem ortas, sine
infectatione potestatis eius, cōseruata maiestate patrum, sedauere: plebem decreto ad bellum
Volscorum & Aequorum delectu sustinendo, rem ab seditionibus continuere: urbano quoq;
otio foris omnia tranquilla esse affirmantes, per discordias ciuiles externos tollere animos. cur-
ra pacis concordiaē quoq; intestinæ causa fuit. Sed alter semper ordo grauis alterius modestiæ
erat, quiescēti plebi ab iunioribus patrum iniuriæ fieri cceptæ. ubi tribuni auxilio humilioribus
essent, in primis patrum proderat: deinde ne ipsi quidem inuiolati erant. utiq; postremis mensi-
bus cum & per coitiones potentiorum iniuria fieret: & uis potestatis omnis aliquanto poste-
riore atini parte languidior fermè esset: iamq; plebs ita in tribunatu ponere aliquid spei, si si-
miles Icilio tribunos haberet: nomina tantum se biennio habuisse. Seniores contra patrum ut-
timis feroces suos credere iuuenes esse: ita malle si modus excedendus esset, suis quam aducr-
sarijs superesse animos. adeo moderatio tuenda libertatis, dum æquari uelle simulando ita se
quisque extollit, ut deprimat alium, in difficili est: cauendocq; ne metuant homines, metuen-
dos ultro se efficiunt: & iniuriam à nobis repulsam, tanquam aut facere aut pati necesse sit, in-
iungimus alijs. T. Quintius Capitolinus quartum, & Agrippa Furius consules inde facti,
nec seditionem domi, nec foris bellum acceperunt: sed imminebat utrunque. Iam non ultra
discordia ciuium reprimi poterat, & tribunis & plebe incitata in patres, cum dies alicui nobiliz-
um dicta nouis semper certaminibus contiones turbaret. Ad quarum primum strepitum
uelut signo accepto arma cepere Aequi ac Volsci: simul quod persuaserant ijs duces cupi-
di prædarum: biennio ante delectum indictum haberi non potuisse, abnuente iam plebe
imperium

imperium eo aduersus se non esse missos exercitus. dissolui licentia militandi morem, nec pro comuni iam patria Romam esse. quicquid irarum simultatumque cum externis fuerit, in ipsos uerti. occaecatos lupos intestina rabie opprimendi occasionem esse. Coniunctis exercitibus Latinum primum agrum populati sunt: deinde postquam ibi nemo uindex occurrebat, tum uero exultantibus belli autoribus, ad moenia ipsa Romae populabundi regione portae Esquilinae accessere, uastationem agrorum urbi per contumeliam ostentantes. unde postquam inulti praedam praese agentes retro ad Corbionem agmine iere: Quintius cōs. ad contionem populum uocauit. ibi in hanc sententiam locutus accipio. Etsi mihi nullius noxae conscius Quirites sum, tamen cum pudore summo in contionem uestram processi: hoc uos scire, hoc posteris memoriae traditum iri: Aequos & Volscos uix Hernicis modo pares, T. Quintio quartum cōsule ad moenia urbis Romae impune armatos uenisse. hanc ego ignominiam (quanquam iamdiu ita uiuitur, is status rerum est, ut nihil boni diuinet animus) si huic potissimum imminere anno scissem, uel exilio uel morte, si alia fuga honoris non esset, uitaessem. Ergo si arma illa uiros habuissent, quae in portis fuere nostris, capi Roma me consule potuit: satis honorum, satis superque uitae erat: mori consulē tertium oportuit. Quem tandem ignauissimi hostium contempserunt: nos consules: an uos Quirites: si culpa in nobis est, auferte imperium indignis: & si id parum est, insuper poenas expetite. si in uobis, nemo deorum nec hominum sit, qui uestra puniat peccata Quirites, uosmet tantum eorum poeniteat. Non illi uestram ignauiam contempserunt, nec suae uirtuti confisi sunt: quippe toties fusi fugatique, castris exuti, agro mulctati, sub iugum missi, & se & uos nouere. discordia ordinum est uenenum urbis huius, patrum ac plebis certamina. dum nec nobis imperij, nec uobis libertatis est modus: dum tedet uos patriciorum, nos plebeiorum magistratum, sustulere illi animos. Pro deum fide, quid uobis uultis: tribunos plebis concupistis, concordiae causa concessimus. decem uiros desiderastis, creati passi sumus. decem uirorum uos pertesum est, coegimus abire magistratu. manente in eisdem priuatos ira uestra, mori atque exulare nobilissimos uiros honoratissimosque passi sumus. tribunos plebis creare iterum uoluistis, creastis. consules facere uestrarum partium, etsi patribus uidebamus iniquum, patricium quoque magistratum plebi donum fieri uidimus. auxilium tribuniciū, prouocationem ad populum, scita plebis iniuncta patribus, sub titulo aequandarum legum nostra iura oppressa tulimus & ferimus. Qui finis erit discordiarum: ecquando unam urbem habere, ecquando communem hanc esse patriam licebit? Victi nos aequiore animo quiescimus, quam uos uictores. satis ne est, nobis uos metuendos esse? Aduersus nos Auentinum capit, aduersus nos Sacer occupatur mons. Esquilias quidem ab hoste propere captas, & scandentem in aggerem Volscum hostem nemo submouit. in nos uiri, in nos armati estis. Agredum, ubi hic curiam circūfederitis, & forum infestum feceritis, & carcerem impleueritis principibus, hisdem istis ferocibus animis egredimini extra portam Esquilinam. aut si ne hoc quidem audetis, ex muris uisite agros uestros ferro ignique uastatos, praedam abigi, fumare incensa passim tecta. Atenim communis res per haec loco est peiore. ager uritur, urbs obsidetur, belli gloria penes hostes est. Quid tandem priuatae res uestrae quo in statu sunt: iam unicuique ex agris sua damna nuntiabuntur. quid est tandem domi, unde ea expleatis: tribuni uobis amissa reddent ac restituent? uocis uerborumque quantum uoletis, ingerent, & criminum in principes, & legum aliarum super alias & contionum. sed ex illis contionibus nunquam uestrum quisquam re fortunaque domum auctior rediit. Ecquis retulit aliquid ad coniugem & liberos, praeter odia, offensiones, similtates publicas priuatasque: a quibus semper non uestra uirtute innocentiaque, sed auxilio alieno tuti sitis. At Hercules cum stipendia nobis consulibus, non tribunis ducibus, & in castris non in foro faciebatis, & in acie uestrum clamorem hostes non in contione patres Romani horrebant: praeda parta, agro ex hoste capto, pleni fortunarum gloriaeque simul publicae, simul priuatae, triumphantes domum ad penates redibatis: nunc oneratum uestris fortunis hostem abire sinitis. Haerete affixi contionibus, & in foro uiuite: sequitur uos necessitas militandi, quam fugitis. Graue erat in Aequos & Volscos proficisci: ante portas est bellum. si inde non pellitur, iam intra moenia erit, & arcem & Capitolium scandet: & in domos uestras uos persequetur. Biennio ante senatus delectum haberi, & educi exercitum in

Algidum

Algidū iussit. sedēmus desides domi, mulierū ritu inter nos altercantes, præsentī pace læti, nec cernentes ex otio illo breui multiplex bellum rediturum. His ego gratiora dictū alia esse scio, sed me uera pro gratis loqui, & si meum ingenium non moneret, necessitas cogit. uellem equidem uobis placere Quirites, sed multo malo uos saluos esse, qualicunq; erga me animo futuri estis. Natura hoc ita comparatum est, ut qui apud multitudinem sua causa loquitur, gratior eo sit, cuius mens nihil præter publicum cōmodum uidet. nisi forte assentatores publicos, plebicos istos, qui uos nec in armis, nec in otio esse sinunt: uestra uos causa incitare & stimulare putatis. concitati aut honori aut quæstui illis estis. & quia in concordia ordinum nullos se usq; esse uident: malæ rei se q̄ nullius, turbarum ac seditionum duces esse uolunt. Quarum rerum si uos tædium tandem capere potest: & patrum uestrosq; antiquos mores uultis pro his nouis sumere: nulla supplicia recuso, nisi paucis diebus hos populatores agrorum nostrorum fusos fugatosq; castris exuero: & à portis nostris mœnibusq; ad illorum urbes hunc belli terrorem quo nunc uos attoniti estis, transtulero. Raro aliàs tribuni popularis oratio acceptior plebi, q̄ tunc seuerissimi consulis fuit. Iuuentus quoq; quæ inter tales metus detrectationem militiæ, telum acerrimum aduersus patres habere solita erat, bellum & arma spectabat. & agrestium fuga spoliatiq; in agris & uulnerati, scœdiora ijs quæ subiiciebantur oculis nuntiantes, totam urbem ira impleuere. In senatum ubi uetum est, ibi uero in Quintium omnes uersi, ut unum uindictam maiestatis Romanæ intueri: & primores patrum dignam dicere cōtionem imperio consulari, dignam tot consulatibus antea actis, dignam uita omni plena honorum sæpe gestorum, sæpius meritorū. alios consules aut per prodicionem dignitatis patrum plebi aduatos, aut acerbe tuendo iura ordinis asperiores domando multitudinem fecisse: T. Quintium orationem memorem maiestatis patrum concordiaq; ordinum, & temporum in primis habuisse. orare eum collegamq; ut capefferent rempub. orare tribunos, ut uno animo cum consulibus bellum ab urbe ac mœnibus propulsari uellent, plebemq; obediētem in re tam trepida patribus præberent. appellare tribunos cōmūnem patriam, auxiliumq; eorum implorare, uastatis agris, urbe propè oppugnata. Consensu omnium delectus decernitur habeturq;. Cum cōsules in cōtione pronuntiaissent, tempus non esse causas cognoscendi: omnes iuniores postero die prima luce in campo Martio adessent: cognoscendis causis eorum qui nomina non dedissent, bello perfecto se daturus tempus: pro desertore futurum, cuius nō probassent causam: omnis iuuentus affuit postero die. cohortes sibi quæq; centuriones legerunt, bini senatores singulis cohortibus præpositi. Hæc omnia adeo mature perfectæ accepimus, ut signa eo ipso die à quæstoribus ex ætario prompta delataq; in campū, quarta diei hora mota ex campo sint: exercitusq; nouus, paucis cohortibus ueterū militum uoluntate sequētib; manserit ad decimū lapidem. insequens dies hostem in conspectum dedit, castraq; ad Corbionem castris sunt coniuncta. tertio die cum ira Romanos, illos cum toties rebellassent, conscientia culpæ ac desperatio irritaret, mora dimicandi nulla est facta. In exercitu Romano cum duo consules essent potestate pari, quod saluberrimum in administratione magnarū rerum est, summa imperij concedente Agrippa penes collegam erat: & prælatus ille facilitati summitentis se comiter respondebat, cōmunicando consilia laudesq;, & æquando imparem sibi. In acie Quintius dextrum cornu, Agrippa sinistrum tenuit. Sp. Posthumio Albo legato datur media acies tuenda: legatum alterum P. Sulpiciū equitibus præficiunt. Pedites ab dextro cornu egregie pugnaere, haud seigniter resistentibus Volscis. P. Sulpicius per mediam hostiū aciem cum equitatu perrupit. unde cum eadem reuerti posset ad suos, priusquā hostis turbatos ordines resciceret: terga impugmare hostium satius uisum est. momentoq; temporis in auersam incurfando aciem ancipiti terrore dissipasset hostes, ni suo proprio eum prælio equites Volscorum & Aequorum exceptum aliquandiu tenuissent. Ibi uero Sulpicius negare cunctandi tempus esse, circūuentos interclusosq; ab suis uociferans, ni equestre prælium connixi omni ui perficerēt. nec fugare equitem integrum satis esse. conficerent equos uirosq;, nequis reuheretur inde ad præliū, aut integraret pugnam. non posse illos resistere sibi, quibus conferta peditū acies cessisset. Haud surdis auribus dicta. impressione una totum equitatum fudere, magnam uim ex equis præcipitauerunt.

cauere: ipsos, equosq; spiculis cōfodere. Is finis pugnae equestris fuit. Tūc adorti peditū aciem, nuncios ad consules rei gestae mittunt, ubi iam inclinabatur hostiū acies, nuncius deinde & uincensibus Romanis animos auxit, & referentes gradū perculit Aequos. In media primum acie uinci coepti, qua permissus equitatus turbauerat ordines. sinistrū deinde cornu ab Quintio consule pelli coeptū. in dextro plurimū laboris fuit. Ibi Agrippa etate, uiribusq; ferox cū omni parte pugnae melius rem geri, quā apud se uideret, accepta signa ab signiferis ipse inferre, quaedam iacere etiam in confertos hostes coepit. cuius ignominiae metu concitati milites inuasere hostem. ita aequata ex omni parte uictoria est. Nuncius tum à Quintio uenit, uictorem iam se imminere hostiū castris, nolle irumpere antequā sciat debellatum & in sinistro cornu esse. si iam fudisset hostes, conferret ad se signa, ut simul omnis exercitus praeda potiretur. Victor Agrippa cū mutua gratulatione ad uictorē collegam, castraq; hostiū uenit. ibi paucis defendentibus, momentoq; fuis, sine certamine in munitiones irrumpunt, praedaq; ingenti compotem exercitū, suis etiam rebus recuperatis, quae populatione agrorū amissae erant, reducunt. Triumphum nec ipsos postulasse, nec delatum ijs ab senatu, accipio: nec traditur causa spereti, aut nō sperati honoris. ego quantū in tanto interuallo temporū conijcio, cum Valerio, atq; Horatio consulibus, qui praeter Volcos & Aequos Sabini etiam belli perfecti gloriam pepererant, negatus ab senatu triumphus esset, uerecundiae fuit pro parte dimidia rerū consulibus petere triumphum: ne, etiam si impetrassent, magis hominū ratio, quā meritorū habita uideretur. Victoriā honestam ex hostibus partam turpe domi de finibus sociorū iudicium populi deformauit. Aricini atq; Ardeates de ambiguo agro cū saepe bello certassent, multis inuicem cladibus fessi iudicem populū Romanū cepere. Cū ad causam orandam uenissent, concilio populi à magistratibus dato, magna contentione actum. iamq; editis testibus cū tribus uocari, & populum inire suffragiū oporteret, consurgit P. Scaptius de plebe magno natu. Et, si licet, inquit, consules de rep. dicere, errare ego populū in hac causa nō patiar. Cum ut uanū eum negarent consules audiendū esse, uociferantemq; prodi publicam causam, summoueri iussissent, tribunos appellat. Tribuni, ut fere semper reguntur à multitudine magis, quā regunt, dedere cupidā audiendi plebi ut quae uellet, Scaptius diceret. Ibi insit, annū se tertiu & octogesimū agere, & in eo agro, de quo agitur, militasse nō iuuenem, sed uicesima iam stipendia merentem, cum ad Coriolos sit bellatū. eo se rem uetustate obliteratedam, ceterū suae memoriæ infixam afferre. agrū, de quo ambigitur, finium Coriolanorū fuisse, captisq; Coriolis iure belli publicū populi Romani factū. mirari se, quoniam more Ardeates Ariciniq;, cuius agri ius nunq; usurpauerint incolumi Coriolana re, cum se à populo Romano, quem pro domino iudicem fecerint, intercepturos sperent. Sibi exiguū uitae tempus superesse: nō potuisse se tamē inducere in animum, quin quem agrū miles pro parte uirili manu cepisset, eum senex quoq; uoce, qua una posset, uindicaret. magnopere se suadere populo, ne inutili pudore suam ipse causam damnaret. Consules cū Scaptium nō silentio modo, sed cū assensu etiam audiri animaduertissent: deos, hominesq; testantes flagitiū ingens fieri, patrū primores accersunt. cū his circumire tribunos, orare, ne pessimū facinus peiore exemplo admitterent, iudices in suam rem litem uertendo: cū praesertim, etiam si fas sit curam emolumentī sui iudici esse, nequaq; tantū agro intercipiendo acquiratur, quantū amittatur alienandis iniuria sociorū animis. nam fame quidē ac fidei damna maiora esse, quā quae aestimari possent. Hoc legatos referre domū? hoc uulgari? hoc socios audire? hoc hostes? quo cū dolore hos? quo cū gaudio illos? Scaptione hoc cōcionalī feni assignaturos putarent finitimos populos? clarū hac fore imagine Scaptiū nomē: populū Romanum quadruplatoris, & interceptoris litis alienae personam laturū. quem enim hoc priuatae rei iudicem fecisse, ut sibi controuersiosam adiudicaret rem? Scaptium ipsum id quidem, etsi praemortui iam sit pudoris, nō facturū. Haec consules, haec patres uociferantur. sed plus cupiditas, & autor cupiditatis Scaptius ualet. uocatae tribus iudicauerunt agrū publicū populi Rom. esse. nec abnuitur ita fuisse, si ad iudices alios itum foret. nunc haud sanē quicquam bona causa eleuatur dedecus iudici. idq; non Aricinis Ardeatibusq;, quā patribus Romanis, foedius atq; acerbius uisum. Reliquum anni quietum ab urbanis motibus, & ab externis mansit.

h Decadis



HOS secuti M. Genutius & P. Curiatius consules. Fuit annus domi forisq̄
 infestus. nam anni principio & de connubio patrum & plebis C. Canu-
 leius tribunus plebis rogationem promulgauit, qua contaminari sangui-
 nem suum patres, confundiq̄ iura gentium rebantur: & mentio primo sen-
 sim illata à tribunis, ut alterum ex plebe consulem liceret fieri, eò processit
 deinde, ut rogationem nouem tribuni promulgarent, ut populo potestas
 esset, seu de plebe, seu de patribus uellet, consules faciendi. Id uero si fieret,
 nō uulgari modo cum infimis, sed prorsus auferri à primoribus ad plebem summū imperium
 credebant. Latrī ergo audire patres, Ardeatium populū ob iniuriam agri abiudicati descisse, &
 Veientes depopulatos extrema agri Romani, & Volscos Aequosq̄ ob cōunitam Verrugi-
 nem fremere. adeo uel infelix bellum ignominiosæ paci præferebāt. His itaq̄ in maius etiam
 acceptis, ut inter strepitū tot bellorum conticescerent actiones tribuniciæ, delectus haberi, bel-
 lum, armaq̄ uī summa apparari iubent, si quo intentius possit, quàm T. Quintio cōsule, appa-
 ratum sit. Tū C. Canuleius pauca in senatu uociferatus, nequicquam territando consules auer-
 tere plebem à cura nouarū legum: nunquam eos se uiuo delectum habituros, antequàm ea,
 quæ promulgata ab se collegisq̄ essent, plebes sciuisset: confestim ad contionem aduocauit.
 Eodem tempore & consules senatum in tribunū, & tribunus populū in consules incitabat. Ne-
 gabant consules iam ultra ferri posse furiosos tribunicios. uentū iam ad finem esse, domi plus
 belli concitari, quàm foris. id adeo nō plebis quàm patrum, neq̄ tribunorū magis quàm con-
 sulum culpa accidere. cuius rei præmium sit in ciuitate, eam maximis semper auctibus crescere:
 sic pace bonos, sic bello fieri. maximū Romæ præmium seditionum esse: id & singulis uniuersisq̄
 semper honori fuisse. Reminiscerentur quam maiestatem senatus ipsi à patribus accepis-
 sent, quam liberis tradituri essent: & quemadmodum plebs gloriari posset, auctiorem amplio-
 remq̄ esse. finē ergo nō fieri, nec futurū, donec q̄ felices seditiones, tam honorati seditionum
 autores essent. Quas, quantasq̄ res C. Canuleium aggressum: colluuiōe gentium perturba-
 tionem auspiciōrum publicorum priuatorumq̄ afferre, nequid synceri, nequid incontamina-
 ti sit: ut discrimine omni sublato, nec se quisquam, nec suos nouerit. quam enim aliam uim con-
 nubia promiscua habere, nisi ut ferarum propè ritu uulgentur cōcubitus plebis, patrumq̄: ut
 qui natus sit, ignoret cuius sanguinis, quorum sacrorum sit: dimidius patrum sit, dimidius ple-
 bis, ne secum quidem ipse concors. Patrum id uideri, quod omnia diuina humanaq̄ turben-
 tur, iam ad consulatum uulgi turbatores accingi. & primo, ut alter consul ex plebe fieret, id mo-
 do sermonibus tentasse: nunc rogari, ut seu ex patribus, seu ex plebe uelit, populus consules
 creet: & creaturōs haud dubie ex plebe seditiosissimū quencq̄. Canuleios igitur Iciliosq̄ con-
 sules fore. ne id Iupiter optimus maximus sineret, regię maiestatis imperium eò recidere. & se
 milles morituros potius, quàm ut tantum dedecoris admitti patiantur. certum habere: maio-
 res quoq̄, si diuinassent, concedendo omnia non mitiorem in se plebem, sed asperiores, alia
 ex alijs iniquiora postulando, cum prima impetrasset, futuram: primo quamlibet dimicatio-
 nem subituros fuisse potius, quàm eas leges sibi imponi paterentur. quia tum concessum sit de
 tribunis, iterum concessum esse. Finem non fieri posse: in eadem ciuitate tribunos plebis, & pa-
 tres esse. aut hunc ordinem, aut illum magistratum tollendum esse: potiusq̄ serò, quàm nun-
 quam obuiam eundem audaciæ temeritatēq̄. illi ne ut impune primo discordias ferentes, con-
 citent finitima bella: deinde aduersus ea quæ concitauerint, armari ciuitatem defendiq̄ pro-
 hibean: & cum hostes tantum non accerserint, exercitus conscribi aduersus hostes non pa-
 tiantur: sed audeat Canuleius in senatu proloqui, se, nisi suas leges tanquam uictoris patres
 accipi sinant, delectum haberi prohibitorium. quid esse aliud, quàm minari se proditurum pa-
 triam: oppugnari atq̄ capi passurum: quid eam uocem animorum, non plebi Romanæ, sed
 Volscis & Aequis & Veientibus allaturam: nōnne Canuleio duce se speraturos Capitolium
 atq̄ arcem scandere posse, si patribus tribuni cū iure ac maiestate adempta, animos etiam eri-
 puerint: Consules paratos esse duces prius aduersus scelus ciuium, quàm aduersus hostiū ar-
 mia. Cum maxime hæc in senatu agerentur, Canuleius pro legibus suis, & aduersus cōsules ita
dissertuit

differuit. Quantopere uos Quirites contemnerent patres, quàm indignos ducerent, qui una se cum urbe intra eadem mœnia uiueretis, saepe equidem & ante uideor animaduertisse: nunc tamen maxime, quod adeo atroces in has rogationes nostras coorti sunt, quibus quid aliud quàm admonemus ciues nos eorum esse: et si non easdem opes habere, eandem tamen patriam incolere? Altera connubium petimus, quod finitimis, externisque dari solet. nos quidem ciuitatem, quæ plus quàm connubium est, hostibus etiam uictis, dedimus. Altera nihil noui ferimus, sed id, quod populi est, repetimus, atque usurpamus: ut quibus uelit, populus Romanus honores mandet. Quid tandem est, cur cœlû ac terras misceant? cur in me impetus modo penè in senatu sit factus? negent se manibus temperaturos? uiolaturosque denuntient sacrosancram potestatem? Si populo Romano liberû suffragium datur, ut quibus uelit, consulatû mandet: & nō præciditur spes plebeio quoque, si dignus summo honore erit, adipiscendi summi honoris: stare urbs hæc non poterit: de imperio actum est. Et perinde hoc ualet, plebeius ne consul fiat, tanquam seruum, aut libertinum aliquis consulem futurû dicat. Ecquid sentitis in quanto contemptu uiuatis? Lucis uobis huius partem, si liceat, adimant. quod spiratis, quod uocem mittitis, quod formas hominum habetis, indignantur. quinetiam (si dijs placet) nefas aiunt esse consulem plebeium fieri. Obsecro uos, si non ad fastos, non ad cõmentarios pontificum admittimur, ne ea quidem scimus, quæ omnes peregrini etiam sciunt, consules in locû regum successisse: nec aut iuris, aut maiestatis quicquam habere, quod non in regibus ante fuerit: en unquam creditis fando auditum esse: Numam Pompilium non modo non patricium, sed ne ciuem quidem Romanum, ex Sabino agro accitum, populi iussu, patribus autoribus Romæ regnasse? L. deinde Tarquinium non modo Romanæ, sed ne Italicæ quidem gentis, Demarati Corinthij filium, incolam ab Tarquinij, uiuis liberis Anci, regem factum? Seruium Tullium post hunc captiua Corniculana natum, patre nullo, matre serua, ingenio & uirtute regnum tenuisse: quid enim de T. Tatius Sabino dicam? quem ipse Romulus parens urbis in societatem regni accepit? Ergo dum nullum fastiditur genus, in quo eniteret uirtus, creuit imperiû Romanum. pœniteat nunc uos plebei consulis, cum maiores nostri aduenas reges non fastidierint, & ne regibus quidẽ exactis clausa urbs fuerit peregrinæ uirtuti. Claudiam certe gentem post reges exactos ex Sabinis non in ciuitatem modo accepimus, sed etiam in patriciorum numerum. Ex peregrinone patricius, deinde consul fiat: ciuis Romanus si sit ex plebe, præcisa consularis spes erit? Vtrum tandem non credimus fieri posse, ut uir fortis ac strenuus, pace belloque bonus ex plebe, sit Numæ, L. Tarquinio, Seruio Tullio similis? an ne si sit quidẽ, ad gubernacula reip. accedere eum patiemur? potiusque decemuiris teterrimis mortalium, qui tum omnes ex patribus erant, quàm optimis regum nouis hominibus similes consules sumus habituri? At enim nemo post reges exactos de plebe consul fuit. Quid postea? nullane res noua institui debet? & quod nondum est factum, multa enim nondû sunt facta in nouo populo, ea ne si utilia quidem sint, fieri oportet? Pontifices, augures Romulo regnante nulli erant, ab Numa Pompilio creati sunt. census in ciuitate, & descriptio centuriarum, classiumque non erat, ab Seruio Tullio est facta. consules nunquam fuerant, regibus exactis creati sunt. dictatoris nec imperium, nec nomen fuerat, apud patres esse cœpit. tribuni plebis, ædiles, quæstores nulli erant, institutû est ut fierent. decemuiros legibus scribendis intra decem hos annos & creauimus, & è republica sustulimus. Quis dubitat, quin in æternum urbe condita, & in immensum crescente, noua imperia, sacerdotia, iura gentiû, hominumque instituantur? Hoc ipsum, ne connubium patribus cum plebe esset, non decemuirum tulerunt paucis his annis pessimo exemplo publico, cum summa iniuria plebis: an esse ulla maior, aut insignitior contumelia potest, quàm partem ciuitatis uelut contaminatam, indignam connubio haberi? quid est aliud, quàm exilium intra eadem mœnia, quàm relegationem pati? ne affinitatibus, ne propinquitatibus immisceamur? Cauent ne societur sanguis. quid, hoc si polluit nobilitatem istam uestram: quam plerique oriundi ex Albanis & Sabinis, non genere nec sanguine, sed per cooptationem in patres habetis, aut ab regibus lecti, aut post reges exactos iussu populi: synceram seruare priuatis cõsilijs nō poteratis, nec ducendo ex plebe, neque uestras filias sororesque enubere sincendo è patribus?

Nemo plebeius patriciæ uirgini uim afferret: patriciorū ista libido est: nemo inuitum pactio- nem nuptialem quenquam facere coegisset. uerumenimvero lege id prohiberi, & connubium tolli patrum ac plebis, id demum contumeliosum plebi est. cur enim non confertis, ne sit connu- bium diuitibus ac pauperibus? Quod priuatorum consiliorum ubiq; semper fuit, ut in quam cuiq; sceminae conuenisset domum, nuberet: ex qua pactus esset uir domo, in matrimonium duceret: id uos sub legis superbissimæ uincula conſicitis, qua dirimatis societatem ciuilem, duasq; ex una ciuitate faciatis. Cur non sancitis, ne uicinus patricio sit plebeius? ne eodem itinere eat? ne idem conuiuium ineat? ne in foro eodem consistat? quid enim in re est aliud, si plebeiam patricius duxerit? si patriciam plebeius? quid iuris tandem mutatur? nempe pa- trem sequuntur liberi. nec, quod nos ex connubio uestro petamus, quicquam est, præterquam ut hominum, ut ciuium numero simus. nec uos (nisi in contumeliam ignominiamque no- stram certare iuuat) quod contendatis, quicquam est. Denique, utrum tandem populi Ro- mani, an uestrum summum imperium est? regibus exactis utrum uobis dominatio, an om- nibus æqua libertas parta est? Oportet licere populo Romano, si uelit, iubere legem. an ut quæq; rogatio promulgata erit, uos delectum pro pœna decernatis? & simul ego tribunus uocare tribus in suffragium cœpero, tu statim consul sacramento iuniores adiges? & in castra educes? & minaberis plebi, minaberis tribuno? Quid? si non quantum istæ minæ aduersus plebis consensum ualerent, bis iam experti essetis? scilicet quia nobis consultum uolebatis, cer- taminè abstinuistis? an ideo non est dimicatum, quod quæ pars firmior, eadem modestior fuit? Nec nunc erit certamen Quirites. animos uestros illi tentabunt semper, uires non expe- riuntur. Itaque ad bella ista, seu falsa, seu uera sunt, consules parata uobis plebs est, si connu- bijs redditis, unam hanc ciuitatem tandem facitis: si coalescere, si iungi, misceriq; uobis priua- tis necessitudinibus possunt: si spes, si aditus ad honores uiris strenuis & fortibus datur: si in consortio, si in societate reipublicæ esse: si, quod æquæ libertatis est, inuicem annuis magistra- tibus parere, atque imperitare licet. Si hæc impedit aliquis, ferte sermonibus, & multiplicata fama bella. nemo est nomen daturus, nemo arma capturus, nemo dimicaturus pro superbis dominis, cum quibus nec in re publica honorum, nec in priuata connubij societas est. Cum in contionem & consules processissent, & res à perpetuis orationibus in altercationem uertis- set, interroganti tribuno, cur plebeium consulem fieri non oporteret? ut fortasse uere, sic pa- rum utiliter in præsens certamen respondit, quod nemo plebeius auspicia haberet. ideoq; de- cemuiros connubium diremisse, ne incerta prole auspicia turbarentur. Plebes ad id maxime indignatione exarsit, quod auspicari tanquam inuisi dijs immortalibus negarentur posse. Nec ante finis contentionum fuit, cum & tribunum acerrimum autorem plebs nacta esset, & ipsa cum eo pertinacia certaret, quàm uicti tandem patres ut de connubio ferretur concessere: ita maxime rati contentionem de plebeis consulibus tribunos aut totam deposituros, aut post bellum dilatuos esse: contentamq; interim connubio plebem paratam delectui fore. Cum Canuleius uictoria de patribus, & plebis fauore ingens esset, accensi alij tribuni ad certamen, pro rogatione sua summa ui pugnant: & crescente in dies fama belli, delectū impediunt. Con- sules, cum per senatum, intercedentibus tribunis, nihil agi posset, consilia principum domi ha- bebant: apparebat, aut hostibus, aut ciuibus de uictoria concedendum esse. Soli ex consulari- bus Valerius atq; Horatius nō intererant cōsilijs. C. Claudij sententia consules armabat in tri- bunos: Quintiorum, Cincinnatiq; & Capitolini, sententiæ abhorrebant à cæde, uiolandisq; quos scedere iccto cum plebe sacrosanctos accepissent. Per hæc consilia cō deducta res est, ut tribunos militum consulari potestate promiscue ex patribus, ac plebe creati sinerent, de con- sulibus creandis nihil mutaretur. coq; contenti tribuni, contenta plebs fuit. Comitua tribunis consulari potestate tribus creandis indicuntur. quibus indictis, extemplo quicunque aliquid seditiose dixerat, aut fecerat, quàm maxime tribunicij & prehensare homines, & concuriare toto foro candidati cœpere: ut patricos desperatio primo irritata plebe adipiscendi honoris, deinde indignatio, si cum his gerendus esset honos, deterreret. postremo coacti tamen à pri- moribus, petiere, ne cessasse possessione reipublicæ uiderentur. Euentus eorum comitorum docuit

docuit, alios animos in contentione libertatis dignitatisq̄, alios secundum deposita certamina incorrupto iudicio esse. tribunos enim omnes patricios creauit populus, cōtentus eo, quod ratio habita plebeiorum esset. Hanc modestiam, æquitatemq̄, & altitudinem animi ubi nunc in uno inuenieris, quæ tum populi uniuersi fuit? Anno trecentesimo decimo quàm urbs Roma condita erat, primum tribuni militum pro cōsulibus magistratum ineunt, A. Sempronius Atratinus, L. Atilius, T. Cæcilius. quorum in magistratu concordia domi, pacem etiam foris præbuit. Sunt qui propter adiectum Aequorum Volscorumq̄ bello, & Ardeatium defectio ni Vciens bellum, quia duo consules obire tot simul bella nequirent, tribunos militū tres creatos dicant, sine mentione promulgatæ legis de consulibus creandis ex plebe: & imperio, & insignibus consularibus usos. Non tamen pro firmato iam stetit magistratus eius ius, quia tertio mense quàm inierūt, augurum decreto, perinde ac uitio creati honore abire, quod C. Curriatus, qui comitijs eorum præfuerat, parum recte tabernaculum cepisset. Legati ab Ardeatibus Romam uenerūt, ita de iniuria querentes, ut si demeretur ea, in fœdere atq̄ amicitia mansuros restituto agro appareret. Ab senatu responsum est: iudicium populi rescindi ab senatu non posse, præterquàm quod nullo nec exemplo, nec iure fieret, concordia etiam ordinū causa. si Ardeates sua tempora expectare uelint, arbitriumq̄ senatui leuandæ iniuriæ suæ permittant, fore, ut postmodum gaudeant se iræ moderatos: sciantq̄ patribus æque curæ fuisse, ne qua iniuria in eos oriretur, ac ne orta, diuturna esset. Ita legati, cum se rem integram relatueros dixissent, comiter dimissi. Patricij, cum sine curuli magistratu respublica esset, coiere, & interregem creauere. contentio, consules ne, an tribuni militū crearentur, in interregno rem dies complures tenuit. Interrex, ac senatus consulum comitia, tribuni plebis & plebs tribunorum militum ut habeantur, tendunt. Vicerunt patres, quia & plebs patricijs seu hunc, seu illum delatura honorem, frustra certare supersedit: & principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio sui, quàm quibus ut indigni præterirentur. tribuni quoque plebis certamen sine effectu in beneficio apud primores patrum reliquere. T. Quintius Barbatum interrex consules creat L. Papyrium Mugilanum, L. Sempronium Atratinum. His consulibus cum Ardeatibus fœdus renouatum est. Idq̄ monumenti est, consules eos illo anno fuisse, qui neque in annalibus priscis, neque in libris magistratuum inueniuntur. credo, quod tribuni militum initio anni fuerunt, eo, perinde ac si totum annum in imperio fuerint, suffectis his consulibus, prætermissa nomina consulum horum. Licinius Macer autor est & in fœdere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetæ inuentos. Et foris, cum tot terrores à finitimis ostentati essent, & domi otium fuit. Hunc annum, seu tribunos modo, seu tribunis suffectos consules quoque habuit, sequitur annus haud dubijs cōsulibus, M. Geganio Macerino iterum, T. Quintio Capitolino quintum consule. Idem hic annus censuræ initium fuit, rei à parua origine ortæ. quæ deinde tanto incremento auctæ est, ut morum, disciplinæq̄ Romanæ penes eam regimen, senatus equitumq̄ centuriæ, decoris dedecorisq̄ discrimen sub ditione eius magistratus, publicorum ius, priuatorumq̄ locorum, uectigalia populi Romani sub nutu, atque arbitrio essent. ortum autem initium rei est, quod in populo per multos annos incenso neque differri census poterat, neq̄ consulibus, cum tot populorum bella imminerent, operæ erat id negotium agere. Mentio illata ab senatu est, rem operosam, ac minime consularem suo proprio magistratu egeri: cui scribarum ministerium, custodiaq̄ & tabularum cura, cui arbitrium formulæ censendi subijceretur. Et patres quanquam rem paruam, tamen quo plures patricij magistratus in republica essent, læti acceperunt: id quod euenit, futurum credo etiam rati, ut mox opes eorum qui præessent, ipsi honori ius maiestatemq̄ adijcerent. & tribuni (id quod tunc erat) magis necessariam, quàm speciosi ministerij procuracionem intuentes, ne paruis quoque rebus incommode aduersarentur, haud sanè tetendere. Cum à primoribus ciuitatis spretus honor esset: Papyrium, Semproniumq̄, quorum de consulatu dubitabatur, ut eo magistratu parum solidum consulatum explerent, censui agendo populus suffragijs præfecit. Censores ab re appellati sunt. Dum hæc Romæ geruntur, legati ab Ardea ueniunt, pro ueterrima societate, renouatoq̄ fœdere recentū auxilium propè euerse urbi implorantes. frui nanque pacē optimo

h ; consilio

confilio cum populo Romano seruata, per intestina arma non licuit. quorum causa, atque initium traditur ex certamine factionum ortum, quæ fuere, eruntque pluribus populis magis exitio, quam bella externa, quam fames morbiue, quæque alia in deum iras uelut ultima publicorum malorum uertunt. Virginem plebei generis maxime forma notam petiere iuuenes: alter uirgini genere par, tutoribus fretus, qui & ipsi eiusdem corporis erant: nobilis alter, nulla re, præter quam forma captus. adiuuabant eum optimatum studia, per quæ in domum quoque puellæ certamen partium penetrauit. nobilis superior iudicio matris esse, quæ quam splendidissimis nuptiis iungi puellam uolebat. tutores in ea quoque re partium memores, ad suum tendere. Cum res peragi intra parietes nequisset, uentum in ius est. postulatu audito matris tutorumque, magistratus secundum parentis arbitrium dant ius nuptiarum. Sed uis potentior fuit. namque tutores inter suæ partis homines de iniuria decreti palam in foro concionati, manu facta uirginem ex domo matris rapiunt. aduersus quos infestior coorta optimatum acies sequitur accensum iniuria iuuenem. fit prælium atrox. Pulsa plebs nihil Romanæ plebi similis, armata ex urbe profecta colle quodam capto in agros optimatum cum ferro ignique excursionem facit. urbem quoque omnis etiam expertem ante certaminis, multitudinem opificum ad spem prædæ euocata, obsidere parat. nec ulla species, cladesque belli abest, uelut contacta ciuitate rabie duorum iuuenum, funestas nuptias ex occasu patriæ petentium. Parum parti utrique domi armorum bellicæ est uisum. optimates Romanos ad auxilium urbis obfessæ, plebs ad expugnandam secum Ardeam Volscos exciueret. Priores Volsci duce Aequo Cluilio Ardeam uenerunt, & mœnibus hostium uallum obiecere. Quod ubi Romam est nuntiatum, extemplo M. Geganius consul cum exercitu profectus, tria millia passuum ab hoste locum castris cepit, præcipitiis iam die curare corpora milites iubet. quarta deinde uigilia signa profert: coeptumque opus adeo appropinquatum est, ut sole orto Volsci firmiore se munimento ab Romanis circumuallatos, quam à se urbem uiderent. & alia parte consul muro Ardeæ brachium iniunxerat, qua ex oppido sui commeari possent. Volscus imperator: qui ad eam diem non comœtu præparato, sed ex populatione agrorum rapto in diem frumento aluisset militem: postquam septus uallo repente inops omnium rerum erat, ad colloquium consule euocato, si soluendæ obsidionis causa uenerit Romanus, abducturum se inde Volscos ait. Aduersus ea consul, uictis conditiones accipiendas esse, non ferendas, respondit: neque ut uenerint ad oppugnandos socios populi Romani suo arbitrio, ita abituros Volscos esse. dedit imperatorem, arma poni iubet, fatentes uictos se esse, & imperio parere. aliter tam abeuntibus, quam manentibus se hostem infensum, uictoriam potius ex Volscis, quam pacem infidam Romam relaturum. Volsci exiguam spem in armis, alia undique abscisa, cum tentassent: præter cætera aduersa, loco quoque iniquo ad pugnam congressi, iniquiore ad fugam, cum ab omni parte cæderentur: ad preces à certamine uersi, dedito imperatore, traditisque armis sub iugum missi, cum singulis uestimentis ignominie cladisque pleni dimittuntur. & cum haud procul urbe Tusculum confidissent, uetere Tusculanorum odio inermes oppressi dederunt pœnas, uix nuntis cædis relictis. Romanus consul Ardeæ turbatas seditione res, principibus eius motus securi percussis, bonisque eorum in publicum Ardeatium redactis, composuit. Deptamque iniuriam iudicij tanto beneficio populi Romani Ardeates credebant. senatui superesse aliquid ad delendum publicæ auaritiæ monumentum uidebatur. Consul triumphans in urbem redijt, Ciuius Volscorum duce ante currum ducto, prælatisque spolijs, quibus dearmatum exercitum hostium sub iugum miserat. Aequauit, quod haud facile est, Quintius consul rogatus armati gloriam collegæ: qua concordie, pacisque domesticam curam, iura infimis summisque moderando, ita tenuit: ut eum & patres seuerum consulem, & plebs satis comem crediderint: & aduersus tribunos autoritate plura, quam certamine tenuit. quinque consulatus eodem tenore gesti, uitaque omnis consulariter acta, uerendum penè ipsum magis quam honorem faciebant. eo tribunorum militarium nulla mentio his consulibus fuit. Consules creant M. Fabium Vibulanum, Posthumium Ebutium Cornicinem. Fabius & Ebutius consules, quo maiori gloriæ rerum domi forisque gestarum succedere se cernebant: maxime autem me-
morabilem

morabilem annum apud finitimos socios hostesq̄ esse, quod Ardeatibus in re præcipiti tanta foret cura subuentum: eo impensius, ut deleant prorsus ex animis hominum infamiam iudicij, senatusconsultum fecerunt: ut, quoniam ciuitas Ardeatium intestino tumultu redacta ad paucos esset: coloni eò præsidij causa aduersus Volscos scriberentur. Hoc palàm relatum in tabulas, ut plebem tribunosq̄ falleret iudicij rescindendi consilium inutum. consenserant autem ut multo maiore parte Rutulorum colonorum quàm Romanorum scripta, nec ager ullus diuideretur, nisi is qui interceptus iudicio infami erat: nec ulli prius Romano ibi, quàm omnibus Rutulis diuisus esset, gleba ulla agri assignaretur. Sic ager ad Ardeates redijt. Trium uiri ad coloniam Ardeam deducendam creati, Agrippa Menenius, T. Clœlius Siculus, M. Ebutius Helua. Qui præter minime populare ministerium agro assignando socijs, quem populus Romanus suum iudicasset: cum plebem offendissent, ne primoribus quidem patrum satis accepti, quod nihil gratiæ cuiusquam dederant: uexationes, ad populum iam die dicta ab tribunis, coloni ascripti remanendo in colonia, quam testem integritatis iustitiæq̄ habebant, uitauere. Pax domi forisq̄ fuit, & hoc & insequenti anno, C. Furio Pacilio, & M. Papyrio Crasso coss. Ludi ab decemuiris per secessionem plebis à patribus ex senatusconsulto uoti, eo anno facti sunt. Causa seditionum nequicquam à Petilio quæsitæ. qui tribunus plebis iterum ea ipsa denuntiando factus, neq̄ ut de agris diuidendis plebi referrent consules ad senatum, peruincere potuit: & cum magno certamine obtinuisset ut consularentur patres, consulum an tribunorum placeret comitia haberi, consules creati iussi sunt. ludibrioq̄ erant minæ tribuni denuntiantis se delectum impediturum: cum quietis finitimis neq̄ bello, neq̄ belli apparatu opus esset. Sequitur hanc tranquillitatem rerum annus Proculo Geganio Macerino, L. Menenio Lanato coss. multiplici clade ac periculo insignis, seditionibus, fame, regno propè per largitionis dulcedinem in ceruices accepto. Vnum absuit bellum externum: quo si aggrauatæ res essent, uix ope deorum omnium res sisti potuisset. Cœpere à fame mala: seu aduersus annus frugibus fuit: seu dulcedine contionũ & urbis, deserto agrorũ cultu. nam utrunq̄ traditur. & patres plebem desidem, & tribuni plebis nunc fraudem, nunc negligentiam consulum accusabant. Postremo perpulere plebem haud aduersante senatu: ut L. Minucius præfectus annonæ crearetur: felicior in eo magistratu ad custodiam libertatis futurus, quàm ad curationem ministerij sui: quanquam postremo annonæ quoq̄ leuatiæ haud immeritam & gratiam & gloriam tulit. Qui cum multis circa finitimos populos legationibus terra maricq̄ nequicquam missis, nisi quod ex Hetruria haud ita multum frumenti aduectum est: & nullum momentum annonæ fecisset: & reuolutus ad dispensationem inopiæ, profiteri cogendo frumentum, & uendere quod usui menstuo superesset: fraudandoq̄ parte diurni cibi seruitia: criminando inde, & obijciendo iræ populi frumentarios, acerba inquisitione aperiret magis, q̄ leuaret inopiam: multi ex plebe spe amissa, potius quàm ut cruciarentur trahendo animam, capitibus obuolutis se in Tyberim præcipitauerunt. Tum Sp. Melius ex equestri ordine, ut illis temporibus, prædiues: rem utilem pessimo exemplo, peiore consilio est aggressus. frumento namq̄ ex Hetruria priuata pecunia per hospitem clientiumq̄ ministeria coempto, (quæ credo ipsa res ad leuandam publica cura annonam impedimento fuerat) largitiones frumenti facere instituit: plebemq̄ hoc munere delinitam, quacuncq̄ incederet conspectus, elatusq̄ supra modum hominis priuati, secum trahere, haud dubium consulatum fauore ac spe despondentem. Ipse, ut est humanus animus insatiabilis eo quod fortuna spondet: ad altiora & non concessa tendere: & quoniam consulatus quoq̄ eripiendus inuitis patribus esset, de regno agitare. id unum dignum tanto apparatu consiliorum, & certamine, quod ingens exudandum esset, præmium fore. Iam comitia consularia instabant: quæ res eum necdum compositis matrisue satis consilijs, oppressit. Consul sextum creatus T. Quintius Capitolinus, minime opportunus uir nouanti res: collega additur ei Agrippa Menenius, cui Lanato erat cognomen. & L. Minucius præfectus annonæ, seu resectus, seu quoad res posceret, in incertum creatus. nihil enim cõstat: nisi in libros linteos utroq̄ anno relatum inter magistratus præfecti nomen. Hic Minucius eandem reip. curationem agens, quam Melius priuatim agendam susceperat:

cum in utraq; domo genus idem hominum uersaretur: rem compertam ad senatum refert: te-
 la in domum Melij conferri, eumq; contiones domi habere: ac non dubia regni consilia esse:
 tempus agendæ rei nondum stare, cætera iam conuenisse: & tribunos mercede emptos ad pro-
 dendam libertatem: & partita ducibus multitudinis ministeria esse. serius se penè, quàm tu-
 tum fuerit, ne cuius incerti uanicq; autor esset, ea deferre. Quæ postquam sunt audita: & un-
 diq; primores patrum & prioris anni consules increparent: quod eas largitiones, cœtusq; ple-
 bis in priuata domo passi essent fieri: & nouos consules, quod expectassent, donec à præfecto
 annonæ tanta res ad senatum deferretur: quæ consulem non autorem solum desideraret, sed
 etiam uindicem: tum T. Quintius, consules immerito increpari ait: qui constricti legibus de
 prouocatione ad dissoluendum imperium latis, nequaquam tantum uirium in magistratu ad
 eam rem pro atrocitate uindicandam, quantum animi haberent. opus esse non forti solum
 uiro, sed etiam libero, exolutoq; legum uinculis. Itaq; se dictatorem L. Quintium dicturum.
 ibi animum parem tantæ potestati esse. Approbantibus cunctis, primo Quintius abnuere:
 & quid sibi uellent, rogare: qui se ætate exacta tantæ dimicationi obijcerent. Dein cum un-
 diq; plus in illo senili animo non consilij modo, sed etiam uirtutis esse, quàm in omnibus alijs
 dicerent: laudibusq; haud immeritis onerarent: & consul nihil remitteret: precatus tandem
 deos immortales Cincinnatus, ne senectus sua in tam trepidis rebus damno dedecori ue rei
 publicæ esset: dictator à consule dicitur. ipse deinde C. Seruilium Halam magistrum equitum
 dicit. Postero die dispositis præsijs cum in forum descendisset: conuersaq; in eum plebs no-
 uitate rei, ac miraculo esset: & Meliani, atque ipse dux eorum in se intentam uim tanti impe-
 rij cernerent: expertes consiliorum regni, qui tumultus, quod bellum repens aut dictatoriam
 maicstatem, aut Quintium post octogesimum annum rectorem reipublicæ quæsisset: rogi-
 tarent: missus ab dictatore Seruilius magister equitum ad Melium, uocat te, inquit, dictator.
 Cum pavidus ille quid uellet, quæreret: Seruiliusq; causam dicendam esse proponeret: cri-
 menq; à Minucio delatum ad senatum diluendum: tunc Melius recipere se in cateruam suo-
 rum: & primum circumspectans tergiuersari, postremo cum apparitor iussu magistri equitum
 eum duceret: ereptus à circumstantibus, fugiensq;, fidem plebis Romanæ implorare: & op-
 primi se consensu patrum dicere, quod plebi benigne fecisset: orare, ut opem sibi ultimo in di-
 scrimine ferrent: neue ante oculos suos trucidari sinerent. Hæc eum uociferantem assecutus
 Hala Seruilius obruncat: respersusq; cruore obruncati, stipatus caterua patriciorum iue-
 num dictatori renuntiat: uocatum ad eum Melium repulso apparitore concitantem multitudi-
 nem, pœnam meritam habere. Tum dictator, maecte uirtute, inquit, C. Seruili esto, liberata
 republica. Tumultuantem deinde multitudinem incerta existimatione facti, ad contionem
 uocari iussit: & Melium iure cæsum pronuntiauit: etiam si regni crimine insons fuerit: qui uo-
 catus à magistro equitum ad dictatorem non uenisset. se ad causam cognoscendam confedis-
 se: qua cognita, habiturum fuisse Melium similem causæ fortunam. uim paratam ne iudicio se
 committeret, ui coercitum esse. nec cum eo tanquam cum ciue agendum fuisse: qui natus in li-
 bero populo inter iura, legesq;, ex qua urbe reges exactos sciret: eodemq; anno sororis filios
 regis, & liberos consulis liberatoris patriæ, propter pactiorem indicatam recipendorum in ur-
 bem regum, à patre securi esse percussos: ex qua Collatinum Tarquinium consulem nominis
 odio abdicare se magistratu, atq; exulare iussum: in qua de Sp. Cassio post aliquot annos pro-
 pter consilia inita de regno supplicium sumptum: in qua nuper decemuiros bonis, exilio, ca-
 pite mulctatos ob superbiam regiam: in ea Sp. Melius spem regni conceperit, & quis homo:
 quanquam nullam nobilitatem, nullos honores, nulla merita cuiquam ad dominationem
 pandere uiam. sed tamen Claudios, Cassios consulatibus, decemuiratibus suis, maiorumq; ho-
 noribus, splendore familiarum sustulisse animos, quò nefas fuerit, Sp. Melium, cui tribunatus
 plebis magis optandus, quàm sperandus fuerit: frumentarium diuitem bilibre farris sperasse
 libertatem se ciuium suorum emisse: ciboq; obijciendo ratum uictorem finitimorum omnium
 populum in seruitutem perlici posse: ut quem senatorem concoquere ciuitas uix posset, regem
 ferret, Romuli conditoris ab dijs orti, recepti ad deos, insignia atq; imperium habentē. nò pro
 scelere

scelere id magis, quàm pro monstro habendum. Nec satis esse sanguine eius expiatum: nisi tetra parietesq̄, intra quæ tantum amentia conceptum esset, dissiparentur: bonaque contacta pretijs regni mercandi, publicarentur. Iubere itaq̄ quæsttores uendere ea bona, atq̄ in publicum redigere. Domum deinde, ut monumento area esset oppressæ nefariæ spei: dirui exemplo iussit. id Aequimeliũ appellatum est. L. Minucius boue aurato extra portam trigeminam est donatus, ne plebe quidem inuita, quia frumentum melianum assibus in modios æstimatum plebi diuisit. Hunc Minucium apud quosdam autores transisse à patribus ad plebem, unicumq̄ tribunum plebis cooptatum, seditionem motam ex meliana cæde sedasse, inuenio. cæterum uix credibile est, numerum tribunorum patres augeri passos: idq̄ potissimũ exemplum à patricio homine introductum: nec deinde id plebem concessum semel obtinuisse, aut certe tentasse. sed ante omnia refellit falsum imaginis titulum, paucis ante annis lege cautum, ne tribunis collegam cooptare liceret. Q. Cæcilius, Q. Iunius, Sex. Titinnius, soli ex collegio tribunorum neque tulerant de honoribus Minucij legem: & criminari nunc Minucium nunc Seruilium apud plebem, queriq̄ indignam necem Melij non destiterant. peruicerunt igitur, ut tribunorum militum potius, quàm consulum comitia haberentur: haud dubij, quin sex locis (tot enim iam creari licebat) & plebeij aliqui profitendo se ultores fore melianæ cædis, crearentur. Plebs quanquam agitata multis eo anno & uarijs motibus erat, nec plures quàm tres tribunos consulari potestate creauit, & in ijs L. Quintium Cincinnati filium: ex cuius dictaturæ inuidia tumultus quærebatur. prælatus suffragijs Quintio Mamercus Aemylus, uir summæ dignitatis. L. Iulium tertium creant. in horum magistratu Fidenæ colonia Romana ad Lattem Tolumnium Veientium regem ac Veientes defecere. maius additum defectiõni scelus. C. Fulcinium, C. Iulium Tullum, Sp. Nautium, L. Roscium legatos Romanos, causam noui consilij quærentes, iussu Tolumnij interfecerunt. Leuant quidam regis facinus. in tessera rum prospero iactu uocem eius ambiguã, ut occidi iussisse uideretur, à Fidenatibus exceptam, causam mortis legatis fuisse. rem incredibilem: interuentu Fidenatium nouorum sociorũ consulentium de cæde ruptura ius gentium, non auersum ab intentione lusus animum: nec deinde in horrorem uersum facinus. propius est fidem: obstringi Fidenatium populum, ne respicere spem ullam ab Romanis possit conscientia tanti sceleris: uoluisse. Legatorum, qui Fidenis cæsi erant, statuæ publice in rostris positæ sunt. Cum Veientibus Fidenatibusq̄, præterquam finitimis populis ab causa etiam tam nefanda bellum exorsis, atrox dimicatio instabat. Itaq̄ ad curam summæ rerum quieta plebe, tribunisq̄ eius, nihil controuersæ fuit quin consules crearentur M. Geganius Macerinus tertium, & L. Sergius Fidenas: à bello credo, quod deinde gessit, appellatus. hic enim primus cis Anienem cum rege Veientium secundo prælio conflixit: nec incruentam uictoriam retulit. Maior itaq̄ ex ciuibus amissis dolor, quàm læticia fuffis hostibus, fuit. & senatus, ut in trepidis rebus, dictatorem dici Mamercum Aemylum iussit: is magistrum equitum ex collegio prioris anni, quo simul tribuni militum consulari potestate fuerant, L. Quintium Cincinnatum dignum parente iuuenem dixit. Ad delectum à consilibus habitum centuriones ueteres belli periti adiecti: & numerus amissorum proxima pugna expletus. Legatos, Quintium Capitolinum, & M. Fabium Vibulanum sequi se dictator iussit. Cum potestas maior, tum uir quoque potestati par hostes ex agro Romano trans Anienem submouere: collesque inter Fidenas, atque Anienem ceperunt, referentes castra: nec ante in campos digressi sunt, quàm legiones auxilio Faliscorum uenerunt. tum demum castra Hetruscorum pro mœnibus Fidenarum posita. Et dictator Romanus haud procul inde ad confluentes confedit in utriusq̄ ripis amnis, qua sequi munimento poterat, uallo interposito. postero die in aciem eduxit. Inter hostes uariæ fure sententiæ. Faliscus procul ab domo militiam ægre patiens, satisq̄ fidens sibi, postulare pugnam: Veienti Fidenatq̄ plus spei in trahendo bello esse. Tolumnius quanquam suorum magis placebant consilia: ne longinquam militiam non paterentur Falisci, postero die se pugnaturum edicit. Dictatori ac Romanis, quod detrectasset pugnam hostis, animi accessere. posteroq̄ die iam militibus castra urbemq̄ se oppugnaturus frementibus, ni copia pugnae fiat, utrinque acies inter bina castra in medium campi

campi procedunt. Veiens multitudine abundans, qui inter dimicationem castra Romana aggrederentur, post montes circummisit. Trium populorum exercitus ita stetit instructus: ut dextrum cornu Veientes, sinistram Falisci tenerent: medijs Fidenates essent. Dictator dextro cornu aduersus Faliscos, sinistro contra Veientem Capitolinus Quintius intulit signa: ante mediam aciem cum equitatu magister equitum processit. Parumper silentium & quies fuit: nec Hetruscis, nisi cogerentur, pugnam iniuris: & dictatore arcem Romanam respectante, ut ab auguribus simul aues rite admisissent, excomposito tolleretur signum. quod ubi conspexit: primos equites clamore sublato in hostem emisit. secuta peditum acies ingenti uis conflixit. nulla parte legiones Hetruscæ sustinere impetum Romanorum. equis maxime resistebat. equitumque longe fortissimus ipse rex ab omni parte effuse sequentibus obequitans Romanis, trahebat certamen. Erat tum inter equites tribunus militum A. Cornelius Cossus eximia pulchritudine corporis, animo ac uiribus par, memorque generis: quod amplissimum acceptum, maius auctiusque reliquit posteris. Is cum ad impetum Tolumnij quacunq; se intendisset, trepidantes Romanas uideret turmas, insignemque eum regio habitu uolitantem tota acie cognouisset: hinc est, inquit, ruptor foederis humani, uiolatorque gentium iuris: iam ego hanc matrem uictimam (si modo sancti quicquam in terris esse dii uolunt) legatorum manibus dabo. calcaribus subditis infesta cuspide in unum fertur hostem. quem cum ictum equo deiecisset, confestim & ipse hasta innixus se in pedes excipit. assurgentem ibi regem umbone resupinat, repetitumque saepius cuspide ad terram affixit. tum exangui detracta spolia, caputque abscisum uictor spiculo gerens, terrore caesi regis hostes fundit. Ita equitum quoque fusa acies, quae una fecerat anceps certamen. Dictator fugatis legionibus instat: & ad castra compulsos caedit. Fidenatum plurimi locorum notitia effugere in montes. Cossus Tyberim cum equitatu transuectus, ex agro Veientano ingentem detulit praedam ad urbem. Inter praelium & ad castra Romana pugnatum est aduersus partem copiarum ab Tolumnio, ut ante dictum est, ad castra missam. Fabius Vibulanus corona primum uallum defendit: intentos deinde hostes in uallum, egressus dextra principali cum triarijs repente inuadit. quo pauore iniecto, caedes minor, quia pauciores erant: fuga non minus trepida, quam in acie fuit. Omnibus locis re bene gesta, dictator senatusconsulto, iussuque populi triumphans in urbem redijt. Longe maximum triumphi spectaculum fuit Cossus spolia opima regis interfecti gerens. in eum milites carmina incondita aequantes cum Romulo, canere. Spolia in aede Iouis Feretrii prope Romuli spolia, quae prima opima appellata sola ea tempestate erant: cum solenni dedicatione dono fixit. auerteratque in se a curru dictatoris ciuium ora, & celebritatis eius dici fructum prope solus tulerat. Dictator coronam auream librae pondus ex publica pecunia populi iussu in Capitolio Ioui donam posuit. Omne ante me autores secutus, A. Cornelium Cossum tribunum militum secunda spolia opima Iouis Feretrii templo intulisse exposui. caeterum, praeterquam quod ea rite opima spolia habentur, quae dux duci detraxerit: nec ducem nouimus, nisi cuius auspicio bellum geritur: titulus ipse spolijs inscriptus illos, meque arguit: consulem ea Cossum cepisse. Hoc ego cum Augustum Caesarem templorum omnium conditorem aut restitutorem, ingressum aedem Feretrii Iouis, quam uetustate dilapsam refecit, seipsum in thoro linteo scriptum legisse audissem: prope sacrilegium ratus sum, Cossum spolijs suorum, Caesaremque ipsius templi autorem subtrahere testem. qui si ea in re sit error: quod tam ueteres annales quodque magistratum libri, quos linteos in aede repositos Monetae Macer Licinius citat identidem autores: septimo post demum anno cum T. Quintio Peno A. Cornelium Cossum consulem habeant: existimatio communis omnibus est. nam etiam illud accedit: ne tam clara pugna in eum annum transferri posset: quod imbelle triennium ferme pestilentia, inopiaque frugum circa A. Cornelium consulem fuit: adeo, ut quidam annales uelut funesti, nihil praeter nomina consulum suggerant. tertius ab consulatu Cossi annus tribunum cum militum consulatu potestate habet: eodem anno magistrum equitum: quo in imperio alteram insignem edidit pugnam equestrē. ea libera coniectura est. sed (ut ego arbitror) uana uersare in omnes opiniones licet: cum autor pugnae recentibus spolijs in sacra sede positus, Iouem prope ipsum, cui uota erant

erant, Romulumq; intuens, haud spernendos falsi tituli testes, sese A. Cornelium Gossium con-
sulē scripserit. M. Cornelio Maluginense, L. Papyrio Crasso consulibus, exercitus in agrum
Veientem, ac Faliscum ducti: praedae abactae hominum, pecorumq;, hostis in agris nusquam
inuentus, neq; pugnandi copia facta. urbes tamen nō oppugnatae: quia pestilentia populum
inuasit. Et seditiones domi quæsita sunt, nec motę tamen, ab Sp. Melio trib. plebis. qui fauore
nominis moturum se aliquid ratus, & Minucio diem dixerat: & rogationem de publicandis
bonis Seruilij Halae tulerat: falsis criminibus à Minucio circumuentum Melium arguens. Ser-
uilio credem ciuis indemnati obijciens. quae uaniora ad populum ipso autore fuere. Cæterum
magis uis morbi ingrauescens curae erat, terroresq; ac prodigia, maxime quod crebris moti-
bus terre ruere in agris nuntiabantur tecta. Obsecratio itaq; à populo duumuiris praecenti-
bus est facta. Pestilentior inde annus C. Iulio iterum, & L. Virginio consulibus, tantum me-
tum uastitatis in urbe agrisque fecit: ut non modo praedandi causa quisquam ex agro Romano
non exiret: bellū ue inferendi memoria patribus aut plebi esset: sed ultro Fidenates, qui se pri-
mo aut oppido, aut montibus, aut muris tenuerant: populabundi descenderent in agrum Ro-
manum. deinde Veientium exercitu accito (nam Falisci perpelli ad instaurandum bellum, neq;
clade Romanorū, neq; sociorum precibus potuere) duo populi transire Anienem: atq; haud
procul Collina porta signa habuere. Trepidatum itaq; non in agris magis quam in urbe est.
Iulius consul in aggere murisque explicat copias. à Virginio senatus in aede Quirini consulitur.
dictatorē dici A. Seruiliū placet, cuiq; Prisco alij, alij Structo fuisse cognomen tradunt. Virgi-
nius dum collegam consuleret moratus, permittente eo nocte dictatorem dixit. is sibi magi-
strum equitum Posthumium Ebutium Heluam dicit. Dictator omnes luce prima extra por-
tam Collinam adesse iubet. quibuscunq; uires suppetebant ad arma ferenda, praesto fuerunt: si-
gna ex aetario prompta feruntur ad dictatorem. Quae cum agerentur, hostes in loca altiora
concessere. eò dictator agmine infesto subit: nec procul Nomento signis collatis fudit hetru-
scas legiones: compulit inde in urbem Fidenas, ualloq; circumdedit. sed neq; scalis capi pote-
rat urbs alta, & munita: neq; in obsidione uis ulla erat: quia frumentum non necessitati modo
satis, sed copiae quoq; abunde ex ante cōuecto sufficebat. Ita expugnandi pariter, cogendiq;
ad deditionem spe amissa, dictator in locis propter propinquitatem notis ab auersa parte ur-
bis maxime neglecta, quia suapte natura tutissima erat: agere in arcem cuniculū instituit. ipse
diuersissimis locis subeundo ad moenia quadrifariam diuiso exercitu, qui alij alijs succederent
ad pugnam: continenti die ac nocte praelio ab sensu operis hostes auertebat: donec perfossio
à castris monte erecta in arcem uia est. intentisque Hetruscis ad uanas à certo periculo minas,
clamor supra caput hostilis captam urbem ostendit. Eo anno C. Furius Pacilius, & M. Gega-
nius Macerinus censors uillam publicam in campo Martio probauerunt: ibiq; primum cen-
sus populi est actus. Eosdem consules insequenti anno relectos, Iulium tertium, Virginium ite-
rum, apud Macrum Liciniū inuenio. Valerius Antias, & Q. Tubero M. Manliū, & Q. Sulpi-
cium consules in eum annū edunt. cæterum in tam discrepanti editione & Tubero & Macer li-
bros linteos autores profitentur: neuter tribunos militum eo anno fuisse, traditū à scriptoribus
antiquis dissimulat. Licinio libros haud dubie sequi linteos placet: & Tubero incertus ueri est.
sed inter cætera uetustate incomperta hoc quoq; in incerto positū. Trepidatū in Hetruria est
post Fidenas captas, nō Veientibus solū exterritis metu similis excidij, sed etiā Faliscis, memo-
ria iniri primo cū ijs belli: quanquā rebellantibus nō affuerant. Igitur cum duę ciuitates legatis
circa XII populos missis impetrassent, ut ad Voltumnæ fanum indiceretur omni Hetruria
cōcilium: uelut magno inde tumultu imminente, senatus Mamercū Aemiliū dictatorem iterum
dici iussit. Ab eo A. Posthumius Tubertus magister equitum est dictus. bellumq; tanto maio-
re, quam proximo conatu apparatus est: quanto plus erat ab omni Hetruria periculi, quam ab
duobus populis fuerat. Ea res aliquāto expectatione omnium tranquillior fuit. Itaq; cum renun-
tatum à mercatoribus esset: negata Veientibus auxilia, iussosq; suo consilio bellum initū, suis
uiribus exequi: nec aduersarū rerum quaerere socios, cum quibus spem integrā cōmunicati non
sint: tum dictator, ne nequicquā creatus esset: materia quaerēda bello gloriae adempta, in pace
aliquid

aliquid operis edere, quod monumentum esset dictaturæ, cupiens, censurâ minuere parat: seu nimiam potestatem ratus: seu non tam magnitudine honoris, quàm diuturnitate offensus. Contione itaque aduocata, rem publicam foris gerendam ait, tutamque omnia præstanda, deos immortales suscepisse, se, quod intra muros agendum esset, libertati populi Romani consulturum. maximam autem eius custodiam esse: si magna imperia diuturna non essent: & temporis modus imponeretur, quibus iuris imponi non posset. Alios magistratus annuos esse: quinquennialē censuram grauem esse: ipsidem per tot annos magna parte uitæ obnoxios uiuere. se legem laturum, ne plus quàm annua ac semestris censura esset. Cōsensu ingenti populi legem postero die pertulit. Et ut re ipsa, inquit, sciatis Quirites, quàm mihi diuturna non placeant imperia: dictaturam abdicō. Deposito suo magistratu, modo aliorum magistratui imposito siue alteri, congratulatione ac fauore ingenti populi domum est reductus. Censores egre passi, Mamercum, quod magistratum populi Romani minuisset, tribu mouerunt octuplicatoque censu ærariū fecerunt. Quam rem ipsum ingenti animo tulisse ferunt: causam potius ignominie intuentem, quàm ignominiam. primores patrum, quanquam diminutum censuræ ius uoluissent, exemplo acerbitatis censoriæ offensos. quippe cum se quisque diutius ac sæpius subiectum censoribus fore cerneret, quàm censuram gesturum. Populi certe tanta indignatio coorta dicitur, ut uis à censoribus nullius autoritate, præterquam ipsius Mamerci, deterreri quierit. Tribuni plebis assiduus contionibus prohibendo consularia comitia, cum res propè ad interregnum perducta esset: euicere tandem, ut tribuni militum consulari potestate crearentur. uictoriæ præmium, quod petebatur, ut plebeius crearetur, nullum fuit. omnes patricij creati sunt, M. Fabius Vibulanus, M. Folius, L. Sergius Fidenas. Pestilentia eo anno aliarum rerum ocium præbuit. ædes Apollini pro ualitudine populi uota est. multa duumiri ex libris placandæ deum iræ, auertendæque à populo pestis causa, fecere. magna tamen clades in urbe agrisque promiscue hominum pecorumque pernicie accepta. famem cultoribus agrorum timentes, in Hetruriam, poptinumque agrum, & Cumas, postremo in Siciliam quoque frumeti causa misere. Consularium comitorum nulla mentio habita est. Tribuni militum consulari potestate omnes patricij creati sunt, L. Pinarius Mamercus, L. Furius Medullinus, Sp. Posthumius Albus. Eo anno uis morbi leuata, neque à penuria frumenti, quia ante prouisum erat, periculum fuit. Consilia ad mouenda bella in Volscorum Aequorumque concilijs, & in Hetruria ad sanum Voltumnæ agitata. Ibi prolata in annum res: decretoque cautum, ne quod ante concilium fieret: nequicquam uicente populo querente eandem, qua Fidenæ deletæ sint, imminere Veijs fortunam. Interim Romæ principes plebis iam diu nequicquam imminentes spei maioris honoris, dum foris ocium esset, cœtus indicere in domos tribunorum plebis. ibi secreta consilia agitare. Queri se à plebe adeo spreto: ut, cum per tot annos tribuni militum consulari potestate creentur: nulli unquam plebeio ad eum honorem aditus fuerit: multum prouidisse suos maiores, qui cauerint, necui patricio plebeij magistratus paterent: aut patricos habendos fuisse tribunos plebis. adeo se suis etiam sordere, nec à plebe minus, quàm à patribus contemni. Alij purgare plebem: culpam in patres uertere. eorum ambitione artibusque fieri, ut obseptum plebi sit ad honorem iter. si plebi respirare ab eorum mistis precibus minisque liceat, memorem eam suorum inuicturam suffragia esse: & parto auxilio imperium quoque ascituram. Placet tollendæ ambitionis causa tribunos legem promulgare, ne cui album uestimentum addere petitionis causa liceret. Parua nunc res, & uix serio agenda uideri possit: quæ tunc ingenti certamine patres ac plebem accendit. Vicere tamen tribuni: ut legem perferrent: apparebatque irritatis animis plebem ad suos studia inclinaturam. quæ ne libera essent, senatus consultum factum est, ut consularia comitia haberentur. Tumultus causa fuit: quem ab Aequis & Volscis, Latini atque Hernici nuntiarant. T. Quintius Lucij filius, Cincinnatus, (eidem & Pœno cognomen additur) & Cn. Julius Mento consules facti. nec ultra terror belli est dilatus. Lege sacrata, quæ maxima apud eos uis cogendæ militiæ erat: delectu habito, utrinque ualidi exercitus profecti in Algidum conuenere. ibique seorsum Aequi, seorsum Volsci castra comuniuere: intentiorque, quam unquam ante, munendi, exercendi que militem cura ducibus erat. eo plus nuntij terroris Romam attulere. Senatui dictatorem

dictatorem dici placuit: quia etsi sæpe uicti populi, maiore tamẽ conatu, quàm aliàs unquam rebellarent: & aliquantum Romanæ iuuentutis morbo absumptum erat. ante omnia prauitas consulum, discordiãq; inter ipsos, & certamina in consilijs omnibus, terrebant. Sunt qui male pugnatum ab his consulibus in Algido authores sint: eamq; causam dictatoris creandi fuisse. Illud satis constat: ad alia discordes, in uno aduersus patrum uoluntatem consensisse: ne dicerent dictatorem. donec, cum alia alijs terribiora afferrentur: nec in autoritate senatus consules essent: Q. Seruilius Priscus summis honoribus egregie usus, Vos, inquit, tribuni plebis, quoniam ad extrema uentum est, senatus appellat: ut in tanto discrimine reipublicæ dictatorem dicere consules pro potestate uestra cogatis. Qua uoce audita, occasionem oblatã rati tribuni augendę potestatis, secedunt: proq; collegio pronuntiant: placere consules senatui dicto audientes esse: si aduersus cõsensum amplissimi ordinis ultra tendãt, in uincula se duci eos iussuros. Consules ab tribunis, quàm ab senatu uinci maluerunt: proditum à patribus summi imperij ius, datumq; sub iugum tribunicie potestati consulatum memorantes: siquidem cogi aliquid pro potestate ab tribuno consules, & (quo quid ulterius priuato timendum foret?) in uincula etiam duci possent. Sors, ut dictatorem diceret (nam ne id quidem inter collegas cõuenerat) T. Quintio euenit. is A. Posthumium Tubertum, socerũ suum, seuerissimi imperij uirum, dictatorem dixit. ab eo L. Iulius magister equitum est dictus. simul edicitur & iustitium: neq; aliud tota urbe agi, quàm bellum apparari. cognitio uacantiũ militiæ munere post bellum differtur. ita dubij quoq; inclinant ad nomina dãda. & Hernicis, Latinisq; milites imperati. utrinque enixe obeditum dictatori est. Hęc omnia celeritate ingenti acta. relictoq; Cn. Iulio consule ad presidium urbis, & L. Iulio magistro equitum ad subita belli ministeria, nequa res, qua eguissent in castris, moraretur: dictator præeũte A. Cornelio põtifice maximo ludos magnos tumultus causa uouit: profectusq; ab urbe diuiso cum Quintio cõsule exercitu, ad hostes peruenit. Sicut bina castra hostium paruo inter se spatio distãtia uiderant: ipsi quoq; mille ferme passus ab hoste, dictator Thuscule, consul Lanuuius propiorẽ locum castris ceperunt. Ita quatuor exercitus totidẽ munimẽta, planiciem in medio non paruis modo excursionibus ad prælia, sed uel ad explicandas utrinq; acies satis patentem habebant. nec ex quo castris castra collata sunt, cessatum à leuibus prælijs est: facile patiente dictatore, conferẽdo uires spem uniuerse uictoriæ, tentato paulatim euentu certaminum, suos præcipere. Itaq; hostes nulla in prælio iusto relicta spe, noctu adorti castra consulis rem in casum ancipitis euentus committunt. Clamor subito ortus non cõsulis modo uigiles, exercitum deinde omnem, sed dictatorem quoq; ex somno exciuit. Vbi præsentis opẽ res egebant; cõsul nec animo deficit, nec cõsilio. pars militum portarum stationes firman: pars corona uallum cingunt. In alteris apud dictatorem castris quo minus tumultus est, eo plus animaduertitur quid opus factõ sit. missum extẽplo ad castra subsidium: cui Sp. Posthumius Albus legatus præficitur. ipse parte copiarum paruo circuitu locum maxime secretũ ab tumultu petit: unde ex nec opinato auersum hostem inuadat. Q. Sulpicium legatum præficit castris: M. Fabio legato assignat equites: nec ante lucem mouere iubet manum, inter nocturnos tumultus moderatu difficilẽ. Omnia, quæ uel alius imperator prudens, & impiger in tali re præciperet, ageretq; præcipit ordine, atq; agit. Illud eximium consilij, animiq; specimen, & neutiquam uulgatæ laudis: quod ultro ad oppugnanda castra hostium, unde maiore agmine profectos exploratum fuerat: M. Geganium cum cohortibus delectis misit. qui postquam intentos homines in euentum periculi alieni, pro se incautos neglectis uigilijs, stationibusq; est adortus: prius penẽ cepit castra, quàm oppugnari hostes satis scirent. inde fumo, ut conuenerat, datum signum ubi conspectũ ab dictatore est: exclamat: capta hostium castra: nuntiarisq; passim iubet. Et iam succcebat, omniaq; sub oculis erant: & Fabius cum equitatu impetum dederat: & consul eruptionem è castris in trepidos iam hostes fecerat. Dictator autem parte altera, subsidia & secundam aciem adortus, circumagenti se ad dissonos clamores ac subitos tumultus, hosti undiq; obiecerat uictorem peditem equitemq;. Circumuenti igitur iam in medio ad unum omnes pœnas rebellionis dedissent: ni Vectius Messius ex Volscis nobilior uir factis quàm genere, iam orbem uoluẽtes suos increpans clara

uoce, Hic præbituri, inquit, uos telis hostiū estis indefensi, inulti: quid igitur arma habetis: aut quid ultro bellum intulistis: in ocio tumultuosi, in bello segnes: quid hic stantibus spei est: an deum aliquem protecturum uos, rapturumq; hinc putatis: ferro uia facienda est. hac, qua me prægressum uideritis, agite qui uisuri domos, parentes, coniuges, liberos estis, ite mecum: non murus, nec uallum, sed armati armatis obstāt: uirtute pares, necessitate quæ ultimum ac maximum telum est, superiores estis. Hæc locutum, exequētemq; dicta, redintegrato clamore secuti, dant impressionem, qua Posthumius Albus cohortes obiecerat: & mouerūt uictorē, donec dictator pedem iam referentibus suis aduenit: eoq; omne præliū uersum est. Vni uiro Messio fortuna hostiū innititur. multa utrinq; uulnera, multa passim cædes est. Iam ne duces quidem Romani incruenti pugnant. Vnus Posthumius ictus saxo, perfracto capite acie excessit. Non dictatorē humerus uulneratus, non Fabium propè affixum equo femur, non brachium abscisum consulē-ex tam ancipiti prælio summouit. Messium impetus per stratos cæde hostes eum globo fortissimorum iuuenum extulit ad castra Volscorum, quæ nondum capta erant. eodem omnis acies inclinatur. Consul effusus usq; ad uallū persecutus, ipsa castra uallumq; aggreditur. eodem & dictator alia parte copias admouet. non segnior oppugnatio est, q̄ pugna fuerat. Consulem signum quoq; intra uallum iniecisse ferunt, quo milites acrius subirent: repetendoq; signo primam impressionē factam. Et dictator prorupto uallo iam in castra prælium intulerat. Tum abiici arma passim, ac dedi hostes cepti: castrisq; & his captis, hostes, præter senatores, omnes uenundati sunt. Prædæ pars, sua cognoscentibus Latinis atq; Hernicis reddita: partem sub hasta dictator uendidit: præpositoq; consule castris, ipse triumphans inuectus urbem, dictatura se abdicauit. Egregiæ dictaturæ tristem memoriam faciunt: qui filium ab A. Posthumio, quod occasione bene pugnandi captus iniussu discesserit præsidio: uictorē securi percussum tradunt. nec libet credere: & licet, in uarijs opinionibus: & argumento est, q; imperia Manliana, non Posthumiana, appellata sint: quum qui prior author tam sæui exempli foret, occupaturus insignem titulū crudelitatis fuerit. Imperioso quoq; Manlio cognomē inditum: Posthumius nulla tristi nota est insignitus. Cn. Iulius consul ædem Apollinis absente collega sine sorte dedicauit. ægre id passus Quintius, cum dimisso exercitu in urbē redisset: nequicquā in senatu est conquestus. Insigni magnis rebus anno additur, nihil tum ad rem Romanam pertinere uisum: q; Carthaginenses tanti hostes futuri, tum primū per seditiones Siculorum ad partis alterius auxilium in Siciliam exercitum traicere. Agitatum in urbe ab tribunis plebis, ut tribuni militum consulari potestate crearentur: nec obtineri potuit. Consules fiunt L. Papyrius Crassus, L. Iulius. Æquorum legati sœdus ab senatu cum petissent, & procedere deditio ostentaretur, inducias annorū octo impetrauerunt. Volscorum res super acceptam in Algido cladem, pertinaci certamine inter pacis belliq; authores in iurgia & seditiones uersa. Vndiq; ocium fuit Romanis. Legem de mulctarum estimatione pergratam populo, cum ab tribunis parari cōsules unius ex collegio prodicione excepissent, ipsi præoccupauerunt ferre. Consules L. Sergius Fidenas iterum, Hostius Lucretius Tricipitinus. Nihil dignum dictu actum his consulibus. Secuti eos cōsules, A. Cornelius Cossus, T. Quintius Pœnus iterum. Veientes in agrum Romanū excursiones fecerunt. Fama fuit, quosdam ex Fidenatium iuuentute participes eius populationis fuisse. cognitioq; eius rei L. Sergio & Q. Seruilio & Mamercio Æmylio permissa. Quidā Hostiam relegati, quod cur per eos dies à Fidenis abfuisent, parum constabat: colonorum additus numerus, agerq; ijs bello interemptorū assignatus. Siccitate eo anno plurimū laboratū est: nec cœlestes modo defuerunt aquæ, sed terra quoq; ingenito humore egens, uix ad perennes suffecit amnes. defectus alibi aquarū circa torridos fontes, riuosq;, stragem siti pecorū morientū dedit: scabie alia absumpta, uulgaticq; contactu in homines morbi: & primo in agrestes ingruerāt seruitiacq;, urbs deinde impletur. Nec corpora modo affecta tabo: sed animos quoq; multiplex religio, & pleraq; externa inuasit: no uos ritus sacrificādo uaticinādo inferētibus in domos, quibus quæstui sunt capti superstitione animi: donec publicus iam pudor ad primores ciuitatis peruenit, cernentes in omnibus uicis sacellisq; peregrina atq; insolita piacula pacis deūm exposcēdæ. Datum inde negotiū ædilibus,

ut a ni

ut animaduernerent, ne qui, nisi Romam, seu quo alio more q̄ patrio colerentur. Iræ ad-
 uersus Veientes in insequentem anm̄ C. Seruilio Hala, L. Papyrio Mugilano consulibus, di-
 lata sunt. Tunc quoq; ne confestim bellum indiceretur, ne ue exercitus mitterentur, religio ob-
 stitit: fœciales prius mittendos ad res repetendas censuere. Cum Veientibus nuper acie dimi-
 catum ad Nomentum & Fidenas fuerat: induciæq; inde, non pax facta, quarum & dies exie-
 rat, & ante diem rebellauerant. missi tamen fœciales: nec eorum, cum more patrum iurati repe-
 terent res, uerba sunt audita. Controuersia inde fuit, utrum populi iussu indiceretur bellum, an
 satis esset senatus consultum. Peruicere tribuni, denūtiando impedituros se delectum, ut Quin-
 tius consul de bello ad populum ferret: omnes centurię iussere. In eo quoq; plebs superior fuit,
 quod tenuit ne consules in proximū annum crearentur. Tribuni militum consulari potestate
 quatuor creati sunt: T. Quintius Pœnus ex cōsulatu, C. Furius, M. Posthumius, A. Cornelius
 Cossus: ex ijs Cossus præfuit urbi: tres delectu habito profecti sunt Veios: documentoq; fue-
 re, q̄ plurium imperium bello inutile esset. Tendendo ad sua quisq; consilia, cum aliud aliq̄ ui-
 deretur, aperuerunt ad occasionem locū hosti, incertam nāq; aciem, signum alijs dari receptui,
 alijs cani iubentibus, inuasere opportune Veientes: castra propinqua turbatos, ac terga dantes
 accepere. Plus itaq; ignominia q̄ cladis est acceptū. Mœsta ciuitas fuit, uinci insueta: p̄disse tri-
 bunos: p̄scere dictatorē: in eo uerti spes ciuitatis, & cū ibi quoq; religio obstaret, ne posset nisi
 ab consule dici dictator, augures consulti eam religionē exemere. A. Cornelius dictatorē Ma-
 mercum Æmylium dixit: & ipse ab eo magister equitum est dictus. adeo simul fortuna ciuita-
 tis uirtute uera eguit: nihil censoria animaduersio effecit, quo minus regimen rerum ex notata
 indigne domo peteretur. Veientes re secunda elati, missis circum Etrurię populos legatis,
 iactando tres duces Romanos ab se uno prælio fusos, cum tamen nullam publici consilij socie-
 tatem mouissent: uolūtarios undiq; ad spem prædæ adsciuerūt. Vni Fidenatiū populo rebel-
 lare placuit: & tanq̄ nisi ab scelere bellum ordiri nefas esset, sicut legatorū antea, ita tum nouo-
 rum colonorū cæde imbutis armis, Veientibus sese coniūgunt. Consultare inde principes duo-
 rum populorū, Veios, an Fidenas sedem belli caperent. Fidenæ uisæ opportuniore. Itaq; tra-
 iecto Tyberi Veientes Fidenas transtulerūt bellum. Romæ terror ingens erat: accito exerci-
 tu ab Veijs, hostibus positus ad Fidenas: eoq; ipso ab re male gesta perculsa castra locatur an-
 te portam Collinam: & in muris armati dispositi, & iustitiū in foro, tabernæq; clausæ: fiuntq;
 omnia castris q̄ urbi similia. Tum trepidam ciuitatem præconibus per uicos dimissis dicta-
 tor ad contionē aduocatā increpuit, quod animos ex tam leuibus fortunę momētis suspensos
 gererent: ut parua iactura accepta, quæ ipsa non uirtute hostiū, nec ignauia Romani exercitus,
 sed discordia imperatorū accepta sit, Veientem hostem sexies uictum pertimescāt: Fidenasq;
 propè sapius captas q̄ oppugnatas: eosdem & Romanos & hostes esse: qui per tot secula fue-
 rint: eosdem animos, eadē corporis uires, eadem arma gerere: se quoq; eūdem dictatorē Ma-
 mercum Æmylium esse, qui ante Veientium Fidenatiūq; adiunctis Faliscis ad Nomentum
 exercitus fuderit: & magistrū equitum A. Cornelium eundem in acie fore, qui priore bello tri-
 bunus militum Larre Tolumnio rege Veientium in cōspectu duorum exercituū occiso, spolia
 opima Iouis Feretrii templo intulerit. proinde memores secum triūphos, secū spolia, secum ui-
 ctoriam esse, cum hostibus scelus legatorū contra ius gentium interfectorū, cædem in pace Fi-
 denatiū colonorū, inducias ruptas, septimā infelicem defectionē, arma caperent: simul castra
 castris coniunxissent, satis confidere, nec sceleratissimis hostibus diuturnū ex ignominia exerci-
 tus Romani gaudium fore: & populum Romanū intellecturū quanto melius de repub. meritū
 sint, qui se dictatorem tertiu dixerint, q̄ eos qui ob ereptum censuræ regnū labem secundæ di-
 ctaturæ suæ imposuerint. Votis deinde nūcupatis profectus, M & D passus citra Fidenas ca-
 stra locat: dextra montibus, læua Tyberi amne septus. T. Quintium Pœnum legatū occupare
 montes iubet: occultūq; id iugū capere, quod ab tergo hostibus foret. ipse postero die, cum He-
 trusci pleni animorū, ac pristini diei meliore occasione q̄ pugna in acie processissent: cunctatus
 parūper, dum speculatores referrent, Quintium euasisse in iugum propinquū arci Fidenarū, si-
 gna profert: peditumq; aciem instructā pleno gradu in hostem inducit: magistro equitū præ-

cipit, ne iniussu pugnam incipiat: se, cum opus sit, equestri auxilio signum daturum: tum ut me-
 mor regis pugnae, memor opimi doni, Romulicæ ac Iouis Feretriæ, rem gereret. Legiones im-
 peru ingenti configunt. Romanus odio accensus, impium Fidenatem, prædonem Veientem,
 ruptores induciarum, cruentos legatorum infanda cede, resperfos sanguine colonorum suorum,
 perfidos socios, imbelles hostes compellans, factis simul dictisque odiū explet. Concusserat pri-
 mo statim congressu hostem: cum repente patefactis Fidenarum portis noua erupit acies, inau-
 dita ante id tempus, inusitataque. Ignibus armata ingens multitudo, facibusque ardentibus tota
 collucens, uelut phanatico instincta cursu in hostem ruit: formaque insolite pugnae Romanos
 parumper exterruit. Tum dictator magistro equitum, equitibusque, tum ex motibus Quintium
 accito prælium ciens, ipse in sinistrum cornu, quod incendio similis quam prælio territum cesserat
 flammis, accurrit: claraque uoce, Fumo ne uicti, inquit, uelut examen apum loco uestro exacti, in-
 ermi cedetis hosti: non ferro extinguitis ignes: non faces has ipsas pro se quisque, si igni non te-
 lis pugnandum est, ereptas ultro inferetis: agite nominis Romani, ac uirtutis patrum uestrorum me-
 mores: uertite incendiū hoc in hostium urbem: & suis flammis delete Fidenas, quas uestris be-
 neficijs placare non potuistis. legatorum hoc uos uestrorum, colonorumque sanguis, uastatique fines
 monent. Ad imperium dictatoris mota cuncta acies: faces partim emissa excipiuntur, partim
 ui eripiuntur: utraque acies armatur igni. Magister equitum & ipse nouat pugnam equestrem. fre-
 nos ut detrahant equis, imperat: & ipse princeps calcaribus subditis euectus effreno equo, in
 medios ignes infertur: & alij concitati equi libero cursu ferunt equitē in hostem. Puluis elatus
 mistusque fumo lucem ex oculis uirorum equorumque aufert: ea quæ militē terruerat, species nihil
 terruit equos. ruinae igitur similem stragem eques quacunque peruaserat, dedit. Clamor deinde
 accidit nouus. qui cum utraque mirandam in se aciem uertisset, dictator exclamat: Quintium
 legatum & suos ab tergo hostem adortos. ipse redintegrato clamore infert acrius signa. Cum
 duæ acies, duo diuersa prælia circumuentos Hetruscos & à fronte & ab tergo urgerent: neque in ca-
 stris retro, neque in montes, unde se nouus hostis obiecerat, iter fugae esset: & equitē passim liber-
 ri frenis dispulissent equi: Veientium maxima pars Tyberim effusi petunt: Fidenatium qui su-
 perfunt, ad urbem Fidenas tendunt. infert pauidos fuga in mediam caedem: obruncantur in ri-
 pis: alios in aquam compulso gurgites ferunt: etiam peritos nandi lassitudo & uulnera & pau-
 uor degrauant: pauci ex multis tranant. alterum agmen fertur per castra in urbem: eadem & Ro-
 manos sequentes impetus rapit: Quintium maxime, & cum eo degressos modo de montibus,
 recentissimum ad laborem militem: quia ultimo prælio aduenerat. Hi postquam mixti hostibus por-
 tam intrauere, in muros euadunt: suisque capti oppidi signum ex muro tollunt. quod ubi dicta-
 tor conspexit, (iam enim & ipse in deserta hostium castra penetrauerat) cupientem militem dis-
 currere ad prædam, spe iniecta maioris in urbe prædæ, ad portam ducit: receptusque intra mu-
 ros, in arcem quò rueret fugientium turbam uidebat, pergit. Nec minor caedes in urbe quam in
 prælio fuit: donec abiectis armis, nihil præter uitam petentes dictatori dedunt. Vrbs castraque
 diripiuntur. Postero die singulis captiuis ab equite ad centurionem sorte ductis, & quorum exi-
 mia uirtus fuerat, binis, alijs sub corona uenundatis, exercitum uictorem opulentumque præda
 triumphans dictator Romam reduxit: iussuque magistro equitum abdicare se magistratu, ipse
 deinde abdicat die sextodecimo, reddito in pace imperio, quod in bello trepidisque rebus acce-
 perat. Classi quoque ad Fidenas pugnatam cum Veientibus quidam in annales retulerunt: rem
 æque difficilem atque incredibilem: nec nunc lato satis ad hoc amne: & tum aliquanto, ut à ueto-
 ribus accepimus, arctiore, nisi in traiectu forte fluminis prohibendo aliquarum nauium concue-
 sum, in maius (ut fit) celebrantes, naualis uictoriae uanum titulum appetiuere. Insequens annus
 tribunos militares consulari potestate habuit, A. Sempronium Atratinum, L. Quintium Cin-
 cinnatum, L. Furium Medullinum, L. Horatium Barbatum. Veientibus annorum xx induciae
 datae: & Aequis triennij, cum plurius annorum petissent. Et ab seditionibus urbanis ocium fuit.
 Annus insequentem neque bello foris neque domi seditione insignem, Iudi bello uoti celebrare &
 tribunorum militum apparatu, & finitimorum concursu fecere. Tribuni consulari potestate erant,
 Cl. Crassus, Sp. Nautius Rutilus, T. Sergius Fidenas, Sex. Iulius Tullus. Spectaculum comitate
 etiam

etiam hospitum, ad quod publico consensu uenerant, aduenis gratius fuit. Post ludos contiones seditiosæ tribunorum plebis fuerunt, obiurgantium multitudinem: quod admiratione eorum quos odissent, stupens, in æterno se ipsa teneret seruitio: & non modo ad spem cõsulatus in partem reuocãdam aspirare non auderet, sed ne in tribunis quidem militum creandis (quæ communia essent comitia patrum ac plebis) aut sui aut suorum meminisset. desineret ergo mirari, cur nemo de commodis plebis ageret: eò impendi laborem ac periculũ: unde emolumentum atq; honos speret. nihil non aggressũros homines, si magna conatis magna præmia proponantur: ut quidem aliquis tribunus plebis ruat cæcus in certamina periculo ingenti, fructu nullo: ex quibus pro certo habeat, patres, aduersus quos tenderet, bello inexpiabili se persecuturos: apud plebem, pro qua dimicauerit, nihilo se honoratiorem fore: neq; sperandũ, neq; postulandũ esse. magnos animos, magnis honoribus fieri. neminem se plebeium cõtempturum, ubi contemni desissent. experiendã rem deniq; in uno aut altero esse: sit ne aliquis plebeius ferendo magno honori: an portetõ simile miraculoq; sit, fortem ac strenuũ uirũ aliquem existeret ortum ex plebe. Summa ui expugnatũ esse, ut tribuni militũ consulari potestate & ex plebe crearentur. petisse uiros domi militiãq; spectatos: primis annis fugillatos, repulsos, risu patribus fuisse: desisse postremo præbere ad contumeliã os. nec se uidere cur nõ lex quoq; abrogetur, qua id liceat quod nõquam futurũ sit: minorem quippe ruborẽ fore in iuris iniquitate, q̄ si per indignitatem ipsorum prætereantur. Huius generis orationes cum assensu auditæ incitauerunt quosdam ad petendum tribunatum militum: alium alia de commodis plebis laturum se in magistratu profitentem. Agri publici diuidendi, coloniarumq; deducendarum ostentatæ spes: & uectigali possessoribus agrorum imposito, in stipendium militum erogandi æris. Capratum deinde tempus ab tribunis militum, quo per discessum hominum ab urbe, cum patres clandestina denuntiatione reuocati ad diem certam essent, senatusconsultum fieret absentibus tribunis plebis: ut quoniam Volscos in Hernicorũ agros prædatum exisse, fama esset, ad rem inspiciendam tribuni militum proficiscerentur, consulariaq; comitia haberentur. Profecti Appium Claudium filium decemuirum præfectũ urbis relinquunt, impigrum iuuenem, & iam inde ab incunabulis imbutum odio tribunorum plebisq; tribunis plebis nec cum absentibus ijs qui senatus consultum fecerant: nec cum Appio transacta re, quod contenderent, fuit. Creati consules, C. Sempronius Atratinus, Q. Fabius Vibulanus. Peregrina res, sed memoria digna traditur eo anno facta. Vulturnum Hetruscorũ urbem, quæ nunc Capua est, ab Samnitibus captam: Capuamq; ab duce eorum Capye, uel (quod propius uero est) à campestri agro appellatam. cepere autem prius bello fatigatis Hetruscis, in societate urbis agrorumq; accepti: deinde festo die grauatos somno epulisq; incolas ueteres noui coloni nocturna cæde adorti. His rebus actis, consules ijs quos diximus, idibus Decembribus magistratũ occæpere. Iam non solum qui ad id missi erant, retulerant imminere Volsco bellum: sed legati quoq; ab Latinis & Hernicis nuntiabant: non antè unquam Volscos nec ducibus legendis, nec exercitui scribendo intètiores fuisse: uulgo fremere, aut in perpetuũ arma bellumq; obliuioni danda, iugumq; accipiendum: aut ijs cum quibus de imperio certetur, nec uirtute, nec patientia, nec disciplina rei militaris cedendum esse. Haud uana attulere: sed nec perinde patres moti sunt, & C. Sempronius cui ea prouincia forte euenit, tanquã constantissimæ rei fortunæ fretus, q; uictoris populi exercitum aduersus uictos duxisset, omnia temere ac negligenter egit: adeo ut disciplinæ Romanæ plus in Volsco exercitu, q̄ in Romano esset. ergo fortuna, ut sæpe aliàs, uirtutem est secuta. Primo prælio quod ab Sempronio incaute incõsulteq; commissum est, nõ subsidijs firmata acie, non equite apte locato concursum est. clamor indicium primum fuit quò res inclinatura esset: excitatio crebriorq; ab hoste sublatus: ab Romanis dissonus, impar, segnis, sæpe iteratus, incerto clamore prodidit pauorẽ animorũ. Eo ferocior illatus hostis urgere scutis, micare gladijs: altera ex parte nutant circũspectantibus galeæ, & incerti trepidant, applicantq; se turbæ: signa nunc resistentia deseruntur ab antesignanis, nunc inter suos manipulos recipiuntur. Nondum fuga certa, nõdum uictoria erat. regi magis Romanus, quàm pugnare. Volscus infetre signa: urgere aciem: plus cædis hostium uidere, quàm fugæ. Iam omnibus locis ceditur, nequicquam

Sempronio consule obiurgante atq; hortante: nihil nec imperiū nec maiestas ualebat: dataq; mox terga hostibus forent, ni Sex. Tempanius decurio equitum labente iam re præsentī animo subuenisset. Qui cum magna uoce exclamasset, ut equites qui saluam remp. uellent esse, ex equis defilirent: omnium turmarum equitibus uelut ad consulis imperium motis, Nisi hæc, inquit, armata cohors sistat impetū hostium, actum de imperio est. sequimini pro uexillo cuspidem meā: ostendite Romanis Volscisq;, neq; equitibus uobis ullos equites, nec peditibus esse pedites pares. Cum clamore cōprobata adhortatio esset, uadit alte cuspidem gerens: quacūq; incedunt, ui uiam faciunt: eō se inferunt obiectis parmīs, ubi suorum plurimū laborem uident. restituitur omnibus locis pugna, in quæ eos impetus tulit. nec dubium erat, quin si tam pauci simul obire omnia possent, terga daturi hostes fuerint. Et cum iam parte nulla sustinerentur, dat signum Volscus imperator, ut parmatis, nouæ cohorti hostium locus detur, donec impetu illati ab suis excludantur. quod ubi est factum, interclusi equites: nec prorumpere eadem qua transierant, posse: ibi maxime confertis hostibus, qua uiam fecerant. & consul legionesq; Romanæ, cum quod tegumē modo omnis exercitus fuerat, nusquam uiderent: ne tot fortissimos uiros interclusos opprimeret hostis, tendunt in quēcūq; casum. diuersi Volsci, hinc consulem ac legiones sustinere: altera fronte instare Tempanio atq; equitibus. qui cum sæpe conati nequissent percurrere ad suos, tumulto quodā occupato, in orbem se tutabantur, nequaquā inulti. nec pugnae finis ante noctē fuit. consul quoq; nusquam remisso certamine, dum quicūq; superfuit lucis, hostem tenuit: nox incertos diremit. tantusq; ab imprudētia euentus utraq; castra tenuit pauor, ut relictis faucijs, & magna parte impedimentorū, ambo pro uictis exercitus se in montes proximos reciperent. tumultus tamen circūfessus ultra mediā noctē est: quō cum circūfeditibus nuntiātū esset castra deserta esse, uictos rati suos & ipsi qua quenq; in tenebris pauor tulit, fugerūt. Tempanius metu insidiarū suos ad lucem tenuit: digressus deinde ipse cum paucis speculatū, cum ab faucijs hostibus sciscitando cōperisset castra Volscorū deserta esse, lætus ab tumulto suos deuocat, & in castra Romana penetrat: ubi cum uasta desertaq; omnia, atq; eandem quam apud hostes fœditatē inuenisset, prius q̄ Volscos cognitus error reduceret, quibus poterat faucijs ductis secum, ignarus quam regionem cōsul petisset, ad urbem proximis itineribus pergit. Iam eō fama pugnae aduersæ castrorūq; desertorū perlata erat: & ante omnia deplorati erant equites non priuato magis q̄ publico luctu: Fabiusq; consul terrore urbi quoq; iniecto stationē ante portas agebat: cum equites procul uisi nō sine terrore ab dubijs quinam essent, mox cogniti tantam ex metu lætitiā fecere, ut clamor urbem peruaderet gratulantīū saluos uictoresq; redisse equites: & ex mœstis pauloante domibus quæ cōclamauerāt suos, procurreretur in uias: pauidæq; matres ac coniuges, oblitæ præ gaudio decoris, obuiā agmini occurrerent, in suos quæq; simul corpore atq; animo uix præ gaudio cōpote effusæ. Tribunus plebis qui M. Posthumio & T. Quintio diem dixerāt, quod ad Veios eorum opera male pugnatum esset, occasio uisa est per recens odium Sempronij consulis renouādæ in eos inuidiæ. itaq; aduocata contione cum proditam Veijs remp. esse ab ducibus, proditū deinde, quia illis impune fuerit, in Volscis ab consule exercitum, traditos ad cædem fortissimos equites, deserta fœde castra uociferati essent: C. Iulius unus ex tribunis Tempanium equitem uocari iussit. coramq; eis, Sexte Tempani, inquit, quæro de te, arbitreris ne C. Sempronīū consulē aut in tempore pugnam inisse, aut firmasse subsidijs aciem? aut ullo boni cōsulis functū officio? & tu ne ipse uictis legionibus Romanis tuo cōsilio equitē ad pedes deduxeris? restituerisq; pugnam? excluso deinde ab acie nostra tibi atq; equitibus num aut cōsul ipse subuenerit aut miserit præsidium? postero deniq; die ecquid præsidij usquā habueris? an tu cohorsq; in castra uestra uirtute percurreritis? ecquem in castris consulem, ecquem exercitū inueneritis? an deserta castra, relictos faucios milites? Hæc pro uirtute tua fideq; qua una hoc bello resp. stetit, dicenda tibi sunt hodie. Deniq; ubi C. Sempronius, ubi legiones nostræ sint? desertus sis, an deserueris cōsulem exercitumq; uicti deniq; simus, an uicerimus? Aduersus hæc Tempanij oratio incompta fuisse dicitur: cæterum militariter grauis, non suis uana laudibus, non crimine alieno læta. Quanta prudentia rei bellicæ in C. Sempronio esset, non militis de imperatore æstimationem esse

esse, sed populi Romani fuisse, cum eum comitijs consulem legeret. Itaque ne ab se imperatoria consilia, neu consulares artes exquireret: quæ pensanda quoque magnis animis atque ingenijs essent: sed quod uiderit, referre posse. Vidisse autem se prius quam ab acie intercluderetur, consulem in prima acie pugnantem, adhortantem, inter signa romana telorum hostium uersantem: postea se ab conspectu suorum ablatum, ex strepitu tamen & clamore sensisse usque ad noctem extractum certamen: nec ad tumultum quem ipse tenuerat, præ multitudine hostium credere perumpi potuisse. Exercitus ubi esset, se nescire: arbitrari uelut ipse in re trepida loci præsidio se suosque sit tutatus, sic consulem seruandi exercitus causa loca tutiora castris cepisse. Nec Volscorum meliores res esse credere quam populi Romani fortunam, noctemque omnia erroris mutui implese. precantemque deinde ne se fessum labore ac uulneribus tenerent, cum ingenti laude non uirtutis magis quam moderationis dimissum. Cum hæc agerentur, iam consul uia lauicana ad fanum Quietis erat. eò missa plaustra iumentorumque alia ab urbe, exercitum affectum prælio ac uia nocturna exceperunt. Paulopost in urbem est ingressus consul, non ab se magis enixe amouens culpam, quam Tempanium meritis laudibus ferens. Mœstæ ciuitati ab re male gesta, & iratæ ducibus M. Posthumius reus obiectus, qui tribunus militum pro consule ad Veios fuerat: decem millibus æris grauis damnatur. T. Quintium collegam eius, quia & in Volscis consul auspicio dictatoris Posthumij Tuberti, & ad Fidenas legatus dictatoris alterius Mamercii Aemylj res prospere gesserat: totam culpam eius temporis in prædamnatum collegam transferentem, omnes tribus absoluerunt. profuisse ei Cincinnitati patris memoria dicitur, uenerabilis uiri, & exactæ iam ætatis Capitolinus Quintius, suppliciter orans, ne se breui reliquæ uitæ spatio tam tristem nuntium ferre ad Cincinnatum paterentur. Plebs tribunos plebis absentes Sex. Tempanium, A. Sellium & Antistium & Spurilium fecit, quos & pro centurionibus sibi præfecerant Tempanio autore equites. Senatus cum odio Sempronij consulare nomen offenderet: tribunos militum consulari potestate creati iussit. creati sunt L. Manlius Capitolinus, Q. Antonius Mereda, L. Papyrius Mugillanus. Principio statim anni L. Hortensius tribunus plebis C. Sempronio consuli anni prioris diem dixit. quem cum quatuor collegæ inspectante populo Romano orarent, ne imperatorem suum innoxium, in quo nihil præter fortunam reprehendi posset, uexaret: egre Hortensius pati, tentationem eam credens esse perseverantia suæ, nec precibus tribunorum quæ in speciem modo iactentur, sed auxilio confidere reum. Itaque modo ad eum conuersus, ubi illi patricij spiritus, ubi subnixus & fidens innocentia animus esset quærebat: sub tribunicia umbra consularem uirum delituisse. modo ad collegas. uos autem si reum perago, quid acturi estis? an erepturi ius populo, & euersuri tribuniciam potestatem? Cum illi & de Sempronio, & de omnibus summam populi Romani potestatem esse dicerent: nec se iudicium populi tollere aut uelle aut posse: sed si preces suæ pro imperatore, qui sibi parentis esset loco, non ualuisent, se uestem cum eo mutaturos: tum Hortensius, non uidebit, inquit, plebs Romana sordidatos tribunos suos. C. Sempronium nihil moror, quando hoc est in imperio consecutus, ut tam carus esset militibus. nec pietas quatuor tribunorum quam Hortensij tam placabile ad iustas preces ingenium pariter plebi patribusque gratior fuit. Non diutius fortuna Acquis indulgit, qui ambiguam uictoriam Volscorum pro sua amplexi fuerant. proximo anno Cn. Fabio Vibulano, T. Quintio Capitolini filio Capitolino consulibus, ductu Fabij, cui sorte ea prouincia euenerat, nihil dignum memoratu actum. cum trepidam tantum ostendissent aciem Aequi, turpi fuga funduntur haud magno consulis decore. Itaque triumphus negatus: cæterum ob Sempronianæ cladis leuatam ignominiam, ut ouans urbem intraret concessum est. Quemadmodum bellum minore quam timuerant dimicatione erat perfectum: sic in urbe ex tranquillo nec opinata moles discordiarum inter plebem ac patres exorta est, coepta ab duplicando quæstorum numero. quâ rem, ut præter duos urbanos quæstos, duo consulibus ad ministeria belli præstare essent, à consulibus relatum cum & patres summa ope approbassent: consulibus tribuni plebis certamen intulerunt, ut pars quæstorum (nam ad id tempus patricij creati erant) ex plebe fieret. aduersus quam actionem primo & consulibus & patres summa ope annexi sunt. concedendo deinde ut quemadmodum in tribunis con-

sulari potestate creandis usi sunt, adæque in quæstoribus liberum esset arbitrium populi: cum parum proficerent, totam rem de augendo quæstorum numero omittunt. Excipiunt omissam tribuni, aliæque subinde, inter quas & agrariæ legis, seditiosæ actiones existunt: propter quos motus cum senatus consules quæ tribunos creari mallet: neque posset per intercessionem tribunicias senatus consultum fieri: resp. à consulibus ad interregnum, neque id ipsum (nam coire patricios tribuni prohibebant) sine certamine ingenti redit. Cum pars maior insequenti anni per novos tribunos plebis & aliquot interreges certaminibus extracta esset: modo prohibentibus tribunis patricios coire ad prodendum interregem, modo interregem interpellantibus ne senatus consultum de comitijs consularibus faceret: postremo L. Papyrius Mugillanus proditus interrex castigando nunc patres nunc tribunos plebis, desertam omissamque ab hominibus rempublicæ deorum providentia curaque exceptam memorabat Veientium indutijs, & cunctatione Æquorum stare: unde siquid increpet terroris, sine patricio magistratu placere rempublicæ opprimi: non exercitum, non ducem scribendo exercitui esse. an bello intestino bellum externum propulsaturos: quæ si in unum conveniant, vix deorum opibus quin obruatur Romana res, resisti posse: quin illi, remittendo de summa quisque iuris medijs copularent concordiam: patres patiendo tribunos militum pro consulibus fieri: tribuni plebis non intercedendo, quo minus quatuor quæstores promiscue de plebe ac patribus libero suffragio populi fierent. tribunicia primum comitia sunt habita: creati tribuni consulari potestate omnes patricij, L. Quintius Cincinnatus tertium, Sex. Furius Medullinus iterum, M. Manlius, A. Sempronius Atratinus. Hoc tribuno comitia quæstorum habente, petentibusque inter aliquot plebeios filio Antistij tribuni plebis, & fratre alterius tribuni plebis Sex. Pompeij, nec potestas, nec suffragatio horum valuit, quin quorum patres avosque consules uiderant, eos nobilitate præferrent. Furere omnes tribuni plebis, ante omnes Pompeius Antistiusque repulsa suorum accensi. quid nam id rei esset: non suis beneficijs, non patrum iniurijs, non denique usurpandi libidine, cum liceat quod ante non licuerit, si non tribunum militarem, ne quæstoré quidem quenquam ex plebe factum: non ualuisse patris pro filio, fratris pro fratre preces, tribunorum plebis, potestatis sacrosanctæ ad auxilium libertatis creatæ. Fraudem profecto in re esse, & A. Sempronium comitijs plus artis adhibuisse, quam fidei: eius iniuria queri suos honore deiectos. Itaque cum in ipsum & innocentia tutum, & magistratu in quo tunc erat, impetus fieri non posset, flexere iras in C. Sempronium patruelem Atratini: ei que ob ignominiam Volsci belli adiutore collega M. Canuleio diem dixere. subinde ab eisdem tribunis mentio in senatu de agris diuidendis illata est: cui actioni semper acerrime C. Sempronius restiterat: ratis id quod erat, aut deposita causa leuiorem futurum apud patres reum, aut perseverantem sub iudicij tempus plebem offensurum. aduersæ inuidiæ obijci maluit, & suæ nocere causæ, quam publicæ deesse: stetitque in eadem sententia, nequa largitio cessura in triumphum gratiam tribunorum fieret. nec tum agrum plebi, sed sibi inuidiam queri: se quoque subiturum eam tempestatem forti animo: nec senatui tanti se ciuem aut quenquam alium debere esse, ut in parcendo uni malum publicum fiat. Nihil demissiore animo cum dies uenit causa ipse pro se dicta, nequicquam omnia expertis patribus ut mitigarent plebem, quindecim millibus æris damnatur. Eodem anno Posthumia uirgo uestalis de incestu causam dixit, crimine innoxia: ob suspicionem propter cultum amœniorem, ingeniumque liberius quam uirginem decet, parum abhorrens famam. Ampliatam, deinde absolutam pro collegij sententia pontifex maximus abstinere iocis, colique sancte potius quam scite iussit. Eodem anno à Campanis Cumæ, quam Græci tum urbem tenebant, capiuntur. Insequens annus tribunos militum consulari potestate habuit Agrippam Menenium Lanatum, P. Lucretium Tricipitinum, Sp. Nautium. Annus felicitate populi Romani periculo potius ingenti, quam clade insignis. seruitia urbem ut incenderent distantibus locis, coniurarunt: populoque ad opem passim ferendam tectis intento, ut arcem capitoliūque armati occuparet. Auertit nefanda consilia Iupiter: indicioque duorum comprehensi fontes pœnas dederunt. indicibus dena millia grauis æris, quæ tunc diuitiæ habebantur, ex ærario numerata, & libertas præmiū fuit. Bellum inde ab Æquis reparari coeptum: & novos hostes Lauicanos consilia cum ueteribus iungere, haud incertis authoribus Romam est allatum. Æquorum iam uelut anniuersarijs armis assueuerat ciuitas

ciuitas. Lauicos legati missi cum responsa inde retulissent dubia, quibus nec tunc bellum parari nec diuturnam pacem fore appareret: Thusculanis negotium datum, aduerterent animos nequid noui tumultus Lauicis oriretur. Ad insequens anni tribunos militum consulari potestate inito magistratu legati ab Thusculo uenerunt, L. Sergium Fidenatem, M. Papyrium Mugillanum, C. Seruilius Q. Seruilius Prisci filium, quo dictatore Fidenae captus fuerant. nuntiabant legati Lauicanos arma cepisse, & cum Aequirum exercitu depopulatos agrum Thusculanum castra in Alcido posuisse. Tum Lauicanis bellum indictum: factoque senatusconsulto ut duo ex tribunis ad bellum proficerentur, unus res Romae curaret, certamen subito inter tribunos exortum. se quisque belli ducem potiore ferre curam urbis ut ingrata ignobilisque aspernari. Cum parum decorum inter collegas certamen mirabundi patres conspicerent: Q. Seruilius quando nec ordinis huius ulla, inquit, nec res est uerecundia, patria maiestas altercationem istam dirimet: filius meus extra sortem urbi praerit. bellum utinam qui appetunt, consideratius concordiusque quam cupiunt, gerant. Delectum haberi non ex toto passim populo placuit: decem tribus sorte ductae sunt. ex his scriptos iuniores duo tribuni ad bellum duxere. Caepta inter eos in urbe certamina cupiditate caedem imperii multo impensius in castris accendi: nihil sentire idem, pro sententia pugnare: sua consilia uelle, sua imperia sola rata esse: contemnere inuicem & contemni: donec castigantibus legatis tandem ita comparatum est, ut alternis diebus summam imperii haberent. Quae cum allata Romam essent, dicitur Q. Seruilius aetate & usu doctus, precatus ab diis immortalibus ne discordia tribunorum damnosior reipublicae esset quam ad Veios fuisset: & uelut haud dubia clade imminente, instituisse filio ut milites scriberet, & arma pararet. Nec falsus uates fuit. nam ductu L. Sergii, cuius dies imperii erat, loco iniquo sub hostium castris, cum quia simulato metu receperat se hostis ad uallum, spes uana expugnandi castra eodem traxisset: repentino impetu Aequirum per supinam uallem suscitati sunt: multique in ruina maiore quam fuga oppressi obruticatis: castrisque eo die egre retenta, postero die circumsusis iam magna ex parte hostibus, per auersam portam fuga turpi deserunt. duces legatique & quod circa signa roboris de exercitu fuit, Thusculum petiere. Palati alii per agros passim multis itineribus maioris quam accepta erat, cladis nuntii Romam contenderunt. Minus trepidationis fuit, quod euentus timori hominum congruens fuerat: & quod subsidia quae respicerent, in re trepida praeparata erant ab tribuno militum: iussuque eiusdem per minores magistratus sedato in urbe tumultu, speculatores propere missi nuntiauerunt Thusculi duces exercitumque esse, hostem castra loco non mouisse. & quod plurimum animorum fecit, dictator ex senatusconsulto dictus Q. Seruilius Priscus, uir cuius prouidentiam in re publica cum multis alijs tempestatibus ante experta ciuitas erat, tum euentu eius belli, quod uni certamen tribunorum suspectum ante rem male gestam fuerat: magistro equitum creato, a quo ipse tribuno militum dictator erat dictus, filio suo, ut tradidit quidam, (nam alii Halam Seruilium magistrum equitum eo anno fuisse scribunt) nouo exercitu profectus ad bellum, accitis qui Thusculi erant, duo milia passuum ab hoste locum castris cepit. Transierat ex re bene gesta superbia negligentisque ad Aequos quae in Romanis ducibus fuerat. Itaque primo statim praelio cum dictator equitatu immisso antesignanos hostium turbasset: legionum inde signa inferri propere iussit: signiferumque ex suis unum cunctantem occidit. tantus ardor ad dimicandum fuit, ut impetum Aequi non tulerint: uictique acie cum fuga effusa petissent castra, breuius tempore & certamine minor castrorum oppugnatio fuit quam praelium fuerat. captis direptisque castris cum praedam dictator militi concessisset, secuti que fugientem ex castris hostem equites renuntiauerunt omnes Lauicanos uictos, magnam partem Aequirum Lauicos confugisse: postero die ad Lauicos ductus exercitus: oppidumque corona circumdatum, scalis captum ac direptum est. Dictator exercitu uictore Romam reducto, die octauo quam creatus erat, magistratu se abdicauit. & opportunum senatus prius quam ab tribunis plebis agrariae seditiones mentione illata de agro Lauicano diuidendo fierent, censuit frequens coloniam Lauicos deducendam. coloni ab urbe mille & quingenti missi bina iugera acceperunt. Captis Lauicis, ac deinde tribunis militum consulari potestate Agrippa Menenio Lanatus, & L. Seruilio Structo, & P. Lucretio Tricipitino, iterum omnibus his, & Sp. Rutilio Crasso: & insequenti anno A. Sempronio Atratinum tertium, & duobus iterum M. Papyrio Mugillano, & Sp. Nautio Rutilio: biennium tranquillae externae res, discordia domi

domi ex agrarijs legibus fuit. Turbatores uulgi erant Sp. Mecilius quattuor, & Metilius tertium tribuni plebis ambo absentes creati. & cum rogationem promulgassent ut ager ex hostibus captus uiritim diuideretur, magnæque partis nobilium eo plebiscito publicaretur fortunæ: (nec enim fermè quicquam agrî, ut in urbe alieno solo posita, nõ armis partum erat: nec quod uenisset, assignatum uel publice esset, præterquam plebs habebat) atrox plebi patribusque propositum uidebatur certamen: nec tribuni militum nunc in senatu, nunc in consilijs priuatis principum cogendis uiam consilij inueniebant. Cum Ap. Claudius, nepos eius qui decemuir legibus scribendis fuerat, minimus natu ex patrum concilio dicitur dixisse: uetus se ac familiare consilium domo afferre: proauum enim suum Ap. Claudium ostendisse patribus uiam unam dissoluendæ tribuniciaë potestatis per collegarum intercessionem. facile homines nouos auctoritate principum de sententia deduci, si temporum interdum potius quam maiestatis memor adhibeatur oratio. pro fortuna illis animos esse: ubi uideant collegas principes agendæ rei gratiam omnem ad plebem præoccupasse, nec locum in ea relictum sibi, haud grauate acclinaturos se ad causam senatus: per quam uniuerso ordini cum primoribus se patrum concilient. Approbantibus cunctis, & ante omnes Q. Seruilio Prisco, quod non degenerasset ab stirpe claudia colaudante iuuenem, negocium datur ut quos quisque posset ex collegio tribunorum ad intercessionem perlicerent. Misso senatu prehensantur ab principibus tribuni: suadendo, monendo, pollicendoque gratum id singulis priuatim, gratum uniuerso senatui fore, se ad intercessionem comparare. Posteroque die cum ex composito relatum ad senatum esset de seditione quam Mecilius Metiliusque largitione pessimi exempli concitent: eæ orationes à primoribus patrum habitæ sunt, ut pro se quisque iam nec consilium sibi suppeteret diceret: nec se ullam opem cernere aliam usquam, præterquam in tribunicio auxilio: in eius potestatis fidem circumuentam remp. tanquam priuatum inopem confugere. præclarum ipsis potestati que esse, non ad uexandum senatum, discordiamque ordinum mouendam plus in tribunatu uirium esse, quam ad resistendum improbis collegis. Fremitus deinde uniuersi senatus ortus, cum ex omnibus partibus curiaë tribuni appellaretur: tum silentio facto non qui præparati erant gratia principum, quam rogationem à collegis promulgatam senatus censere dissoluendæ reip. esse, ei se intercessuros ostendunt. Gratia intercessoribus ab senatu acta. Latores rogationis contione aduocata proditores plebis commodorum, ac seruos consularium appellantes, aliaque truci oratione in collegas inuerti actionem deposuere. Duo bella insequens annus habuisset, quo P. Cornelius Cossus, C. Valerius Potitus, Quintius Cincinnatus, M. Fabius Vibulanus, tribuni militum consulari potestate fuerunt: ni ueniens bellum religio principum distulisset, quorum agros Tyberis super ripas effusus maxime ruinis uillarum uastauit: simul Æquos triennio ante accepta clades prohibuit Volanis, suæ gentis populo præsidium ferre. Excursiones inde in confinem agrum Lauicanum factæ erant, nouisque colonis bellum illatum. Quam noxam cum se consensu omnium Æquorum defensuros sperassent, deserti ab suis, ne memorabili quidem bello per obsidionem leuemque unam pugnam & oppidum & fines amiserunt. Tentatum ab L. Sextio tribuno plebis ut rogationem ferret, qua Volas quoque sicut Lauicos coloni mitterentur: per intercessionem collegarum, qui nullum plebiscitum, nisi ex auctoritate senatus passuros se perferri ostenderunt, discussum est. Volis insequente anno receptis Æqui, coloniaque eò deducta nouis uiribus oppidum firmarunt, tribunis militum Romæ consulari potestate Cn. Cornelio Cosso, L. Valerio Potito, Q. Fabio Vibulano iterum, M. Posthumio Regillensi. huic bellum aduersus Æquos permissum est, prauæ mentis homini: quantum uictoria magis quam bellum ostendit. Nam exercitu impigre scripto, ductoque ad Volas, cum leuibus prælijs Æquorum animos fregisset: postremo in oppidum irrupit: deinde ab hostibus in ciues certamen uertit: & cum inter oppugnationem prædam militis fore edixisset, capto oppido fidem mutauit. Eam magis adducor ut credam iræ causam exercitui fuisse, quam quod in urbe nuper direpta, coloniaque noua, minus prædicatione tribuni prædæ fuerit. Auxit eam iram postquam ab collegis accersitus propter seditiones tribunicias in urbem reuertit, audita uox eius in contione stolidi, ac propè uecors: qua Sextio tribuno plebis legem agrariam ferenti, simul Volas quoque ut mitterentur coloni laturum se dicenti: dignos enim esse qui armis cepissent, eorum urbem agrumque Volanum esse: malum quidem militibus meis, inquit

quit, nisi quiescerint. quod auditum non contionem magis quam mox patres offendit. & tribunus plebis uir acer, nec infacundus, nactus inter aduersarios superbum ingenium immodicamque linguam, quam irritando agitandoque in cas impelleret uoces, quae inuidiae non ipsi tantum, sed caute atque uniuerso ordini essent, neminem ex collegio tribunorum militum sepius quam Posthumium in disceptationem trahebat. Tum uero secundum tam saeuum atque inhumanum dictum, auditis, inquit, Quirites, sicut seruis malum minantem militibus: tamen haec bellua dignior uobis tanto honore uidebitur, quam qui uos urbe, agrisque donatos in colonias mittunt, qui sedem senectuti uestrae prospiciunt, qui pro uestris commodis aduersus tam crudeles superbosque aduersarios depugnant. Incipite deinde mirari, cur pauci iam uestram suscipiant causam, quid ut a uobis sperent: an honores, quos aduersariis uestris potius quam per propugnatoribus datis? Ingenuistis modo uoce huius audita, quid id refert? iam si suffragium detur, hunc qui malum uobis minatur, his qui agros sedesque ac fortunas stabilite uolunt, praefereatis. Perlatam haec uox Posthumij ad milites, multo in castris maiorem indignationem mouit. praedae ne interceptorem fraudatoremque etiam malum minari militibus. Itaque cum fremitus aperte esset: & quaestor P. Sextius eadem uiolentia coerceri putaret seditionem posse, qua mota erat: missus ad uociferantem quendam militem licitore, cum inde clamor & iurgium oriret, saxo ictus turba excedit: insuper increpante qui uulnerauerat, habere quaestorem, quod imperator esset militibus minatus. Ad hunc tumultum accitus Posthumius asperiora omnia fecit acerbis quaestionibus, crudelibus supplicijs. postremo cum modum irae nullum faceret: ad uociferationem eorum quos necari sub crate iusserat, concursu facto, ipse ad interpellantis poenam uecors de tribunali decurrit: ibi cum summouentes passim licitores centurionesque uexarent turbam, eorum indignatio erupit, ut tribunus militum ab exercitu suo lapidibus cooperiretur. Quod tam atrox facinus postquam est Romam nuntiatum, tribunis militum de morte collegae per senatum quaestiones decernentibus tribuni plebis intercedebant. sed ea contentio ex certamine alio pendebat: quod cura inceserat patres, ne metu quaestionum plebs iraque, tribunos militum ex plebe crearet: tendebantque summa ope, ut consules crearentur. Cum senatusconsultum fieri tribuni plebis non paterentur, iidem intercederent consularibus comitijs, res ad interregnum redijt. uictoria deinde penes patres fuit. Q. Fabio Vibulano interrege comitia habente, consules creati sunt, A. Cornelius Cossus, L. Furius Medullinus. His consulibus principio anni senatusconsultum factum est, ut de quaestione posthumianae caedis tribuni primo quoque tempore ad plebem ferrent: plebsque praeficeret quaestioni quem uellet. a plebe consensu populi consulibus negotium mandatur. qui summa moderatione ac lenitate per paucorum supplicium, quos sibi meritos conscisse mortem satis creditum est, transacta re, nequiueret tamen consequi ut non aegerrime id plebs ferret. iacere tandiu irritas sanctiones, quae de suis commodis ferrentur: cum interim de sanguine ac supplicio suo latam legem confestim exerceri, & tantam uim habere. Aptissimum tempus erat, uindicatis seditionibus delinimentum animis Volani agri diuisionem obijci: quo facto minuisset desiderium agrariae legis, quae possessore per iniuriam agro publico patres plebebat. Tunc haec ipsa indignitas angebat animos: non in retinendis modo publicis agris, quos ui teneret, pertinacem nobilitatem esse: sed ne uacuum quidem agrum nuper ex hostibus captum plebi diuidere, mox paucis, ut caetera, futurum praedae. Eodem anno aduersus Volscos populantes Hernicorum fines, legiones ductae a Furio Coss. cum hostem ibi non inuenissent: Ferentinum quod magna multitudo Volscorum se contulerat, cepere. minus praedae quam sperauerant, fuit: quod Volsci postquam spes tuendi exigua erat, sublati rebus nocte oppidum reliquerunt. postero die propere desertum capitur. Hernicis ipse ager dono datus. Annum modestia tribunorum quietum excepit trib. pl. L. Icilius, Q. Fabio Ambusto, C. Furio Pacilio Coss. Is cum principio statim anni uelut pensum nominis familiaeque, seditiones agrarijs legibus promulgandis ciceret: pestilentia coorta, minacior tamen quam perniciosior, cogitationes hominum a foro certaminibusque publicis ad domum curamque corporum nutriendorum auertit: minusque eam damnosam fuisse quam seditio futura fuerit, credunt. Defuncta ciuitate plurimorum morbis, per paucis funeribus, pestilentem annum, inopia frugum neglecto cultu agrorum (ut plerumque fit) exce-

fit) excepit, M. Papyrio Atracino, C. Nautio Rutilio consulibus. Iam fames, quàm pestilentia tristior erat: ni dimissis circa omnes populos legatis, qui Hetruscum mare, quiq; Tyberim accolunt, ad frumētum mercandum, annonæ foret subuentum. superbe ab Samnitibus, qui Capuam habebant Cumasq; legati prohibiti commercio sunt: contra ea benigne ab Siculorum tyrānis adiuti. maximos commeatus summo Hetruriæ studio Tyberis deuexit. Solitudinem in ciuitate ægra experti cōsules sunt: cum in legationes non plus singulis senatoribus inuenientes, coacti sunt binos equites adiungere. Præterquã ab morbo, annonæq; nihil eo biennio intestini, externi ue incōmodi fuit. at ubi hæ solitudines discessere, omnia quibus turbari solita erat ciuitas, domi discordia, foris bellū exortum. M. Æmylio, C. Valerio Potito, consulibus, bellum Æqui parabant: Volscis, quanquam non publico consilio capeissentibus arma, uoluntarijs mercede secutis militiam. Ad quorū famā hostium (iam enim in Latinum Hernicumq; transenderant agrum) delectum habentem Valerium consulem M. Menenius tribunus plebis legis agrariæ lator, cum impediret: auxilioq; tribuni nemo inuitus sacramēto diceret: repente nūtiatur: arcem Caruentanam ab hostibus occupatā esse. Ea ignominia accepta cum apud patres inuidiæ Menenio fuit: tum cæteris tribunis iam ante præparatis intercessoribus legis agrariæ, præbuit iustiorē causam resistendi collegæ. Itaque cum res diu ducta per altercationem esset: consulibus deos, hominesq; testantibus, quicquid ab hostibus cladis, ignominiaq; aut iam acceptum esset, aut immineret, culpam penes Menenium fore: qui delectum impediret: Menenio contra uociferante, si iniusti domini possessione agri publici cederent, se moram delectui non facere: decreto interposito nouem tribuni sustulerūt certamen: pronūciaueruntq; ex collegij sententia: C. Valerio consuli se, damnum aliamq; coercionē aduersus intercessionem collegæ delectus causa detrectantibus militiam inhibenti, auxilio futuros esse. Hoc decreto consul armatus cum paucis appellantis tribunū collum torlisset: metu cæteri sacramento dixere. Ductus exercitus ad Caruentanam arcem, quanquam inuisus, infestusq; consuli erat: impigre primo statim aduentu, deiectis qui in præsidio erant, arcē recepit. prædatores ex præsidio per negligentiam dilapsi, occasionem aperuere ad inuadendum. Prædæ ex assiduis populationibus, quod omnia in locum tutum congesta erant, fuit aliquantum. uenditum sub hasta consul in ærarium redigere quæstores iussit: tum prædicās participem prædæ fore exercitum, cum militiam non abnuisset. Auctæ inde plebis, ac militum in consulem iræ. itaq; cum ex senatusconsulto urbem ouans introiret: alternis incōditi uersus militari licentia iactati: quibus consul increpitus, Menenij celebre nomen laudibus fuit: cum ad omnem mētionem tribuni fauor circūstantis populi plausuq; & assensu cum uocibus militū certaret. plusq; ea res, quàm propè solennis militum lasciuiā in consulem, curæ patribus iniecit. & tanquam haud dubius inter tribunos militum honos Menenij, si peteret, cōsularibus comitijs est exclusus. Creati consules sunt Cn. Cornelius Cossus, L. Furius Medullinus iterum. Non aliās ægrius plebs tulit tribunicia sibi comitia non cōmissa. cum dolorem quæstorij comitijs simul ostendit & ultra est, tunc primum pleberj quæstoribus creatis: ita, ut in quatuor creandis uni patricio C. Fabio Ambusto relinqueretur locus: tres pleberj, Q. Silius, P. Ælius, P. Pipius, clarissimarum familiarum iuuenibus præferrentur. Authores fuisse tam liberi populo suffragij Icilio accipio, ex familia infestissima patribus, tres in eum annum tribunos plebis creatos, multarum magnarumq; rerum molem auidissimo adeo populo ostētantes: cum affirmassent nihil se moturos: si ne quæstorij quidē comitijs, quæ sola promiscua plebi patribusq; reliquisset senatus: satis animi populo esset ad id, quod tandiu uellent, & per leges liceret. Pro ingenti itaq; uictoria id fuit plebi: quæsturamq; non honoris ipsius finem æstimabant: sed patet factus ad consulatū, ac triumphos locus nouis hominibus uidebatur. Patres contrā, non pro communicatis, sed pro amissis honoribus fremere: negare, si ea ita sint, liberos tollendos esse: qui pulsi maiorum loco, cernentesq; alios in possessione dignitatis suæ, salij, flaminesq; nusquam aliò, quàm ad sacrificādum pro populo sine imperijs ac potestatibus relinquuntur. Irritatis utriusq; partis animis, cum & spiritus plebes sumpisset: & tres ad popularē causam celeberrimi nominis haberet duces: patres omnia quæstorij comitijs, ubi utrunq; plebi liceret, similia fore cernentes, tendere ad consulam

Iulum comitia, quæ nondum promiscua essent. Icilij contra tribunos militum creandos dicere, & tandem aliquando impartendos plebi honores. Sed nulla erat consularis actio, quam impediendo id quod petebant, exprimerent: cum mira opportunitate Volscos & Aequos prædatorum extra fines exisse in agrum Latinum Hernicumq; affertur. ad quod bellum ubi ex senatusconsulto consules delectum habere occipiunt: obstare tunc enixe tribuni, sibi plebiq; eam fortunam oblatam memorantes. Tres erant & omnes acerrimi uiri, generosiq; etiam, ut inter plebeios. duo singuli singulos sibi consules asseruandos assidua opera desumunt: uni contionibus data nunc detinenda, nunc concienda plebs. Nec delectum consules, nec comitia quæ petebant, tribuni expediebant. inclinante deinde se fortuna ad causam plebis, nuntij ueniunt: arcem Caruentanã dilapsis ad prædam militibus qui in præsidio erant, Aequos interfectis paucis custodibus arcis inuasisse: alios recurrentes in arcem, alios palantes in agris cæcos. Ea aduersa ciuitati res uires tribuniciaæ actioni adiecit. nequicquam enim tentati ut tum deniq; desisterent impediendo bello, postquam non cessere nec publicæ tempestati nec suæ inuidiæ, peruincunt, ut senatusconsultû fiat de tribunis militum creandis: certo tamen pacto, ne cuius ratio haberetur, qui eo anno tribunus plebis esset: neue quis reficeretur in annû tribunus plebis: haud dubie Icilios denotante senatu, quos mercedem seditiosi tribunatus, petere cõsulatum insimulabant. Tum delectus haberi, bellumq; omniû ordinum cõsensu apparari cœptum. Consules ambo profecti sint ad arcem Caruentanam, an alter ad comitia habenda substiterit, incertum diuersi autores faciunt. illa pro certo habenda, in quibus non dissentiunt: ab arce Caruentana, cum diu nequicquam oppugnata esset, recessum: Verruginem in Volscis eodem exercitu receptam, populationesq; & prædas & in Aequis & in Volscis agro ingentes factas. Romæ sicut plebis uictoria fuit in eo, ut quæ mallent comitia haberent: ita euentu comitiorum patres uicerunt. namq; tribuni militum consulari potestate cõtra spem omnium tres patricij creati sunt, C. Iulius Tullus, Cn. Cornelius Cossus, C. Seruilius Hala. Artem adhibitam ferunt à patricijs, cuius eos Icilij tum quoq; insimulabant, quod turbam indignorum candidatorû intermiscendo dignis, redio sordium in quibusdam insignium populum à plebeijs auertissent. Volscos deinde & Aequos, seu Caruentana arx retenta in spem, seu Verrugine amissum præsidium ad iram cum impulisset, fama affertur, summa ui ad bellum coortos: caput rerum Antiates esse. eorum legatos utriusq; gentis populos circumisse, castigantes ignauiam: quod abditî intra muros populabundos in agris uagari Romanos priore anno, & opprimi Verruginis præsidium passi essent. iam non exercitus modo armatos, sed colonias etiam in suos fines mitti: nec ipsos modo Romanos sua diuisa habere, sed Ferentinû etiã de se captû Hernicis donasse. Ad hæc cum inflammarentur animi, ut ad quosq; uentum erat, numerus iuniorum cõscribebatur. Ita omnium populorum iuuentus Antium cõtracta. ibi castris positis hostem opperiebatur. Quæ ubi tumultu maiore etiam quàm res erat, nutiatur Romam: senatus extemplo (quod in rebus trepidis ultimum consilium erat) dictatorem dici iussit. Quam rem ægre passos, Iulium Corneliumq; ferunt: magnoq; certamine animorum rem actam: cum primores patrum nequicquam conquesti nõ esse in autoritate senatus tribunos militum, postremo etiam tribunos plebis appellarent, & consulis quoq; ab ea potestate uim super tali re inhibitam referrent: tribuni plebis læti discordia patrum, nihil esse in his auxiliij dicerent, qui non ciuium non deniq; hominû numero essent. si quando promiscui honores, communicata respublica esset: tum se animaduersuros, nequa superbia magistratuum irrita senatus consulta essent. interim patricij soluti legû magistratuumq; uerecundia, per se quoq; tribuniciam potestatem agerent. Hæc contentio minime idoneo tempore, cum tatum belli in manibus esset, occupauerat cogitationes hominû: donec ubi diu alternis Iulius Corneliusq;, cum ad id bellum ipsi satis idonei duces essent, nõ esse æquum, mandatum sibi à populo eripi honorem, disseruere: tum Hala Seruilius Trib. mil. tacuisse se tandiu ait, non quia incertus sententiæ fuerit: (quem enim bonum ciuem fecernere sua à publicis consilia?) sed quia maluerit collegas sua sponte cedere autoritati senatus, quàm tribuniciam potestatem aduersus se implorari paterentur. tum quoq; si res sineret, libenter se daturum tempus ijs fuisse ad receptû nimis pertinaciæ sententiæ: sed cum belli necessitates nõ ex-

k pectent

peccent humana consilia, potiorē sibi collegarum gratia rempub. fore. & si maneat in sententia senatus, dictatorem nocte proxima dicturum: ac si quis intercedat, senatusconsulti auctoritate se fore contentum. Quo facto, cum haud immeritam laudem, gratiamque apud omnes tulisset: dictatore P. Cornelio dicto, ipse ab eo magister equitum creatus est. Exemplo fuit collegas, eumque intuentibus, quā gratia atque honos opportuniora interdum non cupientibus essent. Bellum haud memorabile fuit. uno, atque eo facili praelio caesi ad Antium hostes. victor exercitus depopulatus Volscum agrum. castellum ad lacum Fucinum ui expugnatum: atque in eo tria millia hominum capta: caeteris Volscis intra moenia compulsis, nec defendentibus agros. Dictator bello ita gesto, ut tantum non defuisse fortunae uideretur: felicitate, quā gloria maior in urbem rediit: magistratuque se abdicauit. Tribuni militum mentione nulla comitorum consularium habita (credo ob iram dictatoris creati) tribunorum militum comitia edixerunt. Tum uero grauior cura patribus incessit: quippe cum prodi causam ab suis cernerent. Itaque sicut priore anno per indignissimos ex plebeis candidatos omnium etiam dignorum tedium fecerant: sic tum primoribus patrum splendore gratia que ad petendum prae paratis, omnia loca obtinuerunt: necui plebeio aditus esset. quatuor creati sunt, omnes iam functi eo honore, L. Furius Medullinus, C. Valerius Potitus, Cn. Fabius Vibulanus, C. Seruilius Hala. hic refectus continuato honore, cum ob alias uirtutes, tum ob recentem fauorem unica moderatione partum. Eo anno, quia tempus induciarum cum Veienti populo exierat: per legatos, foecialesque res repeti coeptae. quibus uenientibus ad finem legatio Veientium obuia fuit. petiere: ne priusquam ipsi senatum Romanum adissent, Veios iretur. Ab senatu impetratum, quia discordia intestina laborarent Veientes, ne res ab ijs repeterentur. tantum absuit ut ex incommodo alieno sua occasio peteretur. Et in Volscis accepta clades, amisso Verrugine praesidio. ubi tantum in tempore fuit momenti: ut, cum precantibus opem militibus, qui ibi a Volscis obsidebantur, succurri, si maturatum esset, potuisset: ad id uenerit exercitus subsidio missus, ut ab recenti caede palati ad praedandum hostes opprimerentur. Tarditatis causa in senatu magis fuit, quā tribunis, qui, quia summa ui resistere nuntiabantur: parum cogitauerunt, nulla non uirtute superari humanarum uirium modum. fortissimi milites non tamen nec uiui, nec post mortem inulti fuere.

Insequenti anno, P. & Cn. Cornelius Cossis, C. Fabio Ambusto, L. Valerio Potito, tribunis militum consulari potestate, Veiens bellum motum ob superbum responsum Veientis senatus, qui legatis repetentibus res, ni facefferet prope urbe finibusque, daturus quod Lars Tolumnus dedisset, responderi iussit. Id patres aegre passi, decreuere: ut tribuni militum de bello indicendo Veientibus primo quoque die ad populum ferrent. Quod ubi primo promulgatum est, fremere iuuentus: nondum debellatum cum Volscis esse: modo duo praesidia occidione occisa cum periculo retineri: nullum annum esse, quo non acie dimicaretur: & tanquam poenitentiae laboris, nouum bellum cum finitimo populo, & potentissimo parari: qui omnem Hetruriam sit cocitaturus. Haec sua sponte agitata insuper tribuni plebis accendunt. Maximum bellum patribus cum plebe esse dicunt: eam de industria uexandam militia, trucidandamque hostibus obijci: eam procul urbe haberi, atque ablegari: ne domi per otium memor libertatis coloniarumque, aut agri publici, aut suffragij libere ferendi consilia ageret. prehesantesque ueteranos, stipendia cuiusque, & uulnera, ac cicatrices numerabant: quid iam integri esse in corpore loci ad noua uulnera accipienda: quid superesse sanguinis, qui dari pro republica posset: rogantes. Haec cum in sermonibus, contionibusque interdum agitantes, auertissent plebem ab suscipiendo bello, profertur tempus ferendae legis: quam, si subiecta inuidiae esset, antiquari apparebat. Interim tribunos militum in Volscum agrum ducere exercitum placuit. Cn. Cornelius unus Romae relictus. Tres tribuni, postquam nullo loco castra Volscorum esse, nec commissuros se praelio apparuit: tripartito ad deuastandos fines discessere: Valerius Antium petit, Cornelius Ectras. quacunque incessere, late populati sunt tecta agrosque, ut distinerent Volscos. Fabius, quod maxime petebatur, ad Anxur oppugnandum sine ulla populatione accessit. Anxur fuit, quae nunc Terracinae sunt: urbs prona in paludes. ab ea parte Fabius oppugnationem ostendit. Circummissae quatuor cohortes cum C. Seruilio Hala, cum imminentem urbi colle cepissent

repissent: ex loco altiore, qua nullum erat praesidium, ingenti clamore ac tumultu moenia inuasere. ad quem tumultum obstupefacti, qui aduersus Fabium urbem infirmam tuebantur, locum dedere scalas admouendi. plenaeque hostium cuncta erant: & in muris diu caedes pariter fugientium ac resistentium armorum atque inermium fuit. cogebantur itaque uicti, quia cedentibus spei nihil erat, pugnam inire: cum pronuntiatum repente, ne quis praeter armatos uiolaretur, reliquam omnem multitudinem uoluntariam exiit armis: quorum ad duo millia & quingenti uiui captiuntur. a caetera praeda Fabius militem abstinuit, donec collegae uenirent: ab illis quoque exercitibus captum Anxur dicitans esse, qui caeteros Volscos a praesidio eius loci auertissent. Qui ubi uenerunt, oppidum uetere fortuna opulentum tres exercitus diripuerunt. eaque primum benignitas imperatorum plebem patribus conciliauit. Additum deinde omnium maxime tempestiuo principum in multitudinem munere, ut ante mentionem ullam plebis tribunorum uel decerneret senatus, ut stipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de suo quisque sumptus eo munere esset. Nihil acceptum unquam a plebe tanto gaudio traditum. concursum itaque ad curiam esse, prehensatasque exeuntium manus, & patres uere appellatos: effectum esse fatentibus, ut nemo pro tam munifica patria, donec quicquam uirium superesset, corpori aut sanguini suo parceret: cum commoditas iuuaret, rem familiarem saltem acquiescere eo tempore, quo corpus addictum atque operatum reipublicae esset. tum quod ultro sibi oblatum esset, non a tribunis plebis unquam agitarum, non suis sermonibus efflagitatum: id efficiebat multiplex gaudium cumulatiorumque gratiam rei. Tribuni plebis communis ordinum laetitiae concordiaeque soli expertes, negare tam id laetum patribus uniuersis, nec prosperum fore quae ipsi crederent. consilium specie prima melius fuisse quam usu appariturum. unde enim eam pecuniam confici posse, nisi tributo populo indicto: ex alieno igitur alijs largitos. neque id etiam si caeteri ferant, passuros eos, quibus iam emerita stipendia essent, meliore conditione alios militare quam ipsi militassent: & eosdem in sua stipendia impensas fecisse, & in aliorum facere. His uocibus mouerunt partem plebis. postremo indicto iam tributo, edixerunt etiam tribuni, auxilio se futuros, si quis in militare stipendium tributum non contulisset. Patres bene ceptam rem perseueranter tueri: conferre ipsi primi: & quia nondum argentum signatum erat, aes graue plaustris quidam ad aearium couchentes, speciosam etiam collationem faciebant. Cum senatus summa fide ex censu contulisset, primores plebis nobilium amici ex composito conferre incipiunt. quos cum & a patribus collaudari, & a militari aetate tanquam bonos ciues conspici uulgus hominum uidit: repente spreto tribunicio auxilio, certamen conferendi est ortum. & lege perlata de indicendo Veientibus bello, exercitum magna ex parte uoluntarium noui tribuni militum consulari potestate Veios duxere. Fuere autem tribuni T. Quintius Capitolinus, Q. Quintius Cincinnatus, C. Iulius Tullus iterum, A. Manilius, L. Furius Medullinus tertium, M. Aemilius Mamercus. Ab his primum circumfessi Veii sunt. sub cuius initium obsidionis cum Etruscorum concilium ad fanum Voltumnae frequenter habitum esset, parum constitit: bellone publico gentis uniuersae tuendi Veientes essent. Ea oppugnatio segnior insequenti anno fuit, parte tribunorum exercitusque ad Volscum auocata bellum. Tribunos militum consulari potestate his annis habuit C. Valerium Potitum tertium, M. Sergium Fidenatem, P. Cornelium Maluginensem, Cn. Cornelium Cossam, C. Fabium Ambustum, Sp. Nautium Rutilium iterum. Cum Volscis inter Ferentinum atque Ecetram signis collatis dimicatum. Romanis secunda fortuna pugnae fuit. Arterna inde Volscorum oppidum ab tribunis obsideri coepta. inde inter eruptionem tentatam compulso in urbem hoste, occasio data est Romanis irrumpendi, praeterque arcem, caetera capta. in arcem munitam natura globus armorum concessit. infra arcem caesi captique multi mortales. Arx deinde obsidebat: nec aut ui capi poterat, quia pro spatio loci satis praesidii habebat: aut spem dabat deditiois, omni publico frumento priusquam urbs caperetur, in arcem conuectioque recessum inde foret, nisi seruis arcem Romanis prodidisset. ab eo milites per locum arduum accepti, cepere. a quibus cum custodes trucidarentur, caetera multitudo repentino pauore oppressa in deditioem uenit. Diruta & arce & urbe Arterna, reductae legiones ex Volscis, omnisque uis Romana Veios conuersa est. Proditori praeter libertatem duarum familiarum bo-

na in præmium data. Seruius Romanus uocitatus. Sunt, qui Artenam Veientium, non Volscorum fuisse credant. præbet errorem, quod eiusdem nominis urbs inter Cære atq; Veios fuit. sed eam reges Romani deleuere: Ceretumq; non Veientium fuerat. altera hæc nomine eodem in Volscio agro fuit, cuius excidium est dictum.

DECADIS PRIMAE LIBER QUINTVS



PACE alibi parata, Romani Veisq; in armis erant, tanta ira odioq; ut uictis finem adesse appareret. Comitibus utriusq; populi longe diuersa ratione facta sunt. Romani auxere tribunorum militum consulari potestate numerum. octo, quot nunquam antea, creati, M. Aemilius Mamercus iterum, L. Valerius Potitus tertium, Ap. Claudius Crassus, M. Quintilius Varus, M. Iulius Tullus, M. Posthumius, M. Furius Camillus, M. Posthumius Albinus. Veientes contra, tedio annuæ ambitionis, quæ interdum discordiarum causa erat, regem creauere. Offendit ea res populorum Hetruriæ animos non maiore odio regni, quam ipsius regis. grauis iam is antea genti fuerat opibus superbiaq;, quia solennia ludorū, quos intermitteri nefas est, uiolenter diremissit: cū ob iram repulsæ, quod suffragio XII populorum alius sacerdos ei prælatus esset, artifices, quorū magna pars ipsius serui erant, ex medio ludicro repente abduxit. gens itaq; ante omnes alias eo magis dedita religionibus, quod excelleret arte colendi eas, auxilium Veientibus negandū, donec sub rege essent, decreuit. cuius decreti suppressa fama est. Veis propter metū regis, qui à quo tale quid dictum referretur, pro seditionis eum principe, nō noui sermonis autorem habebat. Romanis & si quietæ res ex Hetruria nuntiabantur: tamen, quia omnibus concilijs eam rem agitari afferebatur, ita muniebant, ut ancipitia munimenta essent. alia in urbem & contra oppidanorum eruptiones uersa: alijs frons in Hetruriā spectans auxilijs, si qua forte inde uenirent, obstruebat. Cum spes maior imperatoribus Romanis in obsidione, quam in oppugnatione esset, hybernacula etiam, res noua militi Romano, ædificari cœpta: consiliumq; erat hyemando continuare bellum. quod postquam tribunis plebis, iamdiu nullam nouandi res causam inuenientibus, Romam est allatum, in contionem prosiliunt, sollicitant plebis animos, hoc illud esse dictitantes, quod æra militibus sint constituta. nec se fefellisse, id donum inimicorum ueneno illitum fore, uenisse libertatem plebis. remotam in perpetuū, & ablegatam ab urbe & ab republica iuuentutem iam ne hyemæ quidē aut temporis anni cedere, ac domos & res inuisere suas. Quam putarent continuatæ militiæ causam esse? nullam profecto aliam inuenturos, quam nequid per frequentiam iuuenum eorum, in quibus uires omnes plebis essent, agi de comodis eorū posset. uexari præterea, & subigi multo acrius, quam Veientes. Quippe illos hyemem sub tectis suis agere, egregijs muris situq; naturali urbem tutantes. militem Romanū in opere ac labore, niuibus pruinisq; obrutum sub pellibus durare, ne hyemis quidem spatio, quæ omniū bellorum terra marisq; sit quies, arma deponentem. Hoc neq; reges, neq; ante tribuniciam potestatem creatam superbos illos consules, neq; triste dictatoris imperiū, neq; importunos decemuirōs iniunxisse seruitutis, ut perennem militiam facerent, quod tribuni militum in plebe Romana regnum exercerent. quidnam illi consules dictatoresue facturi essent, qui proconsularem imaginem tam sæuam ac trucem fecerint? Sed id accidere haud immerito. nō fuisse ne in octo quidem tribunis militum locum ulli plebeio. Antea trina loca cum contentione summa patricios explere solitos. nunc iam octoiuges ad imperia obtinenda ire: & ne in turba quidem hære plebeium quenquam: qui, si nihil aliud, admoneat collegas: liberos, & ciues eorum, nō seruos militare, quos hyeme saltē in domos ac tecta reduci oporteat, & aliquo tempore anni parentes liberosq; ac coniuges inuisere, & usurpare libertatē, & creare magistratus. Hæc, taliaq; uociferantes aduersarium haud imparē nacti sunt, Ap. Claudium, relictum à collegis ad tribunicias seditiones comprimendas, uirum imbutum iam ab iuuenta certaminibus plebeijs: quem autorem aliquot annis ante fuisse memoratum est per collegarum intercessionem tribuniciæ

buniciæ potestatis dissoluendæ. Is tum iam non promptus ingenio tantum, sed usu etiã exercitatus talem orationem habuit. Si unquam dubitatum est Quirites, utrum tribuni plebis uestra, an sua causa seditionũ semper autores fuerint, id ego hoc anno desisse dubitari certum habeo. & cum lætor tandem longi erroris uobis finem factũ esse, tum quod secũdis potissimum uestris rebus hic error est sublatus, & uobis & propter uos reip. gratulor. An est quisquam qui dubitet, nullis iniurijs uestris, si quæ forte aliquando fuerunt, unquam æque quàm munere patrum in plebem, cum æra militantibus constituta sunt, tribunos plebis offensos ac concitados esse? quid illos aliud aut tum timuisse creditis, aut hodie turbare uelle, nisi cõcordiã ordinum? quam dissoluendæ maxime tribuniciæ potestati rentur esse. Sic hercule tanquam artifices improbi opus quærunt: qui & semper ægri aliquid esse in rep. uolunt, ut sit ad cuius curationem à uobis adhibeantur. Vtrum enim defenditis, an impugnatis plebem? utrum militantium aduersarij estis? an causam agitis? nisi forte hoc dicitis, quicquid patres faciunt, displicet: siue illud pro plebe, seu contra plebem est. Et quemadmodũ seruis suis uctant domini quicquã rei cum alienis hominibus esse, pariterq; in ijs beneficio ac maleficio abstineri æquum censent: sic uos interdicitis patribus cõmercio plebis: ne nos comitate ac munificentia nostra prouocemus plebem, nec plebs nobis dicto audiens atq; obediens sit. Quanto tandem, si quicq; in uobis non dico ciuile, sed humani esset, fauere uos magis, & quantum in uobis esset, indulgere potius comitati patrum atq; obsequio plebis oportuit? quæ si perpetua concordia sit, quis non spondere ausit maximum hoc imperium inter finitimos breui futurũ esse? Atq; ego q; hoc consiliũ collegarum meorum, quo abducere infecta re à Veijs exercitũ noluerunt: non utile solum, sed etiam necessarium fuerit, postea differam. nunc de ipsa cõditione militantiũ dicere libet. quam orationem non apud uos solum, sed etiam in castris si habeatur ipso exercitu disceptante, æquam arbitror uideri posse. in qua si mihi ipsi nihil quod dicerem, in mentẽ uenire posset: aduersariorũ certe orationibus contentus essem. Negabant nuper danda esse æra militibus, quia nuncq; data essent. quonã modo igitur nunc indignari possunt, quibus aliquid noui adiectum commodi sit, eis laborem etiam nouum pro portione iniungi? nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum ferme sine impensa opera est. labor uoluptasq; dissimillima natura, societate quadam inter se naturali sunt iuncta. Molestè antea ferebat miles se suo sumptu operam reipub. præbere: gaudebat idem partem anni se agrum suum colere, quærere unde domi militatq; se ac suos tueri posset. gaudet nunc fructui sibi reipub. esse, & lætus stipendiũ accipit. æquo igitur animo patitur se ab domo, ab re familiari, cui grauis impensa non est, paulo diutius abesse. an si ad calculos eum respub. uocet, non merito dicat? annua æra habes, annuam operam ede. an tu æquum censēs, militia semestri solidum te stipendiũ annuum accipere? Inuitus in hac parte orationis Quirites moror. sic enim agere debent qui mercenario milite utuntur. nos tanquam cum ciuibus agere uolumus: agiq; tanquam cum patria nobiscum, æquum censemus. Aut non suscipi bellum oportuit: aut geri pro dignitate populi Romani, & perfici quamprimum oportet. perficietur autem, si urgemus obsessos, si non ante abscedimus, quàm spei nostræ finem captis Veijs imposuerimus. Si hercule nulla alia causa, ipsa indignitas perseuerantiam imponere debuit. Decem quondam annos urbs oppugnata est ob unam mulierem ab uniuersa Græcia quàm procul ab domo: quot terras, quot maria distans? nos intra uicesimum lapidem, in conspectu propè urbis nostræ annuam oppugnationem perferre piget: scilicet quia leuis causa belli est: nec satis quicquam iusti doloris est, quod nos ad perseuerandum stimulet. Septies rebellauerunt, in pace nunquam fidi fuerunt: agros nostros millicies depopulati sunt: Fidenates deficere à nobis coggerunt: colortos nostros ibi interfecerunt: aut q; res fuere contra ius gentium cædis impię legatorum nostrorum: Etruriam omnem aduersus nos concitare uoluerunt, hodieq; id moliantur: res repetentes legatos nostros haud procul abfuit quin uiolarent. Cum his molliter & per dilationes bellum geri oportet? Si nos tam iustum odium nihil mouet, ne illa quidem oro uos mouent? operibus ingentibus septa urbs est, quibus intra muros coercetur hostis. agrum non coluit, & culta euastata sunt bello. Si reducimur exercitum, quis est qui dubitet illos non cupiditate solum ulciscendi, sed etiam necessitate

imposita ex alieno prædandi, cum sua amiserint, agrum nostrum inuasuros: non differimus igitur bellum isto consilio, sed intra fines nostros accipimus: Quid: illud, quod proprie ad milites pertinet: quibus boni tribuni plebis cum stipendiū extorquere uoluerint, nunc consultum repente uolunt: quale est: uallum fossamq̄, ingentis utranq̄ rem operis, per tantum spatij dixerunt: castella primo pauca, postea exercitu aucto creberrima fecerunt: munitiones non in urbem modo, sed in Hetruriā etiam spectantes, si qua inde auxilia ueniant, opposuere. quid turres: quid uineas testudinesq̄, & alium oppugnandarū urbium apparatus loquar: cum tantum laboris exhaustum sit: & ad finem iam operis tandem peruentum: relinquendane hæc cēsetis, ut ad æstatem rursus nouus de integro his instituendis exudetur labor: quanto est minus opera tueri facta: & instare, & perseuerare, defungiq̄ cura: breuis enim profecto res est: si uno tempore peragitur, nec ipsi per intermissiones has interuallaq̄ lentiores spem nostram facimus. loquor de opere, & de tēporis iactura. Quid: periculi, quod differendo bello adimus: num obliuisci nos hæc tam crebra Hetruriæ cōcilia de mittendis Veios auxilijs patiuntur: ut nunc res se habet, irati sunt, oderunt, negant missuros: quantum in illis est, capere Veios licet. quis est, qui spondeat: eundem, si differtur bellum, animū postea fore: cum, si laxamentum dederis, maior frequentiorq̄ legatio itura sit: cum, id, quod nunc offendit Hetruscōs, rex creatus Veijs spacio mutari interposito possit: uel consensu ciuitatis, ut eo reconcilient Hetruriæ animos, uel ipsius uoluntate regis, qui obstare regnū suum saluti ciuium nolit. Videte quot res quā inutiles sequantur illam uiam consilij: iactura operum tanto labore factorū: uastatio imminens finium nostrorum: Hetruscū bellum pro Veiente concitatum. Hæc sunt tribuni consilia uestra, non hercule dissimilia, ac si quis ægro, qui curari se fortiter passus, extemplo cōualescere possit: cibi gratia præsentis aut potionis, longinquū & forsitan insanabilem morbū efficiat. Si medius fidius ad hoc bellum nihil pertineret, ad disciplinam certe militiæ plurimum intererat infuescere militem nostrum non solū parra uictoria frui: sed, si res etiā lentior sit, pati tedium: & quā uis seræ spei exitum expectare: & si non sit æstate perfectū bellum, hyemem operiri: nec, sicut æstiuas aues, statim autumnō tecta ac recessum circumspicere. Obsecro uos: uenandi studium ac uoluptas homines per niues ac pruinas in montes syluasq̄ rapit: belli necessitatibus eam patientiam non adhibebimus, quam uel lusus ac uoluptas elicere solet: adeōne effœminata corpora militum nostrorum esse putamus, adeo molles animos, ut hyemem unam durare in castris, abesse ab domo non possint: ut tanquā nauale bellum tempestatibus captandis, & obseruando tempore anni gerant: non æstus, non frigora pati possint: erubescant profecto, si quis eis hæc obijciat: contendantq̄, & animis, & corporibus suis uirilem patientiam inesse: & se iuxta hyeme, atq̄ æstate bella gerere posse: nec se patrociniū molliciæ inertiaq̄ mandasse tribunis: & meminisse hanc ipsam potestatem nō in umbra, nec in tectis maiores suos creasse. Hæc uirtute militum uestrorū, hæc Romano nomine sunt digna: non Veios tantū, nec hoc bellum intueri, quod instat: sed famam & ad alia bella, & ad cæteros populos in posterū quætere. An mediocre discrimen opinionis secuturum ex hac re putatis: utrum tandem finitimi populum Romanum cum esse putent, cuius si qua urbs primū illum breuissimi temporis sustinuerit impetum, nihil deinde timeat: an hic sit terror nominis nostri, ut exercitū Romanum nō tedium longinquæ oppugnationis, nō uis hiemis ab urbe circumfessa semel amouere possit: nec finem ullum alium belli, quā uictoriam nouerit: nec impetu potius bella, quā perseuerantia gerat: quæ in omni quidem genere militiæ, maxime tamen in obsidendis urbibus necessaria est: quarum plerasq̄ munitionibus, ac naturali situ inexpugnabiles, fame, sitiq̄ tempus ipsum uincit atq̄ expugnat: sicut Veios expugnabit: nisi auxilio hostibus tribuni plebis fuerint: & Romæ inuenerint præsidia Veientes, quæ nequicquam in Hetruria quærent. An est quicquam quod Veientibus optatum æque contingere possit: quā ut seditionibus primū urbs Romana, deinde uelut ex contagione castra implerentur. At hercule apud hostes tanta modestia est, ut non obsidionis tedio, non deniq̄ regni, quicquam apud eos nouatum sit: non negata auxilia ab Hetruscis iritauerint animos. morietur enim extemplo, quicumq̄ erit seditionis autor: nec cuiquam dicere ea licebit, quæ apud uos impune dicuntur. sustuarium meretur, qui signa

relinquit

relinquit, aut praesidio decedit. autores signa relinquendi, & deferendi castra, non uni aut alteri militi, sed uniuersis exercitibus, palam in contione audiuntur. adeo quicquid tribunus plebis loquitur, & si prodendae patriae, dissoluendaeque reip. est, assuetis audire: & dulcedine potestatis eius capti, quaelibet sub ea scelera latere sinitis. Reliquum est, ut quae hic uociferantur, eadem in castris & apud milites agant, & exercitus corrumpant, ducibusque parere non patiantur: quoniam ea demum Romae libertas est, non senatum, non magistratus, non leges, non mores maiorum, non instituta patrum, non disciplinam uereri militiae. Par iam etiam in contionibus erat Appius tribunus plebis, cum subito, unde minime quis crederet, accepta calamitas apud Veios, & superiorem Appium in causa, & concordiam ordinum maiorem, ardoremque ab oblidendos pertinacius Veios fecit. Nam cum agger promotus ad urbem, uineaeque tantum non iam iniunctae moenibus essent, dum opera interdum fiunt intentius, quam nocte custodiuntur, patefacta repente porta, ingens multitudo facibus maxime armata ignes coniecit: horaeque momento simul aggerem, ac uineas, tam longi temporis opus incendium hausit: multique ibi mortales nequicquam opem ferentes, ferro, ignique absumpti sunt. Quod ubi Romam est nuntiatum, maestitiam omnibus, senatui curam metumque iniecit, ne tum uero sustineri nec in urbe seditio, nec in castris posset, & tribuni plebis uelut ab se uictae reipub. insultarent: cum repente, quibus census equester erat, equi publici non erant assignati, consilio prius inter sese habito, senatum adeunt, factaque dicendi potestate, equis se suis stipendia facturos promittunt. Quibus cum amplissimis uerbis gratiae ab senatu actae essent, fama que ea forum atque urbem peruasisset, subito ad curiam concursus fit plebis, pedestris ordinis se aiunt nunc esse, operamque reipublicae extra ordinem polliceri, seu Veios, seu quod aliud ducere uelint. si Veios ducti sint, negant se inde prius, quam capta urbe hostium, redituros esse. Tum uero iam superfundenti se letitiae uix temperatum est. non enim sicut equites, dato magistratibus negotio, laudari iussi: neque aut in curiam uocati, quibus responsum daretur, aut limine curiae continebatur senatus: sed pro se quisque ex superiore loco ad multitudinem in comitio stantem, uoce manibusque significare publicam laetitiam. beatam urbem Romanam, & inuictam, & aeternam illa concordia dicere: laudare equites, laudare plebem: diem ipsum laudibus ferre: uictam esse fateri comitatem benignitatemque senatus. certatim patribus, plebique manare gaudio lachrymae, donec reuocatis in curiam patribus senatusconsultum factum est: ut tribuni militares contione aduocata pedibus, equitibusque gratias agerent: memorem pietatis eorum erga patriam dicerent senatum fore: placere autem omnibus his uoluntariam extra ordinem professis militiam aera procedere. & equiti certus numerus aeris est assignatus. Tum primum equis merere equites coeperunt. Voluntarius ductus exercitus Veios non amissa modo restituit opera, sed noua etiam instituit. ab urbe commeatus intentiore quam antea subuehi cura, nequid tam benemerito exercitui ad usum deesset. Insequens annus tribunos militum consulari potestate habuit, C. Seruilium Halam tertium, Q. Seruilium, P. Virginium, Q. Sulpicium, A. Manlium iterum, M. Sergium iterum. His tribunis dum cura omnium in Veios bellum intenta est, neglectum Anxuri praesidium uagationibus militum, & Volcos mercatores uulgo receptando, proditis repente portarum custodibus oppressum est. minus militum perijt, quia praeter aegros lixarum in modum omnes per agros, uicinasque urbes negotiabantur. Nec Veios melius gesta res, quod tum caput omnium curarum publicarum erat. nam & duces Romani plus inter se irarum, quam aduersus hostes animi habuerunt: & auctum est bellum aduentu repentino Capenatum atque Faliscorum. Hi duo Hetruriae populi, quia proximi regione erant, deuictis Veios bello quoque Romano se proximos fore credentes: Falisci propria etiam causa infesti, quod Fidenati bello se iam antea immiscuerant, per legatos ultro citroque missos iurciurando inter se obligati: cum exercitibus nec opinato ad Veios accessere. Forte ea regione, qua M. Sergius tribunus militum praerat, castra adorti sunt: ingentemque terrorem intulere, quia Hetruriam omnem excitam sedibus magna mole adesse Romani crediderant. eadem opinio Veientes in urbe concitauit. Ita ancipiti praelio castra Romana oppugnabantur. concursantesque cum huc atque illuc signa transferrent: nec Veientem satis cohibere intra munitiones, nec suis munimentis arcere iam uim

ac tueri se ab exteriorē poterāt hoste. una spes erat, si ex maioribus castris subueniret, ut diuersæ legiones, aliæ aduersus Capenam ac Faliscū, aliæ contra eruptionem oppidanorū pugnarent. Sed castris præerat Virgilius priuatim Sergio inuisus infestusq;. is cum pleraq; castella oppugnata, superatas munitiones, utrinq; inuehi hostem nuntiaretur, in armis milites tenuit: si opus foret auxilio, collegā dictitās ad se missurū. Huius arrogantia pertinacia alterius equabat, qui nequam opem ab inimico uideretur petisse: uinci ab hoste q̄ uincere per ciuem maluit. Diu in medio cęsi milites, postremo desertis munitionibus perpauca in maiora castra, pars maxima atq; ipse Sergius Romam pertenderunt. ubi cum omnem culpam in collegā inclinaret: acciri Virgiliū ex castris, interea præesse legatos placuit. Acta deinde in senatu res est, certatumq; inter collegas maledictis. pauci reipublicæ, huic atq; illi, ut quosq; studium priuatim aut gratia occupauerunt, adsunt. primores patrum siue culpa, siue infelicitate imperatorū tam ignominiosa clades accepta esset, censuere non expectandū iustum tempus comitorū, sed ex tempore nouos tribunos militū creandos esse, qui Calendis octobribus magistratū occiperent. In quam sententiam cum pedibus iretur, cæteri tribuni militum nihil contradicere. at enim uero Sergius Virgiliusq;, propter quos pœnitere magistratū eius anni senatū apparebat: primo deprecari ignominia, deinde intercedere senatusconsulto. negare se ante Idus Decembres, solennem incundis magistratibus diem, honore abituros esse. Inter hæc tribuni plebis, cū in concordia hominū secundisq; rebus ciuitatis inuiti silentiū tenuissent, feroces repente minari tribunis militū, nisi in autoritate senatus essent, se in uincula eos duci iussuros esse. Tum C. Seruilius Hala Trib. mil. Quod ad uos attinet tribuni plebis minasq; uestras, ne ego libenter experirer quàm non plus in his iuris q̄ in uobis animi esset. sed nefas est tendere aduersus autoritatē senatus. proinde & uos desinite inter nostra certamina locum iniuriæ quærere, & collegæ aut facient quod censet senatus: aut si pertinacius tendent, dictatorem ex tempore dicam, qui eos abire magistratu cogat. Cum omnium assensu comprobata oratio esset, gaudentq; patres, sine tribunicie potestatis terriculis inuentā esse aliam uim maiorem ad coercendos magistratus, uicti consensu omnium comitia tribunorum militum habuere, qui Calendis octobribus magistratum occiperēt: scq; eam ante diem magistratu abdicauere. L. Valerio Potito quartum, M. Furio Camillo iterum, M. Aemilio Mamercio tertium, Cn. Cornelio Cossio iterum, C. Fabio Ambusto, L. Iulio Tullo, Tr. mil. consulari potestate, multa domi militiæq; gesta. Nam & bellum multiplex fuit eodem tempore, ad Veios & ad Capenam, & ad Falerios & in Volscis, ut Anxur ab hostibus recuperaretur: & Romæ simul delectu, simul tributo conferendo laboratum est: & de tribunis plebis cooptandis contentio fuit: & haud paruū motum duo iudicia eorum, qui paulo ante consulari potestate fuerant, exciuerunt. Omnium primum tribunis militum fuit, delectū haberi: nec iuniores modo conscripti, sed seniores etiam coacti nomina dare, ut urbis custodiā agerent. Quantum autem augebatur militū numerus, tãto maiore pecunia in stipendium opus erat: eaq; tributo conferebatur inuitis conferentibus qui domi remanebant, quia tuentibus urbem opera quoq; militari laborandū seruiendumq; reipub. erat. Hæc per se grauiora, indigniora ut uiderentur, tribuni plebis seditiosis contionibus faciebant: ideo cetera militibus constituta esse arguendo, ut plebis partem militia, partem tributo conficerent. Vnum bellum annum iam tertium trahi, & cōsulto male geri, ut diutius gerant. in quatuor deinde bella uno delectu exercitus scriptos, & pueros quoq; ac senes extractos. Iam nō æstatis nec hyemis discrimen esse, ne ulla quies unq; miseræ plebi sit: quæ nunc etiam uectigalis ad ultimū facta sit: ut cum confecta labore, uulneribus, postremo ætate corpora retulerint: incultaq; omnia diutino dominorū desiderio domi inuenerint: tributū ex affecta re familiari pendant: ætaq; militaria uelut scenore accepta, multiplicia reip. reddāt. Inter delectū tributumq;, & occupatos animos maiorū rerū curis, comitijs tribunorū pl. numerus expleri nequit. Pugnatū inde in loca uacua ut patricij cooptarent. postq; obtineri non poterat, tamen labefactandæ legis tribunicie causa effectum est ut cooptarentur tribuni plebis C. Lacerius & M. Acutius, haud dubie patriciorum opibus. Fors ita tulit, ut eo anno trib. pl. C. Trebonius esset, qui nomini ac familiæ debitum præstare uideretur treboniæ legis patrocinium. is quod petissent patres quidam primo incepto

incepto repulsi, tamen tribunos militum expugnasse uociferans; legem treboniam sublatam, & cooptatos tribunos plebis non suffragijs populi, sed imperio patriciorū, & eò deuolui rem, ut aut patricij, aut patriciorum affectu habēdi tribuni plebis sint, eripi sacratas leges, extorque ri tribuniciam potestatem: id fraude patriciorum, scelere ac prodicione collegarum factum arguere. Cum arderent inuidia non patres modo, sed etiā tribuni plebis, cooptati pariter, & qui cooptauerant: tum ex collegio tres, P. Curiatius, M. Metilius, & M. Minucius, trepidi rerū suarum in Sergio Virginiumq; prioris anni tribunos militares incurrunt: in eos ab se iram plebis inuidiamq; die dicta auertunt. Quibus delectus, quibus tributum, quibus diutina militia, longinquitasq; belli sit grauis: qui clade accepta ad Veios doleāt: qui amissis liberis, fratribus, propinquis, affinibus lugubres domos habeāt: rjs publici, priuatiq; doloris exequendi ius potestatemq; ex duobus noxijs capitibus datam ab se memorant. omnium nanq; malorum in Sergio Virginioq; causas esse: nec id accusatorem magis arguere, q̄ fateri reos: qui noxi ambo, alter in alterum causam conferant: fugam Sergij Virginius, Sergius prodicionē increpans. Virginij, quorum adeo incredibilem amentiam fuisse: ut multo uerisimilius sit: compacto eam rem, & communi fraude patriciorum actam. Ab his & prius datum locum Veientibus ad incendenda opera, belli trahendi causa: & nunc proditū exercitū: tradita Faliscis Romana castra. omnia fieri, ut consenescat ad Veios iuuentus: nec de agris, nec de alijs commodis plebis ferre ad populum tribuni, frequentiaq; urbana celebrare actiones, & resistere conspirationi patriciorum possint. Præiudiciū iam de reis & ab senatu, & à populo Romano, & ab ipsorum collegis factum esse. nam & senatusconsulto eos ab republica remotos esse: & recusantes abdicare se magistratu, dictatoris metu ab collegis coercitos esse: & populum Romanum tribunos creasse, qui non Idibus Decembribus die solenni, sed extemplo Cal. octobribus magistratum occiperent: quia stare diutius respub. his manentibus in magistratu non posset. Et tamen eos tot iudicij confossos, prædamnatosq; uenire ad populi iudiciū: & existimare defunctos se esse: satisq; pœnarum dedisse, quod duobus mensibus citius priuati facti sint: neq; intelligere, nocendi sibi diutius tum potestatem ereptam esse, non pœnam irrogatā. quippe & collegis abrogatum imperium, qui certe nihil deliquissent. illos repeterēt animos Quirites: quos recenti clade accepta habuissent, cum fuga trepidum, plenum uulnerum ac pauore incidentem portis exercitum uiderint, non fortunam, aut quenquam deorum, sed hos duces accusantem. Pro certo se habere: neminē in cōtiōe stare, qui illo die nō caput, domū, fortunasq; L. Virginij ac M. Sergij sit execratus, detestatusq;. minime conuenire, quibus iratos quisq; deos precatus sit, in ijs sua potestate, cum liceat & oporteat, non uti. nunquam deos ipsos admouere nocentibus manus: satis esse, si occasione ulciscendi læsos armēt. His orationibus incitata plebs denis millibus æris grauis reos condemnat: nequicquam Sergio martem communem belli, fortunamq; accusante: Virginio deprecante, ne infelicioi domi, quàm militiæ esset. In hos uersa ira populi cooptationis tribunorum, fraudisq; contra legem treboniam factæ memoriā obscuram fecit. Victores tribuni ut præsentem mercedem iudicij plebes haberet: legem agrariam promulgant, tributumq; cōferri prohibent: cū tot exercitibus stipendio opus esset, resq; militia ita prospere gererentur, ut nullo bello ueniretur ad exitū spei. nanq; Verijs castra, quæ amissa erant, recuperata castellis præsidijq; firmantur. Præerant tribuni militum, M. Aemilius, & Q. Fabius. à M. Furio in Faliscis, & Cn. Cornelio in capenate agro hostes nulli extra mœnia inuenti: prædæ actæ, incendijq; uillarum ac frugū uastati fines: oppida nec oppugnata, nec obfessa sunt. At in Volscis depopulato agro Anxur nequicquam oppugnatum, loco alto situm: & postq; uis irrita erat, uallo fossaq; obsideri cœptū. Valerio Potito Volsci prouincia euenerat. Hoc statu militariū rerum, seditio intestina maiore mole coorta, quàm bella tractabātur. & cum tributum cōferri per tribunos nō posset: nec stipendium imperatoribus mitteretur, æraq; militaria flagitaret miles: haud procul erat, quin castra quoq; urbanæ seditionis contagione turbarentur. Inter has iras plebis in patres cū tribuni plebis nunc illud tempus esse dicerent stabilindæ libertatis: & ab Sergijs Virginijq; ad plebeios uiros fortes ac strenuos trāsferēdi summi honoris: nō tamē ultra processum est, q̄ ut unus ex plebe usurpādī iuris causa, P. Licinius Caluus

tribunus

tribunus militum consulari potestate crearetur. cæteri patricij creati: P. Manlius & P. Titinius, P. Melius, L. Furius Medullinus, L. Popilius Volscus. Ipsa plebes mirabatur se tantam rem obtinuisse, non is modo qui creatus erat, uir nullis ante honoribus usus, uetus tantum senator, & ætate iam grauis. Nec satis constat, cur primus ac potissimus ad nouum delibandū honorem sit habitus. Alij Cn. Cornelij fratris, qui tribunus militum priore anno fuerat: triplexq; stipendium equitibus dederat, gratia extractum ad tantum honorem credunt. alij orationem ipsam tempestiuam de concordia ordinū, patribus plebiq; gratā habuisse. Hac uictoria comitorum exultantes tribuni plebis, quod maxime rempublicam impediēbat, de tributo remisēerunt. collatum obedienter missumq; ad exercitum est. Anxur in Volscis breui receptum est, neglectis die festo custodijs urbis. Insignis annus hyeme gelida ac niuosa fuit: adeo ut uia clausa, Tyberis in nauigabilis fuerit. Annona ex ante cōuecta copia nihil mutauit. Et quia P. Licinius ut cœperat haud tumultuose magistratum maiore gaudio plebis quā indignatione patrum, ita etiam gessit: dulcedo inuasit proximis comitijs tribunorū militum plebeios creādi. unus M. Verurius ex patricijs candidatis locum tenuit. plebeios alios tribunos militum consulari potestate omnes ferē centurię dixere, L. Titinium, P. Menenium, Racilium, Cn. Genutium, L. Atilium Tristem hyemem, siue ex intemperie cœli raptim mutatione in contrarium facta, siue alia qua de causa, grauis pestilensq; omnibus animalibus ætas excepit. cuius insanabili perniciē quando nec causa nec finis inueniebatur: libri Sibyllini ex senatuscōsulto aditi sunt. duumiri sacris faciundis, lectisternio tunc primū in urbe Romana factō, per dies octo Apollinē Latonamq; & Dianam, Herculem, Mercurium atq; Neptunum tribus quā amplissime tum apparari poterat, stratis lectis placuere. priuatim quoq; id sacrum celebratum est. tota urbe patentibus ianuis, promiscuoq; usu rerum omnium in propatulo posito, notos ignotosq; passim aduenas in hospitium ductos ferunt: & cum inimicis quoq; benigne ac comiter sermones habitos, iurgijs ac litibus temperatum: uinctis quoque dempta in eos dies uincula: religioni deinde fuisse, quibus eam opem dii tulissent, uincti. Interim ad Veios terror multiplex fuit, tribus in unum bellis collatis. nanq; eodem quo antea, modo circa munimenta, cum repente Capenates Falisciq; subsidio uenissent: aduersus tres exercitus ancipiti prælio pugnatum est. ante omnia adiuuit memoria damnationis Sergij ac Virginij. itaq; maioribus castris, unde antea cessatum fuerat, breui spatio circumductæ copiæ Capenates in uallum Romanum uersos ab tergo aggrediuntur. Inde pugna cœpta & Faliscis intulit terrorem, trepidantesq; eruptio ex castris opportune facta auertit. repulsos deinde insecuti uictores, ingentem ediderunt cædem. Nec ita multo post iam palantes, ueluti forte oblatis, populatores capenatis agri reliquias pugnae absumpsere. & Veientiū refugientes in urbem multi ante portas cæsi, dum præ metu ne simul Romanus irrumperet, obiectis foribus extremos suorum excludere. Hæc eo anno acta. Et iam comitia tribunorum militum aderant, quorum propè maior patribus quā belli cura erat: quippe non cōmunicatum modo cum plebe, sed propè amissum cernentibus summum imperiū. itaq; clarissimis uiris ex composito præparatis ad petendū, quos prætereundi uerecundiam crederent fore: nihilo minus ipsi perinde ac si omnes candidati essent, cuncta experientes, nō homines modo, sed deos etiam excipiebant, in religionem uertentes comitia biennio habita. priore anno intolerandā hyemem prodigijsq; diuinis similem coortam: proximo non prodigia, sed iam euentus, pestilentiam agris, urbiq; illatam haud dubia ira deūm, quos pestis eius arcendæ causa placandos esse, in libris fatalibus inuentum sit. comitijs, auspicato quæ fierent, indignum dijs uisum honores uulgari, discriminaq; gentium confundi. Præterquam maiestate petentium, religione etiam attoniti homines patricios omnes, partem magnam honoratissimū quemque, tribunos militum consulari potestate creauere, L. Valerium Potitum quintum, M. Valerium Maximum, M. Furium Camillum tertium, L. Furium Medullinum tertium, Q. Scruilium Fidenatem iterum, Q. Sulpicium Camerinum iterum. His tribunis ad Veios nihil admodum memorabile actum est. tota uis in populationibus fuit. duo summi imperatores, Potitus à Falerijs, Camillus à Capena prædas ingētes egere, nulla incolumi relicta re, cui ferro, aut igni noceri posset. Prodigia interim multa nuntuari, quorum pleraque, & quia singuli autores erant

erant, parum credita, spretaq; & quia hostibus Hetruscis, per quos ea procurarent, aruspices non erant. In unum omnium curæ uersæ sunt, quod lacus in Albano nemore sine ullis cœlestibus aquis, causaue qua alia, quæ rem miraculo eximeret, in altitudinē insolitam creuit. Quidnam eo dii portenderent prodigio, missi sciscitatum oratores ad delphicum oraculum. sed prior interpretis fati oblati senior quidam Veiens, qui inter cauillantes in stationibus accusto dijs milites Romanos Hetruscoscq;, uaticinantis in modū cecinit: priusquam ex lacu Albano aqua emissa foret, nunq; potiturum Veijs Romanum, quod primo uelut temere iactum sperni, agitari deinde sermonibus cœptū est: donec unus ex statione Romana percunctatus proximum oppidanorū, iam per longinquitatem belli cōmercio sermonū facti: quis nam is esset, qui per ambages de lacu Albano iaceret: postquā audiuit aruspicem esse, uir haud intacti religionis animi, causatus de priuati portenti procuratione, si operæ illi esset, consulere uelle, ad colloquium uatem elicit. cumq; progressi ambo à suis longius essent inermes, sine ullo metu, præualens iuuenis Romanus senem infirmum in conspectu omniū raptum nequicq; tumultu antibus Hetruscis, ad suos transtulit, qui cum perductus ad imperatorem, inde Romam ad senatum missus esset: sciscitantibus quidnam id esset, quod de lacu Albano docuisset: respondit, profecto iratos deos Veienti populo illo fuisse die, quo sibi eam mentem obiecissent, ut excidium patriæ fatale proderet. itaq; quæ tum cecinerit diuino spiritu instinctus, ea se nec ut indita sint, reuocare posse: & tacendo forsitan quæ dii immortales uulgari uelint, haud minus quā cælanda effando, nefas contrahi. Sic igitur libris fatalibus, sic disciplina Hetrusca traditum esse: ut quando aqua Albana abundasset, tū si eam Romanus rite emisisset, uictoriam de Veientibus dari: anteq; id fiat, deos mœnia Veientium deserturos nō esse. Exequebatur inde quæ solennis derinatio esset. Sed autorem leuem, nec satis fidum super tanta re patres rati, de creuere legatos, sortesq; oraculi pythici expectandas. Priusq; à Delphis oratores redirent, Albaniue prodigiū piacula inuenirentur, noui tribuni militū consulari potestate, L. Iulius Tullus, L. Furius Medullinus quartum, L. Sergius Fidenas, A. Posthumius Regillensis, P. Cornelius Maluginensis, A. Manilius, magistratum inierūt. Eo anno Tarquinienses, noui hostes exorti: quia multis simul bellis, Volcorū ad Anxur, ubi præsidium obsidebatur: Acquorū ad Lauicos, qui Romanā ibi coloniam oppugnabant: ad hoc Veienti quoq;, & Falisco, & Capenati bello occupatos uidebāt Romanos: nec intra muros quietiora negotia esse certaminibus patrum ac plebis. inter hæc locū iniuriæ rati esse, prædatū in agrū Romanū cohortes expeditas mittunt. aut enim passuros inultam eam iniuriā Romanos, ne nouo bello se oneraret: aut exiguo, eoq; parū ualido exercitu persecuturos. Romanis indignitas maior, quā cura populationis Tarquiniensium fuit. eo nec magno conatu suscepta, nec in longū dilata res est. A. Posthumius, & L. Iulius nō iusto delectu (etenim ab tribunis plebis impediabantur) sed propè uoluntariorū quos adhortando incitauerant, coacta manu: per agrū cæretem obliquis tramitibus egressi, redeuntes à populationibus, grauesq; præda Tarquinienses oppressere. multos mortales obruncant, omnes exuunt impedimentis: & receptis agrorū suorum spolijs Romam reuertuntur. Bidduum ad recognoscendas res datū dominis: tertio incognita (erant autē ea pleraq; hostiū ipsorum) sub hasta uenire. quodq; inde redactū, militibus est diuisum. Cætera bella, maximeq; Veiens, incerti exitus erāt. Iamq; Romani desperata ope humana, fata & deos spectabant, cū legati ab Delphis uenerūt, sortem oraculi afferentes congruentem responso captiui uatis. Romanæ, aquā Albanam caue lacu contineri, caue in mare manare suo flumine sinas. emissam per agros rigabis, dissipatamq; riuis extinguas. tū tu insiste audax hostiū muris, memor quā per tot annos obsides urbem, ex ea tibi his, quæ nūc panduntur, fati uictoriā datam. bello perfecto donū amplū uictor ad mea templa portato: sacraq; patria, quorū omiſsa cura est, instaurata, ut assolet, facito. Ingens inde haberi captiuus uates cœptus, cumq; adhibere tribuni militum Cornelius, Posthumiusq; ad prodigiū Albani procurationem, ac deos rite placandos cœpere. inuentumq; tandem est, ubi neglectas cærimonias, intermissumue solenne dii arguerēt, nihil profecto aliud esse: q; magistratus uitio creatos, Latinas, sacrumq; in Albano mōte non rite concepisse. unam expiationē corū esse, ut tribuni militū abdicarent se magistratu, auspiciā

de inte/

de integro repeterentur, & interregnū iniretur. Ea ita facta sunt ex senatusconsulto. Interreges tres deinceps fuere, L. Valerius, Q. Seruilius Fidenas, M. Furius Camillus. nunquam desitum interim turbari, comitia interpellantibus tribunis plebis, donec cōuenisset prius, ut maior pars tribunorum militum ex plebe crearetur. Quæ dum aguntur, cōcilia Hetruriæ ad fanum Voltumnæ habita. postulantibusq; Capenatibus ac Faliscis, ut Veios cōmuni animo cōsilioq; omnes Hetruriæ populi ex obsidione eriperent, responsum est: antea se id Veientibus negasse, quia unde cōsiliū non petissent super tanta re, auxilium petere nō deberent: nunc iam pro se fortunā suam illis negare. maxime in ea parte Hetruriæ gentem inusitatā, nouos accolos Gallos esse, cum quibus nec pax satis fida, nec bellū pro certo sit. sanguini tamen nominiq; & præsentibus periculis consanguineorū id dari, ut si qui iuuentutis suæ uoluntarij ad id bellum eant, non impediant. Eum magnum aduenisse hostium numerū fama Romæ erat. eoq; miscere discordiæ intestinæ metu cōmuni, ut sit, coeptæ. Haud inuitis patribus P. Liciniū Caluum prærogatiua tribunum militum non petentem creant, moderationis expertæ in priore magistratu uirum, cæterū iam tum exactæ ætatis. omnesq; deinceps ex collegio eiusdem anni refici apparebat, L. Titinium, P. Menenium, Cn. Genutium, L. Attilium: qui priusquā renuntiarentur, iure uocatis tribubus permissu interregis P. Licinius Caluus ita uerba fecit. Omen concordie Quirites, rei maxime in hoc tempus utilis, memoria nostri magistratus uos his comitijs petere in insequentem annum uideo: si & collegas eosdem reficitis, etiam usu meliores factos. me iam nō eundem, sed umbram nomenq; P. Licinij relictū uidetis. uires corporis affectæ, sensus oculorum atq; aurium hebetes, memoria labat, uigor animi obtusus. En uobis, inquit, iuuenem, filium tenens, effigiem atq; imaginem eius, quem uos antea tribunum militum ex plebe primum fecistis. hunc ego institutū disciplina mea, uicarium pro me reipub. do dicoq; uosq; queso Quirites delatū mihi ultro honorē huic petenti, meisq; pro eo adiectis precibus mādētis. Datū id petenti patri, filiusq; eius P. Licinius Tr. mil. cōsulari potestate cum ijs quos supra scripsimus, declaratus. Titinius Genutiusq; Tr. mil. profecti aduersus Faliscos Capenatesq;, dum bellum maiore animo gerunt quàm consilio, præcipitauerunt se in insidias. Genutius morte honesta temeritatem luens, ante signa inter primores cecidit: Titinius in editum tumultum ex multa trepidatione militibus collectis, aciem restituit: nec se tamen æquo loco hosti commisit. Plus ignominie erat quàm cladis acceptum. quæ propè in cladem ingentem uertit: tantum inde terroris non Romæ modo, quò multiplex fama peruenerat: sed in castris quoq; fuit ad Veios. ægre ibi miles retentus à fuga est, cum peruasisset castra rumor, ducibus exercitūq; cæso uictorem Capenatem ac Faliscū, Hetruriæq; omnem iuuentutē haud procul inde abesse. His tumultuosiora Romæ. iam castra ad Veios oppugnari, iam partem hostiū tendere ad urbem agmine infesto crediderant: concursūq; in muros est, & matronarū quas ex domo conuocauerat publicus pauor, obsecrationes in templis factæ: precibusq; ab dñs petitū, ut exitium ab urbis tectis templisq; ac Romanis mœnibus arcerent, Veiosq; eum auerterent terrorem, si sacra renouata rite, si procurata prodigia essent. Iam ludi latinæq; instaurata erant: iam ex lacu Albano aqua emissa in agros, Veiosq; fata appetebant. Igitur fatalis dux ad excidiū illius urbis seruandæq; patriæ, M. Furius Camillus dictator dictus, magistrum equitū P. Cornelium Scipionem dixit. Omnia repente mutauerat imperator mutatus, alia spes, alius animus hominum, fortuna quoq; alia urbis uideri. Omnium primū in eos qui à Veijs in illo pauore fugerant, more militari animaduertit, efficitq; ne hostis maxime timendus militi esset. deinde indicto dilectu in diem certā, ipse interim Veios ad cōfirmādos militū animos intercurrit: inde Romam ad scribendū nouum exercitū redit, nullo detrectante militiā. peregrina etiam iuuentus, Latini Herniciq; operam suam pollicentes ad id bellū uenere. quibus cum gratias in senatu egisset dictator, satis iam omnibus ad id bellū paratis, ludos magnos ex senatusconsulto uouit Veijs captis se facturū: ædemq; Matutæ matris resectam dedicaturū, iam ante ab rege Seruio Tullio dedicatā. Profectus cū exercitu ab urbe expectatiōe hominū maiore q; spe, in agro primum Nepesino cum Faliscis & Capenatibus signa confert. omnia ibi summa ratione cōsilioq; acta fortuna etiam, ut sit, secuta est. non prælio tantū fudit hostes, sed castris quoq; exiit: ingentisq; prædæ

præda est potitus: cuius pars maxima ad quæstorem redacta est: haud ita multum militi datum. Inde ad Veios exercitus ductus, dēioraq; castella facta: & à procurationibus, quæ multæ temere inter murum ac uallum fiebant, edicto nequis iniussu pugnaret, ad opus milites tracti. operum fuit omnium longe maximū ac laboriosissimum, cuniculus in arcem hostium agi cceptus. quod ne intermitteretur opus, neu sub terra continuus labor eosdem conficeret, in partes sex munitorum numerū diuisit. senæ horæ in orbem operi attributæ sunt. nocte ac die nunquam ante omissum, q̄ in arcem uiam facerent. Dictator, cum iam in manibus uideret uictoriam esse: urbem opulentissimā capi: tantumq; prædæ fore, quantū nō omnibus in unum collatis ante bellis fuisset: nequam inde aut militum iram ex malignitate prædæ partitæ, aut inuidiam apud patres ex prodiga largitione caperet: literas ad senatum misit. Deū immortalium benignitate, suis consilijs, patientia militum Veios iam fore in potestate populi Romani. quid de præda faciendū censerent: Duæ senatum distinebant sententiæ. senis P. Licinij. quem primum dixisse à filio interrogatū ferunt: edici palam placere populo, ut qui particeps esse prædæ uellet, in castra Veios iret. altera Ap. Claudij. qui largitionem nouam, prodigam, inæqualem, inconsultā arguens, si semel nefas ducerent captam ex hostibus in ærario exhausto bellis pecuniam esse: autor erat stipendij ex ea pecunia militi numerandi: ut eo minus tributi plebes conferret. eius enim doni societatem sensuras æqualiter omnium domos: non auidas in direptiones manus otiosorum urbanorum prærepturas fortium bellatorum præmia esse: cum ita fermè eueniat, ut segnior sit prædator, ut quisq; laboris periculiq; præcipuam petere parte soleat. Licinius contra suspectam & inuisam semper eam pecuniam fore aiebat: causasq; criminum ad plebem, seditionū inde, ac legum nouarum præbituram. satius igitur esse: recōciliari eo dono plebis animos: exhaustis atq; exinanitis tributo tot annorū succurri: & sentire prædæ fructum ex eo bello, in quo propè cōtenuerint. gratius id fore, lætiusq; quod quisq; sua manu ex hoste captum domum retulerit, q̄ si multiplex alterius arbitrio accipiat. ipsum dictatorem fugere inuidiam ex eo criminaq; eo delegasse ad senatum: senatū quoq; debere reiectā rem ad se permittere plebi, ac pati habere, quod cuiq; fors belli dederit. Hæc tutior uisa sententia est, quæ popularē senatum faceret. Edictum itaq; est: ad prædam Veientem quibus uideretur, in castra ad dictatorem proficiscerentur. ingens profecta multitudo repleuit castra. Tum dictator auspicato egressus, cum edixisset ut arma milites caperēt. Tuo ductu, inquit, Pythice Apollo, tuoq; numine instinctus pergo ad delendam urbem Veios: tibiq; hinc decimā partem prædæ uoueo. te simul Iuno regina, quæ nunc Veios colis, precor: ut nos uictores in nostram, tuamq; mox futuram urbem sequare: ubi te dignū amplitudine tua templū accipiat. Hæc precatus, superante multitudine ab omnibus locis urbē aggreditur, quo minor ab cuniculo ingruentis periculi sensus esset. Veientes ignari se iam ab suis uatibus, iā ab externis oraculis proditos, iam in partem prædæ suæ uocatos deos, alios uotis ex urbe sua euocatos hostiū templanousq; sedes spectare, seq; ultimū illum diem agere, nihil minus timentes, q̄ subrutis cuniculo mœnibus arcem iam plenam hostiū esse, in muros pro se quisq; armati discurrūt: mirantes quidnā id esset, quod cum tot per dies nemo se ab stationibus Romanis mouisset, tum uelut repentino icti furore improuidi curterent ad muros. Inferitur huic loco fabula: immolante rege Veientium, uocem aruspicias dicentis, qui eius hostiæ exta profecuisse, ei uictoriam dari, exauditam in cuniculo mouisse Romanos milites, ut ad aperto cuniculo exta raperēt: & ad dictatorem ferrent. Sed in rebus tam antiquis si quæ similia ueri sint, pro ueris accipiantur, satis habeam. hæc ad ostentationem scenæ gaudentis miraculis aptiora, q̄ ad fidem, neq; affirmare, neq; refellere operæpretium est. Cuniculus delectis militibus eo tempore plenus: in æde Iunonis, quæ in Veientana arce erat, armatos repente edidit. & pars auersos in muris inuadūt hostes: pars claustra portarū reuellunt: pars, cum ex tectis saxa tegulæq; à mulieribus ac seruitijs iacerentur, inferūt ignes. Clamor omnia uarijs terrentiū ac pauentium uocibus, misto mulierum ac puerorū ploratu, complet. Momēto temporis delectis ex muro undiq; armatis, parrefactisq; portis, cum alij agmine irruerent, alij desertos scanderent muros, urbs hostibus impletur: omnibus locis pugnatur. Deinde multa iam edita cæde, senescit pugna: & dictator præ

cones edicere iubet, ut ab inermi abstinetur. Is finis sanguinis fuit. dedi inde inermes cepti. & ad prædam miles permisso dictatoris discurrit. quæ cum ante oculos eius aliquantū spe, atq; opinione maior, maiorisq; pretij rerum ferretur: dicitur manus ad cælū tollens precatus esse: ut sicui deorum, hominumq; nimia sua fortuna, populiq; Romani uideretur: ut eam inuidiam lenire quam minimo suo priuato incōmodo, publicoq; Romani populi liceret. conuertentē se inter hanc uenerationē, traditur memoriæ, prolapsū cecidisse: idq; omen pertinuisse postea euentu rem cōiectantibus uisum ad damnationē ipsius Camilli, captæ deinde urbis Romæ, quod post paucos accidit annos, cladem. Atq; ille dies cede hostiū, ac direptione urbis opulentissimæ est cōsumptus. Postero die libera corpora dictator sub corona uēdidit. ea sola pecunia in publicū redigitur, haud sine ira plebis. & quod retulere secum prædæ, nec duci, qui ad senatum, malignitatis autores quærendo, rem arbitrij sui reiecisset: nec senatui, sed Liciniæ familiæ, ex qua filius ad senatū retulisset: pater tam popularis sententiæ autor fuisset: acceptū referebāt. Cum iam humanæ opes asportatæ, egestatē à Veijs essent: amoliri tum deūm dona ipsosq; deos, sed colentiū magis, q̄ rapiētium modo, cœpere. nanq; delecti ex omni exercitu iuuenes, pure lautis corporibus, candida ueste, quibus deportanda Romā regina Iuno assignata erat: uenerabundū templū iniere, primo religiose admouentes manus: quod id signū more Hetrusco nisi certæ gentis sacerdos attrectare non esset solitus. deinde cum quidā, seu spiritu diuino tactus, seu iuuenili ioco uis ne Romā ire Iuno dixisset: annuisse cæteri Deam conclamauerūt. inde fabulæ adiectum est: uocem quoq; dicentis, uelle, auditam. motā certe sede sua parui molimenti adminiculis, sequentis modo accepimus leuem, ac facilem translato fuisse: integramq; in Auentinum æternā sedem suam, quò uota Romani dictatoris uocauerant, perlatā: ubi templum ei postea idem, qui uouerat, Camillus dedicauit. Hic Veiorum occasus fuit, urbis opulentissimæ Hetrusci nominis, magnitudinē suam uel ultima clade indicātis: quod decem æstates hyemesq; cōtinuas circūfessa, cum plus aliquanto cladiū intulisset q̄ accepisset, postremo iam fato quoq; urgente, operibus tamen, non ui expugnata est. Romam ut nuntiatum est, Veios captos: quanq; & prodigia procurata fuerant: & uatum responsa, & pythicæ sortes notæ: & quantū humanis adiuuari cōsilijs potuerat res, ducē M. Furium maximū imperatorum omnium legerant: tamen quia tot annis uarie ibi bellatum erat multaq; clades acceptæ: uelut ex insperato immensum gaudium fuit. & priusq; senatus decerneret, plena omnia templa Romanarum matrū gratias dijs agentū erant. senatus in quadriū, quot dierum nullo ante bello, supplicationes decernit. Aduentus quoq; dictatoris omnibus ordinibus obuiam effusus celebratior, q̄ ullius unquam antea fuit: triumphusq; omnem consuetū honorādū illius diei modum aliquantum excessit. maxime conspectus ipse est, curru equis albis iuncto urbē inuectus: parumq; id non ciuile modo, sed humanum etiam uisum. Iouis, Solisq; equis æquiperatum dictatorem in religionē etiam trahebant. triumphusq; ob eam unam maxime rem clarior, q̄ grator fuit. Tum Iunoni reginæ templum in Auentino locauit, dedicauitq; Matutæ matris. atq; his diuinis, humanisq; rebus gestis, dictatura se abdicauit. Agi deinde de Apollinis dono ceptum. cui se decimam uouisse prædæ partem cum diceret Camillus: pontifices soluendum religione populū censerent: haud facile inibat ratio iubendi referre prædam populū: ut ex ea pars debita in sacrum fecerneretur. tandem eò, quod leuissimū uidebatur, decursum est, ut qui se domumq; religione exoluere uellet, cum sibi metipse prædam æstimasset suam, decimæ pretium partis in publicum deferret: ut ex eo donum aureū dignum amplitudine templi, ac numine dei ex dignitate populū Romani fieret. ea quoq; collatio plebis animos à Camillo alienauit. Inter hæc pacificatū legati à Volscis, & Aequis uenerunt. impetrataq; pax, magis ut fessa tam diutino bello acquiesceret ciuitas, q̄ quod digni peterent. Veijs captis, sex tribunos militum consulari potestate insequens annus habuit, duos P. Cornelios, Cossū & Scipionem, M. Valerium Maximum iterū, C. Fabium Ambustum iterū, L. Furium Medullinum quintum, Q. Seruiliū tertium. Cornelij faliscum bellum, Valerio ac Seruilio capenas forte euenit. ab ijs non urbes ui aut operibus tentatæ: sed ager est depopulatus: prædæq; rerū agrarium actæ: nulla felix arbor, nihil frugiferū in agro relictum. Ea clades capenatem populū subegit

subegit. pax petentibus data. In Faliscis bellum restabat. Romæ interim multiplex seditio erat, cuius leniendæ causa coloniam in Volscos, quò tria millia ciuium Romanorum scriberentur, deducendam censuerant: triumuirique ad id creati terna iugera, & septunces uiritim diuiserant. Ea largitio sperni cœpta: quia spei maioris auertendæ solatium obiectum censebant. cur enim relegari plebem in Volscos: cum pulcherrima urbs Veij agerque Veientanus in cōspectu sit, uberior ampliorque Romano agro: urbem quoque urbi Romæ uel situ, uel magnificentia publicorum, priuatorumque tectorum ac locorum præponebant. quin illa quoque actio mouebatur, quæ post captam utique Romam à Gallis celebratior fuit, transmigrandi Veios. cæterum partem plebis, partem senatus destinabant habitandos Veios: duasque urbes cōmunes reipub. in coli à Romano populo posse. Aduersus quæ cū optimates ita tenderent, ut morituros se citius dicerent in conspectu populi Romani, quàm quicquam earum rerum rogaretur: quippe nunc in una urbe tantum dissensionum esse, quid in duabus urbibus fore: uictam ne ut quisquam uictrici patriæ præferret: sineretque maiorem fortunam captis esse Veijs, quàm incolumibus fuerit: postremo se relinqui à ciuibus in patria posse: ut relinquunt patriam atque ciues, nullam uim unquam subacturam: & T. Sicinium (is enim ex tribunis plebis rogationis eius lator erat) conditorem Veios sequantur, relicto deo Romulo, dei filio, parente & autore urbis Romæ. Hæc cum fœdis certaminibus agerentur: (nam partem tribunorum plebis patres in suam sententiam traxerant) nulla res alia manibus temperare plebem cogebat: quæ quod ubi rixæ committendæ causa clamor ortus esset, principes senatus primi turbæ offerentes se, peti, feriri, atque occidi iuebant. ab horum ætatibus dignitatibusque & honoribus uiolandis dum abstinebatur & ad reliquos similes conatus uerecundia iræ obstabat. Camillus identidem omnibus locis contionabatur. haud mirum id quidem esse: furere ciuitatem, quæ damnata uoti omnium rerum potiore curam, quàm religione se exoluendi, habeat. nihil de collatione dicere stipis uerius, quæ decimæ: quando ea se quisque priuatim obligauerit, liberatus sit populus. enim uero illud se tacere, suam conscientiam non pati: quod ex ea tantum præda, quæ rerum mouentium sit, decima designetur: urbis, atque agri capti, quæ & ipsa uoto contineatur, mentionem nullam fieri. Cum ea disceptatio anceps senatui uisa, delegata ad pontifices esset: adhibito Camillo uisum collegio: quod eius ante conceptum uotum Veientium fuisset, & post uotum in potestatem populi Romani uenisset, eius partem decimam Apollini sacram esse. ita in æstimationem urbs agerque uenit: pecunia ex ærario prompta, & tribunis militum cōsularibus ut aurum ex ea coemerent, negotium datum. cuius cum copia non esset: matronæ cœtibus ad eam rem consultandam habitis, & communi decreto pollicitæ tribunis militum aurum & omnia ornamenta sua, in ærarium detulerunt. Grata ea res, ut quæ maxime senatui unquam fuit: honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum: ut pilento ad sacra ludosque, carpentis festo profestoque uterentur. Pondere ab singulis auri accepto, æstimateque, ut pecuniæ solueretur, crateram auream fieri placuit: quæ donum Apollini Delphos portaretur. Simul ab religione animos remiserunt integrant seditionem tribuni plebis: incitatur multitudo in omnes principes, ante alios in Camillum. eum prædam Veientanam publicando sacrandoque ad nihilum redegisse. absentes ferociter increpant: præsentium, cum se ultro iratis offerrent, uerecundiam habent. Simul extrahi rem ex eo anno uiderunt, tribunos plebis latores legis in annum eisdem reficiunt: & patres hoc idem de intercessoribus legis anni. ita tribuni plebis magna ex parte iidem refecti. Comitibus tribunorum militum patres summa ope euecerunt ut M. Furius Camillus crearetur. propter bella simulabatur parari ducem, sed rogationi tribuniciæ aduersarius quærebatur. cum Camillo creati tribuni militum consulari potestate, L. Furius Medullinus sextum, C. Acmylius, L. Valerius Publicola, Sp. Posthumius, P. Cornelius iterum. Principio anni tribuni plebis nihil mouerunt: donec M. Furius Camillus in Faliscos, cui id bellum mandatum erat: proficisceretur. differendo deinde elanguit res. & Camillo, quem aduersarium maxime metuerant: gloria in Faliscis creuit. Nam cum primo mœnibus se hostes tenerent, tutissimum id rati: populatione agrorum, atque incendijs uillarum coegit eos egredi urbe, sed timor longius progredi prohibuit, mille ferè passuum ab oppido castra locant: nulla re alia fidentes ea satis tuta esse, quàm

difficultate aditus, asperis confragosisq; circa, & partim arctis, partim arduis uis. Cæterum
 Camillus captiuum indicem ex agris secutus ducem, castris multa nocte motis, prima luce ali
 quanto superioribus locis se ostendit. trifariam Romani muniebant. alius exercitus prælio in
 tētus stabat. ibi impedire opus conatos hostes fundit fugatq;. tantumq; inde pauoris Faliscis
 iniectum est: ut effusa fuga castra sua, quæ propiora erant, prælati, urbem peterent. multi cæsi
 uulneratiq;, priusquam pauentes portis inciderent. castra capta: præda ad quæstores redacta
 cum magna militum ira. sed scueritate imperij uicti eandem uirtutem & oderant & miraban
 tur. Obsidio inde urbis, & munitiones, & interdum per occasionem impetus oppidanorum in
 Romanas stationes præliaq; parua fieri: & teri tempus, neutro inclinata spe: cum frumentum;
 copiaq; alix ex ante conuecto largius obsessis quam obsidentibus suppeterent: uidebaturq;
 æque diuturnus futurus labor ac Veijs fuisset: ni fortuna imperatori Romano simul & cogna
 tæ rebus bellicis uirtutis specimen & maturam uictoriam dedisset. Mos erat Faliscis eodem
 magistro liberorum & comite uti: simulq; plures pueri, quod hodie quoq; in Græcia manet,
 unius curæ demandabantur. principum liberos sicut ferè fit, qui scientia uidebatur præcellere,
 erudiebat. Is cum in pace instituisset pueros ante urbem lusus exercendiq; causa producere: ni
 hil eo more per belli tempus intermisso, dum modo breuioribus, modo longioribus spatijs tra
 hendo eos à porta lusu, sermonibusq; uariatis longius solito ubi res dedit, progressus inter sta
 tiones eos hostium, castraq; inde Romana in prætorium ad Camillum perduxit. ibi scelesto
 facinori scelestiorem sermonem addit: Falerios se in manus Romanis tradidisse: quando eos
 pueros, quorum parentes capita ibi rerum sint, in potestatem dediderit. Quæ ubi Camillus
 audiuit: non ad similem inquit tui nec populum, nec imperatorem scelestus ipse cum scelesto
 munere uenisti. nobis cum Faliscis, quæ pacto fit humano, societas non est: quam ingenera
 uit natura, utriusq; est eritq;. sunt & belli, sicut pacis iura: iusteq; ea non minus quam fortiter di
 dicimus gerere. arma habemus non aduersum eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur;
 sed aduersus armatos & ipsos, qui nec læsi nec laceffi à nobis castra Romana ad Veios op
 pugnarunt. eos tu, quantum in te fuit, nouo scelere uicisti: ego Romanis artibus, uirtute, opere,
 armis, sicut Veios uincam. Denudatum deinde cum manibus post tergum illigatis, reducen
 dum Falerios pueris tradidit: uirgasq; eis, quibus proditorem agerent in urbem uerberantes,
 dedit. Ad quod spectaculum concursu populi primum facto, deinde à magistratibus de re no
 ua uocato senatu, tanta mutatio animis est iniecta, ut qui modo efferati odio iraq; Veientium
 exitum penè quam Capenatum pacem mallent, apud eos pacem uniuersa posceret ciuitas. si
 des Romana, iustitia imperatoris, in foro & curia celebrantur: consensuq; omnium legati ad
 Camillum in castra, atq; inde permissu Camilli Romam ad senatum, qui dederent Falerios,
 proficiscuntur. introducti ad senatum ita locuti traduntur. Patres conscripti, uictoria cui nec
 deus nec homo quisquam inuideat, uicti à uobis & imperatore uestro dedimus nos uobis: ra
 ti, quo nihil uictori pulchrius est, melius nos sub imperio uestro, quam legibus nostris uictu
 ros. Euentu huius belli duo salutaria exempla prodita humano generi sunt. uos fidem in bel
 lo, quam præsentem uictoriam maluistis: nos fide prouocati uictoriam ultro detulimus: sub
 ditione uestra sumus. mittite qui arma, qui obsides, qui urbem patentibus portis accipiant: nec
 uos fidei nostræ, nec nos imperij uestri pœnitebit. Camillo & ab hostibus, & à ciuibus gratiæ
 actæ: Faliscis in stipendium militum eius anni, ut populus Romanus tributo uacaret, pecunia
 imperata. Pace data, exercitus Romam reductus. Camillus meliore multo laude, quam cum
 triumphantem albi per urbem uexerant equi, insignis iustitia fideq; hostibus uictis cum in
 urbem redisset: tacite eius uerecundiam non tulit senatus, quin sine mora uoti liberaretur: cra
 teramq; auream donum Apollini Delphos legati qui ferrēt, L. Valerius, L. Sergius, A. Man
 lius missi longa una naue, haud procul freto siculo à piratis liparensium excepti deuehuntur
 Liparas. mos erat ciuitatis uelut publico latrocinio partam prædam diuidere. Forte eo anno
 in summo magistratu erat Timasitheus quidam Romanis uir similior quam suis, qui legato
 rum nomē, donumq; & deum cui mitteretur, & doni causam ueritus ipse, multitudinem quor
 que, quæ semper ferme regenti est similis, religionis iustæ impleuit: adductosq; in publicum
 hospitium

hospitium legatos cum præsidio etiam nauium Delphos profecutus, Romam inde sospites restituit. hospitium cum eo senatusconsulto est factum: donaq; publice data. Eodem anno in Aequis uarie bellatum: adeo ut in incerto fuerit & apud ipsos exercitus, & Romæ: uicissent, uicti ne essent. Imperatores Romani fuere ex tribunis militum C. Aemylius, Spurius Posthumius. primo rem communiter gesserunt: fusis inde acie hostibus, Aemylium præsidio Verruginem obtinere placuit, Posthumium fines uastare. ibi eum incomposito agmine negligētius. ab re bene gesta eūtem adorti Aequi terrore iniecto in proximos cōpulere tumulos: pauorq; inde Verruginem etiam ad præsidium alterum est perlatus. Posthumius suis in tutum receptis cum contione aduocata terrorem increparet, ac fugam: fusos esse ab ignauissimo & fugacissimo hoste: conclamat uniuersus exercitus, merito se ea audire, & fateri admissum flagitium: sed eosdem correcturos esse, neq; diuturnum id gaudium hostibus fore: poscentes ut confestim inde ad castra hostium duceret (in conspectu erant posita in plano) nihil pœnæ reculabant, nisi ea ante noctem expugnassent. Collaudatos corpora curare, paratosq; esse quarta uigilia iubet. & hostes nocturnam fugam ex tumulo Romanorum ut ab ea uia, quæ ferebat Verruginem, excluderent, fuere obuij: præliumq; ante lucem (sed luna pernox erat) commissum est: & haud incertius diurno prælium fuit. Sed clamor Verruginem perlatus, cum castra Romana crederent oppugnari, tantum iniecit pauoris, ut nequicquam retinente atq; obsecrante Aemylio, Thufculum palati fugerent. inde fama Romam perlata est Posthumium, exercitumq; occisum. Qui ubi prima lux metum insidiarum effuse sequentibus sustulit: cum prequiritasset aciem promissa repetens, tantum iniecit ardoris, ut non ultra sustinuerint impetum Aequi. cædes inde fugientium, qualis ubi ira magis q̄ uirtute res geritur, ad perniciem hostium facta est. tristemq; ab Thufculo nuntium nequicquam exterrita ciuitate literæ à Posthumio laureatæ sequuntur: uictoriam populi Romani esse: Aequorum exercitum deletum. Tribunorum plebis actiones quia nondum inuenerant finem, & plebs continuare latoribus legis tribunatum, & patres reficere intercessores legis annissi sunt. sed plus suis comitijs plebs ualuit. quem dolorem ultri patres sunt, senatusconsulto facto ut consules, inuisus plebi magistratus, crearentur. annum post quintumdecimum creati cōsules L. Lucretius Flauus, Seruius Sulpicius Camerinus. Principio huius anni ferociter, quia nemo ex collegio intercessurus erat: coortis ad perferendam legem tribunis plebis, nec segnus ob id ipsum consulibus resistentibus, omniq; ciuitate in unam eam curam conuersa, Vitelliam coloniam Romanam in suo agro Aequi expugnant. colonorum pars maxima incolumis, quia nocte prodicione oppidum captum liberam per auersa urbis fugam dederat: Romam perfugere. L. Lucretio consuli ea prouincia euenit. is cum exercitu profectus acie hostes uicit: uictorq; Romam ad maius aliquanto certamen redijt. dies dicta erat tribunis plebis biennij superioris A. Virginio, & Q. Pomponio: quos defendi patrum consensu ad fidem senatus pertinebat. neq; enim eos aut uitæ ullo crimine alio, aut gesti magistratus quisquam arguebat, præterquam quod gratificantes patribus rogationi tribunicie intercessissent. uicit tamen gratiam senatus plebis ira: & pessimo exemplo innoxij denis millibus grauis æris condemnati sunt. id ægre passi patres. Camillus palam sceleris plebem arguere: quæ iam in suos uersa non intelligeret se prauo iudicio de tribunis intercessionem sustulisse: intercessione sublata tribunitiam potestatem euertisse. Nam quod illi sperarent effrenatam licentiam eius magistratus patres laturus, falli eos. si tribunicia uis tribunicio auxilio repelli nequeat, aliud telum patres inuenturos esse. consulesq; increpabat, quod fide publica decipi tribunos eos taciti tulissent, qui senatus autoritatem secuti essent. Hæc propalam contionabundus in dies magis augebat iras hominum. senatum uero incitare aduersus legem haud desistebat: ne aliter descenderent in forum cum dies ferendæ legis uenisset, quam ut qui meminissent sibi pro aris, focisq; & deum templis, ac solo in quo nati essent, dimicandum fore. nam quod ad se priuatim attineat: si suæ gloriæ sibi inter dimicationem patriæ meminisse sit fas, sibi amplum quoq; esse urbem ab se captam frequentari: quotidie se frui monumento gloriæ suæ: & ante oculos habere urbem latam in triumpho suo: insistere omnes uestigijs laudum suarum. sed nefas ducere desertam, ac relictam ab dijs immortalibus incolam urbem: & in captiuo solo

habitare populum Romanum: & uictrice patria uictam mutari. His adhortationibus principis concitati patres, senes iuuenesq; cum ferretur lex agmine facto in forum uenerunt: dissipatiq; per tribus, suos quisq; tribules prehensantes orare cum lachrymis coepere: ne eam patriam, pro qua fortissime felicissimeq; ipsi ac patres eorum dimicassent, desererent: capitolium, ædem Vestæ, cætera circa templa deorum ostentantes: ne exulem, extorrem populum Ro. ab solo patrio, ac dijs penatibus in hostium urbem agerent: eoq; rem adducerent, ut melius fuerit non capi Veios, ne Roma desereretur. Quia non uí agebant sed precibus, & inter preces multa deorum mentio erat, religiosum parti maximæ fuit: & legem unam plures tribus antiquarunt, quàm iusserunt. adeoq; ea uictoria læta patribus fuit, ut postero die referentibus consulis senatusconsultū fieret, ut agri Veientani septena iugera plebi diuiderentur: nec patribus familiæ tantum, sed ut omnium in domo liberorū capitum ratio haberetur: uellentq; in eam spem liberos tollere. Eo munere delinita plebe nihil certatum est, quo minus consularia comitia haberentur. creati consules L. Valerius Potitus, M. Manlius, cui Capitolino postea fuit cognomen. Hi consules magnos ludos fecere: quos M. Furius dictator uouerat ueienti bello. eodem anno ædes Iunonis reginæ ab eodem dictatore, eodemq; bello uota dedicatur: celebratamq; dedicationem ingenti matronarum studio tradunt. Bellum haud memorabile in Algido cum Aquis gestum est, fuis hostibus prius penè, quàm manus cōsererent. Valerio, quod perseverantior cædendis in fuga fuit, triumphus: Manlio ut ouans ingrederetur urbem, decretum est. Eodem anno nouum bellum cum Volsiniensibus exortum: quò propter famem, pestilentiamq; in agro Romano ex siccitate caloribusq; nimis ortam, exercitus duci nequiuit. ob quæ Volsinienses Salpinatibus adiunctis superbia elati ultro agros Romanos incurfauere. bellum inde duobus populis indictum. C. Iulius censor decessit: in eius locum M. Cornelius suffectus. quæ res postea religioni fuit: quia eo luitro Roma est capta: nec deinde unquã in demortui locum censor sufficitur. consulibusq; morbo implicitis placuit per interregnum renouari auspicia. itaq; cum ex senatusconsulto consules magistratu se abdicassent: interrex creatur M. Furius Camillus: qui P. Cornelium Scipionem, is deinde L. Valerium Potitum interregem prodidit. ab eo creati sex tribuni militum consulari potestate: ut etiam sicui eorum incommoda uel letudo fuisset, copia magistratuum reipub. esset. Calendis quintilibus magistratum ceperunt L. Lucretius, Seruius Sulpicius, M. Aemylius, L. Furius Medullinus septimum, Agrippa Furius, C. Aemylius iterum. Ex his L. Lucretio, & C. Aemylio Volsinienses prouincia euenit: Salpinates Agrippæ Furio, & Seruio Sulpicio. Prius cum Volsiniensibus pugnatum est. bellum numero hostium ingens, certamine haud sanè asperum fuit. fusa concursu primo acies in fugam. millia octo armatorum ab equitibus interclusa positis armis in deditioem uenerunt. Eius belli fama effecit, ne se pugnae committerent Salpinates: moenibus armati se tutabantur. Romani prædas passim & ex Salpinati agro, & ex Volsiniensi, nullo eã uim arcente, egerunt: donec Volsiniensibus fessis bello, ea conditione, ut res populo Romano redderent, stipendiumq; eius anni exercitui præstarent: in uiginti annos induciæ data. Eodem anno M. Cæditius de plebe nuntiavit tribunis: se in Noua uia, ubi nunc sacellum est: supra ædem Vestæ uocem noctis silentio audisse clariorè humana: quæ magistratibus dici iuberet: Gallos aduentare. Id (ut fit) propter autoris humilitatem spretum: & quod longinqua, eoq; ignotior gens erat. Neque deorum modo monita ingruente fato spreta: sed humanam quoque opem, quæ una erat, M. Furium ab urbe amouere. qui die dicta ab L. Apuleio tribuno plebis propter prædam Veientanam, filio quoque adolescente per idem tempus orbatum, cum accitis domum tribulibus, & clientibus, quæ magna pars plebis erat: percunctatus animos eorum, responsum tulisset: se collaturos quanti damnatus esset: absoluere cum non posse: in exilium abiit: precatus ab dijs immortalibus, si innoxio sibi ea iniuria fieret, primo quoque tempore desiderium sui ciuitati ingratae facerent. absens quindecim millibus grauis æris damnatur. Expulso ciue, quo manente, si quicquam humanorum certi est, capi Roma non potuerat: aduentante fatali urbis clade, legati ab Clusinis ueniunt, auxilium aduersus Gallos petentes. Eam gentem traditur fama dulcedine frugum, maximeq; uini noua tum uoluptate captam, alpes transibit agrosq;

agrosq; ab Hetruscis ante cultos possedisse. & inuexisse in Galliam uinum illiciendæ gentis causa Aruntem Clusinum, ira corruptæ uxoris ab Lucumone, cui tutor is fuerat ipse, præpotente iuene, & à quo expeti pœnæ, nisi externa uis quæsitæ esset, nequirent. hunc transeuntibus alpes ducem, autoremq; Clusium oppugnandi fuisse. Equidem haud abnucrim: Clusium Gallos ab Arunte, seu quo alio Clusino adductos, sed eos qui oppugnauerint Clusium, non fuisse qui primi alpes transierint, satis constat. ducentis quippe annis ante, quàm Clusium oppugnarent, urbemq; Romam caperent, in Italiam Galli transcenderunt: nec cū his primum Hetruscorum, sed multo ante cum ijs, qui inter Apenninū, Alpesq; incolerant, sæpe exercitus Gallici pugnauere. Tuscorum ante Romanum imperium late terra, marisq; opes patuere. mari supero inferoq;, quibus Italia insulæ modo cingitur, quantum potuerint, nomina sunt argumento: quod alterum Tuscum cōmuni uocabulo gentis, alterum adriaticum mare ab Adria Tuscorū colonia uocauere Italicæ gentes. Græci eadem Tyrrhenum, atq; Adriaticum uocant. Ii in utrumq; mare uergentis incolere urbibus duodenis terras, prius cis Apenninū, ad inferum mare: postea trans Apenninū totidem, quot capita originis erant, colonijs misit: quæ trans Padum omnia loca, excepto Venetorum angulo, qui sinum circumcolunt maris, usque ad alpes tenuere. Alpinis quoq; ea gentibus haud dubie origo est, maxime Rhetis: quos loca ipsa efferarunt, nequid ex antiquo, præter sonum linguæ, nec cum incorruptum, retinerent. De transitu in Italiam Gallorum hæc accepimus. Prisco Tarquinio Romæ regnante Celtarum, quæ pars Galliæ tertia est, penes Bituriges summa imperij fuit. ij regem Celtico dabant. Ambigatus is fuit, uirtute fortunaq; cum sua tum publica præpollens: quod in imperio eius Gallia adeo frugum, hominumq; fertilis fuit, ut abundans multitudo uix regi uideretur posse. Hic magno natu ipse iam exonerare prægrauante turba regnum cupiens, Bellouesum ac Sigouesum sororis filios impigros iuuenes missurum se esse in quas dii dedissent augurijs sedes, ostendit. quantum ipsi uellent numerum hominum, excirent, nequa gens arcere aduenientes posset. Tum Sigoueso sortibus dati Hercynei saltus. Belloueso haud paulo lætorem in Italiam uiam dii dabāt. Is, quod eis ex populis abundabat, Bituriges, Aruernos, Senones, Heluos, Ambatros, Carnutes, Aulercos, exciuit. profectus in gentibus peditum equitumq; copijs in Tricastinos uenit. Alpes inde oppositæ erāt, quas inexuperabiles uisas haud equidem miror, nulla dum uia (quod quidem continens memoria sit, nisi de Hercule fabulis credere libet) superatas. Ibi cum uelut septos montiū altitudo teneret Gallos, circumspectarentq; quam per iuncta cælo iuga in alium orbem terrarum transirent, religio etiam tenuit: quod allatum est, aduenas quærentes agrum ab Saluium gente oppugnari. Mafsilienses erant hij, nauibus à Phocæa profecti. id Galli fortunæ suæ omen rati adiuuere, ut quem primum in terram egressi occuperant locum, patentibus syluis communirent. ipsi per Taurinos saltusq; Iulicæ Alpibus transcenderūt: suscipi acie Tuscis haud procul Ticino flumine, cum, in quo confederant, agrum Insubrium appellari audissent, cognominem Insubribus pago Hæduorum: ibi omen sequentes loci, condidere urbem, Mediolanum appellarunt. Alia subinde manus Germanorum Elitouio duce uestigia priorum secuta, eodem saltu fauente Belloueso cum transcendisset Alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt, locos tenuere Libui, confidunt. post hos Salluuij, qui prope antiquam gentem Leuos Ligures, incolentes circa Ticinū amnem, petiere Apenninum. deinde Boij, Lingonesq; transgressi, cum iam inter Padum atq; Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus traiecto, non Hetruscos modo, sed etiam Umbros agro pellunt: intra Apenninum tamen sese tenuere. Tum Senones recentissimi aduenarū ab Ufente flumine usque ad Athesim fines habuere. hanc gentem Clusū, Romamq; inde uenisse cōperio: id parū certum est, solam ne, an ab omnibus Cisalpinorū Gallorū populis adiutam. Clusini nouo bello exterriti, cū multitudinem, tum formas hominū inusitatas cernerēt, & genus armorū: audirentq; sæpe ab ijs cis Padum, ultraq;, legiones Hetruscorum susas: quanq; aduersus Romanos nullum eis ius societatis amicitie ue erat, nisi quod Ucientes consanguineos aduersus populum Rom. non defendissent, legatos Romam, qui auxilium ab senatu peterent, misere. De auxilio nihil impetratum. legati tres, M. Fabij Ambusti filij missi, qui senatus, populiq; Romani

nomine agerent cum Gallis, ne à quibus nullam iniuriam accepissent, socios populi Romani, atq; amicos oppugnarent. Romanis eos bello quoq; si res cogat, mendos esse: sed melius uisum bellum ipsum amoueri, si posset, & Gallos nouam gentem pace potius cognosci, quam armis. Mitis legatio, ni præferoces legatos, Gallisq; magis quam Romanis similes habuisset: quibus, postquam mandata ediderunt in concilio Gallorum, datur responsum. Et si nouum nomen audiant Romanorū, tamen credere uiros fortes esse, quorum auxilium à Clusinis in re trepida sit imploratum. & quoniam legatione aduersus se maluerint, quam armis tueri socios, ne se quidē pacem, quam illi afferant, aspernari, si Gallis egentibus agro, quem latius possideant quam colant Clusini, partem finium concedant: aliter pacem impetrari non posse. & responsum coram Romanis se accipere uelle: & si negetur ager, coram iisdem Romanis dimicatuos, ut nuntiare domum possint quantum Galli uirtute ceteros mortales præstarent. Quodnam id ius esset: agrum à possessoribus petere: aut minari arma? Romanis quærentibus, eum quid in Hetruria rei Gallis esset: cum illi se in armis ius ferre, & omnia fortium uirorum esse ferociter dicerent, accensis utrinq; animis ad arma discurritur, & prælium conferitur. ibi, iam uigentibus Romanam urbem fatis, legati contra ius gentium arma capiunt. nec id clam esse potuit, cum ante signa Hetruscorū tres nobilissimi fortissimiq; Romanæ iuuentutis pugnarent. tantum eminebat peregrina uirtus. quin etiam Q. Fabius euectus extra aciem equo, ducem Gallorum ferociter in ipsa signa Hetruscorum incurstantem per latus transfixū hasta occidit. spoliaq; eius legentem Galli agnouere, perq; totam aciem Romanum legatum esse signum datum est. Omissa inde in Clusinos ira receptui canunt, minantes Romanis. Erant, qui exemplo Romam eundem censerent. uicere seniores, ut legati prius mitterentur questum iniurias, postulatumq; ut pro iure gentium uiolato Fabij dederentur. Legati Gallorum cum ea, sicut erant mandata, exposuissent, senatui nec factum placebat Fabiorum, & ius postulare barbari uidebantur. sed ne id, quod placebat, decerneret in tantæ nobilitatis uiris, ambitio obstabat. itaq; ne penes ipsos culpa esset cladis forte gallico bello acceptæ, cognitionem de postulatis Gallorum ad populum reñciunt. ubi tanto plus gratia atq; opes ualere, ut quorū de pœna agebatur, tribuni militum consulari potestate in sequentem annū crearentur. quo factō haud secus quam dignum erat, infensū Galli bellum propalam minantes, ad suos redeunt. Tribuni militū cum tribus Fabijs creati P. Sulpicius Longus, Q. Seruilius quartū, P. Seruilius Maluginensis. Cum tanta moles mali instaret (adeo occæcat animos fortuna, ubi uim suam ingruentem restringi non uult) ciuitas, quæ aduersus fidentem ac uentem hostem, aliosq; finitimos populos ultima experiens auxilia, dictatorem multis tempestatibus dixisset: ea tunc inusitato atq; inaudito hoste, ab oceano terrarumq; ultimis oris bellū ciente, nihil extraordinarij imperij aut auxiliij quæsiuit. Tribuni, quorū temeritate bellum contractū erat, summæ rerum præerant: delectūq; nihilo accuratiorē, quam ad media bella haberi solitus erat, extenuantes etiam famam belli, habebant. Interim Galli, postquam accepere, ultro honorem habitum uiolatoribus iuris humani, elusamq; suam legationem esse, flagrantes ira, cuius impotens est gens, confestim signis conuulsis, citato agmine iter ingrediuntur. Ad quorum prætereuntiū raptim tumultum cum exterritæ urbes ad arma concurrerent, fugacq; agrestiu fieret: Romam se ire magno clamore significabāt, quacunq; ibant, equis, uirisq; longe ac late fuso agmine immensum obtinentes loci. Sed antecedente fama, nuntijsq; Clusinorum, deinceps inde aliorum populorum plurimum terroris Romam celeritas hostium tulit. quippe quibus uelut tumultuario exercitu raptim ducto ægre ad undecimum lapidem occursum est, qua flumē Alia crustuminis montibus præalto defluens alueo haud multū infra uiam Tyberino amni miscetur. Iam omnia contra, circaq; hostiu plena erant, & nata in uanos tumultus gens truci cantu clamoribusque uarijs horrendo cuncta compleuerant sono. Ibi tribuni militū non loco castris antecapto, non præmunito uallo, quò receptus esset, non deorum saltem, si non hominum memores, nec auspicato, nec litato instruūt aciem diductam in cornua, ne circumueniri multitudine hostium possent. nec tamen æquari frontes poterant, cū extenuando, infirmam, & uix cohærentem mediam aciem haberent. paulum erat ab dextera editi loci, quem subsidiarijs repleti placuit. eaq;

tes ut initium pauoris ac fugæ, sic una salus fugientibus fuit. nam Brennus regulus Gallorum in paucitate hostium artem maxime timens, ratus ad id captum superiorem locū, ut, ubi Galli cum acie legionum recta fronte concurrissent, subsidia in auersos transuersosq; impetum darent, ad subsidiarios signa cōuertit: si eos loco depulisset, haud dubius facilem in æquo campi tantū superanti multitudini uictoriam fore. adeo nō fortuna modo, sed ratio etiam cum barbaris stabat. In altera acie nihil simile Romanis, non apud duces, nō apud milites erat. pauor fugacq; occupauerat animos, & tanta hominū obliuio, ut multo maior pars Veios in hostiū urbem, cū Tyberis arceret, quā recto itinere Romam ad coniuges ac liberos fugerent. Parumper subsidiarios tutatus est locus. in reliqua acie simul est clamor proximis ab latere, ultimis ab tergo auditus, ignotum hostem prius penè quā uiderent, non modo non tentato certamine, sed ne clamore quidem reddito, integri intactiq; fugerunt. nec ulla cædes pugnantū fuit. terga cæsa suomet ipsorum certamine in turba impediētū fugam. circa ripam Tyberis, quod armis abiectis totum sinistrum cornu defugit, magna strages facta est: multosq; imperitos nandi, aut inualidos graues loriceis, alijsq; tegminibus haulere gurgites. maxima tamen pars incolumis Veios perfugit, unde non modo præsidij quicquam, sed ne nuntius quidem cladis Romam est missus. ab dextro cornu, quod procul à flumine, & magis sub monte steterat: Romanam omnes petiere, & ne clausis quidem portis urbis in arcem confugerunt. Gallos quoq; uelut obstupefactos miraculum uictoriæ tam repentinæ tenuit. & ipsi pauore defixi primū steterunt, uelut ignari quid accidisset: deinde insidias uereri: postremo cætorum spolia legere, armorumq; cumulos, ut mos eis est, coaceruare. Tum demum postquam nihil usquam hostile cernebatur, uiam ingressi haud multo ante solis occasum ad urbem Romam perueniunt. ubi cum prægressi equites non portas clausas, non stationem pro portis excubare, non armatos esse in muris retulissent, aliud priori simile miraculum eos sustinuit. noctemq; ueriti, & ignotæ situm urbis, inter Romam, atq; Anienem cōfedere, exploratoribus missis circa mœnia aliasq; portas, quænam hostibus in perdita re consilia essent. Romani, cum pars maior ex acie Veios petisset quā Romam, nemo superesse quenquam præter eos, qui Romam refugerant, credere: complorati omnes pariter uiui mortuq; totam propè urbem lamentis impleuerunt. Priuatos deinde luctus stupefecit publicus pauor, postquam hostes adesse nuntiatum est. mox ululatus cantusq; dissonos uagantibus circa mœnia turmatim barbaris audiebant. omne inde tempus suspensos ita tenuit animos usq; ad lucem alteram, ut identidem iam in urbem futurus uideretur impetus primo aduentu, quo accesserant ad urbem. mansuros enim ad Alliam fuisse, nisi hoc consilij foret. deinde sub occasum solis, quia haud multū dici supererat, ante noctem rati se inualuros: tum in noctem dilatum consilium esse, quo plus pauoris inferrent. postremo lux appropinquans exanimare. timorq; perpetuo ipsum malum continens fuit, cū signa infesta portis sunt illata. nequaquā tamen ea nocte, neque insequenti die similis illi, quæ ad Alliam tam pauide fugerat, ciuitas fuit. nam cū defendi urbem posse tam parua relicta manu spes nulla esset, placuit cū cōiugibus ac liberis iuuentutē militarem, senatusq; robur in arcem, capitoliumq; concedere: armisq;, & frumento collatis, ex loco inde munito deos hominesq; & Romanū nomen defendere. flaminem, sacerdotesq; uestales, sacra publica à cæde, ab incendijs procul auferre: nec ante deserere cultum eorū, quā nō superessent qui colerent. Si atx, Capitoliumq; sedes deorum, si senatus caput publici consilij, si militaris iuuentus superfuerit imminenti ruinæ urbis, facilem iacturam esse seniorū, relictae in urbe utiq; periturae turbae. & quod id equiore animo de plebe multitudo ferret, senes triumphales consularesq; simul se cum illis palam dicere obituros: nec his corporibus, quibus non arma ferre, non tueri patriam possent, oneraturus inopiam armatorū. Hæc inter seniores morti destinatos iactata solatia. Versæ inde adhortationes ad agmen iuuenum, quos in Capitolium, atq; in arcem prosequabantur, cōmendantes uirtuti eorum iuuentæq; urbis per trecentos sexaginta annos omnibus bellis uictoricis, quæcunq; reliqua esset, fortunam. digredientibus qui spem omnem atq; opem secū ferebant, ab ijs, qui captæ urbis non superesse statuerant exitio, cū ipsa res speciesq; miserabilis erat, tum muliebris fletus, & concursatio incerta nunc hos nunc illos sequentiū, rogitantiumq; uiros

uiros natosq; cui se fato darent: nihil, quod humanis superesset malis, relinquebant. magna pars tamen earum in arcem suos persecuta sunt, nec prohibente ullo, nec uocante: quia quod utile obsessis ad minuendam imbellem multitudinem, id parū humanū erat. Alia maxime plebis turba, quam nec capere tam exiguus collis, nec alere in tanta inopia frumenti poterat, ex urbe effusa uelut agmine iam uno petijt Ianiculū. inde pars per agros dilapsi, pars urbes petunt finitimas, sine ullo duce, aut consensu, suam quisq; spem, sua consilia, communibus deploratis, exequentes. Flamen interim quirinalis, uirginesq; uestales omissa rerum suarū cura, quæ sacrorum secum ferenda, quæ, quia uires ad omnia ferenda decerant, relinquenda essent consultantes, quisue ea locus fideli asseruaturus custodia esset, optimū ducūt, condita in doliolis sacello proximo ædibus flaminis quirinalis, ubi nunc desui religio est, defodere. cætera inter se onere partito ferunt uia, quæ sublicio ponte ducit ad Ianiculum. In eo clūo eas cum L. Albinus de plebe Romana homo conspexisset, plaustro coniugem ac liberos habens inter cæteram turbam, quæ inutilis bello urbe excedebat, saluo etiam tum discrimine diuinarū humanarumq; rerum, irreligiosum ratus sacerdotes publicos sacraq; populi Ro. pedibus ire, ferriq; se ac suos in uehiculo conspici, descendere uxorem ac pueros iussit, uirgines sacraq; in plaustrum imposuit, & Cære, quò iter sacerdotibus erat, peruexit. Romæ interim satis iam omnibus, ut in tali re, ad tuendam arcem cōpositis, turba seniorū domos regressa aduentū hostium obstinato ad mortem animo expectabat. qui corū curules gesserant magistratus, ut in fortunæ pristinae honorumq; aut uirtutis insignibus morentur, quæ augustissima uestis est thesas ducentibus, triumphantibus ue, ea uestiti medio ædium eburneis sellis sedere. Sunt, qui M. Fabio pontifice maximo præfante carmen deuouisse eos se pro patria, quiritibusq; Romanis tradant. Galli & quia interposita nocte à contentione pugnae remiserant animos: & quod nec in acie accipi usquam certauerant prælio, nec tum impetu aut ui capiebant urbem: sine ira, sine ardore animorum ingressi postero die urbem patente Collina porta in forum perueniunt, circumferentes oculos ad templa dcūm, arcemq; solam belli speciem tenentē. inde modico relicto præsidio, nequis in dissipatos ex arce aut Capitolio impetus fieret, dilapsi ad prædam uacuis occursum hominum uis, pars in proxima quæq; tectorum agmine ruunt, pars ultima, uelut ea demum intacta & referta præda, petunt. inde rursus ipsa solitudine absterriti, nequa fraus hostilis uagos exciperet, in forū ac propinqua foro loca conglobati redibant: ubi eos, plebis ædificijs obseratis, patentibus atrijs principū, maior propè cunctatio tenebat aperta quàm clausa inuadendi. adeo haud secus quàm uenerabundi intuebantur in ædium uestibulis sedentes uiros, præter ornatū habitumq; humano augustiorem, maiestate etiam, quā uultus grauitasq; oris præ se ferebat, simillimos dñs. Ad eos uelut simulachra uersi cū starent. M. Papyrius unus ex his dicitur Gallo barbam suam, ut tum omnibus promissa erat, permulcenti scipione eburneo in caput incusso iram mouisse: atq; ab eo initiū cædis ortū, cæteros in sedibus suis trucidatos. Post principū cædem nulli deinde mortaliū parcī, diripi tecta, exhaustis inijci ignes. Cæterum, seu nō omnibus delendi urbē libido erat, seu ita placuerat principibus Gallorū, & ostentari quædam incendia terroris causa, si compelli ad deditionē caritate ædiū suarū obsessi possent: & nō omnia cōcremati tecta, ut quodcunq; superesset urbis, id pignus ad flectendos hostium animos haberent: nequaquam perinde atq; in capta urbe prima die aut passim, aut late uagatus est ignis. Romani ex arce plenam hostiū urbem cernentes, uagosq; per uias omnes cursus, cum alia atq; alia parte noua aliqua clades oriretur, nō mentibus solum concipere, sed ne auribus quidem, atq; oculis satis constare poterant. quocunq; clamor, sonitus hostiū, mulierum puorumq; ploratus, sonitus flammæ, & fragor ruentium tectorum auertisset, pauentes ad omnia animos oraq; & oculos flectebant: uelut ad spectaculum à fortuna positi occidentis patriæ, nec ullius rerum suarū relicti, præter quàm corporum uindices: tanto ante alios miserandi magis, qui unquam obsessi sunt, quod interclusi à patria obsidebantur, omnia sua cernentes in hostiū potestate. Nec tranquillior nox diem tam fœde actū excepit. Lux deinde noctem inquietam inseguta est. nec ullum erat tempus, quod à nouæ semper cladis alicuius spectaculo cessaret. nihil tamen tot onerati atque obruti malis flexerunt animos, quin etsi omnia

flammis

flammis ac ruinis æquata uidissent, quamuis inopem paruūq; quē tenebant, collem libertati relictum uirtute defenderēt: & iam cum eadem quotidie acciderent uelut assueti ualis abalie nauerant ab sensu rerum suarū animos, arma tantum, ferrumq; in dextris uelut solas reliquias spei suæ intuentes. Galli quoq; per aliquot dies in tecta modo urbis nequicq; bello gesto, cum inter incendia ac ruinas captæ urbis nihil superesse præter armatos hostes uiderent: nec quicq; tot cladibus territos, nec flexuros ad deditiōem animos, ni uis adhiberetur: experiri ultima, & impetum facere in arcem statuunt. Prima luce signo dato multitudo omnis in foro instruitur: inde clamore sublato, ac testudine facta subeunt. aduersus quos Romani nihil temere, nec trepide, ad omnes aditus stationibus firmatis, quā signa ferri uidebant, eā robore uirorum opposito scandere hostem sinunt: quo successerit magis in arduū, eo pelli posse per procliuē facilius rati. medio ferē diuo restitere: atq; inde ex loco superiore, qui propè sua sponte in hostem inferebat, impetu factō, strage ac ruina fudere Gallos: ut nunq; postea nec pars, nec uniuersi tentauerint tale pugnæ genus. Ommissa itaq; spe per uim atq; arma subeundi, obsidionem parant: cuius ad id tempus immemores, & quod in urbe fuerat frumentū, incendijs urbis absumpserant, & ex agris per ipsos dies raptum omne Veios erat. Igitur exercitu diuiso partim per finitimos populos prædari placuit, partim obsideri arcem, ut obsidentibus frumentū populatores agrorum præberent. Proficiscentes Gallos ab urbe ad Romanam experiendam uirtutem fortuna ipsa Ardeam, ubi Camillus exulabat, duxit. Qui mœstior ibi fortuna publica quàm sua, cū dñs hominibusq; accusandis senesceret, indignando mirandoq; ubi illi uiri essent, qui secum Veios Faleriosq; cepissent, qui alia bella fortius semper quàm felicius gessissent, repente audit Gallorū exercitū aduentare, atq; de eo puidos Ardeatis consultare. Nec secus quàm diuino spiritu tactus, cum se in mediam contionem intulisset, abstinere suctus ante talibus contionibus. Ardeates, inquit, ueteres amici, noui etiam ciues mei, quando & uestrū beneficiū ita tulit, & fortuna hoc egit mea, nemo uestrum conditionis meę oblitum me huc processisse putet, sed res, ac periculum cōmune cogit quod quisq; possit in re trepida præsidij, in mediū conferre. & quando ego uobis pro tantis uestris in me meritis gratiam referam, si nunc cessauero: aut ubi usus erit mei uobis, si in bello nō fuerit: hac arte in patria steti, & inuictus bello in pace ab ingratibus ciuibus pulsus sum. Vobis autē Ardeates fortuna oblata est, & pro tantis pristinis populi Romani beneficijs, quanta ipsi meministis (nec enim exprobranda apud memores sunt) gratiæ referendæ: & huic urbi decus ingens belli ex hoste cōmuni pariendi. Quæ effuso agmine aduentat, gens est, cui natura corpora, animosque magna magis quàm firma dedit. eo in certamen omne plus terroris quàm uirium ferunt. argumento sit clades Romana, patentem cepere urbem: ex arce Capitolioq; his exigua resistitur manu. iam obsidionis tedio uicti abscedunt, uagiq; per agros palantur. cibo, uinoq; raptim hausto repleti ubi nox appetit, propè riuos aquarum sine munimento, sine stationibus ac custodijs passim ferarum ritu sternuntur, nunc ab secundis rebus magis etiam solito incauti. Si uobis in animo est tueri mœnia uestra, nec pati hæc omnia Galliam fieri, prima uigilia capite arma frequentes: me sequimini ad eandem, nō ad pugnam. nisi uictos somno uelut pecudes trucidandos tradidero, non recuso eundem Ardeæ rerum mearum exitum, quem Romæ habui. Aequis iniquisq; persuasum erat, tantum bello uirum neminem usquam ea tempestate esse. contione dimissa corpora curant, intenti quàm mox signū daretur. quo dato, primæ noctis silentio ad portas cum Camillo præstitō fuere. egressi haud procul urbe, sicut prædictum erat, castra Gallorū intuta, neglectaq; ab omni parte nacti cū ingenti clamore inuadunt. nusquam præliū, omnibus locis cædes est: nuda corpora, & soluta somno trucidantur. extremos tamē pauor cubilibus suis excitos, quæ, aut unde uis esset ignaros, in fugam, & quosdam in hostem ipsum improuidos tulit. magna pars in agrum Antiatem delati, incurSIONE ab oppidanis in palatos facta, circumueniuntur. Similibus in agro Veienti Thuscorum facta strages est. qui urbis iam propè quadringentesimum annum uicinæ oppressæ ab hoste inusitato inauditoq; adeo nihil miserti sunt, ut in agrum Romanum eo tempore incurSIONES facerent, plenijs prædæ Veios etiam præsidiumq; & spem ultimam Romani nominis in animo habuerint oppugnare. Viderant eos milites Romani uagantes

uagantes per agros, & cōgregatos agmine prædam præ se agentes, & castra cernebant haud procul Veijs posita. inde primum misratio sui, deinde indignitas, atq; ex ea ira animos cepit. Hetruscis ne etiam, à quibus bellum Gallicū in se auertissent, ludibrio esse clades suas. uix temperare animis, quin extemplo impetum facerent: cōpressi q; à Cæditio centurione, quem sibi metipsi præfecerant, rem in noctē sustinuerunt. tantū par Camillo defuit autor, cætera eodem ordine, eodem q; fortunæ euentu gesta. quin etiam ducibus captiuis, qui cædi nocturnę super fuerant, ad aliam manū Thufcorū ad Salinas profecti nocte insequenti ex improviso maiorem eadem edidere, duplici q; uictoria ouantes Veios redeunt. Romæ interim plerunq; obsidio segnis, & utrinq; silentiū esse, ad id tantum intentis Gallis, nequis hostiū euadere inter stationes posset. cum repente iuuenis Romanus admiratione in se ciues, hostes q; conuertit. sacrificium erat statum in quirinali colle genti Fabiæ. ad id faciendum C. Fabius Dorso, gabino cinctu, sacra manibus gerens cū de capitolio descendisset, per medias hostiū stationes egressus, nihil ad uocem cuiusquam, terroremue motus in Quirinalem collem peruenit. ibi q; omnibus solenniter peractis, eadem reuertens similiter constanti uultu gradu q;, satis sperans propitios esse deos, quorū cultum ne mortis quidem metu prohibitus deseruisset, in Capitoliū ad suos rediit: seu attonitis Gallis miraculo audaciæ, seu religione etiam motis, cuius haudqua q; negligens gens est. Veijs interim nō animi tantum indies, sed etiam uires crescebant: nec Romanis solum eō conuenientibus ex agris, qui aut prælio aduerso, aut clade captæ urbis palati fuerant, sed etiam ex Latio uoluntarijs confluentibus, ut in parte prædæ essent. Maturum iam uidebatur repeti patriam, eripi q; ex hostium manibus, sed corpori ualido caput deerat. locus ipse admonebat Camilli, & magna pars militum erat, qui ductu auspicio q; eius res prospere gesserant. & Cæditius negare se commissurum cur sibi aut deorum aut hominum quisquam imperium finiret potius, quàm ipse memor ordinis sui posceret imperatorem. Consensū omnium placuit ab Ardea Camillum acciri, sed antea consulto Senatu, qui Romæ esset. adeo regebat omnia pudor, discrimina q; rerū propè perditis rebus seruabant. Ingenti periculo transeundum per hostium custodias erat. ad eam rem Pontius Cominius impiger iuuenis operam pollicitus, incubans cortici secundo Tyberi ad urbem deferitur: inde qua proximum fuit à tipa per præruptū, eō q; neglectū hostiū custodiæ saxum in capitoliū euadit, & ad magistratus ductus mandata exercitus edit. Accepto inde Senatus decreto, ut & comitijs curiatis reuocatus de exilio iussu populi Camillus dictator extemplo diceretur, milites q; haberēt imperatorem quem uellent, eadem digressus nuntius Veios cōtendit: missi q; Ardeam legati ad Camillum Veios eum perduxere: seu quod magis credere libet, non prius profectum ab Ardea, quàm comperit legem latam: quod nec iniussu populi mutari finibus posset, nec nisi dictator dictus auspicia in exercitu habere, lex curiata lata est, dictator q; absens dictus. Dum hæc Veijs agebantur, interim arx Romę capitolii q; in ingenti periculo fuit. nanq; Galli seu uestigio notato humano, quā nuntius à Veijs peruenerat: seu sua sponte animaduerso ad Carmentis saxum ascensu æquo: nocte sublustri cum primo inermem, qui tentaret uiam, præmississent, tradentes inde arma, ubi quid iniqui esset, alterni innixi, subleuantes q; inuicem, & trahentes alij alios, prout postularet locus, tanto silentio in summum euasere, ut nō custodes solum fallerent, sed ne canes quidem, sollicitum animal ad nocturnos strepitus, excitarent. anseres non sefellere, quibus sacris Iunoni in summa inopia cibi tamen abstinebatur. quæ res saluti fuit. nanq; clangore eorum, alarum q; crepitu excitus M. Manlius, qui triennio ante consul fuerat, uir bello egregius, armis arreptis simul ad arma cæteros ciens uadit. & dum cæteri trepidant: Gallum, qui iam in summo constiterat, umbone ictum deturbat. cuius casus prolapsi cum proximos sterneret, trepidantes alios, armis q; omisissis saxa, quibus adhærebant, manibus amplexos trucidat. iam q; & alij congregati telis, missilibus q; saxis proturbare hostes, ruina q; tota prolapsa acies in præceps deferri. Sedato deinde tumultu reliquum noctis, quantum in turbatis mentibus poterat, cum præteritum quoq; periculum sollicitaret, quieti datum est. Luce orta uocatis classico ad concilium militibus ad tribunos, cum & recte, & perperam factō pretium deberetur: Manlius primum ob uirtutem laudatus, donatus q; non ab tribunis solum militum, sed consensu

consensu etiam militari: cui uniuersi selibras farris, & quartarios uini ad ædes eius quæ in arce erant, contulerunt: rem dictu parua: cæterum inopia fecerat eam argumentum ingens caritatis: cum se quisq; uictu suo fraudans detractum corpori atq; uisibus necessarijs ad honorem unius uiri conferret. Tum uigiles eius loci, quæ secellerat ascendens hostis, citati: & cum in omnes more militari se animaduersurum P. Sulpicius tribunus militum pronunciaffet, consentiente clamore militum in unum uigilem conijciendum culpam, deterritus à cæteris abstinuit: reum haud dubium eius noxæ approbãtib; cunctis de saxo deiecit. Inde intentiores utrinq; custodia esse: & apud Gallos, quia uulgatũ erat, inter Veios Romamq; nuntios commeare: & apud Romanos, ob nocturni periculi memoriam. Sed ante omnia obsidionis belliq; mala fames utrinq; exercitum urgebat: Gallos pestilentia etiam, cum loco iacente inter tumulos castra habentes, tum ab incendijs torrido & uaporis pleno, cineremq; non puluerem modo ferente, cum quid uenti motum esset: quorũ intolerãtissima gens est, humoriq; ac frigori assucta: tum æstu & angore uexati, uulgatis uelut in pecora morbis moreretur. Iam pigritia singulos sepeliendi, promiscue aceruatos cumulos hominum urebant: bustorumq; inde Gallicorum nomine insignem locum fecere. Induciæ deinde cum Romanis factæ, & colloquia permissu imperatorum habitæ: in quibus cum identidem Galli famem obijcerent, eaq; necessitate ad deditiõem uocarent, dicitur auertendæ eius opinionis causa multis locis panis de Capitolio iactatus esse in hostium stationes. Sed iam neq; dissimulari, neq; ferri ultra fames poterat: itaque dum dictator delectum per se Ardæ habet, magistrum equitum L. Valerium à Veijs abducere exercitum iubet: parat, instruitq; quibus haud impar adoriatur hostes: interim capitulinus exercitus stationibus uigilijsq; fessus, superatis tamen humanis omnibus malis cum famem unam natura uinci non sineret: diem de die prospectãs ecquod auxilium ab dictatore appareret, postremo spe quoq; iam, non solum cibo deficiente, & cum stationes procederent propè obruẽtib; infirmum corpus armis, uel dedi, uel redimi se quacũq; pacto possent, iussit: iactantibus non obscure Gallis, haud magna mercede se adduci posse ut obsidionem relinquãt. Tum senatus habitus, tribunisq; militum negocium datum, ut pacifcerentur. Inde inter P. Sulpicium tribunum militum, & Brennum regulum Gallorum colloquio transacta res est, & mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factũ. Rei foedissimæ per se, adiecta indignitas est: pondera ab Gallis allata iniqua: & tribuno recusante, additus ab insolente Gallo ponderi gladius: auditaq; intoleranda Romanis uox, uæ uictis esse. Sed dijq; & homines prohibuere redemptos uiuere Romanos. nam forte quadam, prius quàm infanda merces perficeretur, per altercationem nondum omni auro appenso, dictator interuenit: auferricq; aurum de medio, & Gallos submoueri iubet. cum illi renitentes pactos dicerent sese, negat eam pactiõem ratam esse, quæ postquàm ipse dictator creatus esset, iniussu suo ab inferioris iuris magistratu facta esset: denuntiatq; Gallis, ut se ad prælium expediant: suos in aceruum conijcere sarcinas & arma aptare, ferroq; non auro recuperare patriam iubet, in conspectu habentes fana deũ & coniuges & liberos, & solum patriæ deforme belli malis, & omnia quæ defendi repetiq; & ulcisci fas sit. Instruit deinde aciem ut loci natura patiebatur, in semirutæ solo urbis & natura inæquali: & omnia quæ arte belli secunda suis eligi præparari ue poterant, prouidit. Galli noua re trepidi arma capiunt, iraq; magis quàm consilio in Romanos incurrunt. Iam uerterat fortuna, iam deorum opes humanaq; consilia rem Romanam adiuuabant. Igitur primo concursu haud maiore momento fusi Galli sunt, quàm ad Alliam uicerant. Iustiore altero deinde prælio ad octauum lapidem Gabina uia, quò se ex fuga contulerant, eiusdem ductu auspicioq; Camilli uincuntur. Ibi cædes omnia obtinuit, castra capiuntur, & ne nuntius quidem cladis relictus. Dictator, recuperata ex hostibus patria, triumphans in urbem redit: interq; iocos militares quos inconditos iaciunt, Romulus ac parens patriæ conditorq; alter urbis haud uanis laudibus appellabatur. Seruatam deinde bello patriam iterum in pace haud dubie serauit, cum prohibuit migrari Veios: & tribunis rem intentius agẽtib; post incensam urbem, & per se inclinata magis plebe ad id consilium. eaq; causa fuit non abdicandæ post triumphum dictaturæ, senatu obsecrante ne rempublicam in incerto relinqueret statu. Omnium primum ut

m erat

erat diligentissimus religionū cultor, quæ ad deos immortales pertinebant, retulit: & senatus consultum facit: fana omnia quod ea hostes possedissent, restituerentur, terminarentur expiarentur: expiatioque eorum in libris per duumviros quæreretur. cum Cæretibus publice hospitium fieret: quod sacra populi Romani ac sacerdotes recepissent, beneficioque eius populi non intermissus honos deum immortalium esset. ludi Capitolini fierent, quod Iupiter optimus maximus suam sedem atque arcem P R in re trepida tutatus esset: collegiumque ad eam rem M. Furius dictator constitueret ex his qui in Capitolio atque arce habitarent. Expiandæ etiam uocis nocturnæ, quæ nuntia cladis ante bellum gallicum audita neglectaque esset, mentio illata, iussuque templum in Noua uia Locutio fieri. Aurum quod Gallis creptum erat, quodque ex alijs templis inter trepidationem in Iouis cellam collatum, cum in quæ referri oporteret, confusa memoria esset: sacrum omne iudicatum, & sub Iouis sella poni iussum. Iam ante in eo religio ciuitatis apparuerat: quod cum in publico deesset aurum, ex quo summa pactæ mercedis Gallis conficeret, à matronis collatum acceperat, ut sacro auro abstineretur. Matronis gratiæ actæ, honosque additus, ut earum sicut uirorum, post mortem solennis laudatio esset. Iis peractis quæ ad deos pertinebant, quæque per senatum agi poterant: tum demum agitantibus tribunis plebem assiduis contionibus, ut relictis ruinis in urbem paratam Veios transmigrarent: in contionem uniuerso senatu prosequente ascendit, atque ita uerba fecit. Adeo mihi acerbæ sunt Quirites contentiones cum tribunis plebis, ut nec tristissimi exilij solatium aliud habuerim quoad Ardeæ uixi, quam quod procul ab his certaminibus eram: & ob eadem hæc non, nisi me senatus consulto populique iussu reuocaretis, rediturus unquam fuerim: nec nunc me, ut redirem, mea uoluntas mutata, sed uestra fortuna perpulit. quippe ut in sua sede maneret patria, id agebatur: non ut ego utique in patria essem. & nunc quiescerem ac tacerem libenter, nisi hæc quoque pro patria dimicatio esset, cui deesse quoad uita suppetat, alijs turpe, Camillo etiam nefas est.

Quid enim repetimus? quid obsessam ex hostium manibus eripuimus? si recuperatam ipsi deserimus? & cum uictoribus Gallis capta tota urbe, Capitolium tamen atque arcem diique & homines romani tenuerint, habitauerint: uictoribus Romanis recuperata urbe arx quoque & Capitolium deseretur? & plus uastitatis huic urbi secunda nostra fortuna faciet, quam aduersa fecerit: Equidem si nobis cum urbe simul positæ, traditæque per manus religionis nullæ essent: tamen tam euidentis numen hac tempestate rebus affuit Romanis, ut omnem negligentiam diuini cultus exemptam hominibus putem. intuemini enim horum deinceps annorum uel secundas res uel aduersas: inuenietis omnia prospere euenisse sequentibus deos, aduersa spernentibus. Iam omnium primum uiciens bellum, per quot annos, quanto labore gestum non ante cepit finem, quam monitu deorum aqua ex lacu Albano emissa est. Quid hæc tandem urbis nostræ clades noua? num ante exorta est, quam spreta uox ecclæ emissa de aduentu Gallorum? quam gentium ius ab legatis nostris uiolatum? quam à nobis cum uindicari deberet, eadem negligentia deorum prætermisum? Igitur uicti captique, ac redempti tantum poenatum dijs hominibusque dedimus, ut terrarum orbi documento essemus. aduersæ deinde res admonuerunt religionum. Confugimus in Capitolium ad deos, ad sedem Iouis optimi maximi, sacra in ruinarum nostrarum alia terræ cælauimus, alia auecta in finitimas urbes amouimus ab hostium oculis: deorum cultum deserti ab dijs hominibusque, tamen non intermisimus. reddidere igitur patriam & uictoriam & antiquum belli decus amissum: & in hostes qui cæci auaritia in pondere auri fœdus ac fidem scellerunt, uerterunt terrorem fugamque & eadem. Hæc culti neglectique numinis tanta monumenta in rebus humanis cernentes, ecquid sentitis Quirites quantum uix dum ex naufragijs prioris culpæ cladisque emergentes paremus nefas. Urbem auspiciato inauguratoque conditam habemus: nullus locus in ea non religionum deorumque est plenus: sacrificijs solennibus non dies magis statim quam loca sunt, in quibus fiant. hos omnes deos publicos priuatosque Quirites deserturi estis? quam par uestrum factum est, quod in obsidione nuper in egregio adolescente C. Fabio non minore hostium admiratione quam uestra conspectum est? cum inter gallica tela digressus ex arce solenne Fabiæ gentis in colle Quirinali obiit. Angilicia sacra ne in bello quidem intermitti, publica sacra & romanos deos etiam in pace derelicti

feri placet: & pontifices flaminesq; negligentiores publicarum religionum esse, quàm priuatus in solenni gentis fuerit? Forsitan aliquis dicat, aut Veijs ea nos facturos, aut huc inde missuros sacerdotes nostros, qui faciant: quorum neutrum fieri saluis cerimonijs potest: & ne omnia generatim sacra, omnesq; percenseam deos: in Iouis epulo num alibi, quàm in Capitolio puluinar suscipi potest? Quid de æternis Vestæ ignibus, signoq; quod imperij pignus custodia eius templi tenetur, loquar? quid de ancylibus uestris, Mars Gradiue, tuq; Quirine pater? hæc omnia in profano deserui placet sacra, æqualia urbi, quædam uetustiora origine urbis? Et uidete quid inter nos ac maiores interfit: illi sacra quædam in monte Albano Lauinioq; nobis facienda tradiderunt. An ex hostium urbibus Romam ad nos transferri sacra religiosum fuit: hinc sine piaculo in hostium urbem Veios transferemus? Recordamini agite dum, quoties sacra instaurentur: quia aliquid ex patrio ritu negligentia casu ue prætermisum est. Modo quæ res post prodigium Albani lacus, nisi instauratio sacrorum auspicioꝝ renouatio affectæ Veienti bello reipub. remedio fuit? At etiam tanquam ueterum religionum memores, & peregrinos deos trãstulimus Romam, & instituimus novos. Iuno regina transuecta à Veijs nuper in Auentino quàm insigni ob excellens matronarum studium, celebriq; dedicata est die: Locrutio templum propter cœlestem uocem exauditam in Noua uia iussimus fieri: capitolinos ludos solennibus alijs addidimus: collegiumq; ad id nouum auctore senatu condidimus. Quid horum opus fuit suscipi: si unà cum Gallis urbem Romanam relicturi fuimus? si non uoluntate mansimus in Capitolio per tot menses obsidionis? si ab hostibus metu retenti sumus? de sacris loquimur & de templis, quid tãdem de sacerdotibus? nõne in mentem uenit, quantũ piaculi committatur? Vestalibus nempe unà illa sedes est, ex qua eas nihil unquam præterquam urbs capta mouit. flaminis diali noctem unam manere extra urbem nefas est. hos Veietes pro Romanis facturi estis sacerdotes? & uestales ruæ te deserent Vestæ? & flamen peregre habitando, in singulas noctes tantum sibi reicq; publicæ piaculi contrahet? Quid alia, quæ auspiciato agimus omnia ferè intra pomerium, cui obliuioni, aut cui negligentia damus? Comitia curiata, quæ rem militarem continent: comitia centuriata, quibus consules tribunosq; militares creatis: ubi auspiciato, nisi ubi adsolent, fieri possunt? Veios ne hæc transferemus? an comitorũ causa populus tanto incõmodo in desertam hanc ab dijs hominibusq; urbem conueniet? Sed res ipsa cogit uastatam incendijs ruinisq; relinquere urbem, & ad integra omnia Veios migrare: nec hic ædificando inopem plebem uexare. Hanc autẽ iactari magis causam, quàm ueram esse, ut ego non dicam, apparere uobis Quirites puto: qui meministis ante Gallorum aduentum saluis tectis publicis priuatisq;, stante incolumi urbe, hanc eãdem rem actã esse: ut Veios transmigraremus. Et uidete quantum inter meam sententiam uestramq; interfit tribunus: uos etiam si tunc faciendum non fuerit, nunc utiq; faciendum putatis: ego contra (nec id mirati sitis prius, quàm quale sit audieritis) etiam si tunc migrandum fuisset incolumi tota urbe, nunc has ruinas relinquendas non censerem: quippe tum causa nobis in urbem captam migrandi uictoria esset, gloriosa nobis ac posteris nostris: nunc hæc migratio nobis misera ac turpis, Gallis gloriosa est. non enim reliquisse uictores, sed amisisse uicti patriam uidebimur. hoc ad Alliam fuga, hoc capta urbs, hoc circumfessum Capitolium necessitatis imposuisse: ut desereremus penates nostros, exiliumq; ac fugam nobis ex eo loco cõscisceremus, quem tueri non possemus. & Galli euertere potuerunt Romã, quam Romani restituere non uidebuntur potuisse? Quid restat, nisi ut si iam nouis copijs ueniant, (constat enim uix credibilem multitudinẽ esse) & habitare in capta ab se, deserta à uobis hac urbe uelint, sinatis? Quid si non Galli hoc, sed ueteres hostes uestri, Æqui, Volsci ue faciant, ut commigrent Romam? uelitis ne illos Romanos, uos Veientes esse? non malitis hanc solitudinem uestram, quàm urbem hostium esse? non equidem uideo quid magis nefas sit. Hæc scelera, quia piget ædificare, hæc dedecora pati parati estis? Si tota urbe nullum melius, amplius ue tectum fieri possit, quàm casa illa conditoris est nostri: non in casis ritu pastorũ agrestiumq; habitare est fatius inter sacra penatesq; uestros, quàm exulatum publice ire? Maiores nostri conuenæ, pastoresq;, cum in his locis nihil præter syluas paludesq; esset, nouã urbem tam breui ædificarunt. nos Capitolio, arce incolumi, stan-

ribus templis deorum, ædificare incēsam piger: & quod singuli facturi fuimus, si ædes nostræ deflagrassent: hoc in publico incendio uniuersi reculamur facere: Quid tandem, si fraude, si casu Veijs incendium ortum sit, uentoq̄ (ut fieri potest) diffusa flamma magnam partem urbis absumat: Fidenas inde aut Gabios, aliam uel quam urbem quæsituri sumus, quò transmigremus: adeo nihil tenet solum patriæ: nec hæc terra quam matrem appellamus: sed in superficie tignisq̄ charitas nobis patriæ pendet: Et quidem fatebor uobis, etsi minus iniuriæ uestræ quàm meæ calamitatis meminisse iuuat: cum abessem, quotiescunq̄ patria in mentem ueniret: hæc omnia occurrebant, colles campiq̄ & Tyberis, & assueta oculis regio, & hoc cœlum, sub quo natus educatusq̄ essem. quæ uos Quirites nunc moueant potius charitate sua, ut maneat in sede uestra, quàm postea cum reliqueritis ea, macerent desiderio. Non sine causa dii hominesq̄ hunc urbi condendæ locum elegerunt: saluberrimos colles, flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges deuehantur, quo maritimi commeatus accipiantur: mare uicinum ad commoditates, nec expositum nimia propinquitate ad pericula classium externarum: regionum Italiæ medium, ad incrementum urbis natum unice locum. argumento est ipsa magnitudo tam nouæ urbis. trecentisimū sexagesimū quintus annus urbis Quirites agitur. inter tot ueterrimos populos tandiu bella geritis, cum interea, ne singulas loquar urbes, non coniuncti cum Aequis Volsci, tot tam ualida oppida, non uniuersa Etruria tantum terra marisq̄ pollens, atque inter duo maria latitudinem obtinens Italiæ, bello uobis par est. Quod cum ita sit, quæ malum ratio est expertis alia experiri: cum iam ut uirtus uestra transire aliò possit, fortuna certe loci huius transferri non possit. Hic Capitolium est, ubi quondam capite humano inuento responsum est, eo loco caput rerum summamq̄ imperij fore. hic cum augurato liberaretur Capitolium, Iuuentas Terminusq̄ maximo gaudio patrum nostrorum moueri se non passi. hic Vestæ ignes, hic ancylia cœlo demissa, hic omnes propitij manentibus uobis dii.

Mouisse eos Camillus cum alia oratione, tum ea quæ ad religiones pertinebat, maxime dicitur. sed rem dubiam decreuit opportune uox emissa, quod cum senatus post paulo de his rebus in curia Hostilia haberetur: cohortes que ex præsidij reuertentes forte agmine forum transirent: centurio in comitio exclamauit. signifer, statue signum, hic manebimus optime. Qua uoce audita, & senatus accipere se omen ex curia egressus conclamauit, & plebs circumfusa approbavit. Antiquata deinde lege, promiscue urbs ædificari cœpta. tegula publice præbita est: saxi materiæq̄ cædendæ unde quisque uellet ius factum, prædibus acceptis eo anno ædificia perfecturos. Festinatio curam exemit uicos dirigendi, dum omisso sui alieniq̄ discrimine, in uacuo ædificant. ea est causa, ut ueteres cloacæ primo per publicum ductæ, nunc priuata passim subeant tecta: formaq̄ ue urbis sit occupatæ magis quàm diuisæ similis.

D E C A D I S P R I M A E
L I B E R V I



V A E ab condita urbe Roma ad captam eandem urbem Romani sub regibus primum, consulibus deinde ac dictatoribus, decemuirisq̄ ac tribunis consularibus gessere foris bella, domi seditiones, quinque libris exposuere res cum uetustate nimia obscuras, uelut quæ magno ex interuallo loci uix cernuntur: tum quod perraræ per eadem tempora literæ fuere, una custodia fidelis memoriæ rerum gestarum, & quod etiam si quæ in commentarijs pontificum, alijsq̄ publicis priuatisq̄ erant monumentis: incensa urbe pleræq̄ interiere. clariora deinceps certioraq̄ ab secunda origine, uelut ab stirpibus lætius feraciusq̄ renatæ urbis, gesta domi militiæq̄ exponentur. Cæterum primo quo ad miniculo erecta erat, eodem innixa M. Furio principe stetit: neque cum abdicare se dictatura, nisi anno circumactō passi sunt. Comitia in insequentem annum tribunos habere, quorum in magistratu capta urbs esset, non placuit: res ad interregnum redijt. Cum ciuitas in opere ac labore assiduo reficiendæ urbis teneretur: interim Q. Fabio, simul primum magistratu abijt: ab C. Marcio tri-

cio tribuno plebis dicta dies est: quod legatus in Gallos, ad quos missus erat orator, contra ius gentium pugnasset. cui iudicio cum mors adeo opportuna, ut uoluntariam magna pars crederet, subtraxit. Interregnum iniit P. Cornelius Scipio interrex: & post eum M. Furius Camillus iterum. is tribunos militum consulari potestate creat, A. Valerium Publicolam iterum, L. Virginium, P. Cornelium, A. Manlium, L. Æmylium, L. Posthumium. Hi ex interregno cum extemplo magistratum iussent, nulla de re prius quam de religionibus senatum consulere. In primis fœdera, ac leges (erant autem eæ duodecim tabulæ, & quædam regiarum leges) conquiri, quæ comparerent, iusserunt. alia ex eis edita etiam in uulgus. quæ autem ad sacra pertinebant, à pontificibus maxime, ut religione obstrictos haberent multitudinis animos, suppressa. Tum de diebus religiosis agitari coeptum, diemque ad xv kalendas sextiles duplici clade insignem, quo die ad Cremeram Fabij cæsi: quo deinde ad Alliam cum exitio urbis fœde pugnatum: à posteriore clade Allensem appellarunt, insignemque rei nulli publice priuatimque agenda fecerunt. Quidam, quod postridie idus Quintiles non litasset Sulpicius tribunus militum: neque inuenta pace deum post diem tertium obiectus hosti exercitus Romanus esset: etiam postridie idus rebus diuinis superfederi iussum: inde ut postridie kalendas quoque ac nonas eadem religio esset, traditum putant. Nec diu licuit quietis consilia erigenda ex tam graui casu reipublice secum agitare. Hinc Volsci ueteres hostes ad extinguendum nomen Romanum arma reperant. Hinc Hetruriarum principum ex omnibus populis coniurationem de bello ad fanum Voltumnæ factam, mercatores afferebant. nouus quoque terror accesserat defectione Latinorum Hernicorumque, qui post pugnam ad lacum Regillum factam, per annos propè centum nunquam ambigua fide in amicitia populi Romani fuerant. Itaque cum tanti undique terrores circumstarent: appareretque omnibus non odio solum apud hostes, sed contemptu etiam inter socios nomen Romanum laborare: placuit eiusdem auspicijs defendi rempublicam, cuius recuperata esset: dictatoremque dici M. Furium Camillum. is dictator C. Seruilium Halam magistrum equitum dixit: iustitiamque indicto delectum iuniorum habuit: ita ut seniores quoque, qui bus aliquid roboris superesset: in uerba sua iuratos centuriaret. Exercitum conscriptum armatumque trifariam diuisit. partem unam in agro Veiente Hetruriarum opposuit. alteram ante urbem castra locare iussit: tribunus militum his A. Manlius, illis qui aduersus Hetruscos mittebantur, L. Æmylius præpositus. tertiam partem ipse ad Volscos duxit: nec procul ab Lanuuium (Admetium is locus dicitur) castra oppugnare est adortus. quibus ab contemptu, quod prope omnem delatam à Gallis Romanam iuuentutem crederent: ad bellum profectis, tantum Camillus auditus imperator terroris intulerat: ut uallo se ipsi, uallum congestis arboribus sepirent: nequa intrare ad munimenta hostis posset. Quod ubi animaduertit Camillus, ignem in obiectam sepem conijci iussit. & forte erat uis magna uenti uersa in hostem. itaque non aperuit solum incendio uiam, sed flammis in castra tendentibus, uapore etiam ac fumo, crepituque uiridis materiam flagrantis ita consternauit hostes: ut minor moles superantibus uallum in castra Volscorum Romanis fuerit, quam transcendentibus sepem incendio absumptam fuerat. Fuis hostibus, cæsisque, cum castra impetu cepisset dictator, prædam militi dedit, quo minus speratam minime largitore duce, eo militi gratiorem. persecutus deinde fugientes, cum omnem Volscum agrum depopulatus esset, ad deditiōem Volscos septuagesimo demum anno subegit. Victor ex Volscis in Æquos transiit, & ipsos bellum molientes. exercitum eorum ad Bolas oppressit: nec castra modo, sed urbem etiam aggressus, impetu primo cepit. Cum in ea parte, in qua caput rei Romanæ Camillus erat, ea fortuna esset, aliam in partem terror ingens ingruerat. Hetruria propè omnis armata Sutrium socios populi Romani obsidebat. quorum legati opem rebus affectis orantes cum senatum adissent, decretum tulere, ut dictator primo quoque tempore auxilium Sutrinis ferret. cuius spei moram cum pati fortuna obsessorum non potuisset: confecta que paucitas oppidanorum opere, uigilijs uulneribusque, quæ semper eosdem urgebant: per pactiōem urbe hostibus tradita, inermes cum singulis emissi uestimentis, miserabili agmine penates relinquerent: eo forte tempore Camillus cum exercitu Romano interuenit. cui cum se mœsta turba ad pedes prouoluisset: principum orationem necessitate ultima expressam, fletus

mulierum ac puerorum, qui exiliū comites trahebantur, excepisset: parcere lamentis Sutrinis iussit: Hetruscis se luctum lachrymasq; ferre. Sarcinas inde deponi, Sutrinosq; ibi confidere modico præfidio relicto, arma secū militem ferre iubet. ita expedito exercitu profectus ad Sutrium, id quod rebatur, soluta omnia rebus (ut fit) secundis inuenit: nullam stationē ante moenia, patentes portas, uictorem uagum prædam ex hostium tectis egerentem. Iterum igitur eodem die Sutrium capitur: uictores Hetrusci passim trucidantur ab nouo hoste, neq; se cōglobandi coeundiq; in unum, aut arma capiēdi datur spatiū. cum pro se quisq; tenderent ad portas, siqua forte se in agros enicere possent: clausas (id enim primū dictator imperauerat) portas inueniunt. Inde alij arma capere, alij quos forte armatos tumultus occupauerat, cōuocare suos, ut prælium inirent. quod accensum ab desperatione hostiū fuisset, ni præcones per urbem dimissi poni arma, & parci inermi iussissent, nec præter armatos quenquam uiolari. Tum etiam quibus animi in spe ultima obstinati ad decertādum fuerant: postquam data spes uitæ est, iactare passim arma inermesq;, quod tutius fortuna fecerat, se hosti offerre. Magna multitudo in custodias diuisa: oppidum ante noctem redditū Sutrini inuiolatum, integrumq; ab omni clade belli: quia non uicaptum, sed traditum per conditiones fuerat. Camillus in urbem triumphans redijt, trium simul bellorum uictor. longe plurimos captiuos ex Hetruscis ante currum duxit. quibus sub hasta uenundatis, tantum æris redactū est, ut pretio pro auro matronis per soluto, ex eo quod supererat, tres patere aureæ facte sint: quas cum titulo nominis Camilli ante Capitolium incensum in Iouis cælla constat ante pedes Iunonis positas fuisse. Eo anno in ciuitatem accepti, qui Veientium Capenatiumq; ac Faliscorum per ea bella transfugerant ad Romanos, agerq; ijs nouis ciuibus assignatus. reuocati quoq; in urbē senatuscōsulto à Veijs, qui ædificandi Romæ pigritia, occupatis ibi uacuis tectis Veios se contulerant. & primo fremitus fuit aspernantium imperium. dies deinde præstituta capitalisq; pœna, qui nō remigrasset Romam, ex ferocibus uniuersis singulos metu suo quenq; obedientes fecit. Et Roma cum frequentia crescere, tum tota simul exurgere ædificijs: & republica impensas adiuuante, & ædilibus uelut publicum exigentibus opus, & ipsis priuatis (admonebat enim desyderium usus) festinantibus ad effectum operis. intraq; annum noua urbs stetit. Exitu anni comitia tribuorum militum consulari potestate habita. Creati, T. Quintius Cincinnatus, Q. Seruilius Fidenas quintū, Iulius Tullus, L. Aquilius Coruus, L. Lucretius Tricipitinus, Ser. Sulpicius Rufus. Exercitum alterum in Aequos, non ad bellum (uictos nanq; se fatebantur) sed ab odio ad peruastandos fines, nequid ad noua consilia relinquerent uiriū, duxere: alterum in agrum tarquinientem. ibi oppida Hetruscorum Cortuosa & Contenebra uicapta dirutaq;. Ad Cortuosam nihil certaminis fuit. improviso adorti primo clamore atq; impetu cepere. direptum oppidum atq; incensum est. Contenebra paucos dies oppugnationē sustinuit, laborq; continuus non die, nō nocte remissus subegit eos. cum in sex partes diuisus exercitus romanus senis horis in orbem succederet prælio: oppidanos eisdem integro semper certamini paucitas fessos obiceret: cessere tandem, locusq; inuadendi urbem romanis datus est. Publicari prædam tribunis placebat, sed imperium quàm cōsiliū segnius fuit. dum cunctantur, iam militum præda erat, nec nisi per inuidiam adimi poterat. Eodem anno, ne priuatis tantum operibus cresceret urbs, Capitolium quoq; saxo quadrato substructum est, opus uel in hac magnificentia urbis conspicendum. Iam & tribuni plebis, ciuitate ædificando occupata, contiones suas frequentare legibus agrarijs conabatur. ostentabat in spem pomptinus ager, tum primum post accisas à Camillo Volscorū res possessionis haud ambigua. Criminabantur multo cum infestior agrum ab nobilitate esse quàm à Volscis fuerit. ab illis enim tantum, quoad uires & arma habuerunt, incursiones eò factas. nobiles homines in possessionem agri publici grassari: nec nisi antequam omnia præcipiant, diuisus sit, locum ibi plebi fore. Haud magnopere plebem mouerant, & infrequentem in foro, propter ædificandi curam, & eodem exhaustam impensis, coq; agri immemorem, ad quem instruendum uires non essent. In ciuitate plena religionum, tum etiam ab recenti clade superstitionis principibus, ut renouaretur auspicia, res ad interregnum redijt. interreges deinceps, M. Manlius Capitolinus, Ser. Sulpicius Camerinus,

L. Va

L. Valerius Potitus. hic demum tribunorum militum consulari potestate comitia habuit. L. Papyrium, Cn. Sergium, L. Æmylium iterum, L. Licinium, M. Menenium, L. Valerium Publicolam tertium, creat. hi ex interregno magistratum occæpere. Eo anno ædes Martis Gallico bello uota, dedicata est à T. Quintio duumuiro sacris faciendis. Tribus quatuor ex nouis ciuibus additæ, Stellatina, Pomatina, Sabbatina, Arniensis: æq; triginta quinque tribuum numerum expleuere. De agro Pomptino ab L. Sicinio tribuno plebis actum ad frequentiore iam populum, mobilioremq; ad cupiditatem agri, quàm fuerat. Et de Latino Hernicóque bello mentio facta in senatu, maioris belli cura, quod Hetruria in armis erat, dilata est. Res ad Camillum tribunum militum consulari potestate redijt: collegæ additi quinque, Ser. Cornelius Maluginensis, Q. Seruilius Fidenas sextum, L. Quintius Cincinnatus, L. Horatius Puluillus, P. Valerius. Principio anni auersæ curæ hominum sunt à bello Hetrusco: quod fugientium ex agro Pomptino agmen repente illatum in urbem, attulit: Antiates in armis esse, Latinorumq; populos iuuentutem submisisse ad id bellum, eo abnuentes publicum fuisse consilium: quod non prohibitos tantummodo, uoluntarios dicent militare, ubi uellent. Desiderant iam ulla contemni bella. itaque senatus dñs agere gratias: quod Camillus in magistratu esset. dictatorem quippe dicendum cum fuisse, si priuatus esset: & collegæ fateri regimen omnium rerum, ubi quid bellici terroris ingruat, in uiro uno esse: sibiq; destinatum in animo esse Camillo summittere imperium: nec quicquam de maiestate sua detractum credere, quod maiestati eius uiri concessissent. Collaudatis ab senatu tribunis, & ipse Camillus confusus animo gratias egit. Ingens inde ait onus à populo Romano sibi, qui se dictatorem iam quartum creasset, magnum à senatu talibus de se iudicis eius ordinis, maximum tam honoratorum collegarum obsequio iniungi. itaque siquid laboris uigiliarumq; adijci possit, certantem secum ipsum annisurum, ut tanto de se consensu ciuitatis opinionem, quæ maxima sit, etiam constantem efficiat. Quod ad bellum atque Antiates attineat, plus ibi minarum, quàm periculi esse: se tamen, ut nihil timendi, sic nihil contemnendi authorem esse. Circumfederali urbem Romanam ab inuidia & odio finitimorum: itaq; & ducibus pluribus & exercitibus administrandam rempublicam esse. Te, inquit, P. Valeri socium imperij consilijsq; legiones mecum aduersus Antiatem hostem ducere placet: te Q. Seruili altero exercitu instructo paratoq; in urbe castra habere intentum: siue Hetruria se interim, ut nuper, siue noua hæc cura, Latini atque Hernici mouerint: pro certo habeo ita rem gesturum, ut patre, auo, teq; ipso ac sex tribunatibus dignum est: tertius exercitus ex causarijs senioribusq; à L. Quintio scribatur, qui urbi mœnibusq; præsidio sit. L. Horatius arma, tela, frumentum, quæq; belli alia tempora poscent, prouideat. Te Sergi Corneli, præsidem huius publici consilij, custodem religionum, comitorum, legum, rerum omnium urbanarum, collegæ facimus. Cunctis in partes muneris sui benigne pollicentibus operam, Valerius socius imperij lectus adiecit: M. Furium sibi pro dictatore: seq; ei pro magistro equitum futurum: proinde quam opinionem de unico imperatore, eam spem de bello haberent. Se uero bene sperare patres & de bello & de pace, uniuersaq; republica erecti gaudio fremunt: nec dictatore unquam opus fore reipublicæ, si tales uiros in magistratu habeat, tam concordibus iunctos animis, parere atque imperare iuxta paratos, laudemq; conferentes potius in medium quàm ex communi ad se trahentes. Iustitio indicto, delectuq; habito, Furius ac Valerius ad Satricum profecti: quò non Volscorum modo iuuentutem Antiates ex noua sobole lectam, sed ingentem Latinorum Hernicorumque conciuerant ex integerrimis diutina pace populis. itaque nouus hostis ueteri adiunctus commouit animos militis Romani. Quod ubi aciem iam instruenti Camillo centuriones renuntiauerunt, turbatas militum mentes esse: segniter arma capta, cunctabundosque & resistentes egressos castris esse: quin uoces quoque auditas, cum centenis hostibus singulos pugnatuos: & ægre incremem tantam multitudinem, nedum armatam sustineri posse: in equum insilit: & ante signa obuersus in aciem, ordines intrequitans. Quæ tristitia milites hæc, quæ insolita cunctatio est? hostem, an me, an uos ignoratis? hostis est, quid aliud quàm perpetua materia uirtutis gloriaque uestræ: uos contra, me duce (ut Falcrios Veiosq;

captos, & in capta patria Gallorū legiones cæsas taceam) modo trigeminæ uictoriæ triplicem triumphum ex his ipsis Volscis & Æquis & ex Hetruria egistis. an me, quod non dictator uobis, sed tribunus signum dedi, non agnoscitis ducem: neque ego maxima imperia in uos dedero: & uos in me nihil præter me ipsum intueri decet. neq; enim dictatura mihi unquam animos fecit, ut ne exiliū quidem ademit. Iidem igitur omnes sumus: & cum eadem omnia in hoc bellum afferamus, quæ in priora attulimus: eundem euentum belli expectemus. simul concurreritis, quod quisq; didicit ac consueuit, faciet: uos uincetis, illi fugient. Dato deinde signo ex equo desilit: & proximum signiferum manu arreptum secum in hostem rapit: infer miles clamitans signum. Quod ubi uidere ipsum Camillū iam ad munera corporis senecta inualidum uadentem in hostes, procurrunt pariter omnes clamore sublato, sequere imperatorem pro se quisq; clamantes. emissum etiam signum Camilli iussu in hostium aciem ferunt: idēq; ut repperetur, concitatos antesignanos. Ibi primum pulsus Antiatem, terroremq; non in primā tantum aciem, sed etiam ad subsidiarios perlatum. nec uis tantum militum mouebat excitata præsentia ducis: sed quod Volscorum animis nihil terribilius erat, quàm ipsius Camilli forte oblata species. ita quocunq; se intulisset, uictoriam secum haud dubiam trahebat. maxime id euidens fuit, cum in læuum cornu propè iam pulsus arrepto repēte equo cum scuto pedestri aduectus conspectu suo prælium restituit, ostentans uincentem cæteram aciem. Iam inclinata res erat: sed turba hostium & fuga impediēbatur: & longa cæde conficiēda multitudo tanta fessio militi erat: cum repente ingentibus procellis fusus imber certam magis uictoriam quàm prælium diremit. Signo deinde receptui dato, nox infecuta quietis Romanis perfecit bellum. Latini namq; & Hernici relictis Volscis domos profecti sunt, malis consilijs pares adepti euentus.

Volsci ubi se desertos ab eis uidere, quorū fiducia rebellauerāt: relictis castris, mœnibus Satrici se includunt. quos primo Camillus uallo circumdare & aggere atq; operibus oppugnare est adortus. Quæ postquàm nulla eruptione impediri uidet: minus esse animi ratus in hoste, quàm ut in eo tam lentæ spei uictoriam expectaret: cohortatus milites ne tanquam Veios oppugnantes in opere longinquo sese tererent, uictoriam in manibus esse: ingenti militum alacritate mœnia undiq; aggressus scalis oppidum cepit. Volsci abiectis armis sese dederunt. Cæterum animus ducis rei maiori, Antio imminebat. id caput Volscorum, eam fuisse originem proximi belli. sed quia nisi magno apparatu, tormentis machinisq; tam ualida urbs capi non poterat: relicto ad exercitum collega Romam est profectus, ut senatum ad excidendum Antium hortaretur. Inter sermonem eius (credo rem Antiatem diuturniorem manere dñs cordi fuisse) legati ab Nepete ac Sutrio auxilium aduersus Hetruscos petentes ueniūt, breuē occasionem esse ferendi auxiliij memorantes: eò uim Camilli ab Antio fortuna auertit. namq; cum ea loca opposita Hetruriæ, & uelut claustra inde porteq; essent: & illis occupandi ea, cum quid noui molirentur, & Romanis recuperandi tuendiq; cura erat. Igitur senatui cum Camillo agi placuit, ut omissio Antio bellum Hetruscum susciperet. legiones urbanæ, quibus Quintius præfuerat, ei decernuntur: quanquam expertū exercitum assuetumq; imperio qui in Volscis erat, mallet, nihil recusauit: Valerium tantummodo imperij socium depoposcit. Quintius, Horatiusq; successores Valerio in Volscis missi. Profecti ab urbe Sutrium Furius & Valerius partem oppidi iam captam ab Hetruscis inuenerunt: ex parte altera interseptis itineribus ægre oppidanos uim hostium ab se arcētes. tum Romani auxiliij aduentus, tum Camilli nomen celeberrimum apud hostes sociosq;, & in præsentia rem inclinatam sustinuit: & spatium ad operam ferendam dedit. Itaque diuiso exercitu Camillus collegam eam in partem circumductis copijs quam hostes tenebant, mœnia aggredi iubet: non tanta spe scalis capi urbem posse, quàm ut auersis eò hostibus, & oppidanis iam pugnando fessis laxaretur labor, & ipse spatium intrandi sine certamine mœnia haberet. Quod cum simul utrinque factum esset, ancepsq; terror Hetruscos circumstaret: & mœnia summa ui oppugnari: & intra mœnia esse hostem uiderent, porta se, quæ una forte non obsidebatur, trepidi uno agmine eiecere. magna cædes fugientium & in urbe & per agros est facta. plures à Furianis intra mœnia cæsi: Valeriani expeditiores ad persequendos fuere: nec ante noctem, quæ conspectum ademit, finem cædendi fecere

fecere. Sutrio recepto, restitutoq; socijs, Nepete exercitus ductus, quod per deditioem acceptum iam totum Hetrusci habebant. Videbatur plus in ea urbe recipienda laboris fore, non in eo solum quod tota hostium erat, sed etiam quod parte Nepesinorum prodente ciuitatem facta erat deditio. mitti tamen ad principes eorum placuit, ut secerneret se ab Hetruscis: fidemq; quam implorassent ab Romanis, ipsi praestarent. Vnde cum responsum allatum esset, nihil suae potestatis esse: Hetruscos moenia, custodiasq; portarum tenere: primo populationibus agri terror est oppidanis admotus: deinde postquam deditioem quam societatis fides sanctior erat, fascibus sarmetorum ex agro collatis ductus ad moenia exercitus, completisq; fossis scalae admotae, & clamore primo impetuq; oppidum capitur. Nepesinis inde edictum ut arma ponant, parciq; iussum inermi. Hetrusci pariter armati atq; inermes caesi. Nepesinorum quoq; auctores deditioem securi percussi: innoxiae multitudini reddita res, oppidumq; cum praesidio relictum. Ita duabus socijs urbibus ex hoste receptis, uictorem exercitum tribuni cum magna gloria Romam reduxerunt. Eodem anno ab Latinis Hernicisq; res repetita, quaesitumq; cur per eos annos militem ex instituto non dedissent. Responsum frequenti utriusq; gentis concilio est nec culpam in eo publicam, nec consilium fuisse, quod suae iuuentutis aliqui apud Volscos militauerint: eos tamen ipsos prauis consilij poenam habere, nec quenquam ex his reducem esse. militis autem non dati causam, terrorem assiduum a Volscis fuisse: quam pestem adhaerentem lateri suo tot super alia alijs bellis exhausti nequisse. Quae relata patribus magis tempus, quam causam non uisa belli habere. Insequenti anno A. Manlio, P. Cornelio, T. & L. Quintijs Capitolinis, L. Papyrio Cursore tribunis consulari potestate, graue bellum foris, grauior domi seditio exorta: bellum a Volscis adiuncta Latinorum atque Hernicorum defectione: seditio, unde minime timeri potuit, a patriciae gentis uiro & inclytae saepe M. Manlio Capitolino: qui nimis animis cum alios principes sperneret, uni inuideret, eximio simul honoribus atq; uirtutibus M. Furio: aegre ferebat solum cum in magistratibus, solum apud exercitus esse: tantum iam eminere, ut eiusdem auspicijs creatos non pro collegis, sed pro ministris habeat: cum interim, si quis uere aestimare uelit, a M. Furio recuperari patria ex obsidione hostium non potuerit, nisi a se prius capitolium atq; arx seruata esset: & ille inter aurum accipiendum, & spem pacis solutis animis Gallos aggressus sit: ipse armatos capientesq; arcem depulerit: illius gloriae pars uirilis apud omnes milites sit, qui simul uicerint, suae uictoriae neminem omnium mortalium socium esse. His opinionibus inflato animo, ad hoc uitio quoq; ingenij uehemens & impotens, postquam inter patres non quantum aequum censebat excellere suas opes animaduertit: primum omnium ex patribus popularis factus cum plebeijs magistratibus consilia communicare, criminando patres, alliciendo ad se plebem, iam aura non consilio ferri, saepeq; magna malle quam bonae esse: & non contentus agrarijs legibus, quae materia semper tribunis plebis seditionum fuisset, idem moliri coepit. acriores quippe aeris alieni stimulos esse, qui non egestate modo atq; ignominiam minentur, sed neruo ac uinculis corpus liberum terrent: & erat aeris alieni magna uis, res damnosissima etiam diuitibus, aedificando contracta. Bellum itaq; Volscum graue per se, oneratum Latinorum atq; Hernicorum defectione in speciem causae iactatum, ut maior potestas quaereretur. sed noua consilia Manlij magis compulere senatum ad dictatorem creatum. creatus A. Cornelius Cossus magistrum equitum dixit T. Quintium Capitolinum. Dictator etsi maiorem dimicationem propositam domi, quam foris cernebat: tamen seu quia celeritate ad bellum opus erat, seu uictoria triumphoq; dictaturae ipsi uires se additurum ratus, delectu habito in agrum Pomptinum, quod a Volscis exercitum indictum audierat, pergit. Non dubito praeter fatietatem tot iam libris assidua bella cum Volscis gesta legentibus illud quoq; succursurum, quod mihi percensenti propiores temporibus harum rerum auctores miraculo fuit, unde toties uictis Volscis & Aequis suffecerint milites. quod cum ab antiquis tacitum praetermissumq; sit: cuius tandem ego rei praeter opinionem, quae sua cuiq; coniectari esse potest, author sum. Simile ueri est, aut interuallis bellorum, sicut nunc in delectibus sit romanis, alia atq; alia sobole iuniorum ad bella instauranda toties usos esse: aut non ex eiusdem semper populis exercitus scriptos: quam eadem semper gens bellum intulerit: aut innumerabilem multitudinem liberorum captum in eis fuisse.

locis

locis, quæ nunc uix feminatio exiguo militū relicto seruitia Romana ab solitudine uindictant. Ingens certe (quod inter omnes authores conueniat) quanquam nuper Camilli ductu atq; auspicio accisæ res erant, Volscorū exercitus fuit, ad hoc Latini Hernicicq; accesserant, & Circeiesium quidam, & coloni etiam à Velitris. Romanus dictator castris eo die positis, postero cum auspicato prodisset, hostiaq; cæsa pacem deūm adorasset, lætus ad milites iam arma ad propositum pugnae signum, sicut edictum erat, luce prima capientes processit. Nostra uictoria est milites, inquit, siquid dii uatesq; eorum in futurum uident, itaq; ut decet certæ spei plenos, & cum imparibus manus cōferturos, pilis ante pedes positis, gladis tantum dextram armemus: ne procurri quidem ab acie uelim, sed obnixos uos stabili gradu impetum hostium excipere. ubi illi uana iniecerint missilia, & effusi stantibus uobis se intulerint, tum micent gladis, & ueniat in mentem unicuiq; deos esse, qui Romanum adiuuent: deos, qui secundis auibus in prælium miserint. Tu Quinti equitem intentus ad primum initium moti certaminis teneas: ubi herere iam aciem collato pede uideris, tum terrorem equestrem occupatis alio pauore infer: inuectusq; ordines pugnantium dissipa. Sic eques, sic pedes, ut præceperat, pugnant. nec dux legiones, nec fortuna sefellit ducem. Multitudo hostium nulli rei præter quàm numero freta & oculis utramq; metiens aciem, temere prælium inijt, temere omisit: clamore tantū, missilibusq; telis, & primo pugnae impetu ferox gladios & collatum pedem & uultum hostis ardore animi micantem ferre non potuit. Impulsa frons prima, & trepidatio subsidijs illata, & suum terrorem intulit eques. rupti inde multis locis ordines, motaq; omnia, & fluctuanti similis acies erat. deinde postquàm cadentibus primis iam ad se quisq; peruenturam cædem cernebat, terga uertunt. Instare Romanus: & donec armati confectiq; abibant, peditum labor in persequendo fuit. Postquam iactari arma passim, fugaq; per agros spargi aciem hostium animaduersum est: tum equitum turmae emissæ, dato signo ne in singulorum morando cæde spatium ad euadendum interim multitudini darent: satis esse missilibus ac terrore impediri cursum, obequitandoq; agmen teneri, dum assequi pedes & iusta cæde conficere hostem posset. fugæ, sequendiq; nō ante noctem finis fuit: capta quoq; ac direpta eodem die castra Volscorum, prædaq; omnis, præter libera corpora, militi concessa est. pars maxima captiuorum ex Latinis atq; Hernicis fuit: nec hominū de plebe, ut credi posset mercede militasse: sed principes quidam iuuentutis inuenti: manifesta fides publica ope Volscos hostes adiutos. Circeiesium quoq; quidam cogniti, & coloni à Velitris: Romamq; omnes missi percunctantibus primoribus patrum eadem, quæ dictatori, defectionem sui quisq; populi haud perplexe indicauere. Dictator exercitum in stauis tenebat, minime dubius bellum cum his populis patres iussuros: cum maior domi exorta moles coegit acciri Romam eum, gliscente in dies seditione, quam solito magis metuendam auctor faciebat. non enim iam orationes modo M. Manlii, sed facta popularia in speciem, tumultuosa eadem qua mente fierent, intuenda erant. Centurionem nobilem militibus factis, iudicatum pecuniæ cum duci uidisset: medio foro cum caterua sua accurrit, & manum iniecit: uociferatusq; de superbia patrum, ac crudelitate sceneratorum, & miseris plebis, uirtutibus eius uiri fortunaq;. Tum uero ego, inquit, nequicquam hac dextra capitoliū atq; cæm q; seruaerim, si ciuem commilitonemq; meum tanquam Gallis uictoribus captum in seruitutem ac uincula duci uideam. inde rem creditori palàm populo soluit: libraq; & ære liberatum emittit, deos atq; homines obtestātem ut M. Manlio liberatori suo, parenti plebis Romanæ, gratiam referant. acceptus extemplo in tumultuosam turbam & ipse tumultum augebat, cicatrices acceptas Veienti, Gallico, alijsq; deinceps bellis ostentans: se militantem, se restituentem euerfos penates multiplici iam sorte exoluta, mergentibus semper sortem usuris obrutum scenore esse: uidere lucem, forum, ciuim ora, M. Manlii opera: omnia parentum beneficia ab illo se habere: illi deuouere corporis uitæq; ac sanguinis quod supersit: quodcunque sibi cum patria, penatibus publicis ac priuatis iuris fuerit, id cum uno homine esse. His uocibus instincta plebes cum iam unius hominis esset, addita alia commotioris ad omnia turbanda consilij res. fundum in Veienti, caput patrimonij, subiecit præconi, Ne quem uestrum, inquit, Quiritis, donec quicquam in re mea supererit, iudicatum, addictum ue duci patiar. Id uero ita accendit

accendit animos, ut per omne fas ac nefas secuturi uindicem libertatis uiderentur. ad hoc domi contionatis in modum sermones pleni criminum in patres: inter quos cum omisso discrimine uera an uana iaceret, thesauros gallici auri occultari à patribus iecit: nec iam possidendis publicis agris contentos esse, nisi pecuniam quoque publicam auertant: ea res si palam fiat, exolui plebem æte alieno posse. Quæ ubi obiecta spes est, enimuero indignum facinus uideri, cum conferendum ad redimendam ciuitatem à Gallis aurum fuerit, tributo collationem factam: idem aurum ex hostibus captum in paucorum prædam cessisse. itaque exquebantur quærendo ubi tantæ rei furtum occultaretur: differentesque, & tempore suo se indicaturum dicente, cæteris ommissis eò uersæ erant omnium curæ: apparebatque nec ueri iudicij gratiam mediam, nec falsi offensionem fore. Ita suspensis rebus dictator accitus ab exercitu in urbem uenit. postero die senatu habito cum satis periclitatus uoluntates hominum discedere senatum ab se uetuisset: stipatus ea multitudine sella in comitio posita uiatorem ad M. Manlium misit: qui dictatoris iussu uocatus cum signum suis dedisset adesse certamen, agmine ingenti ad tribunal uenit. hinc senatus, hinc plebs suum quisque intuentes ducem uelut in acie constiterant. Tum dictator silentio facto, Utinam, inquit, mihi patribusque Romanis ita de cæteris rebus cum plebe cõueniat: quem admodum quod ad te attinet, eamque rem quam de te sum quæsiturus, conuenturum satis confido. Spem factam à te ciuitati uideo, fide incolumi ex thesauris gallicis, quos primores patrum occultent, creditum solui posse: cui ego rei tantum abest ut impedimento sim, ut contra te M. Manli adhorter: liberes scenore plebem Romanam: & istos incubantes publicis thesauris ex præda clandestina euoluas. quod nisi facis: siue ut & ipse in parte prædæ sis, siue quia uanum iudicium est: in uincla te duci iubebo, nec diutius patiar à te multitudinem fallaci spe concitari. Ad ea Manlius nec se fecisse ait non aduersus Volscos toties hostes, quoties patribus expediat: nec aduersus Latinos Hernicosque, quos falsis criminibus in arma agant: sed aduersus se ac plebem Romanam dictatorem creatum esse: iam omisso bello, quod simulatum sit, in se impetum fieri: iam dictatorem profiteri patrocinium sceneratorum aduersus plebem: iam sibi ex fauore multitudinis crimen & perniciem quæri. Offendit, inquit, te A. Corneli, uosque patres conscripti circumfusa turba lateri meo: quin eam diducitis à me singuli uestris beneficijs? intercededo, eximendo de neruo ciues uestros, prohibendo iudicatos addictosque duci, ex eo quod affluit opibus uestris, sustinendo necessitates aliorum? Sed quid ego uos de uestro impendatis hortor? sortem aliam ferte, de capite deducite quod usuris pernumeratum est: iam nihilo mea turba, quam ullius conspectior erit. At enim quid ita solus ego ciuium curam ago? nihilo magis quod respondeam habeo, quam si quæras quid ita solus capitolium arcemque seruarim: & tum uniuersis quam potui, opem tuli, & nunc singulis feram. Nam quod ad thesauros gallicos attinet, rem suapte natura facilem, difficilem interrogatio facit. cur enim quæritis quod scitis? cur quod in sinu uestro est, excuti iubetis potius quam ponatis? nisi aliqua fraus subest. quo magis argui præstigias iubetis uestras, eo plus uereor ne abstuleritis obseruantibus etiam oculos. Itaque non ego uobis ut indicem prædas uestras, sed uos id cogendi estis ut in medium proferatis. Cum mittere ambages dictator iuberet, & aut peragere uerum iudicium cogeret, aut fateri facinus insimulati falso crimine senatus, oblataque uani furti inuidia: negantem arbitrio inimicorum se locuturum in uincla duci iussit. Arreptus à uiatore, Iupiter, inquit, optime maxime, Iunoque regina, ac Minerva, cæterisque dii deique qui capitolium arcemque incolitis, sicine uestrum militem ac præsidem finitis uexari ab inimicis? hæc dextra, qua Gallos fudi à delubris uestris, iam in uinculis & cathenis erit? Nullius nec oculi, nec aures indignitatem ferebant: sed inuicta sibi quædam patientissima iusti imperij ciuitas secerat: nec aduersus dictatorem uim aut tribunum plebis, aut ipsa plebs attollere oculos aut hiscere audebant. Coniecto in carcerem Manlio, satis constat magnam partem plebis uestem mutasse, multos mortales capillum ac barbam promississe, obuersatamque uestibulo carceris mæstam turbam. Dictator de Volscis triumphauit: inuidiaque magis triumphus, quam gloriæ fuit: quippe domi, non militiæ partem eum: actumque de ciue, non de hoste fremebat: unum defuisse tantum superbiæ, quam non M. Manlius ante currum sit ductus. Iamque haud procul seditione res erat: cuius leniendæ causa postulante nullo largitor uoluntarius repente senatus factus Sarricum coloniam

coloniam duo millia ciuium Romanorum deduci iussit. bina iugera & semisses agri assignati. Quod cum & paruum & paucis datum, & mercedem esse prodendi M. Manlij interpretarentur, remedio iritatur seditio: & iam magis insignis sordibus & facie reorum turba Manliana erat: amotusq; post triumphum abdicatione dictaturæ terror & linguam & animos liberauerat hominum. audiebantur itaq; propalàm uoces exprobrantium multitudini quod defensores suos in præcipitem semper locum fauore tollat: deinde in ipso discrimine periculi destituat. sic Sp. Cassium in agros plebem uocantem, sic Sp. Melium ab ore ciuium famem suis impensis propulsantem oppressos: sic M. Manlium merfam & obrutam scœnore partem ciuitatis in libertatem ac lucem extrahentem proditum inimicis. saginare plebem populares suos ut iugulentur. hoc cene patiendum fuisse, si ad nutum dictatoris non responderit uir consularis: fingent mentitum antè, atq; ideo non habuisse quod tum responderet: cui seruo unquam mendacij pœnam uincula fuisse? Non obuersatam esse memoriam noctis illius, quæ penè ultima atq; æterna nomini Romano fuerit: non speciem agminis Gallorum per Tarpeiam rupem scandentis: non ipsius M. Manlij: qualem eum armatum, plenum sudoris ac sanguinis, ipso penè Ioue erepto ex hostium manibus uidissent. selibris ne farris gratiam seruatori patriæ relata: & quem propè cœlestem, cognomine certe capitolino Ioui parem fecerint, cum pati uinctum in carcere, in tenebris obnoxia carnificis arbitrio ducere animam: adeo in uno omnibus satis auxiliij fuisse: nullam opem in tam multis uni esse? Iam ne nocte quidem turba ex eo loco dilabebatur: refracturosq; carcerem minabantur: cum remisso, id quod erepturi erant, ex senatus consulto Manlius uinculis liberatur. quo facto non seditio finita, sed dux seditioni datus est. Per eosdem dies Latinis & Hernicis, simul colonis Circeiensibus, & à Velitris purgantibus se Volsci crimine belli, captiuosq; repetentibus ut suis legibus in eos animaduernerent, tristitia responsa reddita: tristiora colonis, quod ciues Romani patriæ oppugnandæ nefanda consilia inissent. Non negatum itaq; tantum de captiuis: sed, in quo ab socijs tamen temperauerant, denuntiatum senatus uerbis: facefferent prope ex urbe ab ore atq; oculis populi Romani: ne nihil eos legationis ius, externo non ciui comparatū, tegetet. Recrudescente Manliana seditione sub exitu anni comitia habita, creatiq; tribuni militum consulari potestate Sergius Cornelius Maluginensis secundum, P. Valerius Potitus iterum, M. Furius Camillus quintum, Seruius Sulpicius Ruffus iterum, C. Papyrius Crassus, T. Quintius Cincinnatus secundum. Cuius principio anni & patribus & plebi per opportune externa pax data: plebi, quod non auocata delictu spem cepit, dum tam potentem haberet ducem, scœnoris expugnandi: patribus, nequo externo terrore auocarentur animi ab sanandis domesticis malis. Igitur cum pars utraque acrior aliquanto coorta esset, iam in propinquum certamē aderat: & Manlius aduocata domum plebe cum principibus nouandarū rerum interdium noctuq; consilia agit, plenior aliquanto animorum irarumq; quàm antea fuerat. iram accēderat ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto: spiritus dabat, quod nec ausus esset idē in se dictator, quod in Sp. Melio Cincinnatus Quintius fecisset: & uinculorum suorum inuidiam non dictator modo abdicando dictaturam fugisset, sed ne senatus quidem sustinere potuisset. His simul inflatus exacerbatusq; iam per se accensos incitabat plebis animos. Quousq; tandem ignorabitis uires uestras, quas natura ne belluas quidem ignorare uoluit? numerate saltem quot ipsi sitis, quot aduersarios habeatis: si singuli singulos aggressuri essetis, tamen acrius crederem uos pro libertate, quàm illos pro dominatione certaturos. quot enim clientes circa singulos fuistis patronos, tot nunc aduersus unum hostem eritis. ostendite modo bellū, pacem habebitis. uideant uos paratos ad uim, ius ipsi remittent. audendum est aliquid uniuersis, aut omnia singulis patienda. Quousq; me circumspectabitis? ego quidem nulli uestrū deero. ne fortuna mea desit, uideat. ipse uindex uester ubi uisum inimicis est, nullus repēte fui: & uidiſtis in uincula duci uniuersi eum qui à singulis uobis uincula depuleram. quid sperem, si plus in me audeant inimici? an exitum Cassij Melijq; expectem? bene facitis quod ab omnia mini: dij prohibebunt hæc: sed nunquam propter me de cœlo descendunt: uobis dent mentem oportet, ut prohibeatis: sicut mihi dederunt armato togatoq; ut uos à barbaris hostibus, à superbis defenderem ciuibus. Tam paruus animus

mus

mus tanti populi est, ut semper uobis auxiliū aduersus inimicos satis sit: nec ullum, nisi quatenus imperari uobis finatis, certamē aduersus patres noritis: nec hoc natura insitum uobis est, sed usu possidemini: cur enim aduersus externos tantum animorum geritis, ut imperare illis æquum censeatis? quia consuebitis cum eis pro imperio certare, aduersus hos tentare magis quam tueri libertatem: tamen qualescunq; duces habuistis, qualescunq; ipsi fuistis, omnia ad huc quantacunq; potistis, obtinistis seu ui seu fortuna uestra. tempus est etiam maiora conari. experimini modo & uestram felicitatem, & me (ut spero) feliciter expertū: minore negotio qui imperet patribus imponeris, quam qui resisterent imperantibus, imposuistis. Solo æquandae sunt dictaturæ cōsulatusq; ut caput attollere Romana plebes possit. Proinde adeste, prohibete ius de pecunijs dicit. ego me patrum profiteor plebis, quod mihi cura mea & fides nomen induit. uos si quo insigni magis imperij honoris ue nomine uestrum appellabitis ducem, eo utemini potentiore ad obtinenda ea quæ uultis. Inde de regno agendi ortum incipitur dicitur: sed nec cum quibus, nec quem ad finem consilia peruenerint, sat planum tradit. At in parte altera senatus de secessione in domum priuatam plebis, forte etiam in arce positā, & imminenti mole libertati agitatur. magna pars uociferantur, Seruilio. Hala opus esse, qui non in uincula duci iubendo irretit publicū hostem, sed unius iactura ciuis finiat intestinum bellum. decurritur ad leniorem uerbis sententiā, uim tamen eandem habentē, ut uideant magistratus ne quid ex pernicioso consilio M. Manlij respub. detrimenti capiat. Tum tribuni consulari potestate tribunicq; plebis: nam & quia eundem & suæ potestatis quæ libertatis omnium finem cernebant, patrum autoritati se dediderant: hi tum omnes quid opus facto sit, consultant. Cum præter uim & cædem nihil cuiq; occurreret, eam aut ingentis dimicationis fore appareret: tum M. Menenius & Q. Publius trib. pl. quid patrū & plebis certamen facimus, quod ciuitatis esse aduersus unum pestiferum ciuem debet? quid cum plebe aggredimur eum, quem per ipsam plebem tutius aggredi est: ut suis ipse oneratus uiribus ruat. diem dicere ei nobis in animo est, nihil minus populare quæ regnum est. simul multitudo illa non secum certari uiderint, & ex aduocatis iudices facti erunt, & accusatores de plebe, patriciū reum intuebuntur, & regni crimen in medio, nulli magis quæ libertati fauebunt suæ. Approbantibus cunctis diem Manlio dicunt. quod ubi est factum, primo commota plebs est, utiq; postquam sordidatum reum uiderunt: nec cum eo non modo patrum quenquam, sed ne cognatos quidem aut affines, postremo ne fratres quidem A. & T. Manlios: quod ad eum diem nunquam usu uenisset, ut in tanto discrimine non & proximi uestem mutarent. Appio Claudio in uincula ducto C. Claudium inimicum Claudiamq; omnem gentem sordidatam fuisse. cōsensu opprimi populare uirum, quod primus à patribus ad plebem defecisset. Cum dies uenit, quæ præter cæcus multitudinis seditiosasq; uoces & largitionem & fallax indicium, pertinentia proprie ad regni crimen, ab accusatoribus obiecta sint reo, apud neminē autorem inuenio. nec dubito haud parua fuisse, cum damnandi mora plebi non in causa, sed in loco fuerit. Illud notandum uidetur, ut sciant homines quæ & quanta decora fœda cupiditas regni nō ingrata solum, sed inuisa etiam reddiderit. Homines propè cccc produxisse dicitur, quibus sine scenore expensas pecunias tulisset, quorum bona uenire, quos duci addictos prohibuisset. ad hæc decora quoq; belli non commemorasse tantum, sed protulisse etiam conspicienda, spolia hostium cætorum ad xxx. dona imperatorum ad xl. in quibus insignes duas murales coronas, ciuicas octo. ad hoc seruatos ex hostibus ciues produxisse, inter quos C. Seruiliū magistrū equitum absentem nominatum. & cum ea quoq; quæ bello gesta essent, pro fastigio rerum oratione etiam magnifica facta dicitis æquando memorasset: nudasse pectus insigne cicatricibus bello acceptis: & identidem capitolum spectās, Iouem deosq; alios deuocasse ad auxilium fortunarum suarum: precatusq; esse ut quam mentem sibi capitolinā arcem protegēt ad salutem populi Romani dedissent, eam populo Romano in suo discrimine darent: & orasse singulos uniuersosq; ut capitolum atq; arcem intuentes, ut ad deos immortales uersi de se iudicarent. In campo Martio cum centuriatim populus citaretur, & reus ad Capitolium manus tendens ab hominibus ad deos preces auertisset: apparuit tribunis, nisi oculos quoq; hominum liberassent à tanti memoria deco-
n ris, nun/

ris, nuncq̄ fore in præoccupatis beneficio animis uero crimini locū. ita producta die, in Petelinum lucum extra portam Flumentanam, unde conspectus in capitolium non esset, concilium populi indictum est. ibi crimen ualuit, & obstinatis animis triste iudicium, inuisumq̄ etiam iudicibus factum. sunt qui duumuiros, qui de perduellione anquirent, creatos, autores sint. Damnatum tribuni de saxo Tarpeio deiecerunt: locusq̄ idem in uno homine & eximie gloriæ monumentum, & pœnæ ultimæ fuit. Adiectæ mortuo notæ sunt. publica una, quod, cum domus eius fuisset, ubi nunc ædes atq̄ officina Monetæ est, latum ad populū est, nequis patricius in arce, aut Capitolio habitaret. gentilicia altera, quod gentis Manliæ decreto cautū est, ne quis deinde M. Manlius uocaretur. Hunc exitum habuit uir, nisi in libera ciuitate natus esset, memorabilis. Populū breui postquam periculū ab eo nullum erat, per se ipsas recordantem uirtutes desiderium eius tenuit. pestilentia etiam breui consecuta, nullis occurrentibus tantæ cladis causis, ex Manliano supplicio magnæ parti uideri orta. uiolatum Capitolium esse sanguine seruatis. nec dijs cordi fuisse pœnam eius oblatam propè oculis suis, à quo sua templa erepta è manibus hostium essent. Pestilentiam, inopiam frugum, & uulgatam utriusq̄ malifamam, anno insequente multiplex bellū excepit, L. Valerio IIII, A. Manlio III, Ser. Sulpicio III, L. Lucretio, L. Aemylio III, M. Trebonio, tribunis militū consulari potestate. Hostes noui, præter Volscos uelut sorte quadā propè in æternū exercendo Romano militi datos, Circeiosque & Velitras colonias iamdiu molientes defectionem, & suspectum Latium, Lanuini etiam, quæ fidelissima urbs fuerat, subito exorti. Id patres rati cōtemptu accidere, quod Veliternis ciuibus suis tandiu impunita defectio esset, decreuerūt, ut primo quoq̄ tempore ad populū ferretur de bello eis indicendo. ad quā militiam quo paratior plebes esset, quinqueuiros promptino agro diuidendo, & triumuiros Nepete coloniæ deducendæ creauerunt. Tū ut bellum iuberent, latum ad populū est, & nequicquam dissuadentibus tribunis plebis, omnes tribus bellum iusserunt. Apparatum eo anno bellum est, exercitus propter pestilentiam nō eductus: caq̄ cunctatio colonis spatium dederat deprecandi senatum, & magna hominum pars eò, ut legatio supplex Romam mitteretur, inclinabat: ni priuato (ut fit) periculo publicum implicitum esset, autoresq̄ defectionis ab Romanis, metu ne soli crimini subiecti piacula iræ Romanorum dederentur, auertissent colonias à consilijs pacis. neq̄ in senatu solum per eos legatio impedita est, sed magna pars plebis incitata, ut prædatum in agrum Romanū exirent. hæc noua iniuria exturbauit omnem spem pacis. De Prænestinorū quoq̄ defectione eo anno primum fama exorta: arguentibusq̄ eos Thusculanis, & Gabinis, & Labicanis, quorum in fines incurfatū erat, ita placide ab senatu responsum est, ut minus credi de criminibus, quia nollent ea uera esse, apparet. Insequenti anno Sp. & L. Papyrii noui tribuni militum consulari potestate Velitras legiones duxere, quatuor collegis Ser. Cornelio Maluginense IIII, Q. Seruilio, C. Sulpicio, L. Aemylio quartū, tribunis ad præsidium urbis, & siqui ex Hetruria noui motus nuntiarentur (omnia enim inde suspecta erant) relictis. Ad Velitras aduersus maiora penè auxilia Prænestinorum, quàm ipsam colonorum multitudinem secundo prælio pugnatū est: ita, ut propinquitas urbis hosti & causa maturioris fugæ, & unum ex fuga receptaculum esset. Oppidi oppugnatione tribuni abstinere, quia & anceps erat: nec in perniciem coloniæ pugnandum censebant. literæ Romam ad senatum cum uictoriæ nuntijs acriores in prænestinum, quàm in ueliternum hostem missæ. Itaq̄ ex senatusconsulto, populiq̄ iussu bellum Prænestinis indictum: qui coniuncti Volscis anno insequente Satricū coloniā populi Romani pertinaciter à colonis defensam uel expugnarūt, scēdeq̄ in captis exercere uictoriam. Eam rem ægre passi Romani M. Furium Camillum VII tribunum militum creauere. additi collegæ, A. & L. Posthumij Regillenses, ac L. Furius cum L. Lucretio, & M. Fabio Ambusto. Volscū bellum M. Furio extra ordinem decretum. adiutor ex tribunis sorte L. Furius datur, non tam è re pub. quàm ut collegæ materia ad omnem laudem esset: & publice, quod rem temeritate eius prolapsam restituit: & priuatim, quod ex errore gratiam potius eius sibi quàm suam gloriam petijt. Exactæ iam ætatis Camillus erat: comitijsq̄ iurare patato in uerba excusandæ ualetudini solita consensus populi restiterat. sed uegetum ingenium in uiuido pectore uigebat uirebatq̄

batque integris sensibus, & ciuiles iam res haud magnopere obeuntem bella excitabant. Quatuor legionibus quaternum millium scriptis, exercitu indicto ad portam Esquilinam in postera die, ad Satricum profectus. ibi cum expugnatores coloniae haudquaquam perculsi, fidentes militum numero, quo aliquantum praestabant, opperiebantur. postquam appropinquare Romanos senserunt: extemplo in aciem procedunt, nihil dilaturi quin periculum summæ rerum facerent. ita paucitati hostium nihil artes imperatoris unici, quibus solis confiderent, profuturas esse. Idem ardor & in Romano exercitu erat, & in altero duce: nec praesentis dimicationis fortunam ulla res, praeterquam unius uiri consilium atque imperium morabatur, qui occasionem iuuandarum ratione uirium trahendo bello quaerebat. eo magis hostis instare: nec iam pro castris tantum suis explicare aciem, sed procedere in medium campi, & uallo propè hostium signa inferendo superbam fiduciam uirium ostentare. Id ægre patiebatur Romanus miles: multo ægrius alter ex tribunis militum L. Furius, ferox tum ætate & ingenio, tum multitudinis ex incertissimo sumentis animos spe inflatus. hic per se iam milites inciratos insuper instigabat eleuando, qua una poterat, ætate auctoritatem collegæ: iuuenibus bella data dictitans, & cum corporibus uigere & deflorescere animos. cunctatorem ex acerrimo bellatore factum: & qui adueniens castra urbesque primo impetu capere sit solitus, eum residem intra uallum tempus terere: quid accessurum suis, decessurum uic hostium uiribus sperantem? quam occasionem? quod tempus? quem insidijs instruentem locum? fringere ac torpere senis consilia. sed Camillo tum uitæ satis tum gloriæ esse. quid attinere cum mortali corpore uno, ciuitatis, quam immortalem esse deceat, pati consensescere uires? His sermonibus tota in se auerterat castra. & cum omnibus locis posceretur pugna: sustinere, inquit, M. Furi non possumus militum impetum: & hostis cuius animos cunctado auximus, iam minime toleranda superbia insultat. cede unus omnibus, & patere te uinci consilio, ut maturius bello uincas. ad ea Camillus. Quæ bella suo unius auspicio gesta ad eam diem essent, negare in eis neque se, neque populum Romanum aut consilij sui, aut fortunæ poenituisse. nunc scire se collegam habere iure imperioque parem, uigore ætatis præstantem. itaque se quod ad exercitum attineat, regere consuesse, non regi. collegæ imperium se non posse impedire. dijs bene iuuantibus ageret, quod è republica duceret. etati suæ se ueniã etiam petere, ne in prima acie esset. quæ senis munia in bello sint, ijs se non defuturum. Id à dijs immortalibus precari, ne qui casus suum consilium laudabile efficiat. Nec ab hominibus salutaris sententia, nec à dijs tam piæ preces auditæ sunt. primam aciem autor pugnae instruit, subsidia Camillus firmat, ualidamque stationem pro castris opponit: ipse edito loco spectator intentus in euentu alieni consilij constitit. Simul primo concursu concrepuere arma, hostis dolo, non metu pedem retulit. Lenis à tergo diuisus erat inter aciem & castra: & quod multitudo suppeditabat, aliquot ualidas cohortes in castris armatas instructasque reliquerant: quæ inter commissum iam certamen, ubi uallo appropinquasset hostis, erumperent. Romanus cedentem hostem effuse sequendo in locum iniquum pertractus, opportunus huic eruptioni fuit. uersus itaque in uictorem terror & nouo hoste, & supina ualle Romanam inclinauit aciem. Instant Volsci recentes, qui è castris impetum fecerant: integrant & illi pugnam, qui simulata cesserant fuga. Iam non recipiebat se Romanus miles, sed immemor recentis ferociæ ueterisque decoris, terga passim dabat, atque effuso cursu castra reperebat: cum Camillus sublatus à circumstantibus in equum, & raptim subsidijs oppositis, hæc est, inquit, milites pugna quam poposcistis: quis homo, quis deus est, quem accusare possitis? uestra illa temeritas, uestra ignauia hæc est. secuti alium ducem, sequimini nunc Camillum: & quod ductu meo soletis, uincite. quid uallum & castra spectatis? neminem uestrum illa, nisi uictorem receptura sunt. Pudor primo tenuit effusos: inde ut circumagi signa, obuerti que aciem uiderunt in hostem: & dux praeterquam quod tot insignis triumphis, etiam ætate uenerabilis inter prima signa, ubi plurimus labor periculumque erat, se offerebat: increpare singuli se quisque & alios, & adhortatio inuicem totam alacri clamore peruasit aciem. Neque alter tribunus rei defuit: sed missus à collega restituentem peditum aciem ad equites, non castigando, ad quam rem leuiorem autorem cum culpæ societas fecerat: sed ab imperio totus ad preces uersus, ora

re singulos uniuersosq̄, ut se reum fortunæ eius diei crimine eximerent. Abnuente ac prohibente collega, temeritatis me omnium potius socium, quàm unius prudentiæ dedi. Camillus in utraq̄ uestra fortuna suam gloriam uidet: ego, ni restituitur pugna: quod miserimum est: fortunam cum omnibus, infamiã solus sentiam. Optimum uisum est in fluctuantē aciem tradi equos, & pedestri pugna inuadere hostem. eunt insignes armis animisq̄, qua premi parte maxime peditum copias uident: nihil neq̄ apud duces, neq̄ apud milites remittitur à summo certamine animi. Sensit ergo euentus uirtutis enixæ opem: & Volsci, qua modo simulato metu cesserant, ea in uerã fugam effusi, magna pars & in ipso certamine, & post in fuga cæsi: cæteri in castris, quæ capta eodem impetu sunt, plures tamen capti, quàm occisi. Vbi in recensendis captiuis cum Thusculani aliquot noscitantur, secreti ab alijs ad tribunos adducuntur: percunctantibusq̄ facti publico consilio se militasse. Cuius tam uicini belli metu Camillus motus ex templo se Romam captiuos ducturum ait, ne patres ignari sint Thusculanos ab societate desicisse: castris exercituiq̄ interim, si uideatur, præsit collega. documento unus dies fuerat: ne sua consilia melioribus præferret. nec tamen aut ipsi, aut in exercitu cuiquam satis placato animo Camillus laturus culpam eius uidebatur: qua data in tam præcipitem casum respub. esset. & tum in exercitu, tum Romæ constans omnium fama erat, cum uaria fortuna in Volscis gesta res esset: aduersæ pugnæ fugæq̄ in L. Furio culpam, secundæ decus omne penes M. Furium esse. Introductis in senatum captiuis, cum bello persequendos Thusculanos patres censuissent Camilloq̄ id bellum mandassent: adiutorem sibi ad eam rem unum petit: permissoq̄ ut ex collegis optaret, quem uellet, contra spem omnium L. Furium optauit. Qua moderatione animi cum collegæ leuauit infamiã, tum sibi gloriam ingentem peperit. Nec fuit cum Thusculanis bellum. pace constanti uim Romanam arcuerunt, quam armis non poterant. Intransibus fines Romanis, non demigratum ex propinquis itineri locis, nõ cultus agrorum intermissus: patentibus portis urbis togati obuiam frequentes imperatoribus processere: commeatus exercitui comiter in castra ex urbe & ex agris deuehitur. Camillus castris ante portas positus, eadem ne forma pacis, quæ in agris ostentaretur, etiam intra mœnia esset, scire cupiens: ingressus urbem, ubi patentibus ianuas, & tabernis apertis proposita omnia in medio uidit: intentosq̄ opifices suo quemq̄ operi, & ludos literarum strepere discentium uocibus: ac repletas semitas inter uulgus aliud puerorum & mulierum huc atq̄ illuc euntium, quæ quæ suorum usuum causæ ferrent: nihil usquam non pauidis modo, sed ne mirantibus quidem simile circumspectabat, omnia inquirens oculis, ubi nam bellum fuisset. adco nec amotæ rei usquam, nec oblatae ad tempus uestigium ullum erat: sed ita omnia constanti tranquilla pace, ut eò uix fama belli perlata uideri posset. Victus igitur patientia hostium, senatum eorum uocari iussit. Soli adhuc, inquit, Thusculani uera arma, uerasq̄ uires, quibus ab ira Romanorum uestra turbaremini, inuenistis. ite Romam ad senatum. æstimabunt patres: utrum plus ante pœnæ, an nunc ueniæ meriti sitis. non præcipiam gratiam publici beneficij. deprecandi potestatem à me habueritis, precibus euentum uestris senatus quem uidebitur dabit. Postquam Romam Thusculani uenerunt: senatusq̄ paulo ante fidelium sociorum mœstus in uestibulo curiæ est conspectus: moti extemplo patres, uocari eos iam tum hospitaliter magis, quàm hostiliter iussere. Dictator Thusculanus ita uerba fecit. Quibus bellum indixistis, intulistisq̄, patres conscripti, sicut nunc uidetis nos stantes in uestibulo curiæ uestræ, ita armati paratiq̄ obuiam imperatoribus legionibusq̄ uestris processimus. hic noster, hic plebis nostræ habitus fuit, eritq̄ semper, nisi si quando à uobis, proq̄ uobis arma acceperimus. Gratias agimus & ducibus uestris, & exercitibus: quod oculis magis, quàm auribus crediderunt: & ubi nihil hostile erat, ne ipsi quidem fecerunt. pacem quam nos præstitimus, eam à uobis petimus: bellum eò, sicubi est, auertatis precamur. In nos quid arma polleant uestra, si patiundo experiundum est, inermes experiemur: hæc mens nostra est, dij immortales faciant, tam felix quàm pia. Quod ad crimina attinet, quibus moti bellum indixistis: etsi reuicta rebus uerbis confutare nihil attinet: tamen etiamsi uera sint, uel fateri nobis ea, cum tam euidenter pœnituerit, tutum censemus. peccetur in uos, dum digni sitis, quibus ita satisfiat. Tantum ferè uerborum ab Thusculanis

lanis factum. pacem in præsentia, nec ita multo post ciuitatem etiam impetrauerunt. ab Thusculo legiones reductæ. Camillus consilio & uirtute in Volscis bello, felicitate in thusculana expeditione, utrobique singulari aduersus collegam patientia & moderatione insignis, magistratu abijt: creatis militaribus trib. in insequentem annum L. & P. Valerij, Lucio V, Publio I I I, & C. Sergio I I I, Licinio Menenio I I, P. Papyrio, Sergio Cornelio Maluginense. Censuribus quoque eguit annus, maxime propter incertam famam æris alieni, aggrauantibus summam etiam inuidiæ eius tribunis plebis, cum ab ijs eleuaretur, quibus fide magis quam fortuna debentium laborare creditum uideri expediebat. Creati censes, C. Sulpicius Camerinus, Sp. Posthumius Regillensis. cœptaque iam res morte Posthumij, quia collegam sufficere censori religio erat, interpellata est. igitur cum Sulpicius abdicasset se magistratu, censes alij uitio creati non gesserunt magistratum. tertios creati, uelut dijs non accipientibus in eum annum censuram, religiosum fuit. Eam uero ludificationem plebis tribuni ferendam negabant.

Fugere senatû testes tabulas publicas census cuiusque, quia nolint conspici summam æris alieni, quæ indicatura sit demersam partem à parte ciuitatis, cum interim obæratam plebem obiectari alijs atque alijs hostibus. passim iam sine ullo discrimine bella quæri: ab Antio Satricum, ab Satricis Velitris, inde Thusculum legiones ductas. Latinis, Hernicis, Prænestinis, iam intentari arma ciuium magis quam hostium odio, ut in armis terant plebem: nec respirare in urbe, aut per otium libertatis meminisse sinant: aut consistere in contione, ubi aliquando audiant uocem tribuniciam de leuando scœnore, & sine aliarum iniuriarum agentem. Quod si sit animus plebi memor patrum libertatis, se nec addici quenquam ciuem Romanum ob creditam pecuniam passuros: neque delectum haberi, donec inspecto ære alieno, initaque ratione minuendi eius, sciat unusquisque quid sui, quid alieni sit: supersit sibi liberum corpus, an id quoque nec uo debeat. Merces seditionis proposita confestim seditionem excitauit. nam & addiebantur multi, & ad Prænestini famam belli nouas legiones scribendas patres censuerant. quæ utraque simul auxilio tribunicio, et consensu plebis impediri cœpta. nam neque duci addictos tribuni sinebant, neque iuniores nomina dabant. cum patribus minor præsens cura creditæ pecuniæ iuris exequendi, quam delectus esset: quippe iam à Prænestis profectos hostes in agro Sabino confedissee nuntiabatur: interim tribunos plebis fama ea ipsa irritauerat magis ad susceptum certamen quam deterruerat. neque aliud ad seditionem extinguendam in urbe, quam propè illatum mœnibus ipsis bellum ualuit. Nam cum esset Prænestinis nuntiatum, nullum exercitum conscriptum Romæ, nullum ducem certum esse: patres ac plebem in semetipsos uersos occasione rati duces eorum, raptim agmine facto peruastratis protinus agris ad portam Collinam signa intulere. Ingens in urbe trepidatio fuit. conclamatum ad arma, concursumque in muros atque portas est: tandemque ab seditione ad bellum uersi, dictatorem T. Quintium Cincinnatum creauere. is magistrum equitum A. Sempronium Atratinum dixit. Quod ubi auditum est, (tantus eius magistratus terror erat) simul hostes à mœnibus recessere, & iuniores Romani ad cœdictum sine detrectatione cœuenere. Dum conscribitur Romæ exercitus, castra interim hostium haud procul Allia flumine posita. inde agrum late populantes, fatalem se urbi Romanæ locum cepisse inter se iactabant: similem pauorem inde ac fugam fore, ac bello gallico fuerit. etenim si diem contactum religione, insignemque nomine eius loci timeant Romani, quanto magis Allieni die Alliam ipsam monumentum tantæ cladis reformidaturos? species profecto his ibi truces Gallorum sonumque uocis, in oculis atque in auribus fore. Has inanum rerum inanes ipsas uolentes cogitationes, fortunæ loci delegauerant spes suas. Romani contra, ubicunque esset Latinus hostis, satis scire cum esse, quem ad Regillum lacum deuictum centum annorum pace obnoxia tenuerint. locum insignem memoria cladis irritatum se potius ad delendam memoriam dedecoris quam ut timorem faciat, nequa terra sit nefasta uictoriæ suæ. quin ipsi Galli si offerantur, illo loco se ita pugnatos, ut Romæ pugauerint in repetenda patria, ut postero die ad Gabios: tunc cum effecerint nequis hostis qui mœnia Romana intrasset, nuntium secundæ aduersæque fortunæ domum perferret. His utrinque animis ad Alliam uentum est. Dictator Romanus, postquam in conspectu hostes erant in-

n ; structi

structi, intentiſq; uides' ne tu, inquit, A. Semproni loci fortuna illos fretos ad Alliam conſtitifſe: nec illis dñj immortales certioris quicquam fiducia, maioris ue quod ſit auxilij, dederint. ac tu fretus armis animiſq; cōcitatſ equis inuade mediam aciem: ego cum legionibus in turbatos, trepidantēſque inferam ſigna. Adeſte dñj teſtes fœderis, & expetite pœnas debitas ſimul uobis uiolatis, nobiſq; per ueſtrum numen deceptis. Non equitem, non peditem ſuſtinuere Præneſtini. primo impetu ac clamore diſſipati ordines ſunt: deinde, poſtquam nullo loco conſtabat acies, terga uertunt: conſternatiſq; & præter caſtra etiam ſua pauore prælati, non prius ſe ab effuſo curſu ſiſtunt, quàm in conſpectu Præneſte fuit. ibi ex fuga diſſipati locum, quem tumultuario opere communirent, capiunt: ne, ſi intra mœnia ſe recepiffent, extemplo ureretur ager, depopulatiſq; omnibus obſidio urbi inferretur. Sed poſtquã direptis ad Alliam caſtris uictor Romanus aderat, id quoque munimentum relictum: & uix mœnia tuta rati, oppido ſe Præneſte includunt. Octo præterea oppida erant ſub ditione Præneſtinorũ. ad ea circumlatum bellum: deincepsq; haud magno certamine captis, Velitras exercitus ductus. eæ quoque expugnata. tum ad caput belli Præneſte uentum. id non ui, ſed per deditiōem receptum eſt. T. Quintius ſemel acie uictor, binis caſtris hoſtium, nouem oppidis ui captis, Præneſte in deditiōem accepto, Romam reuertit: triumphanſq; ſignum Præneſte deuectum Iouis Imperatoris in Capitolium tulit. dedicatum eſt inter cellam Iouis, ac Mineræ: tabulaq; ſub eo fixa, monumentum rerum geſtarum hiſ fermè incifa literis fuit. Iupiter, atq; diui omnes hoc dederunt, ut T. Quintius dictator oppida nouem caperet. Die x x, quàm creatus erat, dictatura ſe abdicauit. Comitia inde habita tribunorum militum conſulari poteſtate, quibus æquatus patriciorum, plebeiōrumq; numerus. Ex patribus creati, P. & C. Manlij cum L. Iulio, plebes C. Sextilium, M. Albinum, L. Antiftium dedit. Manlijſ, quod genere plebeios, gratia Iulium anteibant, Volſci prouincia ſine ſorte, ſine comparatione extra ordinem data: cuius & ipſos poſtmodo, & patres, qui dederant, pœnituit. In explorato pabulatum cohortes miferuntur, ne autore quidẽ aſſeruato, qui eos hoſtis Latinus pro milite Romano fruſtratus erat, ipſi in inſidias præcipitauerent. ibi dum iniquo loco ſola uirtute militum reſtantes cæduntur, cæduntq; caſtra interim Romana iacentia in campo ab altera parte hoſtes inuaſere. Ab ducibus utrobique prodita temeritate atq; inſcitia reſ. quicquid ſuperfuit fortunæ populi Romani, id militum etiam ſine rectorẽ ſtabilis uirtus tutata eſt. Quæ ubi Romam ſunt relata, primum dictatorem dici placebat: deinde, poſtquam quietæ reſ ex Volſcis afferebantur, & apparuit neſcire eos uictoria & tempore uti, reuocati etiam inde exercitus ac duces. otiumq; inde, quantum à Volſcis, fuit. id modo extremo anno tumultuatum, quod Præneſtini concitatis Latinorum populis rebellarũt. Eodem anno etiam ipſis querentibus penuriam hominum, noui coloni aſcripti. Rebusq; haud proſperis bello domeſtica quies, quam tribunorum militum ex plebe gratia maietaſq; inter ſuos obtinuit, ſolatium fuit. Inſequentis anni principia ſtatim ſeditione ingenti arſere, tribunis militum conſulari poteſtate, Sp. Furio, Q. Seruilio II, Licinio Menenio III, P. Clœlio, M. Horatio, L. Geganio. Erat autem & materia, & cauſa ſeditionis æs alienum: cuius noſcendi gratia Sp. Seruilius Priſcus, Q. Clœlius Siculus cenſores facti, ne rem agerent, bello impediti ſunt. nanq; trepidi nuntij primo, fuga deinde ex agris, legiones Volſcorum ingreſſas fines, populariſq; paſſim Romanum agrum, attulere. In qua trepidatione tantum abſuit, ut ciuilia certamina terror externus cohiberet, ut contra eo uiolentior tribunicia poteſtas impediendo delectui eſſet: donec conditiones impoſitæ patribus, nequis quo ad bellatum eſſet, tributum daret, aut ius de pecunia credita diceret. eo laxamento plebi ſumpto, mora delectui non eſt facta. Legionibus nouiſ ſcriptis, placuit duos exercitus in agrum Volſcum legionibus diuiſis duci. Sp. Furius, M. Horatius dextrorſus maritimam oram atq; Antium, Q. Seruilius & L. Geganius læua ad montes Ecetram pergunt. Neutra parte hoſtis obuius fuit: populatiōque non illi uagæ ſimilis, quam Volſcus latrocinij more diſcordia hoſtium fretus, & uirtutem metuens per trepidationem raptim fecerat: ſed ab iuſto exercitu iuſta ira facta, ſpatio quoq; temporis grauior. quippe à Volſcis timentibus, ne

interim

interim exercitus ab Roma exiret, incursiones in extrema finium factæ erant: Romano contra etiam in hostico morandi erat causa, ut hostem ad certamen eliceret. Itaq; omnibus passim tectis agrorum, uicisq; etiam quibusdam exustis, non arbore frugifera, non satis in spem frugum relictis, omni, quæ extra mœnia fuit, hominû pecudumq; præda abacta, Româ utrinq; exercitus reducti. Paruo interuallo ad respirandum debitoribus dato, postquam quietæ res ab hostibus erant, celebrari de integro iurisdictione: & tantum abesse spes ueteris leuandi scenoris, ut tributo nouum scenus contraheretur in murum à censoribus locatum, saxo quadrato faciundum. cui succumbere oneri coacta plebes: quia quem delectû impedirent, non habebant tribuni plebis. Tribunos etiam militares patricios omnes coacta principum opibus fecit, L. Aemylum, P. Valerium IIII, C. Veturium, Ser. Sulpicium, L. & C. Quintios Cincinnatos. Iisdem opibus obtinere, ut aduersus Latinos, Volscosq;, qui coniunctis legionibus ad Satricum castra habebant: nullo impediente omnibus iunioribus sacramento adactis, tres exercitus scriberent: unum ad præsidium urbis: alterum, qui, si qui alibi motus extitisset, ad subita belli mitti posset. tertium longe ualidissimum P. Valerius & L. Aemilius ad Satricum duxerunt. ubi cum aciem instructam hostium loco æquo inuenissent, extemplo pugnatum: & ut nondum satis claram uictoriam, sic prosperæ spei pugnam imber ingentibus procellis fusus dirimit. Postero die iterata pugna: & aliquandiu æqua uirtute fortunaq; Latinæ maxime legiones longa societate militiam Romanam edoctæ, restabant. eques immixtus ordines turbauit turbatis signa peditum illata: quantumq; Romana se inuexit acies, tantum hostes gradu demoti. & ut semel inclinauit pugna, iam intolerabilis Romana uis erat. Fusi hostes cum Satricum, quod duobus millibus inde aberat, non castra peterent, ab equite maxime cæsi. castra capta, direptaq;. Ab Satrico nocte, quæ prælio proxima fuit, fugæ simili agmine petunt Antium: & cum Romanus exercitus propè in uestigijs sequeretur, plus tamen timor, quam ira, celeritatis habuit. prius itaq; mœnia intrauere hostes, quam Romanus extrema agminis capere, aut morari posset. inde aliquot dies uastando agro absumpti, nec Romanis satis instructis apparatu bellico ad mœnia aggredienda, nec illis ad subeundum pugnae casum. Seditio tum inter Antiates Latinosq; coorta, cum Antiates uicti malis, subactiq; bello, in quo & nati erant & consenuerant, deditioem spectarent: Latinos ex diutina pace noua defectio recentibus adhuc animis ferociores ad perseverandum in bello faceret. finis certaminis fuit, postquam utrisque apparuit, nihil per alteros stare quo minus incepta persequerentur. Latini profecti à societate pacis, ut rebantur, inhonestæ sese uindicauerunt. Antiates incommodis arbitris salutarium consiliorum remotis, urbem agrosq; Romanis dedunt. Ira & rabies Latinorum, quia nec Romanos bello lædere, nec Volscos in armis retinere potuerant: eò erupit, ut Satricum urbem, quæ receptaculum primum eis aduersæ pugnae fuerat, igni concremarent. nec aliud tectum eius supersuit urbis, cum faces pariter sacris profanisq; inicerent, quam matris Matutæ templum. inde eos nec sua religio, nec uerecundia deum arcuisse dicitur, sed uox horrenda edita templo cum tristibus minis, ni nefandos ignes procul delubris amouissent. incensos ea rabie impetus Thusculum tulit, ob iram, quod deserto communi concilio Latino notum non in societatem modo Romanam, sed etiam in ciuitatem se dedissent. patentibus portis cum improviso incidissent, primo clamore oppidum præter arcem captum est. in arcem oppidani refugere cum coniugibus ac liberis: nuntiosq; Romam, qui certiore de suo casu senatum facerent, misere. Haud segnius quam fide populi Romani dignum fuit, exercitus Thusculum ductus. L. Quintius, & Seruius Sulpicius tribuni militum duxerunt. clausas portas Thusculi, Latinosq; simul obsidentium atq; obsessorum animo hinc mœnia tueri uident, illius arcem oppugnare, terrere unâ ac pauere. aduentus Romanorum mutauerat utriusq; partis animos: Thusculanos ex ingenti metu in summam alacritatem: Latinos ex propè certa fiducia mox capiendæ arcis, quoniam oppido potirentur, in exiguam de se ipsis spem uertentat. Tollitur ex arce clamor ab Thusculanis: excipitur aliquanto maiore ab exercitu Romano. utrinq; urgètur Latini: nec impetus Thusculanorum decurrentium ex superiore loco sustinent: nec Romanos subeuntes mœnia, molientesq; obijces portarum arcere possunt. scalis prius

moenia capta: inde effracta claustra portarum. & cum anceps hostis & à fronte & à tergo urgeret: nec ad pugnam ulla uis, nec ad fugam loci quicquam superesset, in medio caesi ad unum omnes. Recuperato ab hostibus Tusculo exercitus Romam est reductus. Quanto magis prosperis eo anno bellis tranquilla omnia foris erant, tanto in urbe uis patrum in dies miseriae plebis crescebant, cum eo ipso quod necesse erat solui, facultas soluendi impediretur. itaque cum iam ex re nihil dari posset, fama & corpore iudicati atque addicti creditoribus satisfaciebant, poenaeque in uicem fidei cesserat. adeo ergo obnoxios summisserat animos non infimi solum, sed principes etiam plebis, ut non modo ad tribunatum militum inter patricos petendum, quod tanta uis ut liceret tetenderant: sed ne ad plebeios quidem magistratus capessendos, petendosque ulli uiro acri, experientique animus esset: possessionemque honoris usurpati modo à plebe per paucos annos, recuperasse in perpetuum patres uiderentur. Ne id nimis laetum parti alteri esset, parua (ut plerumque solet) rem ingentem moliundi causa interuenit. M. Fabii Ambusti potestis uiri tum inter sui corporis homines, tum etiam ad plebem, quod haudquaquam inter id genus contemptor eius habebatur: filiae duae nuptae, Ser. Sulpicio maior, minor C. Licinio Stoloni erat, illustri quidem uiro, tamen plebeio: caeterum ipsa affinitas haud sprete gratiam Fabio ad uulgum quaesierat. Forte ita incidit, ut in Ser. Sulpicii tribuni militum domo sorores Fabiae cum inter se (ut fit) sermonibus tempus tererent: licitor Sulpicii cum is de foro se domum reciperet, forem (ut mos est) uirga percuteret. cum ad id moris eius insueta expauisset minor Fabia, risui sorori fuit miranti ignorare id sororem. Caeterum is risus stimulos paruis mobili rebus animo muliebri subdidit. frequentia quoque prosequentiū rogantiumque nunquid uellet? credo fortunatum matrimonium ei sororis uisum: sui que ipsam malo arbitrio, quo à proximis quisque minime aut teiri uult, poenituisset. confusam eam ex recenti morsu animi cum pater forte uidisset, percunctatus fatin saluae? auertentem causam doloris, quippe nec satis piam aduersus sororem, nec admodum in uirum honorificam, elicit comiter sciscitando ut fateretur eam esse causam doloris, quod iuncta impari esset, nupta in domo, quam nec honos, nec gratia intrare posset. consolans inde filiam Ambustus bonum animum habere iussit: eosdem propediem domi uisuram honores, quos apud sororem uiderat. Inde consilia inire cum genero coepit, adhibito L. Sextio strenuo adolescente, & cuius spei nihil praeter genus patricium deesset. Occasio uidebatur rerum nouandarum propter ingentem uim aeris alieni, cuius leuamen mali plebes, nisi suis in summo imperio locatis nullum speraret. accingendum ad eam cogitationem esse, conando agendoque iam eo gradum secisse plebeios, unde si porro annitantur, peruenire ad summa, & patribus aequari tam honore quam uirtute possent. In praesentia tribunos plebis fieri placuit, quo in magistratu sibi metipsi uiam ad caeteros honores aperirent. creatique tribuni C. Licinius & L. Sextius promulgauere leges omnes aduersus opes patriciorum, & pro commodis plebis. unam de aere alieno, ut deducto eo de capite quod usuris pernumeratum esset, id quod super esset, triennio aequis portionibus persolueretur. alteram de modo agrorum, ne quis plus quingenta iugera agri possideret. tertiam ne tribunorum militum comitia fierent, consulumque utique alter ex plebe crearetur. cuncta ingentia & quae sine certamine maximo obtineri non possent. Omnium igitur simul rerum, quarum immodica cupido inter mortales est, agri, pecuniae, honorum discrimine proposito, conterriti patres cum trepidassent, publicis priuatisque consilijs nullo remedio alio praeter expertam multis iam ante certaminibus intercessionem inuenito, collegas aduersus tribunicias rogationes comparauerunt. qui ubi tribus ad suffragium ineundum citari à Licinio Sextioque uiderunt: stipati patrum praesidijs nec recitari rogationes, nec solenne quicquam aliud ad sciscendum plebi fieri passi sunt. Iamque frustra saepe concilio aduocato cum pro antiquatis rogationes essent: bene habet inquit Sextius, quando quidem tantum intercessionem pollere placet, isto ipso telo tutabimur plebem. agitedum, comitia indicite patres tribunis militum creandis. faxo ne iuuat uox ista, ucto, qua nunc concinentes collegas nostros tam laeti auditis. Haud irritae cecidere minae: comitia praeter aedilium tribunorumque plebis nulla sunt habita. Licinius Sextiusque tribuni plebis refectioni nullos curules magistratus creati passi sunt. eaque solitudo magistratuum, & plebe resciente duos tribunos, & his

comitia

comitia tribunorum militum tollentibus per quinquenniū urbem tenuit. Alia bella opportune quiescere: Veliterni coloni gestientes otio, quod nullus exercitus Romanus esset, & agrum Romanum aliquoties incurfauere, & Tusculū oppugnare adorti sunt. eaq̄ res Tusculanis ueteribus socijs, nouis ciuibus opem orantibus, uerecundia maxime nō patres modo sed etiam plebem mouit. remittentibus tribunis plebis comitia per interregem sunt habita: creatiq̄ tribunū militum L. Furius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, Ser. Cornelius, A. & C. Valerij haudquaquam tam obedientem in delectu, quā in comitijs plebem habuere: ingentiq̄ cōtentione exercitus scripto profecti nō ab Tusculo modo submouere hostē, sed intra suamet ipsum moenia compulere. obsidebanturq̄ haud paulo ui maiore Velitræ, quā Tusculū obsessum fuerat: nec tamen ab eis, à quibus obsideri cœptæ erant, expugnari potuere. ante noui creati sunt tribunū militum Q. Seruilius, C. Veturius, A. & M. Cornelij, Q. Quintius, M. Fabius. nihil ne ab his quidem tribunis ad Velitras memorabile factū. In maiore discrimine domi res uertebantur. nam præter Sextium Liciniumq̄ latores legum iam octauū tribunos plebis relectos, Fabius quoque tribunus militum Stolonis focer quarū legum autor fuerat, earum suaforem se haud dubium ferebat. & cum octo ex collegio tribunorum plebis primo intercessores legum fuissent, quinque soli erant: & (ut ferè solent, qui à suis deficiunt) capti, & stupentes animi uocibus alienis id modo, quod domi præceptum erat, intercessioni suæ prætendebant: Velitris in exercitu plebis magnam partem abesse, in aduentum militum comitia differri debere, ut uniuersa plebes de suis comodis suffragium ferret. Sextius Liciniusq̄ cum parte collegarum, & uno ex tribunis militum Fabio, artifices iam tot annorū usu tractandi animos plebis, primores patrum productos interrogando de singulis, quæ ferebantur ad populū, fatigabant. auderent ne postulare, ut cum bina iugera agri plebi diuiderentur, ipsis plus quingenta iugera habere liceret: ut singuli propè trecentorum ciuium possiderent agros, plebeio homini uix ad rectum necessarium, aut locū sepulturæ, suus pateret ager: an placeret scœnore circumuentam plebem, ni potius, quā sortem creditum soluat, corpus in neruum ac supplicia dare? & gregatim quotidie de foro addictos duci: & repleri uinctis nobiles domos: & ubicunq̄ patricius habitet, ibi carcerem priuatum esse: Hæc indigna, miserandaq̄ auditu cum apud timentes sibi metipsum maiore audientium indignatione quā sua increpuissent: atqui nec agros occupandi modum, nec scœnore trucidandi plebem alium patribus unquam fore affirmabant, nisi alterū ex plebe consulē custodem suæ libertatis plebs fecisset. contemni iam tribunos plebis, quippe quæ potestas iam suam ipsa uim frangat intercedendo: non posse æquo iure agi, ubi imperium penēs illos, penēs se auxilium tantum sit: nisi imperio communicato nunquam plebem in parte pari reipublicæ fore: nec esse quod quisquam satis putet, si plebciorum ratio comitijs consularibus habeatur: nisi alterum consulē utique ex plebe fieri necesse sit, neminem fore. an iam memoria exisse, cum tribunos militum idcirco potius quā consules creati placuisset, ut & plebcijs pateret summus honos: IIII & XL annis neminem ex plebe tribunum militum creatum esse: qui crederent duobus ne in locis sua uoluntate impertituros plebi honorem, qui octonā loca tribunis militum creandis occupare soliti sint? & ad consulatū uiam fieri passuros, qui tribunatū septem tandiu habuerint? lege obtinendum esse, quod comitijs per gratiam nequeat: & seponendum extra certamen alterum consulatū, ad quem plebi sit aditus: quoniam in certamine relictus præmium semper potentioris futurus sit. nec iam posse dici id, quod antea iactare soliti sint, non esse in plebcijs idoneos uiros ad curules magistratus. nunquid enim socordius, aut segnus rempublicam administrari post P. Licinij Calui tribunatū, qui primus ex plebe creatus sit: quā per eos annos gesta sit, quibus præter patricos nemo tribunus militum fuerit? quin contra patricos aliquot damnatos post tribunatū, neminem plebeium. quæstores quoque, sicut tribunos militum, paucis ante annis ex plebe cœptos creatis nec ullius eorum populum Romanum pœnituisse. consulatū superesse plebcijs: eam esse arcem libertatis, id columen: si cō peruentum sit, tum populum Romanum uere exactos ex urbe Reges, & stabilem libertatem suam existimaturum. quippe ex illa die in plebem uentura omnia, quibus patricij excellant, imperiū atq̄ honorem, gloriam belli, genus, nobilitatem,

magna

magna ipsis fruenda, maiora liberis relinquenda. Huius generis orationes ubi accipi uideri: nouam rogationem promulgant, ut pro duumuiris sacris faciendis decemuiri creentur: ita ut pars ex plebe, pars ex patribus fiat: omniumque earum rogationum comitia in aduentum eius exercitus differunt, qui Velitras obsidebat. Prius circumactus est annus quam à Velitris recerentur legiones. ita suspensa de legibus res ad nouos tribunos militum dilata. nam plebis tribunos eosdem, duos utique qui legum latores erant, plebes reficiebat. tribuni militum creati T. Quintius, Ser. Cornelius, Ser. Sulpicius, Sp. Seruilius, L. Papyrius, L. Veturius. Principio statim anni ad ultimam dimicationem de legibus uentum: & cum tribus uocarentur, nec intercessio collegarum latoribus obstaret: trepidi patres ad duo ultima auxilia, summum imperium, summumque ad ciuem decurrunt. dictatorem dici placet. dicitur M. Furius Camillus, qui magistrum equitum L. Acmylium cooptat. Legum quoque latores aduersus tantum apparatus aduersariorum & ipsi causam plebis ingentibus animis armant: concilioque plebis indicto tribus ad suffragium uocant. cum dictator stipatus agmine patriciorum plenus irae minarumque confedisset, atque ageretur res solito primum certamine inter se tribunorum plebis ferentium legem, intercedentiumque: & quanto iure potentior intercessio erat, tantum uinceretur fauore legum ipsarum latorumque: & uti rogassent primae tribus dicerent. Tum Camillus, quando quidem inquit quirites iam uos tribunicia libido, non potestas regit, & intercessionem secessione quondam plebis partam uobis eadem ui facitis irritam, qua peperistis: non reipub. magis uni uersae, quam uestra causa dictator intercessioni adero: euersumque uestrum auxilium imperio tuta bor. itaque si C. Licinius & L. Sextius intercessioni collegarum cedunt, nihil patricium magistratum inferam concilio plebis: si aduersus intercessionem tanquam captae ciuitati leges imponere tendent, uim tribuniciam à se ipsa dissolui non patiar. Aduersus ea cum contemptim tribuni plebis rem nihilo segnus perageret: tum percitus ira Camillus lictores, qui de medio plebem emouerent, misit. & addidit minas: si pergerent, sacramento omnes iuniores adacturum, exercitum extemplo ex urbe deducturum. Terrorem ingentem incusserat plebi, ducibus plebis accendit magis certamine animos quam minuit. sed re neutro inclinata magistratu se abdicauit: seu quia uitio creatus erat, ut scripsere quidam: seu quia tribuni plebis tulerunt ad plebem, idque plebs sciuit, ut si M. Furius pro dictatore quid egisset: quingentum millium aëris ei multa esset. Sed auspicijs magis quam noui exempli rogatione deterritum ut potius credam, cum ipsius uiri facit ingenium: tum quod ei suffectus est extemplo P. Manlius dictator, quem quid creati attinebat ad id certamen, quo M. Furius uictus esset: & quod eundem M. Furium dictatorem insequens annus habuit, haud sine pudore certe fractum priore anno in se imperium repetiturum: simul quod eo tempore, quo promulgatum de multa eius traditur, aut & huic rogationi qua se in ordinem cogi uidebat, obsistere potuit: aut ne illas quidem, propter quas & haec lata erat, impedire: & quod usque ad memoriam nostram tribunicijs consularibusque certatum uiribus est, dictaturae semper altius fastigium fuit. Inter priorem dictaturam abdicatam nouamque à Manlio initam ab tribunis uelut per interregnum concilio plebis habito, apparuit quae ex promulgatis plebi, quae latoribus gratiora essent. nam de fœnore atque agro rogationes iuebant, de plebeio consulatu antiquabant. & perfecta utraque res esset, ni tribuni se in omnia simul consulere plebem dixissent. P. Manlius deinde dictator rem in causam plebis inclinauit, C. Licinio qui tribunus militum fuerat, magistro equitum de plebe dicto. Id ægre patres passos accipio: dictatorem propinqua cognatione Licinij se apud patres excusare solitum, simul negantem magistrum equitum maius quam tribuni consularis imperium esse. Licinius Sextiusque, cum tribunorum plebis creandorum indicta comitia essent, ita se gerere, ut negando iam sibi uelle continuari honorem acerrime accenderent ad id quod dissimulando petebant, plebem. nonum se annum iam uelut in aciem aduersus optimates maximo priuatim periculo, nullo publico emolumento stare: consensisse iam secum & rogationes promulgatas, & uim omnem tribuniciae potestatis. primo intercessione collegarum in leges suas pugnatum esse: deinde ablegatione iuuentutis ad Veliternum bellum: postremo dictatorium fulmen in se intentatum. iam nec collegas, nec bellum, nec dictatorem obstare, quippe qui etiam omen plebeio

plebeio consuli, magistro equitum ex plebe dicendo dederit. se ipsam plebem, & comoda morari sua. liberam urbem ac forum à creditoribus, liberos agros ab iniustis possessoribus exemplo, si uelit, habere posse. quæ munera quando tandem satis grato animo æstimaturos, si inter accipiendas de suis comodis rogationes spem honoris latoribus earum incidant: non esse modestiæ populi Romani id postulare, ut ipse scenore leuetur: & in agrum iniuria possessum à potentibus inducatur: per quos ea consecutus sit, senes tribunicios non sine honore tantum, sed etiam sine spe honoris relinquat. Proinde ipsi primum statuerent apud animos quid uellent: deinde comitijs tribunicijs declararent uoluntatem. si coniunctim ferre ab se promulgatas rogationes uellent, esse quod eosdem reficerent tribunos plebis: perluros enim quæ promulgauerint. si quod cuiq; priuatim opus sit, id modo accipi uelint: opus esse nihil inuidiosa cõtinuatione honoris: nec se tribunatum, nec illos ea quæ promulgata sint, habituros. Aduersus tam obstinatam orationem tribunorum cum præ indignitate rerum stupor, silentiumq; inde cæteros patrum defixisset: Ap. Claudius Crassus nepos decemuiri dicitur odio magis ira q; q; spe ad dissuadendum processisse: & locutus in hanc ferè sententiam esse. Neq; nouum, neq; inopinatum mihi sit quirites, si quod unum familiæ nostræ semper obiectum est ab seditiosis tribunis, id nunc ego quoq; audia: Claudia genti iam inde ab initio nil antiquius in repub. patrum maiestate fuisse: semper plebis comodis aduersatos esse. quorum alterum neq; nego, neq; inficias eo: nos, ex quo asciti sumus simul in ciuitatem & patres, enixe operam dedisse ut per nos aucta potius, q; imminuta maiestas earum gentiũ, inter quas nos esse uoluistis, dici uere posset. illud alterum pro me maioribusq; meis contendere ausim quirites (nisi quæ pro uniuerſa repub. fiant, ea plebi tanquam aliam incolenti urbem aduersa quis putet) nihil nos neq; priuatos, neq; in magistratibus quod incommodum plebi esset, scientes fecisse; nec ullum factum, dictum ue nostrum contra utilitatem uestram, & si quædam contra uoluntatẽ fuerint, uere referri posse. An hoc, si Claudia familiæ non sim, nec ex patricio sanguine ortus: sed unus quiritium quilibet, qui modo me duobus ingenuis ortum, & uiuere in libera ciuitate sciam: reticere possim? L. illum Sextium, & C. Licinium perpetuos (si dijs placet) tribunos tantum licentiæ nouem annis, quibus regnant, sumpſisse, ut uobis negent potestatem liberam suffragij non in comitijs, non in legibus iubendis se permissuros esse: sub conditione inquit nos reficietis decimum tribunos. quid est aliud dicere? quod petunt alij, nos adeo fastidimus, ut siq; mercede magna non accipiamus. sed quæ tandem ista merces est, qua uos semper tribunos plebis habeamus? ut rogationes inquit nostras, seu placent seu displicent, seu utiles seu inuitiles sunt, omnes coniunctim accipiatis. Obsecro uos Tarquinijs tribuni plebis, putate me ex media concione unum ciuem succlamare. bona uenia uestra liceat ex his rogationibus legere, quas salubres nobis censemus esse: antiquare alias. non inquit licebit tu de scenore atq; agris quod ad uos omnes pertinet, iubeas: & hoc portenti non fiat in urbe Romana, uti L. Sextium atque hunc C. Licinium consules, quod indignaris, quod abominaris, uideas. aut omnia accipe: aut nihil fero. ut si quis ei, quem urgeat fames, uenenum ponat cum cibo: & aut abstinere eo quod uitale sit, iubeat: aut mortiferum uitali admisceat. Ergo si esset libera hæc ciuitas, non tibi frequentes succlamassent: abi hinc cum tribunatibus ac rogationibus tuis. quid si tu non tuleris quod commodum est populo accipere, nemo erit qui ferat illud? Siquis patricius, si quis (quod illi uolunt inuidiosus esse) Claudius diceret, aut omnia accipite, aut nihil fero: quis uestrum quirites ferret? nunquam ne uos res potius, quàm autores spectabitis? sed omnia semper, quæ magistratus ille dicet, secundis auribus: quæ ab nostrum quo dicentur, aduersis accipietis? At hercule sermo est minime ciuilis. Quid rogatio qualis est, quam à uobis antiquatam indignantur? sermoni quirites simillima. consules inquit rogo ne uobis, quos uelitis, facere liceat. an aliter rogat, qui utique alterum ex plebe fieri consulem iubet: nec duos patricios creandi potestatem uobis permittit? Si hodie bella sint, quale Hetruscum fuit, cum Porſena ianiculum infedit: quale gallicum modo, cum præter capitolium atq; arcem omnia hæc hostium erant: & consulatũ cum hoc M. Furio, aut quolibet alio ex patribus L. ille Sextius peteret: possetis ne ferre Sextium haud pro dubio consulem esse, Camillum de repulsa dimicare?

Hocine

Hocine est in commune honores uocare: ut duos plebeios fieri cōsules liceat, duos patricios non liceat: & alterū ex plebe creati necesse sit, utrunq; ex patribus præterire liceat? Quænam ista societas, quænam consortio est? parum est si cuius pars tua nulla adhuc fuit, in partē eius uenis, nisi partem petendo totum traxeris? Timeo, inquit, ne si duos licebit creati patricios, ne minem creetis plebeium. Quid est dicere aliud? quia indignos uestra uoluntate creaturi non estis, necessitate uobis creandi quos non uultis, imponam. quid sequitur, nisi ut ne beneficium quidem debeat populo, si cum duobus patricijs unus petierit plebeius, & lege se, nō suffragio creatum dicat? Quomodo extorqueant, non quomodo petant honores, quærunt: & ita maxima sunt adepturi, ut nihil ne pro minimis quidem debeant: & occasionibus potius quæ uirtute petere honores malunt. Est aliquis qui se inspici æstimari fastidiat: qui certos sibi uni honores inter dimicantes competitorēs æquum censeat esse? qui se arbitrio uestro eximat? qui uestra necessaria suffragia pro uoluntarijs, & feruā pro liberis faciat? omitto Liciniū Sextiumq; quorū rōm annos in perpetua potestate tanquam Regum in Capitolio numeratis: quis est hodie in ciuitate tam humilis, cui non uia ad consulatū facilior per istius legis occasionem, quæ in nobis ac liberis nostris fiat: si quidem nos ne cum uolueritis quidem creare interdū poteritis, istos etiam si nolueritis, necesse sit. De indignitate satis dictum est: (etenim dignitas ad homines pertinet) quid de religionibus atque auspicijs, quæ propria deorum immortalium contemptio atque iniuria est, loquar? auspicijs hanc urbem conditam esse, auspicijs bello ac pace, domi militiæq; omnia geri, quis est qui ignoret? penes quos igitur sunt auspicia morē maiōrū? nempe penes patres. nam plebeius quidē magistratus nullus auspicijs creatur: nobis adeo propria sunt auspicia, ut non solum quos populus creat patricios magistratus, nō aliter quæ auspicijs creat, sed nos quoq; ipsi sine suffragio populi auspicijs inter regem prodamus, & priuatim auspicia habeamus, quæ isti ne in magistratibus quidem habent. Quid igit aliud quæ tollit ex ciuitate auspicia, qui plebeios cōsules creando à patribus, qui soli ea habere possunt, aufert? Eludant nunc licet religiones: quid enim est si pulli non pascuntur? si ex cauea tardius exierint? si occiderit auis: parua sunt hæc. sed parua ista non contemnendo maiores nostri maximam hanc rem fecerunt. nunc nos tanquam iam nihil pacē deorum opus sit, omnes cærimonias polluimus. uulgo ergo pontifices, augures, sacrificuli Reges creentur: cuiuslibet apicem dialem, dum modo homo sit, imponamus: tradamus ancylia, penetralia, deos deorumq; curam, quibus nefas est non leges auspicijs ferantur: non magistratus creentur: nec centuriatis, nec curiatis comitijs patres autores fiant: Sextius & Licinius tanquam Romulus ac Tatijs in urbe Romana regnent, quia pecunias alienas, quia agros dono dant. tanta dulcedo est ex alienis fortunis prædandi: nec in mentem uenit altera lege solitudines uastas in agris fieri pellendo finibus dominos: altera fidem abrogari, cum qua omnis humana societas tollitur. Omnium rerum causa uobis antiquandas censeo istas rogationes. quod faxitis, deos uelim fortunare. Oratio Appij ad id modo ualuit, ut tempus rogationum iubendarum proferretur. Refecti decumum rōdem tribuni Sextius & Licinius de decemuiris sacrorum ex parte de plebe creādis pertulere. creati quinque patrum, quinque plebis: graduq; eo iam uia facta ad consulatum uidebatur. Hac uictoria contenta plebes cessit patribus, ut in præsentia consulum mentione ommissa tribuni militū crearentur. creati A. & M. Cornelij iterum, M. Geganius, P. Manlius, L. Veturius, P. Valerius v r. Cum præter Velitrarum obsidionem, tardi magis rerum exitus quam dubij, quietæ externæ res Romanis essent: fama repens belli gallici allata perpulit ciuitatem ut M. Furio dictator quintum diceretur. is T. Quintium Pœnum magistrum equitum dixit. Bellatum cum Gallicis eo anno circa Anienem flumen autor est Claudius: inclytamque in ponte pugnam, qua T. Manlius Gallum, cum quo prouocatus manus conferuit, in cōspectu duorum exercituum cæsum torque spoliavit, tum pugnatam. Pluribus autoribus magis adducor ut credam decem haud minus post annos ea acta: hoc autem anno in albano agro cum Gallis dictatore M. Furio signa collata. nec dubia, nec difficilis Romanis, quanquam ingentem Galli terrorem memoria pristinae cladis attulerant, uictoria fuit. multa millia Barbarorum in acie, multa captis castris cæsa. palati alij Apuliam maxime petentes, cum fuga se longinqua, tum quod passim

eos

eos simul pavor terrorq; distulerant, ab hoste sese tutati sunt. Dictatori consensu patrum, plebisq; triumphus decretus. Vix dum perfunctum eum bello atrocior domi seditio excepit: & per ingentia certamina dictator, senatusq; uictus, ut rogationes tribunicia acciperentur: & comitia consulum aduersa nobilitate habita, quibus L. Sextius de plebe primus eos. factus. Et ne is quidem finis certaminum fuit: quia patricij se autores futuros negabant, prope secessionem plebis res, terribilesq; alias minas ciuilium certaminum uenit. cum tamē per dictatorem conditionibus sedatae discordiae sunt: concessumq; ab nobilitate plebi de consule plebeio: à plebe nobilitati de praetore uno, qui ius in urbe diceret, ex patribus creando. Ita ab diutina ira tandem in concordiam redactis ordinibus, cum dignam eam rem senatus censeret esse: meritoq; id, si quando unquam aliàs, deum immortalium causa libenter facturos: fore ut ludi maximi fierent, & dies unus ad triduum adijceretur: recusantibus id munus aedilibus plebis, cōclamatum à patricijs est iuuenibus, se id honoris deum immortalium causa libenter acturos, ut aediles fierent. quibus cum ab uniuersis gratia acta essent, factum senatus consultum ut duos uiros aediles ex patribus dictator populū rogaret, patres autores omnib. eius anni comitijs fierent.

DECADIS PRIMAE LIBER SEPTIMVS



ANNVS hic erit insignis noui hominis consulatu, insignis nouis duobus magistratibus, praetura, & curuli aedilitate. hos sibi patricij quaesiuere honores pro concesso plebi altero consulatu. Plebes consularū L. Sextio, cuius lege partus erat, dedit: patres praeturam Sp. Furio M. filio Camillo, aedilitatem Cn. Quintio Capitolino, & P. Cornelio Scipioni suarū gentiū uiris gratia campestri ceperunt. L. Sextio collega ex patribus datus L. Aemilius Mamercus. Principio anni & de Gallis, quos primo palatos per Apuliam congregari iam fama erat, & de Hernicorū defectione agitata mentio. Cum de industria omnia, nequid per plebeiū consulē ageretur, proferrent: silentiū omniū rerū, ac iustitio simile otium fuit: nisi quod non patientibus tacitū tribunis, quod pro consule uno plebeio tres patricos magistratus curulibus sellis praetextatos tanq; consules sedentes nobilitas sibi sumpsisset, praetorem quidem etiam iura reddentem, & collegam consulibus, atq; iisdem auspicijs creatum: uerecundia inde imposita est senatui ex patribus iubendi aediles curules creari. primo ut alternis annis ex plebe fierent, cōuenerat: postea promiscuū fuit. Inde L. Genutio, & Q. Seruilio coss. & ab seditione, & à bello quietis rebus, nequando à metu ac periculis uacarent, pestilentia ingens orta. censorem, aedilem curulem, tres tribunos plebis mortuos ferunt, pro portione & ex multitudine alia multa funera fuisse. maximeq; eam pestilentiam insignem mors quàm matura, tam acerba M. Furij fecit. fuit enim uere uir unicus in omni fortuna, princeps pace belloq; prius quàm exulatum iret: clarior in exilio uel desyderio ciuitatis, quæ capta absentis implorauit opem: uel felicitate, qua restitutus in patriam secum patriam ipsam restituit. par deinde per quinq; & xxx annos (tot enim postea uixit) titulo tantæ gloriae fuit: dignusq; habitus, quem secundum à Romulo conditorem urbis Romæ ferrent. Et hoc, & insequenti anno T. Sulpitio Petico, C. Licinio Stolone coss. pestilentia fuit. eo nihil dignū memoria actum, nisi quod pacis deum exposcendæ causa tertio tum post conditam urbem lectisternium fuit. & cum uis morbi, nec humanis consilijs, nec ope diuina leuaretur, uictis superstitione animis ludi quoq; scenici, noua res bellicoso populo (nam circi modo spectaculum fuerat) inter alia coelestis iræ placamina instituti dicuntur. Cæterum parua quoq; (ut fermè principia omnia) & ea ipsa peregrina res fuit. sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu ludiones ex Heruria acciti ad tibicinis modos saltantes haud indecoros motus more Thusco dabant. imitari deinde eos iuuentus simul inconditis inter se iocularia fundentes uersibus cœpere: nec absonti à uoce motus erant. Accepta itaq; res, sæpiusq; usurpando excitata. uernaculis artificibus, quia hister thusco uerbo ludio uocabatur, nomen histrionibus inditum: qui non sicut ante fescennino uersu similem in compositum temere, ac rudem alternis iaciebant: sed impletas modis sa-

o tyras

tyras descripto iam ad tibicinem cantu, motuq; cōgruenti peragebant. Liuius post aliquot annos, qui ab satyris ausus est primus argumento fabulam serere, idem (scilicet id quod omnes tum erant) suorum carminum actor dicitur, cum sæpius reuocatus uocem obtudisset, uenia petita puerum ad canendum ante tibicinem cum statuisset, canticū egisse aliquanto magis uigente motu, quia nihil uocis usus impediēbat. inde ad manum cantari histrionibus cōceptū, diuerbiaq; tantum ipsorum uoci relicta. Postquā lege hac fabularū ab risu, ac soluto ioco res auocabatur, & ludus in artem paulatim uerterat, iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta uersibus iactitare cōcepit. quæ inde exodia postea appellata, confertaq; fabellis potissimū atellanis sunt. quod genus ludorū ab Oscis acceptum tenuit iuuentus: nec ab histrionibus pollui passa est. eo institutum manet, ut actores atellanarum nec tribu moucantur, & stipendia tanquam expertes artis ludicræ faciant. Inter aliarum parua principia rerū ludorū quoq; prima origo ponenda uisa est, ut appareret quā ab sano initio res in hanc uix opulentis regnis tolerabilem insaniam uenerit. nec tamen ludorū primū initiū procurandis religionibus datū aut religione animos, aut corpora morbis leuauit. quin etiam cum medios forte ludos circus Tyberi superfuso irrigatus impedisset, id uero uelut auersis iam dijs, aspernantibusq; placamina itæ, terrorem ingentē fecit. Itaq; C. Genutio, L. Acmylio Mamercō secundū consulibus, cum piaculorum magis conquisitio animos, quā corpora morbi afficerent, repetitū ex seniorū memoria dicitur pestilentiam quondam clauo ab dictatore fixo sedatam. Ea religione adductus senatus dictatorem clauī figendi causa dici iussit. dictus L. Manlius Imperiosus L. Pinariū magistrū equitum dixit. Lex uetusta est prisca literis uerbisq; scripta, ut qui prator maximus sit, Idibus Septembribus clauum pangat. fixus fuit dextro lateri ædis Iouis optimi maximi ea parte qua Mineruæ templū est. cum clauum, quia raræ per ea tempora literæ erant, notam numeri annorū fuisse serunt, eocq; Mineruæ templo dicatam legem, quia numerus Mineruæ inuentum sit. Volsinijs quoq; clauos indices numeri annorum fixos in templo Nortia Hetruscæ deæ comparere, diligens talium monumentorum autor Cintiū affirmat. M. Horatius consul ex lege templū Iouis optimi maximi dedicauit anno post reges exactos. à consulibus postea ad dictatores, quia maius imperium erat, solenne clauī figendi translatum est. Intermissō deinde more digna etiam per se uisa est res, propter quam dictator crearetur, qua de causa creatus L. Manlius, perinde ac reipub. gerendæ, ac non soluendæ religione gratia creatus esset, bellum Hernicū affectans delectu acerbo iuuentutem agitauit: tandemq; omnibus in eū tribunis plebis coortis, seu uis, seu uerecundia uictus dictatura abiit. neq; eo minus principio insequentis anni Q. Seruilio Hala, L. Genutio II COS. dies Manlio dicitur à M. Pomponio tribuno plebis. acerbitas in delectu nō damno modo ciuium, sed etiam laceratione corporum lata, partim uirgis caesis, qui ad nomina non respondissent; partim in uincula ductis, inuisa erat. & ante omnia inuisum ipsum ingeniū atrox, cognomenq; Imperiosi graue liberæ ciuitati ab ostentatione sæuitiæ ascitū, quam nō magis in alienis, quā in proximis, ac sanguine ipso suo exerceret. criminiq; ei tribunus inter cætera dabat, quod filium iuuenem nullius probri compertum extorrem urbe, domo, penatibus, foro, luce, congressu æqualium prohibitū in opus seruile, propè in carcerem atq; in ergastulum dederit: ubi lummo loco natus dictatorius iuuenis quotidiana miseria disceret uere imperioso patre se natum esse. at quam ob noxam? quia infacundior sit, & lingua impromptus. quod nature damnum utrum nutriendū patri, si quicquam in eo humani esset, an castigandū, ac uexatione insignne faciendū fuisse: ne mutas quidē bestias minus alere, ac fouere, si quid ex progenie sua parum prosperum sit. at hercule L. Manliū malū malo augere filij, & tarditatem ingenij insuper premere: & siquid in eo exiguū naturalis uigoris sit, id extinguere uita agresti, & rustico cultu inter pecudes habendo. Omnium potius his criminationibus, quā ipsius iuuenis iritatus est animus. quin contrā se quoq; parenti causam inuidiæ atq; criminū esse ægre passus, ut omnes dii hominesq; scirent, se parenti opem latam quā inimicis eius malle, capit consilium rudis quidem atq; agrestis animi, & quanquam nō ciuilis exempli, tamen pietate laudabile. Inscientiis cunctis cultro succinctus mane in urbem, atq; à porta domum confestim ad M. Pomponium

nium tribunum pergit: ianitori opus esse sibi domino eius conuento. extemplo ait, nuntiaret T. Manliū Lucij filium esse. mox introductus (etenim percitum ira in patrem spes erat aut criminis aliquid noui, aut consilij ad rem agendam deferre) salute accepta, redditaq; esse ait quæcum eo agere arbitris remotis uelit. procul inde omnibus abire iussis cultrum stringit: & super lectū stans ferro intento, nisi in quæ ipse concepisset uerba iuraret, se patris eius accusandi causa concilium plebis nunquam habiturū, se eum extemplo transfixurum minatur. pavidus tribunus (quippe qui ferrum ante oculos micare, se solum incremem, illum præualidum iuuenem, & quod haud minus timendum erat, stolide ferocem uiribus suis cerneret) adiurat in quæ adactus est uerba. & præ se deinde tulit, ea uis subactum se incepto destitisse. nec perinde ut maluisset plebes, sibi suffragij ferendi de tam crudeli, & superbo reo potestatem fieri, ita ægre habuit filium id pro parente ausum: eoq; id laudabilius erat, quod animum eius tanta acerbitas patria nihil à pietate auertisset. Itaque non patri modo remissa causæ dictio est, sed ipsi etiam adolescenti ea res honori fuit. & cum eo anno primum placuisset tribunos militū ad legiones suffragio fieri (nam & antea sicut nunc, quos ruffulos uocant, imperatores ipsi faciebant) secundum in sex locis tenuit, nullis domi militiæq; ad conciliandum gratiam meritis, ut qui ture, & procul cætu hominum iuuentam egisset. Eodem anno seu motu terræ, seu qua uis alia forum medium fermè specu uasto collapsum in immensam altitudinē dicitur: neq; eam uoraginem coniectu terræ, cum pro se quisq; gereret, expleri potuisse prius, quàm deū monitu quæri cœptum quo plurimum populus Romanus posset. id enim illi loco dicandum uates canebant, si rempub. Romanam perpetuam esse uellent. tum M. Curtium iuuenem bello egregium castigasse ferunt dubitantes an ullum magis Romanum bonum, quàm arma, uirtusq; esset: Silentio facto templa deorum immortalium, quæ foro imminet, Capitoliumq; intuentem, & manus nunc in coelum, nunc in patentes terræ hiatus ad deos manes porrigentem se deuouisse: equo deinde quàm poterat maxime exornato insidentem armatū se in specum immisisse, donaq; ac fruges super eum à multitudine uirorum ac mulierū cōgestas: lacumq; Curtium non ab antiquo illo T. Tati milite Curtio Metio, sed ab hoc appellatum. cura nō deesset, si qua ad uerum uia inquirentem ferret. nunc famæ rerum standum est, ubi certam derogat uetustas fidem. & lacus nomē ab hac recentiore insignius fabula est. post tanti prodigij procurationem eodem anno de Hernicis consultus senatus cum fœciales ad res repetendas nequicquam misisset, primo quoq; die ferendum ad populum de bello indicendo Hernicis censuit: populusq; id bellum frequens iussit. L. Genutio consuli ea prouincia forte euenit. In expectatione ciuitas erat, quod primus ille de plebe consul bellum suis auspicijs gesturus esset: deinde ut eueniret res, ita communicatos honores prospere, aut secus consulto habitura. Forte ita tulit casus, ut Genutius ad hostes magno conatu profectus in insidias præcipitaretur: legionibus nec opinato pauore fuis consul circumuentus ab inscijs quem interfecissent, occideretur. Quod ubi est Romam nuntiatum, nequaquam tantum publica calamitate mœsti patres, quantum feroces infelici consulis plebeij ductu, fremunt omnibus locis: irent, crearēt consules ex plebe, transferrent auspicia, quò nefas esset. potuisse patres plebiscito pelli honoribus suis, num etiam in deos immortales inauspicatam legem ualuisse? uindicasse ipsos suum numen, sua auspicia: quæ ut primum contacta sint ab eo, à quo nec ius nec fas fuerit, deletum cum duce exercitum documento fuisse ne deinde turbato gentium iure comitia haberentur. His uocibus curia, & forum personat. Ap. Claudium, quia dissuaserat legem, maiore nunc autoritate euentum reprehensi ab se consilij incusantem, dictatorem consensu patriciorum Seruilius consul dicit: delectusq; & iustitium indictum. Prius quàm dictator legionesq; nouæ in Hernicos uenirent, ductu C. Sulpicij legati res per occasionem gesta egregie est. In Hernicos morte consulis contemptim ad castra Romana cum haud dubia expugnandi spe succedentes hortante legato, & plenis iræ atq; indignitatis militum animis eruptio est facta. multū ab spe aduendi ualli res Hernicis abfuit, adeo turbatis inde ordinibus abscessere. Dictatoris deinde aduentu nouus ueteri exercitus iungitur, & copiæ duplicantur. & pro contione dictator laudibus legati, militumq; quorum uirtute castra defensa erant, simul audientibus laudes meritas tollit animos, simul cæ

teros ad æmulandas uirtutes acuit. Neq; segnius ad hostes bellum apparatus, qui & parti ante decoris memores, neq; ignari auctarum uirium hostis, suas quoq; uires augment. omne Hernicum nomen, omnis militaris ætas excitur. quadringenariæ octo cohortes, lecta robora uirorum scribuntur. hunc eximium florem iuuentutis eo etiam, quod ut duplex acciperet stipendium decreuerant, spei animorumq; implere. immunes quoq; operum militarium erant, ut in unum pugnae laborem reseruati plus sibi, quam pro uirili parte annitendum scirent. extra ordinem etiam in acie locati, quo conspectior uirtus esset. Duum millium planities castra Romana ab Hernicis dirimebat. ibi pari ferme utrinq; spatio in medio pugnatum est. primo stetit ambigua spe pugna, nequicquã sæpe conatis equitibus Romanis imperu turbare hostium aciem. postquam equestris pugna effecta, quam conatibus uanior erat, consulto prius dictatore equites, permisso deinde eius relictis equis clamore prouolant ante signa, & nouam integram pugnam. neq; sustineri poterant, ni extraordinariæ cohortes pari corporum, animorumq; robore se obieissent. Tunc inter primores duorum populorum res geritur. quicquid hinc, aut illinc communis Mars bello aufert, multiplex quam pro numero damnum est: uulgius aliud armatorum uelut delegata primoribus pugna euentum suum in uirtute aliena ponit. multi utrinque cadunt, plures uulnera accipiunt. Tandem equites alius alium increpantes quid deinde restaret quærendo, si neq; ex equis pepulissent hostem, neq; pedites quicquam momenti facerent, quam tertiam expectarent pugnam? quid ante signa feroces profuissent? & alieno pugnant loco? His inter se uocibus concitati clamore renouato inferunt pedem: & primum gradu mouerunt hostem, deinde pepulerunt, postremo iam haud dubie auertunt. neq; tam uires pares quæ superauerit res, facile dictu est: nisi quod perpetua fortuna utriusq; populi & extollere animos, & minuere potuit. Usq; ad castra fugientes Hernicos Romanus sequitur: castrorum oppugnatione, quia serum erat diei, abstinuere. diu non perlitatum tenuerat dictatorem ne ante meridiem signum dare posset: eo in noctem tractum erat certamen. Postera die deserta fuga castra Hernicorum, & faucij relictæ: quidam inuenti: agmenq; fugientium ab signis, cum præter moenia eorum infrequentia signa conspecta essent, fusum ac per agros trepida fuga palatum est. nec Romanis incruenta uictoria fuit, quarta pars militum amissa: & ubi haud minus iacturae fuit, aliquot equites Romani cecidere. Insequenti anno cum L. Sulpicius, & C. Licinius Caluus consules in Hernicos exercitum duxissent, neq; in agro hostibus Ferentinum urbem eorum uicissim cepissent, reuertentibus inde eis Tyburtes portas clausere. ea ultima fuit causa, cum multæ ante quærimoniae ultro citroq; iactatae essent, cur per scæciales rebus repetitis bellum Tyburti populo indiceretur. Dictatorem T. Quintium Penum eo anno fuisse satis constat, & magistrum equitum Sergium Cornelium Maluginensem. Macer Licinius comitorum habendorum causa & ab Licinio consule dictum scribit: quia collega comitia bello præferre festinante ut continuaret consulatum, obuiam eundem prauæ cupiditati fuerit. Quæ sita ea propriae familiae laus leuiorem autorem Licinium facit. cum mentionem eius rei in ætustioribus annalibus nullam inueniam, magis ut belli Gallici causa dictatorem creatum arbitret, inclinatur animus. eo certe anno Galli ad tertium lapidem Salaria uia trans pontem Anienis castra habuere. Dictator cum tumultus Gallici causa iustitium edixisset, omnes iuniores sacramento adiegit, ingentiq; exercitu ab urbe profectus in citeriore ripa Anienis castra posuit. Pons in medio erat, neutris cum rumpentibus, ne timoris indicium esset: prælia de occupando ponte crebra erant: nec qui potirentur, incertis uiribus satis discerni poterat. tum eximia corporis magnitudine in uacuum pontem Gallum processit: & quantum maxima uoce potuit, quem nunc inquit Roma fortissimum uirum habet, procedat agendum ad pugnam, ut noster duorum euentus ostendat utra gens bello sit melior. Diu inter primores iuuenum Romanorum silentium fuit, cum & abnuere certamen uererentur, & præcipuam sortem periculi petere nollent. tum T. Manlius L. Filius, qui patre à uexatione tribunicia uindicauerat, ex statione ad dictatorem pergit. iniussu tuo inquit imperator extra ordinem nunquam pugnauerim, non si certam uictoriam uideam. si tu permittis, uolo ego illi belluæ ostendere, quando adeo ferox præsulat hostium signis, me ex ea familia ortum, quæ Gallorum agmen ex rupe

Tarpeia

Tarpeia deiecit. Tum dictator maeste uirtute inquit, hac pietate in patre, patriamque T. Manli esto, perge, & nomen Romanum inuictum iuuantibus dijs presta. Armant inde iuuenem æquales: pedestre scutum capit, Hispano cingitur gladio, ad propiorem habili pugnam. armatum adornatumque aduersus Gallum stolide lætum, & (quoniam id quoque memoria dignum antiquis uisum est) linguam etiam ab irrisu exerentem, producunt. Recipiunt inde se ad stationem, & duo in medio armati spectaculi magis more, quam lege belli destituuntur, nequaquam uisu ac specie æstimantibus parces. corpus alteri magnitudine eximium, uersicolori ueste, pictisque & auro cælatis refulgens armis. media in altero militaris statura, modicaque in armis habilibus magis quam decoris species, non cantus, non exultatio, armorumque agitatio uana, sed perctus animorum iraque tacite plenum omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis distulerat. Vbi constitere inter duas acies tot circa mortalium animis spe metuque pendentibus: Gallus uelut moles superne imminens proiecto læua scuto in aduenientis arma hostis uanum cæsim cum ingenti sonitu ensem deiecit. Romanus mucrone surrecto cum scuto scutum inum perculisset, totoque corpore interior periculo uulneris factus insinuasset se inter corpus, armaque, uno alteroque subinde ictu uentrem, atque inguina hausit, & in spatium ingens ruentem porrexit hostem. iacentis inde corpus ab omni alia uexatione intactum uno torque spoliavit, quem respersum cruore collo circumdedit suo. Defixerat pauor cum admiratione Gallos. Romani alacres ab statione obuiam militi suo progressi, laudantes gratulantesque ad dictatorem perducunt. inter carminum propemodum incondita quedam militariter ioculantes Torquati cognomen auditum, celebratum deinde posteris etiam, familiarisque honori fuit. dictator coronam auream addidit donum, mirisque pro contione eam pugnam laudibus tulit. Et hercule tanti ea ad uniuersi belli euentum momenti dimicatio fuit, ut Gallorum exercitus proxima nocte relictis trepide castris in Tyburtem agrum, atque inde societate belli facta, comteatuque benigne ab Tyburtibus adiutus mox in Campaniam transierit. Ea fuit causa cur proximo anno C. Petilius Balbus coss. cum collega eius M. Fabio Ambusto Hernici prouincia euenisset, aduersus Tyburtes iussu populi exercitum duceret. ad quorum auxilium cum Galli ex Campania redissent, fœdæ populationes in Lauicano, Tusculanoque, & Albano agro haud dubie Tyburtibus ducibus sunt factæ. Et cum aduersus Tyburtem hostem duce coss. contenta respub. esset, Gallicus tumultus dictatorem creari coegit. creatus Q. Seruilius Hala T. Quintium magistrum equitum dixit: & ex autoritate patrum, si prospere id bellum euenisset, ludos magnos nouit. Dictator ad continendos proprio bello Tyburtes, consulari exercitu iussu manere, omnes iuniores nullo detrectante militiam sacramento adegit. Pugnatum haud procul porta Collina est totius uiribus urbis, in conspectu parentum coniugumque ac liberorum: quæ magna etiam absentibus hortamenta animi, tum subiecta oculis simul uerecundia, misericordiaque militem accendebant. Magna utrinque edita cæde, auertitur tandem acies Gallorum, fuga Tybur sicut arcem belli Gallici petunt. palati à coss. Petilio haud procul Tybure excepti, egressis ad opem ferendam Tyburtibus simul cum his intra portas compelluntur. Egregie cum ab dictatore, tum ab coss. gesta est res. Et coss. alter Fabius prælijs primum paruis, postremo una insigni pugna cum hostes totis adorti copijs essent, Hernicos deuincit. Dictator coss. in senatu, & apud populum magnifice collaudatis, & suarum quoque rerum illis remisso honore, dictatura se abdicauit. Petilius de Gallis Tyburtibusque geminum triumphum egit. Fabio satis uisum, ut ouans urbem iniret. Irridere Petilij triumphum Tyburtes: ubi enim eum secum acie conflixisse: spectatores paucos fugæ trepidationisque Gallorum extra portas egressos, postquam in se quoque fieri impetum uiderint, & sine discrimine obuios cædi, recepisse se in urbem. eam rem triumpho dignam uisam Romanis. ne nimis mirum magnumque censerent, tumultum exciere in hostium portis, maiorem ipsos trepidationem ante mœnia sua uisuros. Itaque infœquenti anno M. Popilio Lenate, Cn. Manlio coss. primo silentio noctis ab Tybure agmine infesto profecti ad urbem Romam uenerunt. terrorem repente ex somno excitationis subita res, & nocturnus pauor præbuit, ad hoc multorum inscitia qui, aut unde hostes aduenissent. clamatum tamen celeriter ad arma est, & portæ stationibus, murisque præsidijs firmati. & ubi

prima lux mediocrem multitudinē ante mœnia, neq; alium quàm Tyburtem hostem ostendit, duabus portis egressi consules, utrinq; aciem subeuntium iam muros aggrediuntur. apparuitq; occasione magis, quàm uirtute fretos uenisse: adeo uix primū impetum Romanorum sustinuerunt. quin etiam bono fuisse Romanis aduentum eorum constabat, orientemq; iam seditionem inter patres & plebem metu tam propinqui belli compressam. Alius aduentus hostium fuit proximo bello agris, quàm urbi terribilior. populabundi Tarquinienses fines Romanos maxime qua ex parte Hetruriam adiacent, peragrauere: rebúsque nequicquam repetitis, noui consules C. Fabius, & C. Plautius iussu populi bellum indixere: Fabioque ea prouincia, Plautio Hernici euenere. Gallici quoque belli fama increbrescebat: sed inter multos terrores solatio fuit pax Latinis petentibus data, & magna uis militum ab ijs ex fœdere uetusto, quod multis intermiserant annis, accepta. quo præsidio cum fulta res Romana esset, leuius fuit, quod Gallos mox Præneste uenisse, atq; inde circa Pedum confedisse auditum est. Dictatorem dici C. Sulpicium placuit: consul ad id accitus C. Plautius dixit. magister equitum dictatori additus M. Valerius. Hi robora militum ex duobus consularibus exercitiis electa aduersus Gallos duxerunt. Lentius id aliquanto bellum, quàm parti utriq; placebat, fuit: cum primo Galli tantum auidi certaminis fuissent: deinde Romanus miles ruendo in arma ac dimicationem, aliquantum Gallicam ferociam uinceret, dictatori neutique placebat, quando nulla cogeret res, fortunæ se committere aduersus hostem, quem tempus deteriore in dies, & locus alienus faceret, sine præparato comætu, sine firmo munimento morantem: ad hoc ijs animis corporibusq; quorū omnis in impetu uis esset, parua eadem languesceret mora. His consilijs dictator bellum trahebat: grauemq; edixerat pœnam, si quis iniussus in hostem pugnasset. milites ægre id patientes primo in stationibus uigilijsq; inter se dictatorem sermonibus carpere, interdum patres communiter increpare, quod non iussissent per consules geri bellum. electum esse eximium imperatorem, unicum ducem, qui nihil agenti sibi de cœlo deuolaturam in sinum uictoriam censeat. eadem deinde hæc interdum propalã, ac ferociora his iactare: se iniussu imperatoris aut dimicatu, aut agmine Romam ituros: immisceriq; militibus centuriones: nec in circulis modo fremere, sed iam in principijs ac prætorio in unum sermones confundi: atq; in contionis magnitudinem crescere turba, & uociferari ex omnibus locis ut extemplo ad dictatorem iretur: uerba pro exercitu faceret Sex. Tullius, ut uirtute eius dignum esset. Septimum primum pilum iam Tullius ducebat, neq; erat in exercitu, qui quidem pedestria stipendia fecisset, uir factis nobilior. is præcedens militum agmen ad tribunal pergit. mirantiq; Sulpicio nō turbam magis quàm turbæ principem Tullium imperijs obediētissimum militem, Scilicet dictator inquit condemnatū se uniuersus exercitus à te ignauitæ raturus, & propè ignominie causa destitutum sine armis, orauit me ut suam causam apud te agerem. Equidem sicubi loco cessum, si terga data hosti, si signa fœde amissa obijci nobis possent, tamen hoc à te impetrari æquum censerem, ut nos uirtute culpam nostram corrigere, & abolere flagitij memoriam noua gloria patereris. etiam ad Alliam fusæ legiones eandem, quã per pauorem amiserant, patriam profectæ postea ab Verijs uirtute recuperauere. nobis deum benignitate, felicitate tua populiq; Romani & res & gloria est integra: quanquam de gloria uix dicere ausim, si nos & hostes haud secus quàm fœminas abditos intra uallum omnibus contumelijs eludūt: & tu imperator noster, quod ægrius patimur, exercitum tuum sine animis, sine armis, sine manibus iudicas esse: & prius quàm expertus nos esses, de nobis ita desperasti, ut te mancorum ac debiliū ducem iudicares esse. quid enim aliud esse causæ credamus, cur ueteranus dux fortissimus bello compressis, quod aiūt, manibus sedeat: utcunq; enim se habeat res, te de nostra uirtute dubitasse uideri, quàm nos de tua uerius est. Sin autem nō tuū istuc, sed publicum est consilium, & consensus aliquis patrum, non Gallicum bellum nos ab urbe, à penatibus nostris ablegatos tenet: quæso ut quæ dicam, nō à militibus imperatori dicta censeas, sed à plebe patribus: quæ sicut uos uestra habeatis consilia, sic se sua habituram dicat. Quis tandem succenseat milites nos esse, non seruos uestros: ad bellum, nō in exilium missos: Si quis det signū, in aciem educat, ut uiris ac Romanis dignum sit pugnaturos: si nihil armis opus sit,

otium

otium Romæ potius quàm in castris acturos, hæc dicta sint patribus. Te imperator milites tuoramus, ut nobis pugnandi copiam facias: tum uincere cupimus, tum duce te uincere: tibi lauream insignem deferre, tecum triumphantes urbem inire: tuum sequentes currum Iouis Opt. Max. templum gratantes ouantesq; adire. Orationem Tullij exceperunt preces multitudinis: & undiq; ut signum daret, ut capere arma iuberet, clamabāt. Dictator quanquam rem bonam exemplo haud probabili actam censebat: tamen facturum quod milites uellent, se recepit: Tulliumq; secreto, quæ nam hæc res sit, aut quo acta more, percunctatur. Tullius magno petere à dictatore petere, ne se oblitum disciplinæ militaris, ne sui, neue imperatoriæ maiestatis crederet: multitudini concitatae, quæ fermè autoribus similis esset, non subtraxisse se ducem: nequis alius, qualem mota creare multitudo soleret, existeret. nam se quidè nihil non arbitrio imperatoris acturum. Illi quoq; tamen uidendum magnopere esse, ut exercitum in potestate haberet: differri non posse: adeo concitatos animos ipsos sibi locū, ac tempus pugnandi sumpturos, si ab imperatore nō detur. Dum hæc loquuntur, iumenta forte pascentia extra uallum Gallo abigenti duo milites Romani ademērūt. in eos saxa coniecta à Gallis: deinde ab Romana statione clamor ortus, ac procursum utrinq; est. Iamq; haud procul iusto prælio res erant: ni celeriter diremptum certamen per centuriones esset. Affirmata certe eo casu Tullij apud dictatorem fides est. nec recipiente iam dilationem re, in posterum diem edicitur acie pugnuros. Dictator tamen, ut qui magis animis quàm uiribus fretus ad certamē descenderet, omnia circumspicere atq; agitare cœpit, ut arte aliqua terrorem hostibus incuteret. solerti animo rem nouam excogitat: qua deinde multi nostri atq; externi imperatores, nostra quoq; quidam ætate usi sunt. mulis strata detrahi iubet: binisq; tantum centunculis relictis agasones partim captiuos, partim ægrorum armis ornatos imponit: his ferè mille effectis centum admiscet equites: & nocte super castra in montes euadere, ac syluis se occultare iubet, neq; inde ante moueri, quàm ab se acciperent signum. ipse ubi illuxit, in radicibus montium extendere aciem cœpit sedulo, ut aduersus montes consisteret hostis. Instructo iã uani terroris apparatu, qui quidem terror plus penè ueris uiribus profuit: primo credere duces Gallorū non descensuros in æquū Romanos: deinde ubi digressos repente uiderunt, & ipsi auidi certaminis in prælium ruunt: priusq; pugna cœpit, quàm signum ab ducibus daretur. Acrius inuasere Galli dextrū cornu: neq; sustineri potuissent, ni forte eo loco dictator fuisset. Sex. Tullium nomine increpans, rogansq; sicine pugnuros milites spondisset: ubi illi clamores sint arma poscentiū: ubi miæ iniussu imperatoris prælium inituros: en ipsum imperatorē clara uoce uocare ad prælium, & ire armatū ante prima signa. ecquis sequeretur eorum, qui modo ducturi fuerint: in castris feroces, in acie pauidi. Vera audiebant: itaq; tantos pudor stimulos admouit, ut ruerent in hostium tela alienatis à memoria periculi animis. hic primo impetus propè uecors turbauit hostes: eques deinde emissus turbatos auertit. Ipse dictator postquam labantem una parte uidit aciem, signa in læuum cornu cōfert, quò turbam hostiū congregari cernebat: & ijs, qui in monte erant, signum quod conuenerat, dedit. Vbi inde quoq; nouus clamor ortus, & tendere obliquo monte ad castra Gallorū uisi sunt: tum metu ne excluderentur, ommissa pugna est, cursuq; effuso ad castra ferebantur. ubi cum occurrisset eis M. Valerius magister equitum, qui profligato dextro cornu obequitabat hostium munimentis, ad montes syluasq; uertit fugam: plurimiq; ibi à fallaci equitum specie, agasonibusq; excepti sunt: & eorū, quos pavor pertulerat in syluas, atrox cædes post sedatum prælium fuit. Nec alius post M. Furium, quàm C. Sulpicius iustiorum de Gallis egit triumphum. auri quoq; ex Gallicis spolijs satis magnum pondus saxo quadrato septum in Capitolio sacravit. Eodem anno & à coss. uario euentu bellatū. nam Hernici à C. Plautio deuicti, subactiq; sunt. Fabius collega eius incaute atq; inconsulte aduersus Tarquinienses pugnavit: nec in acie tantum ibi cladis acceptum, quàm quod ccc vii milites Romanos captos Tarquinienses immolarunt. qua sceditate supplicij aliquanto ignominia populi Romani insignitior fuit. accessit ad eam cladem & uastatio Romani agri: quam Priuernates, Veliterni deinde incursione repentina fecerunt. Eodē anno duæ tribus Pomptina, & Publilia additæ. Ludi uotiuī, quos M. Furius dictator uouerat, facti. & de ambitu à C. Petilio

tribuno plebis autoribus patribus tum primum ad populum latum est: eaq̄ rogatione nouorum maxime hominum ambitionem, qui nundinas & conciliabula obire soliti erāt, compressam credebāt. Haud æque patribus læta insequenti anno C. Marcio, Cn. Manlio Coss. de unciario scœnore à M. Duellio, L. Menenio tribunis plebis rogatio est perlata: & plebs aliquantocum cupidius sciuit, accepitq̄. Ad bella noua priore anno destinata Falisci quoq̄ hostes exortiduplici crimine: quod & cum Tarquiniensibus iuuentus eorum militauerat: & eos, qui Faleros perfugerant, cum male pugnatum est, repetentibus scœcialibus Romanis nō reddiderant. ea prouincia Cn. Manlio obuēnit. Marcus exercitum in agrum Priuernatem, integrum pace longinqua induxit: militemq̄ præda impleuit. ad copiam rerum addidit munificentiam: quod nihil in publicum secernendo augenti rem priuatam militi fauit. Priuernates cum ante mœnia sua castris permunitis consedisent: uocatis ad contionem militibus, castra nunc inquit uobis hostium, urbemq̄ prædæ do: si mihi pollicemini uos fortiter in acie operam nauaturos: nec prædæ magis, quam pugne paratos esse. Signum poscunt ingenti clamore: celsiq̄, & spe haud dubia feroces in prælium uadunt: ibi ante signa Sex. Tullius, de quo ante dictum est, exclamat. aspice imperator inquit, quemadmodum exercitus tuus tibi promissa præster: piloq̄ posito, stricto gladio in hostem impetum facit: sequuntur Tullium antesignani omnes: primoq̄ impetu auertere hostem: fusum inde ad oppidum persecuti, cum iam Icalas mœnibus admoūerent, in deditionem urbem acceperunt. triumphus de Priuernatibus actus. Ab altero Coss. nihil memorabile gestum: nisi quod legem nouo exemplo ad Sutrium in castris tributim de uicesima eorum, qui manumitterentur, tulit. patres, quia ea lege haud paruū uectigal inopi ærario additum esset, autores fuerunt. cæterum tribuni plebis non tam lege quam exemplo moti, nequis postea populum seuocaret, capite sanxerunt. nihil enim non per milites iuratos in consulis uerba, quamuis perniciosum populo, si id liceret, fieri posse. Eodem anno C. Licinius Stolo à M. Popilio Lenate sua lege decem millibus æris est damnatus: quod mille iugerum agri cum filio possideret, emancupandoq̄ filium fraudem legi fecisset. Noui Coss. inde M. Fabius Ambustus I I & M. Popilius Lenas I I duo bella habuere: facile alterum cum Tyburibus, quod Lenas gessit: qui hoste in urbem compulso agros uastauit. Falisci, Tarquiniensescq̄ alterum consulem prima pugna fuderunt. inde terror maximus fuit: quod sacerdotes eorum facibus ardentibus, anguibsq̄ prælatis incessu furiali militem Romanum insueta turbauerunt specie: & tunc quidem uelut lymphati, & attoniti munimentis suis trepidoadgrmine inciderunt. deinde ubi consules, legatq̄, ac tribuni puerorum ritu uana miracula pauentes irridebant, increpabantq̄, uertit animos repente pudor: & in ea ipsa, quæ fugerant, uelut cæci ruebant. discusso itaq̄ uano apparatu hostium cum in ipsos armatos se intulissent, auerterunt totam aciem: castrisq̄ etiam eo die potiti, præda ingenti parta uictores reuerterunt militaribus iocis cum apparatus hostium, tum suum increpantes pauorem. Concitatur deinde omne nomen Hetruscum: & Tarquiniensibus Faliscisq̄ ducibus ad Salinas perueniunt. aduersus eum terrorem dictator C. Marcus Rutilius primus de plebe dictus magistrum equitum item de plebe C. Plautium dixit. Id uero patribus indignum uideri, etiam dictaturam iam in promiscuo esse: omniq̄ ope impediabant nequid dictatori ad id bellum decerneretur, pararetur. eo promptius cuncta ferente dictatore populus iussit. profectus ab urbe utraq̄ parte Tyberis, ratibus exercitu quocunq̄ fama hostium ducebat traiecto, multos populatores agrorum uagos, palantes oppressit: castra quoque nec opinato aggressus cepit. & VI I I millibus hostium captis, cæteris aut cæsis, aut ex agro Romano fugatis, sine autoritate patrum populi iussu triumphauit. Quia nec per dictatorem plebeium, nec per consulem, comitia consularia haberi uolebant: & alter consul Fabius bello retinebatur: res ad interregnum redit. Interreges deinceps Q. Seruilius Hala, M. Fabius, Cn. Manlius, C. Fabius, C. Sulpicius, L. Aemilius, Q. Seruilius, M. Fabius Ambustus. In secundo interregno orta contentio est: quod duo patricij consules creabantur: intercedentibusque tribunis interrex Fabius aiebat in XII tabulis legem esse: ut quodcunq̄ postremum populus iussisset, id ius ratumq̄ esset, iussum populi & suffragia esse. Cum intercedendo tribuni nihil aliud, quam ut differrent

differrent comitia ualissent: duo patricij Coss. creati sunt C. Sulpicius Peticus tertium, M. Valerius Publicola: eodemq; die magistratum inierunt. Quadringentesimo anno quam urbs Romana condita erat, quinto tricesimo quam à Gallis recepta, ablato post nonum annum à plebe consulatu, patricij Coss. ambo ex interregno magistratum iniere C. Sulpicius Peticus tertium, M. Valerius Publicola. Empulum eo anno ex Tyburtibus haud memorando certamine captum: siue duorum Coss. auspicio bellum ibi gestum est, ut scripsere quidam: seu per idem tempus Tarquiniensium quoq; sunt uastati agri ab Sulpicio Cos. quo Valerius aduersus Tyburtibus legiones duxit. Domi maius certamen Coss. cum plebe ac tribunis erat. fidei iam suæ, non solum uirtutis ducebant esse, ut accepissent duo patricij cōsulatum, ita ambobus patricijs mandare. quin aut toto cedendum esse, si plebeius iam magistratus fiat consulatus: aut possidendum totum, quam possessionem integrā à patribus accepissent. Plebs contrā fremit. quid se uiuere? quid in parte ciuium censerit? si quod duorum hominum uirtute L. Sextij, ac C. Licinij partum sit; id obtinere uniuersi nō possint: uel reges, uel decemuiros, uel si quod tristius sit imperij nomen, patiendum esse potius, quam ambos patricios Coss. uideant, nec inuicem pareatur, atq; imperetur, sed pars altera in æterno imperio locata plebem nusquam aliō natam q̄ ad feruendum putet. Non desunt tribuni autores turbarum: sed inter concitatos per se omnes uix duces eminent. Aliquoties frustra in campum descensum cum esset, multiq; per seditiones acti comitiales dies: postremo uictæ perseuerantia Coss. plebis eò dolor erupit, ut tribunos actum esse de libertate uociferantes, relinquendumq; non campum iam solum, sed etiam urbem captam atq; oppressam regno patriciorum, mœsta plebs sequeretur. Consules relicti à parte populi per infrequentiam comitia nihilo segnus perficiunt. creati consules ambo patricij M. Fabius Ambustus tertium, T. Quintius. In quibusdam annalibus pro T. Quintio M. Popilium Cos. inuenio. Duo bella eo anno prospere gesta: cum Tyburtibusq; ad deditionem pugnatum. Sessula ex his urbs capta. cæteraq; oppida eandem fortunam habuissent, ni uniuersa gens positis armis in fidem consulis uenisset. triumphatū de Tyburtibus: alioquin mitis uictoria fuit. In Tarquinienses acerbè sæuitum, multis mortalibus in acie cæsis: ex ingenti captiuorum numero cccclviii delecti nobilissimus quisq;, qui Romam mitteretur: uulgus aliud trucidatum. nec populus in eos, qui missi Romam erant, mitior fuit. medio in foro domnes uirgis cæsi ac securi percussi. id pro immolatis in foro Tarquiniensium Romanis pœnæ hostibus redditum. Res bello bene gestæ ut Samnites quoq; amicitiam peterent, effecerunt. legati eorum comiter ab senatu responsum: scedere in societatem accepti. Non eadem domi, quæ militiæ, fortuna erat plebi Romanæ. nā etsi unciario scenore facto leuata usura erat: forte ipsa obruebantur inopes: nexumq; inibant. eo nec patricios ambo cōsules, nec comitorum curam, publicæue studia præ priuatis incommodis plebs ad animum admittebat. Consulatus uterq; apud patricios manet. Consules creati, C. Sulpicius Peticus quartum, M. Valerius Publicola iterum. In bellum Hetruscum intentam ciuitatem, quia Cæritem populum misericordia con sanguinitatis Tarquiniensibus adiunctum fama ferebat: legati Latini ad Volscos conuerrere, nuntiantes: exercitum conscriptum, armatumq; iam suis finibus imminere: inde populabundos in agrum Romanum uenturos esse. Censuit igitur senatus neutram negligendam rem esse. utroq; legiones scribi: consulesq; sortiri prouincias iussit. Inclinauit deinde pars maior curæ in Hetruscum bellum: postquam literis Sulpicij consulis, cui Tarquinij prouincia euenerat, cognitum est: depopulatum agrum circa Romanas salinas: prædæq; partem in Cæritum fines auctam, & haud dubie iuuentutem eius populi inter prædatores fuisse. Itaq; Valerium cōsulem Volscis oppositum, castraq; ad finem Tusculanum habentem, reuocatū inde senatus dictatorem dicere iussit. T. Manlium Lucij filium dixit. Is, cum sibi magistrum equitum A. Cornelium Cossium dixisset: consulari exercitu contentus, ex autoritate patrum ac populi iussu Cæritibus bellum indixit. Tum primum Cærites tanquam in uerbis hostium uis maior ad bellum significandum, q̄ in suis factis, qui per populationem Romanos lacefferant, esset, uerus belli terror inuasit: & q̄ non suarū uirium ea dimicatio esset, cernebant: pœnitebatq; populationis. & Tarquinienses execrabantur defectionis autores: nec arma, aut bellum quisquam apparare sed

sed pro se quisque legatos mitti iubebat ad petendam erroris ueniam. Legati senatum cum adissent, ab senatu reiecti ad populum, deos rogauerunt, quorum sacra bello Gallico accepta rite procurassent: ut Romanos florentes ea sui misericordia caperet: quæ se rebus adfectis quondam populi Romani cepisset: conuersisque ad delubra Vestæ, hospitium flaminum, uestaliumque ab se caste ac religiose cultum inuocabant. Eane meritos crederet quisquam, hostes repente sine causa factos: aut si quid hostiliter fecissent: consilio id magis, quam furore lapsos fecisse: ut sua uetera beneficia, locata præsertim apud tam gratos, nouis corrumpere maleficijs: florentemque populum Romanum ac felicissimum bello sibi desumerent hostem, cuius afflictæ amicitiam cepissent: ne appellarent consilium, quæ uis ac necessitas appellanda esset. Transcuntes agmine infesto per agrum suum Tarquinientes, cum præter uiam nihil petissent, traxisse quosdam agrestium populationis eius, quæ sibi crimini detur, comites. eos, seu dedi placeat, dedere se paratos esse: seu supplicio affici, daturus pœnas. Cære sacrarium populi Romani, diuerforium sacerdotum, ac receptaculum Romanorum sacrorum, intactum inuolatumque crimine belli, hospitio Vestalium cultisque dijs darent. Mouit populum non tam causa præsens quam uetus meritum, ut maleficijs quam beneficijs potius immemores essent. itaque pax populo Cæriti data: induciasque in centum annos factas in senatusconsulta referri placuit. In Faliscos eodem noxios crimine uis belli conuersa est: sed hostes nusquam inuenti. Cum populatione peragrati fines essent ab oppugnatione urbium temperatum: legionibusque Romam reductis reliquum anni muris turribusque reficiendis consumptum, & ædes Apollinis dedicata est. Extremo anno comitia consularia certamen patrum ac plebis diremit: tribunis negantibus passuros comitia haberi, nisi secundum Liciniam legem haberentur: dictatore obstinato tollere potius totum est reipublicæ consulatum, quam promiscuum patribus ac plebi facere. Prolatandis igitur comitijs cum dictator magistratu abisset: res ad interregnum rediit. Infestam inde patribus plebem interreges cum accepissent, ad undecimum interregem seditionibus certatum est. Legis Liciniae patrocinium tribuni iactabant: propior dolor plebi scenoris ingrauescentis erat: curaque priuata in certaminibus publicis erumperebat. quorum tedio patres L. Cornelium Scipionem interregem concordiae causa obseruare legem Liciniam comitijs consularibus iussere. P. Valerius Publicolæ datus est plebe collega C. Marcius Rutilius. Inclinatæ semel in concordiam animis, noui consules scenobrem quoque rem, quæ distingere unanimes uidebatur, leuare aggressi, solutionem alieni æris in publicam curam uerterunt: quinqueuiris creatis, quos mensarios ab dispensatione pecuniæ appellarunt. Meriti æquitate curaque sunt, ut per omnium annalium monumenta celebres nominibus essent. fuere autem C. Duellius, P. Decius Mus, M. Papyrius, Q. Publius, & T. Aemylius: qui rem difficillimam tractatu, & plerumque parti utriusque, semper certe alteri grauem, cum alia moderatione, tum impendio magis publico, quam iactura sustinuerunt. tarda enim nomina, & impeditiora inertia debitorum quam facultatibus, aut ærarium mensis cum ære in foro positus dissoluit, ut populo prius caueretur: aut æstimatio æquis rerum pretijs liberauit, ut non modo sine iniuria, sed etiam sine querimonijs partis utriusque exhausta uis ingens æris alieni sit. Terror inde uanus belli Hetrusci, cum coniuirasse duodecim populos fama esset, dictatorem dici coegit. dictus in castris (eodem enim ad consules missum senatusconsultum est) C. Iulius: cui magister equitum adiectus L. Aemylius. Cæterum foris tranquilla omnia fuerunt. Tentatum domi per dictatorem ut ambo patricij consules crearentur, rem ad interregnum perduxit. duo interreges C. Sulpicius, & M. Fabius interpositi obtinere, quod dictator frustra tetenderat: mitiore iam plebe ob recens meritum leuati æris alieni, ut ambo patricij consules crearentur. creati ipse C. Sulpicius Peticus, qui prior interregno abijt: & T. Quintius Pœnus. quidam Cesonem, alij C. cognomen Quintio adiiciunt. Ad bellum ambo profecti, Faliscum Quintius, Sulpicius Tarquinientem, nusquam acie congresso hoste, cum agris magis quam cum hominibus, urendo populandoque, gesserunt bella. cuius lentæ uelut tabis senio uicta utriusque pertinacia populi est, ut primum a consulibus, dein permissu eorum ab senatu inducias peterent in quadraginta annos impetrauerunt. Ita posita duorum bellorum, quæ imminebant, cura, dum aliqua ab armis quies esset: quia solutio æris alieni multarum rerum mutauerat dominos,

censum

censuram agi placuit. cæterum, cum censoribus creandis indicta comitia essent: professus se petere censuram C. Marcius Rutilius, qui primus dictator de plebe fuerat: concordiam ordinum turbauit. quod uidebatur quidem tempore alieno fecisse: quia ambo tum forte patricij consules erant: qui rationem eius se habituros negabant. sed & ipse constantia inceptum obtinuit: & tribuni omni uir recuperando ius consularibus comitijs amissum, adiuuerunt. & cum ipsius uiri maiestas nullius honoris fastigium nõ æquabat, tum per eundem, qui ad dictaturam aperuisset uiam, censuram quoq; in partem uocari plebs uolebat. Nec uariatum comitijs est, quin cum Manlio Næuio censor Marcius crearetur. Dictatorem quoq; hic annus habuit M. Fabium, nullo terrore belli, sed ne Licinia lex comitijs consularibus obseruaretur. Magister equi dictatori additus Q. Seruilius. nec tamen dictatura potentio rem eum cõsensum patrum consularibus comitijs fecit, quàm censorijs fuerat. M. Popilius Lenas à plebe consul, à patribus L. Cornelius Scipio datus. Fortuna quoq; illustriorem plebeium consulem fecit. nam cum ingentem Gallorum exercitum in agro latino castra posuisse nuntiatum esset: Scipione graui morbo implicito Gallicum bellum Popilio extra ordinem datum. Is impigre exercitu scripto cum omnes extra portam Capenam ad Martis ædem conuenire armatos iussisset: signaq; eodem questores ex ærario deferre: quatuor expletis legionibus, quod superfuit militum, P. Valerio Publicolæ prætori tradidit: autor patribus scribendi alterius exercitus, quod ad incertos belli euentus subsidium reipub. esset. Ipse iam satis omnibus instructis, comparatisq; ad hostem pergit. cuius ut prius nosceret uires, quàm periculo ultimo tentaret: in tumultu, quem proximum castris Gallorum capere potuit, uallum ducere cœpit. Gens ferox, & ingenij auidi ad pugnam, cum procul uisis Romanorum signis ut extemplo prælium initura explicuisset aciem: postquam neque in æquum dimitti agmen uidit, & cum loci altitudine, tum uallo etiam tegi Romanos: percussos pauore rata, simul opportuniore, quod intenti tum maxime operi essent, truci clamore aggreditur. Ab Romanis nec opus intermissum: triarij erant, qui munitabant: & ab hastatis principibusq; qui pro munitoribus intenti armatiq; steterant, prælium initum. Præter uirtutem locus quoq; superior adiuuit, ut pila omnia hastæq; non tauquam ex æquo missa, uana (quod plerunq; fit) caderent, sed omnia librata ponderibus figerentur. oneratiq; telis Galli, quibus aut corpora transfixa, aut prægrauata in hærentibus gerebant scuta: cum cursu penè in aduersum subsissent, primo incerti resistere: dein cum ipsa cunctatio & his animos minuisset, & auxisset hosti, impulsi retro ruere alij super alios: stragemq; inter se cæde ipsa ferociorem dare. adeo præcipiti turba obriti plures, quàm ferro necati. Necdum certa Romanis uictoria erat. alia in campum digressis supererat moles. namq; multitudo Gallorum sensum omnem talis damni exuperans, uelut noua rursus ex oriente acie integrum militem aduersus uictorem hostem ciebat. stetitq; suppresso impetu Romanus, & quia iterum fessis subeunda dimicatio erat, & quod consul, dum inter primores incautus agitat, læuo humero matari prope traiecto cesserat parumper ex acie. Iamq; ommissa cunctando uictoria erat, cum consul uulnere alligato reuectus ad prima signa, quid stas miles: inquit. non cum Latino Sabinoq; hoste res est, quem uictum armis socium ex hoste facias. in belluas strinximus ferrum: hauriedus aut eladus est sanguis. propulistis à castris, supina ualle præcipientes egistis, stratis corporibus hostium superstatis. complete eadē strage campos, qua montes replestis. nolite expectare, dum stantes nos fugiant. inferenda sunt signa, & uadendum in hostem. His adhortationibus iterum coorti pelunt loco primos manipulos Gallorum, cuneis deinde in medium agmen perumpunt. Inde barbari dissipati, quibus nec certa imperia, nec duces essent, uertunt impetum in suos: fusiq; per campos, & præter castra etiam sua fuga prælati, quod editissimum inter æquales tumultos occurrerat oculis, arcem Albanam petunt. Consul nõ ultra castra insecutus, quia & uulnus degraubat, & subijcere exercitum pugna fessum nouo labori nolebat, à persequendo hoste continuit, tumulis ab hoste occupatis. Præda omni castrorum militi data, uictorem exercitum, opulentumq; Gallicis spolijs Romam reduxit. moram triumpho uulnus consulis attulit. eademq; causa dictatoris desiderium senatui fecit, ut esset qui agris consularibus comitia haberet. Dictator L. Furius Camillus dictus, addito magistro equitum P. Cornelio Scipione, reddidit patribus possessionem pristinam

pristinam cōsulatus. ipse ob id meritum ingenti patrū studio creatus consul, collegā Ap. Clau-
 dium Crassum dixit. Priusquam inirent noui consules magistratum, triumphus à Popilio de
 Gallis actus magno fauore plebis: mussantesq; inter se rogabant: num quem plebei cōsul-
 lis pœniteret: simul dictatorem increpabant: qui legis Liciniæ spretæ mercedem consulatum
 priuata cupiditate, quàm publica iniuria fœdiorem, cepisset: ut se ipse consulem dictator crea-
 ret. Annus multis, uarijsq; motibus fuit insignis. Galli ex Albanis mōtibus, quia hyemis ulm
 pati nequuerant: per campos, maritimāq; loca uagi populabantur. Mare infestum classibus
 Græcorum erat: oraq; litoris Antiatis, Laurensq; tractus, & Tyberis hostia: ut prædones ma-
 ritimi cum terrestribus congressi ancipiti semel prælio decertarēt: dubijq; disceserint in castra
 Galli, Græci retro ad naues, uictos se, an uictores putarent. Inter hos longe maximus extitit
 terror: concilia populorum Latinorum ad lucum Ferentinæ habita: responsumq; haud ambig-
 uum imperantibus milites Romanis datum: absisterent imperare ijs, quorū auxilio egerent.
 Latinos pro sua libertate potius, quàm pro alieno imperio laturos arma. Inter duo simul bel-
 la externa defectione etiam sociorum senatus anxius, cum cerneret metu tenēdos, quos fides
 non tenuisset: extendere omnes imperij uires cōsules delectu habendo iussit. ciuili quippe stan-
 dum exercitu esse, quando socialis cœtus desereret. Vndiq; non urbana tantū, sed etiam agre-
 sti iuuentute decem legiones scriptæ dicuntur, quaternum millium & ducenorum peditum, e-
 quitumq; trecenorum. quem nunc nouum exercitum, si qua externa uis ingruat: hæ uires po-
 puli Romani, quas uix terrarū capit orbis, contracte in unum haud facile efficiat. adeo in quæ
 laboramus sola creuimus, diuitias luxuriāq;. Inter cætera tristitia eius anni cōsul alter Ap. Clau-
 dius in ipso belli apparatu moritur. redierantq; res ad Camillum: cui unico cōsuli uel ob aliam
 dignationem haud subijciendam dictaturæ, uel ob omen faustum ad Gallicum tumultum co-
 gnominis, dictatorem arrogari haud satis decorum uisum est patribus. Consul duabus legio-
 nibus urbi præpositis, octo cum L. Pinario prætore diuisis, memor paternæ uirtutis Gallicum
 sibi bellum extra sortem sumit: prætorem maritimam oram tutari, Græcosq; arcere litoribus
 iussit. & cum in agrum pomptinum descendisset: quia neq; in campis congregi nulla cogente
 re uolebat: & prohibendo populationibus, quos rapto uiuere necessitas cogeret, satis domari
 credebat hostem: locum idoneum stauis delegit. Vbi cum stationibus quieti tempus tere-
 rent, Gallus processit magnitudine atq; armis insignis: quatiensq; scutum hasta cum silerium
 fecisset, prouocat per interpretem unum ex Romanis, qui secū ferro decernat. Marcus erat Va-
 lerius tribunus militum, adolescens: qui haud indigniorem eo decore se, q̄ T. Manlium ratus,
 prius sciscitatus consulis uoluntatem, in mediū armatus processit. Minus insigne certamen hu-
 manum numine interposito deorum factum. nanq; conserenti iam manum Romano coruus
 repente in galea confedit in hostem uersus. quod primo ut augurium cœlo missum lætus acce-
 pit tribunus: precatus deinde si diuus, si diua esset, qui sibi præpetem misisset, uolens propitius
 adesset. dictu mirabile: tenuit nō solum ales captā semel sedem: sed quotiescunq; certamen ini-
 tum est, leuans se alis, os oculosq; hostis rostro & unguibus appetijt: donec territum prodigij
 talis uisu, oculisq; simul ac mente turbatum Valerius obrūcat. coruus è conspectu elatus ori-
 entem petit. Hactenus quietæ utrinq; stationes fuere. Postq; spoliare corpus cæsi hostis tribu-
 nus cœpit, nec Galli se statione tenuerūt, & Romanorum cursus ad uictorem etiam ocior fuit.
 ibi circa iacētis Galli corpus cōtracto certamine, pugna atrox concitat. Iam nō manipulis pro-
 ximarum stationū, sed legionibus utrinq; effusis res geritur. Camillus lætum militem uictoria
 tribuni, lætum tam præsentibus ac secundis dñs, ire in prælium iubet. ostentansq; insignē spo-
 lijs tribunū, hūc imitare miles, aiebat: & circa iacētē ducem sterne Gallorum cateruas. Dñs ho-
 minesq; illi affuere pugnae: depugnatumq; haud quaquā certamine ambiguo cum Gallis est.
 adeo duorum militum euentum, inter quos pugnatū erat, utraq; acies animis præceperat. In-
 ter primos, quorum concursus alios exciuerat, atrox prælium fuit: alia multitudo, priusquam
 ad coniectū teli ueniret, terga uertit. primo per Volscos falernumq; agrum dissipati sunt: inde
 Apuliam ac mare inferū petierunt. Consul contione aduocata laudatū tribunum decē bobus
 aureaq; corona donat. ipse iussus ab senatu bellum maritimum curare, cum prætore iunxit ca-
 stra

stra. ibi, quia res trahi segnitia Græcorum non cōmittentium se in aciem uidebantur: dictato-
rem comitorū causa T. Manlium Torquatū ex autoritate senatus dixit. Dictator magistro
equitum A. Cornelio Cossō dicto consularia comitia habuit, æmulūq; decoris sui absentem
M. Valerium Coruinum (id enim illi deinde cognominis fuit) summo fauore populi treis &
uiginti natum annos cōsulem renuntiauit. collega Coruino de plebe M. Popilius Lenas IIII
consul futurus datus est. Cum Græcis à Camillo nulla memorabilis gesta res, nec illi terra;
nec Romanus mari bellator erat. Postremo cū litoribus arcerent, aqua etiā præter cætera ne
cessaria usui deficiēte, Italiā reliquere. Cuius populi ea cuiusq; gētis classis fuerit, nihil certi est:
maxime Siciliae fuisse tyrannos crediderim. nam ulterior Græcia ea tempestate intestino fessa
bello iam Macedonū opes horrebat. Exercitibus dimissis cum & foris pax, & domi cōcor-
dia ordinū otium esset, ne nimis lætæ res essent, pestilentia ciuitatem adorta coegit senatū im-
perare decemuiris, ut libros Sibyllinos inspicerēt, eorumq; monitu lectisterniū fuit. Eodem
anno Sarricū ab Antiatis colonia deducta, restitutaq; urbs quā Latini diruerant. Et cum
Carthaginensibus legatis Romæ fœdus ictum, cum amicitia ac societate petentes uenissent:

Idem otium domi forisq; mansit, T. Manlio Torquato, C. Plautio secundū coss. semū-
ciarium tantū ex unciario fœnus factum, & in pensiones æquas trienni, ita ut quarta præsens
esset, solutio æris alieni dispensata est. & sic quoq; parte plebis affecta, fides tamen publica pri-
uatis difficultatibus potior ad curam senatui fuit. leuata maximæ res, quia tributū ac delectū
superfessum. Tertio anno post Sarricū restitutū à Volscis, M. Valerius Coruinus secundū
coss. cum C. Petilio factus, cum ex Latio nuntiatū esset, legatos ab Antio circūire populos La-
tinorum ad concitandū bellum: priusq; plus hostium fieret, Volscis arma inferre iussus, ad Sa-
tricum exercitu infesto pergit. quō cum Antiates, aliq; Volsci præparatis iam ante, siquid ab
Roma moueretur, copijs occurrissent: nulla mora inter infensos diutino odio dimicandi facta
est. Volsci ferocior ad rebellandū q; ad bellandū gens, certamine uicti fuga effusa Sarrici mœ-
nia petūt. & ne in muris quidem satis firma spe, cum corona militū cincta iam scalis caperetur
urbs, ad quatuor millia præter multitudinē imbellem, sese dedidere. oppidum dirutum atq; in-
censum. ab æde tantum matris Matutæ abstinuere ignem. præda omnis militi data, extra præ-
dam quatuor millia deditorum habita. eos uinctos consul ante currum triumphans egit: uen-
ditis deinde, magnam pecuniam in ærariū redegit. Sunt qui hanc multitudinē captiuam seruo-
rum fuisse scribant. idq; magis uerisimile est q; deditos uenisse. Hos consules secuti sunt
M. Fabius Dorso, Ser. Sulpicius Camerinus. Auruncū inde bellum ab repentina popula-
tione cœptū. metuq; ne id factum populi unius consiliū omnis nominis Latini esset: dictator
uelut aduersus armatū iam Latium L. Fufius creatus, magistrū equitum Cn. Manliū Capitolī-
num dixit. & cum (quod per magnos tumultus fieri solitū erat) iustitio indicto delectus sine
uacationibus habitus esset: legiones quantū maturari potuit, in Aurūcos ducte. ibi prædonum
magis q; hostium animi inuenti. prima itaq; acie debellatū est. Dictator tamen, quia & ultro
bellum intulerant: & sine detrectatione se certamini offerebant: deorū quoq; opes adhibēdas
ratus, inter ipsam dimicationē ædem Iunoni Monetæ uouit. cuius damnatus uoti, cum uictor
Romā reuertisset, dictatura se abdicauit. Senatus duumuiros ad eandem ædem pro amplitu-
dine PR faciendam creati iussit. locus in arce destinatus, quæ arca ædium M. Manlii Capito-
lini fuerat. Consules dictatoris exercitu ad bellum Volscum usi, Soram ex hostibus, incautos
adorti, ceperunt. Anno postq; uota erat, ædes Monetæ dedicatur, C. Marcio Rutilio III,
T. Manlio Torquato II coss. Prodigium extemplo dedicationem secutum, simile uetu-
sto montis Albani prodigio. namq; & lapidibus pluit, & nox interdium uisa intendi. librisq; in-
spectis, cum plena religione ciuitas esset, senatui placuit dictatorem feriarum cōstituendarum
causa dici. dictus P. Valerius Publicola, magister equitum ei Q. Fabius Ambustus datus est:
Non tribus tantū supplicatum ire placuit, sed finitimos etiam populos: ordoq; ijs quo quisq;
die supplicarēt, statutus. Iudicia eo anno populi tristia in sceneratores facta. quibus ab ædi-
libus dicta dies esset, tradunt. Et res haud ulla insigni ad memoriam causa ad interregnum re-
diit. Ex interregno, ut id actum uideri posset, ambo patricij cōsules creati sunt, M. Valerius

p Coruinus

Coruinus III, A. Cornelius Cossus. Maiora iam hinc bella & uiribus hostium, & longinquitate uel regionum, uel temporum spatio, quibus bellatum est, dicentur. namq; eo anno aduersus Samnites, gentem opibus, armisq; ualidam mota arma. Samnitium bellū ancipiti Marte gestū Pyrrhus hostis, Pyrrhum Pœni secuti. quanta rerū moles? quoties in extrema periculorum uentum: ut in hanc magnitudinem, quæ uix sustinetur, erigi imperiū posset? Belli autem causa cū Samnitibus Romanis, cū societate amicitiaq; iuncti essent, extrinsecus uenit, nō orta inter ipsos est. Samnites Sidicinis iniusta arma, quia uiribus plus poterant cum intulissent, coacti inopes ad opulentiorū auxiliū cōfugere, Campanis sese coniungunt. Campani magis nomē ad præsiidiū sociorum, quàm uires cū attulissent, fluentes luxu ab duratis usu armorum in Sidicino pulsi agro, in se deinde molem omnē belli uerterūt. namq; Samnites omisis Sidicinis, ipsam arcem finitimorū, Campanos adorti: unde æque facilis uictoria, prædæ atq; gloriæ plus esset: Tifata imminentes Capuæ colles cū præsidio firmo occupassent, descendunt inde quadrato agmine in planiciē, quæ Capuam Tifataq; interiacet. ibi rursus acie dimicatum. aduersoq; prælio Campani intra mœnia compulsi, cū robore iuuentutis suæ acciso nulla propinqua spes esset, coacti sunt ab Romanis petere auxiliū. Legati introducti in senatum maxime in hanc sententiam locuti sunt. Populus nos Campanus legatos ad uos ꝑ c misit, amicitiam in perpetuū, auxiliū præsens à uobis petitum. quam si secundis rebus nostris petissemus, sicut cœpta celerius, ita infirmiore uinculo contracta esset. tunc enim, ut qui ex æquo nos uenisse in amicitiam meminissemus, amici forsitan pariter ac nunc, subiecti atque obnoxij uobis minus essemus. nunc misericordia uestra cōciliati, auxiliūq; in dubijs rebus defensi, beneficium quoq; acceptū colamus oportet, ne ingrati, atq; omni ope diuina humanaq; indigni uideamur. Neq; hercule, quod Samnites priores amici sociiq; uobis facti sunt, ad id ualere arbitror, ne nos in amicitia suscipiamur: sed ut uetustate, & gradu honoris nos præstent. neq; enim scœdere Samnitiū, nequa noua iungeretis scœdera, cautū est. Fuit quidem apud uos semper satis iusta causa amicitie, uelle eū uobis amicū esse, qui uos appeteret. Campani, etsi fortuna præsens magnifice loqui prohibet, nō urbis amplitudine, non agri ubertate ulli populo præterq; uobis cedentes, haud parua (ut arbitror) accessio bonis rebus uestris in amicitiam uenimus uestram. Acquis, Volscisq; æternis hostibus huius urbis, quandocunq; se mouerint, ab tergo erimus: & quod uos pro salute nostra priores feceritis, id nos pro imperio uestro, & gloria semper faciemus. Subactis ijs gentibus, quæ inter nos, uosq; sunt, quod propediē futurū spondet & uirtus & fortuna uestra, continens imperium usq; ad nos habebitis. Acerbum & miserū est, quod fateri nos fortuna nostra cogit. eō uentum est ꝑ c, ut aut amicorū, aut inimicorū Campani simus. si defenditis, uestri: si deseritis, Samnitium erimus. Capuam ergo, & Campaniam omnem uestris, an Samnitium uiribus accedere malitis, deliberate. Omnibus quidem Romani uestram misericordiam, uestrumq; auxiliū equum est patere: ijs tamen maxime, qui eam implorantibus alijs auxiliū dum supra uires suas præstant, omnes ipsi in hanc necessitatē uentunt. quanq; pugnauimus uerbo pro Sidicinis, re pro nobis, cū uideremus finitimū populū nefario latrocinio Samnitiū peti: & ubi conflagrassent Sidicini, ad nos traiecturū illud incendium esse. Nec enim nūc, quia dolent iniuriam acceptam Samnites, sed quia gaudēt oblatam sibi esse causam, oppugnatū nos ueniūt. an si ultio iræ hæc, & nō occasio cupiditatis explendæ esset, parū fuit quod semel in Sidicino agro, iterū in Campania ipsa legiones nostras cecidere: quæ est ista tam infesta ira, quā per duas acies fusus sanguis explere nō potuerit: adde huc populationem agrorū, prædas hominū atq; pecudū actas, incendia uillarū, ac ruinas, omnia ferro igniq; uastata. Hincine ira expleri nō potuit? Sed cupiditas explenda est: ea ad oppugnantiam Capuam rapit. aut delere urbem pulcherrimam, aut ipsi possidere uolūt. Sed uos potius Romani beneficio uestro occupate eam, quàm illos habere per maleficiū sinatis. Non loquor apud recusantē iusta bella populū, sed tamen si ostenderitis auxilia uestra, ne bello quidē arbitror uobis opus fore. usq; ad nos contemptus Samnitiū peruenit, supra nō ascendit. itaq; umbra uestri auxiliij Romani tegi possumus: quicquid deinde habuerimus, quicqd ipsi fuerimus, uestrum id omne existimaturi. Vobis arabitur ager campanus, uobis Capua urbs frequen-

tabitur

tabitur: conditorū, parentū, deorum immortalīū numero nobis eritis. nulla colonia uestra erit, quæ nos obsequio erga uos, fideq; superet. Annuite patres conscripti nutū numenq; uestrum inuictum Campanis, & iubete sperare incolumem Capuam futurā. Qua frequentia omnium generū multitudinis prosequente creditis nos illinc profectos: quàm omnia uotorū lachrymarūq; plena reliquisse: in qua nunc expectatione senatū populūq; Campanū, coniuges liberosq; nostros esse? stare omnem multitudinē ad portas, uiam hinc ferentem prospectātes certum habeo, quid illis nos p̄ c̄ sollicitis ac pendentibus animis renuntiare iubeatis. Alterum responsum salutem, uictoriam, lucem ac libertatem: alterū ominari horreo, quæ ferat. Proinde ut aut de uestris futuris socijs atq; amicis, aut nusq; ullis futuris nobis consulite. Summotis deinde legatis cum cōsultus senatus esset: etsi magnæ parti urbs maxima opulentissimaq; Italiæ, uberrimus ager, mariq; propinquus ad uarietates annonæ horreum populi Romani fore uidebatur: tamen tanta utilitate fides antiquior fuit. responditq; ita ex autoritate senatus consul. Auxilio uos Campani dignos censeret senatus: sed ita uobiscū amicitiam institui par est; nequa uetustior amicitia ac societas uiolatur. Samnites nobiscum fœdere iuncti sunt. itaq; anima deos prius quàm homines uiolatura, aduersus Samnites uobis negamus: legatos sicut fas iusq; est, ad socios atq; amicos precatū mittemus, nequa uobis uis fiat. Ad ea princeps legationis (sic enim domo mandatū attulerat) quandoquidem, inquit, nostra tueri aduersus uim atq; iniuriā iusta ui non uultis, uestra certe defendetis. itaq; populū Campanū urbemq; Capuam, agros, delubra deū, diuina humanaq; omnia in uestrā p̄ c̄ populiq; Romani ditiorē dedimus, quicquid deinde patiemur, dediticijs uestri passuri. Sub hæc dicta omnes manus ad cōsules tendentes, pleni lachrymarū in uestibulo curiæ procubuerunt. Cōmoti patres uice fortunarum humanarū, si ille prepotens opibus populus, luxuria superbiaq; clarus, à quo paulo ante auxiliū finitimi petissent, adeo infractos gereret animos, ut se ipse suaq; omnia potestatis alienæ faceret, tum iam fides agi uisa, deditos nō prodi: nec facturū æqua Samnitium populū censebant, si agrum urbemq; per deditiōnem factam populi Ro. oppugnarent. legatos itaq; extemplo mitti ad Samnites placuit, data mandata, ut preces Campanorum, responsum senatus amicitia Samnitium memor, deditiōnem postremo factam, Samnitibus exponerent: peterent pro societate amicitiaq; ut dediticijs suis parcerēt: neq; in eum agrum, qui populi Romani factus esset, hostilia arma inferrent. si leniter agendo parum proficerent, denuntiarent Samnitibus populi Romani senatusq; uerbis, ut Capua urbe Campanoq; agro abstinerent. Hæc legatis agentibus in concilio Samnitium adeo est ferociter responsum, ut non solū gesturos se esse dicerent id bellum, sed magistratus eorum è curia egressi stantibus legatis præfectos cohortium uocarent: ijsq; clara uoce imperarent, ut prædatū in agrum Campanū extemplo proficiscerēt. Hac legatione Romā relata, positis omniū aliarum rerum curis, patres fœcialibus ad res repetendas missis, belloq; quia nō redderentur, solenni more indicto, decreuerunt: ut primo quoq; tempore de ea re ad populū ferretur. iussuq; populi consules ambo cum duobus ab urbe exercitibus profecti, Valerius in Campaniā, Cornelius in Samnium, ille ad montem Gaurū, hic ad Sarriculam castra ponūt. Priori Valerio Samnitium legiones (eò nanq; omnem belli molem inclinaturam censebant) occurrunt. simul in Campanos stimulabat ira, tam promptos nunc ad ferenda, nūc ad accersenda aduersus se auxilia. Ut uero castra Romana uiderūt: ferociter pro se quisq; signum duces poscere, affirmare eadem fortuna Romanum Campano laturū opem, qua Campanus Sidicino tulerit. Valerius leuibus certaminibus tandi hostis causa haud ita multos moratus dies, signum pugne proposuit, paucis suos adhortatus. Ne nouum bellum eos nouisq; hostis terreret, quicquid ab urbe longius proferrent arma, magis magisq; in imbelles gentes eos prodire. Ne Sidicinorū Campanorumq; cladibus Samnitium æstimarent uirtutem, qualescunq; inter se certauerint, necesse fuisse alterā partem uinci. Campanos quidem haud dubie magis nimio luxu fluentibus rebus mollitiaq; sua, quàm ui hostium uictos esse. Quid autem esse duo prospera in tot seculis bella Samnitium aduersus tot decora populi Romani, qui triumphos penè plures q; annos ab urbe condita numeret? qui omnia circa se, Sabinos, Hetruriam, Latinos, Hernicos, Aequos, Volscos, Auruncos,

domita armis habeat: qui Gallos tot prælijs cæsos, postremo in mare ac naues fuga compul-
 tit: Cum gloria belli ac uirtute sua quenq; fretos ire in aciem debere: tum etiã intueri cuius du-
 ctu auspicioq; incunda pugna sit: utrum qui audiendus duntaxat magnificus adhortator sit,
 uerbis tantũ ferrox, operum militariũ expers: an qui & ipse tela tractare, procedere ante signa,
 uersari media in mole pugnae sciat: Facta mea, non dicta uos milites, inquit, sequi uolo: nec di-
 sciplinã modo, sed exemplũ etiam à me petere. Non factionibus modo, nec per contiones usi-
 tatas nobilibus, sed hac dextra mihi tres consulatus summãq; laudem peperit. Fuit cũ hoc dici
 poterat, patricius enim eras, & à liberatoribus patriæ ortus: & eodẽ anno familia ista consula-
 tum, quo urbs hæc consulem, habuit. Nunc iam nobis patribus, uobisq; pleberis promiscuus
 cõsulatus patet: nec generis ut ante, sed uirtutis est præmiũ. proinde summũ quodq; spectate
 milites decus. Non, si mihi nouum hoc Coruini cognomen dijs autoribus homines dedistis:
 Publicolarum uetustum familiæ nostræ cognomen memoria excessit. semper ego plebẽ Ro-
 manam militiæ domiçq; priuatus, in magistratibus paruis magnisq; æque tribunus ac consul,
 eodem tenore per omnes deinceps consulatus colo atq; colui. Nunc quod instat, dijs bene iu-
 uantibus nouum atq; integrũ de Samnitibus triumphũ mecum perite. Non aliã militi fa-
 miliarior dux fuit, omnia inter infimos militũ haud grauate munia obeũdo. in ludo præterea
 militari, cum uelocitatis uiriumq; inter se æquales certamina ineunt, comiter facilis uincere ac
 uinci uultu eodem: nec quenq; aspernari, parem qui se offerret: factis benignus pro re, dictis
 haud minus libertatis alienæ q; suæ dignitatis memor: & quo nihil popularius est, quibus ar-
 tibus petierat magistratus, isdẽ gerebat. Itaq; uniuersus exercitus incredibili alacritate adhor-
 tationem profecutus ducis, castris egreditur. Prælium ut quod maxime unquã, patri spe, utrin-
 que æquis uiribus cum fiducia sui, sine contemptu hostium commissum est. Samnitibus fero-
 ciam augebant nouæ res gesta, & paucos ante dies geminata uictoria. Romanis contra, qua-
 dringentorum annorũ decora, & conditæ urbi æqualis uictoria, utrisq; tamen nouus hostis cu-
 ram addebat. pugna indicio fuit, quos gesserint animos. nanq; ita conflixerunt, ut aliquandiu
 in neutrà partem inclinaret acies. Tum cõsul trepidationẽ inñciendam ratus, quando ui pel-
 li non poterant: equitibus immixtis turbare prima signa hostium conatur. quos ubi nequicq;
 tumultuãtes in spatio exiguo uoluere turmas uidit: nec posse aperire in hostes uiam, reuectus
 ad antesignanos legionum, cum desiluisset ex equo, nostrum, inquit, peditum illud milites est
 opus: agitedum, ut me uideritis, quacunq; inceslero, in aciem hostiũ ferro uiam facientem: sic
 pro se quisq; obuios sternite. illa nunc omnia qua nunc erectæ micant hastæ, patefacta strage
 uasta cerneris. Hæc dicta dederat, cum equites cõsulis iussu discurrunt in cornua, legionibusq;
 in mediam aciem aperiant uiam. Primus omniũ consul inuadit hostem: & cum quo forte con-
 tulit gradum, obtruncat. hoc spectaculo accensi, dextra læuaq; ante se quisq; memorandũ præ-
 lium cict. stant obnixa Samnites, quanq; plura accipiunt quàm inferunt, uulnera. Aliquandiu
 iam pugnatũ erat: atrox cædes circa signa Samnitũ, fuga ab nulla dum parte erat. adẽ mor-
 te sola uinci destinauerãt animis. Itaq; Romani cum effluere iam lassitudine uires sentirent: &
 dici haud multum superesse, accensi ira concitant se in hostem. Tum primum referri pedem
 atq; inclinari rem in fugã apparuit: tum capi, occidi Samnis. nec superfuissent multi, ni uox ui-
 ctoriae magis quàm prælium diremisset. & Romani fatebantur nunquam cum pertinaciorẽ
 hoste conflictum. & Samnites, cum quæreretur quænam prima causa tam obstinatos mouis-
 set in fugam, oculos sibi Romanorũ ardere uisos aiebant, uersanosq; uultus & furentia ora. in-
 de plusquàm ex alia ulla re terroris ortum. Quem terrorem non pugnae solum euentu, sed no-
 cturna profectioe cõfessi sunt. Postero die uacuis hostium castris Romanus potitur: quò se
 omnis Campanorũ multitudo gratulabunda effudit. Ceterum hoc gaudium magna pro-
 pè clade in Samnio foedarum est. nam ab Sarricula profectus Cornelius C O S. exercitum in-
 caute in saltum caua ualle peruium, circaq; inessum ab hoste induxit: nec prius quàm recipi-
 tutò signa non poterant, imminentẽ capiti hostem uidit. Dum id moræ Samnitibus est, quo-
 ad totum in uallem infimã demitteret agmen: P. Decius tribunus militum cõspicit unum edi-
 tum in saltu collem, imminentem hostium castris, aditu arduum impedito agminĩ, expeditis
 haud

haud difficilem. itaq; consuli territo animi, uidet ne tu, inquit, A. Corneli cacumen illud supra hostem: arx illa est spei, salutisq; nostræ: si eam, quam cæci reliquere Samnites, impigre capimus. nec tu mihi plus, quam unius legionis principes hastatosq; dederis: cum quibus ubi euasero in summum, perge hinc omni liber metu: tecq; & exercitū serua. neq; enim moueri hostis subiectus nobis ad omnes ictus sine sua pernicie poterit. nos deinde aut fortuna populi Romani, aut nostra uirtus expediet. Collaudatus à consule accepto præsidio uadit occultus per saltum: nec prius ab hoste est uisus, quam loco quem petebat appropinquauit. Inde admiratione pauentibus cunctis, cum omnium in se uertisset oculos: & spatium consuli dedit ad subducendum agmen in æquiore loco: & ipse in summo constitit uertice. Samnites dum huc illuc signa uertunt: utriusq; rei ommissa occasione, neq; insequi cōsulem, nisi per eandem uallem, in qua paulo ante subiectum cum telis suis habuerant, possunt: nec erigere agmen in captum super se ab Decio tumultum. sed cum ira in hos magis, qui fortunam gerendæ rei eripuerant: tum propinquitas loci, atq; ipsa paucitas incitat: & nunc circumdare undiq; collem armatis uolunt: ut à consule Decium intercludant: nunc uiam patefacere, ut digressos in uallem adoriantur. incertos quid agerent, nox oppressit. Decium primum spes tequit cum subeuntibus in aduersum collem ex superiore loco se pugnaturū: deinde admiratio incessit: quod nec pugnam inirent: nec, si ab eo consilio iniquitate loci deterrerentur, opere se ualloq; circumdarent. Tum centurionibus ad se uocatis. Quænam illa inscitia belli, ac pigritia est: aut quonam modo isti ex Sidicinis Campanisq; uictoriã pepererunt: huc atq; illuc signa moueri, ac modo in unum conferri, modo educi uideris. opus quidem incipit nemo: cum iam circūdati uallo potuerimus esse. Tum uero nos similes istorum simus: si diutius hic moremur, quam commodum sit. agitedum, ite mecum: ut, dum lucis aliquid superest: quibus locis præsidia ponant: qua pateat hinc exitus, exploremus. Hæc omnia sagulo gregali amictus, centurionibus item manipularium militū habitu ductis, ne duceq; circumire hostes notarent, perlustrauit. Vigilijs deinde dispositis, cæteris omnibus tesseram dari iubet: ubi secundæ uigiliæ buccina datum signū esset, armati cum silentio ad se uenirent. Quò ubi, sicut edictum erat, taciti conuenerunt: Hoc silentium milites, inquit, omisso militari assensu, in me audiendo seruandum est. ubi sententiã meam uobis peregero: tum quibus eadem placebunt, in dextram partem taciti transibitis: quæ pars maior erit, eo stabitur cōsilio. Nunc quæ mente agitem, audite. Non fuga delatos, nec inertia relictos hic uos circumuenit hostis. uirtute cepistis locum: uirtute hinc oportet euadatis. uenendo huc exercitum egregium populi Romani seruastis: erumpendo hinc uos metipsos seruate. digni estis qui pauci pluribus opem tuleritis, ipsi nullius auxilio egeritis. Cum eo hoste res est, qui hesternò die delendi omnis exercitus fortuna per socordiam usus nō sit: hunc tam opportunum collem imminentem capiti suo non ante uiderit, quam captum à nobis: nos tam paucos tot ipse millibus hominum nec ascensu arcuerit: nec tenentes locum, cum dici tantum superesset, uallo circumdederit. quem uidentem ac uigilantem sic eluseritis, sopitū oportet fallatis: immo necesse est. in eo enim loco res sunt nostræ, ut ego uobis magis necessitatis uestræ index, quam consilij author sim. neq; enim maneatis, an abeatis hinc, deliberari potest: cum, præter arma, & animos armorū memores, nihil uobis fortuna reliqui fecerit: fame & siti moriendum sit: si plus, quam uiros ac Romanos decet, ferrū timeamus. Ergo una est salus, erumpere hinc atq; abire. id aut interdiu, aut nocte faciamus oportet. Ecce hoc aliud minus dubium. quippe si lux expectetur, quæ spes est nō uallo perpetuo fossaq; nos septurum hostem: qui nunc corporibus suis subiectis undiq; cinxerit, ut uideris, collem. atqui si nox opportuna est eruptioni, sicut est, hæc profecto noctis aptissima hora est. signo secundæ uigiliæ conuenistis: quod tempus mortales somno altissimo premit: per corpora sopita uadatis, uel silentio incautos fallētes, uel sentientibus clamore subito pauorē iniecturi. me modo sequimini, quem secuti estis. ego eandem, quæ duxit huc, sequar fortunam. Quibus hæc salutaria uidentur, agitedum, in dextram partē pedibus transite. Omnes transierunt: uadentemq; per intermissa custodijs loca Decium secuti sunt. Iam euaserant media castra, cum super scandens uigilum strata somno corpora miles offenso scuto præbuit sonitū. quo excitatus uigil cum proximum

mouisset, erectiſq; alios concitarent, ignari ciues an hostes eſſent: præſidiũ erumperet, an conſul caſtra cepiſſet: Decius, cum non fallerẽt, clamorem tollere iuſſis militibus, torpidos ſomno inſuper pauore exanimat: quo præpediti nec arma impigre capere, nec obſiſtere, nec inſequi poterant. Inter trepidationem tumultumq; Samni ium, præſidium Romanum, obuĩs cuſtoribus cæſis, ad caſtra conſulis peruadit. Aliquantum ſupererat noctis: iamq; in tuto uidebantur eſſe: cum Decius, maſti uirtute, inquit, milites Romani eſte. ueſtrum iter, ac reditum omnia ſecula laudibus ferent. ſed ad conſpiciendam tantam uirtutem lucc ac die opus eſt: nec uos digni eſtis quos cum tanta gloria in caſtra reduces ſilentium ac nox tegat. hic lucem quieti operiamur. Dictis obtemperatum. atq; ubi primum illuxit, præmiſſo nuntio ad conſulem, in caſtra ingenti gaudio concitantur: & teſſera data, incolumes reuerti qui ſua corpora pro ſalute omnium haud dubio periculo obieciſſent, pro ſe quiſq; obuĩam effuſi laudant, gratulantur: ſingulos uniuerſoſq; ſeruatores ſuos uocant: dijs laudes gratesq; agunt: Decium in cœlum ferunt. Hic Decij caſtrenſis triumphus fuit, incedentis per media caſtra cum armato præſidio, coniectis in eum omnium oculis, & omni honore tribunum conſuli æquantibus. Vbi ad prætorium uentum eſt: conſul claſſico ad contionem conuocat: orſusq; meritas Decij laudes, interfante ipſo Decio diſtulit contionẽ. qui author omnia poſt habendi, dum occaſio in manibus eſſet: perpulit conſulem: ut hoſtes & nocturno pauore attonitos, & circa collem caſtellatim diſipatos aggrediretur. credere etiam aliquos ad ſe ſequendum emiſſos per ſaltum uagari. Iuſſa legiones arma capere, egreſſaq; caſtris, cum per exploratores notior iam ſaltus eſſet: uia patientiore ad hoſtem ducuntur. quem incautum improuiſo adortæ, cum palati paſſim Samnitium milites, pleriq; inermes, nec coire in unum, nec arma capere, nec recipere intra uallum ſe poſſent: pauentem primum intra caſtra compellunt: deinde caſtra ipſa turbatis ſtationibus capiunt. perfertur circa collem clamor: fugatq; ex ſuis quenque præſidijs. ita magna pars abſenti hoſti ceſſit. quos intra uallum egerat pauor (fuere autem ad xxx millia) omnes cæſi: caſtra direpta. Ita rebus geſtis, coſ. aduocata concione P. Decij non cœptas ſolum ante. ſed cumulatæ noua uirtute laudes peragit: & præter militaria alia dona aurea corona eum. & centum bobus, eximioq; uno albo opimo auratis cornibus donat. Milites, qui in præſidio ſimul fuerant, duplici frumento in perpetuum, in præſentia ſingulis bobus, binisq; priuſ tunicis donati. Secundum conſulis donationem legiones gramineam coronam obſidialẽ clamore donum approbantes Decio imponunt: altera corona eiufdem honoris index à præſidio ſuo impoſita eſt. His decoratus inſignibus bouem eximium Marti immolauit, centum boves militibus dono dedit, qui ſecum in expeditione fuerant. iſdem militibus legiones libras farris, & ſextarios uini contulerunt. omniaq; ea ingenti alacritate per clamorem militarem, indicem omnium aſſenſus, gerebantur. Tertia pugna ad Sueſſulam commiſſa eſt: qua fugatus à M. Valerio Samnitium exercitus, omni robore iuuentutis domo accito, certamine ultimo fortunam experiri ſtatuit. Ab Sueſſula nuntij trepidi Capuam, inde equites citati ad Valerium coſ. opem oratum ueniunt. Confestim ſigna mota: relictisq; impedimentis caſtrorum ualido præſidio, raptim agitur agmen: nec procul ab hoſte locum exiguum, ut quibus præter equos cæterorum iumentorum calonumq; turba abeſſet, caſtris cepit. Samnitium exercitus, uelut haud ulla mora pugne futura eſſet, aciem inſtruit: deinde poſtquam nemo obuĩs ibat, inſeſtis ſignis ad caſtra hoſtium ſuccedit. ibi ut militẽ in uallo uidit: miſiſq; ab omni parte exploratum, quàm in exiguum orbem contracta caſtra eſſent, paucitatem inde hoſtiũ colligentes, retulerunt: fremere omnis acies, complendas eſſe foſſas, ſcindendumq; uallum, & in caſtra irrumpendum. tranſactumq; ea temeritate bellum foret: ni duces continuiffent impetum militum. Cæterum quia multitudo ſua com meatibus grauis, & prius ſedendo ad Sueſſulam, & tunc certaminis mora, haud procul ab rerum omnium inopia eſſet: placuit, dum inſuſus paue-ret hoſtis, frumentatum per agros militem duci. interim & Romano, qui expeditus quantum humeris inter arma geri poſſet, frumenti ſecum attuliſſet, de futura omnia. Conſul palatos per agros cum uidiſſet hoſtes, ſtationes infrequentes relictas, paucis milites adhortatus ad caſtra oppugnanda ducit. quæ cum primo clamore atq; impetu cepiſſet, pluribus hoſtiũ in tentorijs ſuis

suis, quàm in portis ualloq; cæsis, signa captiua in unum locū conferri iussit. relictisq; duabus legionibus custodiæ & præsidij causa, graui edicto monitis, ut donec ipse reuertisset, præda obstinerent: profectus agmine instructo, cum præmissus eques uelut indagine dissipatos Samnites ageret, eadem ingentem fecit. nam neq; quo signo coirent inter se: neq; utrū castra peterent, an longiorē intenderent fugam, territis constare poterat. tantumq; fugæ ac formidinis fuit, ut ad XL millia scutorum, nequaquam tot cæsis, & signa militaria cum his, quæ in castris capta erant: ad CLXX ad consulē deferrentur. Tum in castra hostium reditū: ibiq; omnis præda militi data. Huius certaminis fortuna & Faliscos, cum in inducijs essent, scædus petere ab senatu coëgit: & Latinos iam exercitibus comparatis ab Romano in Pelignum uertit bellum. Neq; ita rei gestæ fama Italiæ se finibus tenuit: sed Carthaginiēses quoq; legatos gratulatum Romam misere cum coronæ aureæ dono: quæ in Capitolio in Iouis cælla poneretur. fuit pondus xxv. Consules ambo de Samnitibus triumpharunt: sequente Decio insigni cum laude, donisq; cum incondito militari ioco haud minus tribuni celebre nomen, quàm consulū esset.

Campanorum deinde, Sueffanorumq; auditæ legationes: precantibusq; datum, ut præsidium eò in hyberna mitteretur, quo Samnitium excursions arcerentur. Iam tum minime salubris militari disciplinæ Capua, instrumento omnium uoluptatū delinitos militum animos auertit à memoria patriæ. inibanturq; consilia in hybernis eodem scelere adimendæ Campanis Capuæ, per quod illi eam antiquis cultoribus ademissent: neq; immerito suum ipsorū exemplum in eos uersurum. Cur autem potius Campani agrum Italiæ uberrimum, dignā agro urbem, qui nec se nec sua tutari possint: quàm uictor exercitus haberet: qui suo sudore ac sanguine inde Samnites depulisset? An æquū esse: dedititios suos illa fertilitate atq; amœnitate perfrui: se militando fessos in pestilenti atq; arido circa urbē solo luctari? aut in urbe insidentem labem crescentis in dies scœnoris pati? Hæc agitata occultis cōiurationibus, necdū uulgata in omnes consilia inuenit nouus eos. C. Marcius Rutilius: cui Campania sorte prouincia euenerat: Q. Seruilius collega ad urbē relictus. Itaq; cum omnia ea, sicut gesta erant, per tribunos cōperta & ætate haberet, & usu doctus: quippe qui iam IIII COS. esset, dictatorq; & censor fuisset: optimū ratus, differendo spem quancūq; uellent consilij exequendi, militare impetum frustrari, rumorē dissipat in hisdem oppidis & anno post præsidia hybernatura. diuisa enim erant per Campaniæ urbes: manauerantq; à Capua consilia in exercitum omnem. Eo laxamento cogitationibus dato, quieuit in præsentia seditio. consul edueto in æstiuam militem, dum quietos Samnites habebat, exercitum purgare missionibus turbulentorū hominū instituit: alijs emerita dicendo stipendia esse: alios graues iam ætate, aut uiribus parū ualidos. quidam in comitatus mittebantur, singuli primo, deinde & cohortes quædā, quia procul ab domo ac rebus suis hybernassent: per speciem etiam militariū usum cum alijs aliò mitterentur, magna pars ablegati. quā multitudinē consul alter Romæ, prætorq; alias ex alijs singēdo moras retinebat. & primo quidem ignari ludificationis minime inuiti domos reuisebant. postquàm neq; reuerti ad signa primos, nec fermè alium, quàm qui in Campania hybernassent, præcipueq; ex his seditionis authores mitti uiderunt: primū admiratio, deinde haud dubius timor incessit animos: consilia sua emanasse: iam quæstiones, iam iudicia, iam occulta singulorū supplicia, impotensq; & crudele consulū ac patrū in se regnum passuros. Hæc qui in castris erant. occultis sermonibus ferunt, neruos cōiurationis eiectos arte consulis cernentes, Cohors una, cum haud procul Anxure esset: ad Lautulas saltu angusto inter mare ac montes confedit, ad excipiendos quos cōsul alijs atq; alijs (ut ante dictum est) causis mittebat. Iam ualido admodum numero manus erat: nec quicquā ad iusti exercitus formā, præter ducē, deerat. incompotiti itaq; prædantes in agrum Albanum perueniūt: & sub iugo Albæ Longæ castra uallo cingunt. perfecto inde opere reliquū diei de imperatore sumēdo sententijs decertāt, nulli ex præsentibus satis fidentes. quem autē ab Roma posse acciri? quem patrū aut plebis esse, qui aut se tanto periculo sciens offerat, aut cui ex iniuriā insanientis exercitus causa recte cōmittatur? Postero die cum eadem deliberatio teneret, ex prædatoribus uagis quidā compertū attulerūt: T. Quintiū in Thusculano agrū colere, urbis honorūq; immemorē. Patriciæ hic uir gentis erat.

cui cum militiæ magna cum gloria actæ finem pes alter ex uulnere claudus fecisset: rurſus agere uitam procul ambitione ac foro cõstituit. Nomine audito, extemplo agnouere uirũ: & quod bene uerteret, acciri iusserunt. sed parum ſpei erat, uoluntate quicquam facturum. uim adhiberi ac metum placuit. Itaq; ſilentio noctis cum tectum uillæ, qui ad id miſſi erant, intraſſent: ſomno graui Quintium oppreſſum, nihil medium, aut imperium atq; honorem, aut, ubi reſtitaret, mortem, ni ſequeretur, denuntiantes, in caſtra pertraxerunt. Imperator extemplo adueniens appellatus: inſigniaq; honoris exterrito ſubitæ rei miraculo deferant: & ad urbem ducere iubent. Suo magis inde impetu, quàm cõſilio ducis conuulſis ſignis, inſeſto agmine ad lapidem octauum uia, quæ nunc Appia eſt, perueniunt: iſſentq; conſeſtim ad urbem: ni uenire contra exercitum, dictatoremq; aduerſus ſe M. Valerium Coruinũ dictum, audiſſent, & magiſtrum equitum L. Æmylium Mamercum. Vbi primum in conſpectu uentum eſt: arma, ſigna q; agnouere: extemplo omnibus memoria patriæ iras permulſit. nondum erant tam fortes ad ſanguinem ciuilem: nec præter externa nouerant bella: ultimaq; rabies ſecefſio ab ſuis habebatur. Itaq; iam duces, iam milites utrinq; congreſſus quærere ad colloquia. Quintius, quem armorum etiam pro patria fatietas teneret, nedum aduerſus patriam: Coruinus omnes charitate ciues, præcipue milites, & ante alios ſuum exercitum complexus, ad colloquium proceſſit. cognito ei extemplo haud minor ab aduerſarijs uerecundia, quàm ab ſuis ſilentium datum. Deos, inquit, immortales milites ueſtros publicos, meosq; ab urbe proficiſcens ita adorauit, ueniamq; ſupplex popoſci: ut mihi de uobis concordia partæ gloriã, non uictoriã darent: ſatis fuit, eritq; unde belli decus pariat: hinc pax petenda eſt. quod deos immortales inter nuncupanda uota expopoſci, eius me compotẽ uoti uos facere poteſtis: ſi meminiffe uultis nõ uos in Samnio, nec in Volſcis, ſed in Romano ſolo caſtra habere: ſi illos colles, quos cernitis, patriæ ueſtræ eſſe: ſi hunc exercitum ciuium ueſtrorum: ſi me conſulem ueſtrũ: cuius ductu auſpicioq; priore anno bis legiones Samnitiũ fudiſtis, bis caſtra uicepitiſtis. Ego ſum M. Valerius Coruinus milites: cuius uos nobilitatẽ beneficijs erga uos, non iniurijs ſenſiſtis: nullius ſuperbæ in uos legis, nullius crudelis ſc author: in omnibus meis imperijs in me ſeuerior, quàm in uos. Ac ſicuti genus, ſicuti ſua uirtus, ſicuti etiam maietas, ſicuti honores ſubdere ſpiritus potuerunt: ijs eram natus, id ſpecimen mei dederam, ea ætate conſulatum adeptus eram: ut potuerim treis & xx annos natus conſul patribus quoq; ferox eſſe, non ſolũ plebi. Quod meum factum, dictum ue conſulis grauius, quàm tribuni audiſtis? eodem tenore duos inſequentes conſulatus geſſi: eodem hæc imperioſa dictatura geretur: ut neque in hos meos & patriæ meæ milites mitior, quàm in uos, horreo dicere hoſtes. Ergo uos prius in me ſtrinxeritis ferrum, quàm in uos ego. iſtinc ſigna canent: iſtinc clamor prius incipiet atque impetus: ſi dimicandum eſt. inducite in animum, quod non induxerunt patres auiq; ueſtri: non illi, qui in Sacrum montem ſecefſerunt: non hi, qui poſtea Auentinum inſederunt. expectate dum uobis ſingulis, ut olim Coriolano, matres coniugesq; crinibus paſſis obuia ab urbe ueniant. tum Volſcorum legiones, quia Romanum habebant ducem, quieuerunt: uos Romanus exercitus non deſtiteritis impio bello? T. Quinti, quocunq; iſtic loco ſeu uolens ſeu inuitus conſtititi: ſi dimicandum erit, tum tu in nouiſſimos te recipito: fugeris etiam honeſtius, tergumq; ciui dederis: quàm pugnaueris contra patriam. nunc ad pacificandum bene atq; honeſte inter primos ſtabis, & colloquiũ huius ſalutaris interpres fueris. poſtulate æqua, & ferte: quanquam uel iniquis ſtandum eſt potius, quàm impias inter nos conſeramus manus. T. Quintius plenus lachrymarum ad ſuos uerſus, Me quoq; inquit, milites, ſiquis uſus mei eſt, meliorem pacis quàm belli habetis ducem. non enim illa modo Volſcus aut Samnis, ſed Romanus uerba fecit: ueſter conſul, ueſter imperator milites: cuius auſpicia pro uobis experti, nolite aduerſus uos uelle experiri. Qui pugnarent uobiſcum inſeſtius, & alios duces ſenatus habuit: qui maxime uobis ſuis militibus parceret, cui plurimũ uos imperatori ueſtro crederetis, cum elegit. pacem, etiam qui uincere poſſunt, uolunt. quid nos uelle oportet? quin omiſſis ira & ſpe fallacibus authoribus, nos ipſos noſtraq; omnia cognita permittimus fidei? Approbantibus clamore cunctis, T. Quintius ante ſigna progreſſus, in poteſtate dictatoris milites fore dixit: orauit

oravit, ut causam miserorum civium suscipere: susceptamq; eadem fide, qua tempub. admini-
strare solitus esset, tueretur. sibi se privatim nihil cauere: nolle alibi, quam in innocentia spem
habere. militibus cauendum, quod apud patres semel plebi, iterum legionibus cautum sit: ne
fraudi secessio esset. Quintio collaudato, cæteris bonum animum habere iussis, dictator equo
citato ad urbem reuectus, autoribus patribus tulit ad populum in luco Petilino: necui militum
fraudi secessio esset. oravit etiam bona uenia Quirites: nequis eam rem ioco, serioque cuiquam
exprobraret. Lex quoq; sacrata militaris lata est: ne cuius militis scripti nomen, nisi ipso uolen-
te deleteretur: additumq; legi: nequis, ubi tribunus militū fuisset, postea ordinum ductor esset.
id propter P. Salonium postulatum est ab coniuratis: qui alternis propè annis & tribunus mi-
litum, & primus centurio erat, quem nunc primi pili appellant. huic infensi milites erant, quod
semper aduersatus nouis consilijs fuisset, & ne particeps eorum esset, qui ab Lautulis fugissent.
Itaq; cum hoc unum propter Salonium ab senatu non impetraretur: tum Salonius obtesta-
tus p c ne suum honorem pluris, quam concordiam ciuitatis æstimarent: perpulit, ut id quoq;
ferretur. Aequè impotens postulatum fuit, ut de stipendio equitum (merebant autem triplex
ea tempestate) æra demerentur: quod aduersati coniurationi fuissent. Præter hæc inuenio
apud quosdam, L. Genutium tribunum plebis tulisse ad populum: ne scenerare liceret. Item
alijs plebiscitis cautum: nequis eundem magistratum intra decem annos caperet, neu duos
magistratus uno anno gereret, utiq; liceret coss. ambos plebeios creari. quæ si omnia con-
cessa sunt plebi: apparet haud paruas uires defectionem habuisse. Alijs annalibus proditum
est: neq; dictatorem Valerium dictum, sed per coss. omnem rem actam: neq; antequam
Romam ueniretur, sed Romæ eam multitudinem coniuratorum ad arma consternatam esse:
nec in T. Quintij uillam, sed in ædes C. Manlij nocte impetum factum: eumq; à coniuratis
comprehensum, ut dux fieret: inde ad quartum lapidem profectos loco munito consedis-
se: nec ab ducibus mentionem concordie ortam, sed repente, cum in aciem armati exercitus pro-
cessissent, salutationem factam: & permistos dextras iungere, ac complecti inter se lachryman-
tes milites cœpisse: coactosq; coss. cum uiderent auersos à dimicatione militum animos, re-
tulisse ad patres de concordia recõcilianda. adeo nihil, præterquam seditionem fuisse, eamq;
compositam, inter antiquos rerum autores constat. Et huius fama seditionis, & susceptum
cum Samnitibus graue bellum, aliquot populos ab Romana societate auertit. & præter Lati-
norum infidum iam diu scdus, Priuernates etiam Norbam atq; Setiam, finitimas colonias
Romanas incursione subita depopulati sunt.

DECADIS PRIMAE LIBER OCTAVVS



AM coss. erant C. Plautius et L. Aemilius Mamercus, cum Seti-
ni, Norbani que Romam nuntij defectionis Priuernatium cum queri-
monijs acceptæ cladis uenerunt. Volscorum item exercitum duce Antia-
ti populo consedis ad Saticum, allatum est. utrunq; bellum Plautio for-
te euenit. Prius ad Priuernum profectus, extemplo acie confligit. haud
magno certamine deuicti hostes: oppidum captum, redditumq; Priuer-
natibus, præsidio ualido imposito: agri partes duæ ademptæ. Inde uictor
exercitus Saticum cõtra Antiates ductus. ibi magna utrinq; cæde atrox prælium fuit. & cum
tempesta eos neutro inclinata spe dimicantes diremisset, Romani nihil eo certamine tam am-
biguo fessi, in posterum diem prælium parant. Volscis recensentibus quos uiros in acie ami-
sissent, haudquaquam idem animus ad iterandum periculum fuit. nocte pro uictis Antium
agmine trepido, faucijs ac parte impedimentorū relicta, abierunt. Armorum magna uis tum
inter cæsa corpora hostium, tum in castris inuenta est. ea Luæ matri dare se coss. dixit: finesq;
hostium usque ad oram maritimam est depopulatus. Alteri coss. Aemilio ingresso sa-
bellum agrum, non castra Samnitium, non legiones usquam oppositæ. ferro, igni que ua-
stantem agros legati Samnitium pacem orantes adeunt. à quo reiecti ad senatum, potestate
facta

facta dicendi, positis ferocibus animis pacem sibi ab Romanis, bellique ius aduersus Sidicinos petierunt. quæ se eo iustius petere, quod in amicitiam populi Romani secundis suis rebus, non aduersis, ut Campani uenissent: & aduersus Sidicinos fumerent arma, suos semper hostes, populi Romani nunquam amicos: qui nec, ut Samnites, in pace amicitiam, nec, ut Campani, auxilium in bello petissent: nec in fide populi Romani, nec in ditione essent. Cum de postulatis Samnitium T. Aemylius Pr. scnatum cõsulisset, reddendumque his fœdus Patres censuissent, prætor Samnitibus respondit: Nec, quo minus perpetua amicitia esset, per populum Romanum stetisse: nec contradici quin, quoniam ipsos belli culpa sua contracti tedium ceperit, amicitia de integro recõcilietur. Quod ad Sidicinos attinet, nihil intercedi, quo minus Samniti populo pacis bellique liberum arbitrium sit. Fœdere icto cum domum reuertissent, extemplo inde exercitus Romanus ductus, annuo stipendio, & trium mensium frumeto accèpto, quod pepigerat consul, ut tempus inducens daret, quoad legati redissent. Samnites copijs isdem, quibus usi aduersus Romanum bellum fuerant, contra Sidicinos profecti haud in dubia sperant mature urbis hostium potiundæ. Tum ab Sidicinis deditio prius ad Romanos cepta fieri est. deinde postquam patres ut seram eam, ultimaque tandem necessitate expressam aspernabantur: ad Latinos iam sua sponte in arma motos facta est. ne Campani quidem (adeo iniuriæ Samnitium, quam beneficij Romanorum memoria præsentior erat) his se armis abstinuerent. Ex his tot populis ingens exercitus duce Latino fines Samnitium ingressus, plus populatio nibus quam prælijs cladum fecit. & quanquam superiores certaminibus Latini erant: haud inuiti, ne sapius dimicandum foret, agro hostium excessere. Id spatium Samnitibus datum est Romam legatos mittendi. qui cum adissent senatum, cõquesti eadem se fœderatos pati, quæ hostes essent passi, precibus infimis petiere, ut satis ducerent Romani uictoriam, quam Samnitibus ex Campano Sidicinoque hoste eripuissent: ne uinci etiam se ab ignauissimis populis sine rent. Latinos Campanosque, si sub ditione populi Romani essent, pro imperio arcerent Samniti agro. sin imperium abnuerent, armis coercerent. Aduersus hæc responsum anceps datum, quia fateri pigebat in potestate sua Latinos iam non esse, timebantque ne arguendo abalienarent. Campanorum aliam conditionem esse, qui non fœdere, sed per deditioem in fidem uenissent. itaque Campanos, seu uelint, seu nolint, quieturos. in fœdere Latino nihil esse, quod bellare cum quibus ipsi uelint, prohibeantur. Quod responsum, sicut dubios Samnites quidnam facturum Romanum censerent, dimisit: ita Campanos metu abalienauit: Latinos, uelut nihil iam non concedentibus Romanis, ferociores fecit. Itaque per speciem aduersus Samnites belli parandi crebra concilia indicentes, omnibus cõsultationibus inter se principes occulte Romanum coquebant bellum. huic quoque aduersus seruatores suos bello Campanus aderat. Sed quanquam omnia de industria celabantur, priusque quam mouerentur Romani, tolli ab tergo Samnitum hostem uolebant: tamen per quosdam priuatis hospitij necessitudinibusque coniunctos indicia coniurationis eius Romam emanarunt. iussisque ante tempus cõsulibus abdicare se magistratu, quo maturius noui consules aduersus tantam molem belli crearentur: religio incessit ab eis, quorum imminutum imperium esset, comitia haberi. itaque interregnum intum. duo interreges fuerunt, M. Valerius ac M. Fabius. Creauit consules T. Manlium Torquatum IIII, P. Decium Murem. Eo anno Alexandrum Epiri regem in Italiam classe apulisse constat. quod bellum, si prima satis prospera fuissent: haud dubie ad Romanos peruenisset. Eadem ætas rerum magni Alexandri est, quem sorore huius ortum, in alio tractu orbis inuictum bellis iuuenem fortuna morbo extinxit. Cæterum Romani, etsi defectio sociorum nominisque Latini haud dubia erat: tamen tanquam de Samnitibus, non de se curam agerent: decem principes Latinorum Romam euocauerunt, quibus imperarent que uellent. Prætores tum duos Latini habebant L. Anniam Sctinum & L. Numitium Circeiensem, ambo ex colonijs Romanis: per quos præter Signiam Velitrasque & ipsas colonias Romanas, Volsci etiam exciti ad arma erant. eos nominatim euocari placuit. Haud cuiquam dubium erat super qua re accirentur. itaque concilio prius habito prætores quam Romam proficiscerentur: euocatos se ab senatu docent Romano, & que actum iri secum credant, quidnam ad ea responderi placeat, referunt.

Cum

Cum aliud alij censerent, tum Annius. Quanquam ipse ego retuli quid responderi placeret: tamen magis ad summam rerum nostrarum pertinere arbitror, quid agendum nobis, quam quid loquendum sit. facile erit, explicatis consilijs, accommodare rebus uerba. Nam si etiam nunc sub umbra foederis æqui seruitutem pati possumus: quid abest quin proditis Sidicinis non Romanorum solum, sed Samnitium quoque dicto parcamus? respondeamusque Romanis: nos, ubi innuerint, posituros arma. Sin autem tandem libertatis desiderium remordet animos: si foedus est: si societas æquatio iuris est: si consanguineos nos Romanorum esse, quod olim pudebat, nunc gloriari licet: si socialis illis exercitus is est, quo adiuncto duplicent uires suas, quem secernere ab se coss. bellis proprijs ponendis sumendisque nolint: cur non omnia æquantur? cur non alter ab Latinis coss. datur? ubi pars uirium, ibi & imperij pars est. Est quidem nobis hoc per se haud nimis amplum: quippe concedentibus Romam caput Latio esse: sed ut amplum uideri posset, diuturna patientia fecimus. Atqui siquãdo unquam consociandi imperij, usurpandæ libertatis tempus optastis: en hoc tempus adest, & uirtute uestra, & deum benignitate uobis datum. Tentastis patientiam negando militem. quis dubitat exarsisse eos cum plus ducentorum annorum morem solueremus? pertulerunt tamen hunc dolorem. bellum nostro nomine cum Pelignis gessimus. qui ne nostrorum quidem finium per nos tuendorum ius antea dabant, nihil intercesserunt. Sidicinos in fidem receptos, Campanos ab se ad nos descisse, exercitus nos parare aduersus Samnites foederatos suos audierunt: nec mouerunt se ab urbe. unde hæc illis tanta modestia, nisi à conscientia uirium & nostrarum & suarum? Idoneos autores habeo, querentibus de nobis Samnitibus ita responsum ab senatu Romano esse: ut facile appareret ne ipsos quidem iam postulare ut Latium sub Romano imperio sit. usurpate modo postulando eo, quod illi uobis taciti concedunt. Si quem hoc dicere metus prohibet: en ego ipse audiente non populo Romano modo senatuque, sed Ioue ipso, qui Capitolium incolit, profiteor me dicturum: ut, si nos in foedere, ac societate esse uelint, coss. alterum ab nobis senatusque partem accipiant. Hæc ferociter non suadenti solum, sed pollicenti, clamore & assensu omnes permiserunt, ut ageret diceretque, quæ è repub. nominis Latini, fideque sua uiderentur. Vbi est Romam uentum, in Capitolio ei senatus datus est. Ibi cum T. Manlius coss. egisset cum eis ex autoritate patrum: ne Samnitibus foederatis bellum inferrent: Annius, tanquam uictor armis Capitolium cepisset, non legatus iure gentium tutus loqueretur: tempus erat, inquit T. Manli, uosque per c tandem iam uos nobiscum nihil pro imperio agere, cum florentissimum deum benignitate nunc Latium armis uirisque, Samnitibus bello uictis, Sidicinis, Campanisque socijs, nunc etiam Volscis adiunctis, uideretis: colonias quoque uestras Latinum Romano prætulisse imperium. sed quoniam uos regno impotenti finem ut imponatis, non inducitis in animum: nos quamquam armis possumus asserere Latium in libertatem, consanguinitati tamen hoc dabimus, ut conditiones pacis feramus æquas utrisque: quoniam uires quoque æquari dijs immortalibus placuit. coss. alterum Roma, alterum ex Latio creati oportet: senatus partem æquã ex utraque gente esse: unum populum, unam remp. fieri. & ut imperij eadẽ sedes sit, idemque omnibus nomen: quoniam ab alterutra parte cõcedi necesse est: quod utrisque bene uertat, sit hæc sanè patria potior & Romani omnes uocemur. Forte ita accidit, ut parè ferociæ huius & Romani coss. T. Manlium haberet: qui adeo non tenuit iram, ut si tanta dementia per cepisset, ut ab Setino homine leges acciperent, gladio cinctum in senatum uenturum se esse palam diceret, & quemcumque in curia Latinum uidisset, sua manu interempturum. & conuersus ad simulachrum Iouis, Audi Iupiter hæc scelera, inquit, audite ius fasque. Peregrinos coss. & peregrinum senatum in tuo Iupiter augurato templo captus, atque ipse oppressus uisurus es: hæccine foedera Tullus Romanus rex cum Albanis patribus uestris Latini, hæc L. Tarquinius uobiscum postea fecit? non uenit in mentem pugna apud Regillum lacum: adeo & cladum uestratum ueterum, & beneficiorum nostrarum erga uos obliuiscitis? Cum coss. uocẽ subsecuta patrum indignatio esset, proditur memoriæ: aduersus crebram implorationem deum, quos testes foederum sæpius inuocabant coss. uocem Anni spernentis numina Iouis Romani audiram. certe cum comotus ira se ab uestibulo templi citato gradu proriperet: lapsus per gradus, capite grauiter offensus impactus imo ita est saxo, ut sopiretur.

Exanimatum

Exanimatū autores quoniā non omnes sunt, mihi quoq; in incerto relictum sit: sicut inter fœderum ruptorū testationem ingenti fragore cœli procellā effusam. nam & uera esse, et apte ad repræsentandam iram deūm ficta, possunt. Torquatus missus ab senatu ad dimittendos legatos, cum iacentē Anniū uidisset: exclamat, ita ut populo patribusq; audita uox pariter sit. Bene habet. dñi pium mouete bellū. est cœleste numen, es magne Iupiter. haud frustra te patrem deūm hominūq; hac sedē sacrauimus. Quid cessatis Quirites, uosq; patres conscripti arma capere dñs ducibus: sic stratas legiones Latinorū dabo: quemadmodū legatum iacentem uidetis. Assensu populi excepta uox cōsulis tantū ardoris animis fecit, ut legatos proficiscentes cura magistratuū magis, qui iussu consulis prosequerentur, quā ius gentium ab ira impetuq; hominum tegetet. Cōsensit & senatus bellū: Consulesq; duobus scriptis exercitibus per Marfos Pelignosq; profecti, adiuncto Samnitū exercitu, ad Capuā, quō iam Latini socij q; cōuenierant, castra locant. Ibi in quiete utriq; cōsuli eadem dicē uisa species uiri maioris q; pro humano habitu augustiorisq;, dicentis: Ex una acie imperatorem, ex altera exercitū dñs manibus matriq; Terræ deberi: utrius exercitus imperator legiones hostium superq; eas se deuouisset, eius populi partiq; uictoriam fore. Hos ubi nocturnos uisus inter se consules contulerunt: placuit auerrucandæ deūm iræ uictimas cædi: simul ut si extis eadē quæ somno uisa fuerant, portenderentur, alteruter consulū fata impleret. Vbi responsa aruspicum insidēti iam animo tacitæ religioni cōgruerunt, tum adhibitis legatis tribunisq;, & imperijs deūm propalam expositis, ne mors uoluntaria consulis exercitū in acie terreret: cōparant inter se, ut ab utra parte cedere Romanus exercitus cœpisset: inde se consul deuoueret pro populo Romano Quiritibusq;. Agitatū etiam in concilio est, ut si quando unquā se uero ullum imperio bellū administratum esset: tūc uti disciplina militaris ad priscos redigeretur mores. Curā acuebat, quod aduersus Latinos bellandum erat: lingua, moribus, armorum genere, institutis ante omnia militibus cōgruentes: milites militibus, centurionibus centuriones, tribuni tribunis compares collegæq; iisdem præsidjs, sæpe iisdem manipulis permisti fuerant. Per hæc nequo errore milites caperentur: edicunt consules, ne quis extra ordinē in hostem pugnaret. Forte inter cæteros turmarum præfectos, qui exploratū in omnes partes dimissi erant: T. Manlius c. o. s. filius super castra hostiū cū suis turmalibus euasit, ut uix teli iactu ab statione proxima abesset. ibi Thursculani erant equites, præerat Geminius Metius, uir tum genere inter suos, tum factis clarus. is ubi Romanos equites, insignemq; inter eos præcedentem consulis filium (nam omnes inter se utique illustres uiri noti erant) cognouit: unāne, ait, turma Romani cum Latinis socijs' que bellum gesturi estis: quid interea consules, quid duo exercitus consulares agent? Aderunt in tempore, Manlius inquit, & cum illis aderit Iupiter ipse fœderum à uobis uiolatorū testis, qui plus potest polletq;. Si ad Regillū lacum ad satietatem uestram pugnauimus: hic quoque efficiemus profecto, ne nimis acies uobis, & collata signa nobiscum cordi sint. Ad ea Geminius paululum ab suis equo prouectus. uis' ne igitur dum dies ista uenit, qua magno conatu exercitus moueatis, interea tu ipse congredi mecum: ut nostro duorū iam hinc euentu cernatur quantum eques Latinus Romano præstet: Mouet ferocem animum iuuenis seu ira, seu detrectandi certaminis pudor, seu inexuperabilis uis fati. oblitus itaque imperij patrij cōsulumq; edicti, præceps ad id certamen agitur, quo uinceret an uinceretur, haud multum interesset. equitibus cæteris uelut ad spectaculum summotis, spatio quod uacui interiacebat campi, aduersos concitant equos: & cum infestis cuspidibus concurrissent, Manlij cuspis super galeam hostis, Metij trans ceruicem equi elapsa est. circumactis deinde equis cum prior ad iterandum ictum Manlius consurrexisset, spiculum inter aures equi fixit. ad cuius uulneris sensum cum equus prioribus pedibus erectis magna uis caput quateret, excussit equitem: quem cuspide parmaq; innixum, attollentem se à graui casu Manlius ab iugulo, ita ut per costas ferrum emineret, terræ affixit: spolijsq; lectis ad suos reuectus, cum ouante gaudio turma in castra, atque inde ad prætorium ad patrem tendit: ignarus facti futuriq;e, laus an pœna merita esset. Ut me omnes, inquit, pater tuo sanguine ortum uere ferrent, prouocatus equestria hæc spolia capta ex hoste cæso porto. Quod ubi audiuit consul, extemplo filium auersatus, contionem classico aduocari

aduocari iussit. quæ ubi frequens conuenit: Quandoquidem, inquit, tu M. Manli neque imperium consulare, neque maiestatem patriam ueritus, aduersus edictum nostrum extra ordinem in hostem pugnasti: & quantum in te fuit, disciplinam militarem, qua stetit ad hanc diem Romana res, soluisti: meque in eam necessitatem adduxisti, ut aut reipublice mihi, aut mei meorum obliuiscendum sit: nos potius nostro delicto plectemur, quam respub. tanto suo damno nostra peccata luat. triste exemplum, sed in posterum salubre iuuentuti erimus. Me quidem cum ingenta charitas liberum, tum specimen istud uirtutis deceptum uana imagine decoris in te mouerit: sed cum aut morte tua fancienda sint consulum imperia, aut impunitate in perpetuum abroganda: nec te quidem, siquid in te nostri sanguinis est, recusare censeam, quin disciplinam militarem culpa tua prolapsam poena restituas. I. lictor, deliga ad palum. Exanimati omnes tam atroci imperio: nec aliter quam in se quisque districtam cernentes securim, metu magis quam modestia quieuerunt. Itaque uelut emerso ab admiratione animo cum silentio defixi stetissent: repente postquam ceruice caesa fusus est cruor: tum libero conquestu coortæ uoces sunt, ut neque lamentis neque execrationibus parceretur: spoliisque contactum iuuenis corpus, quantum militari bus studiis funus ullum concelebrari potest, structo extra uallum rogo cremaretur: Manlianaque imperia non in presentia modo horrenda, sed exempli etiam tristis in posterum essent. Fecit tamen atrocitas poenæ obedientiorem duci militem: & præterquam quod custodiae uigilantiaque & ordo stationum intentionis ubique curæ erant: in ultimo etiam certamine, cum descensum in aciem est, ea seueritas profuit. fuit enim ciuili maxime bello pugna similis. adco nihil apud Latinos dissonum ab Romana republica, præter animos, erat. Clypeis antea Romanis usi sunt: deinde postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clypeis fecerunt: & quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies coepit esse. postremo in plures ordines instruebantur. ordo sexagenos milites, duos centuriones, uexillarium unum habebat. Prima acies hastati erant manipuli quindecim, distantes inter se modicum spatium: manipulus leuæ uicinos milites, aliam turbam scutorum habebat. leues autem, qui hastam tantum gestaque gererent, uocabantur. Hæc prima frons in acie florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen, hos sequebantur scutati omnes, insignibus maxime armis. hoc xxx manipulorum agmen antepilanos appellabant, quia sub signis iam alij quindecim ordines locabantur: ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat: earum unamquamque primum pilum uocabant: tribus ex uexillis constabat: uexillum clxxxvi homines erant. Primum uexillum triarios ducebat, ueteranum militem spectatæ uirtutis: secundum rotarios, minus roboris ætate factisque: tertium accensos, minime fiduciae manum, eo & in postremam aciem reiciebantur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primi pugnam inibant. si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant. tum principum pugna erat, hastati sequebantur. triarii sub uexillis confidebant: sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas sub erecta cuspide in terra fixas, haud secus quam uallo sepra inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoque haud satis prospere esset pugnatum, à prima acie ad triarios sensim referebantur. Inde rem ad triarios redisse, cum laboratur, prouerbio increbuit. Triarii consurgentes, ubi in interualla ordinum suorum principes & hastatos recepissent, extemplo compressis ordinibus uelut claudebant uias: unoque continente agmine iam nulla spe post relicta in hostem incedebant. id erat formidolosissimum hosti, cum uelut uictos insecuti nouam repente aciem exurgentem, auctam numero cernebant. Scribebantur autem quatuor ferè legiones quinque millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecentis. alterum tantum ex Latino delectu adiciebatur, qui ea tempestate hostes erant Romanis, eodemque ordine instruxerant aciem. nec uexilla cum uexillis tantum, uniuersi hastati cum hastatis, princeps cum principibus, sed centurio quoque cum centurione, si ordines turbati non essent, concurrendum sibi esse sciebat. Duo primipili ex utraque acie inter triarios erant: Romanus corpore haudquaquam satis ualidus, ceterum strenuus uir peritus que militiæ, Latinus uiribus ingens bellatorque primus, notissimi inter se, quia semper pares ordines duxerunt. Romano haud fa-

q tis fiden

tis fidenti uiribus iam Romæ permissum erat ab *cos.* ut subcenturionem sibi, quem uellet, legeret: qui tutaretur eum ab uno destinato hoste. isq; iuuenis in acie oblatus, ex centurione Latino uictoriam tulit. Pugnatum est haud procul radicibus Vesuuij montis: qua uia ad *Veserim* ferebat. Romani *cos.* prius quàm educerēt in aciem, immolauerunt. Decio caput iocineris à familiari parte cæsum aruspex dicitur ostendisse: alioqui acceptam dijs hostiam esse. Manlium egregie litasse. Atqui bene habet, inquit Decius, si ab collega litatum est. Instructis, sicut ante dictum est, ordinibus processere in aciem: Manlius dextro, Decius læuo cornu præerat. Primo utrinque æquis uiribus, eodem ardore animorum gerebatur res: deinde ab læuo cornu hastati Romani non ferentes impressionem Latinorum, se ad principes recepere. In hac trepidatione Decius *cos.* *M. Valerium* magna uoce inclamat. Deorum, inquit, ope Valerius opus est. agédum pontifex publicus populi Romani præi uerba, quibus me pro legionibus deuocam. Pontifex eum togam prætextâ sumere iussit, & uelato capite manu subter togam ad mentum exerta, super telum subiectū pedibus stantem sic dicere. Iane, Iupiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, diui Nouensiles, dii Indigetes, diui quorū est potestas nostrorum, hostiumq; dijq; manes, uos precor, ueneror, ueniam peto feroq;: uti populo Romano Quiritium uim uictoriamq; prosperetis: hostesq; populi Romani Quiritiū terrore, formidine, morteq; afficiatis. Sicut uerbis nuncupauit, ita pro republica Quiritiū, exercitu, legionibus, auxilijs populi Romani Quiritium, legiones auxiliacq; hostium mecum dijs manibus Telluricq; deuoueo. Hæc ita precatus, lictores ire ad *T. Manlium* iubet: matureq; collegæ se deuotum pro exercitu nuntiare. ipse incinctus cinctū gabino, armatus in equum insiluit: ac se in medios hostes immisit. Conspectus ab utraq; acie aliquanto augustior humano uisu, sicut cælo missus, piaculum omnis deorum iræ, qui pestem ab suis auersam in hostes ferret. Ita omnis terror, pauorq; cum illo latus signa primo Latinorum turbauit: deinde in totam penitus aciem peruasit. Euidētissimum id fuit, quòd quacunq; equo inuectus est, ibi haud secus quàm pestifero sidere icti pauebant. ubi uero corruit obrutus telis, inde iam haud dubie cōsternatæ cohortes Latinorū fugam ac uastitatem late fecerunt. Simul & Romani exolutis religione animis, uelut tum primum signo dato coorti, pugnam integram ediderunt. nam & rorarij procurrebant inter antepilanos, addiderātq; uires hastatis ac principibus: & triarij genu dextro innixi nutum *cos.* ad consurgendum expectabant. procedente deinde certamine cum alijs partibus multitudo superaret Latinorum, Manlius *cos.* audito euentu collegæ, cum, ut ius fasq; erat, lachrymis non minus quàm laudibus debitis profecutus ram memorabilem mortem esset: paulisper addubitauit an consurgendi iam triarijs tempus esset: deinde melius ratus integros eos ad ultimum discrimen seruari, accensos ab nouissima acie ante signa procedere iubet. Qui ubi subicere, extemplo Latini, tanquam idem aduersarij fecissent, triarios suos excitauerunt: qui aliquandiu pugna atroci cum & semetipsi fatigassent, & hastas aut præfregissent aut hebetassent, pellerent ui tamen hostem, debellatum iam rati peruentumq; ad extremam aciem: tum *cos.* triarijs, Consurgite nunc, inquit, integri aduersus fessos, memores patriæ parentumq; & cōiugum ac liberorum, memores *cos.* pro uestra uictoria morte occubantis. Vbi triarij consurrexerunt integri, refulgentibus armis, noua ex improviso exorta acies, receptis in interualla ordinum antepilanis, clamore sublato principia Latinorum perturbant: hastisq; ora fodientes primo robore uirorum cæso, per alios manipulos uelut incermes propè intacti euasere: tâtaq; cæde perurpere cuneos, ut uix quartam partem relinquerent hostium. Samnites quoque sub radicibus montis procul instructi præbuere terrorem Latinis. Cæterum inter omnes ciues sociosq; præcipua laus eius belli penes *cos.* fuit: quorum alter omnes minas periculaq; ab deis superis inferisq; in se unum uertit: alter ea uirtute, eorū consilio in prælio fuit, ut facile conuenerit inter Romanos Latinosq;, qui eius pugnae memoriam posteris tradiderunt, utrius partis *T. Manlius* dux fuisset: eius futuram haud dubie fuisse uictoriam. Latini ex fuga se Minturnas contulerunt. castra secundum prælium capta, multiq; mortales ibi uiui oppressi, maxime Campani. Decij corpus ne eo die inueniretur, nox quærentes oppressit: postero die inuentum inter maximam hostium stragem coopertum telis: funusq; par morti, celebrante collega, factum.

Illud

Illud adijciendum uidetur: licere consuli, dictatoriq; & prætori, cum legiones hostiū deuoueat: non utiq; se, sed quem uelit ex legione Romana scripta ciuem deuouere. si is homo qui deuotus est moritur, probe factum uideri: ni moritur, tum signum septem pedes altum, aut maius in terram defodi, & piaculum hostiæ cædi, ubi illud signum defossū erit, eò magistratum Romanum descendere fas non esse. sin autem sese deuouere uolet, sicuti Decius deuouit: ni moritur, neq; suum, neq; publicū diuinū pure faciet, qui sese deuouerit. Vulcano arma, siue cui alij diuo uouere uolet: siue hostia, siue quo alio uolet: ius esto. Telo, super quod stans cōsul precatus est, hostem potiri fas non est: si potiatur, Marti suo uenturilibus piaculū fieri. Hæc etsi omnis diuini humaniq; moris memoria aboleuit, noua peregrinaq; omnia prisca ac patrijs præferendo: haud ab re duxi, uerbis quoq; ipsis, ut tradita nuncupataq; sunt, referre. Romanis post prælium demum factum Samnites uenisse subsidio, expectato euentu pugnae, apud quosdam auctores inuenio: Latinis quoq; ab Lauinio auxilium, dum deliberādo terunt tempus, uictis demū ferri cœptum. & cum iam portis prima signa, & pars agminis esset egressa: nuntio allato de clade Latinorum, cum conuersis signis retro in urbem rediretur, prætorem eorum nomine Milionium dixisse ferunt: pro paulula uia magnam mercedem Romanis esse soluendam. Qui Latinorum pugnae superfuerant, multis itineribus dissipati cum se in unum conglobassent, Vescia urbs eis receptaculū fuit. Ibi in concilijs Numisius imperator eorum, affirmando communem uere Martem belli, utranq; aciem pari cæde prostrauisse: uictoriae q; nomen tantum penes Romanos esse, cæteram pro uictis fortunā & illos gerere: funesta duo consulum prætoria, alterum paricidio filij, alterum consulis deuoti cæde: trucidatum exercitum omnem: cæsos hastatos principesq;, stragem & ante signa & post signa factā: triarios postremo rem restituisse. Latinorum etsi pariter accisæ copis sint, tamen supplemento uel Latium propius esse, uel Volscos, quàm Romam. Itaq; si uideatur eis, se ex Latinis & ex Volscis populis iuuentute propere excita, rediturū infesto exercitu Capuam esse: Romanosq; nihil tum minus quàm prælium expectantes, nec opinato aduentu perculsurum. Fallacibus literis circa Latium nomenq; Volscum missis, quia qui non interfuerūt pugnae, ad credendū temere faciliores erant, tumultuarius undiq; exercitus raptim conscriptus cōuenit. Huic agmini Torquatus consul ad trifanum (inter Sinuessam Minturnasq; is locus est) occurrit. prius quàm castris locus caperetur, sarcinis utrinq; in aceruum coniectis, pugnatum debellatumq; est. adeo enim accisæ res sunt, ut consuli uictorem exercitum ad populandos agros eorum ducenti dederent se omnes Latini: deditioemq; eam Campani sequerentur. Latium Capusq; agro mulctati. Latinus ager Priuernati addito agro, & Falernus, qui populi Campani fuerat, usq; ad Vulturum flumen plebi Romanæ diuiditur. bina in Latino iugera, ita ut dodrantem ex Priuernati complerent, data: terna in Falerno, quadrantibus etiam pro longinquitate adiectis. Extra pœnam fuere Latinorū Laurentes, Campanorumq; equites: quia non desciuerant. Cum Laurentibus renouari fœdus iussum. renouaturq; ex eo quotannis post diem decimū Latinarum. equitibus Campanis ciuitas data: monumentoq; ut esset, æneam tabulā in æde Castoris Romæ fixerūt. uetigal quoq; eis Campanus populus iussus pendere in singulos quotannis (fuerunt autem mille, & sexcenti) denarios nummos quadringenos quinquagenos. Ita bello gesto, præmijs pœnaq; pro cuiusq; merito persolutis, T. Manlius Romam redijt. cui uenienti seniores tantum obuiam exisse constat: iuuentutē & tunc & omni uita deinde auersatam eum execratamq;. Antiates in agrum Hostiensem, Ardeatem, Solonium incursiones fecerunt. Manlius eos. quia ipse per ualeitudinem id bellum exequi nequiebat, dictatorem L. Papyriū Crasum, qui tum forte erat prætor, dixit: ab eo magister equitum L. Papyrius Cursor dictus. Nihil memorabile aduersus Antiates ab dictatore gestum est, cum aliquot menses statua in agro Antiati habuisset. Anno insigni uictoria de tot ac tam potentibus populis, ad hoc consulum alterius nobili morte, alterius sicut truci, ita claro ad memoriā imperio, successere eos s. T. Æmylius Mamercus, & Q. Publius Philo: neq; in similem materiā rerum, & ipsi aut suarum rerum, aut partium in republica magis, q̄ patriæ memores. Latinos ob iram agri amissi rebellantes in campis Feneetanis fuderunt, castrisq; exuerunt. Ibi Publio, cuius ductu auspici

ciōq; res gestæ erant, in deditiōē accipiente Latinos populos, quorū ibi iuuentus cæsa erat: Aemylius ad Pedum exercitum duxit. Pedanos tuebatur Tyburs, Prænestinus, Veliternusq; populus: uenerant & ab Lanuuiō, Antioq; auxilia. Vbi cum prælijs quidem superior Romanus esset, ad urbem ipsam Pedum, castraq; sociorum populorū, quæ urbi adiuncta erant, integer labor restaret: bello infecto repente omisso consul, quia collegæ decretum triumphum audiuit: ipse quoq; triumpho ante uictoriam flagitator Romam redijt. Qua cupiditate offensis patribus, negantibusq; nisi Pedito capto aut dedito triumphū, hinc alienatus ab senatu Aemylius seditiosis tribunatibus similem deinde consulatum gessit. Nam neq; quoad fuit consul, criminari apud populum patres destitit, collega haudquaquā aduersante: quia & ipse de plebe erat. materiam autem præbebat criminibus ager in Latino Falernoq; agro maligne plebi diuisus. & postquā senatus finire imperium consulibus cupiens dictatorem aduersus rebellantes Latinos dici iussit: Aemylius cuius tum fasces erant, collegam dictatorem dixit: ab eo magister equitum Iunius Brutus dictus: Dictatura popularis & orationibus in patres criminosis fuit: & quod tres leges secundissimas plebi, aduersas nobilitati tulit: unam, ut plebiscita omnes Quirites tenerent: alteram, ut legum, quæ comitijs centuriatis ferrentur, ante initū suffragium patres authores fierent: tertiam, ut alter utiq; ex plebe, cum eō uentum sit ut utrunq; plebeium fieri liceret, censor crearetur. plus eo anno domi acceptum cladis ab cōsulibus, ac dictatore, quā ex uictoria eorum, bellicisq; rebus foris auctum imperium patres credebant.

Anno insequenti L. Furio Camillo, C. Mænio cōs. quo insignitius omiſsa res Aemylio superioris anni cōs. exprobraretur: Peditū armis, uirisq; & omni uī expugnandū ac delendum senatus fremit: coactiq; noui cōsules omnibus eam rem præuerti, proficiscuntur. Iam Latio is status erat rerum, ut neq; bellum, neq; pacem pati possent. ad bellū opes decerant: pacem ob agri adempti dolorem aspernabantur. medijs consilijs standum uidebatur: ut oppidis se tenerent: ne laceſſitus Romanus causam belli haberet: & si cuius oppidi obsidio nuntiata esset, undiq; ex omnibus populis auxilium obſeſis ferretur. Neq; tamē nisi admodū a paucis populis Pedani adiuti sunt. Tyburtes, Prænestiniq; quorum ager propior erat, Pedum peruenere. Aricinos, Lanuuiosq; & Veliternos Antiaticibus Volſcis se coniungentes ad Asturæ flumen Mænius improuiso adortus fudit. Camillus ad Pedum cum Tyburtibus maxime ualido exercitu maiore mole, quanquam æque prospero euentū pugnat. Tumultum maxime repentina inter prælium eruptio oppidanorum fecit: in quos parte exercitus cōuersa Camillus non compulſit solum eos intra mœnia: sed eodem etiam die, cum ipsos auxiliacq; eorum perculisset, oppidum scalis cepit. Placuit inde iam maiore conatu animoq; ab unius expugnatione urbis ad perdomandum Latium uictorem circumducere exercitum. nec quieſcere, ante quā expugnando, aut in deditiōem accipiendo singulas urbes, Latium omne subegere. Præſidijs inde dispositis per recepta oppida, Romam ad destinatum omnium consensu triumphum decedere. additus triumpho honos: ut statuæ equestres eis, rara illa ætate res, in foro ponerentur.

Prius quā comitijs in insequentem annum consules rogarent: Camillus de Latinis populis ad senatum retulit: atq; ita disseruit: p c, quod bello armisq; in Latio agendū fuit, id iam deūm benignitate, ac uirtute militum ad finem uenit. cæsi ad Pedum Asturamq; sunt exercitus hostium: oppida Latina omnia, & Antium ex Volſcis, aut uī capta, aut recepta in deditiōnem præſidijs tenentur ueſtris. Reliqua consultatio est, quoniam rebellando sæpius nos sollicitant: quoniam modo perpetua pace quietos obtineamus. dñj immortales, ita uos potentes huius consilij fecerunt, ut sit Latium deinde, an non sit, in uestra manu posuerint. Itaq; pacem uobis, quod ad Latinos attinet, parare in perpetuum uel sæuiendo, uel ignoscendo potestis: Vultis crudeliter consulere in deditos, uictosq; licet delere omne Latium: uastas inde solitudines facere, unde sociali egregio exercitu per multa bella magnaq; sæpe uſi estis. Vultis exemplo maiorum augere rem Romanam uictos in ciuitatē accipiendo: materia crescendi per summam gloriam suppeditat. certe id firmissimum longe imperium est, quo obedientes gaudent. Sed maturato opus est, quicquid statuere placet. tot populos inter spem metumq; suspensos animi habetis: & ueſtram itaq; de eis curam quāprimum absolui, & illorū animos,
dum

dum expectatione stupent, seu pœna, seu beneficio præoccupari oportet. Nostrum enim fuit efficere ut omnium rerum uobis ad consulendum potestas esset. uestrum est decernere quod optimum uobis, reiç publicæ sit. Principes senatus relationē consulis de summa rerū laudarē: sed cum aliorum causa alia esset, ita expediri posse consiliū dicere, ut pro merito cuiusçq; statueretur, si de singulis nominatim referrent populis. Relatum igitur de singulis, decretumçq;. Lanuuinis ciuitas data: sacraçq; sua reddita cum eo, ut ædes lucusçq; Sospitæ Iunonis communis Lanuuinis municipibus cū populo Romano esset. Aricini, Nomētanicçq;, & Pedani eodem iure, quo Lanuuii in ciuitatem accepti. Tusculanis seruata ciuitas, quam habebāt: crimençq; rebellionis à publica fraude in paucos authores uersum. In Veliternos ueteres ciues romanos, quod toties rebellassent, grauitè sæuitum: & muri deiecti: & senatus inde abductus: iusiçq; trans Tyberim habitare: ut eius, qui cis Tyberim deprehensus esset, usq; ad mille pondo clarigatio esset: nec prius quàm ære persoluto, is qui cepisset extra uincula captū haberet. in agrum senatorum coloni missi: quibus ascriptis, speciem antiquæ frequentia Velitræ receperunt. Et Antium noua colonia missa, cum eo, ut Antiatis permitteretur, si & ipsi ascribi coloni uellent. naues inde longæ abactæ: interdictumçq; mari Antiati populo est: & ciuitas data. Tyburtes, Prænestiniczq; agro mulctati: neq; ob recens tantū rebellionis commune cum alijs Latinis crimen: sed quod tedio imperij Romani cum Gallis gente efferata arma quondam consociassent. Cæteris Latinis populis connubia, cōmerciaçq;, & cōsilia inter se ademerunt. Campanis equitibus honoris causa, quia cum Latinis rebellare nolissent: Fundanisçq;, & Formianis, quod per fines eorum tuta pacataçq; semper fuisset uia: ciuitas sine suffragio data. Cumanos, Suessulanosçq; eiusdem iuris cōditionisçq;, cuius Capuam esse placuit. Naues Antiatum partim in naualia Romæ subductæ, partim incensæ: rostrisçq; earum suggestū in foro extructum adornari placuit: rostraçq; id templum appellatum. C. Sulpicio Longo, P. Ælio Peto coss. cum omnia non opes magis Romanæ, quàm beneficijs parta gratia bona pace obtineret: inter Sidicinos, Auruncosçq; bellum ortum. Aurunci à T. Manlio coss. in deditionem accepti nihil deinde mouerant: eo petendū auxiliij ab Romanis causa iustior fuit. sed prius quàm consules ab urbe (iusserat enim senatus) defendendi Auruncos exercitum educerent: fama affertur Auruncos metu oppidū deseruisse: profugosçq; cum coniugibus ac liberis Suessam communisse: quæ nunc Aurunca appellata: mœnia antiqua eorū, urbemçq; ab Sidicinis deletam. Ob ea infensus coss. senatus, quorum cunctatione proditi socij essent: dictatorem dici iussit. dictus C. Claudius Regillensis: magistrū equitum C. Claudiu Hortatorē dixit. Religio inde iniecta de dictatore: & cum augures uitio creatum uideri dixissent, dictator, magisterçq; equitum se magistratu abdicarunt. Eo anno Minucia uestalis suspecta primo propter mundior rem iusto cultum, insimulata deinde apud pōtificates ab indice seruo, cum decreto eorum iussa esset sacris abstinere, familiamçq; in potestate habere: facto iudicio uiua sub terrā ad portam Collinā dextra uia stratā defossa scelerato campo. credo ab incesto id ei loco nomen factum.

Eodem anno Q. Publius Philo prætor primum de plebe aduersante Sulpicio coss. qui negabat rationem eius se habiturum, est factus: senatu, cum in summis imperijs id non obtinisset, minus in prætura intendente. Insequens annus L. Papyrio Crasso, Cæsonè Duellio coss. Ausonū magis nouo quàm magno bello fuit insignis. ea gens Cales urbem incolebat: Sidicinis finitimis arma coniunxerat: unoçq; prælio haud sanè memorabili duorum populorum exercitus fusus propinquitate urbium & ad fugam pronior, & in fuga ipsa tutior fuit. nec tamen omissa eius belli cura patribus: quia toties iam Sidicini aut ipsi mouerant bellū, aut mouentibus auxiliū tulerant, aut causa armorum fuerant. Itaq; omni ope annexi sunt ut maximum ea tempestate imperatorem M. Valerium Coruinum coss. IIII facerent: collega additus Coruino M. Attilius Regulus. & ne forte casu erraretur, petitum ab consulibus, ut extra sortem Coruini ea prouincia esset. Exercitu uictore à superioribus consulibus accepto ad Cales, unde bellū ortum erat, profectus cum hostes ab superioris etiam certaminis memoria puidos clamore atq; impetu primo fudisset, mœnia ipsa oppugnare est aggressus: & militū quidem is erat ardor, ut iam inde cum scalis succedere ad muros uellent, euasurosçq; cōtenderent.

Coruinus, quia id arduum factu erat, labore militum potius, quam periculo peragere incertum uoluit. itaque aggerem & uineas egit: turreſq; muro admouit: quarum uſum forte oblata opportunitas præuertit. namq; M. Fabius captiuus Romanus cum per negligentiam custodum feſto die uinculis ruptis per murum inter opera Romanorum religata ad pinnam muri reſte ſuſpenſus manibus ſe demiſiſſet, perpulit imperatorem ut uino epulisq; ſopitos hoſtes aggredereſtur. nec maiore certamine capti cum urbe Aufones ſunt, quam acie fuſi erant. præda capta ingens eſt: præſidioq; impoſito Calibus, reductæ Romam legiones. c o s. ex s c triumphauit: & ne Attilius expers gloriæ eſſet, iuſſi ambo c o s s. aduerſus Sidicinos ducere exercitum, dictatorem ante ex ſenatus cõſulto comitorum habendorum cauſa dixerunt L. Aemylum Mamercurium: iſ magiſtrum equitum Q. Publum Philonem dixit. Dictatore comitia habente c o s s. creati ſunt T. Veturius, Sp. Poſthumius. Etſi belli pars cum Sidiciniſ reſtabat: tamen ut beneficio præuenirent deſyderium plebis, de colonia deducenda Cales retulerunt: factoque s c ut duo millia quingenti homines eò ſcriberentur, iuuiros coloniæ deducendæ, agroq; diuidendo creauerunt, Cæſonem Duellium, T. Quintium, M. Fabium. Noui deinde c o s s. à ueteribus exercitu accepto, ingreſſi hoſtium fines populando uſq; ad mœnia atq; urbem peruenunt. Ibi, quia ingenti exercitu comparato Sidicini & ipſi pro extrema ſpe dimicaturi enixe uidebantur: & Samnium fama erat conciri ad bellum: dictator ab cõſulibus ex authoritate ſenatus dictus P. Cornelius Ruffinus: magiſter equitum M. Antonius. Religio deinde inceſſit uitio eos creatos: magiſtratuq; ſe abdicauerunt. & quia peſtilentia infeſta eſt, uelut omnibus eo uitio contactis auſpicis, reſ ad interregnum redijt. ab interregno inito per quintum demum interregem M. Valerium Coruinum creati c o s s. L. Cornelius iterum, & Cn. Domitius. Tranquillis rebus fama Gallici belli pro tumultu ualuit ut dictatorem dici placeret. dictus M. Papyrius Craſſus: & magiſter equitum P. Valerius Publicola. à quibus cum delectus intentius quam aduerſus finitima bella haberetur: exploratores miſſi attulerunt quietam omnia apud Gallos eſſe. Samnium quoq; iam alterum annum turbari nouis cõſilijs ſuſpectum erat: eo ex agro Sidicino exercitus Romanus non eſt deductus. cæterum Samnites bellum Alexandri Epeireniſ in Lucanos traxit. qui duo populi aduerſus regem excursionem à Pæſto facientem ſignis collatis pugnauerunt. eo certamine ſuperior Alexander, incertum qua fide culturus ſi perinde cætera proceſſiſſent, pacem cum Romanis fecit. Eodem anno cenſus actus, nouique ciues cenſis tribus propter eos additæ, Metia & Scaptia: cenſores addiderunt, Publius Philo, Sp. Poſthumius. Romani facti Acerrani lege ab L. Papyrio prætoris lata: qua ciuitas ſine ſuffragio data. Hæc eo anno dormi militiæq; geſta. Fœdus infequens annus ſeu intemperie cœli, ſeu humana fraude fuit, M. Claudio Marcello, T. Valerio c o s s. Flaccum, Potitumq; uarie in annalibus cognomine conſulariſ inuenio: cæterum in eo parui refert, quid ueri ſit. illud peruelim (nec omnes authores ſunt) proditum falſum eſſe: uenenis abſumptos, quorum mors infamem annum peſtilentia fecerit. ſicut proditur tamen reſ, ne cui authorum fidem abrogauerim, exponenda eſt. Cum primores ciuitatis ſimilibus morbis, eodemq; ferme omnes euentu morerentur: ancilla quædam ad Q. Fabium Maximum ædilẽ curulem indicaturam ſe cauſam publicam peſtis profeſſa eſt, ſi ab eo fides ſibi data eſſet haud futurum noxam indicium. Fabius conſeſtim rem ad c o s s. conſules ad ſenatum referunt: conſenſuq; ordinis fides indicati data. Tum patefactum muliebri fraude ciuitatem premittat matronasq; ea uenena coquere: & ſi ſequi extemplo uelint, manifeſto deprehendi poſſe. Secuti indicem & coquentes quaſdam medicamentum, & recondita alia inueniunt. quibus in forum delatis, & ad xx matronis, apud quas deprehenſa erant, per uiatorem accitis, duæ ex eis Cornelia ac Sergia, patriciæ utraq; gentis, cum ea medicamentum ſalubria eſſe cõtenderent, ab conſulante indice bibere iuſſæ, ut ſe falſum commentam arguerent: ſpatio ad colloquendum ſumpto cum ſummoto populo in conſpectu omnium rem ad cæteras retuliſſent: haud abnuentibus & illis bibere, epoto medicamento ſua metipſæ fraude omnes interierunt. cõprehenſam extemplo earum comites magnum numerum matronarum indicauerunt: ex quibus ad clxx damnatæ. Neq; de ueneficis ante eam diem Romam quaſitum eſt. prodigij ea reſ loco habita: captiſq; magis mentibus, quam conſceleratis ſimilis uifa. Itaq; memoria ex annalibus repetita, in ſeceſſionibus

nibus quondam plebis clauum ab dictatore fixum, alienatasque discordia mentes hominum eo piaculo compotes sui fecisse, dictatorem clauum figendi causa creati placuit. creatus Cn. Quintilius magistrum equitum L. Valerium dixit: qui fixo clauo magistratu se abdicarunt. Creati eos L. Papyrius Crassus iterum, L. Plautius Venox. cuius principio anni legati ex Volscis Fabraterni, & Lucani Romam uenerunt, orantes ut in fidem reciperentur: si à Samnitium armis defensi essent, se sub imperio populi Romani fideliter atque obedienter futuros. Missi tum ab senatu legati: denuntiaturque Samnitibus ut eorum populorum finibus uim abstinerent. ualuitque ea legatio, non tam quia pacem uolebant Samnites, quam quia nondum parati erant ad bellum.

Eodem anno Priuernas bellum initum: cuius socij Fundani, dux etiam Fundanus fuit Vitruuius Vaccus, uir non domi solum, sed etiam Romae clarus. aedes fuere in palatio eius, quae Vacciprata diruto aedificio, publicatoque solo appellata. aduersus hunc uastantem effuse fetinum norbanumque & coranum agrum L. Papyrius profectus haud procul castris eius confedit. Vitruuius nec ut uallo se teneret aduersus ualidiorum hostem sana consistere mens: nec ut longius à castris dimicaret, animus suppetere. uix tota extra portam castrorum explicata acie, fugam magis retro quam praeliū aut hostem spectante milite, sine consilio, sine audacia depugnat: & ut leui momento, nec ambigue est uictus: ita breuitate ipsa loci, facilique receptu in tam propinqua castra, haud aegre militem à multa caede est tutatus: nec ferè quisquam in ipso certamine, pauci in turba fugae extremae, cum in castra ruerent, caesi: primisque tenebris Priuernum inde petitum agmine trepido, ut muris potius quam uallo sese tutarentur. A Priuernum Plautius alter eos. per uastatis passim agris, praedaeque abacta, in agrum fundanum exercitum inducit: ingredienti fines senatus Fundanorum occurrit: negant se pro Vitruuius sectamque eius secutis precatur uenisse, sed pro Fundano populo: quem extra culpam belli esse ipsum Vitruuium iudicasse: cum receptaculum fugae Priuernum habuerit, non patriam Fundos. Priuerni igitur hostes populi Romani querendos, persequendosque esse: qui simul à Fundanis ac Romanis utriusque patriae inimemores defecerint. Fundanis pacem esse, & animos Romanos, & gratam memoriam acceptae ciuitatis: orare se consulem ut bellum ab innoxio populo abstineat: agros, urbem, corpora ipsorum coniugumque ac liberorum suorum, in potestate populi Romani esse, futuraque. Collaudatis Fundanis eos. literisque Romam missis in officio Fundanos esse, ad Priuernum flexit iter. Prius animaduersum in eos, qui capita coniurationis fuerant, à eos. scribit Claudius: ad ccccl. ex coniuratis uinctos Romam missos: eamque deditioem ab senatu non acceptam: quod egentium atque humilium poena defungi uelle Fundanum populū censuerint. Priuernum duobus consularibus exercitibus cum obsideretur, alter eos. comitiorum causa Romam reuocatus. Carceres eo anno in circo primum statuti. Nondum perfunctos cura priuernatis belli tumultus gallici fama atrox inuasit, haud fermè unquam neglecta patribus. Extemplo igitur eos. n. ui L. Aemilius Mamercus, & Cn. Plautius eo ipso die cal. Quintilibus, quo magistratus inierunt, comparare inter se prouincias iussi: & Mamercus, cui gallicum bellum euenerat, scribere exercitum sine ulla uacationis uenia. quin opificum quoque uulgos, & sellularij, minime militie idoneum genus, exciti dicuntur: Veiosque ingens exercitus contractus, ut inde obuiam Gallis iretur. longius discedi, ne alio itinere hostis falleret ad urbem incedens, non placuit. Paucos deinde post dies satis explorata temporis eius quiete à Gallis Priuernum omnis conuersa uis. Duplex inde fama est. alij uicam urbem, Vitruuiumque uiuum in potestatem uenisse: alij, prius quam ultima adhiberetur uis, ipsos se in deditioem consulis caduceum praefidentes permisissis authoribus sunt: Vitruuiumque ab suis traditum. Senatus de Vitruuius Priuernatibusque consultus eos. Plautium dirutis Priuerni muris, praesidioque ualido imposito, ad triumphum accersit. Vitruuius in carcerem asseruari iussit quoad consul redisset, tum uerberatum necari: aedes eius, quae essent in palatio, diruendas, bona Semoni Sango censuerunt consecranda: quodque aeris ex eis redactum est, ex eo aenei orbis facti, positi in sacello Sanguis uersus aedem Quirini. De senatu Priuernate ita decretum, ut qui senator Priuerni post defectionem ab Romanis mansisset, trans Tyberim lege eadem qua Veliterni, habitaret. His ita decretis, usque ad triumphum Plautij silentium de Priuernatibus fuit: post triumphum eos. necato Vitruuius sociisque eius noxae, apud fatiatos iam

supplicij nocentium tutam mentionē de Priuernatibus ratus, quoniā authores defectionis, inquit, meritas pœnas & ab dijs immortalibus, & à uobis habent p c: quid placet de innoxia multitudine fieri? equidem etfi meæ partes exquirendæ magis sententiæ, quàm dandæ sunt: tamen cum uideã Priuernates uicinos Samnitibus esse, unde nunc nobis incertissima pax est: quàm minimū irarum inter nos illosq; relinquī uelim. Cum ipsa per se res anceps esset, prout cuiusq; ingenium erat atrocius, mitius ue suadētibus: tum incertiora omnia unus ex Priuernatibus legatis fecit, magis conditionis in qua natus esset, quàm præsentis necessitatis memor: qui interrogatus à quodā tristioris sententiæ authore quam pœnam meritos Priuernates censeret: eam, inquit, quam merentur qui se libertate dignos censent. cuius cum feroci responso infestiores factos uideret consul eos, qui ante Priuernatium causam impugnabant: ut ipse benigna interrogatione mitius responsum eliceret: quid, si pœnã, inquit, remittimus uobis, qualem nos pacem uobiscū habituros speremus? Si bonam dederitis, inquit, & fidam, & perpetuam: si malam, haud diuturnam. Tum uero minari, nec id ambigue, Priuernatē quidam, & illis uocibus ad rebellandum incitari pacatos populos: pars melior senatus ad meliora responsa trahere: & dicere uiri, & liberi uocem auditam: an credi posse ullum populum, aut hominem deniq; in ea conditione, cuius cum pœniteat, diutius quàm necesse sit mansurum: ibi pacem esse fidam, ubi uoluntarij pacati sint: neq; eo loco, ubi seruitutem esse uelint, fidem sperandam esse.

In hanc sententiam maxime consul ipse inclinauit animos: identidem ad principes sententiarum consulares, uti exaudiri posset à pluribus, dicendo: eos demum, qui nihil præterquam de libertate cogitant, dignos esse qui Romani fiant. Itaq; & in senatu causam obtinere: & ex auctoritate patrum latum ad populum est ut Priuernatibus ciuitas daretur. Eodem anno Anxur trecenti in coloniam missi sunt: bina iugera agri acceperunt. secutus est annus nulla re belli, domi ue insignis P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula coss. præterq; quod Fregellas (Signinorum is ager, deinde Volscorum fuerat) colonia deducta: & populo uisceratio data à M. Flauio in funere matris. Erant qui per speciem honorandæ parentis meritam mercedem populo solutam interpretarentur: quod eum die dicta ab ædilibus crimine stupratæ matris familiæ absoluisset. Data uisceratio in præteritã iudicij gratiam, honoris etiam ei causa fuit: tribu natuq; plebis proximis comitijs præsentibus præfertur. Palæpolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est: duabus urbibus populus idē habitabat: Cumis erāt oriundi, Cumani Chalcide euboica originem trahunt. Classe, qua aduecti ab domo fuerant, multum in ora maris eius, quod accolunt, potuere. Primo in insulas Aenariã, & Pithecusas egressi, deinde in continentem aufi sedes transferre. Hæc ciuitas cum suis uiribus, tum Samnitium infidæ aduersus Romanos societati freta, siue pestilentiæ, quæ Romanã urbem adorta nuntiabatur, fidens, multa hostilia aduersus Romanos agrum Campanū Falernumq; incolentes fecit: Igitur L. Cornelio Lentulo, Q. Publico Philone iterū coss. scæcialibus Palæpolim ad res repetendas missis cum relatum esset à Græcis, gente lingua magis strenua quàm factis, ferox responsum: ex auctoritate patrum populus Palæpolitianis bellum fieri iussit. Inter coss. prouincijs comparatis, bello Græci persequendi Publico euenerunt. Cornelius altero exercitu Samnitibus, si qua se mouerent, oppositus. fama autem erat defectioni Campanorum imminentes ad moturos castra. ibi optimum uisum Cornelio statiuam habere. Ab utroq; consule exiguã spem pacis cum Samnitibus esse certior fit senatus. Publius duo milia Nolanorū militum, & quatuor Samnitium magis Nolanis cogētibus, quàm uoluntate Græcorum recepta Palæpoli miserat. Romæ compertum delectum indictum à magistratibus: uniuersum Samniū erectum: ac uicinos populos, Priuernatem Fundanumq; & Formianum, haud ambigue sollicitari. Ob hæc cum legatos mitti placuisset prius ad Samnites, quàm bellum fieret: responsum redditur à Samnitibus ferox. ultro inculabant iniurias Romanorum: neq; eo negligentius ea, quæ ipsis obijcerentur, purgabant. Haud ullo publico cõsilio, auxiliouē iuuari Græcos: nec Fundanum, Formianum ue à se sollicitatos. quippe minime pœnitere se uiriū suarū, si bellū placeat. Cæterum non posse dissimulare, ægre pati ciuitatem Samnitium quod Fregellas ex Volscis captas dirutasq; ab se restituerit Romanus populus, coloniãq; in Samnitium agro imposuerit, quam coloni

coloni eorum Fregellas appellant. eam se contumeliã iniuriãq̃, ni sibi ab ijs qui fecerint de-
 mnatur, ipsos omni ui depulsuros esse. Cum Romanus legatus ad disceptandũ eos ad commu-
 nes socios atq̃ amicos uocaret: quid perplexe agimus, inquit: nostra certamina Romani, non
 uerba legatorũ, nec hominum quisquam disceptator, sed campus campanus, in quo concur-
 rendum est, & arma, & communis Mars belli decernet. Proinde inter Capuam Sueffulamq̃
 castra castris conferamus: & Samnis Romanus ne imperio Italiã regat decernamus. Legati
 Romanorũ cum se non quò hostis uocasset, sed quò imperatores sui duxissent, ituros esse re-
 spondissent: iam Publius inter Palæpolim Neapolimq̃ loco opportune capto, diremerat ho-
 stibus societatem auxiliij mutui: qua ut quisq̃ locus premeretur, inter se usi fuerant. Itaq̃ cum
 & comitorũ dies instaret: & Publium imminentẽ hostium muris auocari ab spe capiendæ in-
 dies urbis haud è republica esset: actum cum tribunis est ad populum ferrent, ut cum Publius
 Philo cõsulatu abisset, proconsul rem gereret quoad debellatũ cum Græcis esset. L. Cornelio,
 quia ne eum quidẽ in Samnium iam ingressum reuocari ab impetu belli placebat: literæ mis-
 sæ, ut dictatorem comitorũ causa diceret. dixit M. Claudium Marcellũ: ab eo magister equi-
 tum dictus Sp. Posthumius. Nec tamen ab dictatore comitia sunt habita: quia uitio ne crea-
 tus esset, in disquisitionẽ uenit. consulti augures, uitiosum uideri dictatorẽ pronuntiauerunt.
 Eam rem tribuni suspectam infamemq̃ criminando fecerunt. nam neq̃ facile fuisse id uitium
 nosci: cum consul oriente nocte silentio diceret dictatorẽ: neq̃ ab cõsule cuiquam publice pri-
 uatim ue de ea re scriptum esse: nec quẽquam mortaliũ extare, qui se uidisse, aut audiuisse quid
 dicat, quod auspiciũ dirimeret: neq̃ augures diuinare Romæ sedentes potuisse quid in castris
 consuli uitij obuenisset. cui non apparere, quod plebeius dictator sit, id uitium auguribus ui-
 sum: Hæc, aliãq̃ ab tribunis nequicquam iactata: tamen ad interregnum res redit: dilatisq̃
 alia atq̃ alia de causa comitijs, quartusdecimus demũ interrex Lucius Aemilius coss. creat,
 C. Petilius, L. Papyrius Mugilanũ: Cursorem in alijs annalibus inuenio. Eodem anno
 Alexandriam in Aegypto proditum conditam: Alexandrumq̃ Epeiri regem ab exule Luca-
 no interfectum sortes dodonæi Iouis euentu affirmasse. Accito ab Tarentinis in Italiam data
 dictio erat, caueret Acherusiam aquam Pandosiamq̃ urbem: ibi fatis eius terminũ dari. eoq̃
 ocyus transmisit in Italiã: ut quàm maxime procul abesset urbe Pandosia in Epeiro, & Ache-
 ronte amni: quem ex Molosside fluentem in stagna inferna accipit Thesprotius sinus. Cæter-
 rum (ut fermè fugiendo in media fata ruitur) cum sæpe Brutias Lucanasq̃ legiones fudisset:
 Heracleam Tarentinorum coloniam, Consentiam ex Lucanis Sipontumq̃, Brutiorum co-
 loniam Acerinam, alias inde Messapiorum ac Lucanorum cepisset urbes: & trecentas familias
 illustres in Epeirum, quas obsidum numero haberet, misisset: haud procul Pandosia urbe im-
 minente Lucanis ac Brutijs finibus, treis tumulos aliquantum inter se distantes insedit: ex qui-
 bus incursiones in omnem partem agri hostilis faceret: & ducentos fermè Lucanorum exules
 circa se pro fidis habebat, ut pleraq̃ eius generis ingenia sunt, cum fortuna mutabilem geren-
 tes fidem. imbres continui campis omnibus inundantes cum interclusissent trifariam exerci-
 tum à mutuo inter se auxilio: duo præsidia, quæ sine rege erant, improuiso hostium aduentu
 opprimuntur: deletisq̃ eis, ad ipsius obsidionem omnes conuersi. inde ab Lucanis exulibus
 ad suos nuntij missi sunt: pactoq̃ reditu promissum est regem aut uiuum, aut mortuum in
 potestatem duros. Cæterum cum delectis ipse egregium facinus ausus, per medios erumpit
 hostes: & ducem Lucanorum cominus congressum obruncat: contrahensq̃ suos ex fuga
 palatos peruenit ad amnem ruinis recentibus pontis, quem uis aquæ abstulerat, indicantem
 iter. quem cum incerto uado transiret agmen, fessus metu ac labore miles increpans nomen
 abominandum fluminis, iure Acherus uocaris inquit. Quod ubi ad aures accidit regis: adiecit
 extemplo animum fatis suis: substititq̃ dubius an transiret. Tum Sotimus minister ex re-
 gis pueris, quid in tanto discrimine periculi cunctaretur interrogans, indicat Lucanos insidijs
 quærere locum. quos ubi respexit rex procul grege factò uenientes, stringit gladium: & per
 in medium amnem transmittit equum. Iamq̃ in uadum egressum eminus ueruto Lucanus
 exul transfigit. lapsum inde cum inhaerente telo corpus exanime detulit amnis in hostium
 præsidia

præsidia. Ibi fœda laceratio corporis facta. namq; præciso medio partem Consentia miseræ pars ipsis rerenta ad ludibrium: quæ cum iaculis saxisq; procul incesseretur, mulier una ultra humanarum irarum fidem sæuienti turbæ immista, ut parumper sustinerent precata, flens ait uirum sibi liberosq; captos apud hostes esse: sperare corpore regio utcunq; multato se suos redempturam. Is finis lacerationi fuit: sepultumq; Consentia quod membrorum reliquum fuit, cura mulieris unius: ossaq; Metapontum ad hostes remissa, inde Epeirum deuecta ad Cleopatram uxorem, sororemq; Olympiadem: quarum mater magni Alexandri altera, soror altera fuit. Hæc de Alexandri Epeirensis tristi euentu, quanquam Romano bello fortuna eum abstinuit, tamen quia in Italia bella gessit, paucis dixisse satis sit. Eodem anno lectisterium Romæ quinto post conditam urbem isdem, quibus ante, placandis habitum est dijs. Noui deinde consules iussu populi cum misissent qui indicerent Samnitibus bellū, & ipsi maiore conatu quàm aduersus Græcos cuncta parabant, & alia noua nihil tum animo tale agitantibus accesserūt auxilia. Lucani atq; Appuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat, in fidem uenerunt arma uirosq; ad bellum pollicētes. fœdere ergo in amicitiam accepti. Eodem tempore etiam in Samnio res prospere gesta: tria oppida in potestatem uenerunt, Alife, Callife, Ruffrium: aliusq; ager primo aduentu eos s. longe, lateq; est peruastatus. Hoc bello tam prospere commisso, alteri quoq; bello, quo Græci obsidebantur, iam finis aderat. nam præterquàm quod interseptis munimentis hostium pars parti abscissa erat: fœdiora aliquanto intra muros is, quibus hostis territabat, patiebantur: & uelut capti à suis metipsis præsidijs indigna iam liberis quoq; ac cōiugibus, & quæ captarum urbium extrema sunt, patiebantur. Itaque cum & à Tarento, & à Samnitibus fama esset noua auxilia uentura: Samnitium plus quàm uellent, intra mœnia esse rebantur: Tarentinorum iuuentutem Græci Græcos haud minus per quos Samniti Nolanoq; quàm ut Romanis hostibus resisterēt, expectabant. Postremo leuissimum malorum deditio ad Romanos uisa. Charilaus & Nymphius principes ciuitatis communicato inter se consilio partes ad rem agendā diuisere: ut alter ad imperatorem Romanorum transfugeret: alter subsisteret ad præbendam opportunā consilio urbem. Charilaus fuit, qui ad Philonem uenit: & quod bonum, faustum, felix Palæpolitani, populoq; Romano esset: tradere se ait mœnia statuisse. eo facto utrū ab se prodita, an seruata patria uideatur, in fide Romana positum esse: sibi priuatim nec pacisci quicquam, nec petere: publice petere quàm pacisci magis, ut si successisset inceptū, cogitaret Populus Romanus potius cum quanto studio periculoq; reditū in amicitiam suam esset, quàm qua stultitia & temeritate de officio decessum. Collaudatus ab imperatore tria millia militum ad occupandam eam partē urbis, quam Samnites insidebāt, accepit: præsidio ei L. Quintius tribunus militum præpositus. Eodem tempore & Nymphius prætorem Samnitium arte aggressus perpulserat, ut quoniā omnis Romanus exercitus aut circa Palæpolim, aut in Samnio esset: sine ret se classe circūuehi ad Romanū agrum, non oram modo maris, sed ipsi urbi propinqua loca depopulaturum. sed ut falleret, nocte proficiscendum esse, extemploq; naues deducendas. Quod quo maturius fieret, omnis iuuentus Samnitium præter necessarium urbis præsidium ad litus missa. Vbi dum Nymphius in tenebris & multitudine semetipsa impediēte sedulo alijs alia imperia turbans terit tempus, Charilaus ex cōposito ab socijs in urbem receptus cum summa urbis Romano milite impleset, tolli clamorē iussit: ad quē Græci signo accepto à principibus, quieuerunt: Nolani per auersam partē urbis uia Nolā ferente effugiunt. Samnitibus exclusis ab urbe, ut expeditior in præsentia fuga, ita fœdior, postq; periculo euaserūt, uisa: quippe qui incermes nulla rerū suarū nō relicta inter hostes, ludibriū nō externis modo, sed etiā popularibus, spoliati atq; egētes domos rediere. Haud ignarus opinionis alterius, qua hæc proditio ab Sānitibus facta traditur: cū authoribus hoc dedi, quibus dignius credi est: tum fœdus Neapolitanū (eò enim deinde summa rei Græcorū uenit) similius uero facit ipsos in amicitiam redisse. Publio triūphus decretus: quod satis credebatur obsidione domitos hostes in fidē uenisse. Duo singularia hæc ei uiro primū contingere, prorogatio imperij nō ante in ullo facta, & acto honore triumphus. Aliud subinde bellū cum alterius oræ Græcis exortū. namq; cū Tarentini

rentini rem Palæpolitana uana spe auxiliij aliquandiu sustinuiſſent, poſtq̄ Romanos urbe poſtitos acceperere, uelut deſtituti, ac non qui ipſi deſtituiſſent, increpare Palæpolitanos: ira atq; inuidia in Romanos furere: eo etiam quod Lucanos & Appulos (nam utraque eo anno ſocietas cepta eſt) in fidem populi Romani ueniſſe allatum eſt. quippe propemodum peruentum ad ſe eſſe: iamq; in eo rem fore, ut Romani aut hoſtes aut domini habendi ſint. diſcrimen proſecto rerum ſuarum in bello Samnitium, euentuq; eius uerti: eam ſolam gētem reſtare, nec eam ipſam ſatis ualidam, quando Lucanus deſecerit: quē reuocari abhuc, impelliq; ad abolendam ſocietatem Romanam poſſe: ſi qua ars ſerendis diſcordijs adhibeatur. Hęc conſilia cum apud cupidos rerum nouandarū ualuiſſent: ex iuuentute quidam Lucanorum pretio aſſicti, clari magis inter populares quā̄m honeſti, inter ſe mulctati ipſi uirgis cum corpora nuda intuliſſent in ciuium cœtum: uociferati ſunt ſe, quòd caſtra Romana ingredi auſi eſſent, à coſs. uirgis caſos, ac propè ſecuri percuffos eſſe. Deformis ſuapte natura res, cum ſpeciem iniuriæ magis q̄ doli præ ſe ferret, concitati homines cogunt clamore ſuo magiſtratus ſenatū uocare: & alij citiſtantes concilium bellum in Romanos poſcunt: alij ad concitādā in arma multitudinem agreſtium diſcurreunt: tumultuq; etiam ſanos conſternante animos decernitur, ut ſocietas cum Samnitibus renouaretur: legatiq; ad eam rem mittantur. Repentina res quia quā̄m cauſam nullam, tam ne fidem quidem habebat, coacti à Samnitibus & obſides dare, & præſidia in loca munita accipere, cæci fraude & ira nihil recuſarunt. Dilucere deinde breui fraus cœpit, poſtquam criminum falſorum authores Tarentum commigrauerunt: ſed amiſſa omni de ſe poteſtate, nihil ultra quā̄m ut pœniteret fruſtra, reſtabat. Eo anno plebi Romanæ uelut aliud initium libertatis factum eſt, quod necti deſiderunt. mutatum autem ius ob unius ſceneratoris ſimul libidinem, ſimul crudelitatem inſignem. L. Papyrius is fuit, cui cum ſe C. Publius ob æs alienum paternum nexum dediſſet: quæ ætas formaq; miſericordiam elicere poterat, ad libidinem & contumeliam animum accenderunt: & florem ætatis eius fructum aduentitium crediti ratus, primo perlicere adoleſcentem ſermone inceſto eſt conatus: dein poſtquam aſpernabantur flagitium aures, minis territare, atq; identidem admonere fortuna: poſtremo cum ingenuitatis magis quā̄m præſentis conditionis memorem uideret, nudari iubet, uerberaq; aſferri. Quibus laceratus iuuenis cum ſe in publicum proripiſſet, libidinem crudelitatemq; conquerens ſceneratoris: ingens uis hominum cum ætatis miſeratione atque indignitate iniuriæ accenſa, cum ſuæ conditionis, liberūmq; ſuorum reſpectu, in forum, atque inde agmine facto ad curiam concurrit. & cum coſs. tumultu repentino coacti ſenatum uocarent, introeuntibus in curiam patribus laceratum iuuenis tergum procumbentes ad ſingulorum pedes oſtendebant. Victum eo die ob impotentem iniuriam unius ingens uinculum fidei: iuſſiq; coſs. ferre ad populum, ne quis, niſi qui noxam meruiſſet, donec pœnam lueret, in compediſus aut in neruo teneretur: pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium eſſet. ita nexi ſoluti: cautum que in poſterum, ne necterentur. Eodem anno cum ſatis per ſe ipſum Samnitium bellum, & defectio repens Lucanorum, authoresq; defectionis Tarentini ſolicitos haberent patres: acceſſit ut & Veſtinus populus Samnitibus ſeſe coniungeret. Quæ res, ſicut eo anno ſermonibus magis paſſim hominum iactata, quā̄m in publico ullo concilio eſt: ita inſequentis anni coſs. L. Furio Camillo iterum, Iunio Bruto Scæuæ, nulla prior portiorq; uifa eſt, de qua ad ſenatum referrent. & quanquam noua res erat: tamen tanta cura patres inceſſit, ut pariter eam ſuſceptam neglectam que timerent: ne aut impunitas eorum laſciua ſuperbiaq; aut bello pœnæ expetitæ metu propinquo atque ira concirent finitimos populos. Et erat genus omne abunde bello Samnitibus par, Marſi Peligni que & Marucini: quos ſi Veſtinus attingeretur, omnes habendos hoſtes. Vicit tamen pars, quæ in præſentia uideri potuit maioris animi quā̄m conſilij: ſed euentus docuit fortes fortunam iuuare. Bellum ex auctoritate patrum populus aduerſus Veſtinos iuſſit: prouincia ea Bruto, Samnium Camillo forte euenit. exercitus utroque ducti, & cura tuendorum finium hoſtes prohibiti coniungere arma. Cæterum alterum coſs. L. Furium, cui maior moles rerum impoſita erat: morbo graui implicitum fortuna bello ſubtraxit: iuſſus que dictatorem dicere rei gerendæ cauſa,

longe

longe clarissimum bello ea tempestate dixit L. Papyrium Cursorem, à quo Q. Fabius Maximus Rutilianus magister equitum est dictus: par nobile rebus in eo magistratu gestis, discordia tamen, qua propè ad ultimum dimicationis uentum est, nobilior. Ab altero consule in Vestinis multiplex bellum, nec usquam uario euentu gestum est. nam & peruastauit agros: & populando atq; urendo tecta hostium farsq;, in aciem inuitos extraxit: & ita prælio uno accidit Vestinorum res haudquaquam tamen incruento milite suo, ut non in castra solum refugerent hostes, sed iam ne uallo quidem ac fossis freti dilaberentur in oppida, situ urbium mœnibusq; se defensuri. Postremo oppida quoq; ui expugnare adortus, primo Cutinam ingenti ardore militum aut uulnerum ira, quod haud ferè quisquam integer prælio excesserat, scalis cepit: deinde Cingiliam. utriusq; urbis prædam militibus, quod eos neq; portæ, neq; muri hostium aruerant, concessit. In Samnium incertis itum auspicijs est: cuius rei uitium non in belli euentum quod prospere gestum est, sed in rabiem atq; iras imperatorum uertit. Namq; Papyrius dictator à pullario monitus, cum ad auspicium repetendum Romam proficisceretur, magistro equitum denuntiavit ut sese loco teneret: neu absente se cum hoste manum consereret. Fabius cum post profectiorem dictatoris per exploratores comperisset, perinde omnia soluta apud hostes, ac si nemo Romanus in Samnio esset: seu ferox adolescens indignitate accensus, quod omnia in dictatore uiderentur reposita esse: seu occasione bene gerendæ rei inductus, exercitu instructo paratoq; profectus ad Imbrinium (ita uocant locum) acie cum Samnitibus confluit. Ea fortuna pugnae fuit, ut nihil relictum sit, quo si affuisset dictator, res melius geri potuerit: non dux militi, non miles duci defuit. eques etiam autore L. Cominio Tr. mil. qui aliquoties impetu capto perumpere non poterat hostium agmen, detraxit frenos equis: atque ita cõcitos calcaribus permisit, ut sustinere eos nulla uis posset. per arma, per uiros late stragem dedere. secutus pedes impetum equitum turbatis hostibus intulit signa. uiginti millia hostium cæsa eo die traduntur. Autores habeo, bis cum hoste signa collata dictatore absente, bis rem egregie gestam. apud antiquissimos scriptores una hæc pugna inuenitur. in quibusdam annalibus tota res prætermissa est. Magister equitum, ut ex tanta cæde multis potitus spolijs, congesta in ingentem aceruum hostilia arma subdito igne concremauit: seu uotum id decorum cuiuspiam fuit: seu credere libet Fabio autore factum, ne suæ gloriæ fructum dictator caperet, nomenq; ibi scriberet, aut spolia in triumpho ferret. Literæ quoque de re prospere gesta ad senatum non ad dictatorem missæ, argumentum fuere minime cum eo communicantis laudem. Ita certe dictator id factum accepit, ut lætis alijs uictoria parta præ se ferret iram tristitiamq;. misso itaque repente senatu se ex curia proripuit: tum uero non Samnitium magis legiones, quàm maiestatem dictatoriam & disciplinam militarem à magistro equitum uictam & euerfam dictitans, si illi impune spretum imperium fuisset. Itaque plenus minarum, iraq; profectus in castra cum maximis itineribus isset, non tamen præuenire famam aduentus sui potuit. præcurrerant enim ab urbe, qui nuntiarent dictatorem auidum pœnæ uenire, alternis penè uerbis T. Manlij facta laudantem. Fabius contione extemplo aduocata, obtestatus milites est, ut qua uirtute rempublicam ab infestissimis hostibus defendissent, eadem se, cuius ductu auspicioq; uicissent, ab impotenti crudelitate dictatoris tutarentur. Venire amentem inuidia, iratum uirtuti alienæ felicitatiq; furere, quod se absente respublica egregie gesta esset: malle, si mutare fortunam posset, apud Samnites quàm Romanos uictoriam esse. imperium dictitare spretum, tanquam non eadem mente pugnari uetuerit, qua pugnatum doleat: & tunc inuidia impedire uirtutem alienam uoluisse, cupidissimisq; arma ablatu fuisse militibus, ne se absente moueri possent: & nunc id furere, id ægre pati, quod sine L. Papyrio non inermes, non manci milites fuerint, quod se Q. Fabius magistrum equitum duxerit, ac non accensum dictatoris. Quid illum facturum fuisse, si quod belli casus ferunt Marsq; communis, aduersa pugna euenisset: qui sibi deuictis hostibus, respublica bene gesta, ita ut non ab illo unico duce melius geri potuerit, supplicium magistro equitum, & tunc uictori minetur? Neque illum magistro equitum infestiorum quàm tribunis militum, quàm centurionibus, q; militibus esse: si possit, in omnes sauiturum fuisse: quia id nequeat, in unum sauire: etiam inuidiam

tanquam

tanquam ignem summa petere, in caput consilij, in ducem incurrere. Si se simul cum gloria rei gestæ extinxisset, tunc uictorem uelut in capto exercitu dominantem quicquid licuerit in magistro equitum, in militibus aufurum. Proinde adessent in sua causa omnium libertati. si consensum exercitus eundem, qui in prælio fuerit, in tuenda uictoria uideat, & salutem unius omnibus curæ esse: inclinaturum ad clementiorem sententiam animum. postremo se uitam, fortunâs suas illorum fidei, uirtutiq; permittere. Clamor è tota contione ortus, uti bonum animum haberet: neminem illi uim allaturum saluis legionibus Romanis. Haud multo post dictator aduenit: classicoq; extemplo ad contionem aduocauit. Tum silentio facto, præco Q. Fabium magistrum equitum citauit, qui simul ex inferiore loco ad tribunal accessit, cum dictator quæro inquit de te Q. Fabi, cum summum imperium dictatoris sit: pareantq; ei *cos s.* regia potestas, prætores ñsdem auspicijs quibus *cos s.* creati, æquum censeas necne magistrum equitum dicto audientem esse: itemq; illud interrogo, cum me incertis auspicijs profectum ab domo scirem, utrum mihi turbatis religionibus respub. in discrimen committenda fuerit: an auspicia repetenda, nequid dubijs dijs agerem: simul illud, quæ dictatori religio impedimento ad rem gerendam fuerit, num ea magister equitum solutus ac liber potuerit esse: Sed quid ego hæc interrogo: cum, si ego tacitus abissem, tamen tibi ad uoluntatis interpretationem meæ dirigenda tua sententia fuerit. quin tu respondes, uetuerim ne te quicquam rei me absente agere: uetuerim ne signa cum hostibus conferre: quo tu imperio meo spreto, incertis auspicijs, turbatis religionibus, aduersus morem militarem, disciplinamq; maiorum, & numen deorum ausus es cum hoste configere: Ad hæc, quæ interrogatus es, responde: extra ea caue uocem mitras. Accede licitor. Aduersus quæ singula Q. Fabio cum respondere haud facile esset, & nuncqueretur eundem accusatorem capitis sui, ac iudicem esse: modo uitam sibi eripi citius, quam gloriam rerum gestarum posse uociferaretur: purgaretq; se inuicem, atq; ultro accusaret: tunc Papyrius redintegrita ira spoliari magistrum equitum, ac uirgas & secures expediri iussit. Fabius fidem militum implorans, lacerantibus uestem licitoribus ad triarios tumultum iam in contionem miscentes sese recepit. inde clamor in totam contionem est perlatus: alibi preces, alibi minæ audiebantur. qui proximi forte tribunali steterant, quia subiecti oculis imperatoris noscitari poterant: orabant ut parceret magistro equitum: neu cum eo exercitum damnaret. extrema contio, & circa Fabium globus increpabant inclementem dictatorem, nec procul seditione aberant: Ne tribunal quidem satis quietum erat. legati circumstantes sellam orabant ut rem in posterum diem differret, & iræ suæ spatium, & consilio tempus daret: satis castigatam adolescentiam Fabij esse: satis deformatam uictoriam: ne ad extremum finem supplicij tenderet: neu unico iuueni, neu patri eius clarissimo uiro, neu Fabiæ genti eam inureret ignominiam. cum parum precibus, parum causa proficerent: intueri sæuientem contionem iubebant: ita iritatis militum animis subdere ignem, ac materiam seditioni, non esse ætatis, non prudentiæ eius: neminem id Q. Fabio pœnam deprecanti suam uitio uersurum, sed dictatori: si occæcatus ira infestam multitudinem in se prauo certamine mouisset. Postremo ne id se gratiæ dare Q. Fabij crederet, se iusiurandum dare paratos esse: non uideri è repub. in Q. Fabium eo tempore animaduerti.

His uocibus cum in se magis incitarent dictatorem, quam magistro equitum placarent, iussi de tribunali descendere legati: & silentio ne quicquam per præconem tentato, cum præ strepitu ac tumultu nec ipsius dictatoris, nec apparitorum eius uox audiretur, nox uelut in prælio certamini finem fecit. magister equitum iussus postero die adesse, cum omnes affirmarent infestius Papyrium exarsurum agitatum cõtentione ipsa exacerbatumq;, clam ex castris Romam profugit: & patte autore M. Fabio, qui ter iam *cos.* dictatorq; fuerat, uocato extemplo senatu cum maxime conquereretur apud patres uim atq; iniuriam dictatoris, repente strepitus ante curiam licitorum submouentium auditur: & ipse insensus aderat, postquam comperit profectum ex castris, cum expedito equitatu secutus. Iterata deinde contentio: & prehendi Papyrius Fabium iussit. ubi cum deprecantibus primoribus patrum, atq; uniuerso senatu perstaret in incepto immitis animus: tum pater M. Fabius, quandoquidem inquit apud te nec autoritas senatus, nec ætas mea, cui orbitatem paras, nec uirtus nobilitasq; magistri equitum à te ipso

c nominati

nominati ualer: nec preces, quæ sæpe hostem mitigauere, quæ deorum iras placant: tribunos plebis appello: & prouoco ad populum: eumq; tibi fugienti exercitus tui, fugienti senatus iudicium iudicem fero: qui certe unus plus quam tua dictatura potest polletq;. uidero cessurus ne prouocationi sis: cui rex Romanus Tullus Hostilius cessit. Ex curia in cõtionem itur. quo cum paucis dictator, cum omni agmine principũ magister equitum cum ascendisset: deduci eum de rostris Papyrius in partem inferiorem iussit. secutus pater, bene agis inquit: cum eò nos deduci iussisti, unde & priuati uocem mittere possemus. Ibi primo non tam perpetuæ orationes, q̃ altercatio exaudiebatur. uicit deinde strepitum uox & indignatio Fabij senis increpantis superbiam crudelitatemq; Papyrij: se quoq; dictatorem Romæ fuisse, nec à se. quenquam ne plebis quidem hominem, non centurionem, nõ militem uiolatum. Papyrium tanquam ex hostium ducibus, sic ex Romano imperatore uictoriam & triumphum petere. Quantum interest inter moderationem antiquorum, & nouam superbiam crudelitatemq;. dictatorem Quintium Cincinnatum in L. Minucium cos. ex obsidione à se ereptum non ultra sæuisse, q̃ ut legatum eum ad exercitum pro cos. relinqueret. M. Furium Camillum in L. Furio, qui contempta sua senectute & autoritate, scẽdissimo cum euentu pugnasset: non solum in præsentia moderatum iræ esse, nequid de collega secus populo aut senatui scriberet: sed cum reuertisset, potissimũ ex tribunis consularibus habuisse, quem ex collegis optione ab senatu data socium sibi imperij delegerit. Nam populi quidem, penes quem potestas omniũ rerum esset: ne iram quidem unquam atrociorẽ fuisse in eos, qui temeritate atq; inscitia exercitus amisissent, q̃ ut pecunia eos mulceteret: capite anquisitũ ob rem bello male gestam de imperatore nullum ad eam diem esse: nõ ducibus populi Romani, quæ nec uictis quidem bello fas fuerit, uirgas & secures uictoribus, & iustissimos meritis triumphos intentari. Quid enim tandem passurum fuisse filium suum, si exercitũ amisisset: si fufus, fugatus, castris exutus fuisset? quò ultra iram uolentiamq; eius excessuram fuisse, quam ut uerberaret necaretq;. Quam cõueniens esse propter Q. Fabium ciuitatem in lætitia, uictoria, supplicationibus, ac gratulationibus esse: eũ, propter quem deum delubra pateant: aræ sacrificijs fument, honore, donis cumulentur: nudatum uirgis lacerari in conspectu populi Romani, intuentem Capitolium atq; arcem, deosq; ab se duobus prælijs haud frustra aduocatos? quo id animo exercitum, qui eius ductu auspicijsq; uicisset, laturum? quem luctum in castris Romanis, quam lætitiã inter hostes fore? Hæc simul iurgans, querens, deum hominumq; fidem obtestans, & complexus filium plurimis cum lachrymis agebat. Stabat cum eo senatus maiestas, fauor populi, tribunicium auxilium, memoria absentis exercitus. Ex parte altera imperium inuictum populi Romani, & disciplina rei militaris, & dictatoris edictum pro numine semper obseruatũ, & Manliana imperia, & posthabita filij charitas publicæ utilitati iactabantur. Hoc etiam L. Brutum conditorem Romæ libertatis antea in duobus liberis fecisse. nunc patres comes, & senes faciles de alieno imperio spreto tanquam rei paruæ disciplinæ militaris euerse iuuentuti gratiã facere: se tamen perstatutum in incepto: nec ei, qui aduersus dictum suum turbatis religionibus, ac dubijs auspicijs pugnasset, quicquam ex iusta pœna remissurum. Maiestas imperij perpetua ne esset, non esse in sua potestate: L. Papyrium nihil de eius iure diminuturum. optare ne potestas tribunicia inuolata ipsa uiolet intercessione sua Romanum imperium: neu populus Romanus in se potissimum dictatorem & ius dictaturæ extinguat. Quod si fecisset: nõ L. Papyrium, sed tribunos, sed prauum populi iudicium nequicq; posteros accusaturos: cum polluta semel militari disciplina non miles centurionis, non centurio tribuni, non tribunus legati, non legatus cos. non magister equitum dictatoris pareat imperio: nemo hominum, nemo deorum uerecundiã habeat, non edicta imperatorum, non auspicia obseruentur: sine cõmeatu uagi milites in pacato in hostico errent, immemores sacramenti, licentia sola se ubi uelint, exautorent: infrequentia deserantur signa, neq; conueniatur ad edictum: nec discernatur, interdium nocte, æquo iniquo loco iussu, iniussu imperatoris pugnent: & nõ signa, nõ ordines seruent: latrocinijs modo ceca, & fortuita pro solenni & sacrata, militia sit. Horum criminum uos reos in omnia secula offerre tribuni plebis: uestra obnoxia capita pro licentia Q. Fabij obijcite. Stupetes tribunos, & suam
iam

iam uicem magis anxios, quàm eius, cui auxiliũ ab se petebatur: liberauit onere consensus populi Romani ad preces & obtestationẽ uersus: ut sibi pœnam magistri equitum dictator remitteret. tribuni quoq; inclinãtã rem in preces subsecuti, orare dictatorẽ insistũt, ut ueniam errori humano, ueniam adolescentiæ Q. Fabij daret: satis cum pœnarũ dedisse. iam ipse adolescens, iam pater M. Fabius contentionis obliti procumbere ad genua, & irã deprecari dictatoris. Tum dictator silentio factõ, bene habet, inquit, quirites. uicit disciplina militaris: uicit imperij maiestas: quæ in discrimine fuerũt an ulla post hanc diẽ essent. non noxæ eximitur Q. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnauit: sed noxæ damnatus donatur populo Romano: donatur tribuniciæ potestati, precariũ non iustum auxiliũ ferenti. Viue Q. Fabi felicior hoc consensu ciuitatis ad tuendũ te, q̃ qua paulo ante exultabas uictoria: uiue id facinus ausus, cuius tibi ne parens quidẽ, si eodẽ loco fuisset, quo fuit L. Papyrius, ueniã dedisset. Mecum ut uoles reuerteris in gratiam: populo Romano, cui uitam debes, nihil maius præstiteris, q̃ si hic tibi dies satis documẽti dederit, ut bello ac pace pati legitima imperia possis. Cum se nihil morari magistrũ equitũ pronuntiaisset: digressum eum templo lætus senatus, lætior populus, circũfusi, ac gratulantes hinc magistro equitũ, hinc dictatori prosecuti sunt. firmatumq; imperium militare haud minus periculo Q. Fabij, q̃ supplicio miserabili adolescentis Manlij uidebatur. Forte ita eo anno euenit, ut quotiescũq; dictator ab exercitu recessit, hostes in Samnio mouerentur. cæterum in oculis exemplũ erat Q. Fabius M. Valerio legato, qui castris præerat: ne quam uim hostium magis, quàm trucem dictatoris iram timeret. Itaq; frumentatores cum circũuenti ex insidijs cæsi loco iniquo essent: creditũ uulgo est subueniri eis ab legato potuisse, ni tristia edicta exhorruisset. ea quoq; ira alienauit à dictatore militũ animos, iam ante infensos: quod implacabilis Q. Fabio fuisset: & quod suis precibus negasset, eius populo Romano ueniã dedisset. Postq; dictator præposito in urbe L. Papyrio Crasso magistro equitũ, Q. Fabio uetito quicq; pro magistratu agere, in castra redijt: neq; ciuibus satis lætus aduentus eius fuit: nec hostibus quicquam attulit terroris. Namq; postero die seu ignari uenisse dictatorem, seu adesset an abesset parui facientes, instructa acie ad castra accesserunt. Cæterum tantũ momenti in uno uiro L. Papyrio fuit, ut si ducis consilia fauor subsecutus militũ foret, debellari eo die cum Samnitibus potuisse pro haud dubio habitũ sit: ita instruxit aciem loco, ac subsidijs ita omni arte bellica firmauit. Cessatũ à milite: ac de industria, ut obrectaretur laudibus ducis, impedita uictoria est. Plures Samnitũ cecidere: plures Romani uulnerati sunt. Sensit peritus dux quæ res uictoriæ obstaret: temperandũ ingeniũ suum esse, & seueritatẽ miscendam comitati. itaq; adhibitis legatis ipse circũ faucios milites inserens in tentoria caput, singulos ut sese haberent rogans, curã eorum nominatim legatis, tribunisq; & præfectis demandabat: rem per se popularẽ ita dexter egit: ut medendis corporibus animi multo prius militũ imperatori reconciliarentur: nec quicquã ad salubritatẽ efficacius fuerit, quàm quod grato animo ea cura accepta est. Refecto exercitu cum hoste congressus haud dubia spe sua militũq; ita fudit fugauitq; Samnites: ut ille ultimus eis dies cõferendi signa cũ dictatore fuerit. Incessit deinde quã duxit prædæ spes, uictor exercitus: perlustrauitq; hostiũ agros, nulla arma, nullã uim nec apertam, nec insidijs expertus. Addebat alacritatẽ, quod dictator prædam omnem edixerat militibus: nec ira magis publica, quàm priuatũ compendium in hostem acuebat. His cladibus subacti Samnites pacem à dictatore petiere: cum quo pacti, ut singula uestimenta militibus, & annum stipendium darent: cum ire ad senatum iussi essent, secuturos se dictatorẽ responderunt, unius eius fidei, uirtutisq; causam suam cõmendantes. ita deductus ex Samnitibus exercitus. Dictator triumphans urbem est ingressus: & cum se dictatura abdicare uellet, iussu patrum prius quàm abdicaret, co s s. creauit C. Sulpiciũ Longum iterum, Q. Æmylium Cæretanum. Samnites infecta pace, quia de cõditionibus agebãtur, inducias annuas ab urbe retulerunt: nec earum ipsarũ sancta fides fuit, adeo postquã Papyriũ abisse magistratu nuntiatum est, arrecti ad bellandũ animi sunt. C. Sulpicio, Q. Æmylio (Aulium quidã annales habent) co s s. ad defectionem Samnitium Apulum nouum bellum accessit. utroque exercitus missi. Sulpicio Samnites, Apuli Æmylio sorte euenerunt. Sunt qui non ipsis Apulis bellũ illatum,

sed socios eius gentis populos ab Samnitium ui atq; iniurijs defensos scribant. Cæterum fortuna Samnitium uix à se ipsis eo tempore propulsantiū bellum, propius ut sit uero facit, non Apulis ab Samnitibus arma illata, sed cum utraq; simul gente bellum Romanis fuisse. Nec tamen res ulla memorabilis acta: ager apulus, Samniumq; euastatum: hostes nec hic nec illic inuenti. Romæ nocturnus terror ita ex somno trepidam repente ciuitatem exciuit, ut Capitolium atq; arx, mœniâq; & portæ plena armatorum fuerint. & cum concursatum, clamatumq; ad arma omnibus locis esset: prima luce nec author, nec causa terroris comparuit. Eodem anno de Thusculanis flauia rogatione populi fuit iudicium. M. Flavius Tr. pl. tulit ad populum ut in Thusculanos animaduerceretur: quorum ope ac consilio Veliterni Priuernatesq; populo Romano bellum fecissent. Populus Thusculanus cum coniugibus ac liberis Romam uenit: ea multitudo ueste mutata, & specie reorum tribus circuit, genibus se omniū aduoluens. Plus itaq; misericordia ad pœnæ ueniam impetrandam, quam causa ad crimen purgandū ualuit. Tribus omnes, præter Polliam antiquarunt legem. Polliæ sententia fuit, puberes uerberatos necari: coniuges, liberosq; sub corona lege belli uenire: memoriamq; eius iræ Thusculanis in pœnæ tam atrocis authores mansisse ad patrum ætatem constat: nec quæquam fermè ex Polliam tribu candidatum papyriam ferre solitum. Insequenti anno Q. Fabio, L. Fuluius coss. A. Cornelius Aruina dictator, & M. Fabius Ambustus magister equitū metu grauioris in Samnio belli (cōducta enim pretio à finitimis iuuentus dicebatur) intentiore delectu habito egregium exercitum aduersus Samnites duxerunt: castra in hostico incuriose ita posita, tanquam procul abesset hostis: cum subito aduenerent Samnitium legiones tanta ferocia, ut uallum usq; ad stationem Romanam inferrent. nox iam appetebat: id prohibuit munimenta adoriri, nec dissimulabant orta luce postero die facturos. Dictator ubi propiorem spe dimicationē uidit: ne militum uirtuti damno locus esset, ignibus crebris relictis, qui conspectū hostiū frustrarentur: silentio legiones educit: nec tamen fallere propter propinquitatē castrorum potuit. eques extemplo infecutus ita institit agmini, ut donec luceceret, prælio abstineret: nec pedestres quidem copiæ ante lucem castris egressæ. Eques luce demum ausus incurfare in hostē, carpendo nouissimos, premendoq; iniquis ad transitū locis agmen detinuit. interim pedes equitē affectus: & totis iam copijs Samnis urgebat. Tum dictator postq; sine magno incōmodo progredi non poterat: cum ipsum, in quo cōstiterat, locum castris dimetari iussit. Id uero circūfuso undiq; equitatu, ut uallum peteretur, opusq; inciperet, fieri non poterat. Itaq; ubi neq; eundi, neq; manendi copiā esse uidet: instruit aciem impedimentis ex agmine remotis: instruunt contra & hostes, & animis & uiribus pares. auxerat id maxime animos, quod ignari loco iniquo non hosti cessum, uelut fugientes ac territos terribiles ipsi secuti fuerāt. Id aliquandiu æquauit pugnam, iam pridē desueto Samnite clamorē Romani exercitus pati. At Hercule illo die ab hora diei tertiā ad octauā ita anceps dicitur certamen stetit, ut neq; clamor ut primo semel cōcursum est sublatum, iteratus sit: neq; signa promota loco, retrōue recepta: neq; recursum ab ulla sit parte. in suo quisq; gradu obnixi, urgentes scutis sine respiratione, ac respectu pugnant. fremitus æqualis, tenorq; idem pugnæ in defatigationē ultimā, aut noctem spectabat, iam uiris uires, iam ferro sua uis, iam consilia ducibus deerant: cum subito Samnitium equites cum turma una longius profecta accepissent impedimenta Romanorū procul ab armatis sine præsidio, sine munimēto stare, auiditate prædæ impetum faciunt. Quod ubi dictatori trepidus nuntius attulit: sine modo inquit sese præda præpediant. alij deinde super alios diripi passim, ferriq; fortunas militum uociferabantur. Tum magistro equitū accito, uides tu inquit M. Fabi ab hostium equite omisam pugnam: hærent impediti impedimentis nostris: aggredere (quod inter prædandum omni multitudini euenit) dissipatos: raros equis insidetes, raros quibus ferrum in manu sit, inuenies: equosq; dum præda onerant, cæde inermes: cruentamq; illis prædā redde. mihi legiones, peditumq; pugna curæ erūt: penes te equestre sit decus. Equitum acies qualis quæ esse instructissima potest, inuicta in dissipatos impeditosq; hostes cæde omnia replet. inter sarcinas omisas repente obiacentes pedibus fugientiū, consternatorūq; equorū neq; pugnæ, neq; fugæ satis potentes cæduntur. Tum deleta propè equitatu hostium

M. Fabius

M. Fabius circumductis paululū alis ab tergo pedestrem aciem adoritur. clamor inde nouus accidens & Samnitium animos terruit: & dictator, ubi respectantes hostiū antesignanos, turbataq; signa, & fluctuantem aciem uidit: tum appellare, tum adhortari milites: tribunos, principesq; ordinum nominatim ad iterandam secum pugnam uocare. Nouato clamore signa inferuntur, & quicquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant. Eques ipse iam primis erat in conspectu: & Cornelius respiciens ad manipulos militū, quod manu, quod uoce poterat, monstrabat: uexilla se suorum, parmasq; cernere equitum. Quod ubi auditum, simulq; uisum est: adeo repente laboris per diem penē totum tolerati, uulnerumq; obliti sunt, ut haud secus quā si tum integri ē castris signum pugnae accepissent, concitauerint se in hostem. nec ultra Samnis tolerare terrorē equitum, peditumq; uim potuit: partim in medio caeli, partim in fugam dissipati sunt. pedes restantes, ac circumuentos cecidit: ab equite fugientium strages est facta: inter quos & ipse imperator cecidit. Hoc demum praelium Samnitium res ita infregit: ut omnibus concilijs fremerent minime id quidē mirum esse, si impio bello, & contra foedus suscepto infestioribus merito dijs, quā hominibus nihil prospere agerent: expiandum id bellum magna mercede, luendumq; esse. id referre tantū: utrum supplicia noxio paucorum, an omnium innoxio praebeant sanguine: audebantq; iam quidā nominare auctores armorum. unum maxime nomen per consensum clamantium Brutuli Papii exaudiebatur. Vir nobilis, potensq; erat, haud dubie proximarum induciarum ruptor. de eo coacti referre praetores decretum fecerunt ut Brutulus Papius Romanis dederetur: & cum eo praeda omnis Romana, captiuq; ut Romā mitterentur: quaeq; res per foeciales ex foedere repetitae essent, secundum ius fasq; restituerentur. Foeciales Romā ut censuerunt missi: & corpus Brutuli exanime; ipse morte uoluntaria ignominiae se, ac supplicio subtraxit: placuit cum corpore bona quoque eius dedi. nihil tamen earum rerum praeter captiuos, ac si qua cognita ex praeda sunt, acceptum est: caeterarum rerum irrita fuit deditio. dictator ex s c triumphauit. Hoc bellum à c o s s. bellatum quidam auctores sunt: eosq; de Samnitibus triumphasse: Fabium etiam in Apuliam processisse, atq; inde magnas praedas egisse. nec discrepat quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit. id ambigitur: bellū ne gerendi causa creatus sit: an ut esset qui ludis Romanis, quia L. Plautius praetor graui morbo forte implicitus erat: signū mittendis quadrigis daret: functusq; eo haud sanē memorandi imperii ministerio se dictatura abdicaret. nec facile est aut rem rei, aut auctorē auctori praeferre. Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor, falsisq; imaginum titulis: dum familia ad se quaeq; famam rerum gestarum, honorumq; fallente mendacio trahunt: inde certe & singulorum gesta, & publica monumenta rerum confusa. nec quisquam aequalis temporibus illis scriptor extat, quo satis certo auctore stetur.

DECADIS PRIMAE LIBER NONVS



SEQVITVR hunc annum nobilis clade Romana caudina pax T. Veturio Caluino, Sp. Posthumio c o s s. Sānites eo anno imperatorē C. Pontium Herennij filiū habuerunt patre longe prudentissimo natū, primum ipsum bellatorē, ducemq;. Is, ubi legati, qui ad dedendas res missi erāt, pace infecta redierūt: ne nihil actū, inquit, hac legatione censeatis, expiatum est quicquid ex foedere rupto irarū in nos cœlestiū fuit. Satis scio, quibus cunq; dijs cordi fuit subigi nos ad necessitatē dedendi res, quae à nobis ex foedere repetitae fuerant, nō fuisse cordi tam superbe ab Romanis foederis expiationem speratā. Quid enim ultra fieri ad placādos deos, mitigandosq; homines potuit, q̄ quod nos fecimus? Res hostium in praeda captas, quae belli iure nostrae uidebātur, remisimus: auctores belli, quia uiuos nō potuimus, perfunctos iam fato dedimus: bona eorū nequid ex contagione noxae remaneret per nos, Romā portauimus. Quid ultra tibi Romane, quid foederi, quid dijs arbitris foederis debeo? quē tibi tuarū irarum, quem meorum suppliciorū iudicem feram? neminē neq; populū, neq; priuatū fugio. Quod si nihil cum potentiore iuris humani relinquitur inopi: at ego ad deos uindices intolerādāe superbiae confugiā: & precabor ut iras suas uertant in eos, quibus

non suæ redditæ res, non alienæ accumulatae satis sint: quorum scæuitiã non mors noxiorũ, non deditio exanimatorũ corporũ, non bona sequentia domini deditiõnem exsatiẽnt: placari nequeant, nisi hauriendũ sanguinẽ, laniandaq; uiscera nostra præbuerimus. Iustum est bellum Samnites, quibus necessarium: & pia arma, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes. Proinde cum rerum humanarũ maximũ momentũ sit quàm propitijs rem, quàm aduersis agant dijs: pro certo habete priora bella aduersus deos magis, q̃ homines gessisse: hoc, quod instat, duabus ipsis dijs gesturos. Hæc non læta magis, quàm uera uaticinatus, exercitu educto circa Caudiũ castra quàm potest occultissime locat: inde ad Calatiã, ubi iam coss. Romanos, castraq; esse audiebat, milites decem pastorũ habitu mittit: pecoraq; diuersos alium alibi haud procul Romanis pascere iubet præsidijs: ubi inciderint in prædatores, ut idem omnibus sermo constet: legiones Samnitium in Apulia esse: Luceriã omnibus copijs circumsedere: nec procul abesse, quin ui capiant. Iam & is etiam rumor ante de industria uulgatus uenerat ad Romanos: sed fidem auxere captiui, eo maxime: quod sermo inter omnes cõgruebat. Haud erat dubium quin Lucerinis opem Romanus ferret, bonis ac fidelibus socijs: simul ne Apulia omnis ad præsentem terrorem deficeret. ea modo, quã irent, cõsultatio fuit. Duæ ad Luceriã ferebant uia: altera præter oram supeti maris patens aperta q; sed quanto tutior, tanto ferè longior: altera per furculas caudinas breuior. sed ita natus locus est. saltus duo alti angusti syluosi q; sunt, mōtib; circa se perpetuis inter se iuncti: iacet inter eos satis patens clausus in medio campus, herbidus, aquosus q; per quẽ mediũ iter est. sed ante quàm uenias ad eum, intrandæ primæ angustia sunt: & aut eadem, qua te insinuaueris, retro uia repẽtenda: aut si ire porrò pergas, per alium saltum arctiorẽ, impeditioremq; euadendum. In eum campum uia alia per cauam rupem Romani demisso agmine, cum ad alias angustias protinus pergerent: septas diebus ætu arborũ, saxorũq; ingentiũ obiacentẽ molẽ inuenere. cum fraus hostilis apparuisset: præsidium etiã in summo saltu cõspicitur: citati inde retro, quã uenerãt, pergũt repeterẽ uiam: cam quoq; clausam sua obice, armisq; inueniunt. sistunt inde gradum sine ullius imperio. stupor q; omniũ animos, ac uelut torpor quidã insolitus membra tenet: intuentesq; alij alios, cum aliorum quisq; magis mentis compotẽ ac cõsiliũ ducerent, diu immobiles silent. deinde ubi prætoriam consulũ erigi uidere, & expedire quosdam utilia operi: quanquam ludibrio fore munientes perditis rebus, ac spe omni adempta cernebant: tamẽ ne culpã malis adderẽt, pro se quisq; nec hortante ullo, nec imperante ad muniendũ uersi castra propter aquã uallo circumdant, sua ipsi opera, laboremq; irritũ, præter quàm quod hostes superbe increpabant, cũ miserabili confessione eludẽtes. ad coss. mcestos ne aduocantes quidẽ in consiliũ, quãdo nec cõsilio nec auxilio locus eisset, sua sponte legati, ac tribuni cõueniunt: militesq; in prætorium uersi opem, quã uix diũ immortales ferre poterãt, ab ducibus exposcunt. Querentes magis, quàm cõsultantes nox oppressit. cum pro ingenio quisq; fremerẽt: alius, per obices uiarũ, alius per diuersa montium, per syluas, quã ferri arma poterãt, eamus: modo ad hostem peruenire liceat, quem per annos iam propè xxx uincimus, omnia æqua ac plana erunt Romano in perfidum Samnitẽ pugnantĩ. alius, quò, aut quã eamus: num montes moliri sede sua paramus: dum hæc imminẽbunt iuga, quã tu ad hostẽ uenies: armati, inermes, fortes, ignaui pariter omnes capti, atq; uicti sumus. ne ferrũ quidem ad bene moriendũ oblaturus est hostis: sedens bellũ conficiet. His inuicẽ sermonibus qua cibi, qua quietis immemor nox traducta est. Ne Samnitibus quidem consiliũ in tam lætis suppetebat rebus. itaq; uniuersi Herenniũ Pontium patrem imperatoris per literas consulendũ censent. Iam is grauior annis non militaribus solũ, sed ciuilibus quoq; abcesserat muneribus: in corpore tamen affecto uigebat uis animi, consilijq;. Is ubi accepit ad furculas caudinas inter duos saltus clausos exercitus Romanos: cõsultus ab nuntio filij censuit omnes inde quam primũ inuiolatos dimittendos. quæ ubi sprete sententia est: iterũq; eodem remeante nuntio cõsulebatur: censuit ad unũ omnes interficiendos. Quæ ubi tam discordia inter se uelut ex ancipiti oraculo responsa data sunt: quanquã filius ipse in primis iam animum quoq; patris cõsenuisse in affecto corpore rebatur: tamẽ consensu omniũ uictus est ut ipsum in consiliũ acciret. Nec grauatus senex plaustrò in castra dicitur aduectus, uocatusq; in consiliũ itaq;

filium ita fermè locutus esse, ut nihil sententiæ suæ mutaret, causas tantum adijceret. Priore se consilio, quod optimū duceret, cum potentissimo populo per ingens beneficiū perpetuā firmare pacem, amicitiamq; altero consilio, in multas ætates, quibus amissis duobus exercitibus haud facile receptura uires Romana res, bellum differre. tertium nullum consilium esse. Cum filius aliq; principes percunctando exquirerent, quid si media uia consilium caperetur: ut & dimitterentur incolumes, & leges ijs iure belli uictis imponerentur: ista quidē sententia inquit ea est, quæ neq; amicos parat, neq; inimicos tollit: seruate modo, quos ignominia irritaueritis. Ea est Romana gens, quæ uicta quiescere nesciat: uiuet semper in pectoribus illorū quicquid istuc præsens necessitas inusserit: neq; eos ante multiplices pœnas expetitas à uobis quiescere sinet. Neutra sententia accepta, Herennius domū è castris est auertus. Et in castris Romanis cum frustra multi conatus ad erumpendū capti essent, & iam omnium rerū inopia esset, uicti necessitate legatos mittunt, qui primum pacem æquam peterent: si pacem nō impetrarent uti prouocarent ad pugnam. Tum Pontius debellatū esse respondit: & quoniā ne uicti quidem ac capti fortunā fateri scirent, inermes cum singulis uestimentis sub iugum missurū: alias conditiones pacis æquas uictis ac uictoribus fore: si agro Samnitium decederetur, coloniæ abducerentur, suis deinde legibus Romanū ac Samnitē æquo fœdere uicturū. His conditionibus paratum se esse fœdus cum coss. ferite: siquid eorum displiceat, legatos iam redire ad se uetuit. Hæc cum legatio renuntiaretur, tantus gemitus omnium subito exortus est, tantaq; mœstitia incessit, ut nō grauius accepturi uiderentur, si nuntiaretur omnibus eo loco mortem oppetendam esse. Cum diu silentiū fuisset: nec coss. aut pro fœdere tam turpi, aut contra fœdus tam necessarium hiscere possent: Tum L. Lentulus, qui tum princeps legatorū uirtute atq; honoribus erat: patrem meū inquit coss. sæpe audiui memorantē, se in capitolio unum non fuisse authorem senatui redimendæ auro à Gallis ciuitatis: quādo nec fossa ualloq; ab ignauissimo ad opera ac muniendū hoste clausi essent: & erumpere si non sine periculo magno, tamē sine certa pernicie possent. Quod si, ut illis decurrere ex Capitolio armatis in hostē licuit, quo sæpe modo obsessi in obsidentes eruperunt: ita nobis æquo aut iniquo loco dimicandi tantummodo cum hoste copia esset: non mihi paterni animi indoles in consilio dando decesset. Equidem mortem pro patria præclarā esse fateor: & me uel deuouere pro populo Romano legionibusq; uel in medios me mittere hostes paratus sum: sed hic patriā uideo: hic quicquid Romanarum legionum est: quæ nisi pro se ipsis ad mortē ruere uolunt, quid habent quod morte sua seruent? tecta urbis dicat aliquis, & mœnia, & eam turbam, à qua urbs incolitur. imò hercule produntur magis omnia deleta hoc exercitu, non seruantur. quis enim ea tuebitur? imbellis uidelicet atque inermis multitudo? tam hercule, quàm à Gallorum impetu defendit. an à Veijs exercitum, Camillumq; ducem implorabunt? Hic omnes spes opesq; sunt: quas seruando, patriam seruamus: dedendo ad necem, patriam deserimus, ac prodimus. At fœda atque ignominiosa deditio est: sed ea charitas patriæ est, ut tam ignominia eam, quam morte nostra, si opus sit, seruemus. Subeat ergo ista quantacunque est indignitas: & pareatur necessitati, quam ne dii quidem superant. Ite coss. redimite armis ciuitatem, quam auro maiores uestri redemerunt. coss. profecti ad Pontium in colloquium, cum de fœdere uictor agitaret: negarunt iniussu populi fœdus fieri posse: nec sine fœcialibus, cærimoniaq; alia solenni. Itaque non ut uulgo credunt, Claudiusq; etiam scribit, fœdere pax Caudina, sed per sponsonem facta est. quid enim aut sponsonibus in fœdere opus esset, aut obsidibus, ubi precatione res transigitur? per quem populum fiat quo minus legibus dictis stetur: ut eum ita Iupiter feriat, quemadmodum à fœcialibus porcus feriat? Sponponderunt coss. legatis, quæstores, tribuni militum: nominæque omnium, qui sponponderunt extant: ubi si ex fœdere acta res esset, præterquam duorum fœcialium non extarent. & propter necessariam fœderis dilationem obsides etiam d c equites imperati: qui capite lucrent, si pacto non staretur. tempus inde statutum tradendis obsidibus, exercituq; inermi mittendo. Redintegraitur in castris consulum aduentus: ut uix ab ijs abstinerent manus, quorum temeritate in eum locum deducti essent: quorum ignauia fœdus inde, quàm uenissent, abituri. illis non

ducem locorum, non exploratorem fuisse: belluarum modo cæcos in foueam missos. alij alios intueri: contemplari arma mox tradenda, & inermes futuras dexteras, obnoxiaq; corpora hosti. Proponere sibi metipsi ante oculos iugum hostile, & ludibria uictoris, & uultus superbos, & per armatos inermium iter. inde fœdæ agminis miserabilem uiam, per sociorum urbes reditum in patriam, ac parentes: quò sæpe ipsi, maioresq; eorum triumphantes uenissent. Se solos sine uulnere, sine ferro, sine acie uictos: sibi non stringere licuisse gladios, non manum cum hoste cõferre: sibi nequicquã arma, nequicquam uires, nequicquã animos datos. Hæc fremen- tibus hora fatalis ignominia aduenit, omnia tristiora experiundo factura, quàm quæ præce- perant animis. Iam primum cum singulis uestimentis inermes extra uallũ exire iussi: & primi traditi obsoles, atq; in custodia abducti. Tum à coss. abire lictores iussi: paludamentaq; de- tracta tantam inter ipsos, qui paulo ante eos execrantes, dedendos lacerandosq; censuerant, miserationẽ fecit: ut suæ quisq; conditionis oblitus ab illa deformatione tantæ maiestatis uelut ab nefando spectaculo auerteret oculos. Primi coss. propè seminudi sub iugum missi: tum ut quisq; gradu proximus erat, ita ignominia obiectus: tum deinceps singulæ legiones. circũsta- bant armati hostes exprobrantes, eludentesq; gladij etiam pleriq; intentati: & uulnerati qui- dam, necatiq;: si uultus eorum indignitate rerũ acrior uictorẽ offendisset. ita traducti sub iu- gum, & (quod penè grauius erat) per hostiũ oculos, cum ex saltu euassent: etsi uelut ab infe- ris extracti tum primum lucẽ aspicere uisi sunt, tamẽ ipsa lux ita deforme intuentibus agmen omni morte tristior fuit. Itaq; cum ante noctẽ Capuã peruenire possent, incerti de fide socio- rum, & quod pudor præpediebat, circa uiam haud procul Capua omniũ egena corpora humi prostrauerũt. Quod ubi est Capuam nuntiatũ: euicit misratio iusta sociorũ, superbiã ingeni- tam Campanis. cõfestim insignia sua coss. falces, lictores, arma, equos, uestimenta, commea- tus militibus benigne mittunt: & uenientibus Capuã cunctus senatus, populusq; obuiã egres- sus, iustis omnibus hospitalibus, priuatisq; & publicis fungitur officijs: neq; illis sociorũ comi- tas, uultusq; benigni, & alloquia nõ modo sermonẽ elicere, sed ne ut oculos quidẽ attollerent, aut consolantes amicos contra intuerentur, efficere poterant. adeo super mœrorẽ pudor qui- dam effugere colloquia & cœtus hominũ cogebant. Postero die cum iuuenes nobiles missi à Capua ut proficiscentes ad finẽ Campanũ prosequerentur, reuertissent: uocatiq; in curiã per- cunctantibus maioribus natu multo sibi mœstiores & abiectiones animi uisos referrent: adeo filens, ac propè mutum agmen incessisset: tacere indolẽ illã Romanã: ablatosq; cum armis ani- mos: non reddere salutẽ, non salutantibus dare responsum: non hiscere quenq; præ metu po- tuisset: tanquã ferentibus adhuc ceruicibus iugũ, sub quod emissi essent. Habere Samnites ui- ctoriam non præclarã solũ, sed etiam perpetuã: cepisse enim eos non Romam, sicut ante Gal- los: sed, quod multo bellicosius fuerit, Romanã uirtutẽ, ferociamq;. Cum hæc dicerentur, au- direnturq;: & deploratũ penè Romanũ nomen in consilio sociorũ fidelium esset: dicitur Offi- lius Caluuius Ouirij filius, clarus genere factisq;, tum etiã ætate uerendus, longe aliter se habe- re rem dixisse: silentiũ illud obstinatũ, fixosq; in terrã oculos, & surdas ad omnia solatia aures, & pudorẽ intuendæ lucis, ingentẽ molem itarum ex alto animo cientis indicia esse: aut se Ro- mana ignorare ingenia: aut silentiũ illud Samnitibus flebiles breui clamores gemitusq; exci- taturum: caudinaq; pacis aliquanto Samnitibus quàm Romanis tristiorẽ memoriam fore. quippe suos quenq; eorum animos habiturũ, ubicunq; congressuri sint: saltus Caudinos non ubiq; Samnitibus fore. Iam & Romæ sua infamis clades erat. obsessos primũ audierũt: tristior deinde ignominiosæ pacis magis, quàm periculi nuntius fuit. Ad famam obsidionis delectus haberi cœptus erat: dimissus deinde auxiliorũ apparatus, postq; deditiõẽ tam fœdẽ factam acceperunt: extemploq; sine ulla publica autoritate concessum in omnem formã luctus est. Tabernæ circa forum clausæ: iusticiamq; in foro sua sponte cœptũ, prius quàm indictum: lati clauĩ, annuli aurei positi: penè mœstior exercitu ipso ciuitas esse: nec ducibus solũ atq; autori- bus, sponsoribusq; pacis irasci: sed innoxios etiam milites odisse: & negare urbe tectis ue acci- piendos. Quam concitationẽ animorũ fregit aduentus exercitus, etiam iratis miserabilis. non enim tanq; in patriã reuertentes ex insperato incolumes, sed captorũ habitu uultuq; ingressi

fero

fero in urbem ita se in suis quisque tectis abdiderunt, ut postero, atque insequentibus diebus nemo eorum forum aut publicum aspiceret. Consules in privato abditi nihil pro magistratu agere, nisi quod expressum senatus consulto est, ut dictatorem dicerent comitorum causa. Q. Fabium Ambustum dixerunt, & P. Aelium Petum magistrum equitum, quibus uitio creatis suffecti M. Aemilius Pappus dictator, L. Valerius Flaccus magister equitum. nec per eos comitia habita: & quia te debet populum omnium magistratum eius anni, res ad interregnum rediit. interreges Q. Fabius Maximus, M. Valerius Corvinus. is coss. creauit Q. Publium Philonem, & L. Papyrium cursorum iterum, haud dubio consensu ciuitatis, quod nulli ea tempestate duces clariores essent. Quo creati sunt die, eo (sic enim placuerat patribus) magistratum inierunt, solennibusque scilicet perfectis, de pace caudina retulerunt. & Publius, penes quem fasces erant: dic Spuri Posthumi inquit. Qui ubi surrexit, eodem illo uultu, quo sub iugum missus erat, haud sum ignarus inquit coss. ignominiae, non honoris causa me primum excitatum: iussumque dicere non tantum senatorum, sed tantum reum quae infelicis belli, quae ignominiosae pacis. ego tamen, quando neque de noxa nostra, neque de poena retulistis: omissa defensione, quae non difficillima esset apud haud ignaros fortunatum humanarum, necessitatumque sententiam de eo, de quo retulistis, paucis peragam: quae sententia testis erit mihi ne, an legionibus uestris pepercerim: cum me seu turpi, seu necessaria sponsione obstrinxi: qua tamen, quando iniussu populi facta est, non tenetur populus Romanus: nec quicquam ex ea, praeter quam corpora nostra, debentur Samnitibus. Dedamur per sacrales nudi uinctique: exoluamus religione populum, si qua obligauimus: nequid diuini, humaniue obstat, quo minus iustum piisque de integro ineatur bellum. interea coss. exercitum scribere, armare, educere placet: nec prius ingredi hostium fines, quam omnia iusta in deditioem nostram perfecta erunt. Vos dii immortales precor, quae soque, si uobis non fuit cordi Sp. Posthumium, T. Veturium coss. cum Samnitibus prospere bellum gerere: at uos satis habeatis uidisse nos sub iugum missos: uidisse sponsione infami obligatos: uidere nudos uinctosque hostibus deditos, omnem iram hostium nostris capitibus excipientes: nouos coss. legionesque Romanas ita cum Samnite gerere bellum uelitis, ut omnia ante nos consules bella gesta sunt. Quae ubi dixit: tanta simul admiratio miseratioque uiri incessit homines, ut modo uix crederent illum eundem esse Sp. Posthumium, qui author tam foedae pacis fuisset: modo miserarentur quod uir talis etiam praecipuum apud hostes supplicium passurus esset ob iram diremptae pacis. cum omnes laudibus modo prosequentes uirum in sententiam eius pedibus irent: tentata paulisper intercessio est ab L. Liuiio, & Q. Melio Tr. pl. qui neque exolui religione populum aiebant deditioem suam, nisi omnia Samnitibus qualia apud Caudium fuissent, restituerentur: neque se pro eo, quod spondendo pacem seruassent exercitum populi Romani poenam ullam meritos esse: neque ad extremum cum sacrosancti essent, dedi hostibus, uiolariue posse. Tum Posthumius, interea dedite inquit profanos nos, quos salua religione potestis: dedetis deinde & istos sacrosanctos, cum primum magistratu abierint: sed, si me audiat, prius quam dedantur, hic in comitio uirgis caesos, hanc iam ut intercalatae poenae usuram habeant. Nam quod deditioem nostra negant exolui religione populum: id istos magis ne dedantur, quam quia ita se res habeat, dicere quis adeo iuris sacralium expertus est, qui ignoret? neque ego inficias eo patres conscripti, tam sponsiones, quam foedera sancta esse apud eos homines, apud quos iuxta diuinas religiones fides humana colitur: sed iniussu populi nego quicquam sanciri posse, quod populum teneat. An si eadem superbia, qua sponsionem istam expresserunt nobis Samnites, coegissent nos uerba legitima deditioem urbes nuncupare: deditum populum Romanum uos tribuni diceretis? & hanc urbem, templa, delubra, fines, aquas Samnitium esse? omitto deditioem, quoniam de sponsione agitur. Quid tandem, si spondidissemus urbem hanc relicturum populum Romanum? si incensurum? si magistratus, si senatum, si leges non habiturum? si sub regibus futurum? Dii meliora, inquis. atqui non indignitas rerum sponsionis uinculum leuat. Siquid est, in quo obligari populus possit, in omnia potest. & ne illud quidem, quod quosdam forsitan moueat, refert: coss. an dictator, an praetor sponderit. & hoc ipsi etiam Samnites iudicauerunt: quibus non fuit satis coss. spondere, sed legatos quaestores

quæstores, tribunos militum spondere coegerunt. Nec à me nunc quisquam quæsiuerit quid ita sponderim: cum id nec consulis ius esset: nec illis spondere pacē, quæ mei non erat arbitrii: nec pro uobis, qui nihil mandaueratis, possem. Nihil ad Caudiū patres conscripti humanis consilijs gestum est: dii immortales & uestris, & hostium imperatoribus mentē ademerūt: nec nos in bello satis cauimus: & illi male partam uictoriam male perdidērunt: dum uix locis, quibus uicerant, credunt: dum quacunq; cōditiōe arma uiris in arma natis auferre festinant. An si sana mens fuisset, difficile illis fuit, dum senes ab domo ad consultandū accersunt, mittere Romam legatos: cum senatu, cum populo de pace, ac fœdere agere? tridui iter expeditis erat. interea in inducijs res fuisset: donec ab Roma legati aut uictoriam illis certam, aut pacem afferrent. ea demum sponsio esset, quam populi iussu spondidissimus. sed neq; uos tulissetis: nec nos spondidissimus: nec fas fuit alium rerū exitū esse, quàm ut & illi uelut somnio latio- re, q̄ quod mentes eorum capere possent, nequicquam eluderentur: & nostrū exercitū eadem quæ impediērat fortuna, expediret: uanam uictoriā uanior irritam faceret pax: sponsio interponeretur, quæ neminem præter sponsorē, obligaret. Quid enim uobiscum patres cōscripti: quid cum populo Romano actum est? quis uos appellare potest? quis se à uobis dicere deceptum? hostis? an ciuis? hosti nihil spondidistis: ciuem neminē spondere pro uobis iussistis. nihil ergo uobis, nec nobiscum est, quibus nihil mandastis: nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egistis. Samnitibus sponsores nos sumus rei satis locupletes in id, quod nostrum est: in id, quod præstare possumus, corpora nostra, & animos: in hæc sæuiant: in hæc ferrum, in hæc iras acuant. Quod ad tribunos plebis attinet: cōsultite utrum præsens deditio eorū fieri possit: an in diem differatur: nos interim T. Veturi, uosq; cæteri uilia hæc capita luendæ sponsionis feramus, & nostro supplicio liberemus Romana arma. Mouit patres cōscriptos tum causa, tum author: nec cæteros solū, sed tribunos etiā plebis, ut se in senatus dicerent fore potestate. magistratu inde se extemplo abdicauerūt: traditiq; fœcialibus cum cæteris Caudiū ducendi. Hoc factō senatus consulto, lux quædā affulsisse ciuitati uisa est: Posthumius in ore erat: cum laudibus ad cœlum ferebant: deuotioni P. Decij cōs. alijs claris facinoribus æquabant: emer- gisse ciuitatē ex obnoxia pace illius cōsilio, & opera: ipsum se cruciatibus, & hostium iræ offer- re: piaculāq; pro populo dare Romano. arma cuncti spectāt & bellū. en unquā futurū, ut con- gredi armatis cum Samnite liceat. In ciuitate ira odioq; ardente delectus omnium propè uoluntariorum fuit: rescriptæ ex eodem milite nouæ legiones: ductusq; ad Caudium exercitus. Prægressi fœciales ubi ad portā uenere, uestem detrahi pacis sponsoribus iubent: manus post tergū uinciri. Cum apparitor uerecūdia maiestatis Posthumium laxè uinciret: quin tu inquit adducis lorum, ut iusta fiat deditio? Tum ubi in cœtū Samnitū, & ad tribunal uentum Pontij est, A. Cornelius Aruina fœcialis ita uerba fecit: Quandoquidē hīscē homines in iussu populi Romani quiritiū fœdus iētum iri sponderunt: atq; ob eam rem noxam nocuerunt: ob eam rem, quo populus Romanus scelere impio sit solutus, hosce homines uobis dedo. Hæc dicenti fœciali Posthumius genu femur quanta maxime poterat uel, perculit: & clara uoce ait, se Samnitē ciuem esse, illum legatū: fœcialem à se contra ius gentium uiolatum: eo iustius bellum gesturos. Tum Pontius, nec ego istam deditiōnem accipiā inquit: nec Samnites ratam habebunt. quin tu Spuri Posthumi, si deos esse censes, aut omnia irrita facis, aut pacto stas? Samniti populo omnes, quos in potestate habuit: aut pro ijs pax debet. Sed quid ego te appello, qui te captum uictori cum qua potes fide restituis? populum Romanū appello: quem si sponsionis ad furculas caudinas factæ pœnitet: restituat legiones intra saltū, quo septæ fuerunt. nemo quenquam deceperit: omnia pro infecto sint: recipiant arma, quæ per pactionem tradiderunt: redeant in castra sua: quicquid pridie habuerunt, quàm in colloquiū est uentum, habeant. tum bellum, & fortia consilia placeant: tunc sponsio & pax repudietur. ea uero fortuna ijs locis, quæ ante pacis mentionē habuimus, geramus bellū. nec populus Romanus consulum sponsionē, nec nos fidē populi Romani accusemus. Nunquamne causa defiet cur uicti pacto nō stetis? obsides Porfenæ dedistis: furto eos subduxistis. auro ciuitatem à Gallis redemistis: inter accipiendum aurum cæsi sunt. pacem nobiscū pepigistis, ut legiones uobis captas restituercimus:

restitueremus: eam pacē irritam facitis, & semper aliquam fraudi speciē iuris imponitis. Non probat populus Romanus ignominiosa pace legiones seruatas: pacem sibi habeat, legiones captas uictori restituat. hoc fide, hoc fœderibus, hoc fœcialibus cærimonijs dignū erat, ut quidem tu, quod petisti, per pactionem habeas, tot ciues incolumes: ego pacem, quam hosti tibi remittendo pactus sum, non habeam: hoc tu A. Corneli, hoc uos fœciales iuris gentibus dicitis: Ego uero istos, quos dedi simulatis, nec accipio, nec dedi arbitror: nec moror quo minus in ciuitatem obligatam sponſione commissa iratis omnibus dijs, quorum eluditur numen, redeant. gerite bellum, quando Sp. Posthumius modo legatum fœcialem genu perculit: ita dij credent Samnitum ciuem Posthumium, non ciuem Romanū esse: & à Samnite legatum Romanum uiolatum: eo uobis iustum in nos factum esse bellum. Hæc ludibria religionum non pudere in lucem proferre: & uix pueris dignas ambages senes ac cōsulares fallendæ fidei exquirere: Ilictor, deme uincla Romanis, moratus sit nemo, quo minus ubi uisum fuerit, abeant.

Et illi quidem forsitan & publica, sua certe liberata fide, ab Caudio in castra Romana inuiolati redierunt. Samnitibus pro superba pace infestissimum cernentibus renatum bellum, omniaq; quæ deinde uenerunt, non in animis solū sed propè in oculis esse, & serò ac nequicquam laudare senis Pontij utraq; consilia: inter quæ se media lapsos uictoriæ possessionem pace incerta mutasse, & beneficij & maleficij occasione amissa, pugnatuos cum eis, quos potuerint in perpetuum uel inimicos tollere, uel amicos facere. adeoq; nullo dum certamine inclinatis uiribus post caudinam pacem animi mutauerant, ut clariorem inter Romanos deditio Posthumium, quàm Pontium incruenta uictoria inter Samnites faceret: & geri posse bellum Romani pro uictoria certa haberent, Samnites simul rebellasse & uicisse crederent Romanum. Inter hæc Satricani ad Samnites defecerunt, & Fregellæ coloniā nec opinato aduentu Samnitium (fuisse & Satricanos cum ijs satis constat) nocte occupata est. timor inde mutuos utroque usq; ad lucem quietos tenuit: lux pugnae initiū fuit: quam aliquandiu æquam, & quia pro aris ac focis dimicabatur, & quia ex tectis adiuuabat imbellis multitudo, tamen Fregellani sustinuerunt. Fraus deinde rem inclinauit, quod uocem audiri præconis passi sunt, incolumem abiturū qui arma posuisset. ea spes remisit à certamine animos, & passim arma iactari cœpta. Pertinacior pars armata per auersam portam erupit: tutiorq; eis audacia fuit, quàm incautus ad credendum cæteris pauor: quos circumdatos igni, nequicquam deos fidemq; inuocantes, Samnites concremauerunt. c o s s. inter se partiti prouincias, Papyrius in Apuliam ad Luceriam pergit, ubi equites Romani obsides ad Caudiū dari custodiebantur: Publius in Samnio substitit aduersus caudinas legiones. Distendit ea res Samnitium animos, quod nec ad Luceriam ire, ne à tergo instaret hostis: nec manere, ne Luceria interim amitteretur, satis audebant. optimum uisum est cōmittere rem fortunæ, & transigere cum Publio certamen. itaq; in aciem corpias ducunt. aduersus quos Publius c o s s. cum dimicaturus esset, prius alloquendos milites ratus contionem aduocari iussit. cæterum sicut ingenti alacritate ad prætorium concursum est, ita præclamore poscentium pugnam nulla adhortatio imperatoris audita est: suus cuiq; animus memor ignominia adhortator aderat. Vadunt igitur in præliū urgentes signiferos: & ne mora in concursu pilis emittendis, stringendisq; inde gladijs esset, pila uelut dato ad id signo abiiciunt, strictisq; gladijs cursu in hostem feruntur. nihil illic imperatoriae artis ordinibus, aut subsidijs locandis fuit: omnia ira militaris propè uesano impetu egit. Itaq; non fusi modo hostes sunt, sed ne castris quidem suis fugam impedire ausi, Apuliam dissipati petiere: Luceriam tamen coactō rursus in unum agmine est peruentum. Romanos ira eadem, quæ per mediam aciem hostium tulerat, & in castra pertulit. ibi plus quàm in acie sanguinis, ac cædis factū: prædæq; pars maior ira corrupta. Exercitus alter cum Papyrio c o s s. locis maritimis peruenerat Arpos per omnia pacata, Samnitium magis iniurijs & odio, quàm beneficio ullo populi Romani. nam Samnites ea tempestate in montibus uicatim habitantes, campeſtria & maritima loca contemptu cultorum molliore, atq; ut euenit, ferè locis simili genere, ipsi montani atque agrestes depopulabantur. quæ regio si fida Samnitibus fuisset, aut peruenire Arpos exercitus Romanus nequisset, aut interiecta inter Romam & Arpos penuria rerum omnium, exclusos à

commercibus

commeatibus absumpisset. Tum quoque profectos inde ad Luceriam iuxta obsidentes obsessosque inopia uexauit: omnia ab Arpis Romanis suppeditabantur, ceterum adeo exigue, ut militi occupato stationibus uigiliisque & opere, eques folliculis in castra ab Arpis frumentum uerberet, interdum occursum hostium cogeret abiectione ex equo frumento pugnare. & obsessis prius quam alter coss. uictore exercitu aduenit, & comeatus ex montibus Samnitium inuecti erant, & auxilia intro missa. Arctiora omnia aduentus Publij fecit, qui obsidione delegata in curam collegæ, uacuum per agros cuncta infesta comeatibus hostium fecerat. Itaque cum spes nulla esset diutius obsessos inopiam laturos, coacti Samnites, qui ad Luceriam castra habebant, undique contractis uiribus signa cum Papyrio conferre. Per id tempus parantibus utrisque se ad praelium, legati Tarentini interueniunt, denuntiantes Samnitibus, Romanisque, ut bellum omitterent: per utros steterit quo minus discederetur ab armis, aduersus eos se pro alteris pugnuros. Ea legatione Papyrius audita, perinde ac motus dictis eorum cum collega se communiturum respondit: accitoque eo cum tempus omne in apparatu consumpisset, collocutus de re haud dubia, signum pugnae proposuit. Agentibus diuina humanaque, quae assolent cum acie dimicandum est, coss. Tarentini legati occurfare, responsum expectantes: quibus Papyrius ait. Auspicia secunda esse Tarentini pullarius nuntiat, litatum praeterea est egregie. autoribus dicit, ut uidetis, ad rem agendam proficiscimur. Signa inde ferre iussit, & copias eduxit, uanissimam increpans gentem, quae suarum impotens rerum praedomesticis seditionibus discoridisque, alijs modum pacis ac belli facere aequum censeret. Samnites ex parte altera cum omnem curam belli remisissent, quia aut pacem uere cupiebant, aut expediebat simulare, ut Tarentinos sibi conciliarent, cum instructos repente ad pugnam Romanos conspexissent, uociferari se in autoritate Tarentinorum manere, nec descendere in aciem, nec extra uallum arma ferre: deceptos potius quodcumque casus ferat, passuros, quam ut spreuisse pacis autores Tarentinos uideantur. Accipere se omen coss. aiunt, & eam precari mentem hostibus, ut ne uallum quidem defendant. ipsi inter se partitis copijs succedunt hostium munimentis: & simul undique adorti, cum pars fossas expleret, pars uellerent uallum, atque in fossas proruerent: nec uirtus modo insita, sed ira etiam exulceratos ignominia stimulare animos, castra inuasere: & pro se quisque, non haec furculas, nec Caudium, nec saltus inuios esse, ubi errorem fraus superbe uicisset, sed Romanam uirtutem, quam nec uallum, nec fossae arcerent, memorantes: cadunt pariter resistentes fusosque, inermes atque armatos, seruos, liberos, puberes, impuberes, homines, iumentaque, nec ullum superfuisset animal, nisi coss. receptui signum dedissent, audiosque caedis milites e castris hostium imperio ac minis expulissent. Itaque apud infensos ob interpellatam dulcedinem irae confestim oratio habita est, ut doceretur miles minime cuiquam militum coss. odio in hostes celsisse, aut cessuros: quin duces sicut belli, ita insatiabilis supplicij futuros fuisse: nisi respectus equitum sexcentorum, qui Luceriae obsides tenerentur, praepedisset animos: ne desperata uenia hostes caecos in supplicia eorum ageret, perdere prius, quam perire, optantes. Laudare ea milites, laetarique obuiam itum irae suae esse: fateri omnia patienda potius, quam prodere: tur salus tot principum Romanae iuuentutis. Dimissa contione consiliu habitum, omnibus nec copijs Luceriam premerent, an altero exercitu & duce Appuli circa, gens dubiae ad id uoluntatis, tentarentur. Publius coss. ad peragrandum profectus Appuliam, aliquot expeditione unapopulos aut ui subegit, aut conditionibus in societatem accepit. Papyrio quoque, qui obsessor Luceriae restiterat, breui ad spem euentus respondit. nam in seipsis omnibus uirjs, per quas comeatus ex Samnio subuehebatur, fame domiti Samnites qui Luceriae in praesidio erant, legatos misere ad coss. Romanum, ut receptis equitibus, qui causa belli essent, abisteret obsidione.

His Papyrius ita respondit. Debuisset eos Pontium Herennij filium, quo autore Romanos sub iugum misissent, consulere quid uictis patiendum censeret. ceterum, quoniam ab hostibus in se aequa statui, quam in se ipsi ferre maluerint, nuntiare Luceriam iussit, arma, sarcinas, iumenta, multitudinem omnem imbellem intra moenia relinquerent: militem se cum singulis uestimentis sub iugum missurum, ulciscentem illatam, non nouam inferentem ignominiam. Nihil recusatum. septem millia militum sub iugum missa, praedaque ingens Luceriae capta, receptis

receptis omnibus signis, armisq̄, quæ ad Caudium amiserant: & quod omnia superabat gaudia: equitibus recuperatis, quos pignora pacis custodiendos Luceriam Samnites dederant. Haud fermè alia mutatione subita rerum clarior uictoria populi Romani est. siquidem etiam (quod quibusdam in annalibus inuenitur) Pontius Herēnī filius, Samnitū imperator, ut expiaret cōs. ignominia, sub iugum cum cæteris est missus. Cæterum id minus miror obscurum esse de hostium duce dedito, missosq̄ sub iugum. id magis mirabile est, ambigi Lucius ne Cornelius dictator cum L. Papyrio Cursore magistro equitum eas res ad Caudium, atque inde Luceriā gesserit: ultorq̄ unicus Romanæ ignominia haud sciam an iustissimo triumpho ad eam ætatem secundum Furium Camillum triumphauerit: an cōs. Papyrii præcipuum id decus sit. Sequitur hunc errorem alius error: Cursor ne Papyrius proximis comitijs cum Q. Acmylio Cæretano iterum ob rem bene gestam Luceria continuato magistratu consul tertium creatus sit: an L. Papyrius Mugilanus: & in cognomine erratum sit. Conuenit iam inde per consules reliqua belli perfecta. Acmylius cum Ferentanis uno secundo prælio debellauit: urbemq̄ ipsam, quò se fusa contulerat acies, obsidibus imperatis in ditionē accepit. Pari fortuna consul alter cum Satricanis, qui ciues Romani post caudinam cladem ad Samnites defecerant, præsidiumq̄ eorum in urbem acceperant, rem gessit. nam cum ad mœnia Satrici admotus esset exercitus: legatisq̄ missis ad pacem cum precibus petendam, triste responsum ab consule redditum esset, nisi præsidio Samnitū interfecto, aut tradito, ne ad se remearent: plus ea uoce, quàm armis illatis, terroris colonis iniectū. Itaq̄ subinde cum exquerentur quærendo à consule legati, quonam se pacto paucos, & infirmos crederet præsidio tam ualido & armato uim allaturos: ab iisdem consiliū petere iussi, quibus authoribus præsidium in urbem accepissent, discedunt: ægreq̄ impetrato ut de ea re consuli senatum, responsaq̄ ad se ferri sine-ret, ad suos redeunt. Duæ factiones senatum distinebāt: una cuius principes erant defectionis à populo Romano authores: altera fidelium ciuium. certatū ab utrisq̄ tamen est, ut ad reconciliandam pacem consuli opera nauaretur. Pars altera, cum præsidium Samnitium, quia nihil satis præparati erat ab obsidionem tolerandam, excessurum proxima nocte esset: nuntiare consuli satis habuit, qua noctis hora, quamq̄ per portam, & quam in uiam egressurus hostis foret. altera, quibus inuitis descitum ad Samnites erat, eadem nocte portā etiam cōs. aperuerunt, armatosq̄ clam hoste in urbem acceperunt. ita duplici proditione & præsidium Samnitium, in fessis circa uia syluestribus locis, nec opinato oppressum est: & ab urbe plena hostium clamor sublatus: momentoq̄ unius horæ Samnis cæsus, Satricanus captus: & omnia in potestate cōs. erant. qui quæstione habita, quorum opera defectio esset facta: quos fontes comperit, uirgis cæsos securi percussit: præsidioq̄ ualido imposito, arma Satricanis ademit. Inde ad triumphum decessisse Romam Papyrium Cursorem scribunt, qui eo duce Luceriam receptam, Samnitesq̄ sub iugum missos, authores sunt. & fuit uir haud dubie dignus omni bellica laude, non animi solum uigore, sed etiam corporis uiribus excellens. præcipua pedum pernicitas inerat, quæ cognomen etiam dedit: uictoremq̄ cursu omnium ætatis suæ fuisse ferunt: & seu uirium ui, seu exercitatione multa, cibi uiniq̄ eundem capacissimum: nec cum ullo asperiores, quia ipse inuicti ad laborem corporis esset, fuisse militiam pediti pariter equitq̄. equites etiam aliquando ausos ab eo petere, ut sibi pro re bene gesta laxaret aliquid laboris. quibus ille: ne nihil remissum dicatis, remitto, inquit, ne utiq̄ dorsum demulceatis, cū ex equis descendetis. & uis erat in eo uiro imperij ingens pariter in socios, ciuesq̄. Prænestinus prætor per timorem segnus ex subsidijs suos duxerat in primam aciem: quem cum in ambulans ante tabernaculum uocari iussisset: licetorem expedire securim iussit. ad quam uocē exanimi stante Prænestino, agédum licetor, excide radicem hanc, inquit, incommodā ambulans: perfusumq̄ ultimi supplicij metu, mulcta dicta dimisit. Haud dubie illa ætate, qua nulla uirtutū feracior fuit, nemo unus erat uir, quo magis innixa res Romana staret. quin eum parem destinant animis magno Alexandro ducem: si arma Asia perdomita in Europam uertisset. Nihil minus quæsitum à principio huius operis uideri potest, quàm ut plus iusto ab rerum ordine declinarem, uarietatibusq̄ distinguendo opera, & legentibus uelut diuerticula amœna, & requiem

animo meo quærerem: tamen tanti regis ac ducis mentio, quibus sæpe tacitis cogitationibus uoluit animum, eas euocat in medium: ut quærere libeat: quinam euentus Romanis rebus, si cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit. Plurimum in bello pollere uidentur, militum copia & uirtus, ingenia imperatorum, fortuna per omnia humana maxime in res bellicas potens. Ea & singula intuenti & uniuersa, sicut ab alijs regibus gentibusq̃, ita ab hoc quoq̃ facile præstant inuictum Romanum imperiũ. Iam primum, ut ordiar ab ducibus comparandis: haud equidem abnuo egregium ducem fuisse Alexandrũ. sed clariore tamen eum facit: quod unus fuit: quod adolescens in incremento rerum nondum alteram fortunam expertus dcessisset. Ut alios reges claros ducesq̃ omittã, magna exempla casuum humanorũ: Cyrum, quem maxime Græci laudibus celebrant, quid nisi longa uita, sicut Magnũ modo Pompeiũ, uertenti præbuit fortunæ? Recenseam duces Romanos, nec omnes omnium ætatum, sed ipsos eos cum quibus coss. aut dictatoribus Alexandro fuit bellandum: M. Valerium Coruinum, C. Marcium Rutilium, C. Sulpicium, T. Manlium Torquatum, Q. Publium Philonem, L. Papyrium Cursorem, Q. Fabium Maximum, duos Decios, L. Volumnium, Marcum Curium. deinceps ingentes sequuntur uiri: si Punicum Romano præuertisset bellum: seniorq̃ in Italiam traiecisset. Horum in quolibet tum indoles eadem quæ in Alexandro erat, animi ingenijq̃: tum disciplina militaris iam inde ab initijs urbis tradita per manus, in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum uenerat. Ita reges gesserant bella: ita deinde exactores regum Iunij, Valerijq̃: ita deinceps Fabij, Quintij, Cornelij: ita Furius Camillus, quem iuuenes duo quibus cum Alexandro dimicandũ erat, senem uiderant. Militaria opera pugnando obeunti Alexandro (nam ea quoq̃ haud minus clarum eum faciunt) ccessisset uidelicet in acie oblatus par Manlius Torquatus, aut Valerius Coruinus, insignes ante milites, quàm duces: ccessissent Decij deuotis corporibus in hostem ruentes: ccessisset Papyrius Cursor illo corporis robore, illo animi: uictus esset consilijs iuuenis unius, ne singulos nominem, senatus ille: quem qui ex regibus constare dixit, unus ueram speciem Romani senatus cepit. Id uero erat periculum, ne solertius, quàm quiuis unus ex ijs quos nominauit, castris locum caperet, comiteatus expediret: ab insidijs præcaueret, tempus pugnæ eligeret: aciem instrueret, subsidijs firmaret. nõ iam cum Dario rem esse dixisset: quem mulierum ac spadonum agmen trahentẽ inter purpuram atq̃ aurum enervatum fortunæ suæ apparatus, prædam uerius quàm hostem, nihil aliud quàm bene ausus uana contemnere, incruentus deuicit. Longe alius Italiæ, quàm Indiæ, per quam temulento agmine comestabundus incessit, uisus illi habitus esset: saltus Apuliæ, ac montes Lucanos cernenti, & uestigia recentia domesticæ cladis: ubi auunculus eius nuper, Epeiri rex Alexander absumptus erat. Et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit. qui si ex habitu nouæ fortunæ, nouiq̃ (ut ita dicam) ingenij, quod sibi uictor induerat, spectetur: Dario magis similis, quàm Alexandro in Italiam uenisset: & exercitum Macedoniæ oblitum, degenerantemq̃ iam in Persarum mores adduxisset. Referre in tanto rege piget superbam mutationẽ uestis: & desyderatas humi iacentium adulationes, etiam uictis Macedonib. graues, nedum uictoribus: & fœda supplicia: & inter uinum & epulas cædes amicorum: & uanitatem ementiendæ stirpis. Quid, si uini amor in dies fieret acrior: quid, si trux ac præferuida ira? (nec quicquam dubium inter scriptores refero) nulla ne hæc damna imperatorijs uirtutibus ducimus? Id uero periculum erat: quod leuissimi ex Græcis, qui Parthorum quoq̃ contra nomen Romanum gloriæ fauent, dictitare solent: ne maiestatem nominis Alexandri, quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse, sustinere non potuerit populus Romanus: & aduersus quem Athenis, in ciuitate fracta Macedonum armis, cernente tum maxime propè fumantes Thebarũ ruinas, concionari libere ausi sint homines (id quod ex monumentis orationum patet) aduersus eum nemo ex tot proceribus Romanis uocem liberam missurus fuerit. Quãtalibet magnitudo hominis concipiatur animo, unius tamen ea magnitudo hominis erit, collecta paulo plus decem annorum felicitate: quam qui eo extollunt, quod populus Romanus etsi nullo bello multis tamen prælijs uictus sit, Alexandro nullius pugnæ non secunda fortuna fuerit, non intelligunt se hominis res gestas

gestas, & eius iuuenis, cum populi iam octingentesimum bellantis annum rebus conferre. mireremur, si, cum ex hac parte secula plura numerentur, quàm ex illa anni: plus in tam longo spatio, quàm in ætate XIII annorum fortuna uariauerit. Quin tu hominis cum homine, & ducis cum duce, fortunam cum fortuna confers? Quot Romanos duces nominè: quibus nunquam aduersa fortuna pugnae fuit? paginas in annalibus magistratuū, fastisq; percurrere licet, consulum, dictatorumq;: quorum nec uirtutis, nec fortunæ ullo die populū Romanum pœnituit. Et quo sint mirabiliores, q̄ Alexander, aut quisq; alius rex: denos, uicenosq; dies quidam dictaturam, nemo plusquam annum consulatum gessit. ab Tr. pl. delectus impediti sunt: post tempus ad bella ierunt: ante tempus, comitiorum causa reuocati sunt: in ipso conatu rerum citumegit se annus: collegæ nunc temeritas, nunc prauitas impedimento, aut damno fuit: male gestis rebus alterius successum est: tironem, aut mala disciplina institutum exercitum acceperunt. At Hercule reges non liberi solum impedimentis omnibus, sed domini rerum temporumq; trahunt consilijs cuncta, non sequuntur. Inuictus ergo Alexander cum inuictis ducibus bella gessisset: & eadem fortunæ pignora in discrimē detulisset: immo etiam eo plus periculi subsistet, quod Macedones unum Alexandrum habuissent, multis casibus non solum obnoxium, sed etiam offerentem se: Romani multi fuissent Alexandro uel gloria, uel rerum magnitudine pares: quorum suo quisq; fato sine publico discrimine uiueret, morereturq;. Restat ut copiarum copijs comparentur uel numero, uel militum genere, uel multitudine auxiliorū. Censabantur eius ætatis lustris ducena quinquagena millia capitum. Itaq; in omni defectione sociorum Latini nominis urbano propè delectu decem scribebantur legiones. quaterni, quiniq; exercitus sæpe per eos annos, in Hetruria, in Umbria, Gallis hostibus adiunctis, in Samnio, in Lucanis gerebāt bellum. Latium deinde omne cum Sabinis, & Volscis, & Aequis, & omni Campania, & parte Umbriae Hetruriaeq;, & Picentibus, & Marfis, Pelignisq; ac Vestinis atq; Apulis, adiunctaq; omni ora Græcorum inferi maris à Thurijs Neapolim & Cumas, & inde Antio atq; Hostia tenus Samnites, aut socios ualidos Romanis, aut fractos bello inuenisset hostes. Ipse traiecit mare cum ueteranis Macedonibus, non plus triginta millibus hominum, & quatuor millibus equitum, maxime Thessalorū. hoc enim roboris erat. Persas, Indos, aliasq; si adiunxisset gentes, impedimētum maius quàm auxilium traheret. Adde, quod Romanis ad manum domi supplementum esset: Alexandro (quod postea Annibali accidit) alieno in agro bellanti exercitus consenuisset. Arma, clypeus, sarissæq; illis: Romano scutum, maius corpori tegumentum, & pilum, haud paulo quàm hasta uehementius ictu missuq; telum. statarius uterque miles, ordines seruans: sed illa phalanx immobilis & unius generis: Romana acies distinctior ex pluribus partibus constans: facilis partienti quacunq; opus esset, facilis iungenti. Iam in opere quis par Romano miles? quis ad tolerandum laborem melior? Vno prælio uictus Alexander, bello uictus esset. Romanū, quem Caudium, quem Cannæ non fregerunt, quæ fregisset acies: Næ ille sæpe, etiam si prima prospere euenissent, Persas & Indos, & imbellem Asiam quæsisset: & cum foeminis sibi bellum fuisse dixisset: quod Epeiri regem Alexandrū mortifero uulnere ictum dixisse ferunt, sortem bellorum in Asia gestorum ab hoc ipso iuvene cum sua conferentem. Equidem cum per annos quatuor & uiginti primo Punico bello classibus certatum cum Pœnis recordor: uix ætatem Alexandri susceptorum fuisse reor ad unum bellum. & forsitan cum & foederibus uetustis iuncta Punica res Romanae esset, & timor par aduersus communē hostem duas potentissimas armis uirisq; urbes armaret, simul Punico Romanoq; obrutus bello esset. Non quidem Alexandro duce, nec integris Macedonum rebus, sed experti tamen sunt Romani Macedonem hostem aduersus Antiochum, Philippum, & Persen, non modo cum clade ulla, sed ne cum periculo quidem suo. absit inuidia uerbo, & ciuilia bella sileant. nunquam ab equite hoste, nunquam à pedite, nunquam aperta acie, nunquam æquis utiq;, nunquam iniquis locis laborauimus. Equitem, sagittas, saltus impeditos, auia comitatibus loca, grauis armis miles timere potest. mille acies grauiiores quàm Macedonū atq; Alexandri, auertit: auertetq;, modo sit perpetuus huius qua uiuimus pacis amor, & ciuilis cura concordia. M. Follius Flaccina inde, & L. Plautius Venox coss.

facti. Eo anno ab frequentibus Samnitium populis de fœdere renouando legati cum senatum humi strati mouissent, reiecti ad populum haudquaquã tam efficaces habebant preces. itaq; de fœdere negatum: induciã biennij, cum per aliquot dies fatigassent singulos precibus impetratæ. Et ex Apulia Theanenses Canusiniq; populationibus fessi, obsidibus L. Plautio coss. datis, in deditiõnem uenerunt. Eodem anno primum præfecti Capuæ creati cepti, legibus ab L. Furio prætore datis: cum utrunq; ipsi pro remedio ægris rebus discordia intestina petissent. Et duæ Romæ additæ tribus, Ventina ac Falerina. Inclinatissimè in Apulia rebus, Theates quoq; Apuli ad nouos coss. C. Iunium Bubulcum, Q. Aemylium Barbulam fœdus petitum uenerunt. pacis per omnẽ Apuliam præstandæ populo Romano auctores, id audacter spondendo, impetrauerunt ut fœdus daretur: neq; ut æquo tamen fœdere, sed in ditione populi Romani essent. Apulia perdomita (nam Tarento quoq; ualido oppido Iunius potitus erat) in Lucanos perreçtum. inde repentino aduentu Aemylij coss. Nerulum ui captum. Et postq; res Capuæ stabilitas Romana disciplina fama per socios uulgauit: Antiatibus quoq; qui se sine legibus certis, sine magistratibus agere querebantur: dati ab senatu ad iura statuenda ipsius coloniæ patroni. nec arma modo, sed iura etiam Romana late pollebant. C. Iunius Bubulcus, & Q. Aemylius Barbula coss. exitu anni non coss. ab se creatis, Sp. Nautio & M. Popilio, cæterum dictatori L. Aemylio legiones tradiderunt. Is cum L. Fulvio magistro equitum Satriculam oppugnare adortus, rebellandi causam Samnitibus dedit. Duplex inde terror illatus Romanis. hinc Samnis magno exercitu coacto ad eximendos obsidione socios haud procul castris Romanorũ castra posuit. hinc Satricani magno cum tumultu patefactis repente portis in stationes hostium incurrerunt. Inde pars utraq; spe alieni magis auxiliij, quàm uiribus freta suis, iusto mox prælio inito Romanos urgent. & quamquam anceps dimicatio erat, tamen utrinq; tutam aciem dictator habuit: quia & locum haud facilem ad circumueniendum cepit: & diuersa statuit signa. infestior tamen in erumpentes incelsit: nec magno certamine intra moenia compulit. tum totam aciem in Samnites obuertit. ibi plus certaminis fuit. uictoria sicut sera, ita nec dubia, nec uaria fuit. Fusi in castra Samnites extinctis nocte ignibus tacito agmine abeunt: & spe abiecta Satriculæ tuendæ, Plistiam ipsi socios Romanorum, ut parem dolorẽ hosti redderent, circumsidunt. Anno circumacto, bellum deinceps ab dictatore Q. Fabio gestũ est. coss. noui, sicut superiores, Romæ manserunt: Fabius ad accipiendum ab Aemylio exercitũ ad Satriculam cum supplemento uenit. neq; enim Samnites ad Plistiam manserant: sed accitis ab domo nouis militibus, multitudine freti castra eodem quo ante loco posuerunt, laceßentesq; prælio Romanos auertere ab obsidione conabantur. Eo intentius dictator in moenia hostium uersus, id bellum tanti ducere, quod urbem oppugnabat: securior ab Samnitibus agere, stationibus modo oppositis, nequa in castra uis fieret. eo ferocius ad equitare Samnites uallo, neque otium pati. & cum iam propè in portis castrorum esset hostis, nihil consulto dictatore magister equitum Q. Aemylius Cæretanus magno tumultu cum omnibus turmis equitum euectus, summouit hostem. tum in minime pertinaci genere pugnae sic fortuna exercuit opes, ut insignis utrinq; clades, & clara ipsorum ducum ederet funera. prior Samnitium imperator ægre patiens, quò tam ferociter ad equitasset, inde se fundi fugariq; orando hortandoq; equites prælium integravit. In quem insignem inter suos cientem pugnam magister equitum Romanus infesta cuspide ita permisit equum: ut uno ictu exanimem equo præcipitaret: nec ut sit, ad ducis casum perculsa magis, quàm irritata est multitudo omnis. Qui circa erant, in Aemylium temere inuectum per hostium turmas tela coniecerunt: fratriq; præcipuum decus ultri Samnitium imperatoris dederunt. Is uictorem detractum ex equo magistrũ equitum plenus mœroris atq; iræ trucidauit: nec multum absuit, quin corpore etiam, quia inter hostiles ceciderat turmas, Samnites potirentur. sed extemplo ad pedes descensum ab Romanis est: coactiq; idem Samnites facere: & repentina acies circa corpora ducum pedestre prælium inijt, quo haud dubie superat Romanus: recuperatumq; Aemylij corpus mista cum dolore lætitia uictores in castra referunt. Samnites duce amisso, & per equestre certamen tentatis uiribus, omissa Satricula, quam nequicquã defenderebantur

rebantur, ad Plistiæ obsidionē redeunt: intraq; paucos dies Satricula Romanus per deditio-
nem, Plistia per uim Samnis potitur. Mutata inde belli sedes est, ad Soram è Samnio Apu-
liaq; traductæ legiones. Sora ad Samnites defecerat, interfectis colonis Romanorum. Quò
cum prior Romanus exercitus ad ulciscendam ciuium necem, recuperandamq; coloniam ma-
gnis itineribus peruenisset, & sparsi per uias speculatores sequi legiones Samnitium, nec iam
procul abesse aliq; super alios nuntiarent, obuiam itum hosti, atq; ad Lautulas ancipiti prælio
dimicatum est. non cædes, non fuga alterius partis, sed nox incertos uicti, uictores ne essent,
diremit. Inuenio apud quosdam aduersam eam pugnam Romanis fuisse: atq; in ea cecidisse
Q. Aulium magistrum equitum. Suffectus in locum Aulij C. Fabius magister equitum cum
exercitu nouo ab Roma aduenit: & per præmissos nuntios consulto dictatore ubi subsisteret,
quo ue tempore, & qua ex parte hostem aggredere, substitit occultus ad omnia satis explo-
ratis consilijs. Dictator cum per aliquot dies post pugnam continuisset suos intra uallum,
obsessi magis quàm obsidentis modo, signum repente pugnae proposuit. & efficacius ratus
ad accendendos uirorum fortium animos nullam alibi, quàm in semetipso cuiquam relictam
spem, de magistro equitum, nouoq; exercitu militem cælauit: & tanquam nulla, nisi in erupti-
one spes esset, Locis, inquit, angustis milites deprehensi, nisi quam uictoria patefecerimus, ui-
am nullam habemus. statua nostra munimēto satis tuta sunt, sed inopia eadem infecta. nam
& circa omnia defecerunt, unde subuehi commeatus poterant: & si homines iuuare uelint, ini-
qua loca sunt. Itaq; non frustrabor ego uos castra hic relinquendo, in quæ infecta uictoria, si-
cut pristino die, uos recipiatis. armis munimenta, non munimentis arma tuta esse debent. ca-
stra habeant, repetantq; quibus operæ est trahere bellum: nos omnium rerum respectū, præ-
terquam uictoriae nobis abscindamus. ferte signa in hostem: ubi extra uallum agmen excesserit,
castra quibus imperatum est, incendant. damna uestra milites omnium circa, qui defece-
runt, populorū præda sarcientur. Ea oratione dictatoris, quæ necessitatis ultimæ index erat,
milites accensi uadunt in hostem: & respectus ipse ardentium castrorum, quanquam proxi-
mis tantum (ita enim iusserat dictator) ignis est subditus, haud paruum fuit iritamentum.
Itaq; uelut uecordes illati signa primo impetu hostium turbant: & in tempore postquam ar-
dentia procul uidit castra magister equitum (id conuenerat signum) hostium terga inuadit.
ita circumuenti Samnites, quæ potest quisque, fugam per diuersa petunt. Ingens multitudo in
unum metu conglobata, ac semetipsam turba impediens in medio cæsa. castra hostium capta
direptaq;, quorum præda onustum militem in Romana castra dictator reducit, haudqua-
quam tam uictoria lætum, quàm quod præter exiguam deformatam incendio partem cæte-
ra contra spem salua inuenit. Ad Soram inde reditum, nouiq; c o s s. M. Petilius, C. Sulpici-
us exercitum ab dictatore Fabio accipiunt, magna parte ueterum militum dimissa, nouisq; co-
hortibus in supplementum adductis. Cæterum cum propter difficilem urbis situm nec oppu-
gnandi satis certa ratio iniretur, & aut tempore longinqua, aut præceps periculo uictoria es-
set, Soranus transfuga clam ex oppido profectus cum ad uigiles Romanos penetrasset, duci
se extemplo ad consules iubet, deductusq; traditurum urbem promittit. uisus inde, cum quo-
nammodo id præstaturus esset percunctantes doceret, haud uana afferre, perpulit propè ad-
iuncta mœnibus Romana castra, ut sex millia ab oppido remouerentur. fore ut minus inten-
tæ in custodiam urbis diurnæ stationes, ac nocturnæ uigiliæ essent. ipse insequenti nocte sub
oppido syluestribus locis cohortibus insidere iussis, decem milites delectos secum per ardua,
ac propè inuia in arcem ducit, pluribus quàm pro numero uirorum missilibus telis eò collatis.
ad hoc saxa erant, & temere iacentia (ut fit) in aspretis, & de industria etiam, quo locus tutior
esset, ab oppidanis congesta. ubi cum constituisset Romanos, semitamq; angustam & ardu-
am erectam ex oppido in arcem ostēdisset: hoc quidem ascensu, inquit, uel tres armati quam-
libet multitudinē arcuerint: uos & decem numero, & quod plus est, Romani Romanorumq;
fortissimi uiri estis, & locus pro uobis, & nox erit, quæ omnia ex incerto maiora territis ostē-
tat. ego iam terrore omnia implebo, uos arcē intenti tenete. decurrit inde quanto maxime po-
terat cum tumultu, ad arma & præ uestram fidem ciues, clamitans, arx ab hostibus capta est,

defendite, ite. hæc incidens principum foribus, hæc obuijs, hæc excurrentibus in publicum pauidis increpat. Acceptum ab uno pauorem plures per urbem ferunt. Trepidati magistratus missis ad arcem exploratoribus, cum tela, & armatos tenere arcem multiplicato numero auerent, auertunt animos à spe recuperandæ arcis. fuga cuncta complentur: portæq; à semisomnis, ac maxima parte inermibus refringuntur: quarum per unam præsidium Romanum clamore excitatum irrumpit, & concursantes per uiam pauidos cædit. Iam Sora capta erat, cum coss. prima luce aduenere, & quos reliquos fortuna ex nocturna cæde ac fuga fecerat, in deditioem accipiunt. ex his cccxxv, qui omnium consensu destinabantur & infandæ colorum cædis & defectionis authores, uinctos Romam deducunt. cæteram multitudinem in columnem præsidio imposito Soræ relinquunt. omnes, qui Romam deducti erant, uirgis in foro cæsi, ac securi percussi summo gaudio plebis: cuius maxime intererat, tutam ubiq; quæ passim in colonias mitteretur, multitudinem esse. coss. ab Sora profecti, in agros, atq; urbes Ausonum bellum intulerunt. mota nanq; omnia aduentu Samnitium, cum apud Lautulas dimicatum est, fuerant, coniurationesq; circa Campaniam passim factæ. nec Capua ipsa crimine caruit. quin Romam quoq; & ad principum quosdam inquirendos uentum est. cæterum Ausonum gens prodicione urbium, sicut Sora, in potestatem uenit. Ausona, & Minturnæ, & Vestina urbes erant, ex quibus principes iuuentutis duodecim numero in prodicionem urbium suarum coniurati ad consules ueniunt. docent: suos iam pridem exoptantes Samnitium aduentum, simul ad Lautulas pugnatum audierunt, pro uictis Romanos habuisse, iuuentute armis Samnites iuuisse. fugatis inde Samnitibus incerta pace agere, nec claudentes portas Romanis, ne accersant bellum, & obstinatos claudere, si exercitus admoueatur. in ea fluctuatione animorum opprimi incautos posse. His authoribus mota propius castra: missiq; eodem tempore circa tria oppida milites: partim armati, qui occulti propinqua mœnibus insiderent loca: partim togati, tectis ueste gladijs, qui sub lucem apertis portis urbes ingrederentur. ab ijs simul custodes trucidari cœpti, simul datû signum armatis, ut ex insidijs concurrerent. ita portæ occupatæ, triaq; oppida eadem hora, eodemq; consilio capta. sed quia absentibus ducibus impetus est factus, nullus modus cædibus fuit: deletaq; Ausonum gens uix certo defectionis crimine, perinde ac si interneciuo bello certasset. Eodẽ anno prodito hostibus Romano præsidio, Luceria Samnitium facta: nec diu proditoribus impunita res fuit. haud procul inde exercitus Romanus erat: cuius primo impetu urbs sita in plano capitur: Lucerini ac Samnites ad internicionem cæsi. eoq; ira processit, ut Romæ cum de colonis mittendis Luceriam cõsuleretur senatus, multi delendam urbem censerent. præter odium, quod execrabile in bis captos erat, longinquitas quoq; abhorrere à relegandis tam procul ab domo ciuibus inter tam infestas gentes cogebat. uicit tamen sententia, ut mitterentur coloni. duo millia & quingenti missi. Eodem anno, cum omnia infida Romanis essent, Capuæ quoq; occultæ principum coniurationes patefactæ. de quibus cum ad senatum relatum esset, haudquaquã neglecta res est. quæstiones decretæ: dictatoremq; quæstionibus exercendis dici placuit. C. Manius dictus. is M. Follium magistrum equitum dixit. Ingens erat magistratus eius terror. itaq; siue timore eius, seu conscientia, Caluios, Ouium Nouiumq; (ea capita coniurationis fuerant) prius quàm nominarentur apud dictatorem, mors haud dubie ab ipsis conscita iudicio subtraxit. Deinde ut quæstioni Campanæ materia decessit, uersa Romam interpretando res. non nominatim, qui Capuæ, sed in uniuersum, qui usquam coissent, coniurassent uel aduersus Romanum populum, quæri senatum iussisse: & coitiones honorum adipiscendorum causa factas, aduersus rempub. esse. latiorq; & re, & personis quæstio fieri: haud abnuente dictatore sine fine ulla quæstionis suæ ius esse. Postulabantur ergo nobiles homines: appellancibusq; tribunos nemo erat auxilio, quin nomina reciperentur. inde nobilitas, nec ij modo, in quos crimen intendebatur, sed uniuersi simul negare nobiliû id crimen esse, quibus, si nulla obstetur fraude, pateat uia ad honorem, sed hominum nouorum. ipsos adeo dictatorem magistrumq; equitum, reos magis quàm quæstores idoneos eius criminis esse: intellecturosq; ita id esse, simul magistratu abissent. Tum enim uero Menius iam famæ magis, quam

quàm imperij memor, progressus in contionem ita uerba fecit. Et omnes anteaetæ uitæ uos conscios habeo Quirites, & hic ipse honos delatus ad me testis est innocentie meæ. neq; enim quod sæpe aliàs, quia ita tempora postulabant reipub. qui bello clarissimus esset, sed qui maxime procul ab his coitionibus uitam egisset, dictator deligendus exercendis quaestionibus fuit. Sed quoniam quidam nobiles homines (qua de causa uos existimare, quàm me pro magistratu quicquam incompertum dicere melius est) primum ipsas expugnare quaestiones omni ope annissi sunt: dein postquàm ad id parum potentes erant, ne causam dicerent, in praesidia aduersariorum, appellationem & tribunitium auxilium, patricij confugerunt: postremo repulsi inde (adeo omnia tutiora, quàm ut innocentiam suam purgarent, uisa) in nos irruerunt, & priuatis dictatorem poscere reum uerecundie non fuit: ut omnes diu hominesq; sciant: ab illis, etiam quæ non possint, tentari, ne rationem uitæ reddant: me obuiam ire crimini, & offerre me inimicis reum: dictatura me ab dico. Vos quaeso coss. si uobis datū ab senatu negotium fuerit, in me primum & hunc M. Follium quaestiones exercetis: ut appareat innocentia nostra nos, nō maiestate honoris tutos à criminibus istis esse. Abdicat inde se dictatura, & post eum confestim Follius magisterio equitum: primiq; apud coss. (ijs enim ab senatu mandata res est) rei facti, aduersus nobilium testimonia egregie absoluuntur. Publius etiā Philo multiplicatis summis honoribus post res tot domi belloq; gestas, cæterum inuisus nobilitati, causam dixit: absolutusq; est. Nec diutius (ut fit) quàm dum recens erat, quaestio per clara nomina reorum uiguit. inde labi cœpit ad uiliora capita, donec coitionibus factionibusq; aduersus quas comparata erat, oppressa est. Earum fama rerum, magis tamen spes Campanæ defectionis, in quam coniuratum erat, Samnites in Apuliam uersos rursus ad Caudium reuocauit: ut inde ex propinquo, si qui motus occasionem aperiret, Capuam Romanis eriperent. Eò coss. cum ualido exercitu uenerunt. & primo circa saltus, cum utrinq; ad hostem iniqua uia esset, cunctati sunt. deinde Samnites per aperta loca breui circuitu in loca plana, campanos campos, agmen demittunt. ibiq; primum castra in conspectu hostibus data: deinde leuibus prælijs, equitum sæpius quàm peditum, utrinq; periculū factum. nec aut euentus eorum Romanum, aut moræ, qua trahebant bellum, pœnitebat. Samnitium contra ducibus, & carpi paruis quotidie damnis, & senescere dilatione belli uires suæ uidebantur. itaq; in aciem procedunt, equitibus in cornua diuisis: quibus præceptū erat intentiores ad respectū castrorū, nequa cō uis fieret, quàm ad prælium starent: aciem pediti tutam fore. coss. Sulpicius in dextro, Petilius in læuo cornu consistunt. dextra pars, qua & Samnites raris ordinibus, aut ad circūcundos hostes, aut ne ipsi circumirentur, constiterant, latius patefacta stetit. sinistris, præterquam quod cōfertiores steterant, repentino cōsilio Petilij coss. additæ uires: qui subsidiarias cohortes, quæ integræ ad longioris pugnae casus reseruabantur, in primam aciem extemplo emisit: uniuersisq; hostem primo impetu uiribus impulit. Commota pedestri acie Samnitium, eques in pugnam succedit. in hunc transuerso agmine inter duas acies se inferentē Romanus equitatus concitat equos: signaq; & ordines peditum atq; equitum confundit, donec uniuersam ab ea parte auertit aciem. In eo cornu non Petilius solus, sed Sulpicius etiam hortator affuerat, auctus ab suis nondum cōferentibus manus ad clamorem ab sinistra parte prius exortum, unde haud dubiam uictoriam cernens, cum ad suum cornu tenderet cum mille ducentis uiris, dissimilem ibi fortunam inuenit: Romanos loco pulsos, uictorē hostem signa in percussos inferentem. cæterū omnia mutauit repente consulis aduentus. nam & conspectu ducis relictus militum est animus: & maius quàm pro numero auxiliū aduenerat, fortes uiri: & partis alterius uictoria audita, mox uisa etiam, prælium restituit. tota deinde iam uincere acie Romanus: & omisso certamine, cædi capiçq; Samnites: nisi qui Maleuentū, cui nunc urbi Beneuentū nomen est, perfugerunt. Ad triginta milia cæsa aut capta Samnitium, proditum memoriae est. coss. egregia uictoria parta, protinus inde ad Bouianum oppugnandū legiones ducunt: ibiq; hyberna egerunt: donec ab nouis coss. L. Papyrio Cursore quintū, C. Iunio Bubulco iterum, nominatus dictator C. Petilius cum M. Follio magistro equitum, exercitū accepit. Is cum audisset arcem Fregellanā ab Samnitibus captā, omisso Bouiano ad Fregellas pergit. unde post

nocturnam Samnitium fugam sine certamine receptis Fregellis, præsidioq; ualido imposito, in Campaniam reditum, maxime ad Nolam armis repetendâ. cò se intra moenia sub aduentum dictatoris & Samnitium omnis multitudo, & Nolana agrestis, contulerant. Dictator urbis situ circumspetto, quo apertior aditus ad moenia esset, omnia ædificia (& frequenter ibi habitatur) circumiecta muris incendit. nec ita multo post, siue à Petilio dictatore, siue ab C. Iunio c o s. (nam utrunq; traditur) Nola est capta. Qui captæ decus Nolæ ad c o s. trahunt, adijciunt, Atinam & Calatiam ab eodem captas: Petilium autem pestilentia orta clauis figendi causa dictatorem dictum. Suessa & Pontia eodem anno coloniæ deductæ sunt. Suessa, Auruncorum fuerat: Volsci Pontias insulam sitam in conspectu litoris sui incoluerant. & in terram Cassinum ut deduceretur colonia, s c factum est. sed inuiros creauere, ac misere colonorum quatuor millia insequentes c o s s. M. Valerius, P. Decius. Profligato ferè Samnitium bello, prius quàm ea cura decederet patribus Romanis, Hetrusci belli fama exorta est. nec erat ea tempestate gens alia, cuius secundum Gallicos tumultus arma terribiliora essent, tum propinquitate agri, tum multitudine hominum. Itaq; altero c o s. in Samnio reliquias belli persequente, P. Decius, qui grauiter æger Romæ restiterat, authore senatu dictatorem C. Iunium Bubulcum dixit. Is, prout rei magnitudo postulabat, omnes iuniores sacramento adigit: arma, quæq; alia res poscit, summa industria parat: nec tantis apparatus elatus de inferendo bello agitat, quieturus haud dubie, nisi ultro arma Hetrusci inferrent. Eadem in comparando cohibendoq; bello consilia & apud Hetruscos fuere. neutri finibus egressi.

Et censura clara eo anno Ap. Claudij, & C. Plautij fuit: memoriæ tamen felicioris ad posteros nomen Appij, quod uiam muniuit, & aquam in urbem duxit: eaq; unus perfecit, quia ob infamem atq; inuidiosam senatus lectionem uerecundia uictus collega magistratu se abdicauerat. Appius iam inde antiquitus insitam pertinaciam familiæ gerendo, solus censuram obtinuit. Eodem Appio authore Poticia gens, cuius ad aram Maximam Herculis familiaritate sacerdotium fuerat, seruos publicos ministerij delegandi causa solennia eius sacri docuerat.

Traditur inde dictu mirabile, & quod dimouendis statu suo sacris religionem facere posset: cum duodecim familiæ ea tempestate Poticiorum essent, puberes ad triginta, omnes intra annum cum stirpe extinctos: nec nomen tantum Poticiorum interijisse, sed censorem etiã Appium memori deum ira post aliquot annos luminibus captum. Itaque c o s s. qui eum annum secuti sunt, C. Iunius Bubulcus III, & Q. Æmylius Barbula iterum, initio anni questi apud populum deformatum ordinem praua lectione senatus, qua potiores aliquot lectis præteriti essent: negauerunt eam lectionem se, quæ sine recti prauiq; discrimine ad gratiam ac libidinem facta esset obseruaturos: & senatum extemplo citauerunt eo ordine, qui ante censors Ap. Claudium & C. Plautium fuerat. Et duo imperia eo anno dari cœpta per populum, utraq; pertinentia ad rem militarem: unum, ut tribuni militum senideni in quatuor legiones à populo crearentur, quæ antea perquam paucis suffragio populi relictis locis, dictatorum & consulum sermè fuerant beneficia. tulere eam rogationem Tr. pl. L. Atilius, C. Marcius. alterum, ut inuiros nauales classis ornandæ reficiendæq; causa idem populus iuberet. Lator huius plebisciti fuit M. Decius Tr. pl. Eiusdem anni rem dictu paruam præterire, ni ad religionem uisa esset pertinere. Tibicines, quia prohibiti à proximis censoribus erant in æde Iouis uesci, quod traditum antiquitus erat, ægre passi, Tybur uno agmine abierunt: adeo, ut nemo in urbe esset, qui sacrificijs præcineret. Eius rei religio tenuit Senatum: legatosq; Tybur miserunt, ut darent operam ut hi homines Romanis restituerentur. Tyburtini benigne polliciti, primum accitos eos in curiam hortati sunt, ut reuerterentur Romam: postquam perpelli nequibant, consilio haud abhorrente ab ingenijs hominum, eos aggrediuntur. Die festo alij alios per speciem celebrandarum cantu epularum causa inuitant, & uino, cuius auidum sermè genus est, oneratos sopiunt: atque ita in plaustra somno uictos conijciunt, ac Romam deportant: nec prius sensere, quàm plaustris in foro relictis plenos crapulæ eos lux oppressit. Tunc còcursus populi factus, impetratoq; ut manerent, datum, ut triduum quotannis ornati cum cantu, atq; hac, quæ nunc solennis est, licentia per urbem uagarentur: restituitur

restitutumq; in æde uescendi ius ijs, qui sacris præcinerent. Hæc inter duorum ingentium bel-
lorum curam gerebantur. Consules inter se prouincias partiti: Iunio Samnites, Aemylio
nouum bellum Hetruria forte obuenit. In Samnio Cluuiam præsidium Romanum, quia ne-
quiuerat ui capi, obsessum fame in deditiõem acceperant Samnites: uerberibusq; scædum in
modum laceratos occiderant deditos. Huic infensus crudelitati Iunius nihil antiquius oppu-
gnatione Cluuiana ratus, quo die aggressus est mœnia, ui cepit: atq; omnes puberes interfe-
cit. Inde uictor exercitus Bouianum ductus. caput hoc erat Pentrorum Samnitium, longe
ditissimum, atq; opulentissimum armis uirisq;. Ibi quia haud tantum irarum erat, spe prædæ
milites accensi, oppido potiuntur. minus itaq; sæuitum in hostes est: prædæ plus penè, quàm
ex omni Samnio unquam egestum: benigneq; omni militi concessa. & postquàm præpoten-
tem armis Romanum nec acies subsistere ullæ, nec castra, nec urbes poterant: omnium princi-
pum in Samnio eò curæ sunt intentæ, ut insidijs quæretetur locus: si qua licentia populando
effusus exercitus excipi, ac circumueniri posset. Transfugæ agrestes, & captiui quidã, pars for-
te, pars consilio oblatis congruentia ad consulem afferentes, quæ & uera erant: pecoris uim in-
gentem in saltum auium compulsam esse: perpulerunt ut prædatum eò expeditæ ducerentur
legiones. ibi ingens hostium exercitus itinera occultus insederat: & postquàm intrasse Roma-
nos uidit saltũ, repente exortus cum clamore ac tumultu incautos inuadit. & primo noua res
trepidationem fecit, dum arma capiunt, sarcinas congerunt in medium. dein, postquàm ut
quisq; liberauerat se onere, aptaueratq; armis, ad signa undiq; coibant, & notis ordinibus in
ueteri disciplina militiæ iam sine præcepto ullius sua sponte struebatur acies: consul ad ancipi-
tem maxime pugnã aduectus, desilit ex equo: & Iouem, Martemq;, atq; alios testatur deos
se nullam suam gloriam inde, sed prædam militi quærentem, in eum locum deuenisse, neq; in
se aliud, quàm nimiam ditandi ex hoste militis curã reprehendi posse. ab eo se dedecore nul-
lam rem aliam, quàm uirtutem militum uindicaturã. conniterentur modo uno animo omnes
inuadere hostem uictum acie, castris exutum, nudatum urbibus, ultimam spem fuito insidia-
rum tentantem, & loco non armis fretum. Sed quem esse iam uirtuti Romanæ inexpugnabi-
lem locum: Fregellana arx, Soranaq;, & ubicunq; iniquo successum erat loco, memoraban-
tur. His accensus miles, omnium immemor difficultatum, uadit aduersus imminentem hosti-
um aciem. ibi paulum laboris fuit, dum in aduersum cliuum erigitur agmen. cæterum post-
quàm prima signa planiciem summam ceperunt, sensitq; acies æquo se iam institisse loco, uer-
sus extemplo est terror in insidiatores: easdemq; latebras, quibus se paulo ante texerant, pala-
ti atq; incrimas fuga repetebant: sed loca difficilia hosti quæsitã ipsos tum sua fraude impedi-
ebant. itaq; ergo perpaucis effugium patuit. Cæsa ad uiginti millia hominum: uictorq; Ro-
manus ad oblatam ultro ab hoste prædam pecorum discurrit. Dum hæc geruntur in Sam-
nio, iam omnes Hetruriæ populi, præter Arretinos, ad arma ierant, ab oppugnando Sutrio,
quæ urbs focia Romanis uelut claustra Hetruriæ erat, ingens orsi bellũ. Eo alter c o s. Aemy-
lius cum exercitu ad liberandos obsidione focios uenit. aduenientibus Romanis Sutrini com-
meatus benigne in castra ante urbem posita aduexere. Hetrusci diem primũ, consultando ma-
turarent, traherent ne bellum, traduxerunt: postero die, ubi celeriora quàm tutiora consilia ma-
gis placere ducibus, sole orto signum pugnæ propositum est: armatisq; in aciem procedunt.
Quod postquàm consuli nuntiatum est, extemplo tesseram dari iubet, ut prandeat miles, fir-
matisq; cibo uiribus arma capiat. dicto paretur. consul ubi armatos paratosq; uidit, signa
extra uallum proferri iussit, & haud procul hoste instruxit aciem. Aliquandiu intenti utrin-
que steterunt, expectantes ut ab aduersarijs clamor & pugna inciperet. & prius sol meridie
se inclinauit, quàm telum hinc aut illinc emissum est. inde, ne infecta re abiretur, clamor ab
Hetruscis oritur, concinuntq; tubæ, & signa inferuntur. Nec segnus à Romanis pugna ini-
tur. concurrunt infensis animis. numero hostis, uirtute Romanus superat. anceps prælium
multos utrinque, & fortissimum quenque absomit. nec prius inclinata res est, quàm secunda
acies Romana ad prima signa, integri fessis successerunt. Hetrusci, quia nullis recentibus sub-
sidijs fulca prima acies fuit, ante signa circaq; omnes ceciderunt. nullo unquam prælio fugæ
minus

minus, nec plus cædis fuisset: ni obstinatos mori Thufcos nox texisset: ita, ut uictores prius quàm uicti pugnandi finem facerent. Post occasum solis signum receptui datum est: nocte ab utroq; in castra reditum. Nec deinde quicquam eo anno rei memoria dignæ apud Sutrium gestum est: quia & ex hostium exercitu prima tota acies deleta uno prælio fuerat, subsidarijs modo relictis, uix quod satis esset ad castrorû præsidium: & apud Romanos tantum uulnerum fuit, ut plures post prælium sauci decesserint, quàm ceciderant in acie. Q. Fabius in sequentis anni c. o. s. bellum ad Sutrium excepit. collega Fabio C. Martius Rutilius datus est. cæterum & Fabius supplementum ab Roma adduxit: & nouus exercitus domo accitus Hetruscis uenit. Permulti iam anni erant, cum inter patricios magistratus, tribunosq; nulla certamina fuerant: cum ex ea familia, quæ uelut fatalis tum tribunis ac plebi erat, certamen oritur. Ap. Claudius censor circumactis decem & octo mensibus, quod Aemylia lege finitum censuræ spatium temporis erat: cum C. Plautius collega eius magistratu se abdicasset: nulla ui compelli ut abdicaret, potuit. P. Sempronius erat Tr. pl. qui finiendæ censuræ intra legitimum tempus actionem susceperat, non popularem magis, quàm iustam, nec in uulgus, quàm optimo cuiq; gratiorem. Is cum identidem legem Aemyliam recitaret, authoremq; eius Mamercum Aemylum dictatorem laudibus ferret: qui quinquennalem ante censuram, & longinquitate potestatem dominantem intra sex mensium & anni coegisset spatiû: dic agendum, inquit, Ap. Claudii, quidnam facturus fueris, si eo tempore, quo C. Furius & M. Geganius censes fuerunt, censor fuisses? Negare Appius interrogatione tribuni magnopere ad causam pertinere suam. nam etsi tenuerit lex Aemylia eos censes, quorum in magistratu lata esset: quia post illos censes creatos eam legem populus iussisset, quodq; postremum iussisset, id ius, ratumq; esset: non tamen aut se, aut eorum quenquam, qui post eam legem latam creati censes essent, teneri ea lege potuisse. Hæc sine ullius assensu cauillante Appio, En, inquit, Quirites illius Appij progenies, qui decemuir in annum creatus altero anno se ipse creauit: tertio nec ab se, nec ab ullo creatus, priuatus fasces & imperium obtinuit: nec ante continuo abstitit magistratu, quàm obruerent eum male parta, male gesta, male retenta imperia. hæc est eadem familia Quirites, cuius ui atq; iniurijs compulsi extorres patria Sacrum montem cepistis. hæc, aduersus quam tribunicium auxilium uobis cõparastis, hæc, propter quam duo exercitus Auentinum insedistis. hæc, quæ scænebres leges: hæc, quæ agrarias semper impugnauit. hæc cõnubia patrum, & plebis interrupit. hæc plebi ad curules magistratus iter obsepit. hoc est nomen multo, quàm Tarquiniorum, infestius uestræ libertati. Ita ne tandem Ap. Claudii, cum centesimus iam annus sit ab Mamercum Aemylia dictatore, tot censes fuerint nobilissimi fortissimiq; uiri, nemo eorum duodecim tabulas legit: nemo id ius esse, quod postremo populus iussisset, sciuit: immo uero omnes sciuerunt: ideo Aemylia potius legi paruerunt, quàm illi antiquæ, qua primum censes creati erant: quia hanc postremum iusserat populus: & quia, ubi duæ contrariæ leges sunt, semper antiquæ abrogat noua. An hoc dicis Appi: non teneri Aemylia lege populum? an populum teneri: te unum extra legissem esse? Tenuit Aemylia lex uiolentos illos censes, C. Furium & M. Geganium. qui quid iste magistratus in rep. male facere posset, indicarunt: cum ira finitæ potestatis, Mamercum Aemylum principem ætatis suæ belli domicilijs, ærarium fecerunt. tenuit deinceps omnes censes intra centum annorum spatium. tenet C. Plautium collegam tuum, isdem auspicijs, eodem iure creatum. An hunc non ut qui optimo iure censor creatus esset, populus creauit? tu unus eximius es, in quo hoc præcipuum ac singulare ualeat: quem tu regem sacrificiorum crees? amplexus regni nomen, ut qui optimo iure rex Romæ creatus sit, creatum se dicet. quem semestri dictatura, quem interregno quinque diebus contentum fore putes? quem clauis figendi, aut ludorum causa dictatorem audacter crees? Quàm isti stolidos ac socordes uideri creditis eos, qui intra uicesimum diem ingentibus rebus gestis dictatura se abdicauerunt: aut qui uitio creati abierunt magistratu? Quid ego antiqua repetam? nuper intra decem annos C. Mænius dictator, quia, cum quæstiones seuerius, quàm quibusdam potentibus tutum erat, exerceret: contagio eius, quod quærebat, ipsi criminis obiectata ab inimicis est: ut priuatus obuiam iret

crimini

crimini, dictatura se abdicauit. Nolo ego istam in te modestiam: ne degeneraueris à familia imperiosissima & superbissima: non die, non hora citius, quàm necesse est, magistratu abieris: modo ne excedas finitū tempus: satis est aut diem, aut mensem censuræ adijcere. Triennium, inquit, & sex menses ultra quàm licet Æmylia lege, censuram geram: & solus geram. hoc quidem iam regno simile est. An collegam subrogabis? quem ne in demortui quidem locū subrogari fas est, pœnitet enim, quod antiquissimum solenne, & solum ab ipso cui sit institutum deo, ab nobilissimis antistitibus eius sacri ad seruatorum ministerium religiosus censor deduxisti: gens antiquior originibus urbis huius, hospitio deorum immortalium sancta, propter te ac tuam censuram intra annum ab stirpe extincta est: nisi uniuersam rempublicam eo nefario obstrinxeris, quod ominari etiam reformidat animus. Urbs eo lustro capta est, quo demortuo collega C. Iulio censore L. Papyrius Cursor, ne abiret magistratu, M. Cornelium Maluginensem collegam subrogauit. & quanto modestior illius cupiditas fuit, quàm tua Appi: nec solus, nec ultra finitum lege tempus L. Papyrius censuram gessit. tamen neminem inuenit qui se postea authorem sequeretur. omnes deinceps censores post mortem collegæ se magistratu abdicarunt. Te nec quod dies exijt censuræ, nec quod collega magistratu abiit, nec lex nec pudor coerces: uirtutem in superbia, in audacia, in contemptu deorum hominumq; ponis. Ego te Appi Claudii pro istius magistratus maiestate ac uerecundia, quem gessisti, non modo manu uiolatum, sed ne uerbo quidem inclementiori à me appellatum uellem: sed & hæc, quæ adhuc egi, peruicacia tua & superbia coegit me loqui: & nisi Æmyliæ legi parueris, in uincula duci iubebo: nec cum ita comparatum à maioribus sit, ut comitijs censorijs, nisi duo confecerint legitima suffragia, nō renuntiato altero comitia differantur: ego te, qui solus censor creari non possis, solum censuram gerere patiar. Hæc taliaq; cum dixisset, prehendi censorē & in uincula duci iussit. Approbantibus sex tribunis actionem collegæ, tres appellanti Appio auxilio fuerunt: summaq; inuidia omnium ordinum solus censuram gessit. Dum ea Romæ geruntur, iam Sutrium ab Hetruscis obsidebatur: consuliq; Fabio imis montibus ducenti ad ferendam opem socijs, tentandasq; munitiones, si qua posset, acies hostium instructa occurrit. quorum ingentem multitudinem cum ostenderet subiecta late planities: consul, ut loco paucitatem suorum adiuuaret, flectit paululum in cliuos agmen: (asperta erant strata saxis) inde signa in hostem obuertit. Hetrusci omnium, præterquàm multitudinis suæ, qua sola freti erant, immemores, prælium incunt adeo raptim & auide: ut abiectis missilibus, quo celerius manus conferrent, stringerent gladios uadentes in hostem. Romanus contra, nunc tela, nunc saxa, quibus eos affatim locus ipse armabat, ingerere. igitur scuta, galeæq; ictæ cum etiã quos non uulnerauerant, turbarent: neq; subire erat facile ad propiorem pugnam: neq; missilia habebant, quibus eminus rem gererent: stantes, & expositos ad ictus cum iam satis nihil tegeret: quosdam etiam pedem referentes, fluctuantesq;, & instabilem aciem redintegrato clamore strictis gladijs hastati & principes inuadunt. eum impetum non tulerunt Hetrusci: uersisq; signis fuga effusa castra repetunt. Sed equites Romani præuecti per obliqua campi cum se fugientibus obtulissent, omisso ad castra itinere montes petunt. Inde inermi penè agmine, ac uexato uulneribus in syluam Ciminiam penetratum. Romanus multis milibus Hetruscorum cæsis, duodequadraginta signis militaribus captis, castris etiam hostium cum præda ingenti potitur. Tum de persequendo hoste agitari cœptum. Sylua erat Ciminia magis tum inuia atque horrenda, quàm nuper fuisse Germanici saltus: nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita. eam intrare haud ferè quisquam præter ducem ipsum audebat. alijs omnibus cladis caudinae nondum memoria aboleuerat. Tum ex ijs qui aderant, consulis frater (M. Fabium, Cæsonem aliq, C. Claudium quidam matre eadem qua eos. genitum, tradunt) speculatum se iturum professus, breuiq; omnia certa allaturum. Cære educatus apud hospites, Hetruscis inde literis eruditus erat: linguamq; Hetruscam probe nouerat. Habeo auctores: uulgo tum Romanos pueros, sicut nunc Græcis, ita Hetruscis literis erudiri solitos. sed propius est uero: præcipuum aliquid fuisse in eo, qui se tam audaci simulatione hostibus immiscuerit. seruus ei dicitur comes uous fuisse, nutritus unà, eo que haud ignarus.

linguæ

linguæ eiusdem. nec quicquam aliud proficiscentes, quàm summatim regionis, quæ intranda erat naturam, ac nomina principū in populis acceperunt: nequa inter colloquia insigni nota hæsitantes deprehendi possent. iere pastoralis habitu agrestibus telis, falcibus gæsisq; binis armati. Sed neq; commercium linguæ, nec uestis, armorum, ue habitus sic eos texit: quàm quod abhorrebat à fide, quenquam externum Ciminios saltus intraturū. Vsq; ad Camertes Vmbros penetrasse dicuntur. ibi, qui essent, fateri Romanum ausum: introductumq; in senatum, consulis uerbis egisse de societate, amicitiaq; atq; inde comi hospitio acceptum, nuntiare Romanis iussum: comitum exercitui dierum xxx præstò fore, si ea loca intrasset: iuuentutemq; Camertium Vmbrosorum in armis paratam imperio futuram. Hæc cum relata consuli essent: impedimentis prima uigilia præmissis, legionibus post impedimenta ire iussis, ipse substitit cum equitatu: & luce orta postero die obequitauit stationibus hostium: quæ extra saltum dispositæ erant. & cum satis diu tenuisset hostem, in castra sese recepit: portaq; altera egressus, ante noctem agmen assequitur. postero die luce prima iuga Ciminij montis tenebat: inde contemplatus opulenta Hetruriae arua, milites emittit. Ingenti iam abacta præda, tumultuariæ agrestium Hetruscorum cohortes repente à principibus regionis eius concitatæ Romanis occurrunt, adeo incompositæ, ut uindices prædarum propè ipsi prædæ fuerint. Cæsis, fugatisq; ijs, late depopulato agro uictor Romanus, opulentusq; rerum omniū copia, in castra rediit.

Eò forte v legati cum duobus Tr. pl. uenerant denuntiatum Fabio senatus uerbis: ne saltum Ciminium transiret. lætati serius se, quàm ut impedire bellum possent, uenisse, nuntij uictoriæ Romam reuertuntur. Hac expeditione consulis motum latius erat, quàm profligatū bellum, uastationē nanq; sub Ciminij montis radicibus iacens ora senserat: cōciueratq; indignatione non Hetruriae modo populos, sed umbræ finitima. itaque quantus non unquam antea, exercitus ad Sutrium uenit: neq; è syluis tantummodo promota castra: sed etiam auiditate dimicandi quàm primū in campos delata acies: deinde instructa primo suo stare loco: relicto hostibus ad instruendum contra spatium. deinde postquam detrectare hostem sensere pugnam: ad uallum subeunt. ubi postquam stationes quoq; receptas intra munimenta sensere: clamor repente circa duces ortus: ut eò sibi è castris cibaria eius diei deferri iuberent: mansuros se sub armis: & aut nocte, aut certe luce prima castra hostium inuasuros. Nihilò quietior Romanus exercitus imperio ducis continetur. decima erat ferè diei hora, cum cibum capere consul milites iubet, præcipit ut in armis sint, quacunq; diei, noctis uel hora signum dederit. paucis milites alloquitur: Samnitium bella extollit: eleuat Hetruscos: nec hostem hosti, nec multitudinem multitudini comparandam ait esse: præterea telum aliud occultum scituros in tempore: interea taceri opus esse. His ambagibus prodū simulabat hostes: quo animus militum multitudine territus restitueretur: & quod sine munimento cōsiderant, uerisimilius erat quod simulabatur. Curati cibo corpora quieti dant: & quarta ferè uigilia sine tumultu excitati arma capiunt. dolabræ calonibus diuiduntur ad uallum prouendum, fossasq; implendas. intra munimenta instruitur acies: delectæ cohortes ad portarum exitus collocantur. dato deinde signo paulo ante lucē, quod æstiuis noctibus sopitæ maxime quietis tempus est: proruro uallo erupit acies: stratos passim inuadit hostes: alios immobiles, alios semisomnos in cubilibus suis, maximam partem ad arma trepidantes cædes oppressit. paucis armandi se datum spatiū est. eos ipsos non signum certum, non ducem sequentes fundit Romanus, fugatosq; persequitur. ad castra, ad syluas diuersi tendebant. syluæ tutius dedere refugium. nam castra in campis sita eodem die capiuntur. aurum, argentumq; iussum referri ad consule. cætera præda militis fuit. Cæsa aut capta eo die hostium millia ad sexaginta. Eam tam claram pugnam trans Ciminiam syluam ad Perusiam pugnatam quidam authores sunt: metuq; in magno ciuitatē fuisse: ne interclusus exercitus tam infesto saltu coortis undiq; Tuscis Umbrisq; opprimeretur. Sed ubicunq; pugnatum est, res Romana superior fuit. itaq; à Perugia, & Cortona, & Arretio, quæ ferè capita Hetruriae populorū ea tempestate erant, legati pacem foedusq; ab Romanis petentes, inducias in triginta annos impetrauerunt. Dum hæc in Hetruria geruntur: eos: alter C. Marcius Rutilius Allifas de Samnitibus uicēpit. multa alia castella, uicēpit: aut

aut deleta hostiliter, aut integra in potestatem uenere. Per idem tempus & classis Romana à P. Cornelio, quem senatus maritimæ oræ præfecerat: in Campaniam acta, cum appulsa Pompeios esset: socij inde nauales ad depopulandum agrum Nucerinum profecti, proximis raptim uastatis, unde reditus tutus ad naues esset: dulcedine (ut fit) prædæ longius progressi exciuerunt hostes. palatis per agros nemo obuius fuit, cum occidione occidi possent: redeuntes agmine incauto haud procul nauibus assecuti agrestes exuerunt prædæ, partem etiam occiderunt. quæ superfuit cædi, trepida multitudo ad naues compulsæ est. Profectio Q. Fabij trans Ciminiam syluam quantum Romæ terrorem fecerat, tam lætam famam in Samniū ad hostes tulerat: interclusum Romanū exercitū obsideri: cladisq; imaginem furculas Caudinas memorabant. eadem temeritate auidā ulteriorū semper gentē in saltus inuios deductā, septam non hostiū magis armis, quàm locorum iniquitatibus esse. Iam gaudiū inuidia quadā miscebatur: quod belli Romani decus ab Samnitibus fortuna ad Hetruscos auertisset. itaq; armis, uirisq; ad obterendū C. Marcium c o s. concurrunt: protinus inde Hetruriā per Marfos ac Sabinos petaturi, si Marcus dimicandi potestatem non faciat. Obuius ijs c o s. fuit. dimicatum prælio utrinq; atroci, atq; incerto euentu est. & cum anceps cædes fuisset: aduersæ tamen rei fama in Romanos uertit, ob amissos quosdā equestris ordinis, tribunosq; militū, atq; unum legatū, & (quod insigne maxime fuit) cōsulis ipsius uulnus. Ob hæc etiam aucta fama (ut solet) ingens terror patres inuasit: dictatoremq; dici placebat, nec quin Cursor Papyrius diceretur, in quo tum summa rei bellicæ ponebatur, dubium cuiquā erat: sed nec in Samniū nuntium perferri omnibus infestis tuto posse: nec uiuere Marcium c o s. satis fidebant. Alter c o s. Fabius infestus priuatum Papyrius erat: quæ ne ira obstaret bono publico, legatos ex consulariū numero mittendos ad eum Senatus censuit: qui sua quoq; eum, non publica solū autoritate mouerent: ut memoriam simultatū patriæ remitteret. Profecti legati ad Fabium c o s. cum s c tradidissent, adiecisentq; orationem conuenientem mandatis: consul demissis in terram oculis tacitus ab incertis quidnam esset acturus, legatis recessit. nocte deinde silentio (ut mos est) L. Papyriū dictatorem dixit. cui cum ob animū egregie uictum legati gratias agerent, obstinatū silentiū obtinuit: ac sine responso ac mentione facta sui, legatos dimisit: ut appareret insignem dolorem ingenti comprimi animo. Papyrius C. Iunium Bubulcum magistrū equitum dixit: atq; ei legē curiæ tam de imperio ferenti triste omen dlem diffidit, quod Fauciæ curiæ fuit principium duabus insignis cladibus, captæ urbis, & caudinæ pacis: quod utroq; anno eiusdē curiæ fuerat principium. Macer Licinius tertia etiam clade, quæ ad Cremerā accepta est, abominandā eam curiam facit. Dictator postero die auspicijs repetitis pertulit legē, & profectus cum legionibus ad terrorem traducti syluam Ciminiam exercitus nuper scriptis, ad Longulam peruenit: acceptisq; à Martio c o s. ueteribus militibus, in aciem copias eduxit. nec hostes detrectare uisi pugnam. instructos deinde, armatosq; cum ab neutris prælium inciperetur, nox oppressit. Quieti aliquandiu, nec suis diffidentes uiribus, nec hostē spernētes statua in propinquo habuere. Nam & cū Vmbrorū exercitu acie depugnatū est. fusi tamē magis, quàm cæsi hostes: quia cœptam acriter non tolerarunt pugnam. & ad uadimonis lacum Hetrusci lege sacrata coacto exercitu, cum uir uirum legisset, quantis nunquā aliās ante simul copijs, simul animis dimicarūt: tantoq; irarum certamine gesta res est, ut ab neutra parte emissa sint tela, gladijs pugna cœpit: & acerrime cōmissa ipso certamine, quod aliquādiu anceps fuit, accensa est: ut non cum Hetruscis totiens uictis, sed cum aliqua noua gēte uideretur dimicatio esse. nihil ab ullo parte mouetur fuga: cadunt antesignani: & ne nudetur propugnatoribus signa, fit ex secūda prima acies. ab ultimis deinde subsidijs cietur miles: adeoq; ad ultimū laboris ac periculi uentum est, ut equites Romani omisis equis ad primos peditū per arma, per corpora euaserint. ea uelut noua inter fessos exorta acies turbauit signa Hetruscorū. secuta deinde impetū eorū, ut cunq; affecta fuerat, cætera multitudo tandem perumpit ordines hostiū. Tunc uinci pertinacia cœpta, & aucti manipuli quidam: & ut semel dedere terga, etiam certiozem capeffere fugam. Ille primum dies fortuna ueteri abundātes Hetruscorū fregit opes. cæsum in acie, quod roboris fuit: castra eo impetu capta, direptaq;. Pari subinde periculo, gloriæq; euentu bellū in Samnitibus erat: qui præter cæteros belli apparatus, ut acies sua fulgeret nouis armorū insignibus, fecerūt. duo

exercitus erant: scuta alterius auro, alterius argento cælauerunt. Forma erat scuti: summū latius qua pectus atq; humeri teguntur, fastigio æquali: ad imum cuneatior, mobilitatis causa. spongia pectori tegumentū: & sinistrū crus ocrea tectum. galeæ cristatæ, quæ speciem magnitudi- ni corporum adderent. tunicæ auratis militibus uersicolores, argētatis linteæ candidæ. his dex- trum cornu datum: illi in sinistro consistunt. Notus iam Romanis apparatus insignium ar- morum fuerat: doctiq; à ducibus erant, horridum militē esse debere, non cælātū auro argen- toq;, sed ferro & animis fretum. quippe illa prædam uerius, quàm arma esse, nitentia ante rem, deformia inter sanguinē & uulnera. uirtutē esse militis decus, & omnia illa uictoriā sequi: & di- rem hostem quamuis pauperis uictoris præmium esse. His Cursor uocibus instinctos milites in præliū ducit. dextro ipse cornu consistit: sinistro præfecit magistrū equitū. Simul est concur- sum, ingens fuit cum hoste certamē: non segnus inter dictatorē & magistrum equitū, ab utra- parte uictoria inciperet. Prior forte Iunius cōmouit hostem, leuo dextrū cornu, sacros more Samnitium milites, eoq; candida ueste, & paribus candore armis insignes. eos se orco macta- re Iunius dictitās cum intulisset signa, turbauit ordines, & haud dubie impulit aciē. Quod ubi sensit dictator, ab leuōne cornu uictoria incipiet: inquit: & dextrū cornu, dictatoris acies alie- nam pugnā sequetur, non partē maximā uictoriæ trahet: concitat milites. Nec peditū uirtuti equites, aut legatorū studia ducibus cedunt. M. Valerius à dextro, P. Decius ab leuo cornu, ambo cōsulares, ad equites in cornibus positos euehūtur: adhortatiq; eos, ut partē secū capes- serent decoris, in transversa latera hostiū incurrūt. is nouus additus terror cum ex parte utraq; circumuassisset aciem, & ad terrorē hostium legiones Romanæ redintegrato clamore intulisset gradum, tum fuga ab Samnitibus cœpta. Iam strage hominum, armorumq; insignium campi repleri. ac primo puidos Samnites castra sua accepere: deinde ne ea quidē retenta. ca- ptis, direptisq; ante noctē iniectus ignis. Dictator ex s c triumphauit. cuius triumpho longe maximam speciē captiua arma præbuere. tantum magnificentiæ uisum in ijs, ut aurata scuta dominis argentatiorū ad forum ornandum diuiderentur. inde natum initiū dicitur fori ornan- di ab ædilibus, cum thesauri ducerentur. Et Romani quidem ad honorem deūm insignibus ar- mis hostium usi sunt: Campani ab superbia & odio Samnitium gladiatores, quod spectacu- lum inter epulas erat, eo ornatu armarunt, Samnitiumq; nomine appellarunt. Eodem anno cum reliquis Hetruscorū ad Perusiam, quæ ipsa induciarū fidem ruperat, Fabius c o s. nec du- bia, nec difficili uictoria dimicat. Ipsum oppidū (nam ad mœnia uictor accessit) cepisset: ni le- gati dedentes urbem exissent. Præsidio Perusiæ imposito, legationibus Hetrurix amicitia pe- tentibus præ se Romam ad Senatū missis, c o s. præstantiore etiam quàm dictator uictoria triumphans urbē est inuectus. Quinetiā de uictorum Samnitū decus magna ex parte ad le- gatos, P. Decium & M. Valeriū, est uersum: quos populus proximis comitibus ingenti consen- su c o s. alterum, alterū prætorē declarauit. Fabio ob egregie perdomitā Hetruriam continua- tur consulatus: Decius collega datur. Valerius prætor quartum creatus. c o s s. partiti prouin- cias. Hetruria Decio, Samnium Fabio euenit. Is profectus ad Nuceriam, Allifates iam tum pacem petentes, quod uti ea cum daretur noluisissent, aspernatus, oppugnando subegit. Cum Samnitibus acie dimicatum. haud magno certamine hostes uicti. neq; eius pugne memoria tradita foret, ni Marci eo primū prælio cū Romanis bellassent. Secuti Marcorū defectionem Peligni, eandem fortunā habuerunt. Decio quoq; alteri c o s. secunda belli fortuna erat. Tar- quiniensem metu subegerat frumentum exercitui præbere, atq; inducias in xl annos petere. Volsiniensium castella aliquot ui cepit: quædā ex ijs diruit, ne receptaculo hostibus essent: cir- cunferendoq; passim bello tantum terrorem sui fecit, ut nomē omne Hetruscū fœdus à c o s. peteret. ac de eo quidem nihil impetratū. induciæ annuæ datæ. stipendium exercitui Roma- no ab hoste in eum annum pensum: & binæ tunicæ in militem exactæ. ea merces induciarum fuit. Trāquillas res iam Hetruscis turbauit repentina defectio Umbrorū, gentis integræ à cla- dibus belli: nisi quod transitum exercitus ager senserat. Ii concitata omni iuuentute sua, & ma- gna parte Hetruscorū ad rebellionē compulsā, tantū exercitū fecerant, ut relicto post se in He- truria Decio, ad oppugnandā inde Romam ituros, magnifice de se, ac contemptim de Roma- nis loquentes, iactarent. Quod inceptum eorū ubi ad Decium c o s. perlatum est, ad urbem

ex He/

ex Hetruria magnis itineribus pergit: & in agro pipinensi ad famā intentus hostium cōsedit. Nec Romæ spernebatur Vmbrorū bellum: & ipsæ minæ metum fecerant expertis à Gallica clade quàm intutam urbē incolerent. Itaq; legati ad Fabiū c o s. missi sunt: ut, siquid laxamenti à bello Samnitiū esset: in Vmbriā propere exercitum duceret. Dicto paruit c o s. magnisq; itineribus ad Mevaniā, ubi tum copię Vmbrorū erant: perrexit. Repens aduētus c o s. quem procul Vmbria in Samnio bello alio occupatum crediderant: ita exterruit Vmbros, ut alij recedendum ad urbes munitas, quidā bellum omittendū censerent. Plaga una (materinam ipsi appellant) non continuit modo cæteros in armis: sed confestim ad certamē egit. castra uallantem Fabium adorti sunt. Quos ubi effusos ruere in munimenta consul uidit: reuocatos milites ab opere, prout loci natura tempusq; patiebatur, ita instruxit: cohortatusq; prædicatione uera qua in Thuscis, qua in Samnio partorum decorū, exiguam appendicē Hetrusci belli conficere iubet: & uocis impiæ pœnas expetere: qua se urbē Romanā oppugnatos minati sunt. Hæc tanta sunt alacritate militū audita, ut clamor sua sponte ortus loquentem interpellauerit ducem. ante imperiū deinde concentu tubarū ac cornuū, cursu effuso in hostem feruntur: non tanquam in uiros, aut armatos incurrunt. mirabilia dictu: signa primo eripi cœpta signiferis: deinde ipsi signiferi trahi ad consulē: armatiq; milites ex acie in aciē transferri. & sicubi est certamē, scutis magis quàm gladijs geritur res. umbonibus, incussa q; ala sternuntur hostes. plus capitur hominum, quàm cæditur: atq; una uox ponere arma iubentiū per totam fertur aciem. Itaq; inter ipsum certamē facta deditio est à primis authoribus belli. postero insequētibusq; diebus & cæteri Vmbrorum populi deduntur, Oriculani sponione in amicitiam accepti.

Fabius alienæ sortis uictor belli, in suam prouinciā exercitū reduxit. itaq; ei ob res tam feliciter gestas, sicut priore anno populus continuarat consulatum: ita senatus in insequentem annum, quo Ap. Claudius, L. Volumnius c o s s. fuerūt, prorogauit maxime Appio aduersante imperium. Appium censorem petisse consulatū, comitiacq; eius ab L. Furio Tr. pl. interpellata, donec se censura abdicauit: in quibusdā annalibus inuenio. Creatus consul, cum collegæ nouum bellū Salentini hostes decernerētur: Romæ mansit, ut urbanis artibus opes augeret: quando belli decus penes alios esset. Volumnium prouinciæ haud pœnituit. multa secunda prælia fecit: aliquot urbes hostiū ui cepit. prædæ erat largitor: & benignitatem per se gratam comitate adiuuabat: militemq; r̄s artibus fecerat & periculi & laboris audum. Q. Fabius pro consul ad urbem Allifas cum Samnitiū exercitu signis collatis configit. minime ambigua res fuit. Fusi hostes, atq; in castra cōpulsī. nec castra forent retenta, ni exiguū superfuisset diei: ante noctem tamen sunt circūfessa, & nocte custodita: ne quis elabi posset. postero die uix dum luce certa, deditio fieri cœpta: & pacti, qui Samnitiū forent, ut cum singulis uestimētis emitterentur. hi omnes sub iugum missi. socijs Samnitium nihil cautū. ad vii millia sub corona ueniere. qui se ciuem Hernicū dixerat, scorsum in custodia habitus. eos omnes Fabius Romam ad Senatum misit: & cum quæsitū esset, delectū, an uoluntarij pro Samnitibus aduersus Romanos bellarent: per Latinos populos custodiendi dantur. Iussi q; eam integram rem noui c o s s. P. Cornelius Aruina, Q. Marcius Tremulus (ij enim iam creati erant) ad Senatum referre. Id ægre passi Hernici, conciliū populorū omnium habentibus Anagninis in circo, quem Maritimum uocant: præter Alatrinatē, Ferentinatēq;, & Verulanū, omnes Hernici nominis populo Romano bellū indixerunt. In Samnio quoq;, quia decesserat inde Fabius, noui motus exorti. Calatia & Sora, præsidiaq; quæ in r̄s Romana erant, expugnata: & in captiuorū corpora militum fœde sæuitum. itaq; eò P. Cornelius cum exercitu missus. Marcio noui hostes (iam enim Anagninis Hernicisq; alijs bellū iustum erat) decernūtur. Primo ita omnia opportuna loca hostes inter consulū castra interceperunt, ut peruadere expeditus nuntius non posset, & per aliquot dies incerti rerum omnium, suspensiq; de statu alterius, uterq; consul ageret: Romanisq; is metus manaret: adeo, ut omnes iuniores sacramento adigerentur: atq; ad subita rerum duo iusti scriberentur exercitus. Cæterū Hernicum bellum nequaquā pro præsentī terrore, ac uerustate gentis gloriæ fuit. nihil usquam dictu dignū ausi, trinīs castris intra paucos dies exuti, triginta dierum inducias, ita ut ad Senatū Romā legatos mitterent, pacti sunt bimestri stipendio frumētisq;, & singulis in militem tunicis. Ab senatu ad Marcium reiecti: cui s c per-

missum de Hernicis erat: isq; gentem in ditionē accepit. Et in Samnio alter c o s . superior uiribus, locis impeditior erat. omnia itinera obseperant hostes: saltusq; peruios ceperant: nequa subuehi commeatus possent. neq; eos, cum quotidie signa in aciem cōsul proferret: elicere ad certamen poterat: satisq; apparebat neq; Samnitum certamen præsens, nec Romanum dilationem belli laturum. Aduentus Marcij, qui Hernicis subactis maturauit collegæ uenire auxilio: moram certaminis hosti exemit. nam, ut qui ne alteri quidem exercitui se ad certamē credidissent pares, coniungi utiq; passi duos cōsulares exercitus, nihil crederent superesse spei: aduenientem incōposito agmine Marcium aggrediuntur. Raptim collatæ sarcinæ in mediū: & prout tempus patiebatur, instructa acies. clamor primū in statua perlatus, deinde conspectus procul puluis tumultū apud alterum consulē in castris fecit. isq; confestim arma capere iussis, raptimq; eductis in aciem militibus, transuersam hostium aciem, atq; alio certamine occupatam inuadit: clamitans summū flagitium fore: si alterum exercitū utriusq; uictoriæ compotem sincerent fieri: nec ad se sui belli uindicarent decus. quā impetū dederat, perumpit: aciemq; per mediam in castra hostium tendit: & uacua defensoribus capit, atq; incendit. Quæ ubi flagrantia marcius miles conspexit, & hostes respexere: tum passim fuga cœpta Samnitū fieri. sed omnia obtinet cædes: nec in ullam partem tutum perfugium est. Iam xxx millibus hostium cæsis, signum receptui consules dederant: colligebantq; in unum copias, inuicē inter se gratantes: cum repente uisæ procul hostium nouæ cohortes, quæ in supplementū scriptæ fuerant: integrare cædem. in quas nec iussu consulum, nec signo accepto uictores uadunt: malo tyrocinio imbuendum Samnitum clamitantes. Indulgent c o s s . legionū ardori: ut qui probe scirent nouum militem hostium inter perculos fuga ueteranos ne tentando quidem satis certamini fore. nec eos opinio sefellit. omnes Samnitū copias, ueteres, nouæq; montes proximos fuga capiunt. eò & Romana erigitur acies: nec quicquam satis tuti loci uictis est: & de iugis, quæ ceperant, funduntur. iamq; una uoce omnes pacem petebant. Tum trium mensiū frumento imperato, & annuo stipendio, ac singulis in militem tunicis, ad senatū pacis oratores missi. Cornelius in Samnio relictus. Marcius de Hernicis triumphās in urbem redijt. statuaq; equestris in foro decreta est: quæ ante templum Castoris posita est. Hernicorum tribus populis, Alatri nati, Verulano, Ferentinati, quia maluerunt quam ciuitatem, suæ leges reddita: connubiumq; inter ipsos, quod aliquandiu soli Hernicorum habuerunt, permissum. Anagninis, quicq; armâ Romanis intulerant, ciuitas sine suffragij latione data: concilia, connubiaq; adempta: & magistratibus, præterquam sacrorum curatione interdictum. Eodem anno ædes Salutis à C. Iulio Bubulco censore locata est: quam c o s s . bello Samnitium uouerat. ab eodē collegaq; eius M. Valerio Maximo uia per agros publica impensa factæ. Et cum Carthaginensibus eodem anno fœdus tertio renouatū: legatisq; eorum, qui ad id uenerant, comiter munera missa, Dictatorem idem annus habuit, P. Cornelium Scipionē cum magistro equitum P. Decio Murc. ab ijs, propter quæ creati erant, comitia consularia habita, quia neuter c o s s . potuerant bello abesse. Creati c o s s . L. Posthumius, T. Minucius. Hos c o s s . Piso Q. Fabio & P. Decio suggerit: biennio exempto, quo Claudiū Volumniumq; & Corneliū cum Marcio c o s s . factos tradidimus. memoriāne fugerit in annalibus digerendis: an consulto binos cōsules falsos ratus transcenderit: incertum est. Eodem anno in campū stellatam agri Campani Samnitium incursiones factæ. itaq; ambo c o s s . in Samnium missi. cum diuersas regiones, Tifernum Posthumius, Bouianum Minutius petissent: Posthumij prius ductu ad Tifernū pugnatum. Alij haud dubie Samnites uictos, ac triginta millia inde hominum capta tradunt: alij Marte æquo discessum: & Posthumium metum simulantē nocturno itinere clam in montes copias abduxisse: hostes secutos duo millia inde locis munitis & ipsos confedisse. Consul, ut statua tuta, copiosaq; (& ita erant) petisse uideretur: postquam & munimētis castra firmauit, & omni apparatu rerū utilium instruxit: relicto firmo præsidio uigilia tertia, qua duci proxime potest, expeditas legiones ad collegam, & ipsum aduersus alios sedentem, ducit. ibi authore Posthumio Minucius cum hostibus signa confert. & cum anceps prælium in multum diei processisset: tum Posthumius integris legionibus defessam iam aciem hostiū improuiso inuadit. itaq; cum lassitudo ac uulnera fugam quoq; præpedissent, occidione occisi hostes: signa unum & uiginti

uiginti capta: atq; inde ad castra Posthumij perreētum. ibi duo uictores exercitus percussum iam fama hostem adorti fundunt, fugantq; signa militaria sex & uiginti capta, & imperator Samnitium Staius Cellius, multiq; alij mortales: & castra utraq; capta: & Bouianum, ubi postero die ceptum oppugnari, breui capitur. magna q; gloria rerum gestarū cōsules triumpharunt. Minuciū c o s. cum uulnere graui relatū in castra mortuum, quidā authores sunt, & M. Fuluium in locum eius consulem suffectum: & ab eo, cum ad exercitum Minucij missus esset, Bouianū captum. Eodē anno Sora, Arpinū, Consentia, recepta ab Samnitibus. Herculis magnum simulachrū in Capitolio positū, dedicatumq;. P. Sulpicio Auerrione, P. Sempronio Sopho c o s s. Samnites, seu finem, seu dilationē belli quærentes, legatos de pace Romam miser. quibus suppliciter agentibus respōsum est: nisi sæpe bellū parantes pacē petissent Samnites, oratione ultro citroq; habita, de pace transigi potuisse. nunc, quando uerba uana ad id locorum fuerint, rebus standum esse. P. Sempronium c o s. cum exercitu breui in Samnio fore: eum ad bellum, pacem ne inclinent animi, falli non posse: cōperta omnia Senatui relaturū: decedentem ex Samnio c o s. legati sequerētur. Eo anno cum pacatū Samnium exercitus Romanus benigne præbito com meatu peragrasset: foedus antiquum Samnitibus redditū. Ad Aequos inde ueteres hostes, cæterum per multos annos sub specie infidæ pacis quietos, uersa arma Romana: quod incolumi Hernico nomine missitauerant simul cum ijs Samniti auxilia, & post Hernicos subactos uniuersa propè gens sine dissimulatione consilij publici ad hostes delciuerat: & postquam icō Romæ cum Samnitibus foedere foeciales uenerāt res repetitum, tentationē aiebant esse, ut terrore incusso belli Romanos se fieri paterentur. quod quantopere optandū foret, Hernicos docuisse: cum quibus licuerit, suas leges Romanæ ciuitati præoptauerint: quibus legendi quid mallent copia non fuerit, pro pœna necessariā ciuitatē fore. Ob hæc uulgo in concilijs iactata populus Romanus bellū fieri Aequis iussit. consulesq; ambo ad nouum profecti bellū quatuor mil. à castris hostium cōsederunt. Aequorū exercitus (ut qui suo nomine per multos annos imbelles egissent) tumultuario similis, sine ducibus certis, sine imperio trepidare. alij exeundum in aciem, alij castra tuenda censent: mouet pleroseq; uastatio futura agrorum, ac deinceps cum leuibus præsidjs urbium relictarū excidia. itaq; postquam inter multas sententias una, quæ omissa cura cōmunium ad respectū suarū quenq; rerū auertisset, audita: ut prima uigilia diuersi è castris ad deportanda omnia, tuendasq; mœnibus in urbes abirent: cuncti eam sententiā ingenti assensu acceperunt. Palatis hostibus per agros, prima luce Romani signis prolatis in acie cōsistunt: & ubi nemo obuius ibat, pleno gradu ad castra hostium tendunt. cæterū postquam ibi neq; stationes pro portis, nec quēquam in uallo, nec fremittum consuetū castrorū animaduertent: insolito silentio moti, metu insidiarū subsistunt. transgressi deinde uallum cum deserta omnia inuenissent, pergunt hostem uestigijs sequi. sed uestigia in omnes æque ferentia partes, ut in dilapsis passim, primo errorem faciebant: post per exploratores cōpertis hostium consiljs ad singulas urbes circumferendo bello unum & quadraginta oppida intra dies sexaginta omnia oppugnādo ceperunt: quorū pleraq; diruta, atq; incensa: nomēq; Aequorū propè ad internecionē deletum. De Aequis triumphatū: exemploq; eorū clades fuit, ut Marrucini, Marsi, Peligni, Frentini mitterent Romā oratores pacis petendæ, amicitiaeq; ijs populis foedus petentibus datum. Eodē anno C. Flauius Cn. filius scriba patre libertino humili fortuna ortus, cæterum callidus uir & facundus, ædilis curulis fuit. Inuenio in quibusdā annalibus, cum appareret ædilibus fieriq; se pro tribu ædilem uideret: neque eius accipi nomē, quod scriptū faceret: tabulā posuisse: & iurasse se scriptū non facturū. quem aliquanto antea desisse scriptum facere arguit Macer Licinius: tribunatu ante gesto, triumphatibusq; nocturno altero, altero coloniarū deducendæ. Cæterum (id qd haud discrepat) contumacia aduersus contemntes humilitatē suam nobiles certauit. ciuile ius repositū in penetralibus pontificū euulgauit: fastosq; circa forū in albo proposuit: ut quando lege agi posset sciretur: ædem Concordiæ in area Vulcani summa inuidia nobilium dedicauit: coactusq; cōsensu populi Cornelius Barbatius Pontifex Maximus uerba præire: cum more maiorū negaret nisi c o s. aut imperatorē posse templū dedicare. Itaq; ex authoritate Senatus latum ad populum est, nequis templū, aram ue iniussu Senatus, aut Tr. pl. partis maioris dedicaret. Haud memo-

rabilem rem per se, nisi documentum sit aduersus superbiam nobilium plebeiae libertatis, referam. Ad collegam agrum uisendi causa Flavius cum uenisset: consensuque nobilium adolescentium, qui ibi assidebant, assurrectum ei non esset: curulem afferri sellam eò iussit: ac sede honoris sui anxios inuidia inimicos spectauit. Cæterum Flauium dixerat ædilem forensis factio, Ap. Claudij censura uires nata: qui Senatum primus libertinorum filijs lectis inquinauerat. & posteaquam eam lectionem nemo ratam habuit: nec in curia adeptus erat quas petierat opes urbanas: humilibus per omnes tribus diuisis, forū & campū corrupit. tantumque Flauij comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium annulos aureos, & phaleras deponerent. Ex eo tempore in duas partes discessit ciuitas: aliud integer populus fautor & cultor bonorum, aliud forensis factio tenebat: donec Q. Fabius & P. Decius censores facti. Fabius simul concordiae causa, simul ne humillimorum in manu comitia essent, omnem forenses turbam excretam in quatuor tribus coniecit: urbanasque eas appellauit. adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut Maximij cognomen, quod tot uictorijs non pepererat, hac ordinum temperatione pareret. Ab eodem institutum dicitur, ut equites Idibus quintilibus transfuerentur.

DECADIS PRIMAE LIBER DECIMVS.



LV C I O Genutio, Ser. Cornelio C O S S. ab externis ferme bellis otium fuit. Soram, atque Albam coloniam deductæ: Albam in Aequos sex millia colorum scripta. Sora agri Volsci fuerat: sed possederant Samnites. eò quatuor millia hominum missa. Eodem anno Arpinatibus, Trebulanisque ciuitas data. Frusinates tertia parte agri damnati: quod Hernicos ab eis sollicitatos compertum: capitaque coniurationis eius, quaestione ab C O S S. exsc habita, uirgis caesi ac securi percussi. Tamene prorsus imbellem agerent annum, parua expeditio in Umbria facta est: quod nuntiabatur ex spelunca quadam excursions armatorum in agros fieri. In eam speluncam penetratum cum signis est: & ex eo loco obscuro multa uulnera accepta, maximeque lapidum ictu, donec altero specus eius ore (nam peruius erat) inueto, utraque fauces congestis lignis accensæ. ita intus fumo ac uapore ad duo millia armatorum ruentia nouissime in ipsas flammam dum euadere tendunt, absumpta. M. Liuius Dentre, & C. Aemilio C O S S. redintegratum Aequorum bellum. Coloniam aegre patientes uelut arcem suis finibus impositam summa uis expugnare adorti, ab ipsis colonis pelluntur. cæterum tantum Romae terrorem fecere, quia uix credibile erat tam affectis rebus solos per se Aequos ad bellum coortos, ut tumultus eius causa dictator diceretur C. Iunius Bubulcus cum M. Titinio magistro equitum. profectus primo congressu Aequos subegit. ac die octauo triumphans in urbem cum redisset, ædem Salutis, quam C O S S. uouerat, censor locauerat: dictator dedicauit. Eodem anno classis Graecorum Cleonymo duce Lacedaemonio ad Italiae littora appulsa Thurias urbem in Salentinis cepit. Aduersus hunc hostem C O S S. Aemilius missus praelio uno fugatum copulit in naues. Thuriarum redditæ ueteri cultori: salentinoque agro pax parata. Iunium Bubulcum dictatorem missum in Salentinos in quibusdam annalibus inuenio: & Cleonymum prius quam colligendum esset cum Romanis, Italia excessisse. circumuectus inde Brundisij promontorium, medioque sinu Adriatico uentis latus, cum leua importuosa Italiae littora, dextra Illyrici Liburnique & Istri, gentes feræ & magna ex parte latrocinij maritimis infames terrerent: penitus ad littora Venetorum peruenit. expositis paucis, qui loca explorarent: cum audissent tenue praetentum littus esse, quod transgressis, stagna ab tergo sint irrigua aestibus maritimis: agros haud procul proximos campestres cerni: ulteriora colles uideri esse: ostium fluminis praetalti, quod circumagi naues in stationem tutam, uidisse (Meduacus amnis erat) eò inuectam classem subire flumine aduerso iussit. Grauiissimas nauium non pertulit alueus fluminis. in leuora nauigia transgressa multitudo armatorum ad frequetes agros tribus maritimis Patuinorum uicis colentibus eam oram peruenit. Ibi egressi leui praesidio nauibus relicto, uicos expugnant: inflammant tecta: hominum, pecudumque praedas agunt: & dulcedine praedandi longius usque a nauibus procedunt. Haec ubi Patauium sunt nuntiata (semper autem eos in armis accolæ Galli habebant) in duas partes

partes iuuentutē diuidunt. altera in regionem, qua effusa populatio nuntiabatur: altera, ne cui prædonū obuia fieret, altero itinere ad stationē nauium (millia autem XIII ab oppido aberat) ducta. In naues paruas custodibus interemptis impetus factus: territiq; nauæ coguntur naues in alteram ripam amnis transire. & in terra prosperum æque in palatos prædatores prælium fuerat: refugientibusq; ad stationem Græcis Veneti obsistunt. Ita in medio circumuenti hostes, cæsiq; pars capti classem indicant, regēq; Cleonymū tria inde millia abesse. Ibi captiuis proximo uico in custodiam datis, pars fluuiales naues ad superanda uada stagnorum apte planis alueis fabricatas, pars captiua nauigia armatis complent. profectiq; ad classem, immobiles naues, & loca ignota plus quàm hostem timentes circumuadunt: fugientesq; in altum, ac nusquam repugnantes usq; ad ostium amnis persecuti, captis quibusdā, incensisq; nauibus hostiū, quas trepidatio in uada intulerat, uictores reuertuntur. Cleonymus uix quinta parte nauium incolumi, nulla regione maris Hadriatici prospere adita, discessit. rostra nauium, spoliāq; Laconum in æde Iunonis ueteri fixa, multi supersunt qui uiderunt. Patauij monumentum naualis pugnae eo die, quo pugnatum est, quotannis solenni certamine nauium in flumine oppidi medio exercetur. Eodem anno Romæ cum Vestinis petentibus amicitiam ictum est foedus. Multiplex deinde exortus terror. Hetruriam rebellare ab Arretinorum seditionibus motu orto nuntiabatur: ubi Licinium genus præpotens, diuitiarum inuidia pelli armis coeptum. simul Marfos agrum ui tueri: in quem colonia Carseoli deducta erat, quatuor millibus hominum scriptis. Itaq; propter eos tumultus dictus M. Valerius Maximus dictator magistrum equitum sibi legit M. Acmylium Paulū. id magis credo, quàm Q. Fabium ea ætate, atq; eis honoribus Valerio subiectum. cæterū ex Maximi cognomine ortum errorem haud abnuerim. Profectus dictator cum exercitu prælio uno Marfos fundit. compulsis deinde in urbes munitas, Miloniam, Plestinā, Fresiliam intra dies paucos cepit: & parte agri multæstatis Marfis foedus restituit. Tum in Hetrucos uersum bellum. & cum dictator auspicioꝝ repetendorum causa profectus Romam esset, magister equitum pabulatum egressus ex insidijs circumuenitur: signisq; aliquot amissis foeda militum cæde ac fuga in castra est compulsus. qui terror non eo tantum à Fabio abhorret: quod si qua alia arte cognomen suum æquauit, tum maxime bellicis laudibus: sed etiam quod memor papyrianae scuitiæ nunquam ut dictatoris iniussu dimicaret, adduci potuisset. Nūtiata ea clades Romā maiorem quàm res erat terrorem exciuit. nam ut exercitu deleto, ita iustitium indictū: custodiae in portis, uigiliæ uicatim exactæ: arma, tela in muros cōgesta. Omnibus iunioribus sacramēto adactis dictator ad exercitum missus omnia spe tranquilliora, & composita magistri equitum cura, castra in tutiorem locum redacta, cohortes, quæ signa amiserant, extra uallū sine tentorijs destitutas, inuenit: exercitum audum pugnae, quo maturius ignominia aboleretur. Itaq; cōfestim castra inde in agrum Rufellanum promouit. eò & hostes secuti, quanquā ex bene gesta re summam & in aperto certamine uirium spem habebant: tamē insidijs quoq; quas feliciter experti crant, hostem tentant. Tecta semiruta uici per uastationem agrorū deusti haud procul castris Romanorum aberant. ibi abditis armatis, pecus in cōspectu præsidij Romani, cui præerat Cn. Fuluius legatus, propulsum. ad quam illecebram cum cōmoueretur nemo ab Romana statione: pastorum unus progressus sub ipsas munitiones, inclamat alios cunctāter ab ruinis uici pecus propellentes: quid cessarent, cum per media castra Romana tuto agere possent? Hæc cum legato Cærites quidā interpretarentur: & per omnes manipulos militū ingens esset indignatio: nec tamen iniussu mouere se auderēt: iubet peritos linguæ attendere animum, pastorū sermo agresti an urbano propior esset. Cum reserrent sonum linguæ, & corporū habitū, & nitorem cultiora, quàm pastoralia esse: ite igitur, dicite inquit, detegant nequicquam conditas insidias: omnia scire Romanū: nec magis iam dolo capi, quàm armis uinci posse. Hæc ubi audita sunt, & ad eos, qui confederant in insidijs, perlata: consurrectum repente ex latebris est: & in patentem ad conspectum undiq; campū prolata signa. uisa legato maior acies, q̄ quæ ab suo præsidio sustineri posset. itaq; propere ad dictatorem auxilia accitū mittit: interea ipse impetus hostium sustinet. Nuntio allato, dictator signa ferri, ac sequi armatos iubet. sed celeriora propè omnia imperio erant. rapta extemplo signa, armaq;: & uix ab impetu & cursu tenebantur.

cum ira ab accepta nuper clade stimulabat, tum cōcitior accidens clamor ab increfcente certamine. urgent itaq; alij alios. hortanturq; signiferos ut ocius eant. quo magis festinātes uidet dictator, eo impensius retentat agmen, ac sensim incedere iubet. Hetrusci contra, principio exciti pugnae omnibus copijs aderant: & super alios alij nuntiant dictatori omnes legiones Hetruscorū capessisse pugnae: nec iam ab suis resisti posse. & ipse cernit ex superiore loco in quanto discrimine praesidiū esset: ceterum satis fretus esse etiā nunc tolerando certamini legatū, nec se procul abesse periculi uindicē, quā maxime uult fatigari hostem, ut integris adoriatur uiribus fessos. quanquā lente procedunt, iam tamen ad impetum capiendū equiti utiq; modicum erat spatium. prima incedebant signa legionum, nequid occultū aut repentinū hostis timeret: sed reliquerat interualla inter ordines peditū, quā satis laxo spatio equi permitti possent. Pariter sustulit clamorē acies: & immissus eques libero cursu in hostem inuehitur: incōpositisq; aduersus equestre procellā subitum pauorē offundit. Itaq; ut propē serum auxiliū iam penē circumuentis, ita uniuersa requies data est. integri accepere pugnae: nec ea ipsa longa, aut anceps fuit. fusi hostes castra repetunt, inferentibusq; iam signa Romanis cedunt, & in ultimā castrorum partē cōglobantur. haerent fugientes in angustijs portarū: pars magna aggerē uallumq; conscendūt, si aut ex superiore loco tueri se, aut superare aliquā & euadere possent. Forte quodam loco male densatus agger pondere supra stantiū in fossam procubuit: atq; eā cum deos pandere uiam fugae conclamassent, plures inermes quā armati euadunt. Hoc praelio fractae iterum Hetruscorū uires: & pacto annuo stipendio, & duūm mensiū frumēto, permissum ab dictatore, ut de pace legatos mitterent Romā. pax negata: induciae bienniū datae. dictator triumphans in urbem redijt. Habeo auctores, sine ullo memorabili praelio pacatā ab dictatore Hetruriā esse: seditionibus tantū Arretinorū cōpositis, & Licinio genere cum plebe in gratiam reducto. cos. ex dictatura factus M. Valerius. non petentē, atq; adeo etiā absentē creatū credidere quidā: & per interregē ea comitia facta. id unū non ambigitur consulatū cum Apulcio Pansa gessisse. M. Valerio, & Q. Apuleio cos. satis pacatae foris res fuere. Hetruscū aduersū belli res, & induciae quietum tenebāt: Samnitem multorū annorum cladibus domitum haud dum fœderis noui pœnitebat. Romae quoq; plebē quietā & exoneratā deducta in colonias multitudo praestabat. tamen ne undiq; tranquillae res essent, certamen iniectū inter primores ciuitatis, patricos plebeiosq;, ab Tr. pl. Q. & Cn. Ogulnijs. qui undiq; criminandorū patrum apud plebem occasionibus quaesitis, postquam alia frustra tentata erant, eam actionem susceperunt, qua non infimā plebem accenderent, sed ipsa capita plebis, consulares triumphalesq; plebeios: quorū honoribus nihil, praeter sacerdotia, quae nondū promiscua erant, deesset. Rogationem promulgarunt, ut cum quatuor augures, quatuor pontifices ea tēpestare essent: placeretq; augeri sacerdotum numerum, quatuor pontifices, quinque augures, de plebe omnes adlegerentur. Quemadmodū ad quatuor augurum numerum, nisi morte duorum id redigi collegium potuerit, non inuenio: cum inter augures constet imparē numerū debere esse, ut tres antiquae tribus, Ramnenses, Titienfes, Luceres suum quaeq; augurem habeant: aut si pluribus sit opus, pari inter se numero sacerdotes multiplicent: sicut multiplicati sunt, cum ad quatuor quinque adiecti nouem numerum, ut terni in singulas essent, expleuerunt. Ceterum quia de plebe adlegebantur: iuxta eam rem aegre passi patres, quā cum consulatum uulgari uiderent: simulabant ad deos id magis, quā ad se pertinere. ipsos uisuros ne sacra sua polluantur. id se optare tantum, nequa in rempub. clades ueniat. Minus autem tetendere, assueti iam tali genere certaminū uinci. & cernebant aduersarios non id, quod olim uix sperauerint, affectantes magnos honores: sed omnia iam, in quorum spem dubiam erat certatum, tamen adeptos, multiplices consulatus, censurasq;, & triumphos. Certatum tamen suadenda dissuadendaq; lege inter Ap. Claudium maxime ferunt, & inter Publium Decium Murem. qui cum eadem fermē de iure patrum ac plebis, quae pro lege Licinia quondam, cōtraq; eam dicta erant, cum plebeijs consulatus rogabatur, differuissent: retulisse dicitur Decius parentis sui speciem: qualem eum multi, qui in concione erant, uiderant: incinctū gabino cultu, super telum stantem: quo se habitu pro populo, ac legionibus Romanis deuouisset. tum Publium Decium cos. purum piūq; dijs immortalibus uisum, aequē ac si T. Manlius collega eius deuoueretur eundem

eundem P. Decium, qui sacra publica populi Romani faceret, legi rite non potuisset: id esse periculum, ne suas preces minus audirent deus, quam Ap. Claudius: castius eum sacra priuata facere, & religiosius deos colere, quam se: quem poenitere uotorum, quæ pro re publica nuncupauerint tot coss. plebei, tot dictatores, aut ad exercitus euntes, aut inter ipsa bella: Numerarentur duces eorum annorum, quibus plebeiorum ductu & auspicio res geri ceptæ sunt: numerarentur triumphi: iam ne nobilitatis quidam suæ plebeios poenitere. pro certo habere, si quod repens bellum oriatur, non plus spei fore Senatui populoque Romano in patricijs, quam in plebeijs ducibus. Quod cum ita se habeat, cui deorum hominumque indignum uideri potest, inquit, eis uiris, quos uos sellis curulibus, toga prætexta, tunica palmata, & toga picta, & corona triumphali, laureaque honoraritis: quorum domos spolijs hostium affixis insignes inter alias feceritis, pontificalia atque auguralia insignia adhibere: Qui Iouis Opt. Max. ornatu decoratus, curru aurato per urbem uictus in Capitolium ascenderit: si conspiciatur cum capide ac lituo, capite uelato uictimam cadat: auguriumque ex arce capiat: cuius imaginis titulo consulatus, censuraque, & triumphus æquo animo legetur: si auguratum aut pontificatum adieceritis, non sustinebunt legentium oculi: equidem (pace dixerim deum) eos nos iam populi Romani beneficio esse spero, qui sacerdotibus non minus reddamus dignatione nostra honoris, quam acceperimus: & deorum magis, quam nostra causa expetamus, ut quos priuatim colimus, publice colamus. Quid autem ego sic adhuc egi, tanquam integra sit causa patriciorum de sacerdotibus: & non iam in possessione unius amplissimi simul sacerdotum: decemuiros factis faciendis, carminum Sibyllæ ac fatorum populi huius interpretes, antistites eisdem apollinaris sacri ceremoniarumque aliarum plebeios uidemus. nec tum patricijs ulla iniuria facta est, cum duumuiris sacris faciendis adiectus est propter plebeios numerus: & nunc tribunus, uir fortis ac strenuus, quinque augurum loca, quatuor pontificum adiecit, in quæ plebei nominentur: non ut uos Appi uestro loco pellant, sed ut adiuuent uos homines plebei diuinis quoque rebus procurandis: sicut in cæteris humanis pro parte uirili adiuuant. Noli erubescere Appi collegam in sacerdotio habere, quem in censura, quem in consulatu collegam habere potuisti: cuius tam dictatoris magister equitum, quam magistri equitum dictator esse potes. Sabinum aduenam principem nobilitatis uestræ, seu Ap. Claudium, seu Ap. Claudium mauultis, illi antiqui patricij in suum numerum acceperunt. ne fastidieris nos in sacerdotum numerum accipere. multa nobiscum decora afferimus: imò omnia eadem, quæ uos superbos fecerunt. L. Sextius primus de plebe coss. est factus: Caius Licinius Stolo primus magister equitum: C. Marcius Rutilius primus & dictator, & censor: Q. Publius Philo primus prætor. Semper ista audita sunt eadem: penes uos auspicia esse: uos solos gentem habere: uos solos iustum imperium & auspiciam domi militiaeque: æque adhuc prosperum plebeium, ac patricium fuit, porroque erit. En unquam fando audistis patricios primo esse factos, non de caelo demissos, sed qui patrem ciere auumque possent: id est, nihil ultra quam ingenuos. Consulera iam patrem ciere possum, auumque iam poterit filius meus. nihil est aliud in re Quiritibus, nisi ut omnia negata adipiscamur. certamen tantum patricij petunt, nec curant quem euentum certaminum habeant. Ego hanc legem, quod bonum, faustum felixque sit uobis ac recip. uti rogastis, iubendam censeo. Vocare tribus extemplo populus iubebat: apparebatque accipi legem: ille tamen dies est intercessione sublatus. postero die deterritis tribunis ingenti consensu accepta est. Pontifices creantur, suator legis P. Decius Mus, P. Sempronius Sophus, C. Marcius Rutilius, M. Lilius Dentet. Quinque augures item de plebe, C. Genutius, P. Aelius Pætus, M. Minucius Fessus, C. Marcius, T. Publius. Ita octo pontificum, nouem augurum numerus factus. Eodem anno M. Valerius coss. de prouocatione legem tulit diligentius sanctam. tertio ea tum post reges exactos lata est, semper à familia eadem. causam renouandam sæpius haud aliam fuisse reor, quam quod plus paucorum opes, quam liberras plebis poterat. Portia tamen lex sola pro tergo ciuium lata uidetur: quod graui poena, si quis uerberasset, necasset uel ciuem Romanum sanxit. Valeria lex, cum eum, qui prouocasset, uirgis caedi securique necari uetuisset: si quis aduersus ea fecisset, nihil ultra, quam improbe factum, adiecit. id (qui tum pudor hominum erat) uisum credo uinculum satis ualidum legis. nunc uix seruo ita minetur quisquam. Bellum ab eodem consule haudquamquam memorabile aduersus rebellantes Aequos, cum præter animos feroces nihil ex antiqua fortuna

fortuna haberent:gestum est. Alter c o s. Apuleius in Vmbria Nequinū oppidū circumfedit: locus erat arduus, atq; in parte una præceps, ubi nunc Narnia sita est: nec ui, nec munimēto capi poterat. itaq; eam infectā rem M. Fuluius Pætus, T. Manlius Torquatus noui c o s s. acceperunt. In eum annū cum Q. Fabiū c o s. non petentē omnes dicerent centuriæ: ipsum auctor rem fuisse Macer Licinius ac Tubero tradunt differendi sibi cōsulatus in bellicosiorē annum: eo anno maiori se usui reip. fore urbano gesto magistratu: ita nec dissimulantem quid mallet, nec petentē tamen, ædilem curulē cum L. Papyrio Cursore factum. Id ne pro certo ponerem, uetustior annalium auctor Piso effecit: qui eo anno ædiles curules fuisse tradit C. Domitium, Cn. F. Caluinum, & Sp. Caruiliū, Q. F. Maximū. id credo cognomen errorē in ædilibus fecisse: secutamq; fabulā mistam ex ædilijs & cōsularibus comitijs, cōuenientem errori. Et lustrum eo anno conditū à P. Sempronio Sopho, & P. Sulpicio Auerrione censoribus: tribusq; additæ duæ, Aniensis ac Terētina. Hæc Romæ gesta. cæterū ad Nequinū oppidū cum segni obsidione tempus tereretur: duo ex oppidanis, quorū erant ædificia iuncta muro: specu facto ad stationes Romanas itinere occulto perueniūt: inde ad consulē deducti præsiidiū armatum se intra mœnia & muros accepturos confirmāt. Nec aspernanda res uisa, neq; incaute credenda. cum altero eorū (nam alter obses retentus) duo exploratores per cuniculū misit: per quos satis comperta re, trecenti armati transfuga duce in urbem ingressi nocte portā, quæ proxima erat, cepere: qua refracta c o s. exercitusq; Romanus sine certamine urbē inuasere. ita Nequinum in ditionē populi Romani uenit. colonia eò aduersus Vmbros missa à flumine Narnia appellata. exercitus cum magna præda Romā reductus. Eodē anno ab Hetruscis aduersus inducias paratū bellum. sed eos alia molientes Gallorū ingens exercitus fines ingressus paulisper à proposito auertit: pecunia deinde, qua multum poterant, freti, socios ex hostibus facere Gallos conantur, ut eo adiuncto exercitu cum Romanis bellarent. de societate haud abnuunt barbari: de mercede agitur. qua pacta, acceptaq; cum parata cætera ad bellum essent: sequiq; Hetruscus iuberet: inticias eunt mercedē se belli Romanis inferendi pactos: quicquid acceperint accepisse ne agrum Hetruscū uastarent, armisq; lacefferent cultores. militaturos tamen se, si utiq; Hetrusci uelint: sed nulla alia mercede, quàm ut in partem agri accipiantur: tandēq; aliqua sede certa consistāt. Multa de eo cōcilia populorū Hetruriæ habita: nec perfici quicquam potuit: non tam, quia imminui agrum, quàm quia accolis sibi quisq; adiungere tam efferatæ gentis homines horrebat. ita dimissi Galli pecuniā ingentem sine labore ac periculo paratam retulerunt. Romæ terrorem præbuit fama Gallici tumultus ad bellum Hetruscum adiecti: eo minus cunctanter fœdus ictum cum Picenti populo est. T. Manlio c o s. Hetruria prouincia sorte euenit: qui uix dum ingressus hostium fines, cum exercebatur inter equites, ab rapido cursu circūagendo equo effusus extemplo propè expirauit: tertius ab eo casu dies finis uitæ c o s. fuit. Quo uelut omine belli accepto, deos pro se cōmississe bellū memorantes Hetrusci sustulere animos. Romę tum desyderio uiri, tum incōmoditate temporis tristis nuntius fuit, ut patres ab iubendo dictatore consulis subrogandi comitia ex sententia principū habita deterruerint. M. Valeriū c o s. omnes sententiæ, centuriæq; dixere: quæ senatus dictatorem dici iussurus fuerat. tum extemplo in Hetruriā ad legiones proficisci iussit. aduentus eius cōpressit Hetruscos, adeo ut nemo extra munimenta egredi auderet: timorq; ipsorum obsidioni similis esset. neq; illos nouus c o s. uastandis agris, urendisq; tectis, cum passim nō uillæ solum, sed frequentes quoq; uici incendijs fumarēt: elicere ad certamē potuit. Cum hoc segnius bellū opinione esset: alterius belli, quod multis inuicem cladibus haud immerito terribile erat: fama Picentiū nouorum sociorum indicio exorta est: Samnites arma, & rebellionē spectare: seq; ab ijs sollicitatos esse. Picentibus gratiæ actæ: & magna pars curæ patribus ab Hetruria in Samnites uersa est. Caritas etiā annonæ sollicitā ciuitatē habuit: uentūq; ad inopiæ ultimū foret: ut scripsere, quibus ædilem fuisse eo anno Fabiū Maximū placet: ni eius uiri cura, qualis in bellicis rebus multis tempestatibus fuerat, talis domi tum in annonæ dispensatione præparando ac cōuehendo frumēto fuisset. Eo anno (nec traditur causa) interregnū initū. interreges fuere Ap. Claudius, dein P. Sulpicius. is comitia consularia habuit: creauit L. Corneliū Scipionē, Cn. Fuluiū c o s s. Principio huius anni oratores Lucanorū ad nouos c o s s. uenerunt questū: quia cōditionibus perlicere

perlicere se nequiverint ad societate armorum, Samnites infesto exercitu ingressos fines suos vastare: belloque ad bellum cogere. Lucano populo satis superque erratum quondam. nunc ita obstinatos animos esse, ut omnia ferre ac pati tolerabilius ducant, quam ut unquam postea nomen Romanum uiolent. Orare patres, ut & Lucanos in fidem accipiant, & uim atque iniuriam ab se Samnitium arceant. Se, quanquam bello cum Samnitibus suscepto necessaria iam facta aduersus Romanos fides sit, tamen obsides date paratos esse. Breuis consultiatio Senatus fuit. ad unum omnes iungendum foedus cum Lucanis, resque repetendas ab Samnitibus censent. Benigne responsum Lucanis: ictumque foedus. Foeciales missi, qui Samnitem decedere agro sociorum, ac deducere exercitum finibus Lucanis iuberent. quibus obuiam missi ab Samnitibus qui denuntiarent: si quod adissent in Samnio concilium, haud inuiolatos abituros. Haec postquam audita sunt Romae, bellum Samnitibus & patres censuerunt, & populus iussit. coss. inter se prouincias partiti sunt. Scipioni Hetruria, Fulvio Samnites obuenerunt: diuersique ad suum quisque bellum proficiscuntur. Scipioni segne bellum & simile prioris anni militiae expectanti hostes ad Volaterras instructo agmine occurrerunt. pugnatum maiore parte diei, magna utrinque caede. nox incertis qua data uictoria esset, interuenit. lux insequens uictorem, uictumque ostendit. nam Hetrusci silentio noctis castra reliquerunt. Romanus egressus in aciem ubi profectio hostium concessam uictoriam uidet, progressus ad castra uacuis cum plurima praeda (nam & statua trepide deserta fuerant) potitur. inde in Faliscum agrum copiis reductis, cum impedimenta Faleriis cum modico praesidio reliquisset, expedito agmine ad populandos hostium fines incedit. omnia ferro ignique vastantur: praedae undique actae. nec solum modo uastum hosti relictum, sed castellis etiam uicisque illatus ignis. urbibus oppugnandis temperatum, in quas timor Hetruscos compulerat. Cn. Fuluius coss. clara pugna in Samnio ad Bouianum haudquaquam ambiguae uictoriae fuit. Bouianum inde aggressus, nec ita multo post Aufidenam, uicem cepit. Eodem anno Carseolos Colonia in agrum Aequiculorum deducta. Fuluius coss. de Samnitibus triumphauit. Cum comitia consularia instarent, fama exorta: Hetruscos, Samnitesque ingentes conscribere exercitus: palam omnibus conciliis uexari principes Hetruscorum, quod non Gallos quacunque conditione traxerint ad bellum: increpari magistratus Samnitium, quod exercitum aduersus lucanum hostem comparatum obiecerint Romanis. itaque suis sociorumque uiribus consurgere hostes ad bellum, & haudquaquam pari defungendum esse certamine. Hic terror, cum illustres uiri consulatum peterent, omnes in Q. Fabium Maximum primo non petentem, deinde ut inclinata studia uidit, etiam recusantem conuertit. Quid se iam senem, ac perfunctum laboribus laborumque praemijs, sollicitarent: nec corporis, nec animi uigorem remanere eundem: & fortunam ipsam uereri, ne cui deorum nimia iam in se, & constantior quam uelint humanae res, uideatur. & se gloriae seniorum succreuisse, & ad suam gloriam consurgentes alios laetum aspicere. nec honores magnos fortissimis uiris Romae, nec honoribus deesse fortes uiros. Acuebat hac moderatione tam iusta studia: quae uerecundia legum restringenda ratus, legem recitari iussit: qua intra decem annos eundem consulatum refici non liceret. uix praestrepitu audita lex est. tribuni plebis nihil id impedimenti futurum aiebant. se ad populum laturos: uti legibus solueretur. & ille quidem in recusando perstabat: quid ergo attineret leges ferri rogans, quibus per eosdem, qui tulissent, fraus fieret: iam regi leges, non regere. Populus nihilominus suffragia inibat: & ut quaeque intro uocata erat cetera, coss. haud dubie Fabium dicebat. Tum demum consensu ciuitatis uictus dei approbet, inquit, quod agitis, acturique estis Quirites. ceterum quoniam in me, quod uos uultis, facturi estis: in collega sit meae apud uos gratiae locus. P. Decium expertum mihi concordii collegio uirum, dignum uobis, dignum parate suo, quaeso mecum consulatum faciatis. Iusta suffragatio uisita, omnes quae supererat ceterae Q. Fabium, P. Decium coss. dixere. Eo anno plerisque dies dicta ab aedilibus: quia plus, quam quod lege finitum erat, agri possiderent: nec quisquam ferme est purgatus: uinculumque ingens immodicae cupiditatis iniectum est. coss. noui, Q. Fabius Maximus quartum, & P. Decius Mus tertium, cum inter se agerent uti alter Samnites hostes, alter Hetruscos deligeret: quantaeque in hanc aut in illam prouinciam copiae satis essent, & uter ad utrumque bellum dux idoneus magis esset: ab Sutrio, & Nepete, & Falerijs legati, auctores, concilia Hetruriae populorum de petenda pace haberi, totam belli molem in Samnium auerterunt.

Profecti

Profecti cōs. quo expeditiores cōmeatus essent: & incertior hostis, quā uenturū bellū foret: Fabius per Soranum, Decius per Sidicinū agrum, in Samniū legiones ducūt. Vbi in hostium fines uentum est: uterq; populabundus effuso agmine incedit: explorant tamen latius, quā populantur. Igitur non fefellere ad Tifernū hostes in occulta ualle instructi: qua ingressos Romanos superiore ex loco adoriri parabant. Fabius impedimentis in locū tutum remotis, præfidiocq; modico imposito, præmonitis militibus adesse certamen, quadrato agmine ad prædictas hostium latebras succedit. Samnites desperātes improuiso tumultu, quando in apertum semel discrimen euasura esset res, & ipsi acie iusta maluerunt concurrere. itaq; & in æquum descendunt: ac fortunæ se maiore animo, quā spe cōmittunt. cæterū siue quia ex omniū Samnitium populis quodcunq; roboris fuerat, contraxerant: seu quia discrimen summæ rerum augebat animos: aliquantū aperta quoq; pugna præbuerūt terroris. Fabius, ubi nulla ex parte hostem loco moueri uidet, M. Fuluium, & M. Valeriū Tr. mil. cum quibus ad primā aciem procurrerat, ire ad equites iubet: & adhortari, ut siquādo unquā equestri ope adiutā rempub. meminerint, illo die annitantur ut ordinis eius gloriam inuictam præstent. peditū certamine immobilem hostē restare: omnem reliquā spem in impetu esse equitū. & ipsos nominatim iuuenes pari comitate utrunq; nunc laudibus, nunc promissis onerat. Cæterum quando ne ea quoq; tentata uis proficeret: consilio grassandum, si nihil uires iuuarent, ratus, Scipionē legatum hastatos primæ legionis subtrahere ex acie, & ad montes proximos, quā posset occultissime, circumducere iubet: inde ascensu abdito à cōspectu erigere in montes agmen: auerfoq; hosti ab tergo repēte se ostendere. Equites ducibus tribunis haud multo plus hostibus quā suis, ex improuiso ante signa euecti, præbuerūt tumultus. aduersus incitatas turmas stetit immota Samnitium acies: nec parte ulla pelli, aut perumpi potuit. & postquā irritū inceptum erat: recepti post signa prælio excesserunt. Creuit ex eo hostium animus: nec sustinere frons prima tam longum certamen, incrementemq; fiducia sui uim potuisset, ni secunda acies iussu cōs. in primum successisset. Ibi integræ uires sistunt inuehentem se iam Samnitē. & tempore improuisa ex montibus signa, clamorq; sublatus non uero tantum metu terruere Samnitium animos. Nam & Fabius Decium collegam appropinquare exclamauit: & pro se quisq; miles adesse alterū cōs. adesse legiones gaudio alacres fremunt: errorq; utilis Romanis oblatas, fugæ formidiniscq; Samnites impleuit: maxime territos ne ab altero exercitu integro intactoq; fessi opprimerentur. & quia passim in fugam dissipati sunt, minor cædes q̄ pro tanta uictoria fuit. tria millia & cccc cæsi: capti trecenti fermè & uiginti: signa militaria capta tria & uiginti. Samnitibus Appuli se ante prælium coniunxissent, ni P. Decius cōs. n̄s ad Maleuentū castra obiecisset, extractosq; deinde ad certamē fudisset. Ibi quoq; plus fugæ fuit, quā cædis. duo millia Appulorū cæsa. spretoq; eo hoste Decius in Samniū legiones duxit. Ibi duo consulares exercitus diuersis uagati partibus omnia spatio quinque mensium euastarunt. quadraginta & quinque loca in Samnio fuere, in quibus Decij castra fuerunt: alterius cōs. sex & octoginta. nec ualli tantum, ac fossarū uestigia relicta: sed multa illis insigniora monumenta uastitatis circā, regionumq; depopularū. Fabius etiam urbem Cimetrā cepit. ibi capta armatorum duo millia cccc: cæsi fermè pugnantibus ad quadringentos triginta. Inde comitiorū causa Romanam profectus maturauit eam rem agere. cum primo uocatae Q. Fabium cōs. dicerent omnes centuriæ, Ap. Claudius cōsularis candidatus, uir acer & ambitiosus, nō sui magis honoris causa, q̄ ut patricij recuperarent duo cōsularia loca: cum suis, tum totius nobilitatis uiribus incubuit, ut se cum Q. Fabio cōs. dicerent. Fabius primo de se eadē ferè, quæ priore anno dicendo abnuere. circumstare sellam omnis nobilitas: orare ut ex cœno plebeio consulatū extraheret: maiestatemq; pristinā tum honori, tum patricijs gentibus redderet. Fabius silentio facto media oratione studia hominū sedauit. facturū enim se fuisse dixit, ut duorum patriciorū nomina reciperet, si aliū, q̄ se cōs. fieri uideret: nunc se sui rationē comitijs, cum contra leges futurum sit, pessimo exemplo non habiturū. Ita Lucius Volumnius de plebe cum Ap. Claudio cōs. est factus, priore item cōsulatu inter se cōparati. Nobilitas obiectare Fabio, fugisse eum Appium Claudiū collegam, eloquentia ciuilibusq; artibus haud dubie præstantem. Comitij perfectis ueteres cōs. iussi bellum in Samnio gerere prorogato in sex menses imperio. itaq;

Itaq; insequēti quoq; anno L. Volumnio, Ap. Claudio coss. P. Decius, qui cos. in Samnio relictus à collega fuerat: proconsul idem populari non destitit agros: donec Samnitium exercitum nusquam se praelio cōmittentem postremo expulit finibus. Hetruriam pulsi petierunt: & quod legationibus nequicquā sēpe tentauerant, id se tanto agmine armatorū mistis terrore precibus acturos efficacius rati, postulauerunt principum Hetruriæ conciliū. Quo coacto, per quot annos pro libertate dimicent cum Romanis, exponunt omnia expertos esse, si suis met ipsorum uiribus tolerare tantam molem belli possent: tentasse etiā haud magni momenti finitimarum gentium auxilia: petisse pacem à populo Romano, cum bellū tolerare non possent: rebellasse, quod pax seruientibus grauior, quàm liberis bellum esset. unam sibi spem reliquam in Hetruscis restare: scire gentem Italiæ opulentissimā armis, uiris, pecunia esse: habere accolas Gallos inter ferrum & arma natos, feroces cum suo pte ingenio, tum aduersus Romanum populum: quem captum à se, auroq; redemptū haud uana iactantes memorent. Nihil abesse, si sit animus Hetruscis, qui Porsenæ quondā, maioribusq; eorum fuerit: quin Romanos omni agro cis Tyberim pulsos dimicare pro salute sua, nō de intolerando Italiæ regno cogāt. Sānitē illis exercitum paratum, instructum, armis, stipendio uenisse: cōfestim secuturos, uel si ad ipsam Romanā urbem oppugnandā ducant. Hæc eos in Hetruria iactantes, molientesq; bellum domi Romanū urebat. nam P. Decius ubi cōperit per exploratores profectū Samnitium exercitū: aduocato cōcilio, quid per agros inquit uagamur uicatim circūferentes bellum? quin urbes ac mœnia aggredimur? nullus iam exercitus Samnio præsidet. cessere finibus: ac sibi met ipsi exilium consciuere. Approbantibus cunctis ad Murgantiā ualidam urbē oppugnandam ducit: tantusq; ardor militū fuit, & charitate ducis, & spe maioris quàm ex agrestibus populationibus prædæ, ut uno die ui atq; armis urbem caperent. ibi duo millia Samnitium & centum pugnantem circumuenti, captiq; & alia præda ingens capta est. quæ ne impedimentis grauib; agmen oneraret, cōuocari milites Decius iubet. haccine inquit uictoria sola, aut hac præda contenti estis futuri? uultis uos pro uirtute spes gerere? omnes Samnitium urbes, fortunæq; in urbibus relictæ, uestre sunt: quando legiones eorum tot praelijs fufas, postremo finibus expulstis. uendite ista: & illicite lucro mercatorem, ut sequatur agmen. ego subinde suggeram quæ uendatis. Ad Romuleam urbem hinc eamus, ubi uos labor haud magnus, præda maior manet. Diuendita præda, ultro adhortantes imperatorē ad Romuleā pergunt. Ibi quoq; sine opere, sine tormentis, simul admota sunt signa, nulla ui deterriti à muris, qua cuiq; proximum fuit, scalis raptim admotis in mœnia euasere. captum oppidū, ac direptum est. ad duo millia & ccc occisi: & sex millia hominum capta. Et miles ingenti præda potitus: quam uendere, sicut priorem coactus, Ferentinum inde, quanquā nihil quietis dabatur, tamē summa alacritate ductus. cæterum ibi plus laboris ac periculi fuit. & defensa summa uic mœnia sunt: & locus erat munimento naturaq; tutus. sed euicit omnia assuetus prædæ miles. ad tria millia hostiū circa muros cæsa: præda militis fuit. Huius oppugnatarum urbium decoris pars maior in quibusdam annalibus ad Maximum trahitur: Murgantiā ab Decio, à Fabio Ferentinum Romuleamq; oppugnatas tradunt. sunt qui nouorū consulum hanc gloriā faciant. quidā non amborum, sed alterius, P. Volumnij: ei Samnium prouinciam euenisse. Dum ea in Samnio, cuiuscunq; ductu auspicioq; gererentur, Romanis in Hetruria interim bellū ingens multis ex gentibus concitur: cuius auctor Gellius Egnatius ex Samnitibus erat. Tusci ferè omnes conciuerant bellum: traxerat contagio proximos Umbriæ populos: & Gallica auxilia mercede sollicitabantur. omnis ea multitudo ad castra Samnitium conueniebat. Qui tumultus repens postquam Romā perlatus est, cū iam L. Volumnius coss. cum legionibus secunda ac tertia, sociorumq; millibus quindecim profectus in Samnium esset: Ap. Claudium primo quoq; tempore in Hetruriā ire placuit. duæ Romanæ legiones secutæ, prima & quarta, & sociorum duodecim millia: castra haud procul ab hoste posita. Cæterū magis eò profectū est, quod mature uentum erat: ut quosdā spectantes iam arma in Hetruria populos metus Romani nominis comprimeret: quàm quod ductu coss. quicquā ibi satis scite, aut fortunate gestum sit. Multa praelia locis & temporibus iniquis commissa: spesq; in dies grauiorē hostem faciebat. & iam propè erat, ut nec duci milites, nec militibus dux satis fideret. Literas ad collegā accersendum

ex Samnio missas in trinis annalibus inuenio. piget tamen incertum ponere, cum ea ipsa inter coss. populi Romani iam iterum eodē honore fungentes discrepatio fuerit, Appio abnuente missas, Volumnio affirmante Appij se literis accitum. Iam Volumnius in Samnio tria castrilla ceperat, in quibus ad tria millia hostium caesa erant, dimidiū ferè eius captum. Et Lucanorum seditiones, à plebeis & egentibus ducibus ortas, summa optimatiū uoluntate per Q. Fabium proconsulē missum eò cum ueteri exercitu cōpresserat. Decio populandos hostiū agros relinquit: ipse cum suis copijs in Hetruriā ad collegā pergīt: quem aduenientē læti omnes accipere. Appiū ex conscientia sua credo animū habuisse haud immerito iratū, si nihil scripserat: illiberali, & ingrato animo, si eguerat ope, dissimulantem. uix enim salute mutua reddita cum obuiam egressus esset: satin' saluæ inquit, Luci Volumni? ut sese in Samnio res habēt? quæ te causa, ut prouincia tua excederes, induxit? Volumnius in Samnio res prosperas esse ait: literis eius accitum uenisse: quæ si falsæ fuerint, nec usus sui sit in Hetruria, extemplo conuersis signis abiturum. Tu uero abeas, inquit: neq; te quisquā moratur. et enim minime consentaneum est, cum bello tuo forsitan uix sufficias, hic te ad opem ferendā alijs gloriari uenisse. Bene Hercules uerteret, dicere Volumnius: malle frustra operam insumptā, quàm quicquam incidisse cur non satis esset Hetruriæ unus cōsularis exercitus. Digredientes iam coss. legati tribunicq; ex Appiano exercitu circūstunt: pars imperatorē suum orare ne collegæ auxilium, quod acciendum ultro fuerit, sua sponte oblatū sperneretur: plures abeunti Volumnio obsistere, atq; obtestari ne prauo cum collega certamine remp. prodat. si qua clades incidisset: desertori magis, quam deserto noxiæ fore. eò rem adductā, ut omnis rei bene, aut secus gestæ in Hetruria decus dedecusq; ad L. Volumniū sit delegatū. neminē quæsiturum quæ uerba Appij, sed quæ fortuna exercitus fuerit, dimitti ab Appio eum: sed à repub. & ab exercitu retineri. experiretur modo uoluntatē militū. Hæc monendo, obtestandoq; propè resitantes coss. in concionem pertraxerunt. ibi orationes longiores habitæ in eandē fermè sententiā, in quam inter paucos certatum uerbis fuerat. Et cū Volumnius causa superior, ne infacundus quidē aduersus eximiam eloquentiā collegæ uisus esset: cauillāsque Appius sibi acceptū referre diceret debere, quod ex muto atq; elingui facundum etiā coss. haberent: priore cōsulatu primis utiq; mensibus hiscere cum nequiste, nunc iam populares orationes ferere: quàm malle, inquit Volumnius, tu à me strenuè facere, quàm ego abs te scite loqui didicissem. Postremo conditionem ferre, quæ decretura sit, non orator (neq; enim id desyderare rempub.) sed imperator uter sit melior: Hetruriam & Samnium prouincias esse: utram mallet, eligeret. suo exercitu se uel in Hetruria, uel in Samnio rem gesturū. Tum militum clamor ortus, ut simul ambo bellum Hetruscum susciperent. quo animaduerso cōsensu Volumnius: quoniam in collegæ uoluntate interpretanda inquit erraui, non committā ut quid uos uelitis, obscurū sit. manere, an abire me uelitis, clamore significate. tum uero tantus est clamor exortus, ut hostes è castris exciret. armis arreptis in aciem descendunt. & Volumnius signa canere, ac uexilla efferri è castris iussit. Appium addubitasse ferunt: cernentē seu pugnante, seu quieto se fore collegæ uictoriā: deinde ueritū ne suæ quoq; legiones Volumniū sequerentur, & ipsum flagitātibus suis signum dedisse. Ab neutra parte satis commode instructi fuerunt. nam & Samnitium dux Gelius Egnatius pabularum cum cohortibus paucis ierat: suoq; impetu magis milites, quàm cuiusquā ductu, aut imperio pugnam capebant: & Romani exercitus nec pariter ambo ducti, nec satis temporis ad instruendum fuit. Prius concurrat Volumnius, quàm Appius ad hostem perueniret. itaq; fronte inæquali concursum est: & uelut forte quadā murante asuetos inter se hostes, Hetrusci Volumnio, Samnites parumper cunctati, quia dux aberat, Appio occurrere. Dicitur Appius in medio pugnae discrimine, ita ut inter prima signa manibus ad cœlū sublatis conspiceretur: ita precatus esse. Bellona, si hodie nobis uictoriā dūis: ast ego templum tibi uoueo. Hæc precatus uelut instigante Dea, & ipse collegæ, & exercitus uirtutem adæquauit ducis. imperatoria opera exequitur: & milites ne ab altera parte prius uictoria incipiat, annuntur. ergo fundunt surgantq; hostes, maiorē molem haud facile sustinentes, quàm cum qua manus conferere assueti fuerant. urgendo cedentes, insequendoq; effusos compulere ad castra. ibi interuentu Gelij, cohortiūq; sabellarū, paulisper reuocauit pugna. ijs quoq; mox suis, iam à uictoribus castra oppugna-

oppugnabantur: & cum Volumnius ipse portæ signa inferret: Appius Bellonam uictricem identidem celebrans, accenderet militum animos: per uallum, per fossas irruperunt. castra capta, direptaq; præda ingens parata, & militi concessa est. septem millia ac trecenti hostiū occisi: duo millia & centum uiginti capti. Dum ambo coss. omnisq; Romana uis in Hetruscū bellum magis inclinat: in Samnio noui exercitus exorti ad depopulandos imperij Romani fines per Vestinos in Campaniam Falernumq; agrum transcunt, ingentesq; prædas faciunt. Volumnium magnis itineribus in Samnium redeuntē (iam enim Fabio Decioq; prorogati imperij finis aderat) fama de Samnitium exercitu, populationibusq; Campani agri ad rudes socios conuertit. Ut in Calœnum agrum uenit: & ipse cernit recentia cladis uestigia: & Calœni narrant tantum iam prædæ hostes trahere, ut uix explicare agmen possint: itaq; iam propalàm duces loqui, extemplo eundem in Samnium esse: ut relicta ibi præda in expeditionem redeant: nec tam oneratum agmen dimicationi committant. Ea quanquā similia ueris erant, certius tamen exploranda ratus, dimittit equites, qui uagos prædatores in agros palantes excipiant: ex quibus inquirendo cognoscit ad Vulturum flumen sedere hostem: inde tertia uigilia moturū iter in Samnium esse. His satis exploratis profectus tanto interuallo ab hostibus confedit, ut nec aduentus suus propinquitate nimia nosci posset: & egredientē e castris hostem opprimeret. aliquanto ante lucē ad castra accessit: gnarosq; oscæ linguæ exploratum quid agatur mittit. Intermisti hostibus (quod facile erat in nocturna trepidatione) cognoscunt infrequentia armatis signa egressa, prædam prædæq; custodes exire, ignobile agmē, & sua quenq; molientē, nullo inter alios consensu, nec satis certo imperio. Tempus aggrediendi aptissimum uisum est: & iam lux appetebat. itaq; signa canere iussit: agmenq; hostium aggreditur. Samnites præda impediti, infrequentes armati, pars addere gradū, ac præ se agere prædam: pars stare, incerti utrum progredi, an regredi in castra tutius foret. inter cunctationē opprimuntur. & Romani iam transcenderant uallum: cædesq; ac tumultus erat in castris. Samnitium agmē præter quàm hostili tumultu, captiuorū etiam repentina defectione turbatū erat: qui partim ipsi soluti uinctos soluebāt: partim arma in sarcinis deligata rapiébāt, tumultumq; prælio ipso terribiliorem intermisti agmini præbebāt. memorandum deinde edidit facinus: nam Statium Egnatiū ducem aduentem ordines, hortantemq; inuadunt: dissipatis inde equitibus, qui cum eo aderant, ipsum circumsistunt: insidentemq; equo captū ad coss. Romanū rapiunt. Reuocata eo tumultu prima signa Samnitium: præliumq; iam profligatū integratum est: nec diutius sustineri potuit. cæsa ad sex millia hominū: duo millia & quingenti capti: in eis tribuni militum quatuor: signa militaria triginta: & quod lætissimum uictoribus fuit, captiuorum recepta septem millia & cccc. præda ingens sociorū: accitiq; edicto domini ad res suas noscendas, recipiendasq; præstituta die. quarum rerū non extitit dominus, militi concessa: coactiq; uendere prædā, ne alibi quàm in armis animū haberent. Magnū ea populatio Campani agri tumultum Romæ præbuerat: & per eos forte dies ex Hetruria allatum erat, post deductum inde uolumnianū exercitum Hetruriam concitā in arma, & Gelium Egnatium Samnitium ducem, & Umbros ad defectionem uocari: & Gallos pretio ingenti sollicitari. His nuntijs Senatus conterritus iustitium indici, delectum omnis generis hominū haberi iussit. nec ingenui modo, aut iuniores sacramēto adacti sunt: sed seniorū etiam cohortes factæ: libertiniq; centuriati. & defendendæ urbis consilia agitabantur: summæq; rerum prætor P. Sempronius præerat. cæterum parte curæ exonerarunt Senatū Lucij Volumnij coss. literæ: quibus cæsos fusosq; populatores Campaniæ cognitū est. Itaq; & supplicationes ob rem bene gestā coss. nomine decernunt: iustitium remittitur, quod fuerat dies decē octo: supplicatioq; perlata fuit. Tum de præsidio regionis depopulatæ ab Samnitibus agitari cœptum. itaq; placuit ut duæ coloniæ circa Vestinū & Falernum agrum deducerentur: una ad hostiū Liris fluuij, quæ Minurnæ appellata: altera in saltu uestino Falernū contingente agrum: ubi Synope dicitur græca urbs fuisse, Sinuessæ deinde ab colonis Romanis appellata. Tribuni plebis negotiū datum est, ut plebiscito iuberetur P. Sempronius prætor triumphuros in ea loca colonis deducendis creare. nec qui nomina darent, facile inueniebātur: quia in stationē se propè perpetuā infestæ regionis, nō in agros mitti rebantur. auertit ab eis curis Senatū Hetruriæ in grauescens bellum:

& crebræ literæ Appij, monentis ne regionis eius motû negligenter. quatuor gentes conferre arma, Hetruscos, Samnites, Umbros, Gallos. iam castra bifariâ facta esse: quia unus locus capere tantâ multitudinē non possit. Ob hæc, & iam appetebat tempus, comitorû causa L. Volumnius c o s. Romam reuocatus. qui prius quàm ad suffragiû centurias uocaret, in cõcionem aduocato populo multa de magnitudine belli Hetrusci disseruit. iam tum, cû ipse ibi cum collega rem pariter gesserit: fuisse tantû bellû, ut nec duce uno, nec exercitu geri potuerit: accessisse postea dici Umbros, & ingentē exercitum Gallorû. Aduersus quatuor populos duces c o s s. illo die deligi meminissent se, nisi consideret cum consensu populi Romani c o s. declaratû iri, qui haud dubie tum primus omniû ductor habeatur: dictatorē fuisse extemplo dicturû. Ne mini dubiû erat quin Q. Fabius omniû cõsensu destinaretur: eumq; & prærogatiuæ, & primo uocatæ omnes centuriæ consulē cum L. Volumnio dicebant. Fabij oratio fuit qualis biennio ante: deinde ut uincebatur cõsensu, uersa postremo ad collegā P. Deciû poscendû. id senectuti suæ adminiculû fore: censura, duobusq; cõsulatibus simul gestis expertû se nil cõcordi collegio firmiter ad rempub. tuendâ esse. nouo imperij socio uix iam assuescere senilē animû posse: cum moribus notis facilius se cõmunicaturû consilia. Subscripsit orationi eius c o s. cum meritis P. Decij laudibus, tum quæ ex concordia consulû bona, quæq; ex discordia mala in administratione rerum militariû euenirent, memorando, quàm propè ad ultimû discrimen suis & collegæ certaminibus nuper uentû foret: admonendo Decium Fabiûq; ut uno animo, una mente uiuerent. Esse præterea uiros natos militiae, factis magnos, ad uerborum linguæq; certamina rudes: ea ingenia consularia esse. callidos solertesq; iuris atq; eloquentiæ consultos, qualis Ap. Claudius esset: urbi, ac foro præsides habendos, prætoresq; ad reddenda iura creandos esse. His agendis dies est consumptus. postridie ad præscriptû c o s. & cõsularia & prætorialia comitia habita. c o s s. creati, Q. Fabius & P. Decius: Ap. Claudius prætor: omnes absentes. & L. Volumnio ex s c & scito plebis prorogatû in annum imperium est. Eo anno prodigia multa fuerunt: quorum auerruncandorû causa supplicationes in biduû Senatus decreuit. publice uinum ac thus præbitû. supplicatû iere frequentes uiri sceminæq;. Insignem supplicationē fecit certamē in sacello Pudicitiae patriciæ, quæ in foro bouario est ad ædem rotundâ Herculis, inter matronas ortum. Virginiâ Auli filiam, patriciâ plebeio nuptâ L. Volumnio c o s. matronæ, quod è patribus enupsisset, sacris arcuerât. Breuis altercatio inde ex iracundiâ muliebri in contentione animorû exarsit. cum se Virginia & patriciâ & pudicâ in patriciæ Pudicitiae templum ingressam: & unî nuptâ, ad quem uirgo deducta sit: nec se uiri, honorû uel eius ac rerum gestarû pœnitere uero gloriaretur: facto deinde egregio magna uerba adauxit. in uico Longo, ubi habitabat, ex parte ædium quod satis esset loci modico sacello, exclusit: aramq; ibi posuit. & cõuocatis plebeis matronis conquesta iniuriam patriciarû, hanc ego aram, inquit, Pudicitiae plebeie dedico: uosq; hortor, ut quod certamen uirtutis uiros in hac ciuitate tenet, hoc pudicitiae inter matronas sit: detisq; operâ, ut hæc ara, quàm illa, siquid potest, sanctius, & à castioribus coli dicatur. Eodē fermè ritu & hæc ara, quo illa antiquior culta est, ut nulla nisi spectatæ pudicitiae matrona, & quæ unî uiro nupta fuisset, ius sacrificandi haberet. Vulgata dein religio à pollutis, nec matronis solû, sed omnis ordinis sceminis, postremo in obliuionē uenit. Eodem anno Cn. & Q. Ogulnij ædiles curules aliquot sceneratoribus diem dixerunt. quorum bonis mulctatis, ex eo quod in publicû redactum est: ænea in Capitolio limina: & triumpharû argentea uasa in cella Iouis, Iouemq; in culmine cum quadrigis, & ad Ficum Ruminalem simulachra infantium conditorû urbis sub uberibus lupæ posuerûnt: semitâq; saxo quadrato à Capena porta ad Martis strauerunt. Et ab ædilibus plebeis L. Ælio Pæto, & C. Fulvio Curuo ex mulctaticia item pecunia, quam exegerunt pecuarijs damnatis, ludi facti: patriciæq; aureæ ad Cereris positæ. Q. inde Fabius quintû, & P. Decius quartû, consulatû incunt: tribus consulatibus, censuraq; collegæ, nec gloria magis rerum, quæ ingens erat: quàm concordia inter se clari. quæ ne perpetua esset: ordinum magis, quàm ipsorû inter se certamē interuenisse reor: patricijs tendentibus ut Fabius Hetruriam extra ordinē prouinciâ haberet: plebeijs authoribus Decio, ut ad sortem reuocaret. Fuit certe contentio in Senatu. & postquàm ibi Fabius plus poterat, reuocata res ad populum est, in concione, ut inter militares uiros, & factis potius

potius quàm dictis fr̄etos, pauca uerba habita. Fabius, quam arborem conseruisset, sub ea legere alium fructum, indignum esse dicere. se aperuisse Ciminiã syluam: uiamq̄ per deuios saltus Romano bello fecisse. Quid se id ætatis sollicitassent, si alio duce bellum gesturi essent? Nimirum aduersarium se, nõ locium imperij legisse sensim exprobrat: & inuidisse Decium concordibus collegijs tribus. Postremo se tendere nihil ultra, quàm ut, si se dignum prouincia ducerent, in eam mitterent. in Senatus arbitrio se fuisse: & in potestate populi futurum. P. Decius Senatus iniuriã querebatur. Quoad potuerint patres annisos, ne plebeijs aditus ad magnos honores esset. postquàm ipsa uirtus peruicerit ne in ullo genere hominum inhonorata esset: quæri quemadmodum irrita sint non suffragia modo populi, sed arbitria etiam fortunæ, & in paucorum potestatem uertantur. Omnes ante se consules sortitos prouincias esse: nunc extra sortem Fabio Senatũ prouinciam dare. Si honoris eius causa: ita cum de se, deq̄ repub. meritum esse, ut faueat Q. Fabij gloriæ: quæ modo non sua contumelia splendeat. cui autem dubium esse: ubi unum bellum sit asperum ac difficile, cum id alteri extra sortem mandetur: quin alter cõsul pro superuacaneo atq̄ inutili habeatur? gloriari Fabium rebus in Hetruria gestis: uelle & P. Decium gloriari: & forsitan quem ille obrutum igne reliquerit: ita, ut toties nouum ex improviso incendium daret: eum se extincturum. Postremo se collegæ honores præmiaq̄ concessurum uerecundia ætatis eius maiestatisq̄: cum periculũ, cum dimicatio proposita sit, neq̄ cedere sua sponte, neq̄ cessurum. & si nihil aliud ex eo certamine tulerit: illud certe latum, ut quod populi sit, populus iubeat potius, quàm patres gratificetur. Iouem optimũ maximum, deosq̄ immortales se precari: ut ita sortem æquam sibi cum collega dent: si eandem uirtutem felicitatemq̄ in bello administrando daturi sint. certe id & natura æquum, & exemplo utile esse: & ad famam populi Romani pertinere: eos consules esse, quorum utrolibet duce bellum Hetruscũ geri recte possit. Fabius nihil aliud precatus populũ, quàm ut prius quàm introuocarentur ad suffragium tribus, Ap. Claudij prætoris allatas ex Hetruria literas audirent: comitio abijt. nec minore populi cõsensu, quàm senatus, prouincia Hetruria extra sortem Fabio decreta est. Concursum inde ad consulẽ factus omniũ ferme iuniorum: & pro se quisq̄ nomina dabant. tanta cupido erat sub eo duce stipendia faciendi. Qua circũfusus turba, quatuor millia, inquit, peditũ, & sexcentos equites duntaxat scribere in animo est. hodierno, & crastino die qui nomina dederitis, mecum ducã. maiori mihi curæ est ut omnes locupletes reducam, quàm ut multis rem geram militibus. Profectus apto exercitu, & eo plus fiduciæ ac spei gerente, quod non desiderata multitudo erat: ad oppidum Aharnam, unde haud procul hostes erant, ad castra Appij prætoris pergit. paucis citra millibus lignatores ei cum præsidio occurrunt. qui ut lictores prægredi uiderunt, Fabiumq̄ esse consulẽ acceperunt: læti atq̄ alacres dijs populocq̄ Romano gratias agunt, quod eum sibi imperatorem misissent. Circumsusi deinde cum consulẽ salutarent, quærit Fabius quò pergerent. respondentibusq̄ lignatũ se ire, ain' tandem, inquit, num castra uallata nõ habetis? ad hoc cum succlamatum esset: duplici quiddem uallo, & fossa: & tamen in ingenti metu esse: habetis igitur, inquit, affatim lignorũ: redite, & uellite uallum. Redeunt in castra, terroremq̄ ibi uellentem uallum & ijs, qui in castris remanserant, militibus, & ipsi Appio fecerunt. Tum pro se quisq̄ alij alijs dicere, consulis se Q. Fabij facere iussu. Postero inde die castra mota: & Appius prætor Romam dimissus. inde nusquam statua Romanis fuere. negabat utile esse uno loco sedere exercitũ: itineribus, ac mutatione locorum nobiliorem ac salubriore esse. fiebant autem itinera, quanta fieri sinebat hyems haud dum exacta. Vere inde primo relicta secũda legione ad Clusium, quod Camars olim appellabant: præpositoq̄ castris L. Scipione proprætore, Romam ipse ad consultandum de bello redijt: siue ipse sponte sua, quia bellum ei maius in conspectu erat, quàm quantũ esse famæ crediderat: siue senatus consulto accitus: nam in utrumq̄ authores sunt. Ab Ap. Claudio prætore retractum quidã uideri uolunt: cum in senatu, & apud populũ (id quod per literas assidue fecerat) terrorem belli Hetrusci augeret. non suffecturũ ducem unum, nec exercitũ unum aduersus quatuor populos. periculosum esse, siue iuncti unum premant, siue id diuersi gerant bellum, ne ad omnia simul obire unus non possit. duas se ibi legiones Romanas reliquisse: & minus quinq̄ millia peditũ equitũq̄ cum Fabio uenisse. sibi placere, P. Decium cõsulẽ primo

quoq; tempore in Hetruriam ad collegam proficisci: L. Volumnio Samnium prouinciã dari. si consul malit in suam prouinciam ire, Volumnium in Hetruriam ad consulem cum exercitu iusto consulari proficisci. Cum magnã partem moueret oratio prætoris, P. Decium censuisse ferunt, ut omnia integra ac libera Q. Fabio seruarentur: donec uel ipse, si per cõmodum reip. posset, Romam uenisset, uel aliquem ex legatis misisset: à quo disceret Senatus quantum in Hetruria belli esset: quantisq; administrandum copijs, & quot per duces esset. Fabius ut Romam redijt: & in Senatu, & productus ad populum, mediam orationẽ habuit, ut nec augere nec minuere uideretur belli famã: magisq; in altero assumendo duce aliorũ indulgere timori: quàm suo, aut reipub. periculo consulere. Cæterũ si sibi adiutorem belli, sociumq; imperij darent: quonã modo se obliuisci P. Decij consulis per tot collegia experti posse: neminẽ omnium secum coniungi malle: & copiarum satis sibi cum P. Decio, & nunquam nimium hostium fore. Sin collega quid aliud malit: at sibi L. Volumnium darent adiutorem. Omnium rerum arbitrium & à populo, & à Senatu, & ab ipso collega Fabio permissum est. & cum Decius se in Samnium, uel in Hetruriam proficisci paratum esse ostendisset: tanta lætitia ac gratulatio fuit, ut præciperetur uictoria animis: triumphusq; non bellum decretũ consulibus uideretur.

Inuenio apud quosdam, extemplo consulatu inito profectos in Hetruriam Fabium Deciumq; sine ulla mentione sortis prouinciarũ certaminumq; inter collegas, quæ exposui. Sunt quibus ne hæc quidem certamina exponere satis fuerit: adiecerint & Appij criminationes de Fabio absente ad populũ, & pertinaciã aduersus præsentẽ c o s. prætoris: contentionemq; aliam inter collegas: tendente Decio, ut suæ quisq; prouinciæ sortẽ tueretur. Constare res incipit ex eo tempore, quo profecti ambo c o s s. ad bellũ sunt. Cæterum antequam c o s s. in Hetruriam peruenirent, Senones Galli multitudine ingenti ad Clusium uenerunt, legionẽ Romanam castraq; oppugnaturi. Scipio qui castris præerat, loco adiuuandã paucitatẽ suorum militum ratus, in colle qui inter urbẽ & castra erat, aciem erexit. sed, ut in re subita, parum explorato itinere ad iugũ perrexit, quod hostes ceperant parte alia aggressi. ita cæsa ab tergo legio: atq; in medio, cum hostis undiq; urgeret, circũuenta. Deletam quoq; ibi legionem, ita ut nuntius non superesset, quidã authores sunt: nec ante ad consules, qui iam haud procul à Clusio aberant, famã eius cladis perlatã, quàm in conspectu fuere Gallorũ equites, pectoribus equorum suspenso gestantes capita, & lanceis infixa, ouantesq; moris sui carmine. Sunt qui Umbros fuisse, non Gallos tradant: nec tantum cladis acceptũ: & circumuẽtis pabulatoribus cum L. Manlio Torquato legato Scipionem proprætorem subsidium è castris tulisse: uictoresq; Umbros redintegrato prælio uictos esse: captiuosq; eis ac prædam ademptam. Similius uero est, à Gallo hoste, quàm Umbro eam cladem acceptã. quod cum sæpe aliãs, tum eo anno Gallici tumultus præcipuus terror ciuitatem tenuit. Itaq; præterquàm quod ambo consules profecti ad bellum erant cum quatuor legionibus, & magno equitatu Romano, Campanisq; mille equitibus delectis ad id bellũ missis, & sociorũ nominisq; latini maiore exercitu, quàm Romani: alij duo exercitus haud procul urbe Hetruriæ oppositi: unus in Falisco, alter in Vaticano agro. Cn. Fuluius, & L. Posthumius Megillus, proprætore ambo, statim in eis locis habere iussi. cõsules ad hostes transgresso Appennino in agrum sentinatẽ peruenerunt. ibi quatuor millium fermè interuallo castra posita. Inter hostes deinde cõsultationes habitæ: atq; ita conuenit, ut ne unis castris miscerentur omnes: neue in aciem descenderent simul. Samnitibus Galli, Hetruscis Umbri adiecti. dies indicta pugna: Samniti Gallisq; delegata pugna: inter ipsum certamen Hetrusci Umbriq; iussi castra Romana oppugnare. Hæc consilia turbarunt transfuga Clusini tres, clam nocte ad Fabium consule transgressi. qui editis hostium consilijs dimissi cum donis, ut subinde ut quæq; res noua decreta esset, exploratam perferrẽt. consules Fuluius, ut ex Falisco, Posthumio, ut ex Vaticano exercitum ad Clusium admoueat: summaq; ui fines hostium depopulentur: scribunt. Huius populationis fama Hetruscos ex agro sentinate ad suos fines tuendos mouit. instare inde cõsules, ut absentibus ijs pugnaretur. per biduum laceffiere prælio hostẽ. biduo nihil dignum dictu actum. pauci utrinq; cecidere: magisq; irritati sunt ad iustum certamen animi, quàm ad discrimen summa rerum adducta. tertio die descensum in campũ omnibus copijs est. Cum instructa acies starẽt, cerua fugiens lupum è montibus

montibus exacta per campos inter duas acies decurrit: inde diuersæ feræ, cerua ad Gallos, lupus ad Romanos cursum deflexit. Lupo data inter ordines uia, ceruam Galli confixere. Tum ex antesignanis Romanus miles, illac fuga, inquit, & cædes uertit, ubi sacram Dianæ feram iacentem uidetis: hinc uictor Martius lupus, integer & intactus, gentis nos Martiæ & conditoris nostri admonuit. Dextro cornu Galli, sinistro Samnites cõstiterunt. aduersus Samnites Fabius primã ac tertiam legiones pro dextro cornu, aduersus Gallos pro sinistro Decius quintam & sextam instruxit. secunda & quarta cum L. Volumnio proconsule in Samnio gerebãt bellũ. Primo concursu adeo æquis uiribus gesta res est: ut, si affuissent Hetrusci & Umbri, aut in acie, aut in castris, quocunq; se inclinassent, accipienda clades fuerit. cæterum quanquã communis adhuc Mars belli erat: necdũ discriminẽ fortuna fecerat, quã datura uires esset: haudquam similis pugna in dextro, leuocq; cornu erat: Romani apud Fabiũ arcebãt magis, quã inferebant pugnam: extrahebaturq; in quã maxime serum diei certamẽ: quia ita persuasum erat duci: & Samnites, & Gallos primo impetu feroces esse: quos sustineri fatis sit: longiore certamine sensim residere Samnitium animos: Gallorum quidẽ etiam corpora intolerantissima laboris atq; æstus fluere: primaq; eorum prælia plusquã uirorũ, postrema minusquã foeminarum esse. In id tempus igitur, quo uinci solebat hostis, quã integerrimas uires militi ser uabat. Ferocior Decius & ætate & uigore animi, quantũcunq; uiriũ habuit, certamine primo effudit: & quia lentior uidebatur pedestris pugna, equitatũ in pugnam concitat: & ipse fortissimæ iuuenum turmæ immistus orat proceres iuuentutis, ut secum in hostem impetum faciant: duplicem illorum gloriã fore, si ab læuo cornu, & ab equite uictoria incipiat. Bis auertẽre Gallicum equitatum, iterum longius euectos, & iam inter media equitum agmina præliũ cientes, nouũ pugnæ conterruit genus: effedis carrisq; superstans armatus hostis ingenti sonitu equorum rotarumq; aduenit, & insolitos eius tumultus Romanorũ conterruit equos. Ita uictorem equitatũ uelut lymphaticus pauor dissipat: sternit inde ruentes equos uirosq; improvida fuga. turbata hinc etiam signa legionũ: multiq; impetu equorum, ac uehiculorum raptorũ per agmen, obtriti antesignani: & insecuta, simul territos hostes uidit, Gallica acies nullũ spatium respirandi recipiendiq; se dedit. Vociferare Decius, quod fugerent: quam uie in fuga spem haberent: obistere cedentibus, ac reuocare fusos. deinde ut nulla ui percussos sustinere poterat: patrem P. Decium nomine compellans, quid ultra moror, inquit, familiare fatum: datũ hoc nostro generi est, ut luendis periculis publicis piacula simus. iam ego mecũ legiones hostium maectandas Telluri ac dijs manibus dabo. Hæc locutus, M. Liuium Pontificẽ, quem descendens in aciem digredi uetuerat ab se: præire iussit uerba, quibus se, legionesq; hostium pro exercitu populi Romani Quiritium deuoueret. deuotus inde eadem precatione, eodemq; habitu, quo pater P. Decius ad Vesperim bello latino se iusserat deuoueri: cum secundum solennes precationes adiecisset: præ se agere sese formidinẽ ac fugam, cædemq; ac cruorem: celestium, infernorum iras: contacturum funebribus diris signa, tela, arma hostium, locumq; eundẽ suæ pestis, & Gallorum ac Samnitiũ, fore: hæc execratus in se, hostesq; quã confertissimã cernebat Gallorum aciem, concitat equũ: inferensq; se ipse infestis telis interfectus est. Vix humanæ inde opis uideri pugna potuit. Romani duce amisso, quæ res terrori aliàs esse solet: sistere fugam, ac nouã de integro uelle instaurare pugna. Galli, & maxime globus circũstans cõsulis corpus, uelut alienata mente uana incassum iactare tela: torpere quidam: & nec pugnae meminisse, nec fuga. At ex parte altera põtifex Liuius, cui lictores Decius tradiderat: iusseratq; pro prætorem esse, uociferari: uicisse Romanos, defunctos cõsulis fato: Gallos, Samnitesq; Telluris matris ac deorũ manium esse: rapere ad se ac uocare Decium deuotam secum aciem: furiarumq; ac formidinis plena omnia ad hostes esse. Superueniunt deinde his restituentibus pugna Cornelius Scipio & C. Marcius, cũ subsidijs ex nouissima acie iussu Q. Fabij cõsulis ad præsiðiũ collegæ missi. ibi auditur P. Decij euentus, ingens hortamen ad omnia pro rep. audenda. itaq; cũ Galli structis ante se scutis conferti starent: nec facilis pede collato uideretur pugna: iussu legatorũ collecta humi pila, quæ strata inter duas acies iacebant, atq; in testitudinem hostiũ coniecta. quibus plerisq; in scuta, plerisq; uerutis in corpora ipsa fixis, sternitur cuneus: ita, ut magna pars integris corporibus attoniti conciderent. hæc in sinistro cornu Romanorum

norum fortuna uariauerat. Fabius in dextro cornu primo (ut ante dictum est) cunctando ex-
 traxerat diem: deinde, postquam nec clamor hostium, nec impetus, nec tela missa eandem uim ha-
 bere uisa: praefectis equitum iussis ad latus Samnitium circūducere alas, ut signo dato in transuer-
 sos quanto maximo possent impetu incurrerent: sensim suos signa inferre iussit, & commouere
 hostem. Postquam non resisti uidit, & haud dubiam lassitudinem esse: tum collectis omnibus
 subsidijs, quae ad id tempus reseruauerat, & legiones concitauit, & signum ad inuadendos ho-
 stes equitibus dedit. Nec sustinuerunt Samnites impetum: praeterquam aciem ipsam Gallorum reli-
 ctis in dimicatione socijs, ad castra effuso cursu ferebantur. Galli testudine facta conferti sta-
 bant. Tum Fabius audita morte collegae, Campanorum alam, quingentos fere equites excede-
 re acie iubet: & circumuectos a tergo Gallicam inuadere aciem: tertiae deinde legionis subsequi
 principes: & quae turbatum agmen hostium uiderent impetu equitum instare ac territos caedere. Ipse
 aedem Ioui Victori, spoliisque hostium cum uouisset, ad castra Samnitium perrexit: quod multitudo
 omnis consternata agebatur. sub ipso uallo, quia tantam multitudinem portae non recepere,
 tentata ab exclusis turba suorum pugna est. ibi Gellius Egnatius imperator Samnitium cecidit.
 compulsi deinde intra uallum Samnites: paruorumque certamine capta castra: & Galli a tergo circum-
 uenti. Caesa eo die hostium xxv millia, octo capta. nec incruenta uictoria fuit. nam ex P. De-
 cij exercitu caesa septem millia: ex Fabij mille ac ducenti. Fabius dimissis ad quaerendum collegae
 corpus, spolia hostium coniecta in aceruum Ioui Victori cremauit. Consul corpus eo die, quia
 obrutum super stratis Gallorum cumulis erat, inueniri non potuit. postero die inuentum, rela-
 tumque est cum multis militum lachrymis. Intermissa inde omnium aliarum rerum cura, Fabius colle-
 gae funus omni honore, laudibusque meritis celebrat. Et in Hetruria per eos dies ab Cn. Ful-
 uio praetore res ex sententia gesta: & praeter ingentem illatam populationibus agrorum hosti-
 cladem, pugnatum etiam egregie est: Perusinorumque & Clusinarum caesa amplius tria millia: &
 signa militaria ad uiginti capta. Samnitium agmen cum per Pelignum agrum fugeret, circūuen-
 tum a Pelignis est. ex millibus quinque ad mille caesi. Magna eius diei, quo in Sentinati agro
 bellatum, fama est, etiam uero stanti. Sed superiecere quidam augendo fidem: qui in hostium exer-
 citu peditum quadraginta millia, cccxx, equitum sex & quadraginta millia, mille carpentorum
 scripsere fuisse: scilicet cum Umbris Thuscisque: quos & ipsos pugnae affuisse. & ut Romanor-
 rum quoque augerent copias: L. Volumnium proconsulem ducem consulibus, exercitumque eius
 legionibus consulibus adiungunt. In pluribus annalibus duorum ea consulum propria uictoria est.
 Volumnium in Samnio interim res gerit, Samnitiumque exercitum in Tifernum montem compul-
 sum, non deterritus iniquitate loci fundit fugatque. Q. Fabius Deciano exercitu relicto in He-
 truria, suis legionibus deductis ad urbem, de Gallis Hetruscisque ac Samnitibus triumphauit.
 milites triumphantem secuti sunt. celebrata inconditis carminibus militaribus non magis ui-
 ctoria Q. Fabij, quam mors praedara P. Decij est: excitataque memoria parentis, aequata euen-
 tu publico priuatoque filij laudibus. Data ex praeda militibus aëris octogeni bini, sagaeque, & tuni-
 cae, praemia illa tempestate militiae haudquaquam spernenda. His ita rebus gestis, nec in Sa-
 mnitibus adhuc, nec in Hetruria pax erat. nam & Perusinis authoribus post deductum ab con-
 sule exercitum rebellatum fuerat: & Samnites praedatum in agrum Vestinum Formianumque,
 & parte alia in Esetruniu, quaeque Vulturno adiacet flumini, descendere. Aduersus eos Ap. Clau-
 dius praetor cum exercitu Deciano missus. Fabius in Hetruria rebellante denuo quatuor mil-
 lia & quingentos Perusinorum occidit: cepit ad mille septingentos quadraginta: qui redempti
 singuli aëris trecentis decem. praeda alia omnis militibus concessa. Samnitium legiones cum par-
 tim Ap. Claudius praetor, partim L. Volumnium proconsul sequeretur, in agrum Stellatē con-
 uenerunt. ibi & Samnitium legiones omnes confidunt, & Appius Volumniumque castra coniun-
 gunt. pugnatum infestissimis animis, hinc ira stimulante aduersus rebellantes totiens: illinc ab
 ultima iam dimicantibus spe. Caesa ergo Samnitium xvi millia trecenti, capta duo millia sep-
 tingenti. ex Romano exercitu cecidere duo millia septingenti. Felix annus bellicis rebus, per
 silentia grauis, prodigiisque sollicitus. nam & terra multifariam pluuisse, & in exercitu Ap. Clau-
 dii plerosque fulminibus ictos, nuntiatum est: librique ob haec aditi. Eo anno Q. Fabius Gur-
 ges consulis filius aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia multauit, ex quo
 multatio

multatio ære Veneris ædem, quæ prope circum est, faciendâ curauit. Superfunt etiã nunc Samnitium bella, quæ continua per quartũ iam uolumen, annumq; sextũ & quadragesimum à M. Valerio A. Cornelio consulibus, qui primi Samnio arma intulerũt, agimus. & ne tot annorum clades utriusq; gentis, laboresq; actos nunc referã: quibus nequuerint tamen dum illa pectora uinci: proximo anno Samnites in Sentinati agro, Pelignis, ad Tifernũ, Stellatibus campis, suis ipsi legionibus, misti alienis, ab quatuor exercitibus, quatuor ducibus Romanis cæsi fuerant: imperatorem clarissimum gentis suæ amiserant: socios belli, Hetruscos, Umbros, Gallos, in eadẽ fortuna uidebãt, qua ipsi erãt: nec suis, nec externis uiribus iam stare poterant: tamen bello nõ abstinebãt. adeo ne infelicitè quidẽ defensæ libertatis tedeat: & uinci, quàm non tentare uictoriã, malebant. quinam sit ille, quẽ non pigeat longinquitatis bellorũ scribendo, legendoq; quæ gerentes non fatigauerunt? Q. Fabium, P. Decium, L. Posthumius Megillus, & M. Atilius Regulus consules secuti sunt. Samnium ambobus decreta prouincia est: quia tres scriptos hostium exercitus: uno Hetruriam, altero populationẽ Campaniæ repeti, tertium tuendis parari finibus, fama erat. Posthumium ualitudo aduersa Romæ tenuit. Atilius cum exercitu extemplo profectus, ut in Samnio hostes (ita enim placuerat patribus) nondum egressos opprimeret: uelut ex cõposito ibi obuium habuere hostẽ: ubi & intrare, nedum uastare ipsi Samnitium agrum prohiberentur: & egredi inde in pacata, sociorumq; populi Romani fines Samnites prohiberent. cũ castra castris collata essent: quod uix Romanus totiens uictor auderet: ausi Samnites sunt (tantum desperatio ultima temeritatis facit) castra Romana oppugnare. & quanquam non uenit ad finem tam audax inceptum, tamẽ haud omnino uanum fuit: Nebula erat ad multum diei, densa adeo: ut lucis usum eriperet, non prospectu modo extra uallum adempto, sed propinquo etiam congregentiũ inter se conspectu. hac uelut latebra insidiarum freti Samnites, uix dum satis certa luce, & eam ipsam premẽte caligine, ad stationem Romanã in porta segniter agentẽ uigilias perueniunt. Improviso oppressis, nec animi fatis ad resistendum, nec uirium fuit. ab tergo castrorum decumana porta impetus factus. itaq; captum quæstorium: quæstorq; ibi L. Opimius Pansa occisus. conclamatum inde ad arma. Consul tumultu excitus cohortes duas sociorum, Lucanam, Sueffanamq; quæ proximæ forte erant tueri prætorium iubet: manipulos legionum principali uia inducit. uix dum satis aptatis armis in ordines eunt: & clamore magis quàm oculis hostem noscunt, nec quantus numerus sit, æstimari potest. cedunt primo incerti fortunæ suæ, & hostẽ introrsum in media castra accipiunt. inde cum consul uociferaretur, expulsine extra uallum castra deinde sua oppugnaturi essent, rogitans: clamore sublato cõnixi primo resistunt: deinde inferunt pedem, urgentq; & impulsos semel terrore eodem agunt, quo cceperunt: expellunt extra portã, uallumq; inde pergere, ac persequi, quia turbida lux metum circa insidiarum faciebat, non ausi, liberatis castris contenti receperunt se intra uallum, trecentis fermè hostium occisis. Romanorum stationis primæ, uigilumq; & eorum qui circa quæstorium oppressi, perire ad ducentos triginta. Animos inde Samnitibus non infelix audacia auxit: & non modo proferre inde castra Romanum, sed ne pabulari quidem per agros suos patiebantur. retro in pacatum Soranum agrum pabulatores ibant. Quarum rerum fama tumultuosior etiam, quàm res erant, perlata Romam coegit L. Posthumium coss. uix dum ualidũ proficisci ex urbe, prius tamen quàm exiret, militibus edicto Soram iussis conuenire. Ipse ædem Victoriæ, quam ædilis curulis ex multatitia pecunia faciendâ curauerat, dedicauit. Ita ad exercitum profectus ab Sora in Samnium ad castra collegæ perrexit. inde postquàm Samnites diffisi duobus exercitibus resisti posse recesserũt: diuersi coss. ad uastandos agros, urbesq; oppugnãdas discedunt. Posthumius Milioniam oppugnare adortus ui primo, atq; impetu: deinde postq; ea parum procedebant, opere, ac uineis demum iniunctis muro cepit. ibi capta iam urbe, ab hora quarta usq; ad octauam ferè horam omnibus partibus urbis diu incerto euentu pugnatum est. postremo potitur oppido Romanus. Samnitium cæsi tria millia ducenti: capti quatuor millia ce. præter prædam aliam. Inde Ferentinum ductæ legiones: unde oppidani cum omnibus rebus suis, quæ ferri agiq; potuerunt, nocte per auersam portam silentio excesserunt. Igitur simul aduenit coss. primo ita compositus instructusq; moenibus successit, tanquam idem, quod ad

Milioniam fuerat, certaminis foret: deinde ut silentium uastum in urbe, nec arma, nec uiros in turribus ac muris uidit: audū inuadendi deserta mœnia militē detinet: nequam occultā in fraudem incautus rueret: duas turmas sociorū latini nominis circūequitare mœnia, atq; explorare omnia iubet. equites portam unam alteramq; eadem regione in propinquo patentes conspiciunt, itineribusq; r̄is uestigia nocturnæ hostiū fugæ. ad equitatē deinde sensim portis: urbemq; ex tuto rectis itineribus peruiā conspiciunt: & consuli referunt, excessum urbe: solitudine haud dubia id perspicuum esse, & recentibus uestigijs fugæ, ac strage rerum in trepidatione nocturna passim relictarū. His auditis c o s. ad eam partem urbis, quam adierant equites, circūducit agmen: constitutisq; haud procul porta signis, quinq; equites iubet intrare urbē: & modicum spacium progressos tres manere eodē loco, si tuta uideantur: duos explorata ad se referre: Qui ubi redierunt: retuleruntq; eō se progressos, unde in omnis partes circumspectus esset: longe lateq; silentium ac solitudinem uidisse: extemplo c o s. cohortes expeditas in urbem induxit: cæteros interim castra cōmunire iussit. Ingressi milites refractis foribus paucos graues ætate, aut inualidos, inueniunt: relictasq; quæ migratu difficilia essent. ea directa: & cognitum ex captiuis est, communi consilio aliquot circa urbes conscisse fugam: suos prima uigilia profectos: credere eandem in alijs urbibus solitudinē inuenturos. Dictis captiuorū fides extitit: desertis oppidis c o s. potitur. Alteri c o s. M. Attilio nequaquā tam facile bellū fuit. cum ad Luceriam duceret legiones, quam oppugnari ab Samnitibus audierat: ad finem Lucerinū ei hostis obuius fuit. ibi ira uires æquauit. prælium uarium & anceps fuit, tristius tamē euentu Romanis: & quia insueti erant uinci: & quia digrediētes magis quā in ipso certamine senserunt, quantum in sua parte plus uulnerū ac cædis fuisset. Itaq; is terror in castris ortus, qui si pugnantess cepisset, insignis accepta clades foret. tum quoq; sollicita nox fuit, iam inuasurum castra Samnitum credentibus, aut prima luce cum uictoribus cōserendas manus. Minus cladis, cæterū non plus animorum ad hostes erat. ubi primum illuxit, abire sine certamine cupiunt. Sed uia una, & ea ipsa præter hostes, erat: quam ingressi præbuere speciem recta tendentium ad castra oppugnanda. c o s. arma capere milites iubet, & sequi se extra uallum: legatis, tribunis, præfectis sociorum imperat, quod apud quenq; facto opus est. Omnes affirmant se quidem omnia facturos: sed militum iacere animos: tota nocte inter uulnera, & gemitus morientū uigilatum esse. si ante lucem ad castra uentū foret: tantū pauoris fuisse, ut relicturi signa fuerint: nunc pudore à fuga contineri, alioquin pro uictis esse. Quæ ubi consul accepit, sibimetipsi circūeundos alloquendosq; milites ratus, ut ad quosq; uenerat, cunctantes arma capere increpabat. quid cessarent, tergiuersarenturq;: hostē in castra uenturū, nisi illi extra castra exissent, & pro tentorijis suis pugnaturos, si pro uallo nollent. armatis ac dimicantibus dubiā uictoriā esse: qui nudus atq; inermis hostē maneat, ei aut mortē, aut seruitutē patiendam. Hæc iurganti increpantiq; respondebāt, confectos se pugna hesternā esse: nec uiriū quicquā, nec sanguinis superesse: maiorem multitudinē hostium apparere, quā pridie fuerit. Inter hæc appropinquabat agmen: & iam breuiore interuallo certiora intuentes, uallum secum portare Samnitē affirmant: nec dubium esse quin castra circūuallaturi sint. Tunc enim uero c o s. indignū facinus esse uociferari, tantam contumeliā ignominiāq; ab ignauissimo accipi hoste. etiam ne circumsedebimur, inquit, in castris: ut fame potius per ignominiā, quā ferro, si necesse est, per uirtutē moriamur? Dñ bene uerterent: facerentq; quod se dignum quisq; ducerent. c o s. M. Attiliū uel solum, si nemo alius sequatur, iturum aduersus hostes: casurumq; inter signa Samnitium potius, quā circumuallari castra Romana uideat. Dicta consulis legati, tribuniq;, & omnes turmæ equitum, & centuriones primorū ordinum approbauere. tum pudore uictus miles segniter arma capit, segniter è castris egreditur: longo agmine, nec continenti, mœsti ac propè uicti procedunt uersus hostē, nec spe, nec animo certiorē. itaq; simul cōspecta sunt Romana signa, extemplo à primo Samnitū agmine ad nouissimū fremitus perfertur: exire, id quod timuerint, ad impediendū iter Romanos: nullā inde ne fugæ quidē patere uiam: illo loco aut cadendum esse, aut stratis hostibus per corpora eorū euadendū. in medio sarcinas conijciunt: armati suis quisq; ordinibus instruunt aciē. Iam exiguū inter duas acies erat spatiū: & stabant expectātes dum ab hostibus prius impetus, prius clamor inciperet: neutris animus est ad pugnandum.

Diuersiq;

Diuerſiq; integri atq; intacti abiſſent, ni cedenti inſtaturum alterū timuiſſent. ſua ſponte inter inuitos tergiverſantesq; ſegnīs pugna, clamore incerto atq; impari, cœpit: nec ueſtigio quiſquam mouebatur. Tum c o s. Romanus ut rem excitaret, equitum paucas turmas extra ordinem immiſit: quorum cum pleriq; delapſi ex equis eſſent, & alij turbati, & ab Samnitium acie ad opprimēdos eos qui ceciderāt, & ad ſuos tuendos ab Romanis procurſum eſt. Inde paululum irritata pugna eſt: ſed aliquanto & impigre magis, & plures procurrerāt Sānites: & turbatus eques ſua ipſe ſubſidia territis equis proculcauit. hinc fuga cœpta totā auertit aciem Romanam. Iamq; in terga fugientium Samnites pugnabant: cum c o s. equo præuectus ad portam caſtrorum, ac ſtatione equitum ibi oppoſita, edictoq; ut quicumq; ad uallum tenderet, ſiue ille Romanus, ſiue Samnis eſſet, pro hoſte haberetur: hæc ipſa minitās obſtitit profuſe tendentibus ſuis in caſtra. quò pergis inquit miles? & hic arma, & uiros inuenies: nec uiuo c o s. tuo niſi uictor caſtra intrabis: proinde elige cum ciue, an hoſte pugnare malis. Hæc dicente c o s. equites inſeſtis cuſpidibus circūfunduntur, ac peditem in pugnā redire iubent. Non uirtus ſolum c o s. ſed fors etiam adiuuit: quod non inſtiterunt Samnites, ſpatiumq; circūagendi ſigna, uertendiq; aciem à caſtris in hoſtem fuit. Tum alij alios hortari ut repeterent pugnam: centuriones ab ſigniferis rapta ſigna inferre: & oſtendere ſuis, paucos & ordinibus incompoſitis effuſe uenire hoſtes. Inter hæc c o s. manus ad cœlum attollens uoce clara, ita ut exaudiretur, templū Ioui Statori uouet, ſi conſtitiffet à fuga Romana acies: redintegratoq; prælio cecidiſſet uiciſſetq; legiones Samnitium. omnes undiq; anniſi ad reſtituendā pugnam, duces, milites, peditum, equitumq; uis. numen etiam deorum reſpexiſſe nomē Romanum uiſum. adeo facile inclinata res: repulſi q; à caſtris hoſtes: mox etiā redacti ad eum locum, in quo cōmiſſa pugna erat. Ibi obiacente ſarcinarum cumulo, quas coniecerant in mediū, hæſere impediti: deinde ne diriperentur res, orbem armatorum ſarcinis circūdant. Tum uero eos à fronte urgere pedites, ab tergo circumuecti equites. ita in medio caſi, captiq;. Captiuorū numerus fuit ſeptem millia ccc, qui omnes nudī ſub iugum miſſi. cœſos retulere ad quatuor millia octingentos. Ne Romanis quidē læta uictoria fuit. recensente c o s. biduo acceptā cladem, amiſſorum militum numerus relatus ſeptē millia trecenti. Dum hæc in Apulia gerebantur: altero exercitu Samnites Interamnā coloniā Romanam, quæ uia latina, eſt: occupare conati, urbem non tenuerunt: agros depopulati cum prædā aliam inde miſtam hominū atq; pecudum, colonosq; captos agerent: in uictorem incidunt c o s. ab Luceria redeuntē: nec prædā ſolum amittūt, ſed ipſi longo ac impedito agmine incompoſiti cæduntur. Conſul Interamnā edicto dominis ad res ſuas noſcendas recipiendasq; reuocatis, & exercitu ibi relicto, comitiorum cauſa Romā eſt profectus. Cui de triumpho agenti negatus honos, & ob amiſſa tot millia militū: & quod captiuos ſine pacto ſub iugum miſiſſet. c o s. alter Poſthumius, quia in Samnitibus materia belli decrat: in Hetruriā traducto exercitu primū peruaſtauerat Volſinienſem agrum: deinde cum egreſſis ad tuendos fines haud procul mœnibus ipſorū depugnat. duo millia cc Hetruſcorum caſi: cæteros propinquitas urbis tutata eſt. In Roſellanū agrum exercitus traductus. ibi non agri tantum uaſtati, ſed oppidum etiam expugnatum: capta amplius duo millia hominum: minus duo millia circa muros caſa. Pax tamen clarior maiorq;, quàm bellum in Hetruria eo anno fuerat, parta eſt. tres ualidiſſimæ urbes, Hetruriæ capita, Volſinij, Peruſia, Arretium pacem petiere: & ueſtimentis militum, frumentoq; pacti cum c o s. ut mitti Romam oratores liceret, inducias in quadraginta annos impetrauerūt. multa præſens quingentū millium æris in ſingulas ciuitates impoſita. Ob hæc res geſtas conſul cum triumphum ab Senatu moris magis cauſa, quàm ſpe impetrandi petiſſet: uideretq; alios, quod tardius ab urbe exiſſet: alios, quod iniuſſu Senatus ex Samnio in Hetruriā tranſiſſet: partim ſuos inimicos, partim collegæ amicos, ad ſolatum æquatæ repulſæ ſibi quoq; negare triumphum: non ita, inquit, Patres conſcripti ueſtræ maiestatis meminero, ut me conſulem eſſe obliuiſcar: eodē iure imperij, quod bella geſſi, bellis feliciter geſtis, Samnio atq; Hetruria ſubactis, uictoria & pace parta triumphabo. ita Senatum reliquit. Inde inter tribunos plebis contentio orta eſt. pars interceſſuros, ne nouo exemplo triumpharet, aiebāt: pars auxilio ſe aduerſus collegas triumphanti futuros. Læctata res ad populū eſt: uocatusq; eò conſul cum L. Horatium, Marcum Valeriū conſules,

C. Martium

C. Marcium Rutiliū nuper, patrem eius qui tunc censor esset: non ex autoritate Senatus, sed iussu populi triumphasse diceret: adijciebat se quoq; laturum fuisse ad populum: ni sciret mancipia nobilium tribunos plebis legem impedituros: uoluntatem sibi ac fauorem consentientis populi pro omnibus iussis esse ac futurā: posteroq; die auxilio tribunorū plebis trium aduersus intercessionē vñ tribunorū, & consensum Senatus, celebrante populo diem, triumphauit.

Et huius anni parum constans memoria est. Posthumium author est Claudius in Samnio captis aliquot urbibus, in Apulia fufum fugatumq; , faucium ipsum cum paucis Luceriā compulsum: ab Atrilio in Hetruria res gestas: eūq; triumphasse. Fabius ambos c o s s. in Samnio, & ad Luceriā res gessisse scribit: traductumq; in Hetruriam exercitū: sed ab utro c o s s. non adiecit: & ad Luceriam utrinq; multos occisos: inq; ea pugna Iouis Statoris ædem uotam, ut Romulus ante uouerat: sed fanum tantū, id est locus templo effatus iam sacratus fuerat. Cæterum hoc demum anno, ut ædem etiam fieri Senatus iuberet, bis eiusdē uoti damnata respub. in religionē uenit. Sequitur hunc anuum & c o s s. insignis, L. Papyrius Cursor qua paterna gloria, qua sua: & bellum ingens, uictoriaq; quantā de Samnitibus nemo ad eam diem, præter L. Papyrium patrem c o s s. pepererat. & forte eodē conatu apparatusq; omni opulentia insignium armorum bellum adornauerant: & opes deorū etiam adhibuerant ritu quodā sacramento uetusto uelut initiatis militibus, delectu per omne Samniū habito noua lege: ut qui iuniorum non cōuenisset ad imperatoriū edictum, quiq; iniussu abisset, caput Ioui sacratū erat. Tum exercitus omnis Aquiloniā est indictus. ad XL millia militum, quod roboris in Samnio erat, conuenerunt. ibi medijs ferè castris locus est conseptus cratibus, pluteisq; & linteis contectus, patens ducentos maxime pedes in omnes pariter partes. Ibi ex libro uetere linteo lecto sacrificatum sacerdote Ouio Paccio quodam, homine magno natu: qui se id sacrū petere affirmabat ex uetusta Samnitiū religione: qua quondā usi maiores eorum fuissent, cum adimendæ Hetruscis Capuæ clandestinum cepissent consilium. Sacrificio perfecto per uiatorem imperator acciri iubebat nobilissimum quenq; genere factisq; , singuli introducebātur. erat cum alius apparatus sacri, qui perfundere religione animū posset: tum in loco circa omni contecto aræ in medio uictimæq; circa cæsæ, & circūstantes centuriones strictis gladijs. admouebatur altaribus miles, magis ut uictima, q̄ ut sacri particeps: adigebaturq; iureiurando, quæ uisa auditaq; in eo loco essent, non enunciaturum. dein iurare cogebatur dito quodā carmine in execrationem capitis familiæq; & stirpis cōposito, nisi isset in prælium, quò imperatores duxissent: & si aut ipse ex acie fugisset: aut si quem fugientē uidisset, non extemplo occidisset. Id primo quidam abnuentes iuratos se obruncati circa altaria sunt: iacentes deinde inter stragem uictimarum documento cæteris fuere ne abnuerent. Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis, decem nominatis ab imperatore, eis dictum ut uir uirum legerent: donec sexdecim millium numerum confecissent. ea legio linteata ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est. his arma insignia data, & cristatæ galeæ, ut inter cæteros emerent. Paulo plus uiginti millium alius exercitus fuit, nec corporum specie, nec gloria belli, nec apparatu linteatæ legioni dispar. hic hominū numerus, quod roboris erat, ad Aquiloniā confedit. c o s s. profecti ab urbe: prior Sp. Caruilus: cui ueteres legiones, quas M. Atrilius superioris anni c o s s. in agro interamnati reliquerat, decretæ erant. cum eis in Samniū profectus, dum hostes operati superstitionibus cōcilia secreta agunt, Amiternum oppidum de Samnitibus ui cepit. cæsa ibi millia hominum duo fermè atq; octingenti: capta quatuor millia ducēti septuaginta. Papyrius nouo exercitu (ita decretum erat) scripto Duroniā urbem expugnauit: minus quàm collega cepit hominum: plus aliquanto occidit: præda opulenta utrobique est parta. Inde peruagati Samnium c o s s. maxime depopulato atinate agro, Caruilus ad Cominiū, Papyrius ad Aquiloniam, ubi summa rei Samnitium erat, peruenit. ibi aliquandiu nec cessatum ab armis est, neq; gnauiter pugnatum: laceffendo quietos, resistētibus cedendo, cōminandoq; magis quàm inferendo pugnā dies absmebatur. quod cum inciperetur, remittereturq; , omnium rerum etiam paruuarū euentus proferebatur in dies. Altera Romana castra uiginti millium spatio aberant: & absentis collegæ cōsilia omnibus gerendis intererant rebus: intentiorq; Caruilus, quo maiore discrimine res uertebatur, in Aquiloniā, quàm ad Cominiū, quod obsidebat,

erat

erat. L. Papyrius iam per omnia ad dimicandū satis paratus nuntium ad collegam mittit: sibi in animo esse postero die, si per auspicia liceret, configere cum hoste: opus esse & illū quanta maxima uī posset, Cominiū oppugnare: nequid laxamenti sit Samnitibus ad subsidia Aquiloniam mittenda. diem ad proficiscendū nuntius habuit: nocte rediit, approbare collegā consulta referēs. Papyrius nūtio misso extemplo concionē habuit: multa de uniuerso genere belli, multa de præsenti hostiū apparatu uana magis specie, quā efficaci ad euentum, differuit. Non enim cristas uulnera facere: & per picta atq; aurata scuta transire Romanū pilum: & candore tunicarum fulgentē aciem, ubi res ferro geratur, cruentari. Aurēā olim atq; argenteā Samnitium aciem à parente suo occisione occisam: spoliaq; ea honestiora uictori hosti, quā ipsis arma fuisse. Datū hoc nomini familiæq; suæ: ut aduersus maximos conatus Samnitium opponerentur duces: spoliaq; ea referrent, quæ insignia publicis etiam locis decorandis essent. Deos immortales adesse propter totiens petita fœdera, totiens rupta: tum si qua coniectura mentis diuinæ sit, nulli unquā exercitui fuisse infestiores, quā qui nefando sacro mista hominum pecudumq; cæde respersus, ancipiti deū iræ deuotus, hinc fœderum cum Romanis ictorum testes deos, hinc iurisiurandi aduersus fœdera suscepti execrationes horrens, inuitus iura uerit, oderit sacramentū, uno tempore deos, ciues, hosteis metuat. Hæc cōperta perfugarū indicijs cum apud infensos iam sua sponte milites differuisset: simul diuinæ humanæq; spei pleni clamore cōsentienti pugnā poscunt: pœnitet in posterū diem dilatū certamen: moram diei, noctisq; oderunt. Tertia uigilia noctis iam relatis literis à collega Papyrius silentio surgit: & pullariū in auspiciū mittit. Nullū erat genus hominū in castris intactū cupiditate pugnæ: summi infimiq; æque intenti erant: dux militū, miles ducis ardorē spectabat. Is ardor omnium etiam ad eos, qui auspicio intererant, peruenit. nam cum pulli non pascerentur, pullarius auspiciū mentiri ausus, tripudium sollicitū cōs. nūtiat. cōs. lætus, auspiciū egregiū esse, & deis authoribus rem gesturos, pronuntiat: signūq; pugnæ proponit. Exeunti iam in aciem nuntiat perfuga, uiginti cohortes Samnitium (quadringenariæ ferme erāt) Cominiū profectas. quod ne ignoraret collega, extemplo nuntium mittit: ipse signa ocuis proferri iubet: subsidiaq; suis queq; locis, & præfectos subsidijs attribuerat. Dextro cornu L. Volumnium, sinistro L. Scipionem, equitibus legatos alios, C. Ceditium & Treboniū præfecit. Sp. Nautium mulos detractis clivis cum cohortibus alaribus in tumulum conspectū propere circūducere iubet: atq; inde inter ipsam dimicationem quanto maxime posset moto puluere ostendere. Dum his intentus imperator erat, altercatio inter pullarios orta de auspicio eius diei, exauditaq; ab equitibus Romanis: qui rem haud spernendā rati, Sp. Papyrio fratris filio cōsulis ambigi de auspicio renuntiauerūt. Iuuenis ante doctrinā deos spernentem natus, rem inquisitā nequid incomperitum deferret, ad consulē detulit. cui ille. tu quidem maxime uirtute diligentiaq; esto: ceterū qui auspicio adest, siquid falsi nuntiat, in semetipsum religionē recipit: mihi quidē tripudiū nuntiatum, populo Romano exercituiq; egregiū auspiciū est. centurionibus deinde imperauit, ut pullarios inter prima signa cōstituerent. Promouent & Samnites signa: insequitur acies ornata, armataq;: ut hostium quoq; magnificū spectaculū esset. Prius quā clamor tolleretur, concurrereturq;, emisso temere pilo ictus pullarius ante signa cecidit. quod ubi cōs. nuntiatū est: dii in prælio sunt, inquit: habet pœnā noxiū caput. Ante cōs. hæc dicentē coruus uoce clara occinuit. quo lætus augurio cōsul, affirmans nunquam humanis rebus magis præsentem interfuisse deos, signa canere, & clamorem tolli iussit. Prælium cōmissum atrox, ceterum longe disparibus animis. Romanos ira, spes, ardor certaminis, auidos hostiū sanguinis in prælium rapit: Samnitium magnam partem necessitas ac religio inuitos magis resistere, quā inferre pugnam cogit. nec sustinissent primum clamorem atq; impetum Romanorum, per aliquot iam annos uinci assueti: ni potentior alius metus insidens pectoribus à fuga retineret. quippe in oculis erat omnis ille occulti paratus sacri, & armati sacerdotes, & promiscua hominum pecudumq; strages, & resperæ fando nefandoq; sanguine aræ, & dira execratio, ac furiale carmen, detestandæ familiæ stirpique compositum, his uinculis fugæ obstricti stabant, ciuem magis quā hostem timentes. Instare Romanus à cornu utroque, à mediā acie: & cædere deorum hominumq; attonitos metu. repugnatur segniter, ut ab ijs quos timor moraretur à fuga.

Iam

Iam propè ad signa cædes peruenerat: cum ex transfuerso puluis, uelut ingentis agminis incessu motus apparuit. Sp. Nautius (Octauium Metium quidã cum tradunt) dux alaribus cohortibus erat: puluerem maiorem quàm pro numero excitabant: insidentes mulis calones frondosos ramos per terram trahebant: arma, signaque per turbidam lucem in primo apparebant: post altior densiorque puluis equitum speciem cogentium agmen dabat. fefellitque non Samnites modo, sed etiam Romanos: & cõsul affirmauit errorem: clamitans inter prima signa, ita, ut uox etiam ad hostes accideret: captum Cominium, uictorem collegã adesse. anniterentur uincere prius quàm gloria alterius exercitus fieret. Hæc insidens equo. inde tribunis, centurionibusque imperat, ut uias equitibus patefaciãt. ipse Trebonio Cæditioque prædixerat, ut ubi se cuspidem erectam quatientem uidissent: quanta maxima ui possent, concitarent equites in hostem. Ad nutum omnia, ut ex ante præparato, fiunt. panduntur inter ordines uia: prouolat eques: atque infestis cuspidibus in mediũ agmen hostium ruit: perrumpitque ordines, quacunq; impetũ dedit. instant Volumnius & Scipio, & perculosos sternunt. Tum iam deorũ hominũque uicta ui, funduntur linteatae cohortes: pariter iurati iniuratiq; fugiunt, nec quenquã præter hostes metuunt. Peditũ agmen, quod superfuit pugnae, in castra ad Aquiloniã cõpulsũ est. nobilitas equitesque Bouianũ perfugerunt. equites eques sequitur, peditem pedes: ac diuersa cornua, dextrum ad castra Samnitũ, læuum ad urbẽ tendit. Prior aliquanto Volumnius castra cepit, ad urbem Scipioni maiore resistitur ui: non quia plus animi uictis est, sed melius muri, quàm uallũ armatos arcet. inde lapidibus propulsant hostem. Scipio, nisi in primo pauore, priusque colligerentur animi, transacta res esset: lentiolem fore munita urbis oppugnationẽ ratus, interrogat milites: fatin' æquo animo paterentur ab altero cornu castra capta esse: se uictores pelli à portis urbis? Reclamantibus uniuersis, primus ipse scuto super caput elato pergit ad portã: secuti alij testudine facta in urbẽ perrumpunt: deturbatisque Samnitibus, quæ circa portam erant muri occupauere. penetrare interiora urbis, quia pauci admodũ erant, non audent. Hæc primo ignorare cõsul, & intentus recipiendo exercitui esse. iam enim præceps in occasum sol erat: & appetens nox periculosa & suspecta omnia etiã uictoribus faciebat. progressus longius, ab dextra castra capta uidet: ab leua clamorẽ in urbe, mistum pugnantium ac pauentium fremitu esse. & tum forte certamẽ ad portã erat. aduectus deinde equo propius, ut suos in muris uideret: nec iam integri quicquã esse, quoniã temeritate paucorũ magna rei parta occasio esset: acciri quas receperat copias, signaque in urbẽ inferri iussit. ingressi proxima ex parte, quia nox appropinquabat, quicquere. nocte oppidũ ab hostibus desertũ est. Cæsa illo die ad Aquiloniam Samnitũ millia triginta trecẽti quadraginta: capta tria millia octingenti & septuaginta: signa militaria nonaginta septẽ. Cæterũ illud memoriã traditur: non fermẽ aliũ ducẽ lætiorẽ in acie uisum: seu suoapte ingenio, seu fiducia bene gerundæ rei. Ab eodẽ robore animi neque controuerso auspicio reuocari à prælio potuit: & in ipso discrimine, quo templa dijs immortalibus uoueri mos erat, uouerat Ioui Victori: si legiones hostiũ fudisset, pocillũ mulsi priusquã temetum biberet, sese facturũ. id uotũ dijs cordi fuit: & auspicia in bonũ uerterũt. Eadẽ fortuna ab altero cõsule ad Cominium gesta res. Prima luce ad incœnia omnibus copijs admotis, corona cinxit urbẽ: subsidiaque firma, nequa eruptio fieret, portis opposuit. Iam signũ dantẽ cum nuncius à collega trepidus de uiginti cohortiũ aduẽtu, & ab impetu moratus est: & partẽ copiarum reuocare instructã, intentãque ad oppugnandũ, coegit. D. Brutũ Scæuã legatũ cum legione prima, & uiginti cohortibus alaribus, equitatuque ire aduersus subsidiũ hostiũ iussit: quocũque in loco fuisset obuius, obsteret ac moraretur: manumque, si forte ita res posceret, cõferret: modo ne ad Cominiũ cæ copiae admoueri possent. ipse scalas ferri ad muros ab omni parte urbis iussit: ac testudine ad portas successit. simul & refringebãtur portæ, & uis undique in muros fiebat. Samnites, sicut antequã in muris uiderẽt armatos, satis animi habuerũt ad prohibẽdos urbis aditu hostes: ita, postquã iam non ex interuallo, nec missilibus, sed cominus gerebatur res: & qui ægre successerãt ex plano in muros, loco quẽ magis timuerant uicto, facile in hostẽ imparem ex equo pugnabãt: relictis turribus murisque, in forũ omnes cõpulsĩ, paulisper inde tentauerũt extremã pugnae fortunã. deinde abiectis armis, ad quindecim millia hominũ & quadringenti in fidem consulis uenerunt. cæsa ad quatuor millia ac trecẽti octuaginta. Sic ad Cominiũ, sic ad

ad Aquiloniã gesta res. Inde medio inter duas urbes spatio, ubi tertia expectata erat pugna, hostes non inuenti. septem millia passuum cum abessent à Cominio, reuocati ab suis, neutri prælio occurrerunt. primis fermè tenebris cum in conspectu iam castra, iam Aquiloniam habuissent: clamor eos utrinq; par accidens sustinuit. deinde è regione castrorũ, quæ incensa ab Romanis erant: flãma late fusa certioris cladis indicio progredi longius prohibuit. Eo ipso loco propè temere sub armis stratũ passim inquietum omne tempus noctis, expectando timendoq; lucem, egere. prima luce incertũ quam in partẽ intenderent iter, repente in fugam constentantur cõspecti ab equitibus: qui egressos nocte ab oppido Samnites persecuti, uiderãt multitudinem non uallo, non stationibus firmatã. conspecta & ex muris Aquiloniæ ea multitudo erat. iamq; etiã legionariæ cohortes sequebantur: cæterũ nec pedes fugientes persequi potuit: & ab equitẽ nouissimi agminis ducẽti fermè & octoginta interfecti. arma multa pauidi, ac signa militaria duo de uiginti reliquere: alio agmine incolumi, ut ex tanta trepidatione, Bouianum peruentũ est. Lætitiã utriusq; exercitus Romani auxit & ab altera parte feliciter gesta res. uterq; ex alterius sententia consul captum oppidũ diripiendũ militi dedit: exhaustis deinde tectis ignem iniecit: eodemq; die Aquilonia & Cominium deflagrauerunt. & consules cum gratulatione mutua legionũ suarũ, castra cõiunxerunt. In conspectu duorum exercitũ & Caruilius suos pro cuiusq; merito laudauit, donauitq;: & Papyrius, apud quẽ multiplex, in acie, circa castra, circa urbem, fuerat certamẽ, Sp. Nautium, Sp. Papyrium fratris filium, & quatuor centuriones, manipulumq; hastatorũ, armillis, aureisq; coronis donauit: Nautiũ propter expeditionem, qua magni agminis modo terruerat hostes: iuuenem Papyriũ, propter nauatam cum equitatu & in prælio operã, & nocte, qua fugã infestã Samnitibus ab Aquilonia clam egressis fecit: centuriones, militesq;, quia primi portã, murumq; Aquiloniæ ceperãt. equites omnes ob insignẽ multis locis operã, corniculis, armillisq; argenteis donat. Consiliũ inde habitũ, cum iam tempus esset deducẽdi ab Samnio exercitus, aut utriusq;, aut certe alterius. optimũ uisum, quo magis fractæ res Samnitiũ essent, eo pertinacius & infestius agere cætera, & persequi: ut perdomitum Samniũ insequentibus cõsulibus tradi posset. quando iam nullus esset hostium exercitus, qui signis collatis dimicaturus uideretur: unum superesse belli genus, urbium oppugnationes: quarum per excidia militem locupletare præda, & hostẽ pro aris ac focis dimicantem conficere possent. Itaq; literis missis ad Senatũ populumq; Romanũ de rebus ab se gestis, diuersi, Papyrius ad Sepinũ, Caruilius ad Volanam oppugnandã, legiones ducunt. Literarũ consulũ ingenti lætitiã & in curia & in concione audite: & quadridui supplicatione publici cum gaudium priuatis studijs celebratum est. nec populo Romano magna solum, sed peropportuna etiam ea uictoria fuit: quia per idem forte tempus rebellasse Hetruscos allatum est. Subibat cogitatio animũ: quoniam modo tolerabilis futura Hetruria fuisset, siquid in Samnio aduersi uenisset: quæ coniuratione Samnitium erecta, quoniam ambo consules, omnisq; Romana uis auersa in Samnium esset, occupationẽ populi Romani pro occasione rebellandi habuisset. Legationes sociorũ à M. Attilio prætore in Senatũ introductæ. querebantur uri & uastari agros à finitimis Hetruscis, quod desciscere à populo Romano nolent: obtestabanturq; patres conscriptos, ut se à ui atq; iniuria communium hostium tutarentur. Responsum legatis: curæ senatui futurum, ne socios fidei suæ pœniteret: Hetruscorum propediẽ eandem fortunam, quam Samnitium, fore. Segnius tamen, quod ad Hetruriam attinebat, acta res esset: ni Faliscos quoque, qui per multos annos in amicitia fuerant, allatum foret arma Hetruscis iunxisse. Huius propinquitas populi acuit curam patribus, ut scæciales mitendos ad res repetendas censerent. quibus non redditis, ex autoritate patrum, iussu populi, bellum Faliscis indictum est: iusq; consules sortiri, uter ex Samnio in Hetruriam cum exercitu transferret. Iam Caruilius Volanam, & Palumbinum, & Herculanum ex Samnitibus ceperat: Volanam intra paucos dies: Palumbinum eodem, quo ad muros accessit, ad Herculanum bis etiam signis collatis ancipiti prælio, & cum maiore sua quàm hostium iactura, dimicauit. castris deinde positis, mœnibus hostem inclusit: oppugnatũ oppidum, captumq;. In his tribus urbibus capta, aut cæsa, ad decem millia hominũ: ita, ut paruo admodum plures caperentur. Sortientibus prouincias consulibus, Hetruria Caruilio cecidit secundũ uotã militum, qui uim

frigoris

frigoris iam in Samnio non patiebantur. Papyrio ad Sepinum maior uis hostium restitit: sæpe in acie, sæpe in agmine, sæpe circa ipsam urbem aduersus eruptiones hostium pugnatum: neq; obsidio, neq; bellū ex æquo erat: nō enim muris magis se Samnites, quàm armis ac uiris mœnia tutabantur. tandē pugnando in obsidionē iustam coegit hostes: obsidendoq; , ui atq; operibus urbem expugnauit. itaq; ab ira plus cædis editum capta urbe: septem millia quadringenti cæsi: capta minus tria millia hominū: præda, quæ plurima fuit, congestis Samnitium rebus in urbes paucas: militi concessa est. Niues iam omnia oppleuerant: nec durari extra tecta poterat: itaq; consul de Samnio exercitū deduxit. Venienti Romā triumphus omnium consensu est delatus. triumphauit in magistratu, insigni, ut illorum temporū habitus erat, triumpho. pedites equitesq; insignes donis transiere ac transuecti: multæ ciuicæ coronæ uallaresq; ac murales conspectæ. inspectata spolia Samnitium: & decore ac pulchritudine paternis spolijs, quæ nota frequenti publicorū ornatu locorū erant, cōparabantur. nobiles aliquot captiui, clari suis patrumq; factis, ducti. æris grauis transuecta uicies centū millia & quingenta triginta tria millia. id æs redactū ex captiuis dicebatur. argenti, quod captū ex urbibus erat: p. m. ccc. xxx. omne æs argentumq; in ærarium conditū: militibus nihil datū ex præda est. auctaq; ea inuidia est ad plebē, quod tributum etiā in stipendiū militum collatum est: cum, si sprete gloria fuisset captiue pecuniæ in ærarium illata, & militi tum dari ex præda, & stipendiū militare præstari potuisset. Ædem Quirini, quam in ipsa dimicatione uotā apud neminem ueterē auctorem inuenio: (neq; hercule tam exiguo tempore perficere potuisset) ab dictatore patre uotam filius consul dedicauit: exornauitq; hostium spolijs. quorum tanta multitudo fuit, ut non templum tantū forumq; his ornaretur, sed socijs etiā colonisq; finitimis ad templorū locorumq; publicorum ornatū diuiderentur. A triumpho exercitum in agrum Vestinum, quia regio ea infesta ab Samnitibus erat, hybernatum duxit. Inter hæc Caruilius consul in Hetruria Troilium primum oppugnare adortus, quadringentos septuaginta ditissimos, pecunia grandi pactos ut abire inde liceret, dimisit: cæterā multitudinē, oppidumq; ipsum ui cepit. inde quinque castella locis sita munitis expugnauit. Cæsa ibi hostium duo millia quadringenti: minus duo millia capti. & Faliscis pacē petentibus annuas inducias dedit: pactus centū millia grauis æris, & stipendiū eius anni militibus. His rebus actis ad triumphū decessit, ut minus clarum de Samnitibus, quàm collegæ triumphus fuerat: ita cumulo Hetrusci belli æquatam. æris grauis tulit in ærarium trecenta nonaginta millia: de reliquo ære ædem Fortisfortunæ de manubijs faciendam locauit, prope ædem eidem deæ ab rege Seruio Tullo dedicatam. & militibus ex præda centenos binos asses, & alterum tantum centurionibus atq; equitibus, malignitate collegæ gratius accipientibus munus, diuisit. Favor consulis tutatus ad populū est L. Posthumium legatum eius: qui dicta die à M. Cancio Tr. pl. fugerat in legationem (ut fama ferebat) populi iudicium: iactariq; magis, quàm peragi accusatio eius poterat. Exacto iam anno noui tribuni plebis magistratum inierant: rrsq; ipsis, quia uitio creati erant, quinque post dies alij suffecti. Lustrum conditū eo anno est à P. Cornelio Aruina, C. Marcio Rutilio, censoribus: censa capitum millia ducēta sexaginta duo, trecenta uiginti duo. Censores uicesimi sexti à primis censoribus: lustrum undeuicesimum fuit. Eodem anno coronati primū ob res bello bene gestas ludos Romanos spectauerunt: palmæq; , tum primum translato è Græcia more, uictoribus data. Eodem anno ab ædilibus curulibus, qui eos ludos fecerunt: dānatis aliquot pecuarijs, uia à Martis silice ad Bouillas perstrata est. Comitia cōsularia L. Papyrius habuit: creauit consules, Q. Fabium Maximi filium, Gurgitem, & D. Iunium Brutum Scæuam. ipse Papyrius prætor factus. Multis rebus lætus annus uix ad solatium unius mali, pestilentie urentis simul urbem atq; agros, suffecit. portentoq; iam similis clades erat. & libri aditi, qui nam finis, aut quod remedium eius mali ab dijs daretur, inuentum in libris: Aesculapium ab Epidaurō Romā accersendū. neq; eo anno, quia bello occupati cōsules erant: quicquam de ea re actum: præter quàm quod unum diem Aesculapio supplicatio habita est.

NICOMACHVS DEXTER V C EMENDAUI AD EXEMPLVM
PARENTIS MEI CLEMENTIANI.

VICTORIANVS V C EMENDABAM DOMNIS SYMMACHIS

TITI LIVII PATA
VINI DECAS
TERTIA



IN ITALIA belli Punici secundi acta narrantur: & Annibalis Pœno-
rum ducis cōtra fœdus per Iberū amnem transitus, à quo Saguntus socio-
rum populi Romani ciuitas octauo mēse capta est. de quibus iniurijs missi
legati ad Carthaginēses, qui quererent. & cum satisfacere nollent, bellum
ijs indictū est. Annibal superato Pyreneo saltu, per Gallias fufis qui ob-
sistere ei conati erant, ad Alpes uenit: & laborioso per eas transitu cū moti-
tanos quoq; Gallos obuios aliquot prælijs repulisset, descendit in Italiā, & ad Ticinū amnem
Romanos equestri prælio fudit: in quo uulueratū P. Cornelīū Scipionem protexit filius, qui
Africani postea nomen accepit. iterūq; exercitu Ro. ad flumen Trebiam fuso, Annibal Apen-
ninum per maximam militū uexationem propter uim tempestatū transijt. Cn. Cornelius
Scipio in Hispania contra Pœnos prospere pugnavit, duce hostium Magone capto.

LIBRI II

ANnibal per continuas uigilias in paludibus oculo amisso, uenit in Hetruriā: per quas pa-
ludes quatrīduo & tribus noctibus sine ulla requie iter fecit. C. Flaminius c o s. ho-
mo temerarius contra auspicia profectus, signis militaribus effossis, quæ tolli non poterant, &
ab equo quem conscenderat, per caput deuolutus, insidijs ab Annibale circūuentus ad Trasī-
menum lacum cum exercitu cæsus est. Sex millia quæ eruperant, fide ab Maharbale data, per
fidia Annibalis uincta sunt. Cum ad nuntium cladis Romæ luctus esset, duæ matres inspe-
rato receptis filijs gaudio mortuæ sunt. Ob hanc cladem ex sibyllinis libris uer sacrum uo-
tum. Cum deinde Q. Fabius Maximus dictator aduersus Annibalem missus nollet acie
cum eo confligere, ne contra ferocem tot uictorijs hostem territum aduersus prælijs militem
pugnæ cōmitteret, & opponendo se tantummodo conatus Annibalis impediret: M. Minucius
magister equitum, ferox & temerarius, criminando dictatorem tanquā timidū & segnem esse
cit, ut populi iussu ei imperium cum dictatore æquaretur. diuiso q; exercitu cum in iniquo lo-
co conflixisset, & in maximo discrimine legiones eius essent, superueniente cum exercitu Fa-
bio Maximo ex discrimine liberatus est. quo beneficio uictus castra cū eo iunxit, & patrē eum
salutauit: idemq; milites facere cōmilitonibus iussit. Annibal uastata Campania inter Casī-
linum oppidū & Calliculam montem à Fabio clausus, sarmentis ad cornua bouum alligatis &
incensis, præsidium Romanorū, quod Calliculam insidebat, fugauit: & sic transgressus est sal-
tū. idemq; Fabij Maximi dictatoris, cum circūposita ureret, agro pepercit, ut illum tanquam
proditorem suspectū faceret. Æmylio deinde Paulo & Terentio Varrone c o s s. & ducibus
cum maxima clade aduersus Annibalem ad Cannas pugnatū est: caesaq; eo prælio Romanō-
rum quadragintaquinq; millia cum Paulo consule & senatoribus LXXX, consularibus atq;
prætorijs aut ædilijs triginta. Post quā cladē cum à nobilibus adolescētibus propter despera-
tionem consiliū de relinquenda Italia iniretur, P. Cornelius Scipio trib. mil. qui postea Afri-
canus nuncupatus est: stricto super capita deliberantiū ferro, iurauit se pro hoste habiturum
eum, qui in uerba sua non iurasset: effecitq; ut omnes minime relictū iri à se Italiā iureiuran-
do astringerentur. Præterea trepidationē urbis & luctum, & res in Hispania meliore euen-
tu gestas continet. Opimia & Floronia uestales incesti damnatæ sunt. Propter pau-
citatē uero militum seruorum octo millia armata sunt. captiui cum potestas esset redimeti-
di, redempti non sunt. Varroni obuiā itum est, & gratiæ actæ, quod de rep. nō desperasset.

LIBRI III

CAmpani ad Annibalem defecere. Nuntius cannensis uictoriæ Mago Carthaginensium
missus annulos aureos à digitis occisorum Romanorum detractos in uestibulo curiæ fu-
dit, quos excessisse modij mensuram traditur. post quem quidem nuntium Hanno ex Pœnis
uir nobilissimus suadebat senatui Carthaginensī, ut pacem à populo Romano peterent: nec
tenuit, obstrepente barchina factione. Claudius Marcellus Pr. ad Nolam eruptione aduer-

sus Annibalem ex oppido facta prospere pugnavit. Exercitus Annibalis per hyberna Capuae ita luxuriatus est, ut corporū uiribus atq; animorū enervaretur. Casilinum à Pœnis obsessum ita fame uexatū est: ut lora & pelles scutis detractas, item mures essent, & nucibus per Vulturū amnem à Romanis missis uixerint. Senatus ex equestri ordine hominibus centum nonaginta septem suppletus est. L. Posthumius pr. à Gallis cum exercitu cæsus est.

Cn. & P. Scipiones in Hispania Asdrubalem uicerunt, & Hispaniam suam fecerūt. Reliquiæ cannensis exercitus in Siciliam relegatæ sunt, ne recederent inde, nisi finito bello. Inter Philippum Macedonum regem & Annibalem societas iuncta est. Sempronius Gracchus cōs. Campanos cecidit. Præterea in Sardinia feliciter à T. Manlio prætorē aduersus Pœnos Sardosq; res gestas continet, à quo Asdrubal dux & Mago & Hanno capti. Claudius Marcellus Pr. Annibalis exercitum ad Nolam prælio fudit & uicit: primusq; omnium tot claudibus fessis Romanis meliorem spem belli dedit.

LIBRI IIII

Heronymus Syracusanorū rex, cuius auus Hiero amicus populo Romano fuerat, ad Carthaginenses defecit: & propter crudelitatem superbiamq; à suis interfectus est. T. Sempronius Gracchus procōs. prospere aduersus Pœnos & Hannonem ducem ad Beneuentum pugnavit, seruatorum maxime opera, quos liberos esse iussit. Claudius Marcellus cōs. in Sicilia quæ propè tota ad Pœnos defecerat, Syracusas obsedit. Philippo Macedonum regi bellum indictum est. qui ad Apolloniam nocturno prælio oppressus fugatusq; in Macedonia cum propè inermi exercitu profugit. ad id bellū gerendū Valerius Pr. missus est. Res præterea in Hispania à P. & Cn. Scipionibus aduersus Carthaginenses gestas continet. Syphax rex Numidarū in amicitiam ascitus cōtra Masanissam regem Masæfulorū pro Carthaginensibus pugnans, uictus, in Hispaniā ad Scipionē cum maxima manu trāsit cōtra Gades: ubi angusto freto Africa & Hispania dirimunt. Celtiberi quoq; in amicitiam recepti sunt, quorum auxilijs accitis, tunc primum mercenariū militem Romana castra habuerunt.

LIBRI V

P Cornelius Scipiō, postea Africanus, ante legitimos annos edilis factus est. Annibal ut urbem Tarentum præter arcem per Tarentinos iuuenes, qui se noctu uenatū ire simulauerant, cepit. Ludi Apollinares ex marcijs carminibus, quibus cannensis clades prædicta fuerat, instituti sunt. A Q. Fuluiō & Ap. Claudio cōs s. aduersus Hānonem Pœnorum ducem prospere pugnatum est. T. Sempronius Gracchus procōs. ab hospite suo Lucano in insidias ductus, à Magone interemptus est. Centenius Penula qui cēturio militauerat, cum petisset à senatu, ut sibi exercitus daret: pollicitusq; esset, si hoc impetrasset, de Annibale uictoriam: octo millibus acceptis militū dux factus cōfluxit acie cū Annibale, qui cum exercitu eum cecidit. Cn. Fuluius pr. male aduersus Annibalē pugnavit: in quo prælio hominū sexdecim millia ceciderunt: ipse cum equitibus ducentis effugit. Capua obsessa est à Q. Fuluiō & ab Ap. Claudio cōs s. Claudius Marcellus Syracusas expugnauit anno tertio, & ingentem se uirum gessit. in eo tumultu urbis captæ Archimedes intentus formis quas in puluere descripserat, interfectus est. P. & Cn. Scipiones in Hispania tot tantarūq; rerū feliciter gestarum tristem exitū tulerunt, propè cum totis exercitibus cēsi anno octauo, quàm in Hispaniā iuerāt. amissaq; eius prouinciæ possessio foret, nisi L. Marcij equitis Romani uirtute & industria contractis exercitū reliquijs, eiusdem hortatu bina castra hostium expugnata essent. ad triginta septem millia cæsa, mille octingenti, & præda ingens capta. dux Martius appellatus est.

LIBRI VI

Annibal ad tertium ab urbe Roma lapidem super Anienem castra posuit. ipse uero cum duobus millibus equitū usq; ad portam Capenam, ut urbis situm exploraret, obequitauit. & cum per triduū in aciem utrinq; exercitus omnis descendisset, certamen tempestas diremit. nam cum in castra redissent, statim serenitas erat. Capua capta est à Q. Fuluiō & Ap. Claudio cōs s. Principes Campani ueneno sibi consciuerunt mortem. Cum senatus Campanorum deligatus esset ad palos, ut securi feriretur: literas à senatu missas Q. Fuluius cōs s. quibus

quibus iubebatur parcere, antequam legeret, in sinu posuit, & lege agi iussit, & supplicium peregit. Cum in comitijs apud populum quaereretur, cui mandaretur Hispaniarum imperium, nullo id uolente suscipere, P. Scipio P. filius qui in Hispania ceciderat, professus est se iturum, & suffragio populi consensuque omnium missus, Nouam Carthaginem uno die expugnauit: cum ageret uigesimumquartum annum, uidereturque diuina stirpe creatus: quoniam & ipse posteaquam togam acceperat, quotidie in Capitolio erat: & in cubiculo matris eius anguis supra numero uisus est. Res praeterea in Sicilia gestas continet: & amicitiam cum Aetolis iunctam, bellumque gestum aduersum Acarnanes & Philippum Macedonum regem.

LIBRI VII

CN. Fuluius Procons. cum exercitu ab Annibale caesus est. Meliore euentu a Claudio Marcello *cos.* aduersus eundem ad Numistronem pugnatum est. inde Annibal noctu recessit. Marcellus insecutus est, & subinde cedentem pressit, donec effugeret. priore pugna Annibal superior fuit, Marcellus insequenti. Fabius Maximus pater *cos.* Tarentinos per deditorem accepit. In Hispania ad Betulam Scipio cum Asdrubale Amilcaris conflixit & uicit. inter alia captum puerum regalem eximia formae ad auunculum Masanissam cum donis misit. Claudius Marcellus T. Quintius Crispinus *cos.* speculandi causa egressi a castris insidijs ab Annibale circumuenti sunt. Marcellus occisus fuit, Crispinus fugit. Res praeterea a P. Sulpicio Pr. aduersus Philippum & Achaeos gestas continet. Lustrum a censoribus conditum est: censa sunt ciuium capita centum triginta septem millia, centum & octo. ex quo numero apparuit quantum hominum tot praetiorum aduersa fortuna populo Romano abstulisset. Asdrubal qui cum exercitu nouo transenderat Alpes, ut se Annibali coniungeret, cum millibus hominum *LVI* caesus est M. Liuij consulis ductu, non minore opera Claudij Neronis consulis, qui cum Annibali oppositus esset, relictis castris, ita ut inimicum falleret, electa manu profectus Asdrubalem circumuenit.

LIBRI VIII

Res in Hispania prospere gestae a Syllano Scipionis legato & a L. Scipione fratre aduersus Paeonos, a Sulpicio Procons. & ab Attalo rege Asiae aduersus Philippum regem Macedonum pro Aetolis referuntur. Cum M. Liuius & Claudio Neroni *cos.* triumphus decretus esset: Liuius qui in prouincia sua rem gesserat, quadrigis inuectus est: Nero, qui in collegae prouinciam, & ut uictoriam eius adiuuaret, uenerat: equo est secutus, & in hoc habitu plus gloriae reuerentiaeque habuit, quam & plus in bello quam collega fecerat. Ignis in eade ueste negligentia uirginis quae non custodierat, extinctus est. uirgo caesa est flagro. P. Scipio in Hispania cum Paeonis debellauit *XIII* anno eius belli, anno quinto posteaquam ierat: exclusisque in totum possessione eius hostibus, Hispaniam recepit: & a Tarracone in Africam ad Syphacem regem Numidarum duobus nauigijs transuectus, foedus iunxit. Asdrubal Gisgonis ibi cum eo in eodem lecto accubauit. munus gladiatorium in honorem patris, patriusque Carthagini Nouae dedit, non ex gladiatoribus, sed ex his qui aut in honorem ducis, aut ex prouocatione in certamen descendebant, in quo reguli fratres de regno ferro contenderunt. Cum Astapa urbs ab Romanis oppugnaretur, oppidani liberos & coniuges rogo extructo occiderunt, se insuper praecipitauerunt. Ipse Scipio dum graui morbo implicitus esset, seditionem in parte exercitus motam confirmatus discussit: rebellantesque Hispaniae populos coegit in deditorem uenire. Et amicitia facta est cum Masanissa rege Numidarum, qui illi quidem auxilium, si in Africam traiecisset, pollicebatur. Cum Gaditanis quoque post discessum inde Magonis, cui ex Carthagine scriptum erat, ut in Italiam traiceret. Romam reuersus, consulque creatus. Africam prouinciam petenti, contradicente Q. Fabio Maximo, Sicilia data est: permissumque ut in Africam traiceret, si ex re publica esse censeret. Mago Amilcaris filius a minore Balcarum insula ubi hyemarat, in Italiam traiecit.

LIBRI IX

EX Sicilia C. Laelius in Africam a Scipione missus ingentem praedam reportauit, & mandata Masanissae Scipioni exposuit, conquerentis, quod non exercitum in Africam traie-

aa ; cisset

cisset. Bellum in Hispania finitum, uictore Romano, quod Indibilis excitauerat. ipse in acie occisus Mandonius exposcentibus Romanis à suis deditus est. Magoni, qui in Galliam & Liguriam ierat: ex Africa & militum ampla manus missa, & pecuniæ quibus auxilia conduceret, præceptumque ut se Annibali iungeret. Scipio à Syraculis in Brutios traiecit, & Locros pulso punico præsidio, fugatoque Annibale, recepit. Pax cum Philippo facta est. Idæa mater deportata est Romã à Pefinunte oppido Phrygiæ, carmine in libris sibyllinis inuento: pelli Italia alienigenã hostem posse, si mater Idæa deportata Romam esset. tradita autem est Romanis per Attalum regẽ Asię. Lapis erat, quem matrem deũ incolæ dicebant. excepit P. Scipio Nasica, Cn. filius eius qui in Hispania perierat, uir optimus à senatu iudicatus, adolescens nondum quæstorius: quoniam ita responsum habebatur, ut numen id ab optimo uiro reciperetur consecrareturque. Locrenses legatos Romam miserunt, qui de impotentia Q. Pleminii legati quererentur: quod pecuniam Proserpinæ abstulerat, & liberos eorum & cõiuges stuprauerat. Pleminius in catenis Romã perductus in carcere mortuus est. Cum falsus rumor de P. Scipione Procons. qui in Sicilia erat, in urbem perlatus esset, tanquã luxuriaretur: missis ob hoc legatis à senatu, qui exploraret an ea uera essent: purgatus infamia Scipio in Africam traiecit senatus permisso. Syphax accepta filia in matrimonium Asdrubalis Gisgonis, amicitia quam cum Scipione ipse iunxerat, renuntiauit. Masanissa rex Masæfulorũ, dum pro Carthagine in Hispania militat: amisso patre Gala, de regno exciderat. quo per bellum sæpe repetito, aliquot prælijs à Syphace rege Numidarum uictus, in totum priuatus est: & cum ducentis equitibus exul Scipioni se iunxit, & cum eo primo statim bello Hannonem Amilcaris filium cum ampla manu interemit. Scipio aduentu Asdrubalis & Syphacis, qui propè cum centum millibus armatorum uenerant, ab obsidione Vticæ depulsus hyberna communiuit.

Sempronius c o s. in agro crotoniensi prospere aduersus Annibalem pugnavit. Lustrum à censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita c c x v millia. Inter censores M. Liuium & Claudium Neronem notabilis discordia fuit. nam & Claudius Liuius collegæ equum ademit, quod à populo Ro. damnatus, actusque in exilium fuerat: & Liuius Claudio quod falsum in se testimonium dixisset, & quod minime bona fide secum in gratiam redisset. idem omnes tribus extra unam, ærarias reliquit, quod & innocentem se damnassent, & postea consulem censoremque fecissent.

LIBRI X

IN Africa Scipio Carthaginieses & eundem Syphacem Numidarũ regem, Asdrubalemque pluribus prælijs uicit, adiuuante Masanissa, binaque hostium castra expugnauit, in quibus x l millia hominum ferro ignique consumpta sunt, Syphacem per C. Lælium cepit. Masanissa Sophonisbam uxorem Syphacis, filiam Asdrubalis captam statim adamauit: & nuptijs factis uxorem habuit: castigatusque à Scipione uenenum ei transmisit: quo quidem hausto illa decessit. Effectumque est multis Scipionis uictorijs, ut Carthaginieses in desperationem acti in auxilium publicæ salutis Annibalem ex Italia reuocarent. Isque anno decimo sexto Italia discedens in Africam traiecit, tetauitque per colloquium pacem cum Scipione componere: & cum de conditionibus pacis non conuenisset, acie uictus est. Pax Carthaginensibus data est petentibus. Annibal Gisgonem pacem dissuadentem manu sua detraxit: excusata deinde temeritate facti, ipse pacem tuasit. Mago bello, quo in agro Insubrium cum Romanis conflixerat uulneratus dum in Africam per legatos reuocatus reuerteretur, ex uulnere mortuus est.

Reuersus in urbem Scipio amplissimum nobilissimumque egit triumphum, quẽ T. Terentius Culleo senator pileatus secutus est. Scipio

Africanus, incertũ militari prius fauore, an populari aura ita cognominatus sit. primus certe hic imperator uictus à se nomine gentis nobilitatus est.

T. Liuij



IN PARTE operis mei licet mihi præfari, quod in principio sum
mæ totius professi pleriq; sunt rerum scriptores: bellū maxime me
morabile omnium quæ unquam gesta sint, me scripturū: quod Anni
bale duce Carthaginieses cum populo Romano gessere. nam neq;
validiores opibus ullæ inter se ciuitates gentesq; cōtulerunt arma:
neq; his ipsis tantum unquā uirium, aut roboris fuit: & haud igno
tas belli artes inter se, sed expertas primo punico conferebant bel
lo. & adeo uaria belli fortuna, ancepsq; mars fuit, ut propius peri
culo fuerint, qui uicere. odijs etiā propè maioribus certarunt quàm
uiribus: Romanis indignantibus quod uictoribus uicti ultro inferrent arma: Pœnis, quod su
perbe auareq; crederent imperitatū uictis esse. Fama etiam est, Annibalem annorū fermè no
uem pueriliter blandientem patri Amilcari, ut duceretur in Hispaniam, cum perfecto Africo
bello exercitum eò traiekturus sacrificaret: altaribus admotum, tactis sacris iureiurando ada
ctum, se cum primū posset, hostem fore populo Romano. Angebant ingentis spiritus uirum
Sicilia Sardiniaq; amissæ. nam & Siciliam nimis celeri desperatione rerum cōcessam, & Sardi
niam inter motum Africæ fraude Romanorum, stipendio etiam superimposito, interceptam.
His anxius curis ita se Africo bello, quod fuit sub recentem Romanam pacem, per quinque an
nos: ita deinde nouem annis in Hispania augendo punico imperio gessit, ut appareret maius
eum quàm quod gereret, agitare in animo bellum: & si diutius uixisset, Amilcare duce Pœnos
arma Italiæ illaturos fuisse, quæ Annibalis ductu intulerunt. Mors Amilcaris per opportu
na & pueritia Annibalis, distulerūt bellum. Medius Asdrubal inter patrem & filium octo fer
mè annos imperium obtinuit, flore ætatis (uti ferunt) primo Amilcari conciliatus: gener inde
ob altam indolem profectus animi ascitus: & quia gener erat, factionis barchinæ opibus, quæ
apud milites plebemq; plus quàm modicæ erant, haud sanè uoluntate principum in imperio
positus. Is plura consilio quàm ui gerens, auspicijs regulorum magis, conciliandisq; per amici
tiam principum nouis gentibus, quàm bello aut armis, rem Carthaginensem auxit. Cæte
rum nihilo ei pax tutior fuit. barbarus eum quidā palàm ob iram interfecti ab eo domini ob
truncauit. comprehensusq; à circumstantibus haud alio quàm si euassisset uultu, tormētis quo
que cum laceraret, eo fuit habitu oris, ut superante lætitia dolores, ridentis etiam speciem præ
bucrit. Cum hoc Asdrubale, quia miræ artis in sollicitādīs gentibus, imperioq; iungendis suo
fuerat: fœdus renouauerat populus Romanus, ut finis utriusq; imperij esset amnis Iberus. Sa
guntinisq; medijs inter imperia duorum populorum libertas seruarietur. In Asdrubalis locum
haud dubia res fuit quin prærogatiuam militarem, qua extemplo iuuenis Annibal intra præ
torium delatus, imperatorq; ingenti omnium clamore atque assensu appellatus erat, fauor e
tiam plebis sequeretur. Hunc uixdum puberem Asdrubal literis ad se accerserat: actaq; res in
senatu etiam fuerat: Barchinis nitentibus ut assuesceret militiæ Annibal, atque in paternas suc
cederet opes. Hanno alterius factionis princeps: & æquum postulare uidetur, inquit, Asdru
bal, & ego tamen non cenfeo quod petit, tribuendum. Cum admiratione tam ancipitis senten
tiæ in se omnes conuertisset: florem ætatis, inquit, Asdrubal, quem ipse patri Annibalis fruen
dum præbuit, iusto iure eum à filio repeti censet. nos tamen minime decet iuuentutem no
stram pro militari rudimento assuefacere libidini imperatorum. An hoc timemus, ne Amilca
ris filius nimis sero imperia immodica, & regni paterni speciem uideat? & cuius regis genero
hæreditarij sint relictī exercitus nostri, eius filio parum mature seruiamus? Ego istum iuue
nem domi tenendum sub legibus, sub magistratibus docendum uiuere æquo iure cum cæte
ris cenfeo, ne quādoq; paruus hic ignis incendiū ingens exsuscitet. Pauci, ac fermè optimus
aa 4 quisq;

quifq; Hannoni assentiebatur: sed (ut plerunq; fit) maior pars meliorem uicit. Missus Annibal in Hispaniam primo statim aduentu omnem exercitum in se conuertit. Amilcarem uiuentem redditum sibi ueteres milites credere, eundem uigorem in uultu, uimq; in oculis, habitum oris, lineamentaq; intueri. deinde breui effecit, ut pater in se minimū momentum ad fauorem conciliandum esset. Nunquam ingenium idem ad res diuersissimas parandū atq; imperandum, habilis fuit. itaq; haud facile discerneres, utrum imperatori an exercitui carior esset: neque Asdrubal alium quenquam præficere malle, ubi quid fortiter ac strenue agendū esset: neque milites alio duce plus cōfidere, aut audere, plurimum audaciæ ad pericula capeffenda, plurimum consilij inter ipsa pericula erat. nullo labore aut corpus fatigari, aut animus uinci poterat. caloris ac frigoris patientia par: cibi potionisq; desyderio naturali, non uoluptate modus finitus: uigiliarum somniq; nec die nec nocte discriminata tempora. id quod gerēdis rebus superesset, quieti datum. ea neque molli strato, neq; silentio accersita. multi sæpe militari sagulo opertum, humi iacentem inter custodias stationesq; militum conspexerunt. uestitus nihil inter æquales excellens, arma atq; equi cōspiciebantur. equitum peditumq; idem longe primus erat. princeps prælium inibat: ultimus conferto prælio excedebat. Has tantas uiri uirtutes ingentia uitia æquabāt: inhumana crudelitas, perfidia plus quàm punica, nihil ueri, nihil sancti, nullus deū metus, nullum iusiurandum, nulla religio. Cum hac indole uirtutum ac uitiorum triennio sub Asdrubale imperatore meruit: nulla re quæ agēda audendaq; magno futuro duci esset, prætermissa. Cæterū ex quo die dux est declaratus, uelut Italia ei prouincia decreta, bellumq; Romanum mandatū esset, nihil prolatādum ratus, ne se quoq; ut patrem Amilcarem, deinde Asdrubalem, cunctantem casus aliquis opprimeret. Saguntinis inferre bellum statuit, quibus oppugnandis haud dubie Romana arma mouebantur. in Olcadum fines prius (ultra Iberum ea gens in parte magis quàm in ditione Carthaginensium erat) induxit exercitum, ut non petisse Saguntinos, sed rerum serie, finitimis domitis gentibus, iungendoq; tractus ad id bellum uideri posset. Carteiam urbem opulentam caput gentis eius expugnat diripitq;e. quo metu percussæ minores ciuitates, stipendio imposito imperium acceperunt. uictor exercitus opulentusq; præda Carthaginem Nouam in hyberna est deductus. Ibi large partiendo prædam, stipendia præterita cum fide exoluendo, cunctis ciuium suorum sociorumq; animis in se firmatis, uere primo in Vaccos promotum bellum. Hermandica & Arbacala Carteiorū urbes uicaptæ. Arbacala & uirtute & multitudine oppidanorum diu defensa. Ab Hermandica profugi exulibus Olcadum, priore æstate domitæ gentis, cum se iunxissent, concitant Carpetanos: adorti que Annibalem regressum ex Vacceis, haud procul Tago flumine agmen graue præda turbauere. Annibal prælio abstinuit, castrisque super ripam positis, cum prima quies silentiumq; ab hostibus fuit, agmen uado traiecit: uallo que ita producto, ut locum ad transgrediendum hostes haberent, inuadere eos transcuntes statuit. equitibus præcepit, ut cum ingressos aquam uiderent, adorirentur peditum agmen. in ripa elephantos ante quadraginta disposuit. Carpetanorum cum appendicibus Olcadum Vacceorum que centum millia fuere, inuicta acies, si æquo dimicaretur campo. Itaque & ingenio feroces & multitudine freti, & quod metu cessisse credebant hostem: id morari uictoriam rati, quod interesset amnis: clamore sublato, passim sine ullius imperio quæ cuiq; proximum est, in amnem ruunt. Et ex parte altera ripæ uis ingens equitum in flumen immissa, medioq; aluco haudquaquam pari certamine concursum: quippe ubi pedes instabilis, ac uix uado fidens uel inermi equite equo temere acto peruerti posset: eques corpore armisque liber, equo uel per medios gurgites stabili, cōminus eminusq; rem gereret. Pars magna flumine absumpta. quidam uorticoso amni delati in hostes, ab elephantis obruti sunt. postremi, quibus ingressus in suam ripam tutior fuit, ex uaria trepidatione cum in unum colligerentur: prius quàm tanto ex pauore reciperent animos: Annibal agmine quadrato amnem ingressus, fugam ex ripa fecit: uastatis que agris intra paucos dies Carpetanos quoq; in deditionem accepit. Et iam omnia trans Iberum præter Saguntinos, Carthaginensium erant. cum Saguntinis bellum nondum erat. ceterum iam belli causa certamina cum finitimis serebantur, maxime Turdetanis. quos cum adisset idem,

qui

qui litis erat fator: nec certamen iuris, sed uim quæri appareret: legati à Saguntinis Romam missi, auxiliū ad bellū iam haud dubie imminēs orātes. Consules tunc Romæ erant, P. Cornelius Scipio & T. Sempronius Longus. qui cū legatis in senatū introductis de rep. retulissent: placuissetq; mitti legatos in Hispaniā ad res sociorū inspiciendas, quibus si uideret digna causa, & Annibali denuntiaret, ut ab Saguntinis socijs populi Ro. abstineret, & Carthaginem in Africam trañcerent, ac sociorum populi Ro. querimonias deferrent: hac legatione decreta, nec dum missa, omniū spe celerius Saguntū oppugnari allatū est. tunc delata ex integro res ad senatum. Alij prouincias cōsulibus Hispaniā atq; Africam decernentes, terra maricq; rem gerendam censebāt. alij totum in Hispaniā Annibalemq; intendebāt bellū. erant qui nō temere mouendam rem tantā, expectandosq; ex Hispania legatos censerent. Hæc sententia, quæ tutissima uidebat, uicit. legaticq; eo maturius missi P. Valerius Flaccus & Q. Bebius Pamphilus Saguntum ad Annibalē: atq; inde Carthaginem si nō absteretur bello, ad ducem ipsum in pœnam fœderis rupti deposcendū. Dum ea Romauī parant consultantq;, iam Saguntū summa ui oppugnabat. Ciuitas ea longe opulentissima ultra Iberū fuit, sita passus mille ferme à mari. oriundi à Zacyntho insula dicūt: misticq; etiam ab Ardea Rutulorū quidam generis. cæterum in tantas breui creuerāt opes, seu maritimis, seu terrestribus fructibus, seu multitudinis incremento, seu sanctitate disciplinæ, qua fidem socialem usq; ad ad perniciē suam coluerūt. Annibal infesto exercitu ingressus fines, peruastatis passim agris, urbem tripartito aggredit. Angulus muri erat in planiorem patentiorēq; quàm cætera circā, uallem uergēs: aduersus eum uineas agere instituit, per quas aries mœnibus admoueri posset. Sed ut locus procul muro satis æquus agendis uineis fuit: ita haudquaq; prospere, postquā ad effectum operis uentū est, coeptis succedebat. & turris ingēs imminebat: & murus, ut in suspecto loco, supra cæterę modum altitudinis emunitus erat: & iuuentus delecta ubi plurimū periculi ac laboris ostendebat, ibi ui maiore obsistebant. ac primo missilibus summouere hostem: nec quicquā satis tutum munientibus pati. deinde iam nō pro mœnibus modo atq; turri tela micare: sed ad erumpendū etiam in stationes operacq; hostium animus erat. quibus tumultuarijs certaminibus haud fermē plures Saguntini cadebāt quàm Pœni. Ut uero Annibal ipse, dum murum incautius subit, aduersum femur tragula grauiter ictus cecidit: tanta circā fuga atq; trepidatio fuit, ut non multum abesset, quin opera ac uineę desererētur. Obsidio deinde per paucos dies magis quàm oppugnatio fuit, dum uulnus ducis curaretur. per quod tempus ut quies certaminū erat: ita ab apparatu operum ac munitionum nihil cessatum. itaq; acrius de integro obortum est bellum, pluribusq; partibus uix accipientibus quibusdam opera locis, uineę coeptæ agi, admoueriq; aries. Abundabat multitudine hominū Pœnus. ad cētum enim quinquaginta millia habuisse in armis creditur. Oppidani ad omnia tuenda atq; obeunda multimoda arte distineri coepti sunt: & non sufficiebant. iam enim feriebantur arctibus muri: quassatæ quoq; multæ partes erant. una continentibus ruinis nudauerat urbem. tres deinceps turres, quantūq; inter eas muri erat, cum fragore ingenti prociderant: captumq; oppidum ea ruina crediderant Pœni, qua uelut si pariter utrosq; murus texisset, ita utrinq; in pugnam procursum est. Nihil tumultuarię pugnæ simile erat, quales in oppugnationibus urbium per occasionem partis alterius conseri solent: sed iustæ acies, uelut patenti campo, inter ruinas muri tectaque urbis modico distantia intervallo constiterant. Hinc spes, hinc desperatio animos irritat: Pœno cepisse iam se urbem, si paululum adnitatur, credente: Saguntinis pro nudata mœnibus patria corpora opponentibus: nec ullo pedem referente, ne relicto à se loco hostem immitteret. Itaque quo acrius & confertim magis utrinque pugnabatur: eo plures uulnerabantur: nullo inter arma corporaque uano intercidente telo. Falarica erat Saguntinis, missile telum hastili oblongo & cætera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum extabat. id, sicut in pilo, quadratum stappa circumligabant, linebantque pice. ferrum autem tres in longum habebat pedes: ut cum armis trāsfigere corpus posset. sed id maxime, etiam si hæssisset in scuto, nec penetrasset in corpus, pauorem faciebat: quod cum medium accensum mitteretur, conceptumq; ipso motu multo maiorem ignem ferret, arma omitti cogebat: nudumq; militem ad insequentes ictus præbebat.

Cum

Cum ergo diu anceps fuisset certamen, & Saguntinis, quia præter spem resisterent, creuissent animi: Pœnus, quia nõ uicisset, pro uicto esset: clamorẽ repente oppidani tollunt, hostemq; in ruinas muri expellunt, inde impeditũ trepidantẽq; exturbant: postremo fufum fugatũq; in castra redigũt. Interim ab Roma legatos uenisse nuntiatũ est. quibus obuiam ad mare missi ab Annibale qui dicerent: nec tuto eos adituros inter tot tam effrenatarũ gentiũ arma: nec Annibali in tãto discrimine rerũ operẽ esse legationes audire. Apparebat nõ admissos protinus Carthaginẽ ituros. literas igitur nuntiosq; ad principes factionis barchinæ præmittit, ut præpararent suorũ animos, nequid pars altera gratificari pro Romanis posset. Itaq; præterq; quod admissi auditiq; nõ sunt, ea quoq; uana atq; irrita legatio fuit. Hanno unus aduerso senatu causam foederis rupti magno silentio propter autoritatẽ suã cum assensu audientiũ egit. Per deos foederũ arbitros ac testes monuisse, prædixisse se, ne Amilcaris progeniẽ ad exercitũ mitteret. nõ manes, non stirpem eius conquiescere uiri: nec unquã, donec sanguinis nominisq; barchinĩ quisquã supersit, quietura Romana foedera. Iuuenẽ flagrantẽ cupidine regni, uiamq; unã ad id cernentẽ, si ex bellis bella ferendo succinctus armis legionibusq; uiuat, uelut materiã igni præbentes, ad exercitus misistis. aluistis ergo hoc incendiũ, quo nunc ardetis. Saguntũ uestri circũsedent exercitus, unde arcẽt foedere: mox Carthaginẽ circũsedebunt Romanæ legiones ducibus hĩdem dijs, per quos priore bello rupta foedera sunt ulti. Vtrum hostem, an uos, an fortunã utriusq; populi ignoratis? Legatos ab socijs, & pro socijs uenientes bonus imperator uester in castra nõ admisit, ius gentium sustulit. hi tamen, unde ne hostiũ quidem legati arcẽtur, pulsĩ ad uos ueniũt, res ex foedere repetunt: publica fraus absit: autorẽ culpę, & reum criminis deposcunt. quo lenius agunt, segnius incipiunt: eo cum ceperint, uereor ne perseuerãtius sæuiant. Aegates insulas Erycemq; ante oculos proponite: quæ terra mariq; per quatuor & uiginti annos passĩ sitis. Nec puer hic dux erat, sed pater ipse Amilcar, Mars alter, ut isti uolunt. sed Tarento tum in Italia non abstineramus ex foedere: sicut nunc Sagunto nõ abstinemus. uicerũt ergo dij hominesq;: & id de quo uerbis ambigebat, uter populus foedus rupisset: euentus belli, uelut æquus iudex, unde ius stabat, ei uictoriam dedit. Carthaginĩ nunc Annibal uineas turesq; admouit: Carthaginis mœnia quatit ariete. Saguntĩ ruinæ (falsus utinam uates sim) nostris capitibus incident: susceptũq; cum Saguntinis bellũ, habendũ cum Romanis est.

Dedemus ergo Annibalem? dicet aliquis. Scio meam leuem esse in eo autoritatẽ, propter paternas inimicitias. sed & Amilcarem eo perĩsse læratus sum: quod si ille uiueret, bellum iam cum Romanis haberemus: & hunc iuuenem tanquam furiam facemq; huius belli odi ac detestor. nec dedendum solum ad piaculũ rupti foederis: sed si nemo deposcat, deuehendũ in ultimas maris terrarumq; oras: ablegãdumq; eò, unde nec ad nos nomen fama q; eius accedere, nec sollicitate quietẽ ciuitatis statum possit. Ego autem ita cenfeo: legatos extemplo Romam mittendos, qui senatui satisfaciant: alios qui Annibali nuntient, ut exercitũ ab Sagunto abducat: ipsumq; Annibalem ex foedere Romanis dedant. tertiam legationẽ ad res Saguntinis reddendas decerno. Cum Hanno perorasset, nemini omniũ certare oratione cum eo necesse fuit. adeo propè omnis senatus Annibalis erat, infestiusq; locutum arguebant Hannonem, quàm Flaccum Valeriũ legatum Romanũ. Responsum inde legatis Romanis est: bellum ortũ ab Saguntinis, non ab Annibale esse. populũ Ro. iniuste facere, si Saguntinos uetustissimæ Carthaginensium societati præponat. Dum Romani tempus terunt legationibus mittendis: Annibal quia fessum militem prælijs operibusq; habebat, paucorum hĩs dierum quietem dedit, stationibus ad custodiam uinearũ aliorumq; operum dispositis. interim animos eorum nunc ira in hostes stimulando, nunc spe præmiorum accendit. ut uero pro contione prædam captæ urbis edixit militum fore, adeo accensi omnes sunt, ut si extemplo signum datum esset, nulla ui resisti uideretur posse. Saguntini ut à prælijs quietem habuerant, nec lacessentes, nec lacessiti per aliquot dies: ita non nocte, non die unquã cessauerant ab opere, ut nouum murum ab ea parte qua patefactum oppidum ruinis erat, reficerent. Inde oppugnatio eos aliquanto atrocior, quàm ante adorta est: nec qua primum, aut potissimũ parte ferrent opem, cum omnia uarijs clamoribus streperent, satis scire poterant. Ipse Annibal, quã turris mobilis omnia munimẽta
urbis

urbis superans altitudine agebat: hortator aderat. quæ cum admota catapultis balistisque per omnia tabulata dispositis, muros defensoribus nudasset: tum Annibal occasionem ratus, quingentos ferme Afros cum dolabris ad subruendum ab imo murum mittit. Nec erat difficile opus, quod cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere. itaque antequam cederetur, ruebat: perque patentia ruina agmina armatorum in urbem uadebant. locum quoque editum capiunt: collatisque eò catapultis balistisque, ut castellum in ipsa urbe uelut arcem imminuentem haberent, muro circumdant. & Saguntini murum interiore ab nondum capta urbis parte ducunt. Vtrinque summa ui & muniunt & pugnant. sed interiora tuendo, minorem in dies urbem Saguntini faciunt. simul crescit inopia omnium longa obsidione, & minuitur expectatio externæ opis, cum tam procul Romani, unica spes, circa omnia hostium essent. paulisper tamē affectos animos recreauit repentina profectio Annibalis in Oretanos Carpetanosque. qui duo populi delectus acerbitate costernati, retentis conquisitoribus metu defectionis cum præbuisent, oppressi celeritate Annibalis omiserunt mota arma. Nec Saguntini oppugnatio segnior erat, Maharbale Himilconis filio, quem præfecerat Annibal, ita impigre rem agente, ut ducem abesse nec ciues nec hostes sentirent. Is & prælia aliquot secunda fecit, & tribus arietibus aliquantum muri discussit: strataque omnia recentibus ruinis aduenienti Annibali ostendit. itaque ad ipsam arcem exemplo ductus exercitus, atrocisque prælium cum multorum utrinque cæde initum, & pars arcis capta est. Tentata deinde per duos exigua pacis spes, Alconem Saguntinum & Alorcum Hispanum. Alcon inconscijs Saguntinis, precibus aliquid motum ratus, cum ad Annibalem noctu transisset, postquam nihil lachrymæ mouebant, conditionesque tristes, ut ab irato uictore ferebantur, transfuga ex oratore factus, apud hostem mansit: moriturum affirmans, qui sub conditionibus his de pace ageret. Postulabat autem, redderet res Turdetanis: traditoque omni auro atque argento, egressi urbe cum singulis uestimentis ibi habitarent, ubi Pœnus iussisset. Has pacis leges abnuente Alcone accepturos Saguntinos, Alorcus uinci animos ubi alia uincantur affirmans, se pacis eius interpretem fore pollicetur. Erat autem tum miles Annibalis: ceterum publice Saguntinis amicus atque hospes. Tradito palam telo custodibus hostium, transgressus munimenta, ad prætorem Saguntinum (& ipse ita iubebat) est deductus. Quod cum extemplo concursus omnis generis hominum esset factus: summota cætera multitudine, senatus Alorco datus est. cuius talis oratio fuit. Si ciuis uester Alcon, sicuti ad pacem petendam ad Annibalem uenit: ita pacis condiciones ab Annibale ad uos retulisset: superuacaneum hoc mihi fuisset iter, quo nec orator Annibalis, nec transfuga ad uos uenissent. cum uero ille aut uestra, aut sua culpa manserit apud hostem: si metum simulauit, sua: uestra, si periculum est apud uos uera referentibus: ego, ne ignoretis esse aliquas & salutis & pacis uobis condiciones, pro uetusto hospitio, quod mihi uobiscum est, ad uos ueni. Vestra autem causa me, nec ullius alterius loqui, quæ loquor apud uos, uel ea fides sit: quod neque dum uestris uiribus restitistis, neque dum auxilia ab Romanis sperastis, pacis unquam apud uos mentionem feci. postquam nec ab Romanis uobis ulla spes est: nec uestra iam aut arma uos, aut mœnia satis defendunt, pacem afferero ad uos magis necessariam quam æquam. cuius ita aliqua spes est: si eam quemadmodum ut uictor fert Annibal, sic uos ut uicti audiatis: si non id quod amittitur, in damno, cum omnia uictoris sint: sed quicquid relinquitur, pro munere habituri estis. Urbem uobis quam ex magna iam parte dirutam, captam ferè totam habet, adimit: agros relinquit, locum assignaturus, in quo nouum oppidum ædificetis: aurum argentumque omne, publicum priuatumque ad se iubet deferri: coniugum uestraque corpora, ac liberorum uestrorum seruat inuiolata: si inermes cum binis uestimentis uelitis à Sagunto exire. Hæc uictor hostis imperat. hæc quanquam sint grauiataque acerba, fortuna uestra uobis suadet. Equidem haud despero, cum omnium potestas ei à uobis facta sit: aliquid ex his rebus remissurum. Sed hæc patientia censo potius quam trucidari corpora uestra, rapi trahique ante ora uestra coniuges ac liberos belli iure sinatis. Ad hæc audienda cum circumfusa paulatim multitudine permistum senatui esset populi concilium: repente primores secessione facta, priusquam responsum daretur: argentum aurumque omne ex publico priuatoque in forum collatum in ignem ad id raptim

raptim factū conſcientes, eodem pleriq; ſemetipſos præcipitauerunt. Cum ex eo pauor ac trepidatio totam urbem perualiſſet, alius inſuper tumultus ex arce auditur. Turris diu quaſſata prociderat: perç ruinam eius cohors Pœnorū impetu factō cum ſignū imperatori dediſſet, nudatam ſtationibus cuſtodijſç ſolitis hoſtium eſſe urbem: non cunctandū in tali occasione ratus Annibal, totis uiribus aggreſſus urbem momēto cepit: ſigno dato, ut omnes puberes interficerent. quod imperiū crudele, cæterū propè neceſſariū cognitū in ipſo euentu eſt. cui enim parci potuit ex ijs qui aut incluſi cum coniugibus ac liberis domos ſuper ſeipſos concremauerunt: aut armati nullum ante finem pugnæ quàm morientes fecerunt? Captum oppidum eſt cum ingenti præda. quanquā pleraq; ab dominis de induſtria corrupta erāt, & in cædibus uix ullum diſcrimen ætatis ira fecerat, & captiui militum præda fuerāt: tamen ex pretio rerum uenditarum aliquantū pecuniæ redactū eſſe cōſtat, & multam pretioſam ſupelleſtilem ueſtemç missam Carthaginem. Octauo mēſe quàm ceptū oppugnari, captum Saguntū quidam ſcripſere: inde Carthaginem Nouam in hyberna Annibalem conceſſiſſe: quinto deinde mēſe, quàm à Carthagine profectus ſit, in Italiā perueniſſe. Quæ ſi ita ſunt, fieri nō potuit, ut P. Cornelius, T. Sempronius c o s s. fuerint: ad quos & in principio oppugnationis legati Saguntini miſſi ſint: & qui in ſuo magiſtratu cum Annibale, alter ad Ticinum amnem, ambo aliquanto poſt ad Trebiam pugnauerint. aut omnia breuiora aliquanto fuerint: aut Saguntū principio anni, quo P. Cornelius T. Sempronius c o s s. fuerint: non ceptū oppugnari eſt, ſed captum. nam exceſſiſſe pugna ad Trebiam in annum Cn. Seruiliū & C. Flaminij non poteſt. quia Flaminius Arimini conſulatū inijt, creatus ab T. Sempronio cōſule: qui poſt pugnā ad Trebiam ad creandos conſules Romam cum ueniſſet, comitijs perfectis ad exercitū in hyberna redijt. Sub idem ferè tempus & legati qui redierant à Carthagine, Romam retulerunt omnia hoſtilia eſſe, & Sagunti excidium nuntiatū eſt: tantusç ſimul mœror patres miſericordiaç ſociorum peremptorū indigne, & pudor nō lati auxiliij & ira in Carthaginiēſes, metusç de ſumma rerum cepit, uelut ſi iam ad portas hoſtis eſſet: ut tot uno tempore motibus animi turbati trepidarent magis quàm conſulerent. Nam neque hoſtem acriorem bellicoſioremç ſecum congreſſum: nec rem Romanā tam deſidem unquam fuiſſe atq; imbellem. Sardos Corſosç & Hiſtros atq; Illyricos laceſſiſſe magis quàm exercuiſſe Romana arma: & cum Gallis tumultuatum magis quàm belligeratum. Pœnum hoſtem ueteranum trium & uiginti annorum militia duriffima inter Hiſpanas gentes ſemper uictorem, primum Amilcare, deinde Afrubale, nunc Annibale duce acerrimo aſſuetum, recentem ab excidio opulentiffimæ urbis Iberū tranſire: trahere ſecum tot excitos Hiſpanorū populos: concituros auidas ſemper armorum Gallicas gentes, cum orbe terrarum bellum gerendū in Italiā, ac pro mœnibus Romanis eſſe. Nominatæ iam antea cōſulibus prouinciæ erant. tum ſortiri iuſſi. Cornelio Hiſpania, Sempronio Africa cum Sicilia euenit. Sex in eum annum decretæ legiones, & ſociorum quantum ipſis uideretur, & clafſis, quanta parari poſſet. quatuor & uiginti peditum Romanorū millia ſcripta, mille & octingenti equites: ſociorū x l i i i i peditum, & i i i i equitum. naues c c x x quinqueremes, celoces uiginti deductæ. Latum inde ad populū: uellent, iuberent, populo Carthaginienſi bellum indici. cuiusç belli cauſa ſupplicatio per urbem habita: atque adorati dñj, ut bene ac feliciter eueniret, quod bellum populus Romanus iuſſiſſet. Inter conſules ita copiæ diuiſæ. Sempronio datæ legiones duæ: ea quaterna millia erant peditum, & trecenti equites: ſociorum ſexdecim millia peditum, equites mille octingenti, naues longæ c l x, celoces duodecim. Cum hiſ terreſtribus maritimisç copijs T. Sempronius miſſus in Sicilia, ita in Africam tranſmiſſurus, ſi ad arcendum Italiā Pœnum conſul alter ſatis eſſet. Cornelio minus copiarum datum, quia L. Manlius prætor & ipſe cum haud inualido præſidio in Galliam mittebatur. Nauium maxime Cornelio numerus diminutus. ſexaginta quinqueremes datæ: (neque enim mari uenturum, aut ea parte belli dimicaturum hoſtem credebant) & duæ Romanæ legiones cum ſuo iuſto equitatu, & quatuordecim millibus ſociorum peditum, equitibus mille ducentis. Duas legiones Romanas, & quatuordecim millia ſociorum peditum, mille equites ſocios, ſexcentos Romanos, Gallia prouincia eodem anno uerſa in punicum bellum habuit

habuit. His ita comparatis, ut omnia iusta ante bellum fierent, legatos maiores natu, Q. Fabium, M. Liviū, L. Amyliū, C. Liciniū, Q. Bebiū, in Africam mittunt ad percunctandos Carthaginenses: publico ne consilio Annibal Saguntum oppugnasset: & si, id quod facturi uidebantur: faterentur ac defenderent publico consilio factum, ut indicerent populo Carthaginensi bellum. Romani postquam Carthaginem uenerūt: cum senatus datus esset, & Q. Fabius nihil ultra quàm unum, quod mandatum erat: percunctatus esset: tum ex Carthaginensibus unus princeps. Vana Romani, inquit, & prior legatio fuit: cum Annibalem tanquàm suo consilio Saguntum oppugnantē deposcebatis. cæterum hæc legatio uerbis adhuc lenior est, re asperior. tunc enim Annibal & insimulabatur & deposcebatur. nunc à nobis & cōfessio culpæ exprimitur: & ut à confessis res extemplo repetuntur. Ego autem non priuato publico ne consilio Saguntum oppugnatū sit, quærendum censeo: sed utrum iure, an iniuria, nostra enim hæc questio atq; animaduersio in ciuem nostrum est: nostro, an suo fecerit arbitrio. uobiscum una disceptatio est: licuerit ne per fœdus fieri. Itaq; quoniam discerni placet: quid publico consilio, quid sua sponte imperatores faciant: nobis uobiscum fœdus est à Lucretio cos. ictum: in quo cauetur utrorunq; socijs. nihil de Saguntinis (necdum enim erant socij uestri) cautum est. At enim eo fœdere, quod cum Asdrubale ictum est, Saguntini excipiuntur. aduersus quod nihil ego dicturus sum, nisi quod à uobis didici. uos enim quod C. Lucretius cos. primo nobiscum fœdus icit: quia neq; autoritate patrum, nec populi iussu ictum erat: negastis uos eo teneri. itaq; aliud de integro fœdus publico consilio ictum est. si uos non tenent uestra fœdera, nisi ex autoritate aut iussu uestro icta: ne nos quidem Asdrubalis fœdus, quod nobis inscijs icit, obligare potuit. Proinde omittite Saguntī atq; Iberi mentionem facere: & quod diu paratur it animus uester, aliquādo pariat. Tum Romanus sinu ex toga facto, hic, inquit, uobis bellum & pacē portamus: utrum placet, sumite. Sub hęc uocē haud minus ferociter, daret utrum uellet, succlamatum est. & cum is iterum sinu effuso bellum dare dixisset, accipere se omnes responderunt: & quibus acciperēt animis, iisdem se gesturos. Hęc directā percunctatio ac denuntiatio belli magis ex dignitate per uisa est, quàm de fœderum iure uerbis disceptare, cum ante, tum maxime Sagunto excisa. nam si uerborum disceptationis res esset: quod fœdus Asdrubalis cum Lucretio priore fœdere commutatum est, comparandum non erat: cum in Lucretio fœdere differte additum esset: ita id ratum fore, si populus censuisset: in Asdrubalis fœdere, nec exceptum tale quicquam fuerit: & tot annorum silentio ita uiuo eo comprobatum sit fœdus, ut ne mortuo quidem autore quicquam mutaretur. quanquam & si priore fœdere staretur, satis cautum erat Saguntinis, socijs utrorunq; exceptis. nam neq; additū erat ijs, qui tunc essent: nec, ne qui postea assumerentur. & cum assumere nouos liceret socios: quis æquum censeret, aut ob nulla quenquam merita in amicitiam recipi: aut receptos in fidem non defendistantum, ne Carthaginensium socij, aut sollicitarentur ad defectionem, aut sua sponte desciscerentur. Legati Romani ab Carthagine, sicut his Romæ imperatum erat, in Hispaniam, ut adirent ciuitates, ut in societatem pellicerent, aut auerterent à Pœnis, traiecerunt. Ad Bargusios primum uenerūt. à quibus benigne excepti, quia tædebat imperij Punici, multos trans Iberum populos ad cupidinē nouæ fortunæ erexerunt. Ad Volcianos inde est uentum: quorum celebre per Hispaniam responsum cæteros populos à societate Romana auertit. ita enim maximus natu ex ijs in concilio respondit. Quæ uerecundia est uos Romani postulare, uti uestram Carthaginensium præponamus amicitia: cum qui id fecerunt Saguntini, crudelius, quàm Pœnus hostis perdidit, uos socij prodideritis. ibi queratis socios censeo: ubi Saguntina clades ignota est. Hispanis populis sicut lugubre, ita insigne documētum Saguntina ruina erunt: ne quis fidei Romanæ, aut societati cōfidat. Inde extemplo abire sinibus Volcianorum iussi, ab nullo deinde concilio Hispaniæ benigniora uerba tulere. itaq; ne quicquam peragrata Hispania in Galliam transeunt. In his noua terribilisq; species uisa est, quod armati (ita mos gentis erat) in concilium uenerunt. Cum uerbis extollentes uirtutem gloriamq; per R, ac magnitudinem imperij, petissent, ne Pœno bellum Italiæ inferenti per agros urbesq; suas transitum darent: tantus cum fremitu risus dicitur ortus, ut uix à magistratibus maioribusq;

b b natu

natu iuuentus sedaretur. adeo stolidi impudensq; postulatio uisa est: censere ne in Italiam transmittant Galli bellum, ipsos id auertere in se, agrosq; suos pro alienis populandos obijcere. Sedato tandem fremitu, responsum legatis est: neq; Romanorum in se meritum esse, neq; Carthaginensium iniuriam: ob quæ aut pro Romanis, aut aduersus Pœnos sumant arma. Contra ea audire sese, gentis suæ homines agris finibusq; Italiae pelli à P. R. stipediumq; pendere, & cætera indigna pati. Eadem fermè in cæteris Gallia concilijs dicta auditaq;. nec hospitale quicquam, pacatum ue satis prius auditum, quàm Massiliam uenerunt. ibi omnia ab socijs inquisita cum cura ac fide, cognita: præoccupatos iam ab Annibale Gallorū animos esse. sed ne illi quidem ipsi satis mitem gentē fore (adeo ferocia atq; indomita ingenia esse) ni subinde auro, cuius auidissima gens est, principum animi concilientur. Ita peragratis Hispania & Gallia populis, legati Romam redeunt: haud ita multo post quàm co. ss. in prouincias profecti erant. ciuitatem omnem in expectationem belli erectam inuenerunt: satis constante fama, iam Iberum Pœnos transisse. Annibal Sagunto capto Carthaginem Nouam in hyberna concesserat. ibiq; auditis, quæ Romæ, quæq; Carthagine acta decretaq; forent, seq; non ducem solum, sed etiam causam esse belli, partitis diuenditisq; reliquijs prædæ, nihil ultra differendum ratus, Hispani generis milites conuocat. Credo ego uos, inquit, socij & ipsos cernere: pacatis omnibus Hispania populis, aut finiendam uobis militiam, exercitusq; dimittendos esse, aut in alias terras transferendum bellum. ita enim hæ gentes non pacis solum, sed etiam uictoriae bonis floreant, si ex alijs gentibus prædam & gloriã quæremus. itaq; cum longinqua ab domo instet militia, incertumq; sit quādo domos uestras, & quæ cuiq; ibi cara sint, uisuri sitis: si quis uestrum suos inuisere uult, com meatum do. primo uere edico aditis: ut dijs bene iuuantibus bellum ingentis gloriae prædæq; futurum incipiamus. Omnibus ferè uisendi domos ob'ata ultro potestas grata erat, & iam desiderantibus suos, & longius in futurum prouidentibus desiderium. Per totum tempus hyemis quies inter labores aut iam exhaustos, aut mox exhauriendos, renouauit corpora animosq; ad omnia de integro patiendā. uere primo ad edictum conuenere. Annibal cum recensisset omnium auxilia gentium: Gadeis profectus Herculi uota exoluit: nouisq; se obligat uotis, si cætera prospera euenissent. Inde paruens curas simul inferendi atq; arcendi belli, ne, dum ipse terrestri per Hispaniam Galliasq; itinere Italiam peteret, nuda apertaq; Romanis Africa ab Sicilia esset, ualido præsidio eam firmare statuit. pro eo supplementum ipse ex Africa, maxime iaculatorum leuium armis petijt: ut Afri in Hispania, Hispani in Africa, melior procul ab domo futurus uterq; miles, uelut mutuis pignoribus obligati stipendia facerēt. Tredecim millia octingentos quinquaginta pedes cetratos misit in Africam, & funditores baleares octingentos septuaginta, equites mistos ex multis gentibus mille ducentos. has copias partim Carthagini præsidio esse, partim distribui per Africam iubet. simul conquisitoribus in ciuitates missis, quatuor millia conscripta delectæ iuuentutis, præsidium eosdem & obsides duci Carthaginem iubet. Neq; Hispaniam negligendam ratus, atq; ideo haud minus, quod haud ignarus erat, circuitam ab Romanis eam legatis ad sollicitandos principum animos: Asdrubali fratri uiro impigro eam prouinciam destinat: firmatq; eum Africis maxime præsidijs, peditum Afrorū undecim millibus, octingentis quinquaginta Liguribus, trecentis Balearibus. ad hæc peditum auxilia additi equites Libyphœnices, mistum Punicū Afris genus, trecenti: & Numidæ Mauricq; accolæ Oceani ad mille octingentos, & parua Ilgetum manus ex Hispania ducenti equites: & ne quod terrestris deesset auxiliij genus, elephantum quatuordecim. classis præterea data ad tuendā maritimā oram, quia qua parte belli uicerāt, ea tum quoq; rem gesturos Romanos credi poterat: quinquaginta quinqueremes, quadrimemes duæ, trimemes quinque: sed apte instructæq; remigio triginta & duæ quinqueremes erant, & trimemes quinque. Ab Gadibus Carthaginem ad hyberna exercitus redijt: atq; inde profectus præter Etouissam urbem ad Iberum maritimamq; oram ducit. Ibi fama est in quiete uisum ab eo iuuenem diuina specie: qui se ab Ioue diceret ducem in Italiam Annibali missum, proinde sequeretur, neq; usquā à se deflecteret oculos. pauidū primo nusquam circumspectum aut respicientem secutum: deinde cura humani ingenij, cum quidam

nam

nam id esset, quod respicere uetitus esset, agitare animo, temperare oculis nequiuisse. tum uidisse post se serpentem mira magnitudine cum ingenti arborum ac uirgultorum strage ferri: ac post insequi cum fragore cœli nimbum. tum quæ moles ea, quid'ue prodigiū esset, quærentem audisse. uastitatē Italiæ esse: pergeret porrò ire, nec ultra inquireret sineretq; fata in occulto esse. Hoc uisu lætus tripartito Iberum copias traiecit: præmissis, qui Gallorum animos quæ traducendus exercitus erat, donis conciliarent: Alpiūq; transitus specularentur. nonaginta millia peditum, duodecim millia equitū Iberum traduxit. Illygetes inde Bargusiosq; & Ausitanos & Aquitaniam, quæ subiecta Pyreneis montibus est, subegit: oræq; huic omni præfecit Hannonem: ut fauces, quæ Hispanias Gallijs iungunt, in potestate essent. Decem millia peditum Hannoni ad præsidium obtinendæ regionis data: & mille equites. Postquam per Pyreneum saltum traduci exercitus cœptus est: rumorq; per barbaros manauit certior de bello Romano: tria millia inde Carpetanorum peditum iter auerterunt. constabat non tam bello motos, quàm longinquitate uie, insuperabiliq; Alpiū transitu. Annibal quia reuocare aut uī retinere eos anceps erat: ne cæterorum etiam feroces animi irritarentur: supra septem millia hominum domos remisit, quos & ipse grauari militia senserat: Carpetanos quoque ab se dimissos simulans, inde ne mora atq; otium animos sollicitarent: cum reliquis copijs Pyreneum transgreditur: & ad oppidum Illiberim castra locat. Galli quanquam Italiæ bellum inferri audiebant: tamen quia uī subactos trans Pyreneum Hispanos fama erat, præsidiaq; ualida imposita: metu seruitutis ad arma consternati, Ruscinonem aliquot populi conueniunt. quod ubi Annibali nuntiatum est, moram magis quàm bellum metuens, oratores ad regulos eorū misit: colloqui semetipsum uelle cum his: & uel illi propius Illiberim accederent, uel se Ruscinonem processurum, ut ex propinquo congressus facilius esset. nam & accepturum eos in castra sua se lætum, nec cunctanter se ipsum ad eos uenturum. hospitem enim se Galliæ, non hostem aduenisse: nec stricturum ante gladium, si per Gallos liceat, quàm in Italiam uenisset. Et per nuntios quidem hæc. Ut uero reguli Gallorum castris ad Illiberim extemplo motis, haud grauate ad Pœnum uenerunt, capti donis cum bona pace exercitum per fines suos præter Ruscinonem oppidum transmiserunt. In Italiam interim nihil ultra quàm Iberum transisse Annibalem, à Massiliensium legatis Romam perlatum erat: cum perinde, ac si Alpes iam transisset, Boij sollicitatis Insubribus defecerunt: nec tam ob ueteres in P. R. iras, quàm quod nuper circa Padum Placentiam Cremonamq; colonias in agrum Gallicum deductas ægre patiebantur. Itaq; armis repente arreptis, in eum ipsum agrum impetu factò, tantum terroris ac tumultus fecerunt, ut non agrestis modo multitudo, sed ipsi triumuiui Romani, qui ad agrum uenerant assignandum: diffisi Placentiæ mœnibus, Mutinam confugerint: C. Luctatius, A. Seruilius, T. Annius. Luctatij nomen haud dubium est. pro A. Seruilio, & T. Annio, Q. Acilium, & C. Herennium habent quidam annales: alij P. Cornelium Asinam, & C. Papyrium Masonem. Id quoq; dubium est: legatis ad Boios ad exostulandum missi, uiolati sint: an in triumphos agrum metanteis impetus sit factus. Mutinæ cum obsiderentur, & gens ad oppugnantium urbium artes rudis, pigerrima eadem ad militaria opera, segnis intactis assideret muris: simulari cœptum de pace agi. euocatiq; ab Gallorum principibus legatis ad colloquium, non contra ius modo gentium, sed uiolata etiam, quæ data in id tempus erat, fide, comprehenduntur: negantibus Gallis, nisi obsides sibi redderentur, eos se dimissuros. Cum hæc de legatis nuntiata essent, & Mutina præsidiumq; in periculo esset: L. Manlius Pr. ira accensus effusum agmen ad Mutinam ducit. Syluæ tunc circa uiam erant, plerisq; incultis. ibi inexplorato profectus, in insidias præcipitatus, multaq; cum cæde suorum ægre in apertos campos emerfit. ibi castra communita: & quia Gallis ad tentanda ea defuit spes, resecti sunt militum animi, quanquam accisas res satis constabat. Iter deinde de integro cœptum. necdum per patentia loca ducebatur agmen: cum apparuit hostis. ubi rursus syluæ intratæ: tum postremos adorti cum magna trepidatione ac pauore omnium, octingentos milites occiderunt: sex signa ademere. Finis & Gallis territandi & pauendi Romanis fuit, ut ex saltu inuio atq; impedito euasere. inde apertis locis facile tutantes agmen Romani Cannerum uicum propinquum Pado conten-

dêre. ibi se munimento ad tempus, com meatibusq; fluminis, & Brixianorum Gallorum auxilio aduersus crescentem in dies multitudinem hostium tutabantur. Qui tumultus repens postquam est Româ perlatus: & Punicum insuper Gallico bello auctum patres acceperunt: C. Attilium Pr. cum una legione Romana, & quinque millibus sociorum delectu nouo à cos. conscriptis, auxilium ferre Manlio iubent. qui sine ullo certamine (abscefferant enim metu hostes) Cannetum peruenit. Et P. Cornelius in locum eius, quæ missa cum prætoris fuerat: transcripta legione noua, profectus ab urbe sexaginta longis nauibus præter oram Hetruriæ Ligurumq; , & inde Salyum, mox peruenit Massiliam: & ad proximum ostium Rhodani (pluribus enim diuisus amnis in mare decurrit) castra locat: uixdum satis credens Annibalem superasse Pyreneos montes. quem ut de Rhodani quoque transitu agitare animaduertit, incertus quonam ei loco occurreret, necdum satis relectis ab iactatione maritima militibus, trecentos interim delectos equites, ducibus Massiliensibus & auxiliariis Gallis, ad exploranda omnia, uisendosq; ex tuto hostes præmittit. Annibal cæteris metu aut pretio pacatis, iam in Volcarum peruenerat agrum, gentis ualidæ. colunt autem circa utranq; ripam Rhodani. & diffusi citeriore agro arceri Pœnum posse, ut flumen pro munimento haberent, omnibus fermè suis trans Rhodanum traiectis, ulteriorem ripam amnis obtinebant. Cæteros accolas fluminis Annibal, & eos ipsos qui ipsas sedes tenuerant: simul perlicit donis ad naues undique contrahendas fabricandasq; : simul & ipsi trañci exercitum, leuariq; quàm primum regionem suam tanta urgente hominum turba cupiebant. Itaq; ingens coacta uis nauium est, lintriumq; temere ad uicinalem usum paratarum. nouasq; alias primum Galli inchoantes cauebant ex singulis arboribus: deinde & ipsi milites, simul copia materiæ, simul facilitate operis inducti, alueos informes, nihil, dummodo innare aquæ & capere onera possent, curantes, raptim faciebant: quibus se suaq; transfueherent. Iamq; omnibus satis comparatis ad trañciendum, terrebant ex aduerso hostes omnem ripam equis uirisq; obtinentes. quos ut auerteret: Hannonem Bomilcaris filium uigilia prima noctis cum parte copiarum, maxime Hispanis, aduerso flumine ire iter unius diei iubet: & ubi primo possit, quàm occultissime traiecto amni, circumducere agmen. ut cum factio opus sit, adoriatur ab tergo hostem. ad id dati duces Galli educunt inde millia quinque & uiginti fermè supra parua insulæ circumfusum amnem, latiore ubi diuidebatur: coq; minus alto alueo transitum ostendêre. ibi raptim cæsa materia, ratesq; fabricatæ: in quibus equi uiriq; , & alia onera trañcerentur. Hispani sine ulla mole in utres uestimentis coniectis, ipsi cætris superpositis incubantes flumen transnatauere. Et alius exercitus ratibus iunctis traiectus, castris prope flumen positus, nocturno itinere atq; operis labore fessus quiete unius diei reficitur: intento duce ad consilium opportune exequendum. Postero die profecti ex loco, prodito fumo significât se transisse, & haud procul abesse. quod ubi accepit Annibal, ne tempori deesset, dat signum ad trañciendum. Iam paratas aptatasq; habebat pedes lintres. eques ferè propter equos nantes nauium agmen ad excipiendum aduersi impetum fluminis parte superiore transmittens, tranquillitatem infra trañcientibus lintribus præbebat. equorum pars magna nantes loris à puppibus trahebatur: præter eos, quos instructos frenatosq; , ut extemplo egresso in ripam equi usui essent, imposuerunt in naues. Galli occurfant in ripam cum uarijs ululatibus, cantuq; moris sui, quatientes scuta super capita, uibrantesq; dextris tela: quanquam & ex aduerso terrebat tanta uis nauium cum ingenti sono fluminis, & clamore uario nautarum & militum, qui nitebantur perrumpere impetum fluminis: & qui ex altera ripa trañcientes suos hortabatur. Iam satis pauentes aduerso tumultu terribilior ab tergo adortus clamor, castris ab Hânone captis. mox & ipse aderat, ancepsq; terror circumstabat: & è nauibus tanta uis armatorum in terram euadens, & à tergo improuisa premebat acies. Galli postquam uim facere conati, ultro pellebantur, quâ patere uisum maxime iter, perrumpunt: trepidiq; in uicos passim suos diffugiunt. Annibal cæteris copijs per otium traiectis, spernens iam Gallicos tumultus castra locat. Elephantorum trañciendorum uaria consilia fuisse credo. certe uariata memoria est actæ rei. quidam congregatis ad ripam elephantis tradunt ferocissimum ex ijs iritatum à rectore suo, cum refugientem in aquam nauerantem

tantem sequeretur, traxisse gregem, ut quencq; timentem altitudinem destituerat uadum, impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente. Cæterum magis constat ratibus traiectos. id ut tutius consilium ante rem foret: ita acta re, ad fidem pronius est. Ratem unam ducentos longam pedes, quinquaginta latam, à terra in amnem porrexerunt. quam, ne secunda aqua deseretur, pluribus retinaculis ualidis parte superiore ripæ religatam pontis in modum humo iniecta constrauerunt: ut beluæ audacter uelut per solum ingrederentur. altera ratis æque lata, longa pedes centum, ad traiciendum flumen apta, huic copulata est: & cum elephanti per stabilem ratem, tanquam uiam, prægrediētibus fœminis, acti, in minorem applicatam transgressi sunt: ea extemplo resolutis, quibus leuiter annexa erat uinculis, ab actuarijs aliquot nauibus ad alteram ripam pertrahitur. ita primis expositis, alij deinde repetiti ac traiecti sunt. nihil sanè trepidabant: donec continenti uelut ponte agerentur. primis erat pauor, cum soluta ab cæteris rate in altum raperentur. ibi urgentes inter se, cedentibus extremis ab aqua, trepidationem aliquantum edebant, donec quietem ipse timor circūspicientibus aquam fecisset. excidère etiam sæuientes quidam in flumen, sed pondere ipso stabiles, deiectis rectoribus, quærendis pedetentim uadis in terram euasere. Dum elephanti traiciuntur, interim Annibal Numidas equites quingentos ad castra Romana miserat speculatum: ubi & quantæ copiæ essent, & quid pararent. huic alæ equitum missi, ut ante dictum est, ab ostio Rhodani trecenti Romanorū equites occurrunt. prælium atrocius quàm pro numero pugnantium editur. nam præter multa uulnera, cædes etiam prope par utrinq; fuit. fugaq; & pauor Numidarum Romanis iam admodum fessis uictoriam dedit. uictores ad centum sexaginta, nec omnes Romani, sed pars Gallorum, uicti amplius ducentis ceciderunt. Hoc principium, simulq; omen belli ut summæ rerum prosperum euentum, ita haud sanè incruentam, ancipitisq; certaminis uictoriam Romanis portendit. Re ita gesta, ad utrunq; ducē sui redierunt. Nec Scipionis stare sententia poterat, nisi ut ex consilij cœptisq; hostis & ipse conatus caperet: & Annibalem incertū, utrum cœptum in Italiam intenderet iter, an cum eo, qui primus se obtulisset Romanus exercitus, manus confereret: auerterat à præsentī certamine Boiorum legatorum, reguliq; Matali aduentus: qui se duces itinerum, socios periculi fore affirmantes, integro bello, nusquam ante libatis uiribus, Italiam aggrediendam censent. Multitudo timebat quidem hostes, nondum oblitterata memoria superioris belli, sed magis iter immensum Alpesq;, rem fama utique inexperitis horrendam metuebat. Itaq; Annibal, postquam ipsi sententia stetit pergere ire, atq; Italiam petere: aduocata contione, uarie militum uersat animos, castigando adhortandoq;. Mirari se quinam pectora semper impauida repens terror inuasert. per tot annos uicenteis eos stipendia facere: neque ante Hispania excessisse, quàm omnes gentesq; & terræ eæ, quas diuersa maria amplectantur, Carthaginensium essent. indignatos deinde, quod quicunq; Saguntum obsedissent, uelut ob noxam sibi dedi postularet. **P**R: Iberum traiecisse ad delendum nomen Romanorum, liberandumq; orbem terrarum. tum nemini uisum id longum: cum ab occasu solis ad exortus intenderent iter. nunc, postquã multo maiorem partem itineris emensam cernant: Pyreneum saltum inter ferocissimas gentes superatum: Rhodanum tantum amnem, tot millibus Gallorum prohibentibus, domita etiam ipsius fluminis ui, traiectum: in conspectu Alpes habeant, quarum alterum latus Italia sit: in ipsis portis hostium fatigatos subsistere, quid aliud Alpes esse credentes, quàm montium altitudines? fingerent altiores Pyreneis iugis: nullas profecto terras cœlum contingere: nec inexuperabiles humano generi esse. Alpes quidem habitari, coli, gignere atq; alere animantes. peruias paucis esse? exercitibus inuias? eos ipsos, quos cernant, legatos non pennis sublime elatos Alpes transgressos. nec maiores quidem eorum indigenas, sed aduenas Italiæ cultores, has ipsas Alpes ingentibus sæpe agminibus cum liberis ac coniugibus migrantium modo tuto transmisisse. Militi quidem armato, nihil secum præter instrumēta belli portanti, quid inuiū aut inexuperabile esse? Saguntum ut caperetur, quid per octo menses periculi, quid laboris exhaustum esse? Romam orbis terrarum caput petentibus quicquam adeo asperum atque arduum uideri, quod inceptum moretur? cepisse quondam Gallos ea, quæ adiri posse Pœnus desperet? proinde aut cederent

bb ; animo

animo atq; uirtute genti per eos dies toties ab se uictę, aut itineris finem sperent campum interiacentem Tyberi ac mœnibus Romanis. His adhortationibus incitados corpora curare, atque ad iter se parare iubet. Postero die profectus aduersa ripa Rhodani, mediterranea Galliaę petit: non quia rectior ad Alpes uia esset, sed quantum à mari recessisset, minus obuiam fore Romanum credens: cum quo, prius quàm in Italiam uentum foret, non erat in animo manus conferere. Quartis castris ad Insulam peruenit. ibi Arar Rhodanusq; amnis diuersis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum amplexi confluunt in unum. medijs campis Insulaę nomen inditum. accolunt prope Allobroges, gens iam inde nulla Gallica gente opibus aut fama inferior: tum discors erat. regni certamine ambigebant fratres. maior, & qui prius imperitabat, Brancus nomine, minore à fratre & coetu iuniorũ, qui iure minus, ui plus poterat, pellebatur. Huius feditionis peropportuna disceptatio cum ad Annibalem reiecta esset, arbiter regni factus, quod erat senatus principumq; sententia futurum: imperium maiori restituit. ob id meritum comœatu copiaq; rerum omnium & uestimentis est adiutus: quæ infames frigoribus Alpes præparare cogebant. Sedatis certaminibus Allobrogum, cum iam Alpes peteret, non recta regione iter instituit, sed ad læuam in Tricastinos flexit: inde per extremam oram Vocontiorum agri tetendit in Tricorios: haud usquam impedita uia, prius quàm ad Druentiam flumen peruenit. Is & ipse alpinus amnis longe omnium Galliaę fluminum difficillimus transitu est. nam cum aqua uim uehat ingentem, non tamen nauium patiens est: quia nullis coëctis ripis, pluribus simul, neq; iisdem alucis fluens, noua semper uada nouosq; gurgites faciens, (& ob eadem pediti quoq; incerta uia est) ad hæc saxa glareosa uoluens, nihil stabilis, nec tuti ingredienti præbet. & tum forte imbribus auctus ingentem transgredientibus tumultum fecit, cum super cætera trepidatione ipsi sua, atq; incertis clamoribus turbaretur. P. Cornelius cōs. triduo ferè postquam Annibal ab ripa Rhodani mouit, quadrato agmine ad castra hostium uenerat, nullam dimicandi moram facturus. cæterum ubi deserta munimenta, nec facile se tantum progressos assecuturum uidet: ad mare ad naues rediit, tutius faciliusq; ita descendentem ab Alpibus Annibali occursum. ne tamen nuda auxilijs Romanis Hispania esset: quam prouinciam sortitus erat: Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarũ aduersus Asdrubalem misit: non ad tutandos tantũmodo ueteres socios, conciliandosq; nouos, sed etiam ad pellendum Hispania Asdrubalem. ipse cum admodũ exiguis copijs Genuam repetit: eo, qui circa Padum erat, exercitu Italiã defensurus. Annibal ab Druentia campestri maxime itinere cum bona pace ad Alpes incolẽtium ea loca Gallorum peruenit. Tum, quanquã fama prius, qua quidem incerta in maius uero ferri solent, percepta res erat: tamen ex propinquo uisa montium altitudo, niuesq; cœlo propè immixtæ, tecta informia imposita rupibus, pecora iumentaq; torrida frigore, homines intonsi & inculti, animalia inanimaq; omnia rigentia gelu, cætera uisu quàm dictu fœdiora, terrorẽ renouauere. Erigentibus in primos agmen cliuos apparuerunt imminentes tumulos insidentes montani. qui si ualles occultiores insedissent: coorti in pugnam repente, ingentẽ fugam stragemq; dedissent. Annibal consistere signa iubet: Gallicsq; ad uisenda loca præmissis, postquam comperit transitum eã non esse, castra inter confragosa omnia, præruptaq; quàm extentissima potest ualle locat. Tum per eosdem Gallos, haud sanè multum lingua moribusq; abhorrentes cum se immiscuissent colloquijs montanorũ, edoctus, interdium tantum obsideri saltum: nocte in sua quenq; dilabi tecta: luce prima subiit tumulos, ut ex aperto atq; interdium uiam per angustias facturus. die deinde simulando aliud quàm quod parabatur, consumpto, cum eodem, quo cõstiterat, loco castra cõmunisset: ubi primum digressos tumulis montanos, laxatasq; sensit custodias, pluribus ignibus quàm pro numero manentium in speciem factis, impedimentisq; cum equite relictis, & maxima parte peditum, ipse cum expeditis acerrimo quoq; uiro raptim angustias euadit: ijsq; ipsis tumulis, quos hostes tenuerant, cõsedit. Prima deinde luce castra mota, & agmen reliquũ incedere cœpit. Iam montani signo dato ex castellis ad stationẽ solitã conueniebant: cum repente conspiciunt alios arce occupata sua super caput imminenteis, alios uia transire hostes. utraq; simul obiecta res oculis animis immobiles parumper eos defixit. deinde ut trepidationẽ in angustijs, suosq; ipso

ipſo tumultu Annibalis miſceri agmen uidere, equis maxime cōſternatis: quicquid adieciſſent ipſi terroris, fatis ad perniciem fore rati, peruerſis rupibus iuxta inuia ac deuia aſſucti diſcurrunt. Tum uero ſimul ab hoſtibus, ſimul ab iniquitate locorum Pœni oppugnabantur; plusq; inter ipſos, ſibi cuiq; tendenti ut periculo prius euaderet, quàm cum hoſtibus certaminis erat. equi maxime infeſtū agmen faciebant. qui & clamoribus diſſonis, quos nemora etiam repercuſſaq; ualles augebant, territi trepidabant: & icti forte aut uulnerati adeo conſternati ſunt, ut ſtragem ingentem ſimul hominum ac ſarcinarū omnis generis facerent. multoſq; turba, cum præcipites diruptaq; utrinq; anguſtiæ eſſent, in immenſum altitudinis deiecit: quosdam & armatos. inde ruinae maxime modo iumenta cum oneribus deuoluebantur. Quæ quanquam foeda uiſu erant: ſtetit parumper tamen Annibal, ac ſuos continuit, ne tumultum ac trepidationem augetet. deinde, poſtquam interrumpi agmen uidit, periculumq; eſſe, ne exutū impedimentis exercitum nequicquā incolumem traduxiſſet, decurrit ex ſuperiore loco: & cum impetu ipſo fudiſſet hoſtem, ſuis tumultū auxit. ſed is tumultus momento temporis, poſtquam liberata itinera fuga montanorū erant, ſedatur: nec per otium modo, ſed propè ſilentio mox omnes traducti. caſtellū inde, quod caput eius regionis erat, uicoſq; circumiectos capit, & captiuorum pecoribus per triduum exercitum aluit. & quia nec montanis primo percuſſis, nec loco magnopere impediabantur: aliquantum eo triduo uiæ conſecit. Peruentum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populū: ibi nō bello aperto, ſed ſuis artibus, fraude, deinde inſidijs eſt propè circumuentus. Magno natu principes caſtellarū oratores ad Pœnum ueniunt: alienis malis, utili exemplo doctos, memorantes amicitia malle quàm uim experiri Pœnorum: itaq; obedienter imperata facturos. com meatū, itinerisq; duces, & ad fidem promiſſorum obſides acciperet. Annibal nec temere credendo, nec aſpernando, ne repudiati aperte hoſtes fierent, benigne cum reſpondiſſet: obſidibus, quos dabant, acceptis: & com meatu, quem in uiam ipſi detulerant, uſus: nequaquā, ut inter pacatos, incompoſito agmine duces eorum ſequitur. Primū agmen elephanti & equites erant: ipſe poſt cum robore peditum circumſpectans ſollicitus omnia, incedebat. ubi in anguſtiorē uiam ex parte altera ſubiectam iugo inſuper imminente uentum eſt, undiq; ex inſidijs barbari à fronte & à tergo coorti, comminus eminusq; petunt, ſaxa ingentia in agmen deuoluunt. maxima ab tergo uis hominum urgebat. in eos uerſa peditum acies haud dubiū fecit, quin niſi firmata extrema agmina fuiſſent, ingens in eo ſaltu accipiēda clades fuerit. Tunc quoq; ad extremū periculi, ac propè perniciem uentum eſt. nam dum cunctaretur Annibal dimittere in anguſtias agmen: quia non, ut ipſe equitibus præſidio erat, ita peditibus quicquam ab tergo auxiliij reliquerat: occuſantes per obliqua mōtani erupto medio agmine uiam inſedere. noxq; una Annibali ſine equitibus ac impedimētis acta eſt. Poſtero die iam ſegnius intercuſantibus barbaris, iunctæ copiae, ſalutisq; haud ſine clade, maiore tamen iumentorū quàm hominū pernicie ſuperatus. inde montani pauciores iam, & latrocinij magis quàm belli more concuſabant, modo in primū, modo in nouiſſimum agmen: ut cuiq; aut locus opportunitatem daret, aut progreſſi morati ue aliquam occaſionē feciſſent. Elephanti ſicut præcipites per arctas uias magna mora agebantur: ita tutum ab hoſtibus quacunq; incederent, quia inſuetis aduendi propius metus erat, agmen præbebant. Nono die in iugum Alpium peruentum eſt per inuia pleraq; & errores: quos aut ducentium fraus, aut, ubi fides ijs non eſſet, temere inuiae ualles à coniectantibus iter, faciebant. Biduum in iugis ſtatiua habita: feſſisq; labore ac pugnando quies data militibus: iumenta q; aliquot, quæ prolapſa in rupibus erant, ſequendo ueſtigia agminis, in caſtra peruenere. Feſſis tædio tot malorū niuis etiam caſus, occidente iam ſydere uergiliarum, ingentem terrorem adiecit. Per omnia niue oppleta cum ſignis prima luce motis ſegniter agmē incederet, pigritiaq; & deſperatio in omniū uultu emineret: prægreſſus ſigna Annibal in promontorio quodam, unde longe ac late proſpectus erat: cōſiſtere iuſſis militibus Italiam oſtentat, ſubiectoſq; Alpinis montibus circumpadanos campos: mœniaq; eos tum transcendere non Italiae modo, ſed etiam urbis Romæ: cætera plana, procliuiua fore: uno, aut ad ſummum altero prælio arcem & caput Italiae in manu ac poteſtate habituros. Procedere inde agmen cœpit: iam nihil ne ho-

stibus quidem, præter parua furta per occasionem, tentantibus. cæterum iter multo, quàm in ascensu fuerat, ut pleraq; Alpiũ ab Italia sicut breuiora, ita arrectiora sunt: difficilius fuit. omnis enim fermè uia præceps, angusta, lubrica erat: ut neq; sustinere se à lapsu possent: nec, si qui paululũ titubassent, hætere afflicti uestigio suo: aliq; super alios, & iumenta & homines occiderent. Ventum deinde ad multo angustiore rupem, atq; ita rectis saxis, ut ægre expeditus miles tentabundus, manibusq; retinens uirgulta ac stirpes circa eminentes, demittere sese posset. Natura locus iam ante præceps, recenti terræ lapsu in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat. Ibi cum uelut ad finem uia equites constitissent: miranti Annibali quæ res moraretur agmen, nuntiat rupem inuiam esse. digressus deinde ipse ad locum uiscendum. haud dubia res uisa, quin per inuia circa, nec trita antea quàm uis longo ambitu circũduceret agmen. Ea uero uia insuperabilis fuit. nam cum super ueterem niuem intactam noua modicæ altitudinis esset: molli, nec præaltæ niui facile pedes ingredientium insistebant. ut uero tot hominum iumentorumq; incessu dilapsa est: per nudam infra glaciem, fluentemq; labem liquecentis niuis ingrediebantur. tetra ibi luctatio erat, ut à lubrica glacie non recipiente uestigium, & in prono citius pede se fallente: & seu manibus in assurgendo, seu genu se adiuuissent, ipsis adminiculis prolapsi si iterũ corruissent, nec stirpes circa radices ue, ad quas pede aut manu quisquam eniti posset, erant. itaq; in leui tantum glacie tabidaq; niue uolutabantur iumenta: secabantur interdum, etiam tum infirmam ingredientia niuem: & prolapsa iactandis grauius in continendo unguis, penitus perfringebant: ut pleraq; uelut pedica capta hærerent indurata & alta concreta glacie. Tandem nequicquã iumentis atq; hominibus fatigatis, castra in iugo posita, egerime ad id ipsum loco purgato. tantum niuis fodiendum atq; egerendum fuit. inde ad rupem minuendam, per quam uia una esse poterat, milites ducti, cum cædendũ esset saxum: arboribus circa immanibus deiectis detruncatisq;, struem ingentem lignorum faciunt: camq;, cum & uis uenti apta faciendo igni coorta esset, succendunt, ardentiaq; saxa infuso aceto putrefaciunt. ita torridam incendio rupem ferro pandunt, molliuntq; anfractibus modicis diuos, ut non iumenta solum, sed elephantum etiam deduci possent. Quatriduum circa rupem consumptum. iumenta propè fame absumebantur. nuda enim ferè cacumina sunt: & si quid est pabuli, obruunt niues. inferiora uallis apricos quosdam colles habent, riuosq; prope syluas, etiam humano cultu digniora loca. ibi iumenta in pabulum missa, & quies muniendo fessis hominibus data triduo. inde ad planum descensum est, etiam locis mollioribus, & accolarum ingenijs. Hoc maxime modo peruentum est in Italiam quinto mense à Carthagine noua, (ut quidam autores sunt) quindicesimo die Alpibus superatis. Quantæ copię transgresso in Italiam Annibali fuerint, nequaquam inter autores constat. qui plurimum, centum millia peditum, uiginti equitum fuisse scribunt. qui minimum, uiginti millia peditum, sex equitum. L. Cincius Alimentus, qui captum se ab Annibale scribit, maxime autor moueret me: nisi confunderet numerum, Gallis Liguribusq; additis. cum his scribit octoginta millia peditum, decem equitum, adducta in Italiam: (magis affluxisse uerisimile est, & ita quidam autores sunt) ex ipso autem audisse Annibale: postquam Rhodanum transierit: triginta sex millia hominum, ingentemq; numerum equorum, & aliorum iumentorum amisisse in Taurinis: quæ Gallis proxima gens erat in Italiam digressa. Id cum inter omnes constet, eo magis miror ambigi, quanam Alpes transierit: & uulgo credere Pennino, atque inde nomen & iugo Alpium inditum, transgressum. Cœlius per Cremonis iugum dicit transisse. qui ambo saltus eum non in Taurinos, sed per saltus montanos ad Libuos Gallos deduxissent. Nec uerisimile est, ea tum ad Galliam patuisse itinera: utiq; cum quæ ad Penninum ferant, obseptas gentibus semigermanis fuissent. neq; hercule montibus his (si quem forte id mouit) ab transitu Pœnorum ullo Veragri incolæ iugi eius norunt nomen inditum: sed ab eo, quem in summo sacratum uertice Penninum montani appellant. Peropportune ad principia rerum Taurinis proximæ genti aduersus Insubres motum bellum erat. sed armare exercitum Annibal, ut parti alteri auxilio esset: in reficiendo maxime sentientem contracta ante mala, non poterat. otium etenim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuue tabe q;, squalida & propè efferata corpora uarie mouebant

uebant. Ea P. Cornelio c o s. causa fuit, cum Pisas nauibus uenisset: exercitu à Manlio Atti-
lioq; accepto tyrone, & in nouis ignominijs trepido, ad Padum festinandi: ut cum hoste non-
dum reſecto manum confereret. ſed cum Placentiam c o s. uenit: iam ex ſtatiuis mouerat An-
nibal: Taurinorumq; unam urbem caput gentis eius, quia uolens in amicitiam non ueniebat,
ui expugnarat: iunxiſſetq; ſibi non metu ſolum, ſed etiam uoluntate Gallos accolas Padi, ni
eos circunſpectantes defectionis tempus ſubito aduentus c o s. oppreſſiſſet. Et Annibal mo-
uit ex Taurinis, incertos quæ pars ſequenda eſſet, Gallos præſentem ſe ſecuturos ratus. Iam
propè in conſpectu erant exercitus, conuenerantq; duces: ſicut uterq; inter ſe nondum ſatis
noti, ita iam imbutus uterque quadam admiratione alterius. nam Annibalis & apud Roma-
nos iam ante Sagunti excidium celeberrimum nomen erat: & Scipionem Annibal eo ipſo,
quod aduerſus ſe dux potiſſimum lectus eſſet, præſtantem uirum credebat. & auxerant inter
ſe opinionem: Scipio, quod relictus in Gallia, obuius fuerat in Italiam tranſgreſſo Annibali:
Annibal conatu tam audaci tranſciendarum Alpium & effectu. Occupauit tamen Scipio Pa-
dum tranſcere: & ad Ticinum amnem motis caſtris, prius quàm educeret in aciem, adhortan-
dorum militum cauſa talem orationem exorſus eſt. Si cum exercitum milites educerem in
aciem, quæ in Gallia mecum habui: ſuperſediſſem loqui apud uos. quid enim adhortari re-
ferret: aut eos equites, qui equitatum hoſtium ad Rhodanum flumen egregie uiciſſent: aut
eas legiones, cum quibus fugientem hunc ipſum hoſtem ſecutus, conſeſſionem cedentis ac
detractantis certamen pro uictoria habui. nunc quia ille exercitus Hiſpaniæ prouinciæ ſcrip-
tus, ibi cū fratre Cn. Scipione meis auſpicijs rem gerit, ubi eum gerere ſenatus populusq; Ro-
manus uoluit: ego, ut c o s. ducem aduerſus Annibalem ac Pœnos haberetis: ipſe me huic uo-
luntario certamini obtuli. Nouo imperatori apud nouos milites pauca uerba facienda ſunt.
Ne genus belli, nèue hoſtem ignoretis: cum ijs eſt uobis milites pugnandum, quos terra ma-
riq; priore bello uiciſtis: à quibus ſtipendium per uiginti annos exegiftis: à quibus capta belli
premia, Siciliam ac Sardiniam habetis. Erit igitur in hoc certamine is uobis illiſq; animus, qui
uictoribus & uictis eſſe ſolet. Nec nunc illi, quia audent, ſed quia neceſſe eſt, pugnaturi ſunt:
niſi creditis, qui exercitu incolumi pugnam detractauere, eos duabus partibus peditum equi-
tumq; in tranſitu Alpium amiſſis, qui plures penè perierint quàm ſuperſint, plus ſpei naſtos
eſſe. At enim pauci quidem ſunt, ſed uigentes animis corporibusq;: quorum robora ac uires
uix ſuſtinere uis ulla poſſit. Effigies, imò umbræ hominum, fame, frigore, illuue, ſqualore
enecti, contuſi ac debilitati inter ſaxa rupesq;: ad hæc, peruſti artus, niue rigentes nerui, mem-
bra torrida gelu, quaſſata fractaq; arma: claudi ac debiles equi. cum hoc equite, cum hoc pe-
dite pugnaturi eſtis: reliquias extremas hoſtium, non hoſtes habebitis. Ac nihil magis ue-
reor, ne antequam uos cum hoſte pugnaueritis, Alpes uiciſſe Annibalem uideantur. Sed ita
forſitan decuit: cum fœderum ruptore duce ac populo deos ipſos ſine ulla humana ope com-
mittere ac proſtigare bellum: nos autem qui ſecundum deos uiolati ſumus, commiſſum ac
proſtigatum conficere. Non uereor ne quis me hoc ueſtri adhortandi cauſa magnifice lo-
qui exiſtimet, ipſum aliter animo affectum eſſe. Licuit in Hiſpaniam prouinciam meam ire,
quò iam proſectus eram cum exercitu meo, ubi & fratrem conſilij participem, ac periculi ſo-
cium haberem: & Afrubalem potius quàm Annibalem hoſtem, & minorem haud dubie
molem belli. tamen cum præterueherer nauibus Galliæ oram, ad famam huius hoſtis in ter-
ram egreſſus, præmiſſo equitatu, ad Rhodanum moui caſtra. equeſtri prælio, qua parte copi-
arum conferendi manum fortuna data eſt, hoſtem fudi. peditum agmen, quod in modum fu-
gientium raptim agebatur, quia aſſequi terra non poteram; neque regreſſus ad naues erat:
quanta maxime celeritate potui, tanto maris terrarumq; circuitu, in radicibus Alpium obuius
fui. Huic timendo hoſti utrum, cum declinarem certamen, improuiſus uideor incidit: an oc-
currere in ueſtigijs eius: laceſſere ac trahere ad decernendum: Experiri iuuat, utrum alios certe
repente Carthaginienſes per uiginti annos terra ediderit: an ijdem ſint, qui ad Ægates pugna
uere inſulas: & quos ab Eryce duodeuicenis denarijs æſtimatos emiſiſtis. & utrum Annibal
hic ſit æmulus itinerum Hercules, ut ipſe fert: an uectigalis ſtipendiariusq; & ſeruus populi
Romani

Romani à patre relictus. quem nisi Saguntinum scelus agitare, respiceret profecto, si non patriam uictam, domum certe, pacemq; & fœdera Amilcaris scripta manu: qui iussus à cos. nostro præsidium deduxit ab Eryce, qui graues impositas uictis Carthaginensibus leges fremens mœrensq; accepit: qui decedere Sicilia, qui stipendium populo Romano dare pactus est. Itaq; uos ego milites, non eo solum animo, quo aduersus alios hostes soletis, pugnare uelim, sed cum indignatione quadam atq; ira: uelut si seruos uideatis uestros arma repente contra uos ferentes. Licuit, si uoluissetis, ad Erycem clausos ultimo supplicio humanorum, fame interficere. licuit classem uicticem in Africam trañcere, atq; intra paucos dies sine ullo certamine Carthaginem delere. Veniam dedimus precantibus: emisimus ex obsidione: pacem cum uictis fecimus: tutelæ nostræ deinde duximus, cum Africo bello urgerentur. Pro his impertitis furiosum iuuenem sequentes oppugnatam patriam nostram ueniunt. Atque utinam pro decore nobis hoc tantum, & non pro salute esset certamen. Non de possessione Siciliae ac Sardiniae, de quibus quondam agebatur: sed pro Italia nobis est pugnandum. nec est alius ab tergo exercitus: qui, nisi nos uincimus, hosti obsistat: nec Alpes aliae sunt, quas dum superat, comparari noua possint præsidia. Hic est obstandum milites: uelut si ante Romana mœnia pugnemus. Vnusquisq; se non corpus suum, sed coniugem ac liberos paruos armis protegere putet: nec domesticas solum agitet curas: sed identidem hoc animo reputet, nostras nunc intueri manus senatum populumq; Romanum: qualis nostra uis uirtusq; fuerit, talem deinde fortunam illius urbis ac Romani imperij fore. Hæc apud Romanos cos. Annibal rebus prius quàm uerbis adhortandos milites ratus, circumdato ad spectaculum exercitu, captiuos montanos uinctos in medio constituit: armisq; Gallicis ante eorum pedes proiectis, interrogare interpretem iussit: quis, si uinculis leuaretur, armaq; & equum uictor acciperet, decertare ferro uellet? Cum ad unum omnes ferrum pugnamq; posceret: & deiecta esset in id fors: se quisq; cum optabat, quem fortuna in id certamen eligeret. Vt cuiusq; fors exciderat, alacer, inter gratulantes gaudio exultans cum sui moris tripudij arma raptim capiebat. ubi uero dimicarent: is habitus animorum non inter eiusdem modo conditionis homines erat, sed etiam inter spectantes uulgo: ut non uincientium magis quàm bene morientium fortuna laudaretur. Dum sic aliquot spectatis paribus affectos dimisisset: contione inde aduocata, ita apud eos locutus fertur. Si quem animum in alienæ sortis exemplo pauloante habuistis: eundem mox in æstimanda fortuna uestra habueritis: uicimus milites. neq; enim spectaculum modo illud, sed quædã ueluti imago uestre conditionis erat. ac nescio, an maiora uincula, maioresq; necessitates uobis quàm captiuis uestris fortuna circumdederit. dextra læuacq; duo maria claudunt, nullam ne ad effugium quidem nauem habentibus: circa Padus amnis, maior ac uiolentior Rhodano: à tergo Alpes urgent, uix integris uobis, ac uigentibus transitæ. Hic uobis uincendum aut moriendum milites est: ubi primum hosti occurristis. & eadem fortuna, quæ necessitatem pugnandi imposuit: præmia uobis ea uictoribus proponit: quibus ampliora homines ne à dijs quidem immortalibus optare solent. Si Siciliam tantum ac Sardiniam parentibus nostris ereptas nostra uirtute recuperaturi essemus: satis tamen ampla prætia essent. quicquid Romani tot triumphis partum congestumq; possident: id omne nostrum cum ipsis dominis futurum est. In hanc tam opimam mercedem agite cum dijs bene iuantibus, arma capite. Satis adhuc in uastis Lusitaniæ Celtiberiæq; montibus pecora cõsectando nullum emolumentum tot laborum periculorumq; uestrorum uidistis. tempus est iam opulenta uos ac ditia stipendia facere, & magna operæ prætia mereri, tantum itineris per tot montes fluminaq;, & tot armatas gentes emensos. Hic uobis terminum laborum fortuna dedit: hic dignam mercedem emeritis stipendijs dabit. Nec quàm magni nominis bellum est: tam difficilem existimaueritis uictoriam fore. Sæpe & cõtemptus hostis cruentum certamen edidit: & indyti populi regesq; perleui momento uicti sunt. Nam dempto hoc uno fulgore nominis Romani, quid est, quod illi uobis comparandi sint? Vt uiginti annorum militiam uestram cum illa uirtute, cum illa fortuna taceã: ab Herculis columnis, ab Oceano terminisq; ultimis terrarũ, per tot ferocissimos Hispaniæ & Galliæ populos uincentes huc peruenistis. pugnabitis cum exercitu

citu tyrone, hac ipsa ætate cæso, uicto, circumfesso à Gallis, ignoto adhuc duci suo, ignorantique ducem. An me in prætorio patris clarissimi imperatoris propè natum, certe educatum, domitorem Hispaniæ Galliæque, uictorem eundem non Alpinarum modo gentium, sed ipsarum, quod multo maius est, Alpium, cum semestri hoc conferam duce, desertore exercitus sui: cui si quis demptis signis Pœnos Romanosque hodie ostendat, ignoraturum certum habeo, utrius exercitus sit eos. Non ego illud parui æstimo milites, quod nemo uestrum est, cuius non ante oculos ipse sæpe militare aliquod ediderim facinus, cui non idem ego uirtutis spectator ac testis notata temporibus locisque referre sua possim decora. tum laudastis me milites, donastis: Alumnus prius omnium uestrum, quàm imperator procedam acie aduersus ignotos inter se, ignorantesque. Quocumque circumtuli oculos, plena omnia uideo animorum ac roboris: ueteranum peditem, generosissimarum gentium equites frenatos & infrenatos, uos socios fidelissimos fortissimosque, uos Carthaginenses tum ob patriam tum ob iram iustissimam pugnaturus. Inferimus bellum, infestisque signis descendimus in Italiam, tanto audacius fortiusque pugnaturi, quanto maior spes maiorque animus inferentis est uim quàm arcantis. Accendit præterea animos & stimulat, dolor, iniuria, indignitas. Ad supplicium depoposcere me ducem primum: de inde uos omnes, qui Saguntum oppugnassetis: deditos ultimis cruciatibus affecturi fuere. Cruelissima ac superbissima gens sua omnia sui que arbitri facit: cum quibus bellum, cum quibus pacem habeamus, se modum imponere æquum censet: circumscribit includitque nos terminis montium fluminumque, quos ne excedamus: neque eos, quos statuit, terminos obseruat. Ne transferis Iberum. ne quid rei tibi sit cum Saguntinis. ad Iberum est Saguntum. nusquam te uestigio moueris. Parum est quod ueterrimas prouincias nostras Siciliam ac Sardiniam ademit, nisi adimat etiam Hispaniam. & si inde cesserò, in Africam transcendet. Transcendet autem dico: duos eos. huius anni, unum in Africam, alterum in Hispaniam misere. nihil usquam nobis relictum est, nisi quod armis uindicauerimus. illis timidis & ignauis licet esse, qui receptum habent: quos suus ager, sua terra per tuta ac pacata itinera fugientes accipient. uobis necesse est fortibus uiris esse, & omnibus inter uictoriam mortem uel certa desperatione abruptis, aut uincere, aut si fortuna dubitabit, in prælio potius quàm in fuga mortem opperere. Si hoc bene fixum omnibus, destinatumque in animo est, iterum dicam, uicistis. nullum incitamentum ad uincendum homini à dijs immortalibus acrius datum est. His adhortationibus cum utrinque ad certamen accensi militum animi essent, Romani ponte Ticinum iungunt: tutandique pontis causa castellum superimponunt. Pœnus opere occupatis hostibus, Maharbalem cum ala Numidarum, equitibus quingentis, ad depopulandos sociorum per agros mittit: Gallis parci quàm maxime iubet, principumque animos sollicitare ad defectionem. Ponte perfecto traductus Romanus exercitus in agrum Insubrium, quinque millia passuum à uico tumultis confedit. Ibi Annibal castra habebat, reuocatoque propere Maharbale, atque equitibus, cum instare certamen cerneret: nihil unquam satis dictum præmonitumque ad cohortandos milites ratus, uocatis ad contionem certa præmia pronuntiat, in quorum spem pugnarent. agrum sese daturum esse in Italia, Africa, Hispania, ubi quisque uelit, immunem ipsi qui accepisset liberisque: qui pecuniam quàm agrum maluisset, ei se argento satisfacturum. qui sociorum ciues Carthaginenses fieri uellent, potestatem facturum: qui domos redire mallent, daturum se operam, ne cuius suorum popularium mutatam secum fortunam esse uellent. seruis quoque dominos persecutis libertatem proponit, binaque pro his mancipia dominis se redditurum. Ea que ut rata scirent fore, agnum læua manu, dextra silicem retinens, si falleret, Iouem cæterosque precatus deos, ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset, secundum precationem caput pecudis saxo elisit. Tum uero omnes uelut dijs autoribus in spem suam quisque acceptis, id moræ, quod nondum pugnaret, ad potianda sperata rati, prælium uno animo & uoce una poscunt. Apud Romanos haud quaquam tanta alacritas erat, super cætera recentibus etiam territos prodigijs. nam & lupo intrauerat castra, laniatisque obuijs, ipse intactus euaserat: & examen apum in arbore prætorio imminente confederat. Quibus procuratis, Scipio cum equitatu iaculatoribusque expeditis profectus ad castra hostium, exque propinquo copias, quantæ & cuius generis essent

essent, speculandas, obuius sit Annibali, & ipsi cum equitibus ad exploranda circa loca progresso. Neutri alteros primo cernebant. densior deinde incessu tot hominum equorumque oriens puluis signum propinquantium hostium fuit. Constitit utrunque agmen, & praelio sese expediebant. Scipio iaculatores & Gallos equites in fronte locat: Romanos sociorumque quod roboris fuit, in subsidijs. Annibal frenatos equites in medium accipit: cornua Numidis firmat. Vix dum clamore sublato, iaculatores fugere inter subsidia ad secundam aciem. inde equitum certamen erat aliquandiu anceps. deinde quia turbabant equos pedites intermissi: multis labentibus ex equis, aut desilientibus, ubi suos premi circumuentos uidissent: iam magna ex parte anceps pugna erat. donec Numidæ, qui in cornibus erant, circumuecti paululum ab tergo se ostenderc. Is pavor perculit Romanos: auxitque pauorem eos. uulnus, periculumque intercursum primum pubescentis filij propulsatum. Hic erat iuuenis, penes quem perfecti huiusce belli laus est: Africanus ob egregiam uictoriam de Annibale & de Pœnis appellatus. Fuga tamen effusa iaculatorum maxime fuit, quos primos Numidæ inuaserunt. Alius confertus equitatus eos. in medium acceptum non armis modo, sed etiam corporibus suis protegens, in castra, nusquam trepide neque effuse cedendo, reduxit. Seruati eos. decus Cœlius ad seruum natione Ligurem delegat. Malim equidem de filio uerum esse: quod & plures tradidere autores. seruum fama obtinuit. Hoc primum cum Annibale praelium fuit. quo facile apparuit, & equitatu meliorem Pœnū esse: & ob id campos patentes, quales sunt inter Padum Alpesque, bello gerendo Romanis aptos non esse. Itaque proxima nocte iussis militibus uasa silentio colligere, castra ab Ticino mota: festinatumque ad Padum est, ut ratibus, quibus iunxerat flumen, nondum resolutis, sine tumultu atque insectatione hostis, copias traiceret. Prius Placentiam peruenere, quam satis sciret Annibal ab Ticino profectos. tamen aliquot moratorum in citiore ripa segniter ratem soluentes cepit. transire non potuit pontem, ut extrema resoluta erant, tota rate in secundam aquam labente. Cœlius autor est: Magonem cum equitatu, & Hispanis peditibus flumen extemplo transnataisse: ipsum Annibalem per superiora Padi uada exercitum traduxisse, elephantis in ordinem ad sustinendum impetum fluminis oppositis. Ea periti amnis eius uix fecerint. nam neque equites armis equisque saluis tantam uim fluminis superasse, uerisimile est, ut iam Hispanos omnes inflati transuexerint utres: & multorum dierum circuitu Padi uada petenda fuerant: quæ exercitus grauis impedimentis traduci posset. Potiores apud me autores sunt, qui biduo uix locum rate iungendo flumini inuentum tradunt, eam cum Magone equites Hispanorum expeditos præmissos. Dum Annibal citra flumen legationibus Gallorum audiendis moratus traiecit grauius peditum agmen: interim Mago, equitesque ab transitu fluminis diei unius itinere Placentiam ad hostes cõtendunt. Annibal paucis post diebus sex millia à Placentia castra communiuit, & postero die in conspectu hostium acie directa, potestatem pugnae fecit. Insequenti nocte cædes in castris Romanis, tumultu tamen quam re maior, ab auxiliarijs Gallis facta est. Ad duo millia peditum, & ducenti equites, uigilibus ad portas trucidatis, ad Annibalē transfugiunt. quos Pœnus benigne allocutus, & spe ingentiū donorum accensos, in ciuitates quenque suas ad sollicitandos populariū animos dimisit. Scipio cædem eam signum defectionis omniū Gallorum esse ratus, cõtactosque eos scelerate uelut iniecta rabie ad arma ituros: quanquam grauis adhuc uulnere erat, tamen quarta uigilia noctis insequentis tacito agmine profectus ad Trebiam fluuiū in loca altiora, collesque impediores equiti castra mouet. Minus quam ad Ticinum sefellit. missisque Annibal primū Numidis, deinde omni equitatu, turbasset utique nouissimum agmen, ni auuiditate prædæ in uacua Romana castra Numidæ diuertissent. Ibi dum perscrutantes loca omnia castrorum nullo satis digno moræ pretio tempus terunt, emissus hostis de manibus est: & cum iam transgressos Trebiam Romanos, metantesque castra cõspexissent, paucos moratorum occiderunt circa flumen interceptos. Scipio nec uexationem uulneris in uia iactantis ultra patiens, & collegam (iam enim reuocatum ex Sicilia audierat) ratus expectandū, locum, qui prope flumen tutissimus statiuus est uisus, delectum cõmuniuit. Nec procul inde Annibal cum consedisset, quantum uictoria equestri clatus, tantum anxius inopia, quæ per hostium agros euntem nusquam

præpa/

præparatis cōmeatibus maior in dies excipiebat: ad Clastidium uicum, quo magnum frumentum numerū congefferant Romani, mittit. ibi cum uim pararent, spes facta proditiōis: nec sanè magno pretio, nummis aureis quadringentis datis P. Brundisino præfecto præsidij corrupto, traditur Annibali Clastidium. id horreum fuit Pœnis sedentibus ad Trebiam. In captiuos ex tradito præsidio, ut fama clementiæ in principio rerum colligeret, nihil sæuitum est. Cum ad Trebiam terrestre constitisset bellum, interim circa Siciliam insulasq; Italiæ imminentes, & à Sempronio consule, & ante aduentū eius terra maricq; res gestæ. Viginti quinqueremes cum mille armatis ad depopulandā oram Italiæ à Carthaginensibus missæ, nouem Liparas, octo insulam Vulcani tenuerunt, tres in fretum auertit æstus. Ad eas conspectas à Messana duodecim naues ab Hierone rege Syracusanorū missæ, qui tum forte Messanæ erat cōsulem Romanum opperiens, nullo repugnate captas naues Messanam in portum deduxerunt. Cognitum ex captiuis, præter uiginti naues, cuius ipsi classis essent: in Italiā missas, quinque & triginta alias quinqueremes Siciliam petere ad sollicitandos ueteres socios. Lilybæi occupandi præcipuam curam esse. credere eadem tempestate, qua ipsi disiecti forent: eam quoq; classem ad Ægateis insulam deiectam. Hæc sicut audita erant, rex Messanæ Æmylio prætori, cuius Sicilia erat pro uincia, perscribit: monetq; Lilybæum firmo teneret præsidio. Extemplo & circa prætorem ad ciuitates missi legati tribunicq;, qui suos ad curam custodiæ intenderent: ante omnia Lilybæum teneri ad apparatus belli: edicto proposito, ut socij nauales decem dierum cocta cibaria ad naues deferret: ubi signum datum esset, nequid moram cōscendēdi faceret: perq; omnem oram qui erant, ex speculis cōspicerent aduentantē hostium classem. Simul itaq;, quanquam de industria morati cursum nauium erant Carthaginienses, ut ante lucem accederent Lilybæū: præsensum tamen est, quia & luna pernox erat: & sublatis armamentis ueniebant: extemplo datum è speculis signum, & in oppido ad arma conclamatū est, & in naues cōscensum. pars militum in muris portarumq; stationibus, pars in nauibus erant. Et Carthaginenses, quia rem fore haud cum imparatis cernebant, usq; ad lucem portu se abstinerunt: demendis armamentis eo tempore, aptandaq; ad pugnam classe absumpto. Vbi illuxit, recepere classem in altum, ut spatium pugnæ esset, exitumq; liberum è portu naues hostium haberent. Nec Romani detrectauere pugnam, & memoria circa ea ipsa loca gestarum rerum freti, & militum multitudinē ac uirtute. Vbi in altum euecti sunt, Romanus conferere pugnam, & ex propinquo uires conferre uelle. contra eludere Pœnis, & arte non ui rem gerere, nauiumq; quàm uirorum aut armorum malle certamē facere. nam ut socijs naualibus affatim instructam classem, ita inopem milite habebat: & sicubi conferta manus esset, haudquaq; par numerus armatorum ex ea pugnat. Quod ubi animaduersum est, & Romanis multitudo sua auxit animū, & paucitas illis minuit. Extemplo septem naues punicæ circumuentæ, fugam cæteræ ceperunt. Mille & dccc fuere in nauibus capti, milites nauatæq;, in ijs tres nobiles Carthaginensium. Classis Romana incolumis, una tantum perforata nauis, sed ea quoq; ipsa reduce, in portum redijt. Secundū hanc pugnam, nondum gnaris eis qui Messanæ erant: T. Sempronius cōs. Messanam uenit, & fretum intranti rex Hiero classem ornatā obuiam duxit. transgressusq; ex regia in prætoriam nauem, gratulatus sospitem cum exercitu & nauibus aduenisse, precatusq; prosperum ac felicem in Siciliam transitum, statum deinde insulæ & Carthaginensium conata exposuit: pollicitusq; est, quo animo priore bello populum Ro. iuuenis adiuuisset, eo senem adiuturū: frumenta uestimenta q; se legionibus consulis socijsq; naualibus gratis præbiturū. grande periculū Lilybæorum maritimisq; ciuitatibus esse: quibusdam uolentibus nouas res fore. Ob hoc consuli nihil cunctandum uisum, quin Lilybæum classe peteret: & rex regiaq; classis unā profecti. nauigantes inde, pugnatum ad Lilybæum, fusasq; & captas hostium naues acceperunt. A Lilybæo cōs. Hierone cum classe regia dimisso, relictoq; prætore ad tuendam Siciliæ oram, ipse in insulam Melitam quæ à Carthaginensibus tenebatur, traiecit. Aduenienti Amilcar Gisgonis filius præfectus præsidij cum paulo minus duobus millibus militū, oppidumq; cum insula traditur. inde post paucos dies reditum Lilybæum: captiuiq; & à consule & à prætore, præter insignes nobilitate uiros, sub corona uenierunt. Postquam ab ea parte satis tutam Siciliam cense-

bat consul, ad insulas Vulcani, quia fama erat stare ibi punicam classem, traiecit. nec quisquam hostium circa eas insulas inuentus. iam forte transmiserant ad uastandam Italiae oram: depopulatoque Vibonensi agro, urbem etiam terrebant. Repetenti Siciliam consuli excursio hostium in agrum Vibonensem facta nuntiatur: literaeque a senatu de transitu in Italiam Annibalis, & ut primo quoque tempore collegae ferret auxilium, missae traduntur. Multis simul anxius curis exercitum extemplo in naues impositum Ariminum supero mari misit: Sex. Pomponio legato cum uiginti quinque longis nauibus Vibonensem agrum maritimamque oram Italiae tuendam attribuit: M. Aemilio Pr. quinquaginta nauium classem expleuit: ipse compositis Siciliae rebus, decem nauibus oram Italiae legens, Ariminum peruenit: inde cum exercitu suo profectus ad Trebiam flumen collegae coniungitur. Iam ambo consules, & quicquid Romanorum uirium erat Annibali oppositum, aut illis copiis defendi posse romanum imperium, aut spem nullam aliam esse, satis declarabat. Tamen consul alter, equestri praelio uno & uulnere suo minutus, trahi rem malebat: recentis animi alter, eoque ferocior nullam dilationem patiebatur. Quod inter Trebiam Padumque agri est, Galli tum incolebant, in duorum praepotentium populorum certamine per ambiguum fauorem haud dubie gratiam uictoris spectantes. Id Romani ne quid modo mouerent, aequo satis, Pcenus periniquo animo ferebat: a Gallis accitum se uenisse ad liberandum eos dictitans. Ob eam iram, simul ut praeda militem aleret, duo millia peditum & mille equites, Numidas plerosque, mistos quosdam & Gallos, populari omnem deinceps agrum usque ad Padi ripas iussit. Egentes ope Galli, cum ad id dubios feruissent animos, coacti ab autoribus iniuriae ad uindices futuros declinant: legatisque ad consulem missis, auxilium Romanorum terrae ob nimiam cultorum fidem in Romanos laboranti, orant. Cornelio nec causa nec tempus agendae rei placebat: suspectaque ei gens erat, tum ob infida multa facinora: tum ut alia uetustate obsoleuissent, ob recentem Boiorum perfidiam. Sempronius contra, continendis in fide sociis maximum uinculum esse, primos qui coissent, ope defensos censebat. Tum collega cunctante, equitatum suum, mille peditum iaculatoribus ferme admistis, ad defendendum Gallicum agrum trans Trebiam mittit. Ii sparsos & incompositos oneratosque praeda plerosque, cum inopinantes inuasissent: ingentem terrorem caedemque ac fugam usque ad castra stationesque hostium fecere: unde multitudo effusa pulsus, rursus subsidio suorum praedium restituere. uaria inde pugna sequentes quanquam ad extremum aequassent certamen, maior tamen hostium Romanis fama uictoriae fuit. Caeterum nemini omnium maior iustiorque quam ipsi consuli uideri. gaudio efferri, qua parte copiarum alter consul uictus foret, ea se uicisse. restitutos ac refectos militum animos, nec quenquam esse praeter collegam, qui dilatam dimicationem uellet. cum animo magis quam corpore egrum, memoria uulneris aciem ac tela horrere. sed non esse cum aegro senescendum. quid enim ultra differri ac teri tempus? quem tertium consulem, quem alium exercitum expectari? castra Carthaginensium in Italia, ac propere in conspectu urbis esse. non Siciliam ac Sardiniam uictis ademptas, nec cis Iberum Hispaniam peti: sed solo patrio terraque in qua geniti forent, peli Romanos. Quantum ingemiscant, inquit, patres nostri circa moenia Carthaginis bellare soliti: si uideant nos, progeniem suam, duos consules consularesque exercitus in media Italia pauentes intra castra: Pcenum quod inter Alpes Apenninumque agri sit, suae ditionis fecisse: Haec absidens aegro collegae, haec in praetorio propere contionabundus agere. stimulabat & tempus propinquum comitorum, ne in nouos consules bellum differretur: & occasio in se unum uertenda gloriae, dum aeger collega erat. Itaque nequicquam dissentiente Cornelio, parari ad propinquum certamen milites iubet. Annibal cum quid optimum foret hosti, cerneret: uix ullam spem habebat, temere atque improuide quicquam consules acturos. sed cum alterius ingenium tam apertius, deinde re cognitum, percitum ac ferox sciret esse: ferociusque factum ex prospero cum praedatoribus suis certamine crederet: adesse gerendam rei fortunam haud diffidebat. cuius ne quod praetermitteret tempus: sollicitusque & intetus erat, dum tyro hostium esset miles: dum meliorem ex ducibus inutilem uulnus faceret, dum Gallorum animi uigerent: quorum ingentem multitudinem sciebat segnius secururam, quanto longius ab domo traherentur. Cum ob haec, taliaque speraret propinquum certamen, & facere si cessaretur, cuperet: speculatoresque Galli ad ea exploranda

randa quæ uellet, tutiores, quia in utriusq; castris militabāt: paratos pugnae esse Romanos retu-
 lissent: locum insidijs circumspectare Pœnus cœpit. Erat in medio riuus, præaltis utrinq; clau-
 sus ripis, & circa oblitus palustribus herbis, & quibus inculta fermè uestiuntur, uirgultis uepro-
 busq;. quem ubi ad equites quoq; regendos satis latebrosus locum circumuectus ipse oculis
 perlustrauit: hic erit locus, Magoni fratri ait, quem teneas. delige centenos uiros ex omni pedi-
 te atq; equite: cum quibus ad me uigilia prima uenias. nūc corpora curare tempus est. Ita præ-
 conium missum. mox cum delectis Mago aderat. Robora uirorum cerno, inquit Annibal. sed
 ut & numero etiam, nō animis modo ualeatis: singulis uobis nouenos ex turmis manipulisq;
 uestri similes eligit. Mago locum monstrabit, quem insideatis. hostem cœcum ad has belli ar-
 tes habebitis. Ita mille equitibus Magoni, mille peditibus dimissis, Annibal prima luce Numi-
 das equites trāsgressos Trebiam flumen obequitare iubet hostium portis: iaculandoq; in sta-
 tiones elicere ad pugnam hostem: iniecto deinde certamine, cedendo sensim citra flumen per-
 trahere. Hæc mandata Numidis. cæteris ducibus peditum equitumq; præceptum, ut prande-
 re omnes iuberent: armatos deinde, instratisq; equis signū expectare. Sempronius ad tumultum
 Numidarum primum omnem equitatum, ferox ea parte uirium, deinde sex millia pedi-
 tum, postremo omnes copias ad destinatū locum iam ante consilio, auidus certaminis eduxit.
 Erat forte brumæ tempus, & niualis dies in locis Alpibus Apenninoq; interiectis: propinqui-
 tate etiam fluminum ac paludum prægelidis. ad hæc raptim eductis hominibus atque equis,
 non capto ante cibo, non ope ulla ad arcendū frigus adhibita, nihil calor inerat: & quicquid
 auræ fluminis appropinquabat, afflabat acrior frigoris uis. ut uero refugientes Numidas inse-
 quentes aquā ingressi sunt: (& erat pectoribus tenuis aucta nocturno imbri) tum utiq; egres-
 sis rigere omnibus corpora, ut uix armorum tenendorū potentia essent: & simul procedente
 iam die fame etiam deficere. Annibalis interim miles ignibus ante tentoria factis, oleoq; per
 manipulos ut mollirent artus misso, & cibo per otium capto, ubi trāsgressos flumen nuntia-
 tum est hostes: alacer animis corporibusq; arma capit, atque in aciem procedit. Baleares locat
 ante signa, leuem armaturā, octo fermè millia hominum: deinde grauiorem armis peditem,
 quod uirium, quod roboris erat: in cornibus circumfudit decem millia equitum: & ab cornibus
 in utranq; partem diuisos elephantos statuit. Consul effusos sequenteis equites, cum ab resi-
 stentibus subito Numidis incauti exciperentur, signo receptui dato reuocatos circumdedit pe-
 ditibus. Duodeuiginti millia Romanorū erant, sociū nominis Latini x x: auxilia præterea
 Cenomanorū. ea sola in fide manserat gallica gens. his copijs cōcursum est. Prælium à Balaer-
 ribus ortum est. quibus cum maiore robore legiones obsisterent, diductæ prope in cornua
 leues armaturæ sunt. quæ res effecit ut equitatus Romanus extemplo urgeretur. nam cum uix
 iam per se resisterent decem milibus equitum quatuor millia, & fessi Romani pleriq; integris
 Pœnis, obruti sunt insuper uelut nube iaculorum à Balaribus coniecta. ad hoc elephanti emi-
 nentes ab extremis cornibus, equis maxime non uisu modo sed odore insolito territis, fugam
 late faciebant. Pedestris pugna par animis magis quàm uiribus erat, quas recētes Pœnus pau-
 lo ante curatis corporibus in præliū attulerat: contra, ieiuna fessaq; corpora Romanis, & rigenti
 gelu torpebant. restitissent tamen animis, si cum pedite solum foret pugnatum. sed & Ba-
 leares pulso equite iaculabantur in latera, & elephanti iam in mediam peditum aciem sese tule-
 rant: & Mago Numidæq;, simul latebras eorum improuida præterlata acies est, exorti à tergo
 ingentem tumultum ac terrorem fecere. Tamen in tot circumstantibus malis mansit aliquan-
 diu immota acies: maxime præter spem omnium aduersus elephantos. eos pedites ad id ipsi sunt
 locati uerutis coniectis & auertere, & insecti auersos sub caudis, quæ maxime molli cute uulne-
 ra accipiunt, fodiebant. Trepidanteis propeq; iam in suos consternatos media acie in extre-
 mam, ad sinistrū cornu aduersus Gallos auxiliares agi iussit Annibal. extemplo haud dubiam
 fecere fugam. additus quoq; nouus terror Romanis, ut fusa auxilia sua uiderūt. itaq; cum iam
 in orbem utrinq; pugnarent, decem millia fermè hominū cum alia euadere nequiuissent, me-
 dia Afrorum acie, quæ gallicis auxilijs firmata erat, cum ingenti cæde hostium perirere. &
 cum neq; in castra reditus esset flumine interclusis: neq; præ imbri satis discernere possent, quæ

fuis opem ferrent, Placentiam recto itinere perrexerunt. Plures deinde in omnes partes eruptiones factæ. & qui flumen petiere, aut gurgitibus absumpti sunt, aut inter cunctat onem ingrediendi ab hostibus oppressi. qui passim per agros fuga sparsi erant, uestigia cedentis sequentes agminis Placentiam contendere. alijs timor hostium audaciam ingrediendi flumen fecit, transgressique in castra peruenere. Imber niue mistus, & intoleranda uis frigoris, & homines multos, & iumenta & elephantos propè omnes consumpsit. Finis insequendi hostis Pœnis flumen Trebia fuit: & ita torpentes gelu in castra rediere, ut uix læticiam uictoriæ sentirent. Itaque nocte insequēti cum præsidium Romanorum castrorum, & quod reliquum ex magna parte militū erat, ratibus Trebiam traicerent: aut nihil sensere Pœni obstrepente pluuia: aut quia iam moueri præ lassitudine nequibāt ac uulneribus, sentire sese dissimulauerūt: quietisque Pœnis, tacito agmine ab Scipione c o s. exercitus Placentiam est perductus: inde Pado traiectus Cremonam, ne duorum exercitū hybernis una colonia premeretur. Romam tantus terror ex hac clade perlatus est, ut iam ad urbem Romam crederent infestis signis hostem uenturum: nec quicquam spei aut auxiliij esse, quo portis mœnibusque uim arcerent. Vno consule ad Ticinum uicto, altero ex Sicilia reuocato, duobus consulibus, duobus consularibus exercitibus uictis, quos alios duces, quas alias legiones esse, quæ accerferentur? Ita territis Sempronius c o s. aduenit: ingenti periculo per effusos passim ad prædandum hostium equites, audacia magis quàm consilio aut spe fallendi resistendiue, si non falleret, transgressus. Id quod unum maxime in præsentia desiderabatur: comitijs consularibus habitis, in hyberna redijt. Creati consules Cn. Seruilius & C. Flaminius. Ceterum ne hyberna quidem Romanis quæta erant: uagantibus passim Numidis equitibus, & quæ his impeditiora erant, Celtiberis Lusitanisque. Omnes igitur clausi undique comteatus erant, nisi quos Pado naues subueherent. Emporium prope Placentiam fuit, & opere ualido & magno munitum præsidio. Eius castelli oppugnandi spe cum equitibus ac leui armatura profectus Annibal, cum plurimum in cælando incepto ad effectum spei habuisset, nocte adortus non fefellit uigiles. tantus repente clamor est sublatus, ut Placentiæ quoque audiretur. Itaque sub lucem cum equitatu cōsul aderat: iussis quadrato agmine legionibus sequi. Equestre prælium interim commissum: in quo, quia Annibal saucius pugna excellit, pauore hostibus iniecto, defensum egregie præsidium est. Paucorum inde dierum quiete sumpta, & uix dum satis percurato uulnere, ad Vicunuias ire pergit oppugnandas. Id emporium à Romanis gallico bello fuerat munitum. inde locum frequentauerant accolæ misti undique ex finitimis populis: & tum terror populationum eò plerisque ex agris cōpulerat. Huius generis multitudo fama impigre defensi ad Placentiam præsidij accensa, armis arreptis obuiam Annibali procedit. Magis agmine quàm acie in uia concurrerunt. & cum ex altera parte nihil, præter inconditam turbam esset: in altera & dux militi, & duci fidens miles: ad triginta quinque millia hominum à paucis fusa. Postero die deditioe facta præsidium intra mœnia accepere: iussisque arma tradere, cum dicto paruissent, signum repente uictoribus datur, ut tanquam ui captam urbem diriperent. neque ulla quæ in tali re memorabilis scribentibus uideri solet, prætermissa clades est. adeo omnis libidinis crudelitatisque, & inhumanæ superbix editum in miseros est exemplum. Hæ fuere hybernæ expeditiones Annibalis. Haud longis inde temporibus, dum intolerabilia frigora erāt, quies militi data est: & ad prima ac dubia signa ueris profectus ex hybernis, in Ferruriam ducit: eam quoque gentem, sicut Gallos Liguresque, aut ui aut uoluntate adiuncturus. Transeuntem Apenninū adeo atrox tempestas adorta est, ut Alpium foeditatē propè superauerit. Vento mistus imber cum ferretur in ipsa ora: primum, quia aut arma omittenda erant, aut contra enitentes uortice intortu affligebantur, constiterunt. deinde cum iam spiritum intercluderet, nec recipere animam sineret, aucti à uento parumper confedere. Tum uero ingenti sono cælum strepere, & inter horrendos fragores micare ignes. capti auribus & oculis, metu omnes torpere. Tandem effuso imbre, cum eo magis accensa uis uenti esset: ipso illo quo deprehensi erant, loco castra ponere necessarium uisum est. Id uero laboris uelut de integro initium fuit. nam nec explicare quicquam, nec statuere poterant: nec quod statutum esset, manebat: omnia perfringente uento, &

rapiente

rapiente. & mox aqua leuata uento cum super gelida montium cacumina concreta esset, tantum niuosa grandinis deiecit: ut omnibus omnis procuberent homines, tegminibus suis magis obruti quam tecti. tantaque uis frigoris infecuta est, ut ex illa miserabili hominum iumentorumque strage cum se quisque attollere ac leuare uellet, diu nequiret: quia torpentibus rigore neruis uix flectere artus poterant. deinde ut tandem agitando sese mouere ac recipere animos: & raris locis ignis fieri est coeptus: ad alienam opem quisque inops tendere. Biduum eo loco uelut obsessi mansere. multi homines, multa iumenta, elephanti quoque ex his qui prelio ad Trebiam facto superfuerant, septem absumpti. Digressus Apennino retro ad Placentiam castra mouit, & ad decem millia progressus confedit. Postero die XII millia peditum, quinque equitum aduersus hostem ducit. Nec Sempronius COS. (iam enim redierat ab Roma) detrectauit certamen. atque eo die tria millia passuum inter bina castra fuere. Postero die ingentibus animis, uario euentu pugnatum est, primo concursu adeo res Romana superior fuit, ut non acie uincerent solum, sed percussos hostes in castra persequerentur: mox castra quoque oppugnarent.

Annibal paucis propugnatoribus in uallo portisque positus, ceteros confertos in media castra recepit: intentosque signum ad erumpendum spectare iubet. Iam nona ferme diei hora erat, cum Romanus nequicquam fatigato milite, postquam nulla spes erat potiundi castris, signum receptui dedit. Quod ubi Annibal accepit, laxatamque pugnam & recessum a castris uidit, extemplo equitibus dextra laeuaque emissis in hostem, ipse cum peditum robore de his castris erupit. Pugna raro ulla magis saeva, & cum utriusque partis pernicie clarior fuisset, si extendi a die in longum spatium quiuisset. nox accensum ingentibus animis prelium diremit. itaque acrior concursus fuit quam caedes. & sicut aequata ferme pugna erat, ita clade pari discessum est. ab utraque parte sexcentis plus peditibus, & dimidium eius equitum cecidit. sed maior Romanis quam pro numero iactura fuit, quia equestri ordinis aliquot, & tribuni militum quinque, & praefecti sociorum tres sunt interfecti. Secundum eam pugnam Annibal in Ligures, Sempronius Lucam concessit. Venienti in Ligures Annibali per insidias intercepti duo quaestores Romani, C. Fuluius & L. Lucretius cum duobus tribunis militum, & quinque equestri ordinis senatorum ferme liberis, quo magis ratam fore cum his pacem societatemque crederet, traduntur. Dum haec in Italia geruntur, Cn. Scipio in Hispaniam cum classe & exercitu missus, cum ab ostio Rhodani profectus, Pyreneosque montes circuectus Emporij appulisset classem: exposito ibi exercitu orsus a Lacetanis usque ad Iberum flumen, partim renouandis societatibus, partim nouis instituendis, Romanae ditionis fecit. inde conciliata clementiae fama non ad maritimos modo populos, sed in mediterraneis quoque ac montanis ad ferocios iam gentes ualuit: nec pax modo apud eos, sed societas etiam armorum parata est: ualidaque aliquot auxiliorum cohortes ex his conscriptae sunt. Hanno non inscius erat. eum reliquerat Annibal ad regionis eius praesidium. itaque priusquam alienarentur omnia, obuiam eundem ratus, castris in conspectu hostium positus, in aciem eduxit. Nec Romano differendum certamen uisum: quippe qui sciret cum Hannone & Asdrubale sibi dimicandum esse, malletque aduersus singulos separatim quam aduersus duos simul rem gerere. Nec magni certaminis ea dimicatio fuit. Sex millia hostium caesa, duo capta cum praesidio castrorum. nam & castra expugnata sunt: atque ipse dux militum cum aliquot praesidijs capitur: & Scissum propinquum castris oppidum expugnatur. ceterum praeda oppidi parui pretij rerum fuit, suppellex barbarica, ac uilium mancipiorum. castra militem ditauere, non eius modo exercitus qui uictus erat, sed & eius qui cum Annibale in Italia militabat, omnibus ferè caris rebus, ne graua impedimenta ferentibus essent, circa Pyreneum relictis. Priusquam certa huius cladis fama accideret, transfessus Iberum Asdrubal cum octo millibus peditum, mille equitibus, tanquam ad primum aduentum Romanorum occursum, postquam perditas res amissaque castra accepit, iter ad mare conuertit. Haud procul Tarracone classicos milites naualesque socios uagos palanteisque per agros (quod ferme fit, ut secundae res negligentiam creent) equite passim dimisso, cum magna caede, maiore fuga ad naues compellit. nec diutius circa ea loca morari ausus, ne a Scipione opprimeret, trans Iberum sese recepit. Et Scipio raptim ad famam nouorum hostium agmi-

ne acto, cum in paucos præfectos paululū animaduertisset, præsidio Tarracone modico relicto, Emporias cū classe rediit. Vixdū digressio eo Asdrubal aderat: & Iltergetū populo, qui obfides Scipioni dederat, ad defectionē impulso, cum eorum ipsorū iuuentute agros fidelīū Romanis sociorū uastat. Excito deinde Scipione hybernis, hostis cis Iberū Tarraconē uersus cecidit. Agros Scipio relictos ab autore defectionis, & Iltergetū gentē cum infesto exercitu inuasisset: cōpulsis omnibus, Athanagiā urbē, quæ caput eius populi erat, circūsedidit: intraq̄ dies paucos pluribus q̄ ante obsidibus imperatis, Iltergetes pecunia etiam mulctatos in ius ditionēq̄ recepit. inde in Aufetanos prope Iberū, socios & ipsos Pœnorum, procedit: atq̄ urbe eorum obsessa, Lacetanos auxilium finitimis ferentes nocte, haud procul iam urbe, cum intrare uellent, excepit insidijs. Cæsa ad duodecim millia, exuti penē omnes armis, domos passim palantes per agros diffugere. nec obsessos alia ulla res, quàm iniqua oppugnantibus hyems turabatur. x x dies obsidio fuit: per quos raro unquam nix minus quatuor pedes alta iacuit: adeoque pluteos ac uineas Romanorum operuerat, ut ea sola, ignibus aliquoties coniectis ab hoste, etiam tutamentum fuerit. postremo cum Amusitus princeps eorum ad Asdrubalem profugisset, uiginti argenti talentis pacti deduntur. Tarraconem in hyberna reditum est. Romæ autem & circa urbem multa ea hyeme prodigia facta: aut (quod euenire solet, motis semel in religionem animis) multa nuntiata & temere credita sunt. In queis ingenuum infantem semestrem in foro olitorio triumphum clamasse: & foro boario bouem in tertiam contignationē sua sponte scandisse: atque inde tumultu habitatorum territum sese deiecisse: & nauium speciem de cœlo affuluisse: & ædem Spei quæ in foro olitorio est, fulmine ictam: & Lanuuij hastam se commouisse, & coruum in ædem Iunonis deuolasse, atque in ipso puluinario confedissee: & in agro amiternino multis locis hominum species procul candida ueste uisas, nec tamen illis congressos: & in Piceno lapidibus pluuisse: & Cære sortes extenuatas, & in Gallia lupum uigili gladium è uagina raptum abstulisse. Ob cætera prodigia libros adire decemuiri iussi. quod autem lapidibus pluisset in Piceno, nouendiale sacrum edictum: & subinde alijs procurandis propè tota ciuitas operata fuit. Iam primum omniū urbs iustrata est: hostiæquæ maiores, quibus edictum est, dijs cæsæ: & donum ex auri pondo xl. Lanuuium Iunoni portatum est: & signum æneum matronæ Iunoni in Auentino ædificauerunt: & lectisternium Cære, ubi sortes extenuatæ erant, imperatum: & supplicatio Fortunæ in Algido: Romæ quoque, & lectisternium Iuuentæ, & supplicatio ad ædem Herculis: nominatim deinde uniuerso populo circa omnia puluinararia indicta: & Genio maiores hostiæ cæsæ quinque: & C. Attilius Seranus prætor uota suscipere iussus, si in decem annos R P eodem stetit statu. Hæc procurata uotaque ex libris sibyllinis magna ex parte leuauerant animum religione. Consulum designatorum alter Flaminius, cui cæ legiones quæ Placentiæ hybernabant, sorte eucenerant: edictum & literas ad consulem misit, ut is exercitus idibus martijs Arimini esset in castris. Huic in prouincia consulatum inire consilium erat, memori ueterum certaminum cum patribus: quæ tribunus plebis, & quæ postea consul, prius de consulatu qui abrogabatur, dein de triumpho habuerat: inuisus etiam senatui ob nouā legem, quam inique Q. Claudius tribunus plebis aduersus senatum, uno patrum adiuuante C. Flaminiō, tulerat: ne quis senator, qui uis senatoris pater fuisset: maritimam nauem, quæ plus quàm trecentarum amphorarum esset, haberet. id satis habitum ad fructus ex agris uectandos. quæstus omnis patribus indecorus uisus est. Res per summam cōtentionem acta inuidiam apud nobilitatem suafori legis Flaminiō, fauorem apud plebem, alterumq̄ inde consulatum peperit. Ob hoc ratus auspicijs ementiendis, Latinarumq̄ feriarum mora, & consularibus alijs impedimentis retenturos se in urbe, simulato itinere priuatus clam in prouinciā abiit. Ea res ubi palam facta est, nouam insuper iram infestis iam ante patribus mouit. Non cum senatu modo, sed cum dijs immortalibus C. Flaminiū bellum gerere. consulem ante inauspicato factum, reuocantibus ex ipsa acie dijs atque hominibus non paruissē: & nunc comitia prætorum & Capitolium & solennem uotorum nuncupationem fugisse: ne die initi magistratus Iouis opt. max. templum adiret: ne senatum inuisus ipse, & sibi uni inuisum, uideret consule-

retq̄

retq; ne Latinas indiceret, Iouiꝑ Latiali solenne sacrum in monte Albano faceret: ne auspicio profectus in Capitolium ad uota nuncupanda, paludatus inde ad prouinciam iret. lixæ modo sine insignibus, sine lictoribus profectum clam, furtim, haud aliter, quàm si exilij causa solum uertisset: magis pro maiestate uidelicet imperij Arimini, quàm Romæ magistratum initurum: & in diuersorio hospitali, quàm apud penates suos prætextâ sumpturum. Reuocandum uniuersi retrahendumq; censuerunt: & cogendum omnibus prius præsentem in deos hominesq; fungi officijs, quàm ad exercitum & in prouinciam iret. In eam legationem (legatos enim mitti placuit) Q. Terentius & M. Antistius profecti nihilo magis eum mouere, quàm priori consulatu literè mouerant à senatu missæ. Paucos post dies magistratum inijt: imolantiq; ei uitulus iam ictus è manibus sacrificantium sese cum proripuisset, multos circumstantes cruore respersit. Fuga procul etiam maior apud ignaros quid trepidaretur, & concursatio fuit. id à plerisque in omen magni terroris acceptum. Legionibus inde duabus à Sempronio prioris anni consule, duabus à C. Attilio prætore acceptis, in Hetruriâ iam per Appennini tramites exercitus duci est cœptus.

DE CADIS TERTIÆ LIBER SECVNDVS



NAM VER appetebat, cum Annibal ex hybernis mouit, & nequicquam ante conatus transcendere Apenninum intolerandis frigoribus, & cum ingenti periculo moratus, ac metu. Galli quos prædæ populationumq; conciuerat spes: postquam pro eo, ut ipsi ex alieno agro raperent agerentq;, suas terras sedem belli esse, premiꝑ utriusq; partis exercituū uiderunt hybernis: uerterunt retro ad Annibalem ab Romanis odia: petitusq; sæpe principum insidijs, ipsorumq; inter se fraude, eadem leuitate qua consenserant consensum indicantium, seruatus erat: & mutando nunc uestem, nunc tegumenta capitis, errore etiam sese ab insidijs munierat. cæterum hic quoque ei timor causa fuit maturius mouendi ex hybernis. Per idem tempus Cn. Scruilius Romæ Idibus Martijs magistratum inijt. Ibi cum de Republica retulisset, redintegrata in C. Flaminium inuidia est. Duos se consules creasse, unum habere, quod enim illi iustum imperium, quod auspiciū esset magistratus: id à domo, publicis priuatisq; penatibus, Latinis ferijs actis, sacrificio in monte profecto, uotis rite in Capitolio nuncupatis, secum ferre. nec priuatum auspicia sequi: nec sine auspicijs profectum in externo caelo noua atque integra concipere posse. Augebant metum prodigia ex pluribus simul locis nuntiata: in Sicilia militibus aliquot spicula, in Sardinia autem in muro circumeunti uigilias equiti scipionem, quem manu tenuerat, arsisse, & litora crebris ignibus fulsisse: & scuta duo sanguinem sudasse: & milites quosdam ictos fulminibus, & solis orbem minui uisum: & Præneste ardentis lapides cœlo cecidisse: & Arpis palmas in cœlo uisas, pugnantemq; cum luna solem: & Capenæ duas interdum lunas ortas: & aquas Cereæ sanguine mistas fluxisse, fonteq; ipsum Herculis cruentis manasse sparsum maculis: & Antij metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse: & Falerijs cœlum findi uisum uelut magno hiatu: quac; patuerit, ingens lumen effulsisse: sortes sua sponte attenuatas, unamq; excidisse ita scriptam: Mauors telum suum concutit. & per idem tempus Romæ signum Martis Appia uia ad simulachra luporum sudasse, & Capuæ speciem cœli ardentis fuisse, lunæq; inter imbrem cadentis. Inde minoribus etiam dictu prodigijs fides habita: Capras lanatas quibusdam factas, & gallinã in mare, gallum in sceminam sese uertisse. His sicut erant nuntiata expositis, autoribusq; in curiam introductis, consul de religione patres consuluit. Decretum, ut ea prodigia partim maioribus hostijs, partim lactentibus procurarentur: & uti supplicatio per triduum ad omnia puluina ria haberetur. Cætera cum decemuiti libros inspexissent, ut ita fierent, quemadmodum cordi esse diui carminibus præfarentur. id decemuirorum monitu decretum est: Ioui primum donum fulmen aureum pondo quinquaginta fieret: Iunoni Mineruæq; ex argēto daretur: & Iunoni Reginae in Auentino, Iunoniq; Sospitæ Lanuij maioribus hostijs sacrificaretur: ma-

tronæq; pecunia collata, quantum conferre cuique cōmodum esset: donum Iunoni Reginae in Auentinum ferrent, lectisterniumq; fieret: quin & libertinæ & ipsæ, unde Feroniæ donū daretur, pecuniā pro facultatibus suis conferrent. Hæc ubi facta, decemviri Ardeæ in foro maioribus hostijs sacrificarunt. postremo ex libris decēbri iam mense ad ædem Saturni Romæ immolatum est, lectisterniumq; imperatū: (& cum lectum senatores strauerunt) & conuiuū publicum, ac per urbem saturnalia die ac nocte clamatū, populusq; eum diem festum habere, ac seruare in perpetuum iussus. Dum consul placandis Romæ dijs, habendoq; delectu dat operam: Annibal profectus ex hybernis, quia iam Flaminiū cōsulem Arretium peruenisse fama erat: cum aliud longius, cæterū commodius ostenderet iter: propiorem uiam per paludem petit, qua fluuius Arnus per eos dies solito magis inundauerat. Hispanos & Afros, & omne quod ueterani erat robur exercitus, admittis ipsorum impedimentis, nec ubi consistere coactis necessaria ad usus deessent, primos ire iussit: sequi Gallos, ut id agminis medium esset: nouissimos ire equites: Magonē inde cum expeditis Numidis cogere agmen: maxime Gallos, si tædio laboris longæq; uia (ut est mollis ad talia gens) dilaberent aut subsisterent, cohibentem. Primi, quā modo præirēt duces, per præaltas fluuij, ac profundas uoragines hausti penè limo, immergentesq; se, tamen signa sequebātur. Galli neq; sustinere se prolapsi, neq; asurgere ex uoraginibus poterant: aut corpora animis, aut animos spe sustinebant: alij fessa ægre trahentes membra: alij ubi semel uictis tædio animis procubissent: inter iumēta & ipsa iacentia passim morientes. maximeq; omnium uigiliæ conficiebant, per quatrimum iam, & tres noctes toleratæ. Cum omnia obtinentibus aquis, nihil, ubi in sicco fessa sternerent corpora, inueniri posset: cumulatis in aquas sarcinis insuper incumbabant. iumentorum itinere toto prostratorum passim acerui, tantum quod extaret aqua quærentibus ad quietem, parui temporis necessarium cubile dabant. Ipse Annibal æger oculis ex uerna primum intemperie uariante calores frigoraq;, elephanto, qui unus superfuerat, quod altius ex aqua extaret, uectus: uigilijs tamen & nocturno humore, palustriq; cœlo grauante caput, & quia medendi nec locus nec tempus erat, altero oculo capitur. Multis hominibus iumentisque fœde amissis, cum tandem de paludibus emerisset, ubi primum in sicco potuit, castra locat: certumq; se per præmissos exploratores habuit: exercitum Romanum circa Arretij mœnia esse. consulis deinde consilia atq; animum, & situm regionum, itineraq; & copias, atq; comatus expediendos, & cætera quæ cognoscenda in re erant: summa omnia cum cura inquirendo exequabatur. Regio erat in primis Italiae fertilis, Hetrusci campi, qui Fesulas inter Arretium que iacent: frumenti ac pecoris, & omnium copia rerum opulenti. Consul ferox ab consulatu priore, & non modo legum aut patrum maiestatis, sed ne deorum quidem satis metuens erat. hanc insitam ingenio eius temeritatem fortuna prospero ciuilibus bellicisq; rebus successu aluerat. itaque satis apparebat: nec deos nec homines consulentem, ferociter omnia ac præopere acturum. quoq; pronior esset in uitia sua, agitare eum atque irritare Pœnus parat: & læua relicto hoste, Fesulas petens, Hetruriae agros prædatum profectus, quantam maximam uastitatē potest, cædibus incendijsq; consuli procul ostendit. Flaminius, qui ne quieto quidem hoste ipse quieturus erat: tum uero, posteaquam res sociorum ante oculos propè suos ferri agiq; uidit: suum id dedecus ratus, per mediam iam Italiam uagari Pœnum: atque obsistente nullo ad ipsa Romana mœnia ire oppugnanda: cæteris omnibus in concilio salutaria magis quàm speciosa suadentibus: collegam expectandum, ut coniunctis exercitibus communi animo consilioque rem gerent: interim equitatu, auxilijsque leuium armorum ab effusa prædandi licentia hostem cohibendum: iratus se ex concilio proripuit: signumque simul itineris pugnaeq; proposuit. Quinimmo Arretij ante mœnia sedeamus, inquit: hic enim patria & penates sunt: Annibal emissus è manibus perpopuletur Italiam: uastandoq; & urendo omnia, ad Romana mœnia perueniat: nec ante nos hinc mouerimus, quàm sicut olim Camillum ab Veijs, C. Flaminiū ab Arretio patres acciuerint. Hæc simul increpans cum ocyus signa conuelli iuberet: & ipse in equum insilisset, equus repente corruit: consulemque lapsum super caput effudit. Territis omnibus qui circa erant, uelut fœdo omine incipiendæ rei, insuper nuntiat: signum omni ui moliente signifero conuelli

conuelli nequire. Cōuersus ad nuntiū, num literas quoq; inquit, ab senatu affers: quæ me rem gerere uerent: abi, nuntia, signum effodiant: si ad conuellendū manus præ metu obtorpuerint. Incedere inde agmen cœpit: primoribus, superquā quod dissenserant à consilio, territis etiam duplici prodigio: milite in uulgus læto ferocia ducis, cū spem magis ipsam quàm causam spei intueretur. Annibal quod agri est inter Cortonam urbem Trasymenumq; lacum, omni clade belli peruastat: quo magis iram hosti ad uindicandas sociorū iniurias acuat. Et iam perue- rant ad loca insidijs nata, ubi maxime montes cortonēses Trasymenus subit. Via tantū inte- rest perangusta, uelut ad id ipsum de industria relicto spatio: deinde paulo latior patescit cam- pus, inde colles assurgunt. Ibi castra in aperto locat: ubi ipse cum Afris modo, Hispanisq; con- sideret. Balcares cæteramq; leuem armaturam post monteis circumducit: equites ad ipsas sau- ces saltus, tumulis apte tegentibus, locat: ut ubi intrassent Romani, obiecto equitatu clausa o- mnia lacu ac montibus essent. Flaminius cum pridie solis occasu ad lacum peruenisset, inex- plorato postero die uixdum satis certa luce angustijs superatis, postquā in patientiorem cam- pum pandi agmen cœpit: id tantū hostium, quod ex aduerso erat, aspexit: à tergo ac super ca- put detectæ insidiæ. Pœnus ubi, id quod petierat, clausum lacu montibusq;, & circūfusum suis copijs habuit hostem, signum omnibus dat inuadendi. Qui ubi quā cuiq; proximum fuit, de- currere: eo magis Romanis subita atq; improuisa res fuit, quod orta ex lacu nebula, campo q; montibus densior federat: agminaq; hostium ex pluribus uallibus ipsa inter se satis cōspecta, eoq; magis pariter decurrerunt. Romanus clamore prius undique orto quàm satis cerneret, se circumuentum esse sensit: & ante in frontem lateraq; pugnari cœptum est, quàm satis instrue- retur acies, aut expediri arma stringiq; gladij possent. Consul percussis omnibus ipse satis ut in trepida re impavidus, turbatos ordines, uertētesq; se quoq; ad dissonos clamores, instruit ut tempus locusq; patitur: & quacunq; potest, adhortatur: ac stare & pugnare iubet. Nec enim inde uotis, aut imploratiōe deūm, sed ui ac uirtute euadendū esse, per medias acies ferro uiam fieri: & quo timoris minus sit, eo minus fermè periculi esse. Cæterum præ strepitu ac tumultu, nec consilium nec imperium accipi poterat: tantumq; aberat, ut sua signa atq; ordinem & lo- cum nosceret miles: ut uix ad arma capienda aptandaq; pugnae competeret animus: opprime- renturq; quidam onerati magis his quàm tecti, & erat in tanta caligine maior usus aurium q; oculorum, ad gemitus uulnerum ictusq; corporum aut armorum, & mistos strepentium pa- uentiumq; clamores circūferebant ora, oculosq;. Alij fugientes pugnantium globo illati hære- bant: alios redeuntes in pugnam auertebat fugientium agmen. deinde ubi in omnis partes ne- quicquam impetus facti, & ab lateribus montes ac lacus, à fronte & à tergo hostium acies clau- debat: apparuitq; nullam nisi in dextra, ferroq; salutis spem esse: tum sibi unusquisq; dux ad- hortatorq; factus ad rem gerendam: & noua de integro pugna exorta est, non illa ordinata per principes hastatosq; ac triarios: nec ut pro signis antesignants, post signa alia pugnaret acies: nec ut in sua legione miles, aut cohorte, aut manipulo esset. fors conglobabat, & animus suus cuiq; ante aut post pugnādi ordinem dabat. tantusq; fuit ardor animorū, adeo intentus pugnae animus, ut eum terræ motū, qui multarū urbium Italiæ magnas partes prostrauit: aue- ritq; cursu rapido amneis, mare fluminibus inuexit, mōtes lapsu ingēti proruit: nemo pugnan- tium senserit. Tres fermè horas pugnatū est, & ubiq; atrociter. circa consulem tamen acrior in- festiorq; pugna est. eum & robora uitorum sequebant: & ipse quacunq; in parte premi ac la- borare senserat suos, impigre ferebat opem: insignisq; armis, & hostem summa ui petebat, & tuebat suos ciues. donec Insuber equū (Ducario nomen erat) faciemq; noscitans, Consul, in- quit, hic est, popularibus suis, qui legiones nostras cecidit, agrosq; & urbem est depopulatus. iam ego hanc uictimā manibus peremptorū fœde ciuium dabo. subditisq; calcaribus equo, per confertissimā hostium turbam impetū facit. obtruncatoq; prius armigero, qui se infesto uenienti obuiam obiecerat, consulem lancea transfixit. spoliare cupientem triarij obiectis cly- peis arcuere. Magnæ partis fuga inde primum cœpit: & iam nec lacus nec montes obstabant pauori: per omnia arcta præruptaq; ueluti cæci euadūt: armaq; & uiri super alium alij præcipi- tantur. pars magna, ubi locus fugæ deest, per prima uada paludis in aquam progressi, quoad

capitibus

capitibus humerisque extare possunt, sese immergunt. fure quos incōsultus pavor nando etiam capeffere fugam impulerit. quæ ubi immensa ac sine spe erat: aut deficientibus animis hauriebantur gurgitibus, aut ubi nequicquam festinauerant, retro ægerrime terram tepetebant, atque ibi ab ingressis aquam hostium equitibus passim trucidabantur. Sex millia ferme primi agminis per aduersos hosteis eruptione impigre facta, ignari omnium quæ post se ageretur, ex saltu euasere. & cum in tumulto quodam cōstitissent, clamorem modo ac sonum armorum audientes, quæ fortuna pugnae esset, neque scire, nec perspicere præ caligine poterant. Inclinata ad iniqua re, cum calescente sole depulsa nebula aperuisset diem: tum liquida iam luce montes campisque perditas res, stratamque ostendere fœde Romanam aciem. itaque ne in conspectos procul immitteretur eques: sublatis raptim signis, quacitatissimo poterant agmine, sese abriperunt. postero die cum super cetera extrema fames etiam instaret: fidem dante Maharbale, qui cum omnibus equestribus copijs nocte cōsecutus erat: si arma tradidissent, abire cum singulis uestimentis passurum, sese dediderunt. quæ punica religione seruata fides ab Annibale est, atque in uincula omnes coniecti. Hæc est nobilis ad Trasymenum pugna, atque inter paucas memorata populi Romani clades. Quindecim millia Romanorum in acie cæsa sunt: decem millia sparsa fuga per omnem Hetruriam diuersis itineribus Romam petiere. Mille & quingenti hostium in acie, multi postea utrinque ex uulneribus periere. Multiplex cædes utrinque facta tradit ab alijs. Ego præterquam quod nihil haustum ex uano uelim, quod nimis inclinant ferme scribentium animi: Fabium equalem temporibus huiusce belli potissimum auctorem habui. Annibal captiuorum qui latini nominis essent, sine pretio dimissis, Romanis in uincula datis, segregata ex hostium coaceruatorum cumulis corpora suorum cum sepeliri iussisset: Flamini quoque corpus funeris causa magna cum cura inquisitum non inuenit. Romæ ad primum nuntium cladis eius cum ingenti terrore ac tumultu concursus in forum populi est factus. Matronæ uagæ per uias quæ repens clades allata, quæue fortuna exercitus esset, obuios percunctant. & cum frequentis contionis modo turba in comitium & curiam uersa magistratus uocaret: tandem haudmulto ante solis occasum M. Pomponius Pr. pugna, inquit, magna uicti sumus. & quanquam nihil certius ex eo auditum est, tamen alius ab alio impleti rumoribus domos referunt: consulem cum magna parte copiarum cæsum: superesse paucos, aut fuga passim per Hetruriam sparsos, aut captos ab hoste. Quot casus exercitus uicti fuerant, tot in curas dispertiti eorum animi erant, quorum propinqui sub C. Flaminio cos. meruerant: ignorantium quæ cuiusque suorum fortuna esset. nec quisquam satis certum habet, quid aut speret, aut timeat. Postero, ac deinceps aliquot diebus ad portas maior propè mulierum quam uirorum multitudo stetit, aut suorum aliquem, aut nuntios de his operiens: circumfundebanturque obuijs sciscitantes: neque auelli utique à notis, prius quam ordine omnia inquisissent, poterant. inde uarios uultus digredientium ab nuntijs cerneret: ut cuique aut læta, aut tristitia nuntiabatur: gratulantesque aut cōsolantes redeuntibus domos circumfusos. Fœminarum præcipue & gaudia insignia erant, & luctus. Vnam in ipsa porta, sospite filio repente oblato, in conspectu eius expirasse ferunt. alteram cui mors filij falso nuntiata erat: mœstam sedentem domi, ad primum conspectum redeuntis filij gaudio nimio exanimatam. Senatum prætores per dies aliquot ab orto usque ad occidentem solem in curia retinent: consulantes quonam duce, aut quibus copijs resisti uictoribus Pœnis posset. Priusquam satis certa consilia essent, repens alia nuntiatur clades: quatuor millia equitum cum C. Centronio propretore missa ad collegam à Seruilio cos. in Umbria, quod post pugnam ad Trasymenum auditam auerterant iter, ab Annibale circumuenta. Eius rei fama uarie homines affecit. pars occupatis maiore ægritudine animis, leuem ex comparatione priorum ducere recetem equitum iacturam. pars non id quod acciderat, per se æstimare: sed ut in affecto corpore quamuis leuis causa magis quam ualido grauior sentiretur: ita tum ægræ & affectæ ciuitati quodcunque aduersi inciderit: non rerum magnitudine, sed uiribus extenuatis, quæ nihil quod aggrauaret, pati possent, æstimandum esse. Itaque ad remedium iamdiu desideratum, nec adhibitum, dictatorem dicendum ciuitas confugit: & quia & consul aberat, à quo uno dici posse uidebatur: nec per occupatam armis punice Italiae facile erat aut nuntium, aut literas mitti: nec dictatorem

populus

populus creare poterat: quod nunquam ante eam diem factum erat, prodicatore populus creauit Q. Fabium Maximum, & magistrum equitū M. Minucium Rufum. hisq; negotium ab senatu datum, ut muros turresq; urbis firmarent, & præsidia disponerent quibus locis uideretur, pontesq; rescinderent fluminum. ac tum pro penatibus, pro urbe dimicandum esse, quando Italiam tueri nequiuissent. Annibal interim recto itinere per Umbriam usq; ad Spole- tum uenit. inde cum perpopulato agro urbem oppugnare adortus esset, cum magna cæde suorum repulsus, coniectans ex unius coloniae haud nimis prospere tentatae uiribus, quanta moles Romanae urbis esset, in agrum picenū auertit iter, non copia solum omnis generis frugum abundantem, sed refertum præda, quam effuse auidi atq; egentes rapiebāt. ibi per dies aliquot stauit habita: refectusq; miles, hybernis itineribus ac palustri uia, præliocq; magis ad euentum secundo quàm leui aut facili, affectus. Vbi satis quieti datum, præda ac populationibus magis quàm otio aut requie gaudentibus: profectus, præutianum adrianumq; agrum, Marfos inde Marrucinosq; & Pelignos deuastat: circaq; Arpos & Luceriam proximam Apuliae regionem. Cn. Seruilius cos. leuibus prælijs cum Gallis actis, & uno oppido ignobili expugnato, postquam de collegæ exercitusq; cæde audiuit: iam mœnibus patriæ metuens, ne abesset in discrimine extremo, ad urbem iter intendit. Q. Fabius Maximus dictator quo die magistratum inijt, uocato senatu, ab dijs orsus cum edocuisset patres, plus negligentia ceremoniarum auspicioꝝq; temeritate quàm inscitia peccatū à C. Flaminiō cos. esse: quæq; piacula iræ deum essent, ipsos deos consulendos esse: peruicit, ut quod non fermè decernitur, nisi cum tetra prodigia nuntiata sunt: decemuiti libros sibyllinos adire iuberentur. qui inspectis fatalibus libris retulerunt patribus: quod eius belli causa uorum Marti foret, id non rite factum, de integro atque amplius faciendum esse: & Ioui ludos magnos, & ædes Veneri Erycinæ ac Menti uouendas esse, & supplicationem lectisterniumq; habendum, & uer sacrum uouendum: si bellatum prospere esset, resq; publica in eodem quo ante bellum fuisset, statu permanisset. Senatus, quoniā Fabium belli cura occupatura esset, M. Æmylium Pr. ex collegij pontificum sententia omnia ea ut mature fiant, curare iubet. His senatusconsultis perfectis, L. Cornelius Lentulus PONT. MAX. consulente collegio pontificum, omnium primum populum consulendum de uere sacro censet: iniussu populi uoueri non posse. Rogatus in hæc uerba populus. Velitis iubeatis ne hoc sic fieri? si res populi Romani quirritium ad quinquennium proximum, sicut uelim eam, salua seruata erit hisce duellis, datum donum duit populus Romanus quirritium, quod duellum populo Romano cum Carthaginensi est: quæq; duella cum Gallis sunt, qui cis Alpes sunt: quod uer attulerit ex suillo, ouillo, caprino grege, quæq; prophana erunt, Ioui fieri, ex qua die senatus populusq; iusserit. qui faciet, quando uolet, quæq; lege uolet, facito: quo modo faxit, probe factum esto. si id moritur, quod fieri oportebit, prophanum esto, neque scelus esto. si quis rumpet occideritue insciens, ne fraus esto. si quis clepset, ne populo scelus esto, neue cui cleptum erit. si atro die faxit insciens, probe factum esto. si nocte siue luce, si seruus siue liber faxit, probe factum esto. si ante id ea senatus populusq; iusserit fieri ac faxit, eo populus solutus, liber esto. Eiusdem rei causa ludi magni uoti æris cccxxxiiii millibus, triente: præterea bubus Ioui ccc, multis alijs diuis bubus albis, atq; cæteris hostijs. Votis rite nuncupatis, supplicatio edicta: supplicatumq; ijt cum coniugibus ac liberis non urbana multitudo tantum, sed agrestium etiam, quos in aliqua sua fortuna publica quoq; contingebat. Curatum lectisternium, & per triduum habitum, decem uiris sacrorum curantibus, & puluinaria in cōspectu fuere: Ioui & Iunoni unum, alterum Neptuno & Mineruæ: tertium Marti ac Veneri, quartum Apollini ac Dianæ: quintum Vulcano ac Vestæ: sextum Mercurio & Cereri. Tum ædes uota Veneri Erycinæ. ædem Q. Fabius MAX. dictator uouit: quia ita ex fatalibus libris editum erat, ut is uoueret, cuius maximum imperium in ciuitate esset. Menti ædem Attilius prætor uouit. Ita rebus diuinis peractis, tum de bello requæ publica dictator retulit: quibus quotiæ legionibus uictori hosti obuiam eundum esse, patres censerent. Decretum, ut ab Cn. Seruilio consule exercitum acciperet: scriberet præterea ex ciuibus socijsq; quantum equitum ac peditum uideretur: cætera omnia ageret faceretq;, ut è republica duceret

duceret. Fabius duas legiones se adiecturū ad feruilianum exercitum dixit. his per magistrum equitum scriptis, Tybur diem ad conueniendū edixit. edictoꝝ proposito, ut quibus oppida castellaꝝ immunita essent, in loca tuta cōmigrarent: ex agris quoq; uti demigrarent omnes regionis eius, qua iturus Annibal esset: tectis prius incensis ac frugibus corruptis, ne cuius rei copia esset: ipse uia Flaminia profectus obuiam consuli exercituiq; cum ad Tyberim circa Otriculum prospexisset agmen, consulemꝝ cum equitibus ad se progredientē, uiatorem misit, qui consuli nuntiaret, ut sine licitoribus ad dictatorē ueniret. Qui cum dicto paruisset: cōgressusꝝ eorum ingentem speciem dictaturæ apud ciues sociosq; uetustate iam propè oblitos eius imperij, fecisset, literę ab urbe allatę sunt: naues onerarias cōmeatum ab Hostia in Hispaniam ad exercitū portantes à classe punica circa portum Cossanum captas esse. Itaq; extemplo consul Hostiam proficisci iussus: nauibus quæ ad urbem Romanam aut Hostię essent, completis milite ac naualibus socijs, persequi hostium classē, ac litora Italię tutari. Magna uis hominum conscripta Romæ erat. Libertini etiam quibus liberi essent, & ætas militaris, in uerba iurauerāt. Ex hoc urbano exercitu qui minores quinꝝ & triginta annis erāt, in nauēis impositi: alij ut urbi præsiderent, relicti. dictator exercitu consulis accepto à Fulvio Flacco legato, per agrum fabinum Tybur, quò diem ad cōueniendū edixerat nouis militibus, uenit: inde Præneste transuersis tramitibus in uiam Latinam est regressus: unde itineribus summa cum cura exploratis ad hostem ducit: nullo loco, nisi quantum necessitas cogeret, fortunæ se cōmissurus. Quo primum die haud procul Arpis in conspectu hostium posuit castra, nulla mora facta, quin Pœnus educeret in aciem, copiamꝝ pugnandi faceret. sed ubi quieta omnia apud hostes, nec castra ullo tumultu mota uidet: increpās quidem uictos tandem martios animos Romanorum debellatumꝝ, & concessum eis propalām de uirtute ac gloria esse, in castra redijt. Cæterum tacita cura animum incensus, quod cum duce haudquaquam Flaminio, Sempronioꝝ simili futura sibi res esset: ac tum demum edocti malis Romani parem Annibali ducem quæsisissent, & prudentiam quidem, non uim dictatoris extemplo timuit, constantiamꝝ eius haud dū expertus, agitare ac tentare animum mouendo crebro castra, populandoꝝ in oculis eius agros sociorum, cepit: & modo citato agmine è conspectu abibat, modo repente in aliquo flexu uia, si excipere digressum in æquum posset, occultus subsistebat. Fabius per loca alta agmen ducebat, modico ab hoste interuallo, ut neq; omitteret eum, neq; cōgredere. castris, nisi quātum usus necessario cogeret, tenebatur miles. pabulum et ligna nec pauci petebant, nec passim. equitum leuisq; armaturæ statio cōposita instructaꝝ in subitos tumultus, & suo militi tuta omnia & infesta effusis hostium populatoribus præbebat. neque uniuerso periculo summa rerum committebatur: & parua momenta leuium certaminum ex tuto cœptorum, finitimorum receptu, assuefaciebant territum pristinis cladibus militem minus iam tandem aut uirtutis, aut fortunæ pœnitere suæ. Sed non Annibalem magis infestum tam sanis cōsilijs habebat quàm magistrum equitum, qui nihil aliud quàm quod non imperabat, morę ad rempublicam præcipitandam habebat. ferox rapidusq; in consilijs, ac lingua immodicus, primo inter paucos, dein propalām in uulgus pro cunctatore segnem, pro cauto timidum, affingens uicina uirtutibus uitia, compellabat: premendorumq; superiorum arte, quæ pessima ars nimis prosperis multorum successibus creuit, sese extollebat. Annibal ex Arpis in Samnium transit, beneuentanum depopulatur agrum, Telesiam urbem capit: irritat etiam de industria ducem: si forte accensum tor indignitatibus cladibusq; sociorum trahere ad æquum certamen possit. Inter multitudinem sociorum Italici generis, qui ad Trasimenum capti ab Annibale, dimissiq; fuerant: tres campani equites erant, multis iam tum illecti donis promissisq; Annibalis ad conciliandos popularium animos. Hi nuntiantes, si in Campaniam exercitum admouisset, Capuæ potiendæ copiam fore, cum res maior quàm autores esset: dubium Annibalem, alternisq; fidentem ac diffidentem, tamen ut Campanos ex Samnio peteret, mouerunt. Monitos, ut etiam atque etiam promissa rebus confirmarent, iussosq; cum popularibus & aliquibus principum redire ad se, dimisit. ipse imperat duci, ut se in agrum Casinatē ducat: edoctus à peritis regionum, si eum saltum occupasset, exitum Romano ad opem ferendam socijs inter-

clusurum

clufurum. Sed punicum abhorrens ab latino nomen, Casilinum pro Casino ducem accipere fecit: auersusq; ab itinere, per Alifanum, Calatinumq; & Calenum agrum in campum Stella tem descendit: ubi cum montibus, fluminibusq; clausam regionem circumspexisset, uocatum ducem percunctatur: ubi terrarum esset. cum is Casilini eo die mansurum cum dixisset: tum demum cognitus est error, & Casinum longe inde alia regione esse. uirgisq; caeso duce, & ad reliquorum terrorem in crucem sublato, castris communitis Maharbalem cum equitibus in agrum Falernū prædatum dimisit. Usq; ad aquas Sinuessanas populatio ea peruenit. ingentem cladem, fugam tamen, terroremq; latius Numidæ fecerunt. nec tamen is terror, cum omnia bello flagrarét, fide socios dimouit, uidelicet quia iusto & moderato regebantur imperio: nec abnuebant, quod unum uinculum fidei est, melioribus parere. Vt uero ad Vulturnum flumen castra sunt posita: exurebaturq; amœnissimus Italiæ ager, uillæq; passim incendijs fumabant, per iuga Malsici montis Fabio ducente, propè de integro est orta seditio: ac duces seditionis accensi quidam. fuerat enim silentiū per paucos dies: quia cum celerius solito ductum agmen fuisset, festinari ad prohibendam populationibus Campaniam crediderant. ut uero in extrema iuga Malsici montis uentū est: hostesq; sub oculis erant, falerni agri, colonorumque Sinuessæ tecta urentes: nec ulla erat mentio pugnae. Spectatūmne huc, inquit Minucius, ad rem fruendam oculis, sociorum cædes, & incendia uenimus: nec si nullius alterius nos, ne ciuium quidem horum pudet? quos in Sinuessam colonos patres nostri miserunt: ut ab Samnite hoste tuta hæc ora esset, quam nunc non uicinus Samnis urit: sed Pœnus aduena, ab extremis orbis terrarum terminis nostra cunctatione & secordia iam huc progressus. Tantum (prò dolor) degeneramus à parentibus nostris: ut, præter quam oram illi Punicas uagari classes dedecus esse imperij sui duxerint: eam nos nunc plenam Numidarū hostium, ac Maurorum iam factam uideamus? Qui modo Saguntum oppugnari indignando non homines tantum, sed fœdera, & deos ciebamus, tendentem ad mœnia Romanæ coloniae Annibalem lenti spectamus. Fumus ex incendijs uillarum agrorumq; in oculos atq; ora uenit, strepunt aures clamoribus plorantium sociorum, sæpius nos, quàm deorum inuocantium opem. nos hic pecorum more per æstiuos saltus, deuiosq; colles exercitum ducimus, conditi nubibus, syluisq;. Si hoc modo peragrando cacumina saltusq; Furius recipere à Gallis urbem uoluisset, quo hic nouus Camillus nobis dictator unicus in rebus afflictis quæsitus Italiam ab Annibale recuperare parat, Gallorum Roma esset: quam uereor ne sic cunctantibus nobis, Annibali ac Pœnis toties seruauerint maiores nostri. Sed uir, ac uere Romanus quo die dictatorem eum ex autoritate patrum iussuq; populi dictum, Veios allatus est nuntius: cum esset satis altum Ianiculum, ubi sedens prospectaret hostem: descendit in æquum: atq; illo ipso die media in urbe, quæ nunc busta Gallica sunt, & postero die citra Gabios cecidit Gallorum legiones. Quid post multos annos, cum ad furcas caudinas ab Samnite hoste sub iugum missi fumus: utrum tandem L. Papyrius Cursor iuga Samniti perlustrando, an Luceriam premendo, obstandoq;, & laceffendo uictorem hostem, depulsum ab Romanis ceruicibus iugum superbo Samniti imposuit. Modo cōsuli Luctatio quæ alia res, quàm celeritas uictoriam dedit: quod postero die, quàm hostem uidit, classem grauem com meatibus, impeditam suo ipsam instrumeto atq; apparatu, oppressit. Stultitia est sedendo, aut uotis debellari credere posse. armati copias oportet, deducendas in æquum: ut uir cum uiro congregiaris. Audendo, agendoq; res Romana creuit, non his sensibus, consilijsue, quæ timidi cauta uocant. Hæc uelut contionanti Minucio circumfundebatur tribunorum, equitumq; Romanorū multitudo, & ad aures quoq; militū dicta ferocia uoluebantur: ac si militaris suffragij res esset, haud dubie ferebant, Minucium Fabio duci prælaturos. Fabius pariter in suos haud minus, quàm in hostes intentus, prius ab alijs inuictum animum præstans, quanquam probe scit, nō in castris modo suis, sed iam etiam Romæ suam cunctationem infamem esse, obstinatus tamen eodem consiliorū tenore æstatis reliquum extraxit: ut Annibal destitutus ab spe summa appetiti certaminis, iam hybernis locum circumspectaret: quia ea regio præsentis erat copiarum, non perpetuæ, arbuta uineq; & cōsita omnia magis amœnis quàm necessarijs fructibus. Hac per exploratores

dd relata

relata fama Fabio, cum satis sciret per easdem angustias, quibus intrauerat falernum agrum, rediturum, Calliculam montem & Casilinum occupat modicis præsijs: quæ urbs Vulturno flumine dirempta, falernum à campano agro diuidit: ipse iugis ipsdem exercitum reducit, misso exploratum cum cccc equitibus sociorum L. Hostilio Mancino: qui ex turba iuuenū audientium sæpe ferociter contionantem magistrum equitum, progressus primo exploratoris modo, ut ex tuto specularetur hostem, ubi uagos passim per uicos Numidas uidit, per occasionem etiam paucos occidit, extemplo occupatus certamine est animus, excideruntq; præcepta dictatoris: qui quàm tuto posset progressum prius recipere sese iusserat, quàm in conspectum hostium ueniret. Numidæ alij atq; alij occurstantes, refugientesq; ad castra propè ipsium cum fatigatione equorum, atq; hominū pertraxere. inde Cartalo, penes quem summa equestris imperij erat, concitatis equis inuectus, cum prius quàm ad coniectum teli ueniret, auertisset hostem: quinq; millia fermè continenti cursu secutus est fugientes. Mancinus postquam nec hostem desistere sequi, nec spem uidit effugiendi esse, cohortatus suos in prælium redijt, omni parte uirium impar. itaq; ipse, & delecti equitum circumuenti occiduntur. cæteri effuso rursus cursu Cales primū, inde propè inuis callibus ad dictatorem perfugerunt. Eo forte die Minucius se coniunxerat Fabio, missus ad firmandū præsidio saltum, qui super Tarracinam in arctas coactus fauces imminet mari, ne immunito Appiæ limite Pœnus peruenire in agrū Romanum posset. Coniunctis exercitibus dictator, ac magister equitum castra in uiam deferunt, qua Annibal ducturus erat. duo inde millia hostes aberāt. Postero die Pœni quod uia inter bina castra erat, agmine compleuere. Cum Romani sub ipso constitissent uallo, haud dubie æquiore loco, succelsit tamen Pœnus cum expeditis equitibus, atq; ad laceßendū hostem raptim & procurfando, recipiēdoq; sese pugnaere. Restitit suo loco Romana acies. lenta pugna, & ex dictatoris magis, quàm Annibalis fuit uoluntate. cc ab Romanis, dccc hostium cecidere. Inclusus inde uideri Annibal, & ad Casilinum obsessus: cum Capua, & Samnium, & tantum ab tergo diuitū sociorum Romanis commeatus subueheret: Pœnus contra intra formiana saxa, ac Linterni arenas, stagnaq; perhorrida situ hybernaturus esset. Nec Annibalem fefellit suis se artibus peti. itaq; cum per Casilinum euadere non posset, petendiq; montes, & iugum Calliculæ superandū esset: necubi Romanus inclusum uallibus agmen aggredere, ludibrium oculorum specie terribile ad frustrandum hostem cōmentus, principio noctis furtim succedere ad montes statuit. Fallacis cōsilij talis apparatus fuit. Faces undiq; ex agris collectæ, fascēsque uirgarum, atq; arida sarmenta præligantur cornibus boum: quos domitos, indomitosq; multos inter cæteram agrestem prædam agebat. ad duo millia fermè boum effecta: Adrubalicq; negotium datum, ut primis tenebris noctis id armentum accensis cornibus ad mōteis ageret: maxime, si posset, super saltus ab hoste infessos. Primis tenebris silentio mota castra, boues aliquanto ante signa acti. ubi ad radices montium, uiasq; angustas uentum est, signum extemplo datur, ut accensis cornibus armenta in aduersos concitentur monteis. & metus ipse relucens flammæ ex capite, calorq; iam ad uiuum, ad imaq; cornuum adueniens uelut stimulos furore agebat boues. quo repente discursu haud secus, quàm syluis montibusq; accensis, omnia circum uirgulta ardere: capitumq; inquietatio excitans flammam, hominum passim discurrentium speciem præbebat. Qui ad transitus saltus insidendos locati erant: ubi in summis montibus, ac super se quosdam ignes conspexerūt, circumuentos se esse rati, præsidio excessere: quæ ingens emicabat flamma, uelut tutissimū iter petentes summa montium iuga. tum in quosdam boues palantes à suis gregibus inciderunt: & primo cū procul cernerent, ueluti flammam spirantium miraculo attoniti constiterunt. deinde ut humana apparuit fraus, tum uero insidias rati esse, cum multo maximoq; strepitu concitant se in fugam, leuicq; armaturæ hostium incurere. cæterum nox æquato timore neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit. Interea toto agmine Annibal traducto per saltum, & quibusdam in ipso saltu hostium oppressis, in agro alifano posuit castra. Hunc tumultum sensit Fabius, cæterum & insidias esse ratus, & ab nocturno utiq; abhorrens certamine, suos munimentis tenuit. Luce prima sub iugo montis prælium fuit, quo interclusam ab suis leuem armaturam facile (etenim numero alij

ro alij

ro aliquantum præstabant) Romani superassent, nisi Hispanorum cohors ad id ipsum remis-
sa ab Annibale, peruenisset. ea a luetior montibus, & ad concursandum inter saxa rupesq; ap-
tior ac leuior, cum uelocitate corporum, tum armorum habitu, campestem hostem, grauem
armis statariumq; pugnae genere facile eludit. Ita haudquaquam pari certamine digressi, Hi-
spani ferè omnes incolumes, Romani aliquot suis amissis, in castra contenderunt. Fabius quo-
que mouit castra, transgressusq; saltum super Alifas loco alto ac munito confedit. Tum per
Samniū Romam se petere simulans Annibal, usq; in Pelignos populabundus redijt. Fabius
medijs inter hostium agmen, urbemq; Romam iugis ducebat, nec abstitens, nec cōgrediens.
Ex Pelignis Pœnus flexit iter, retroq; Apuliam reperens, Gerionem peruenit, urbem metu,
quia collapsa ruinis pars mœnium erat, ab suis desertam. Dictator in Iarinate agro castra cō-
muniit. inde sacrorum causa Romam reuocatus, non imperio modo, sed consilio etiam, ac pro-
pè precibus agens cum magistro equitum: ut plus consilio, quàm fortunæ confidat, & se po-
tius ducem, quàm Sempronium Flaminiūq; imitetur. ne nihil actum censeret extracta pro-
pè æstate per ludificationem hostis. medicos quoq; plus interdum quiete, quàm mouendo
atq; agendo proficere. haud paruam rem esse, ab toties uictore hoste uinci desisse: & ab con-
tinuis cladibus respirasse. Hæc nequicquam præmonito magistro equitum, Romam est
profectus. Principio æstatis, qua hæc gerebantur, in Hispania quoq; terra mariq; ceptū
bellum est. Asdrubal ad eum nauium numerum, quem à fratre instructum, paratumq; acce-
perat, decem adiecit. quadraginta nauium classem Himilconi tradidit, atq; ita Carthagine pro-
fectus nauibus prope terram, exercitum in litore ducebat, paratus configere quacunq; parte
copiarum hostis occurrisset. Cn. Scipioni, postquam mouisse ex hibernis hostem audiuit, pri-
mo idem consilij fuit: deinde minus terra propter ingentem famam nouorum auxiliorum cō-
currere ausus, delecto milite in naues imposito, quinq; & triginta nauium classe ire obuiam ho-
sti pergit. Altero ab Tarracone die ad stationē xx millia passuū distantē ab ostio Iberi am-
nis peruenit. inde duæ Mafsiliensium speculatoriæ præmissæ retulerunt, classem punicam sta-
re in ostio fluminis, castraq; in ripa posita. Itaq; ut impruidos, incautosq; uniuerso simul
effuso terrore opprimeret, sublatis anchoris ad hostem uadit. Multas, & locis altis positas tur-
reis Hispania habet, quibus & speculis, & propugnaculis aduersus latrones utuntur. Inde pri-
mo conspectis hostium nauibus, datum signum Asdrubali est: tumultusq; prius in terra & ca-
stris, quàm ad mare & ad naues est ortus, nondum aut pulsu remorum strepituq; alio nauti-
co exaudito, aut aperientibus classem promontorijs: cum repente eques alius super alium ab
Asdrubale missus, uagos in litore, quietosq; in tentorijs suis, nihil minus quàm hostem aut
prælium eo die expectantes, conscendere naues propere, atq; arma capere iubet. classem Ro-
manam iam haud procul à portu esse. Hæc equites dimissi passim imperabant. mox Asdru-
bal ipse cum omni exercitu aderat: uarioq; omnia tumultu strepunt, ruentibus in naues simul
remigibus militibusq; fugientiū magis è terra quàm in pugnam euntiū modo. Vix dum om-
nes conscenderant, cum alij resoluunt oras, aut anchoram uellunt: alij, ne quid teneat, ancho-
ralia incidunt: raptimq; omnia præpropere agendo, militum apparatu nautica ministeria im-
pediuntur, trepidatione nautarum capere & aptare arma miles prohibetur. Et iam Romanus
non appropinquabat modo, sed direxerat etiam in pugnam naues. itaq; non ab hoste & præ-
lio magis Pœni, quàm suomet ipsi tumultu turbabantur: & tentata uerius pugna, quàm inita,
in fugam auerterunt classem. & cum auersi, ac diuerso late agmine à tam multis simul uenienti-
bus haud sanè impenetrabiles essent, in litus passim naues egerunt: atq; alij uadis, alij sicco li-
tore excepti, partim armati, partim inermes ad instructam per litus aciem suorum perfugere.
Duæ tamen primo concursu captæ erant punicæ naues, quatuor suppressæ. Romani, quan-
quam terra hostiū erat, armatamq; aciem toto prætentam in litore cernebant, haud cunctan-
ter tamen insecuti trepidam hostium classem, nauis omnes, quæ non aut perfregerant pro-
ras litore illifas, aut carinas fixerant uadis, religatas puppibus in altum extraxere. ad v & xx
naues ex xxx cepere. Neq; id pulcherrimum eius uictoriæ fuit, sed quod una leui pugna to-
to eius oræ mari potiti erant. Itaq; ad Honoscā classe prouecti, excensu è nauibus in terram

dd 2 facto

facto, cum urbem uicessissent, captamque diripiissent, Carthaginem inde petunt: atque omnem agrum circa depopulati, postremo tecta quoque coniuncta muro, portisque incenderunt. Inde iam præda grauis ad Longunticam peruenit classis: ubi uis magna sparti fuit, ad rem nauticam congesta ab Asdrubale, quod satis in usum fuit, sublato, cæterum omne incensum est. Nec continentis modo proiectas oras præteruecta, sed in Ebusum insulam transmissum. ubi urbe, quæ caput insule est, biduum nequicquam summo labore oppugnata, ubi in spem irritam frustrari tempus animaduersum est, ad populationem agri uersi, direptis aliquot incensisque uicis, maiore quam ex continenti præda parta, cum in naues sese recepissent, ex Balearibus insulis legati pacem petentes ad Scipionem uenerunt. Inde flexa retro classis, reditumque in citeriora prouinciæ: quod omnium populorum, qui Iberum incolunt, multorum & ultimæ Hispaniæ legati concurrerunt. Sed qui uere ditionis imperique Romani facti sunt, obsidibus datis, populi amplius fuerunt centumviginti. Igitur terrestribus quoque copiis satis fidens Romanus, usque ad saltum castulonensem est progressus. Asdrubal in Lusitaniam, ac propius Oceanum concessit. Quietum inde fore uidebatur reliquum æstatis tempus, fuissetque per Pœnum hostem: sed præterquam quod ipsorum Hispanorum inquieta auidaque in nouas res sunt ingenia, Mandonius uir nobilis, qui antea Ilorgetum regulus fuerat, postquam Romani ab saltu recessere ad maritimam oram, concitis popularibus in agrum pacatum Romanorum sociorum ad populandum uenit. Aduersus eos tribus millibus cum expeditis auxilijs à Scipione missis, leui certamine ut tumultuariam manum fudere, multis occisis, quibusdam captis: magnaque parte armis exuta. Hic tamen tumultus cedentem ad Oceanum Asdrubalem cis Iberum ad socios tutandos retraxit. Castra punica in agro Ilercaonensium, castra Romana ad nouam classem grant, cum fama repens aliò uertit bellum. Celtiberi principes, qui regionis suæ legatos, obsidesque dederant Romanis, nuntio missò à Scipione exciti arma capiunt, prouinciæque Carthaginensium ualido exercitu inuadunt: tria oppida uic expugnant. inde cum ipso Asdrubale duobus prælijs egregie pugnantes, xv millia hostium occiderunt, quatuor millia cum multis militaribus signis capiunt. Hoc statu rerum in Hispania, P. Scipio in prouinciã uenit, prorogato post consulatum imperio ab senatu missus cum xxx longis nauibus, & octo milibus militum, magnoque comœtu adiecto. Ea classis ingens agmine onerariarum procul uisa cum magna læticia ciuium sociorumque, portum Tarraconis ex alto tenuit. ibi milite exposito, profectus Scipio fratri coniungitur: ac deinde cõmuni animo, consilioque gerebant bellum. Occupatis igitur Carthaginensibus celtiberico bello, haud cunctanter Iberum transgrediuntur: nec ullo uiso hoste Saguntum pergunt ire, quod ibi obsides totius Hispaniæ custodite traditos ab Annibale, fama erat modico in arce custodiri præsidio. Id unum pignus inclinatos ad Romanam societatem omnium Hispaniæ populorum animos morabatur, ne sanguine liberorum suorum culpa defectionis lueretur. Eo uinculo Hispaniam uir unus solerti magis quam fideli cõsilio exoluit. Acedux erat Sagunti nobilis Hispanus, fidus ante Pœnis: rum (qualia pleraque sunt barbarorum ingenia) cum fortuna mutauerat fidem. cæterum transfugam sine magnæ rei prodicione uenientem ad hostes, nihil aliud quam unum uile atque infame corpus esse ratus, id agebat, ut quam maximum emolumentum nouis socijs esset. circumspectis igitur omnibus, quæ fortuna potestatis eius poterat facere, obsidibus potissimum tradendis animum adiecit: eam unam rem maxime ratus conciliaturam Romanis principum Hispaniæ amicitiam. Sed cum iniussu Bostaris præfecti satis sciret nihil obsidum custodes facturum esse: Bostarem ipsum arte aggreditur. Castra extra urbem in ipso litore habebat Bostar: ut aditum ex portu intercluderet Romanis. ibi cum in secretum abductum uelut ignorantem monet in quo statu sit res. Metum continuisse ad eam diem Hispanorum animos: quia procul Romani abessent: nunc eis Iberum castra Romana esse, arcem tutam, perfugiumque nouas uolentibus res. itaque quos metus non teneat, beneficio & gratia deuinciendos esse. Miranti Bostari, percunctantique, quodnam id subitum tantæ rei donum possit esse, obsides, inquit, in ciuitates remitte. id priuatim parentibus, quorum maximum nomen in ciuitatibus est suis, & publice populis gratum erit. Vult sibi quisque credi, & habita fides ipsam plerumque obligat fidem. Mi-

nisterium

nisterium restituendorum domos obsidum mihi met depono ipse, ut opera quoque impensa cōsiliū adiuuem meum, & rei suapte natura gratæ quantam insuper gratiam possim, adiciam. Homini non ad cætera punica ingenia callido ut persuasit, nocte clām progressus ad hostium stationes, conuentis quibusdam auxiliaribus Hispanis, & ab ijs ad Scipionem perductus, quid afferret expromit. Fide accepta dataq; ac loco & tempore constituto ad obsides tradendos, Saguntum redit. diem insequentem absumpsit cum Bostare mandatis ad rem agendam accipiendis. dimissus cum se nocte iturum, ut custodias hostium falleret, constituisset, ad compositam cum ijs horam excitatis custodibus puerorum profectus, ueluti ignarus in præparatas sua fraude insidias ducit. In castra Romana perducti, cætera omnia de reddendis obsidibus, sicut cum Bostare constitutum erat, acta per eundem ordinem, quasi Carthaginensium nomine sic agerentur. Maior aliquanto Romanorum gratia fuit in re pari, quàm quanta futura Carthaginensium fuerat. illos enim graues superbosq; in rebus secundis expertos fortuna & timor mitigasse uideri poterat. Romanus primo aduentu, incognitus ante, ab re clementi liberaliq; initium fecerat: & Acedux uir prudens haud frustra uidebatur socios mutasse. Itaq; ingenti consensu ad defectionem omnes spectare. armaq; extemplo mota forent, ni hyems, quæ Romanos quoque, & Carthaginenses concedere in tecta coegit, interuenisset. Hæc in Hispania quoq; secunda æstate punici belli gesta, cum in Italia paululum interualli cladibus Romanis solers cunctatio Fabrij fecisset. quæ ut Annibalem non mediocri sollicitum cura habebat, tandem cum militiæ magistrum delegisse Romanos cernentē, qui bellum ratione, non fortuna gereret: ita contempta erat inter ciues armatos pariter togatosq; utiq; postquam absente eo, temeritate magistri equitum læto, ut uerius dixerim, quàm prospere euentu pugnatum fuerat. Accesserant duæ res ad augendam inuidiã dictatoris. una fraude, ac dolo Annibalis: quod cum à perfugis ei monstratus ager dictatoris esset, omnibus circa solo æquatis, ab uno eo ferrum ignemq; & uim omnem hostium abstineri iussit, ut occulti alicuius pacti ea merces uideri posset. altera ipsius facta, primo forsitan dubio, quia non expectata in eo senatus autoritas est: ad extremum haud ambigue in maximam laudem uerso, in permutandis captiuis: quod sicut primo punico bello factum erat, conuenerat inter duces Romanos, Pœnūmq; ut quæ pars plus reciperet quàm daret, argenti pondo bina & selibras in militem præstaret. CCXLVII cum plures Romanus, quàm Pœnus recepisset, argentumq; pro eis debitum, sæpe iactata in senatu re, quoniam non consulisset patres, tardius rogaretur: inuiolatum ab hoste agrum misso Romam filio uendidit, fidemq; publicam impendio priuato exoluit. Annibal pro Gerionis mœnibus, cuius urbis captæ atq; incensæ ab se in usum horreorum pauca reliquerat tecta, statua habebat. inde frumentatum duas exercitus partes mittebat: cum tertia ipse expedita in statione erat, simul castris præsidio, & circumspectans necunde impetus in frumentatores fieret. Romanus tunc exercitus in agro larina ti erat. præerat Minucius magister equitum, profecto, sicut ante dictum est, ad urbem dictatore. Cæterum castra, quæ in monte alto, ac tuto loco posita fuerant, iam in planum deferuntur: agitabaturq; pro ingenio ducis consilia callidiora, ut impetus aut in frumentatores palantes, aut in castra relicta cum leui manu præsidioq; fieret. Nec Annibalem fecellit, cum duce mutatam esse belli rationem, & ferocius, quàm consultius rem hostes gesturos. Ipse autem (quod minime quis crederet) cum hostis propius esset, tertiam partem militum frumentatum, duabus in castris retentis, dimisit: deinde castra ipsa propius hostem mouit, duo ferme à Gerione millia, in tumultum hosti conspectum: ut intentum sciret esse ad frumentatores, si qua uis fieret, tutandos. Propior inde ei, atque ipsis imminens Romanorum castris tumultus apparuit: ad quem capiendum, si luce palam iretur, quia haud dubie hostibus breuiore uia præuentus esset, nocte clām missi Numidæ ceperunt. quos tenentis locum contempta paucitate Romani postero die cum eiecissent, ipsi eò transferunt castra. Tum itaq; ut exiguum spatij uallū à uallo aberat, & id ipsum totū propè compleuerat Romana acies, simul & per auersa castra à castris Annibalis equitatus cum leui armatura emissus in frumentatores late cædem fugamq; hostium palatorum fecit: nec acie certare Annibal ausus: quia tanta paucitate

dd 3 uix castra

uix castra, si oppugnarentur, tutari poterat. iamque artibus Fabij pars exercitus aberat, iam ferme sedendo, & cunctando bellum gerebat, receperatque suos in priora castra, quæ pro Gerionis mœnibus erant. Iusta quoque acie, & collatis signis dimicatum, quidam autores sunt. primo concursu Pœnum usque ad castra fufum, inde eruptione facta repente uersum terrorem in Romanos: Numerij Decimi Samnitis deinde aduentu prælium restitutum. hunc principem genere ac diuitijs non Bouiani modo, unde erat, sed toto Samnio, iussu dictatoris octo milia peditum, & equites ducentos adducentem in castra, ab tergo cum apparuisset Annibali, spem parti utrique præbuisse noui subsidij: tumque Fabio ab Roma ueniente, Annibalem insidiarum quoque aliquid timentem recepisse suos: Romanum insecutum adiuuante Samnite duo castella eo die expugnasse: sex milia hostium caesa, quinque admodum Romanorum. tamen in tam pari propè clade famam egregiæ uictoriæ cum uanioribus literis magistratum Romam perlatam. De his rebus persæpe & in senatu, & in concione actum est. Cum læta ciuitate dictator unus nihil nec famæ, nec literis crederet, ut si uera omnia essent, secunda se magis, quàm aduersa timere diceret: tum M. Metellus tribunus plebis id unum enim uero ferendum esse negat, non præsentem solum dictatorem obstitisse rei bene gerendæ, sed absentem etiam gestæ obstare: & in ducendo bello sedulo tempus terere, quo diutius in magistratu sit, solusque & Romæ & in exercitu imperium habeat. quippe consulum alterum in acie cecidisse, alterum specie classis Punicæ persequendæ procul ab Italia ablegatum. duos prætores Sicilia atque Sardinia occupatos, quorum neutra hoc tempore prouincia prætore egerat. M. Minucium magistrum equitum, ne hostem uideret, ne quid rei bellicæ gereret, propè in custodia habitum. Itaque Hercule non Samnium modo, quo iam tanquam trans Iberum agro Pœnis concessum sit, sed Campanum, Calenumque, & Falernum agrum peruastatos esse, sedente Casilini dictatore, & legionibus populi Romani agrum suum tutante. exercitum cupientem pugnare, & magistrum equitum, clausos propè intra uallum retentos, tanquam hostibus captiuis arma adempta. tandem ut abscesserit inde dictator, ut obsidione liberatos extra uallum egressos fuisse, ac fugasse hosteis. Quas ob res, si antiquus animus plebi Romanæ esset, audacter se laturum fuisse de abrogando Q. Fabij imperio. Nunc modicam rogationem promulgaturum de æquando magistrum equitum & dictatoris iure: nec tamen ne ita quidem prius dimittendum ad exercitum Q. Fabium, quàm consulem in locum C. Flamini suffecisset. Dictator concionibus se abstinuit, in actione minime popularis. ne in senatu quidem satis æquis auribus audiebatur, tunc cum hostem uerbis extolleret, benignique clades per temeritatem atque inscitiam ducum acceptas referret: magistrumque equitum, quod contra edictum suum pugnasset rationem diceret reddendam esse. si penes se summa imperij, consilijque sit, propediem effecturum, ut sciant homines: bono imperatori haud magni fortunam momenti esse, mentem, rationemque dominari. se sæuo tempore, & sine ignominia seruasse exercitum, quàm multa milia hostium occidisse, ducere maiorem gloriam esse. Huius generis orationibus frustra habitis, & consule creato M. Attilio Regulo, ne præsens de iure imperij dimicaret, pridie quàm rogationis ferendæ dies adesset, nocte ad exercitum abiit. Luce orta cum plebis concilium esset, magis tacita inuidia dictatoris, fauorque magistrum equitum animos uersabat, quàm satis audebant homines ad suadendum quòd uulgo placebat, prodire: & fauore superante, autoritas tamen rogationi dcerat. Unus inuentus est suasor legis C. Terentius Varro, qui priore anno prætor fuerat, loco non humili solum, sed etiam sordido ortus. patrem lanium fuisse ferunt, ipsum institorem mercis, filioque hoc ipso in seruili eius artis ministerio usum. Is iuuenis ubi ex eo genere quæstus pecunia à patre relicta, animum ad spem liberalioris fortunæ adiecit, togæque & forum placuere, proclamando pro sordibus hominibus, causisque aduersus rem & famam bonorum, primum in noticiam populi, deinde ad honorem peruenit. quæstura quoque, & duabus ædilitatibus, plebeia, & curuli, postremo & prætura perfunctus, iam ad consulatus spem cum attolleret animos, haud parum callide auram fauorabilis populi ex dictatoriali inuidia petijt: sicque plebis unus gratiam tulit. Omnes eam rogationem, quicque Romæ, quicque in exercitu erant, æqui, atque iniqui, præter

præter ipsum dictatorem, in contumeliam eius latam acceperunt. ipse qua grauitate animi criminantes se ad multitudinem inimicos tulerat, eadem & populi in se sæuientis iniuriam tulit. acceptisq; in ipso itinere literis senatus consulti de æquato imperio, satis fidens haudquam cum imperij iure artem imperandi æquatam, cùmque inuicto à ciuibus, hostib;usque animo ad exercitum redijt. Minucius uero cum iam ante uix tolerabilis fuisset, secundis rebus ac fauore uulgi: tum utique immodice immodestèque non Annibale magis uicto ab se quàm Fabio gloriari. Illum in rebus asperis unicum ac parem ducem quæsitum Annibali, maiorem minori, dictatorem magistro equitum, quod nulla memoria habeat annalium, iussu populi æquatum in eadem ciuitate, in qua magistri equitum uirgas ac secures dictatoris tremere atque horrere soliti sunt. in tantum suam felicitatem, uirtutemque enituisse. ergo securum se fortunam suam, si dictatoris cunctatio in segnitie deorum hominũque iudicio damnata perstaret. Itaque quo die primum congressus est cum Fabio, statuendum omnium primum ait esse, quemadmodum imperio ad æquato utantur. se optimum ducere, aut diebus alternis, aut, si maiora interualla placerent, partitis temporibus alternis summum ius imperiumq; esse, ut par hosti non solum consilio, sed uiribus etiam esset, si quam occasionem rei gerendæ habuisset. Q. Fabio haudquaquam id placere: omnia enim fortunam habituram, quæcunque temeritas collegæ habuisset. sibi communicatum cum illo, sed non ademptum imperium esse. itaque se nunquam uolentem parte, qua posset, rerum consilio gerendum cessurum: nec se tempora, aut dies imperij cum eo, sed exercitus diuisurum: suisq; consilijs, quoniam omnia non liceret, quæ posset, seruaturum. Ita obtinuit ut legiones, sicut consilibus mos esset, inter se diuiderent. prima & quarta Minucio, secunda & tertia Fabio cœuerunt. item equites pari numero, sociũq; & Latini nominis auxilia diuiserunt. castris se quoque separari magister equitum uoluit. Duplex inde Annibali gaudium fuit (neq; enim quicquam eorum, quæ apud hostes agerentur, eum fallebat, & perfugis multa indicantibus, & per suos explorantem) nam & liberam Minucij temeritatem se suo modo captaturum, & solertiae Fabij dimidium uirium decessisse. Tumulus erat inter castra Minucij, Pœnorumq; eum qui occupasset, haud dubie iniquiorem erat hosti locum facturum. eum non tam capere sine certamine uolebat Annibal, quanquam id operæpretium erat, quàm causam certaminis cum Minucio, quem semper occursum ad obliſtendum satis sciebat, contrahere. Ager omnis medius erat prima specie inutilis insidiatori, quia nõ modo syluestre quicquam, sed ne uepribus quidem uestitum habebat: re ipsa natus tegendis insidijs, eo magis, quod in nuda ualle nulla talis fraus timeri poterat. & erant in anfractibus cauæ rupes, ut quædam earum ducenos armatos possent capere. In has latebras, quot quencq; locum apte insidare poterant, quinq; milia conduntur peditum, equitumq;. necubi tamẽ aut motus alicuius temere egressi, aut fulgor armorum fraudem in ualle tam aperta detegeret, missis paucis prima luce ad capiendũ quem ante diximus tumulum, auertit oculos hostium. Primo statim conspectu contempta paucitas, ac sibi quisque deposcere pellendos inde hosteis. ad locum capiendum dux ipse inter stolidissimos ferocissimosq; ad arma uocat, & uanis animis & minis increpat hostem. Principio leuem armaturam dimittit, deinde conserto agmine mittit equites: postremo, cum hostibus quoque subsidia mitti uideret, instructis legionibus procedit. Et Annibal laborantibus suis alia atque alia crescente certamine mittens auxilia peditum equitumq;, iam iustam expleuerat aciem, ac totis utrinque uiribus certabatur. Prima leuis armatura Romanorum præoccupatum inferiore loco succedens tumulum, pulsa detrusaque terrorem in succedentem intulit equitem, & ad signa legionum refugit. peditum acies inter percussos impauida sola erat, uidebaturq; si iusta, aut si recta pugna esset, haudquaquam impar futura. tantum animorum fecerat prospere ante paucos dies res gesta. sed exorti repente insidiatores eum tumultum terroremq; in latera utrinque, ab tergo. p̄ incurſantes fecerunt, ut neq; animus ad pugnam, neq; ad fugam spes cuiquam superesset. Tũc Fabius primo clamore paucientium audito, dein cõspecta procul turbata acie: ita est, inquit, nõ celerius quàm timui, deprehendit fortuna temeritatem. Fabio æquatus imperio, Annibalem & uirtute & fortuna superiorem uidet. sed aliud

iurgandi succensendiq; tempus erit: nunc signa extra uallum proferte. uictoriam hosti extorqueamus, confessionem erroris ciuibus. Iam magna ex parte caesis alijs, alijs circumspectantibus fugam, fabiana se acies repente uelut caelo demissa ad auxiliū ostendit. itaq; priusquam ad coniectum teli ueniret, aut manum confereret, & suos à fuga effusa, & à feroci pugna hosteis continuit. Qui solutis ordinibus uage dissipati erant, undiq; confugerūt ad integram aciem. qui plures simul terga dederant, conuersi in hostem, uolentesq; orbem, nunc sensim referre pedem, nunc conglobati restare. ac iam propè una acies facta erat uicti atq; integri exercitus, inferebantq; signa in hostem, cum Pœnus receptui cecinit, palàm ferente Annibale, ab se Minucium, se à Fabio uictum. Ita per uariam fortunam diei maiore parte exacta, cum in castra reditum esset: Minucius conuocatis militibus, Sæpe ego, inquit, audiui milites, cum primum esse uirum, qui ipse consulat quid in rem sit: secundum, cum qui bene monenti obediat: qui nec ipse cōsulere, nec alteri parere scit, cum extremi ingenij esse. Nobis quoniam prima animi ingenijq; negata fors est, secundam ac mediam teneamus: & dum imperare discimus, parere prudenti in animum inducamus. castra cum Fabio iungamus, ad prætorium eius signa cum tulerimus: ubi ego eum parentem appellauero, quod beneficio eius erga nos, ac maiestate eius dignum est: uos milites eos, quorum uos modo arma dexteræq; texerunt, patronos salutabitis: & si nihil aliud, gratorum certe nobis animorum gloriam dies hæc dederit. Signo dato, conclamatur inde ut colligantur uasa, profecti agmine incedentes ad dictatoris castra, in admirationem & ipsum, & omnes, qui circa erant, conuerterunt. Vt constituta sunt ante tribunal signa, progressus ante alios magister equitum cum patrem Fabiū appellasset, circumfusosq; militum eius totum agmen patronos consalutasset: Parentibus, inquit, meis dictator, quibus te modo nomine, quo fando possum, æquauī, uitam tantum debeo: tibi cum meam salutem, tum omnium horum. itaq; plebiscitum, quo oneratus magis, quàm honoratus sum, prius antiquo, abrogocq;: & quod tibi mihiq;, quod meo exercitui tuoq;, conseruato ac conseruatori sit felix, sub imperiū auspiciūq; tuū redeo, & signa hæc legionesq; restituo. tu quæso placatus me magistrū equitum, hos ordinibus suis quemq; teneri iubeas. Tum dextræ inter iunctæ, militesq; contione dimissa à notis ignotisq; benigne atq; hospitaliter inuitati: lætusq; dies ex admodū tristi paulo ante, ac propè execrabili factus. Romæ, ut est perlata fama rei gestæ, dein literis non magis ipsorum imperatorum, quàm uulgo militum ex utroq; exercitu affirmata, pro se quisq; Maximum laudibus ad cælū ferre. Par gloria apud Annibalem, hosteisq; Pœnos erat: ac tum demum sentire, cum Romanis, atq; in Italia bellum esse: nam bienio ante adeo & duces Romanos, & milites speuerant, ut uix cum eadem gente bellum esse crederent, cuius terribilem eam famam à patribus accepissent. Annibalem quoq; ex acie redeuntem dixisse ferunt, tandem eam nubem, quæ sederet in iugis montium, sollicitatam procella imbrem dedisse. Dum hæc geruntur in Italia: Cn. Seruilius Geminus consul cum classe nauium circumuectus Sardinie & Corsicæ oram, & obsidibus utrinq; acceptis, in Africam transmisit: & priusquam in cōtinentem descensiones faceret, Meninge insula uastata, & ab incolentibus circa eam, ne & ipsorum ureretur, direpereturq; ager, decem talentis argenti acceptis, ad litora Africæ accessit, copiasque exposuit. Inde ad populandum agrum ducti milites, naualesq; focij iuxta effusi, ac si insulas cultorum egenteis prædarentur. itaq; in insidias temere illati, cum à frequentibus palantes, & locorum ignari circumuenirentur, cum multa cæde, ac foeda fuga retro ad naues compulsi sunt. Ad mille hominum, cum his Sempronio Bleso quæstore amisso, classis à litoribus hostium plenis trepide soluta in Siciliam cursum tenuit: traditæque Lilybei tota Attilio prætori, ut ab legato eius P. Sura Romam reduceretur. ipse per Siciliam pedibus profectus, freto in Italiam traiecit: literisq; Fabij accitus & collega eius M. Attilius, ut exercitum ab se exacto iam propè semestri imperio acciperent. Omnium propè annales Fabium dictatorem aduersus Annibalem rem gessisse tradunt. Cælius etiam cum primum à populo creatū dictatorem scribit. Sed & Cælium, & ceteros fugit, uni consuli Cn. Seruilio, qui tunc procul in Gallia prouincia aberat, ius fuisse dicendi dictatoris: quam moram quia expectare territa iam clade ciuitas non poterat, eò decursum esse, ut à populo

populo crearetur qui pro dictatore esset: res inde gestas, gloriamque insignem ducis, & augenda titulum imaginis posteris, ut dictator pro predictatore diceretur, facile obtinuisse. Consules M. Atilius Regulus, Cn. Seruilius Geminus exercitu accepto, hybernaculis mature communitis (tum enim autumnus erat tempus) Fabij artibus cum summa inter se concordia bellum gesserunt. Frumentatum exeunti Annibali diuersis locis opportune aderant, carpentes agmen, palantesque excipientes. in casum uniuersae dimicationis, quam omnibus artibus petebat hostis, non ueniebant. adeoque inopia est coactus Annibal, ut nisi tum fugae speciem abeundo timuisset, Galliam repetiturus fuerit: nulla relicta spe alendi exercitus in eis locis, si insequentes consules eisdem artibus bellum gererent. Cum ad Gerionem iam hyeme impendente constitisset bellum: Neapolitani legati Romam uenere. ab his quadraginta patera aurea magni ponderis in curiam illatae, atque ita uerba facta: ut dicerent, scire se Romani populi aërium bello exhauriri: & cum iuxta pro urbibus agrisque sociorum, ac pro capite atque arce Italiae urbe Romana atque imperio geratur: æquum censuisse Neapolitanos, quod auri sibi cum ad ipsorum ornatum, tum ad subsidium fortunæ à maioribus relictum foret, eo iuuare populum Romanum. siquam opem in sese crederent, eodem studio fuisse oblaturus. gratum sibi patres Romanos, populumque facturum, si omnes res Neapolitanorum suas duxissent: dignosque iudicauerint, a quibus donum animo ac uoluntate eorum, qui libentes darent, quam re maius ampliusque, acciperent. Legatis gratiae actae pro munificentia, curaque. patera, quae ponderis minimi fuit, accepta. Per eosdem dies speculator Carthaginensis, qui per biennium fefellerat: Romae deprehensus, praecisisque manibus dimissus: & serui quinque & uiginti in crucem acti quod in campo martio coniurassent. iudici data libertas, & aëris grauis uiginti milia. Legati & ad Philippum Macedonum regem missi ad deposcendum Demetrium Pharium, qui bello uictus ad eum fugisset: & alij in Ligures, ad exoptulandum quod Pœnum opibus auxiliisque suis iuuissent: simul ad uisendum ex propinquo, quae in Boijs, atque Insubribus gererentur. Ad Pineum quoque regem in Illyricos legati missi ad stipendium, cuius dies exierat, poscendum: aut, si diem proferre uellet, obsides accipiendos. adeo etiam bellum ingens in ceruicibus erat, nullius usquam terrarum rei cura Romanos, ne longinqua quidem, effugiebat. In religionem etiam uenit, ædem Concordiae, quam per seditionem militarem biennio ante L. Manlius praetor in Gallia uouisset, locatam ad id tempus non esse. itaque duumiri ad eam rem creati ab Aemylio praetore urbis, Cn. Pupius, & Cæso Quintius Flamininus, ædem in arce faciendam locauerunt. Ab eodem praetore ex senatus consulto literae ad consules missae: ut si his uideretur, alter eorum ad consules creandos Romam ueniret: se in eam diem, qua iussissent, comitia edicturum. Ad hæc à consulibus rescriptum, sine detrimento Reipublicae abscedi non posse ab hoste. itaque per interregem comitia habenda esse potius: quam consulum alter à bello auocaretur. Patribus rectius uisum est, dictatorem à consule dici comitiorum habendorum causa. Dictus L. Veturius Philo M. Pomponium Mathonem magistrum equitum dixit. His uitio creatis, iussisque die quatuordecimo se magistratu abdicare, ad interregnum res rediit. consulibus prorogatum in annum imperium. interreges proditi à patribus Cn. Claudius, Aprij filius, Cento, inde P. Cornelius Asina. in eius interregno comitia habita magno certamine patrum ac plebis. C. Terentium Varonem, sui generis hominem, plebi insectatione principum popularibusque artibus conciliatum, ab Q. Fabij opibus & dictatorio imperio concussis, aliena inuidia splendentem, uulgus etiam extrahere ad consulatum nitabatur. patres summa ope obstabant, ne se insectando, sibi æquari assuescerent homines. Bebius Herennius tribunus plebis, cogitatus C. Terentij, criminando non senatum modo, sed etiam augures, quod dictatorem prohibuissent comitia perficere, per inuidiam eorum fauorem candidato suo conciliabat. Ab hominibus nobilibus per multos annos bellum quarentibus Annibalem in Italiam adductum: ab hisdem, cum debellari possit, fraude id bellum trahi. cum quatuor militum legionibus uniuersis pugnari posse apparuisset, eo quod M. Minucius absente Fabio prospere pugnasset, duas legiones hosti ad eadem obiectas: deinde ex ipsa caede creptas, ut pater, patronusque appellaretur, qui prius uincere prohibuisset Romanos, quam uinci. Consules deinde fabianis artibus, cum

debellari

debellari posset, bellum traxisset. Id fœdus inter omnes nobiles ictum: nec finem ante belli habituros, quàm consulem uere plebeium, id est, hominem nouum fecissent. nam plebeios nobiles iam eisdem initiatos esse sacris: & contemnere plebem, ex quo contemni desierint à patribus, cœpisse. Cui non id apparere: id actum & quæsitum esse, ut interregnum iniretur: ut in patrum potestate comitia essent. id consules ambos ad exercitum morando quæsisse. id postea, quia inuitis ijs dictator esset dictus comitorum causa, expugnatum esse: ut uitiosus dictator per augures fieret. Abhorreere igitur interregnum eos: consulatum unum certe plebis Romanæ esse: populum liberius habiturum, ac daturum ei, qui magis uincere quàm diu imperare malit. Cum his orationibus accensa plebs esset, tribus patricijs petentibus, P. Cornelio Merenda, L. Manlio Volfone, M. Aemylio Lepido, duobus nobilibus iam familiaribus plebi, C. Attilio Serrano, & Q. Aelio Pæto, quorum alter pontifex, alter augur erat, C. Terentius consul unus creatur, ut in manu eius essent comitia rogando collegæ. Tum experta nobilitas parum fuisse uirium in cōpetitoribus eius, L. Aemylium Paulum, qui cum M. Lælio consul fuerat, & damnatione collegæ, & sua propè ambustus euaserat, infestum plebi, diu ac multum recusantem ad petitionem compellit. is proximo comitali die, concedentibus omnibus qui cum Varrone certauerant, parç magis in aduersando, quàm collega datur consuli. Inde prætoria comitia habita. creati M. Pomponius Matho, & P. Furius Philus. Romæ iuris dicendi urbana sors Pomponio, inter ciues Romanos & inter peregrinos P. Furio Philo uenit. Additi duo prætores, M. Claudius Marcellus in Siciliam, L. Posthumius Albinus in Galliam. Omnes absentes creati sunt, nec cuiquam eorum præter Terentium consulem, erat mandatus honos, quem iam non antea gessisset, præteritis aliquot fortibus ac strenuis uiris, quia in tali tempore nullus nouis magistratus uidebatur mandandus. Exercitus quoq; multiplicati sunt. Quantæ autem peditum equitumq; additæ sint copiæ, adeo & numero, & genere copiarum uariant auctores, ut uix quicquam satis certum affirmare ausim. Decem millia nouorum militum alij scripta in supplementum. alij nouas quatuor legiones quinq; legionibus additas, ut nouem legionibus rem gererent. numero quoq; peditum equitumq; legiones auctas, millibus peditum, & centenis equitibus in singulas adiectis: ut quina millia peditum, trecenti equites essent: socij duplicem numerum equitum darent, pedites æquarent. Septem & octoginta millia armatorum, & ducentos in castris Romanis, cum pugnatum ad Cannas est, quidam auctores sunt. Illud haudquaquam discrepat, maiore conatu atq; impetu rem actam, quàm prioribus annis, quia spem posse uinci hostem dictator præbuerat. Cæterum prius quàm signa ab urbe nouæ legiones mouerent, decem uiri libros adire atq; inspicere iussi, propter territos uulgo homines nouis prodigijs. nam & Romæ in Auentino, & Ariciæ nuntiatum erat sub idem tempus lapidibus pluuisse: & multo cruore, signa in Sabinis cædis, aquas è fonte calidas manasse. id quidem & quod sæpius acciderat, magis terrebat. & in uia Fornicata, quæ ad campum erat, aliquot homines de cælo tacti, exanimatiq; fuerant. Ea prodigia ex libris procurata. Legati à Pesto pateras aureas Romam attulerunt. ijs, sicut Neapolitanis, gratiæ actæ, aurum non acceptum. Per eisdem dies ab Hierone classis Hostiam cum magno comœatu accessit. legati in senatum introducti nuntiarunt, cædem C. Flaminijs consulis exercitusq; allatam adeo ægre tulisse regem Hieronem, ut nulla sui propria, regniq; sui clade moueri magis potuerit. itaq; quanquam probè sciat magnitudinem populi Romani admirabiliorem propè aduersis rebus, q̄ secundis esse, missa tamen à se omnia, quibus à bonis fidelibusq; socijs bella iuuari soleant. quæ ne accipere abruant, magnopere se precorare. Iam omnium primum omissis causa uictoriam auream pondere CCCXX afferre sese: acciperent eam, tenerentq; & haberent propriam & perpetuam. aduexisse etiam trecenta millia modium tritici, ducenta hordei, ne comœatus deessent. & quantū præterea opus esset, quò iussissent, subuecturos. Milite atq; equite scire nisi Romano latiniq; nominis non uti populum Romanū: leuium armatorū auxilia etiã externa uidisse in castris Romanis. itaq; misisse mille sagittariorū ac funditorū, aptam manū aduersus Balceares ac Mauros, pugnaresq; alias missili telo gentes.

Ad ea dona consiliū quoq; addebāt, ut prætor, cui prouinciã Sicilia euenisset, classem in Africam

eam traiceret: ut & hostes in terra sua bellum haberent, minusq; laxamenti daretur his ad auxilia Annibali summittenda. Ab senatu ita responsum regi est. Virum bonum, egregiumq; sociū Hieronem esse, atq; uno tenore, ex quo in amicitiam populi Romani uenerit, fidem coluisse, ac rem Romanam omni tempore, ac loco munifice adiuuisse: id perinde ac deberet, pergratum populo Romano esse. Aurum & à ciuitatibus quibusdam allatum gratia rei accepta non accepisse populum romanum: uictoriam, omenq; accipere: sedemq; ei se diuæ dare, dicere Capitolium, templum Iouis Optimi Maximi. in ea arce urbis Romæ sacratam, uolentem propitiāq; firmam ac stabilem fore populo romano. Funditores, sagittarij, & frumentū traditum consulibus. Quinqueremes ad nauium classē, quæ cum T. Octacilio proprætore in Sicilia erant, quinque & uiginti additæ: permissumq; est, ut si è Rep. censeret esse, in Africam traiceret. Delectu perfectō, consules paucos morati dies, dum socij ab nomine latino uerent. Milites tunc, quod nunquam antea factum erat, iureiurando à tribunis militum adacti, iussu consulū cōuenturos, neq; iniussu abituros. nam ad eam diem nihil præter sacramentum fuerat: & ubi ad decuriatum, aut centuriatum cōuenissent, sua uoluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites coniurabant, sese fugæ atq; formidinis ergō non abituros, neque ex ordine recessuros, nisi teli sumendi, aut petendi, aut hostis ferendi, aut ciuis seruandi causa. id ex uoluntario inter ipsos fœdere à tribunis ad legitimam iurisiurandi adactionem translatum. Contiones prius quàm urbe signa mouerentur, consulis Varronis multæ ac feroces fuere, denunciante: bellū accersitū in Italiam ab nobilibus, mansurumq; in uisceribus Reipublicæ si plures Fabios imperatores haberet, se quo die hostem uidisset, profligaturum.

Collegæ eius Pauli una, pridie quàm ex urbe profiscerentur, contio fuit, uerior, quàm gratior populo, qua nihil inclementer in Varronem dictum, nisi id modo. Mirari se, quo modo quis dux, prius quàm aut suum, aut hostium exercitum, locorum situm, naturam regionis nosset: iam nunc locatus in urbe sciret, quæ sibi agenda armato forent: & diem quoq; prædicere posset, qua cum hoste signis collatis esset dimicaturus. Se quæ consilia magis res dent hominibus, quàm homines rebus, ea ante tempus immatura non præcepturum. optare, ut quæ caute, atque consulte gesta essent, satis prospere euenirent. temeritatem, præterquam quod stulta sit, infelicem etiam ad id locorum fuisse. Eum sua sponte apparebat tuta celeribus consilijs præpositurum: & quo id constantius perseveraret, Q. Fabius Maximus sic eum proficiscentem allocutus fertur. Si aut collegam (id quod mallet) tui similem L. Æmyli haberes, aut tu collegæ tui similis esses, superuacanea esset oratio mea. nam & duo boni consules etiam me tacente omnia è republica fide uestra faceretis: & mali nec mea uerba auribus uestris, nec consilia animis reciperetis. nunc & collegam tuum, & te talem uirum intuenti mihi tecum omnis oratio est: quem uideo nequicquam & uirum bonum, & ciuem fore, si altera parte claudicet reipublica, malis consilijs idem ac bonis iuris & potestatis erit. Erras enim L. Paule, si tibi minus certaminis cum C. Terentio, quàm cum Annibale futurū censes. nescio an infestior hic aduersarius, quàm ille hostis maneat. & cum illo in acie tantum, cum hoc omnibus locis ac temporibus certaturus es. & aduersum Annibalē legionesq; eius tuis equitibus ac peditibus pugnandum tibi est: Varro dux tuis militibus te est oppugnaturus. Ominis etiam tibi causa absit C. Flamini memoria. tamen ille consul demū, & in prouincia, & ad exercitū cœpit furere: hic prius quàm peteret consulatum, deinde in petendo consulatu: nunc quoq; consul, prius quàm castra uideat aut hostem, insanit. & qui tantas iam nunc procellas, prælia atq; acies iactando inter rogatos ciet, quid inter armatam iuuentutem censes facturum? & ubi extemplo uerba res sequitur? Atqui si hic, quod facturum se denuntiat, extemplo pugnauerit: aut ego rem militare, belli hoc genus, hostem hunc ignoro: aut nobilior alius Trasymeno locus nostris cladibus erit. Nec gloriandi tempus aduersus unum est: & ego contemnendo potius, quàm appetendo gloriam, modum excederim. sed ita res habet. una ratio belli gerendi aduersus Annibalem est, qua ego gessi. nec euentus modo hoc docet: stultorum iste magister est: sed eadem ratio quæ fuit, futuraq; donec res eadem manebunt, immutabilis est. In Italia bellum gerimus, in sede, ac solo nostro. omnia circa plena ciuium ac sociorum sunt. armis, uiris,

equis

equis, com meatibus iuuāt, iuuabuntq̄: id iam fidei documentum in aduersis rebus nostris derunt. meliores, prudentiores, constantiores nos tempus diesq̄ facit. Annibal contrā, in aliena, in hostili est terra, inter omnia inimica infestaq̄, procul à domo, procul à patria. neq̄ illi terra, neq̄ mari est pax: nullæ eum urbes accipiunt, nulla mœnia: nihil usquam sui uidet, in diem raptu uiuit. partem uix tertiam exercitus eius habet, quem Iberum amnem traiecit. plures fames, quàm ferrum absumpsit: nec his paucis iam uictum suppeditat. Dubitas ergo quin eum sedendo superaturi simus, qui senescat in dies: non com meatus, non supplementum, non pecuniam habeat? Quàm diu pro Gerionis, castelli Apuliæ inopis, tanquam pro Carthaginis mœnibus pugnatum est? Sed ne aduersus te quidem ego gloriabor. Cn. Seruilius, atque Attilius proximi consules, uide quemadmodum eum ludificati sint. Hæc una salutis est uia L. Pauli: quam difficilem infestamq̄ ciues sibi magis, quàm hostes facient. idem enim tui, quod hostium milites, uolent: idem Varro consul Romanus, quod Annibal pœnus imperator, cupiet. duobus ducibus unus resistas oportet. resistes autem, aduersus famam rumoresq̄ hominum si satis firmus steteris: si te neq̄ collegæ uana gloria, neq̄ tua falsa infamia mouerit. A ueritate laborare nimis ius sæpe aiunt, extinguere nunquam. Gloriam qui spreuerit, ueram habebit. Sine timidum pro cauto, tardum pro considerato, imbellem pro perito belli uocent. malo te sapiens hostis metuat, quàm stulti ciues laudent. omnia audentem contemnet Annibal: nil te mere agentem metuet. Nec ego, ut nihil agatur, sed ut agentem te ratio ducat, nō fortuna. tuæ potestatis semper, tuæq̄ omnia sint. armatus, intētusq̄ sis, neq̄ occasione tuæ desis, neq̄ suam occasionem hosti des. omnia non properanti clara, certa q̄ erunt. festinatio improuida est, & cæca. Aduersus ea oratio consulis haud sanè læta fuit, magis fatentis ea, quæ diceret, uera, quàm facilia factu esse. Dictatori magistrū equitum intolerabilem fuisse, quid consilij aduersus collegam seditiosum ac temerarium uirum, atque autoritatis fore? Se populare incendium priore consulatu semiustum effugisse. optare ut omnia prospere euenirent. at si quid aduersi caderet: hostium se telis potius, quàm suffragijs iratorum ciuium caput obiecturum. Ab hoc sermone profectum Paulum tradunt, prosequētibus primoribus patrum. Plebeium consulem sua plebs profecta, turba, quàm dignitate conspectior. Vt in castra uenerūt: permisso nouo exercitu ac uetere, castris bifariam factis, ut noua minora essent propius Annibali, in ueteribus maior pars, & omne robur uirium esset: tum anni prioris consulem M. Attilium ætatem excusantem Romam miserunt. Cn. Seruilius in minoribus castris legioni Romanæ, & sociūm peditum equitumq̄ duobus millibus præficiunt. Annibal quanquam parte dimidia auctas hostium copias cernebat: tamen aduentu consulum mire gaudere. non solum enim nihil ex raptis in diem com meatibus superabat, sed ne unde raperet quidem, quicquam reliqui erat: omni undiq̄ frumento posteaquam ager parum tutus erat, in urbes munitas conuecto: ut uix decem dierum, quod compertum postea est, frumentum superesset: Hispanorumq̄ ob inopiam transitio parata fuerit, si maturitas temporum expectata foret. Cæterum temeritati consulis, ac præproprio ingenio materiam etiam fortuna dedit: quod in prohibendis prædatoribus tumultuario prælio, ac procursum magis militum, quàm ex præparato, aut iussu imperatorum orto, haudquaquam par Pœnis dimicatio fuit. Ad mille & septingentos cæsi: non plus centum Romanorum sociorumq̄ occisus. Cæterum uictoribus effuse sequētibus metu insidiarum obstitit Paulus consul: cuius eo die (nam alternis imperitabant) imperium erat: Varrone indignante, ac uociferante, emissum hostem è manibus: debellariq̄, ni cessatum foret, potuisse. Annibal id damnū haud ægerrime pati: quin potius credere, uelut inescatam temeritatem ferocioris consulis, ac nouorum maxime militum esse. & omnia ei hostium haud secus, quàm sua, nota erant: dissimiles discordesq̄ imperitare, duas propè partes tyronum militum in exercitu esse. itaque locum & tempus insidijs aptum se habere ratus, nocte proxima nihil præter arma ferentis secum milites ducens, castra plena omnis fortunæ publicæ priuatæq̄ relinquit: transq̄ proximos montis læua pedites instructos condit, dextra equites, impedimenta per cornua in medium agmen traducit: ut diripiendis uelut desertis fuga domitorum castris occupatum, impeditumq̄ hostem opprimeret. Crebri relictī in castris ignes:

ut fides

ut fides fieret: dum ipse longius spatium fuga præriperet, falsa imagine castrorum, sicut Fabium priore anno frustratus esset: tenere in locis consules uoluisse. Vbi illuxit, subductæ primo stationes, deinde propius aduentibus insolitum silentium admirationem fecit. Iam satis comperita solitudine in castris, concursus fit ad prætoriam cons. nuntiantium fugam hostium adeo trepidam, ut tabernaculis stantibus castra reliquerint: quo quæ fuga obscurior esset, crebros etiam relictos ignes. Clamor inde ortus, ut signa proferri iuberent, ducerentque ad persequendos hostes, ac protinus castra diripienda. Et cons. alter uelut unus turbæ militaris erat. Paulus etiam atque etiam dicere: prouidendum præcauendumque esse. postremo cum aliter neque seditionem neque ducem seditionis sustinere posset: M. Statilium præfectum cum turma Lucanorum exploratum misit. qui ubi adequitauit portis, subsistere extra munimenta cæteris iussis, ipse cum duobus equitibus uallum intrauit: speculatusque omnia cum cura, renuntiat: insidias profecto esse: ignes in parte castrorum, quæ uergat in hostem, relictos: tabernacula aperta, & omnia cara in promptu relictas: argentum quibusdam locis temere per uias uelut obiectum ad prædam uidisse. Quæ ad detinendos à cupiditate animos nuntiata erant, ea accenderunt: & clamore sublato à militibus, nisi signum detur, sine ducibus ituros: haudquaquam dux defuit. nam extemplo Varro signum dedit proficiscendi. Paulus, cum ei sua sponte cunctanti pulli quoque auspicio non addixissent: obnuntiari iam efferenti porta signa collegere iussit. quod quanquam Varro ægre est passus: Flamini tamen recens casus, Claudijque cons. primo Punico bello memorata naualis clades religionem animo incussit. Diij propè ipsi eo die magis distulere, quam prohibuere imminentem pestem Romanis. nam forte ita euenit: ut, cum referri signa in castra iubenti cons. milites non parerent: serui duo, Formiani unus, alter Sidicini equitis, qui Scruilius atque Attilio cons. inter pabulatores excepti à Numidis fuerant: profugerent eo die ad dominos: qui deducti ad cons. denuntiant, omnem exercitum Annibalis trans proximos montes sedere in insidijs. Horum opportunus aduentus cons. imperij potentes fecit: cum ambitio alterius suam primum apud eos praua indulgentia maiestatem soluisset. Annibal postquam motos magis inconsulte Romanos, quam ad ultimum temere euectos uidit: nequicquam detecta fraude in castra redijt. ibi plures dies propter inopiam frumenti manere nequibat: nouaque consilia in dies non apud milites solum mistos ex colluione omnium gentium, sed etiam apud ipsum ducem oriebantur. nam cum initio fremitus, deinde aperta uociferatio fuisset exposcentium stipendium debitum, quærentiumque annonam primo, postremo famem: & mercenarios milites, maxime Hispani generis, de transitione cœpisse consilium fama esset: ipse etiam interdum Annibal de fuga in Galliam dicitur agitasse: ita ut relictis peditatu omni, cum equitatu se proriperet. Cum hæc consilia atque hic habitus animorum esset in castris, mouere inde statuit in calidiora, atque eo maturiora messibus Apuliæ loca: simul ut quo longius ab hoste recessisset, transfugia impeditiora leuibus ingenijs essent. Profectus est nocte, ignibus similiter factis, tabernaculisque paucis in speciem relictis, ut insidiarum par prioris metus contineret Romanos. Sed per eundem Lucanum Statilium omnibus ultra castra, transque montes exploratis: cum relatum esset, uisum procul hostium agmen: tum die sequenti eius insequendi consilia agitari cœpta. Cum utriusque cons. eadem, quæ semper ante, fuisset sententia: cæterum Varroni ferè omnes, Paulo nemo, præter Scruiliū prioris anni cons. assentiretur: maioris partis sententia ad nobilitandas clade Romana Cannas urgente fato profecti sunt. Prope cum uicum Annibal castra posuerat auersa à Vulturno uento, qui campis torridis siccitate nubes pulueris uehit. id cum ipsis castris percommodum fuit: tum salutare præcipue futurum erat, cum aciem dirigerent, ipsi auersi, terga tantum afflante uento, in obscæratum puluere effuso hostem pugnaturi. cons. satis exploratis itineribus sequentes Pœnum, ut uentum ad Cannas est: ubi in conspectu Pœnum habebant, bina castra communiunt eodem fermè interuallo, quo ad Gerionem, sicut ante, copijs diuisis. Aufidus amnis utriusque castris affluens aditum aquatoribus ex sua cuiusque opportunitate haud sine certamine dabat. ex minoribus tamen castris, quæ posita trans Aufidum erant, liberius aquabatur Romani, quia ripa ulterior nullum habebat hostium præsidium. Annibal spem nactus loci ad equestrem pugnam, qua parte ui-

ce rium

rium inuictus erat: facturum copiam pugnandi cōsulibus, dirigit aciem. laceffitq; Numidarum procurfatione hostes. Inde rursus sollicitari seditione militari, ac discordia consulum Romana castra: cum Paulus Sempronij & Flaminij temeritatem Varroni, Varro speciosum timidis ac segnibus ducibus exemplum Fabij obijceret: testareturq; deos & homines hic, nullam penes se culpam esse, quod Annibal iam uelut suam cepisset Italiam, se constrictum à collega teneri, ferrum atq; arma iratis & pugnare cupientibus adimi militibus: ille, si quid proiectis ac proditis ad inconsultam atq; improuidam pugnam legionibus accideret, se omnis culpæ exortem, omnis tamen euentus participem fore diceret. uideret, ut quibus lingua prompta ac temeraria esset, æque in pugnam uigerent manus. Dum altercationibus magis quàm consilijs tempus teritur: Annibal ex acie, quam ad multum diei tenuerat instructam, cum in castra cæteras reciperet copias: Numidas ad inuadendos ex minoribus castris Romanorum aquatores trans flumen mittit. quam inconditam turbam cum uix dum in ripam egressi clamore ac tumultu fugassent: in stationem quoq; pro uallo locatam, atq; ipsas propè portas euecti sunt. Id uero indignum uisum, ab tumultuario auxilio iam etiam castra Romana terreri, ut ea modo una causa, ne extemplo transirèt flumen, dirigerentq; aciem, tenuerit Romanos: quod summa imperij eo die penes Paulum fuerit. Itaq; Varro postero die, cui fors eius diei imperij erat, nihil consulto collega signum proposuit: instructisq; copijs flumen transiit, sequente Paulo, quia magis non probare, quàm non adiuuare consilium poterat. Transgressi flumen eas quoque, quas in castris minoribus habuerant copias, suis adiungunt: atque ita instructa acie, in dextro cornu (id erat flumini propius) Romanos equites locant, deinde pedites. læuum cornu extremi equites sociorum, intra pedites, ad medium iuncti legionibus Romanis tenuerunt iaculatores. ex cæteris leuium armorum auxilijs prima acies facta. c o s s. cornua tenent, Terentius læuum, Æmylius dextrum. Cn. Seruilio media pugna tuenda data. Annibal luce prima Balearibus leuicq; alia armatura præmissa transgressus flumen, ut quosq; traduxerat, ita in acie locabat. Gallos Hispanosq; equites prope ripam læuo in cornu aduersus Romanū equitatum. dextrum cornu Numidis equitibus datum, media acie peditibus firmata: ita, ut Afrorū utraq; cornua essent, interponerentur his medijs Galli atq; Hispani. Afros Romanam magna ex parte crederes aciem: ita armati erant, armis & ad Trebiam, cæterum magna ex parte ad Trasymenum captis. Gallis Hispanisq; scuta eiusdem formæ ferè erāt: dispares ac dissimiles gladij. Gallis prælongi, ac sine mucronibus: Hispano punctim magis quàm cæsim assueto petere hostem, breuitate habiles, & cum mucronibus. ante cæteros armati (is gentiū harum habitus tum magnitudine corporum, tum specie terribilis erat.) Galli super umbilicum erant nudi. Hispani linteis prætextis purpura tunicis candore miro fulgentibus constiterant. Numerum omnium, qui tum peditum equitumq; in acie steterunt: illum ferūt, uidelicet quadraginta peditum millia, decem equitum. Duces cornibus præerant. sinistrum Asdrubal, dextrum regebat Maharbal. mediam aciem Annibal ipse cum fratre Magone tenuit. sol seu de industria ita locatis, seu forte ita stando, peropportune utriq; parti obliquus erat, Romanis in meridiem, Pœnis in septentrionem uersis. uentus, quem Vulturum incolæ regionis uocāt, aduersus Romanos coortus, multo puluere in ipsa ora uoluendo prospectum ademit. Clamore sublato procursum ab auxilijs: & pugna leuib; primum armis commissa: deinde equitum. Gallorū Hispanorumq; læuum cornu cum dextro Romano concurrat, minime equestris more pugne. frontibus enim aduersis concurrendum erat: quia nullo circa ad euagandū relicto spatio, hinc amnis hinc peditum acies claudebant. in directum utrinq; nitentes, stantibus ac confertis, postremo turbatis equis, uir uirum amplexus detrahebat equo. pedestre magna iam ex parte certamen factum erat. acrius tamen quàm diutius pugnatū est: pulsicq; Romani equites terga uertūt. Sub equestris finem certaminis coorta est peditum pugna. primo & uiribus & animis pares constabant ordines Gallis Hispanisq;. tandem Romani diu ac sæpe consilio agitabant: qua fronte acieq; densa impellerent hostium cuneum nimis tenuem, coq; parum ualidum, à cætera prominentem acie. impulsis deinde ac trepide referentibus pedē insistere, ac tenore uno per præceps pauore fugientium agmen in mediam primam aciem illati, postremo nullo resistēte ad subsidia Afrorum

Afrorum peruenerūt: qui utrinq; reductis alis cōstitierant. mediq; Galli Hispaniq; steterunt aliquantum prominente acie. qui cuneus ut pulsus æquauit frontem primum, deinde nitendo etiam sinum in medio dedit, Afri circa iam cornua uim fecerant: irruentibusq; incaute in medium Romanis circundedere alas: mox cornua extendendo, clausere & ab tergo hostes. Hinc Romani defuncti nequicq; prælio uno, omissis Gallis Hispanisq;, quorū terga ceciderant, etiam aduersus Afros integram pugnam ineunt: non tantum eo iniquā, quod inclusi aduersus circumfusos, sed etiam quod fessi cum recentibus ac uegetis pugnabant. Iam & in sinistro cornu Romano, ubi sociorū equites aduersus Numidas steterant, confertum præliū erat, segne primo, & à punica cceptum fraude. Quingenti fermè Numidæ præter consueta arma telasq;, gladios occultos sub loriciis habentes, specie transfugarū cum ab suis parmas post terga habentes adequitassent: repente ex equis desiliūt, parmisq; & iaculis ante pedes hostiū proiectis, in mediam aciem accepti, ductiq; ad ultimos considere ab tergo iubentur. ac dum prælium ab omni parte confertur quieti manserunt. postq; omniū animos oculosq; occupauerat certamentum arreptis scutis, quæ passim inter acruos cæsorū corporum strata erant, auersam adoriuntur Romanā aciem: tergaq; ferientes ac poplites cædentes stragem ingentē dederunt, ac maiorem aliquanto pauorem ac tumultū fecerunt. Cum alibi terror ac fuga, alibi pertinax in mala iam spe præliū esset: Asdrubal, qui ea parte præerat, subductos ex media acie Numidas, quia segnis eorū cum aduersis pugna erat, ad persequendos passim fugientes mittit. Hispanos & Gallos pedites Afri iam propè fessis cede magis q; pugna adiungit. Parte altera pugnae Paulus, quanq; primo statim prælio funda grauius ictus fuerat, tamen & occurrit sæpe cum confertis Annibali, & aliquot locis præliū restituit, protegentibus eum equitibus Romanis. omissis postremo equis, quia cōs. ad regendum equū uires deficiebant: tum denuntianti cuidam, iussisse cōs. ad pedes descendere equites, dixisse Annibalem ferunt. q; mallem uinctos mihi traderet. Equitum pedestre præliū, quale iam haud dubia hostiū uictoria fuit: cum uicti mori in uestigio mallent q; fugere: uictores morantibus uictoriā irati, trucidarent quos pellere non poterant. pepulerūt tamen iam paucos superatos, & labore ac uulneribus fessos. inde dissipati omnes sunt: equosq; ad fugā, qui poterant, repetebant. Cn. Lentulus Tr. mil. cum præteruehens equo sedentem in saxo cruore oppletū cōs. uidisset: L. Amyli, inquit, quem unum in sonitum culpæ cladis hodiernæ dñi respicere debent: cape hunc equū. dum & tibi uitium aliquid superest, comes ego te tollere possum ac protegere, ne funestam hanc pugnam morte cōs. feceris. etiam sine hoc lachrymarū satis luctusq; est. Ad ea cōs. Tu quidem Cn. Corneli macete uirtute esto. sed caue frustra miserando exiguū tempus è manibus hostium euadendi absumas. Abi, nuntia publice patribus, urbem Romā muniant, ac prius q; hostis uictor adueniat, præsidij firment: priuatimq; Q. Fabio: L. Amyliū præceptorū eius memorem extitisse & uixisse, & adhuc mori. & tu me in hac strage militū meorum patere expirare, ne ut reus inteream: cauſaq; consulatus accusator collegæ existam, ut alieno crimine innocentiam meam protegam.

Hæc exigentem prius turba fugientium ciuium, deinde hostes oppressere cōs. ignorantes quis esset, obrueruntq; telis. Lentulum in tumultū abripuit equus, tum inde effuse fugiunt. Septem millia hominum in minora castra, decem in maiora, duo fermè in uicum ipsum Cannas perfugerunt: qui extemplo à Cartalone atq; equitibus, nullo munimento tegente uicum, circumuenti sunt. cōs. alter, seu forte, seu consilio, nihil fugientium infestus agmini, cum quinquaginta ferè equitibus Venusiam profugit. Quadraginta millia peditū, duo millia septingenti equites, & tanta propè ciuiū sociorumq; pars cæsi dicuntur. in his alter consul, quæstors, L. Attilius, & L. Furius Bibaculus: xxi Tr. mil. consulares quidam prætoriq; & ædiliq; inter eos Cn. Seruilius, & C. Minucius Numatius, qui magister equitum priore anno aliquot diebus ante fuerat: lxxx præterea senatores, aut qui eos magistratus gessissent: unde in senatum legi deberēt, cum sua uoluntate milites in legionibus facti essent. Capta eo prælio tria millia peditum, & equites trecenti dicuntur. Hæc est pugna Cannensi clade nobilitata, par cætera Alliensis: utq; hæc illa ijs, quæ post pugnam accidere, leuior, quia ab hoste cessatū est: sic strage exercitus grauior, fœdiorq; fuit fuga. namq; ad Alliam fuga sicut urbem prodidit, ita exer-

citum seruauit: ad Cannas fugientē c o s. uix quinquaginta secuti sunt: alterius morientis prope totus exercitus fugit. Binis in castris cum multitudo semiermis sine ducibus esset: nuntium qui in maioribus erant, mittunt: dum prælio, deinde ex læticia epulis fatigatos quies nocturna hostes premeret: ut ad se transirent. uno agmine Cannusium abituros esse. Eam sententiam alij totam aspernari. cur enim illos, qui se accersant, ipsos non uenire, cum æque coniungi possent? quia uidelicet plena hostiū omnia in medio essent: & aliorum, quàm sua corpora tanto periculo mallent obijcere. Alijs non tam sententia displicere, quàm animus deesse. P. Sempronius Tuditanus Tr. mil. Capi ergo mauultis, inquit, ab auarissimo & crudelissimo hoste: æstimariq; capita uestra pretio: & exquiri ab interrogantibus, Romanus ciuis sis, an Latinus socius: ut ex tua contumelia & miseria alteri honos quærat, non tibi. Non uos quidem L. Æmylij, qui se bene mori, q̄ turpiter uiuere maluit: & tot fortissimorū uirorum, qui circa eum cumulati iacent, similes estis. Sed anteq̄ opprimat lux, maioraq; hostiū agmina obsepant iter: per hos qui inordinati atq; incompressi obstrepunt portis, erumpamus. Ferro atq; audacia iter fit quàm uis per confertos hosteis. cuneo quidem hoc laxum atq; solutum agmen, ac si nihil obsteret, transibimus. itaq; ite mecū, qui & uosmetipsos & Remp. saluam uultis. Hæc ubi dicta dedit, stringit gladiū, cuneoq; facto per medios uadit hostes. & cum in latus dextrum, quod patebat, Numidæ iacularentur: translatis in dexterā partem scutis, in maiora castra ad sexcentos euaserūt: atq; inde protinus alio magno agmine adiuncto Cannusium incolumes perueniunt. Hæc apud uictos magis impetu animorū, quem ingenium suum cuiq; aut fors dabat, quàm ex consilio ipsorum, aut imperio cuiusquā agebantur. Annibali uictori cum cæteri circumfusi gratularētur suaderentq;, ut tanto perfunctus bello, diei quod reliquū esset, noctisq; insequentis, quietē & ipse sibi sumeret, & fessis daret militibus: Maharbal præfectus equitum minime cessandū ratus: Imò, ut quid hac pugna sit actū scias: die quinta, inquit, uictor in Capitolio epulaberis. sequere cum equite, ut prius te uenisse, q̄ uenturum sciant. Præcedant, Annibal inquit, nuntij: læta res est, sed uia maior, q̄ ut eam statim capere animo possim. itaq; uoluntatem se laudare Maharbalis, ait, ad consilium prensandū tempus opus esse. Tum Maharbal. Non omnia nimirū eidem dñi dedere. Vincere scis Annibal, uictoria uti nescis. Mora eius diei satis creditur saluti fuisse urbi atq; imperio. Postero die ubi primū illuxit, ad spolia legenda, fœdamq; etiam hostibus spectandā stragem insistent. Iacebant tot Romanorū millia, pedites passim equitesq;: ut quem cuiq; fors, aut pugna iunxerat, aut fuga. assurgentes quidam ex strage media cruenti, quos stricta matutino frigore excitauerāt uulnera, ab hoste oppressi sunt. Quosdam & iacentes uiuos succisis feminibus poplitibusq; inuenerunt, nudanteis ceruicem iugulumq;, & reliquū sanguinem inuitates haurire. Inuenti sunt quidā meris in effossam terram capitibus, quos sibi ipsos fecisse foucas obruenteisq; ora subiecta super humo iniecta interclusisse spiritū apparebat. Præcipue cōuertit omnes substratus Numida mortuo superiacumbenti Romano uiuus, naso auribusq; laceratis: cum, manibus ad capiendum telum inutilibus, in rabiem ira uersus, laniando dentibus hostem expirasset. Spolijs ad multum diei lectis, Annibal ad minora ducit castra oppugnanda, & omnium primum brachio fluminis obiecto eos excludit. Cæterum ab omnibus, labore, uigilijs, uulneribus etiam fessis maturior ipsius spe deditio est facta. pacti ut arma atq; equos traderet, in capita Romana trecentis numis quadrigatis, in socios ducentis, in seruos centenis, & ut eo pretio persoluto, cum singulis abirent uestimentis, in castra hosteis acceperūt: traditiq; in custodiā omnes sunt, sed seorsum ciues socijq;.

Dum ibi tempus teritur: interea cum ex maioribus castris, quibus satis uirium aut animi fuit, ad quatuor millia hominū, & c c equites, alij agmine, alij palantes passim per agros, quod haud minus tutum erat: Cannusium profugissent, castra ipsa ab faucijs timidisq; eadem conditione, qua altera, tradita hosti. Præda ingens parta est: & præter equos uirosq;, & si quid argenti, quod plurimū in faleris equorum erat, (nam ad uescendum facto perexiguo utiq; militantes utebantur) omnis cætera præda diripienda data est. Tum sepeliendi causa conferri in unum corpora suorum iussit. Ad octo millia fuisse dicuntur fortissimorū uirorum. c o s. quoq; Romanum conquisitum sepultumq;, quidā autores sunt. Eos, qui Cannusium perfugerant:

mulier

mulier Paula nomine Bula, genere clara ac diuitijs, mœnibus tantū tectisq; à Cannusinis acceptos, frumento, ueste, uiatico etiam iuuuit. pro qua ei munificentia postea bello perfecto ab senatu honores habiti sunt. Cæterum cum ibi tribuni militum quatuor essent, Fabius Maximus de legione prima, cuius pater priore anno dictator fuerat: & de legione secunda L. Publius Bibulus, & P. Cornelius Scipio: & de legione tertia Ap. Claudius Pulcher, qui proxime ædilis fuerat: omnium consensu ad P. Scipionem admodum adolescentem, & ad Ap. Claudium summa imperij delata est. quibus consultantibus inter paucos de summa rerum nuntiat P. Furius Philus, consularis uiri filius: nequicquam eos consultare, perditam spem fouere, desperatam comploratamq; rem esse publicam. nobiles iuuenes quosdam, quorum principem L. Cæciliū Metellū, mare ac naues spectare: ut deserta Italia, ad regum aliquē transfugiant.

Quod malum præterquam quod atrox super tot clades, etiam nouū, cum stupore ac miraculo torpidos defixisset: & qui aderant, consilium aduocandum de eo censerent: negat consilij rem esse Scipio, iuuenis fatalis dux huiusce belli. audendum atq; agendū, non consultandum ait in tanto malo esse. irent secum extemplo armati, qui Remp. saluam uellent. nusquā uerius, quàm ubi ea cogitentur, hostium castra esse. Pergit deinde ire sequentibus paucis in hospitium Metelli. & cum concilium ibi iuuenum, de quibus allatum erat, inuenisset: stricto super capita consultantū gladio, ex mei animi sententia, inquit, iuro, ut ego Remp. non deseram, neq; alium ciuem Romanum deserere patiar. si sciens fallo: tum me Iupiter O P T. M A X. domum, familiam, remq; meam pessimo leto afficias. In hæc uerba L. Cæcili iures exoptulo, cæteri q; qui adestis. qui non iurauerit, in se hunc gladium strictum esse sciat. Haud secus pauidi, quàm si uictorem Annibalem cernerent, iurant omnes: custodiendosq; semetipfos contra Annibalem Scipioni tradunt. Eo tempore, quo hæc Cannusij agebantur: Venusiam ad eos. ad quatuor millia peditum equitumq;, qui sparsi fuga per agros fuerant, peruenere. Eos omnes Venusini per familias benigne accipiendos curandosq; cum diuisissent: in singulos equites togas & tunicas & quadrigatos numos quinosuicenos, & peditibus denos, & arma quibus deerant, dederunt. cætera q; publice ac priuatim hospitaliter facta: certatumq;, ne à muliere Cannusina populus Venusinus officijs uinceretur. Sed Cannusij grauius onus Bulae multitudo faciebat, & iam ad decem millia hominum erant. Appiusq; & Scipio postquam incolumem esse alterum eos. acceperunt, nuntium extemplo mittunt, quantæ secum peditum equitumq; copiae essent, sciscitatumq; simul, utrum Venusiam adduci exercitum, an manere iuberet Cannusij: Varro ipse Cannusium copias traduxit. Et iam aliqua species consularis exercitus erat, mœnibusq; se certe, si non armis ab hoste uidebantur defensuri. Romam ne has quidem reliquias superesse ciuium sociorumq;, sed occidione occisum cum duobus exercitibus eos. delatasq; omnes copias, allatum fuerat. Nunquam salua urbe tantum pauoris tumultusq; intra mœnia Romana fuit. Itaq; succumbam oneri, neq; aggrediar narrare, quæ differendo minoræ uero facio. Consule exercitumq; ad Trasymenum priore anno amisso, nō uulnus super uulnus, sed multiplex clades, cum duobus eos. consulares exercitus amissi annuntiabantur, nec ulla iam castra Romana, nec ducem, nec militem esse: Annibalis Apuliam, Samnium, ac iam propè totam Italiam factam. Nulla profecto alia gens tanta mole cladis non obruta esset. Comparem cladem ad Ægateis insulas Carthaginensium prælio nauali acceptam: qua fracti, Sicilia ac Sardinia cessere: hinc uectigales ac stipendiarios fieri se passi sunt. aut pugnam aduersam in Africa: cui postea hic ipse Annibal succubuit. nulla ex parte comparandæ sunt: nisi quod minore animo latae sunt. P. Furius Philus, & M. Pomponius Præ. senatum in curiam Hostiliam uocauerunt: ut de urbis custodia consulerent. neq; enim dubitabāt, deletis exercitibus, hostem ad oppugnandam Romam, quod unum opus belli restaret, uenturū. Cum malis sicut ingentibus, ita ignotis, nec consiliū quidem satis expedirent, obstreperetq; clamor lamentantium mulierum: & nondum palàm facti uiui mortuiq; per omnes penè domos promiscue complorarentur: tum Fabius Maximus censuit equites expeditos & Appia & Latina uia mittendos: qui obuiam euntes percunctarentur aliquos profectos ex fuga, passim dissipatos: forte referant, quæ fortuna consulum atq; exercituum sit, & si quid dñj immortales miseri

imperij reliquū Romano nomini fecerint: ubi eā copiae sint: quò se Annibal post praelium contulerit, quid paret, quid agat acturusq; sit. Hæc exploranda noscendaq; per impigros iuuenes esse. Illud per patres ipsos agendum: quoniam magistratum parum sit, ut tumultum ac trepidationem in urbe tollant, matronas publico arceant, contineriq; intra suam quanq; limen cogant: comploratus familiarum coerceant, silentium per urbem faciant: nuntios rerum omnium ad Præ. deducendos curent, suæ quisq; fortunæ domi autorem expectet: custodes præterea ad portas ponant, qui prohibeant quenquam egredi urbem: cogantq; homines nullam, nisi urbe ac mœnibus saluis, salutem sperare. ubi conticuerit tumultus, recte tum in curiam patres reuocandos, consulendumq; de urbis custodia esse. Cum in hanc sententiā pedibus omnes issent, summotaq; foro per magistratus turba, patres diuersi ad sedandos tumultus discessissent: tum demum literæ à Terentio c. o. s. allatæ sunt: L. Æmylium c. o. s. exercitumq; cæsium: Cannusiq; se esse, reliquias tantæ cladis uelut ex naufragio colligentem: ad x millia militum fermè esse inpositorum inordinatorumq;. sed Annibalem nunc sedere ad Cannas, in captiuorum pretijs, prædaq; alia uictoriam nec uictoris animo, nec magni ducis more metientem. Tum priuatæ quoq; per domos clades uulgatæ sunt: adeoq; totam urbem oppleuit luctus, ut sacrum anniuersarium Cereris intermissum sit: quia nec lugentibus id facere est fas, nec ulla in illa tempestate matrona expers luctus fuerat. Itaq; ne ob eandem causam alia quoq; sacra publica aut priuata defererentur, senatus consulto diebus xxx luctus est finitus. Cæterum cum sedato urbis tumultu reuocati in curiam patres essent: aliæ insuper ex Sicilia literæ allatæ sunt ab T. Octacilio prætoris: regnū Hieronis classe Punica uastari, cui cum opem imploranti ferre uellet, nuntiatū sibi esse: aliam classem ad Ægateis insulas stare paratam instructamq;: ut ubi se uersum ad tuendam Syracusanā oram Pœni sensissent, Lilybæum ex templo prouinciamq; aliam Romanam aggredierentur. itaq; classe opus esse, si regem socium Siciliamq; tueri uellent. Literis c. o. s. prætorisq; lectis, M. Claudium, qui classi ad Ostiam stanti præesset, Cannusium ad exercitum mittendum: scribendumq; consuli, ut cum prætori exercitum tradidisset: primo quoq; tempore, quantum per commodū Reip. fieri posset, Romam ueniret. Territi etiam super tantas clades, cum cæteris prodigijs: tum quod duæ Vestales eo anno, Opimia atq; Floronia, stupri compertæ: & altera sub terram, ut mos est, ad portam Collinam necata fuerat: altera sibimet ipsa mortem consciuerat: L. Cantilius scriba pontificum, quos nunc minores pontifices appellant, qui cum Floronia stuprum fecerat, à P O N T. M A X. eo usq; uirgis in comitio cæsus erat, ut inter uerbera expiraret. Hoc nefas cum inter tot, ut sit, clades in prodigium uersum esset: decemuiri libros adire iussi sunt. Et Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculū missus est sciscitatum: quibus precibus supplicationibusq; deos possent placare: & quænam futura finis tantis cladibus foret. Interim ex fatalibus libris sacrificia aliquot extraordinaria facta: inter quæ Gallus & Galla, Græcus & Græca in foro Boario sub terra uiui demissi sunt in locum saxo conscriptum, ibi ante hostijs humanis minime Romano sacro imbutum. Placatis satis ut rebantur deis, M. Claudius Marcellus ab Ostia mille & quingentos milites, quos in classem scriptos habebat, Romam, ut urbi præsidio essent, mittit: ipse legione classis (ea tertia legio erat) cum tribunis mil. Theano Sidicino præmissa, classe tradita P. Furio collegæ: paucos post dies Cannusium magnis itineribus contendit. Dictator ex auctoritate patrum dictus M. Iunius, & T. Sempronius magister equitum, delectu edicto, iuniores ab annis xvi & quosdam prætextatos scribunt. quatuor ex his legiones, & mille equites effecti. item ad socios Latinumq; nomen ad milites ex formula accipiendos mittunt: arma, tela, alia parari iubent. & uetera hostium spolia detrahunt templis porticibusq;. Et aliam formam noui delectus inopia liberorum capitum ac necessitas dedit: octo millia iuuenum ualidorum ex seruitijs, prius sciscitantes singulos uellent ne militare, empta publice armauerunt. Hic miles magis placuit, cum pretio minore redimendi captiuos copia fieret. Namq; Annibal secundum tam prosperam ad Cannas pugnam, uictoris magis quam bellum gerentis intentus curis, cum captiuis productis segregatisq; socijs, eos, sicut ante ad Trebiā Trasymenumq; lacum, benigne allocutus sine pretio dimisisset: Romanos quoq; uocatos, quod nunquā aliās antea

antea, satis miti sermone alloquitur. Non internecium sibi esse cum Romanis bellum: de dignitate atque imperio certare. & patres uirtuti Romanæ cessisse, & se id adniti, ut suæ inuicem simul felicitati & uirtuti cedatur. itaque redimendi se captiuos copiam facere. pretium fore in capita, equiti quingenos quadrigatos nummos, trecenos pediti, seruo centum. Quanquā aliquantum adijciebatur equitibus ad id pretium, quod pepigerant dedentes se: leti tamen quancunq; conditionem paciscendi acceperunt. Placuit suffragio eorum decem deligi, qui Romam ad senatum irent. nec pignus aliud fidei, quàm ut iurarent se redituros, acceptum. Missus cum his Carthalo nobilis Carthaginienſis: qui, si forte ad pacem inclinarent animos, condiciones ferret. Cum egressi castris essent, unus ex ijs minime Romani ingenij homo, uelut aliquid oblitus, iurisiurandi soluendi causa cum in castra redisset, ante noctem comites assequitur. Vbi eos Romam uenire nuntiatum est, Carthaloni obuiam licitor missus, qui dictatoris uerbis nuntiaret, ut ante noctem excederet finibus Romanis. Legatis captiuorum senatus ab dictatore datus est. Quorum princeps M. Iunius, p. c. inquit, nemo uestrum ignorat, nulli unquam ciuitati uiliores fuisse captiuos, quàm nostræ. cæterum, nisi nobis plus iusto nostræ placet causa, non alij unquam minus negligendi uobis, quàm nos, in hostium potestatem uenerunt. non enim in acie per timorem arma tradidimus, sed cum propè ad noctem superstantes cumulis cæſorum corporum prælium extraxissemus, in castra recepimus nos. dici reliquū, ac noctem insequentem fessi labore ac uulneribus uallum fumus tutati. postero die cum circumsessi ab exercitu uictore aqua arceremur: nec ulla alia iam per confertos hosteis erumpendi spes esset, nec esse nefas duceremus, quinquaginta millibus hominum ex acie nostra trucidatis, aliquem ex Cannensi pugna Romanum militem restare: tum demum pacti sumus pretium, quo redempti dimitteremur. arma, in quibus nihil iam auxiliij erat, hosti tradidimus. Maiores nostros quoque acceperamus se à Gallis auro redemisse: & patres nostros, asperrimos illos ad conditionem pacis, legatos tamen captiuorum redimendorum gratia Tarentum misisse. atqui in Italia cum Gallis, & ad Heracleam cum Pyrrho, utraq; non tam clade infamis, quàm pauore & fuga, pugna fuit. Cannenses campos acerui Romanorū corporum tegunt: nec super sumus pugnae, nisi in quibus trucidandis & ferrum & uires hostem defecerūt. Sunt etiam de nostris quidam, qui nec in acie quidem refugerunt: sed præsidio castris relictī, cum castra traderentur, in potestatem hostium uenerunt. Haud equidem ullius ciuis, aut commilitonis fortunæ, aut conditioni inuideo, nec premendo alium me extulisse uelim uideri. ne illi quidem (nisi pernicitatis pedum, & cursus aliquod præmium est) qui plerique inermes ex acie fugientes non prius, quàm Venusiæ, aut Cannusij constiterūt, se nobis merito prætulērunt: gloriatiq; sint, in se plus quàm in nobis præsidij Reip. esse. sed illis ut bonis ac fortibus uiris militibusq; utemini: & nobis iam promprioribus pro patria, quod beneficio uestro redempti, atque in patriam restituti fuerimus. Delectum ex omni ætate & fortuna habetis. octo millia seruorum audio armari. non minor numerus noster est, nec maiori pretio redimi possumus, quàm hi emuntur: nam si conferam nos cum illis, iniuriam nomini Romano faciam. Illud etiam in tali consilio animaduertendum uobis censeam p. c. si tam duri oris esse uelitis, quod nullo nostro merito faciatis: cui nos hosti relicturi sitis. Pyrrho uidelicet: qui nos hospitem numero habuit captiuos. an barbaro, ac Pæno: qui utrum auarior, an crudelior sit, uix existimari potest. Si uideatis catenas, squalorem deformitatemq; ciuium uestrorum, non minus profecto uos ea species moueat, quàm si ex altera parte cernatis stratas Cannensibus campis legiones uestras. Intueri potestis sollicitudinem & lachrymas in uestibulo curiæ stantium cognatorum nostrorum, expectantiumq; responsum uestrum: cum ij pro nobis, proq; ijs qui absunt, ita suspensi ac solliciti sint, quem censeatis animum ipsorum esse, quorum in discrimine uita libertasq; est: Si mediusfidius ipse in nos mitis Annibal contra naturam suam esse uelit: nihil tamen nobis uita opus esse censeamus, cum indigni ut à uobis redimeremur, uisi sumus. Rediere Romam quondam remissi à Pyrrho sine pretio capti. sed rediere cum legatis, primoribus ciuitatis, ad redimendos sese missis. Redeam ego in patriam trecentis numis non æstimatus ciuis: Suum quisq; habet animum p. c. scio in discrimine esse uitam corpusq; meum. magis me famæ periculū mouet, ne à uobis

damnati ac repulsi habeamur. neque enim uos pretio pepetisse homines credent. Vbi is finem fecit, extemplo ab ea turba, quæ in comitio erat, clamor flebilis est sublatus, manusque ad curiam tendebant orantes, ut sibi liberos, fratres, cognatos redderent. Fœminas quoque metus, ac necessitas turbæ huic uirorum in foro immiscuerat. Senatus summotis arbitris consuli cœptus. Ibi cum sententijs uariaretur, & alij redimendos de publico, alij nullam publicam impensam faciendam, nec prohibendos ex priuato redimi: si quibus argentum in præsentia deesset, dandam ex ærario pecuniam mutuam, prædibusque ac prædijs cauendum populo, censerent: tum T. Manlius Torquatus præcæ ac nimis duræ, ut plerisque uidebatur, seueritatis, interrogatus sententiã ita locutus fertur. Si tantummodo postulassent legati pro his, qui in hostium potestate sunt, ut redimerentur, sine ullius insectatione eorum breui sententiã peregissem. quid enim aliud quàm admonendi essetis, ut morem traditum à patribus necessario ad rem militarem exemplo, seruarietis: nunc autem cum propè gloriati sint quod se hostibus dediderint, præferrique non captis modo in acie ab hostibus, sed etiam his, qui Venusiã Cannusiumque perueniunt, atque ipsi C. Terentio c. s. æquum censuerint: nihil uos eorum propter quæ illic acta sunt, ignorare patiar. Atque utinã hæc, quæ apud uos acturus sum: Cannusij apud ipsum exercitum agerem, optimum testem ignauitatis cuiusque, & uirtutis: aut unus hic saltem adesset P. Sempronius, quem si isti ducem secuti essent, milites hodie in castris Romanis, non captiui in hostium potestate essent: & cum fessis pugnando hostibus, tum uictoria lætis, & ipsis plerisque regressis in castra sua, noctem ad erumpendum liberam habuissent: & septena armatorum hominum millia erumpere etiã inter cõfertos hostes potuissent. neque enim per se ipsi id facere conati sunt, neque alium sequi uoluerunt. Nocte propè tota P. Sempronius Tuditanus non destitit admonere adhortarique eos, dum paucitas hostium circa castra, dum quies ac silentium esset, dum nox incœptum tegeret, se ducem sequerentur: ante lucem peruenire in tuta loca, in sociorum urbes posse. Sicut auorum memoria P. Decius Tr. mil. in Samnio, sicut nobis adolescentibus priori punico bello Calpurnius Flamma trecentis uoluntarijs, cum ad tumulum eos capiendum, situm inter medios hosteis, duceret: dixit, moriamur milites, & morte nostra eripiamus ex obsidione circumuentas legiones: si hoc P. Sempronius diceret: nec uiros quidem, nec Romanos uos duceret, si nemo tantæ uirtutis existeret comes. Viam non ad gloriam magis quam ad salutem ferentem demonstrat: ducem se in patriam, ad parentes, ad coniuges ac liberos facit: ut seruemini, deest uobis animus. quid, si moriendum pro patria esset, faceretis? Quinquaginta millia ciuium sociorumque circa uos eo ipso die cæsa iacent: si tot exempla uirtutis non mouent, nihil unquam mouebit: si tanta clades uobis uilem uitam non fecit, nulla faciet. Liberi atque incolumes desyderate patriam. imò desyderate, dum patria est, dum ciues eius estis. sero nunc desyderatis, diminuti capite, ab alienati iure ciuium, serui Carthaginensium facti. Pretio redituri estis eò, unde ignauia ac nequitia abiistis: P. Sempronium ciuem uestrum non audistis, arma capere, ac se iubentem sequi: Annibalem paulopost audistis, castra prodi, & arma tradi iubentem. Quam ego ignauiam istorum accuso: cum scelus possim accusare: non enim modo sequi recusarunt benemotentem, sed obsistere ac retinere conati sunt, ni strictis gladijs uiri fortissimi inerteis summuissent. prius inquam P. Sempronio per ciuium agmen, quam per hostium fuit erumpendum. Hos ciues patria desyderet: quorum si cæteri similes fuissent, neminem hodie ex his, qui ad Cannas pugnauerunt, ciuem haberet. Ex millibus septem armatorum sexcenti extiterunt, qui erumpere auderent, qui in patriam liberi atque armati redirent. neque his quadraginta millia hostium obsistere. quam tutum iter duarum propè legionum agmini futurum censeris fuisse: haberetis hodie uiginti millia armatorum Cannusij, fortia, fidelia propter. Nunc autem quemadmodum hi boni, fidelesque (nam fortes ne ipsi quidem dixerint) ciues esse possunt: nisi quis credere potest fuisse: qui erumpentibus quin erumperent, obsistere conati sunt: aut non inuidere eos cum incolumitati, tum gloriæ illorum per uirtutem partem: cum sibi timorem ignauitatisque seruitutis ignominiosæ causam esse sciant. Maluerunt in tentorijs latentes simul lucem, atque hostem expectare: cum silentio noctis erumpendi occasio esset. Atenim ad erumpendum è castris defuit animus, ad tutanda fortiter castra animum habuerunt. dies noctesque aliquot obsessi, armati se ipsi tutati uallo sunt: tandem ultima ausi passique

passicq; cum omnia subsidia uitæ deessent, affectisq; fame uiribus, arma iam sustinere nequiverent: necessitatibus magis humanis quàm armis uicti sunt. Orto sole hostis ad uallum accessit. ante secundam horam nullam fortunã certaminis experti tradiderunt arma ac seipos. Hæc uobis ipsorum per biduũ militia fuit. cum in acie stare, ac pugnare decuerat, tum in castra refugerunt: cum pro uallo pugnandum erat, castra tradiderunt, neq; in acie, neq; in castris utiles. Vos redimam: cum erumpere castris oportet, cunctamini ac manetis. cum manere & castra tutari armis necesse est, & castra & arma & uos ipsos traditis hosti. Ego non magis istos redimendos p c censeo: quàm illos dedendos Annibali, qui per medios hosteis è castris eruperunt, ac per summam uirtutem se patriæ restituerunt. Posteaquam Manlius dixit: quanquã patrum quoq; plerosq; captiui cognatione attingebant, præter exemplũ ciuitatis minime in captiuos iam inde antiquitus indulgentis, pecuniæ quoq; summa homines mouit. quia nec ærariũ exhaurire, magna iam summa erogata in seruos ad militiã emendos armandosq;, nec Annibalem maxime huiusce rei, ut fama erat, egentem locupletari uolebant. Cum triste responsum non redimi captiuos redditum esset, nouisq; super ueterem luctus tot iactura ciuium adiectus esset, cum magnis fletibus questibusq; legatos ad portam profecuti sunt. Vnus ex ijs domum abiit, quod fallaci reditu in castra iureiurando se exoluisset. quod ubi innotuit, relatumq; ad senatum est: omnes censuerunt, comprehendendum, & custodibus publice datis, deducendum ad Annibalem esse. Est & alia de captiuis fama. x primos uenisse. de eis cum dubitatum in senatu esset, admitterentur in urbem, nec ne: ita admissos esse, ne tamen ijs senatus daretur. morãtibus deinde longius omnium spe, alios tres insuper legatos uenisse, L. Scribonium, & C. Calpurnium, & L. Manlium. tum demum ab cognato Scribonij Tr. pl. de redimendis captiuis relatum esse, nec censuisse redimendos senatũ. & novos legatos tres ad Annibalem reuertisse, decem ueteres remansisse: quod per causam recognoscendi nomina captiuorum ad Annibalem ex itinere regressi religione sese exoluissent. de ijs dedendis magna contentione actum in senatu esse: uictosq; paucis sententijs, qui dedendos censuerint. cæterũ proximis censoribus adeo omnibus notis ignominijsq; confectos esse, ut quidam eorũ mortem sibi ipsi extemplo consciuerint: cæteri non foro solum omni deinde uita, sed propè luce ac publico caruerint. Mirari magis adeo discrepare inter autores, quàm quid ueri sit, discernere queras. Quanto autem maior hæc clades superioribus cladibus fuerit: uel ea res indicio est, quod qui sociorũ ad eam diem firmi steterant, tum labare cœperunt: nulla profecto alia de re, quàm quod desperare cœperant de imperio. Defecere autem ad Pœnos hi populi: Attellani, Calatini, Hirpini, Apulorum pars, Samnites, præter Petellinos Brutij omnes, Lucani: præter hos Surrentini, & Græcorum omnis fermè ora, Tarentini, Metapontini, Crotonenses Locricq;, & Cisalpini omnes Galli. nec tamen hæc clades defectionesq; sociorum mouerunt, ut pacis unquam mentio apud Romanos fieret, neq; ante eos. Romani aduentum, nec postquam is redijt renouauitq; memoriam acceptæ cladis. quo in tempore ipso adeo magno animo ciuitas fuit, ut consuli ex tanta clade, cuius ipse maxima causa fuisset, redeunti, & obuiã itum frequenter ab omnibus ordinibus sit, & gratiæ actæ, quod de Rep. non desperasset. cui, si Carthaginensium ductor fuisset, nihil recusandum supplicij foret.

DECADIS TERTIAE LIBER TERTIVS



ANNIBAL post Cannensem pugna, castra capta ac direpta, cõfestim ex Apulia in Samniũ mouerat: accitus in Hirpinos à Statio pollicete se Cossam traditurum. Cossanus erat Trebius, nobilis inter suos: sed premebat eum Cossanorũ factio familiæ per gratiam Romanorũ potentis. post famam Cannensis pugnae, uulgatumq; Trebij sermonibus aduentũ Annibalis, cũ Cossani urbe excessissent sine certamine tradita urbs Pœno, præsidiumq; acceptũ est. Ibi præda omni atq; impedimentis relictis, exercitu partito, Magonem regionis eius urbes, aut deficientes ab Romanis accipere, aut detrectantes cogere ad defectionem iubet. ipse per agrum Campanum mare inferum petit oppugnaturus Neapolim, ut urbem

bem maritimam haberet. Vbi fines Neapolitanorum intrauit: Numidas partim in insidijs (& pleræq; cauæ sunt uia, sinusq; occulti) quacunq; arte poterat, disposuit: alios præ se actâ prædam ex agris ostentanteis obequitare portis iussit. in quos, quia nec multi & incompositi uidebantur: cum turma equitum erupisset, à cedentibus cōsulto tracta in insidias, circumuenta est. nec euasisset quisquam: ni mare propinquum, & haud procul litore naues piscatoriæ pleræq; conspectæ peritis nandi dedissent effugium. aliquot tamen eo prælio nobiles iuuenes cæsi sunt. inter quos & Hegeas præfectus equitum intemperantius cedentes secutus, cecidit. Ab urbe oppugnanda Pœnum absteruere conspecta mœnia, haudquaquã prompta oppugnanti. Inde Capuam flectit iter luxuriantem longa felicitate atq; indulgentia fortunæ. maxime tamen inter corrupta omnia licentia plebis sine modo libertatem exercentis, senatum & sibi & plebi obnoxium Pacuius Calaius fecerat, nobilis idem ac popularis homo, cæterum malis artibus nactus opes. Is cum eo forte anno, quo res male gesta ad Trasymenū est: in summo magistratu esset: iam diu infestam senatui plebem ratus per occasionem nouādi res magnum ausuram facinus, ut si in ea loca Annibal cum uictore exercitu uenisset, trucidato senatu traderet Capuam Pœnis: improbus homo, sed non ad extremum perditus, cum mallet incolumi quàm euerfa Rep. dominari, nullam autem incolumem esse orbatam publico consilio crederet, rationem inijt qua & senatum seruaret, & obnoxium sibi ac plebi faceret. Vocato senatu, cum sibi defectionis ab Romanis consilium placiturum nullo modo, nisi necessarium fuisset, præfatus esset: quippe qui liberos ex Apprij Claudij filia haberet, filiamq; Romā nuptum Liuiō dedit: cæterum maiorem multo rem, magisq; timendam instare. non enim per defectionem ad tollendū ex ciuitate senatū plebem spectare: sed per cædem senatus uacuum Remp. tradere Annibali ac Pœnis uelle. eo se periculo posse liberare eos: si se permittant sibi, & certaminum in Rep. oblitū credant. Cum omnes uicti metu permitterent: claudam in curia uos, inquit, & tanquam & ipse cogitati facinoris particeps, approbando cōsilia, quibus nequicquam aduersarer, uiam saluti uestræ inueniā. in hoc fidem, quam uultis ipsi, accipite. Fide data egresus claudij curiam iubet, præsidiumq; in uestibulo reliquit: ne quis adire curiā iniussu suo, neue inde egredi possit. Tunc uocato ad contionem populo, quod sæpe, inquit, optastis Campani, ut supplicij sumendi uobis ex improbo ac detestabili senatu potestas esset: eam nunc non per tumultum expugnantes domos singulorum, quas præsidij clientū seruorumq; tuentur: cum summo uestro periculo, sed tutam habetis ac liberam. Clausos omnes in curiā accipite, solos, inermes: nec quicquam raptim, aut forte temere egeritis. de singulorū capite uobis ius sententiæ dicendæ faciam: ut quas quisq; meritis est, pœnas pendat. Sed ante omnia ita uos ire indulgere oportet: ut potiore ira salutem atq; utilitatē uestram habeatis. Etenim hos (ut opinor) odistis senatores. nam senatum omnino non habere nō uultis. quippe aut rex, quod abominandum: aut, quod unum liberæ ciuitatis consiliū est, senatus habendus est. Itaq; duæ res simul agenda sunt uobis, ut & ueterē senatū tollatis, & nouū cooptetis. Citari singulos senatores iubebo: de quorū capite uos consulā. quod de quoq; censueritis, fiet. sed prius in eius locum uirum fortem ac strenuum nouū senatorem cooptabitis, q̄ de noxio suppliciū sumatur. Inde cōfedit, & nominibus in urnā coniectis, citari quod primū sorte nomen excidit: ipsumq; è curia produci iussit. Vbi auditū est nomen, malū & improbū pro se quisq; clamare, & supplicio dignū. Tum Pacuius. uideo quæ sententia de hoc sit data: eijcitur pro malo atq; improbo. bonum senatorem & iustū eligite. Primo silentiū erat inopia potioris subijciundi. deinde cum aliquis omisssa uerecundia quempiā nominaisset: multo maior extemplo clamor oriebatur: cum alij negarent nosse: alij nunc probra, nunc humilitatē sordidamq; inopiam, & pudendæ artis aut quæstus genus obijcerēt. Hoc multo magis in secundo ac tertio senatore est factū, ut ipsius pœnitere homines appareret: quem autē in eius substituerent locū, deesse. quia nec eosdem nominari atinebat, nihil aliud q̄ ad audienda probra nominatos: & multo humiliores obscurioresq; cæteri erant eis: qui primi memoriæ occurrebant. Ita dilabi homines: notissimum quodq; malū maxime tolerabile dicētes esse, iubentesq; senatū ex custodia dimitti. Hoc modo Pacuius cum obnoxiiū uitæ beneficio senatū multo sibi magis q̄ plebi fecisset: sine armis

iam

iam omnibus concedentibus dominabatur. Hinc senatores omiffa dignitatis libertatisq; memoria plebem affari, falutare, benigne inuitare, apparatis accipere epulis, eius caufas fufcipere, ei femper parati adefle: fecundū eum in lite iudicem dare, qui magis popularis aptiorq; in uul-
 gus fauori cōciliando effet. Iam uero nihil in fenatu actum aliter, q̄ si plebis ibi effet cōciliū. Prona femper ciuitas in luxuriā non ingeniorum modo uitio, fed affluenti copia uoluptatum, & illecebris omnis amoenitatis maritimæ terreſtrisq;: tum uero ita obſequio principū, & licen-
 tia plebis lafcuire, ut nec libidini, nec ſumptibus modus effet. ad contemptum legum, magi-
 ſtratum ſenatusq;, acceſſit tum poſt Cannenſem cladem: ut, cuius aliqua erat uerecūdia, Ro-
 manum quoq; imperium ſpernerent. id modo erat in mora, ne id extemplo efficerent: quod
 connubium uetultum multas familias claras ac potētes Romanis miſcuerat: & quod, cum mi-
 litarent aliquot apud Romanos: maximū uinculum erant trecenti equites nobiliſſimus quiſq;
 Campanorum, in præſidia Sicularum urbium delecti ab Romanis ac miſſi. Horum parentes
 cognatiq; ægre peruicerunt, ut legati ad eos Romanum mitterentur. Ii nondum Cannuſium
 profectum, ſed Venuſiæ cum paucis ac ſemiermibus eos inuenerunt: q̄ poterat maxime mi-
 ſerabilem bonis focis, ſuperbis atq; infidelibus, ut erant Campani, ſpernendum. Et auxit re-
 rum ſuarum ſuiq; contemptum eos. nimis detegendo cladem, nudandoq;. nam cum legati
 ægre ferre ſenatum populumq; Campanum aduerſi quicq; eueniſſe Romanis, nuntiaſſent,
 pollicerenturq; omnia, quæ ad bellum opus eſſent. Morem, inquit, magis loquendi cum fo-
 cis ſeruatiſti Campani, iubentes quæ opus eſſent ad bellū, imperare, q̄ conuenienter ad præ-
 ſentem fortunę noſtrę ſtatum locuti eſtis. quid enim nobis ad Cannas relictū eſt: ut quaſi ali-
 quid habeamus, id quod deſt, expleri ab focis uelimus? pedites uobis imperemus, tanquam
 equites habeamus: pecuniā deſſe dicamus, tanquam ea tantum deſit. Nihil, ne quod ſupple-
 remus quidē, nobis reliquit fortuna. legiones, equitatus, arma, ſigna, equi uiriq;, pecunia, com-
 meatus, aut in acie, aut in ruinis poſtero die amiſſis caſtris perierunt. Itaq; non iuuetis nos in
 bello oportet Campani, ſed cum Pœnis bellum pro nobis ſuſcipiatis. Veniat in mentē, ut tre-
 pidos quondam maiores ueſtros intra moenia compulſos, nec Samnitē modo hoſtem, ſed
 etiam Sidicinum pauentes, receptos in fidem apud Saticulā defenderimus, cœptumq; pro-
 pter uos cum Samnitibus bellū per centum propè annos, uariante fortuna euentū, tulerimus.
 Adijcite ad hæc, quod ſœdus æquū dedimus, quod leges noſtras, quod ad extremū, id quod
 ante Cannenſem certe cladem maximū fuit, ciuitatem noſtrā magnę parti ueſtrum dedimus
 cōmunicauimusq; uobiſcum. Itaq; cōmunem uos hanc cladē, quæ accepta eſt, credere Cam-
 pani oportet, communem patriam tuendā arbitrari eſſe. Non cum Samnite aut Hetrufco res
 eſt, ut quod à nobis ablatū ſit, in Italia tamen imperium maneat. Pœnus hoſtis, ne Africę qui-
 dem indigena, ab ultimis terrarū oris, freto Oceani Herculisq; columnis, expertē omnis iuris
 & conditionis & linguæ propè humanæ militē trahit. Hunc natura & moribus imitem fe-
 rumq; inſuper dux ipſe efferauit, pontibus ac molibus ex humanorum corporū ſtruc facien-
 dis, & (quod proloqui etiam piget) ueſci humanis corporibus docendo. hos infandis paſtos
 epulis, quos contingere etiā nefas ſit, uidere atq; habere dominos, & ex Africa, & à Carthagi-
 ne iura petere, & Italiā Numidarum ac Maurorum pati prouinciā eſſe, cui non, genito modo
 in Italia, deteſtabile ſit. Pulchrum erit Campani, prolapſum clade Romanū imperium ueſtra
 fide, ueſtris uiribus retentū ac recuperatum eſſe. Triginta millia peditū, quatuor equitum arbi-
 tror ex Campania uos ſcripſiſſe, iam pecuniæ affatim eſſe frumentiq;. qui ſi parē fortunæ ue-
 ſtræ fidem habetis, nec Annibal ſe uiciſſe ſentiet, nec Romani ſe uictos eſſe. Hæc oratione
 eos dimiſſis redeuntibusq; domū legatis, unus ex ijs, Subius Virius, tempus ueniſſe, ait, quo
 Campani non agrū ſolum ab Romanis quondā per iniuriam ademptum recuperare, ſed im-
 perio etiā Italię potiri poſſint. ſœdus enim cum Annibale quibus uelint legibus facturos. neq;
 controuerſiā fore: quin ipſe cōfecto bello Annibal uictor in Africā hinc decedat, exercitumq;
 deportet. Italiæ imperiū Campanis relinquatur. Hæc Virio loquenti aſſenſi omnes ita renun-
 tiant legationē, uti deletum omnibus uideretur nomen Romanū. Extemplo plebes ad defecti-
 onem, ac pars maxima ſenatus ſpectare. extracta tamē autoritatibus ſeniorū per paucos dies
 eſt res

est res, postremo uicit sententia plurium, ut ijdem legati, qui ad eos Romanum ierant, ad Annibalem mitterentur. Quò prius quàm iretur, certumque defectiois consilium esset: Romam legatos missos à Campanis, in quibusdam annalibus inuenio, postulantes, ut alter eos. Campanus fieret, si rem Romanam adiuuari uellet. indignatione orta, summoueri à curia iussos esse: missumque licitorem, qui ex urbe educeret eos, atque eo die manere extra fines Romanos iuberet. Quia nimis compar Latinorum quondam postulationi erat: Caeliusque & alij id haud sine causa præter miserant scriptores, ponere pro certo sum ueritus. Legati ad Annibalem uenerunt, pacemque cum eo his conditionibus fecerunt. Ne quis imperator magistratusue Pœnorum ius ullum in ciuem Campanum haberet, necue ciuis Campanus inuitus militaret, munusue faceret, ut suæ leges, sui magistratus Campanis essent. ut trecetos ex Romanis captiuos Pœnus daret Campanis: quos ipsi elegissent: cum quibus equitum Campanorum, qui in Sicilia stipendia facerent, permixtio fieret. Hæc pacta. Alia insuper, quam quæ pacta erant, facinora Campani ediderunt. nam præfectos socium, ciuesque Romanos alios, partim aliquo militiæ munere occupatos, partim priuatis negotijs implicitos, plebs repente omnis comprehensos, uelut custodiæ causa balneis includi iussit: ubi feruore atque aestu anima interclusa, scædum in modum expirarent. Ea ne fierent, neu legatio mitteretur ad Pœnum, summa ope Decius Magius, uir, cui ad summam auctoritatem nihil, præter sanam ciuium mentem defuit, restiterat. ut uero præsidium mitti ab Annibale audiuit: Pyrrhi superbam dominationem miserabilemque Tarentinorum seruitutem exempla referens, primo ne reciperetur præsidium, palam uociferatus est: deinde ut receptum aut eijceretur: aut, si malum facinus, quod à uetustissimis socijs consanguineisque defecissent, forti ac memorabili facinore purgare uellent, ut interfecto punico præsidio restituerent se Romanis. Hæc (neque enim occulte agebantur) cum relata Annibali essent: primo misit, qui uocarent Magium ad se in castra. deinde cum is ferociter negasset se iturum: (nec enim Annibali ius esse in ciuem Campanum) concitatus ira Pœnus comprehendit hominem, uinctumque attrahi ad se iussit. ueritus deinde nequid inter uim tumultus, atque ex concitatione animorum inconsulti certaminis oriretur: ipse præmissis nuntio ad Marium Blossum Pr. Campanum postero die se Capuæ futurum, proficiscitur è castris cum modico præsidio. Marius contione aduocata edicit, ut frequentes cum coniugibus ac liberis obuiam irent Annibali. Ab uniuersis id non obedienter modo, sed enixe, fauore etiam uulgi, & studio uisendi tot iam uictorij clarum imperatorem, factum est. Decius Magius nec obuiam egressus est: nec, quo timorem aliquem ex conscientia significare posset, priuatim se tenuit. in foro cum filio clientibusque paucis otiose inambulauit: trepidante tota ciuitate ad excipiendum Pœnum uisendumque. Annibal ingressus urbem senatum extemplo postulat. precantibusque inde primoribus Campanorum, nequid eo die ferè gereret: diemque ut ipse aduentu suo festum lætus ac libens celebraret: quanquam præceps ingenio in iram erat, tamen nequid in principio negaret: uisendo urbem magnam diei partem consumpsit. Diuersatus est apud Munios Celeres, Stenium Pacuuiumque, inclytos nobilitate ac diuitijs. Eò Pacuuius Calauius, de quo ante dictum est, princeps factionis eius quæ attraxerat rem ad Pœnos, filium iuuenem adduxit: abstractumque ab se à Decij ait latere, cum quo ferocissime pro Romana societate aduersus Punicum scædus steterat: nec eum aut inclinatum in partem alteram ciuitas, aut patria maiestas sententia depulerat. Huic tum pater iuueni Annibalem deprecando magis quam purgando placauit. uictusque patris precibus lachrymisque, etiam ad cœnam eum cum patre uocari iussit: cui conuiuio neminem Campanum, præter quam hospites, Iubelliumque Tauream insignem bello uirum, adhibiturus erat. Cœperunt epulari de die, & conuiuium non ex more punico, aut militari disciplina esse: sed ut in ciuitate, atque etiam modo diu ad uarias omnium uoluptatum illecebras instructum. Unus nec dominorum inuitatione, nec ipsius interdum Annibalis, Calauij filius Perolla uinci potuit. ipsique ualitudinem excusans patri, animi quoque eius mirabilem interturbationem cum quæteret: ante solis fermè occasum patrem Calauium ex conuiuio egressum secutus filius. ubi in secretum (hortus erat posticis ædium partibus) peruenerunt: consilium, inquit, affero pater, quo non ueniam solum peccati, quo deficiamus ad Annibalem, impetrare ab Romanis: sed in multo maiore dignitate & gratia simus Campani, quam unquam fuimus

fuimus. Cum mirabundus pater quidnam id esset consilij quæreret: toga reiecta ab humero, latus succinctū gladio nudat. Iam ego, inquit, sanguine Annibalis sanciam Romanum fœdus: te id prius scire uolui, si forte abesse, dū facinus patrat, malles. Quæ ubi uidit audiuitq; senex, uelut si iam agendis quæ audiebat, intercessit: cum metu Per ego te, inquit, fili quæcunq; iura liberos iungunt parentibus, precor quæsoq;, ne ante oculos patris facere & pati omnia infanda uelis. pauca horæ sunt, intra quas iurantes per quicquid deorū est, dextras dextræ iungentes fidem obstrinximus, ut sacratis de mēsis essemus. digressi à colloquio extemplo in eum atq; surgis ab hospitali mensa, ad quam tertius Campanorū adhibitus ab Annibale est: eam ipsam mensam cruentare uis hospitis sanguine: Annibalem pater filio meo potui placare, filium Annibali non possum: Sed si nihil sancti, nō fides, non religio, non pietas, audeantur infanda, si non perniciem nobis cum scelere afferūt. Vnus aggressurus es Annibalem: quid illa turba tot liberorū seruorumq;: quid in unum intenti omnium oculi: quid tot dextræ: torpescant ne in amentia illa: uultum ipsius Annibalis, quem armati exercitus tremunt, quem horret populus Romanus, tu sustinebis: & si alia auxilia desint, me ipsum ferire, corpus meum opponentem pro corpore Annibalis, sustinebis: atqui per meum pectus petendus ille tibi, transfigendusq; est. deterreri hic sine te potius quàm illic uinci, ualeāt preces apud te meæ, sicut pro te hodie ualuerunt. Lachrymantē inde iuuenem cernens, medium complectitur: atq; osculā hærrens non ante precibus abstirrit, quàm peruicit ut gladiū poneret, fidemq; daret, nihil facturum tale. Tum iuuenis, Ego quidē, inquit, quam patriæ debeo pietatē, exoluam patri. tuam doleo uicem, cui ter proditæ patriæ sustinendū est crimen: semel, cum defectionē inisti ab Romanis: iterū, cum pacis cum Annibale fuisti autor: tertio hodie, cum restituendæ Romanis Capuæ morā atq; impedimentū tu es. O patria, ferrum, quo pro te armatus hanc arcem defendere uolebam, hosti minime parcens: quando parens extorquet, recipe. Hæc cum dixisset, gladium in publicū trans maceriam horti abiecit: & quo minus res suspecta esset, se ipse conuiuio reddidit. Postero die Senatus frequens datur Annibali. ubi prima eius oratio perblandā ac benigna fuit: qua gratias egit Campanis, quod amicitia suam Romanę societati præposuissent: & inter cætera magnifica promissa pollicitus, breui caput Italiæ omnis Capuam fore: iuraq; inde cum cæteris populis Romanū etiam petiturū. Vnum esse exortem punicæ amicitia fœderisq; secum facti, quem neq; esse Campanū, neq; dici debere, Magium Decium, eum postulare, ut sibi dedatur, ac se præsentē de eo referat, senatusq; consultū fiat. omnes in eam sententiam ierunt: quanquā magnæ parti, & uir indignus ea calamitate, & haud paruo initio minui uidebat ius libertatis. Egressus curia in templo magistratus confedit: comprehendiq; Decium Magium, atq; ante pedes destitutū causam dicere iussit. Qui cum manente ferocia animi negaret lege fœderis id cogi posse: tum iniectæ catenæ, duciq; ante licitorē in castra est iussus. Quoad capite aperto est ductus, contionabundus incessit, ad circumfusam undiq; multitudinem uociferans. Habetis libertatē Campani, quam petistis. foro medio, luce clara, uidentibus uobis, nulli Campanorū secūsus, uinctus ad mortem rapior. quid uiolentius Capua capta fieret: ite obuiā Annibali, exornate urbem, diemq; aduentus eius cōsecrate, ut hunc triumphum de ciue uestro spectetis. Hæc eo uociferante cum moueri uulgus uideretur, obuolutum caput est: ocyusq; rapi extra portam iussus. ita in castra perducit: extemploq; impositus in nauim, & Carthaginem missus: ne motu aliquo Capuæ ex indignitate rei orto, Senatū quoq; pœnitet dediti principis: & legatione missa ad repetendū eum, ne aut negando rem, quam primum peterent, offendendi sibi noui socij, aut tribuendo habendus Capuæ esset seditionis ac turbarum autor. Nauem Cyrenas detulit tempestas, quæ tum in ditione regum erant. ibi cum Magius ad statuam Ptolemæi regis confugisset, deportatus à custodibus Alexandriam ad Ptolemæum, dum eum docuisset, contra ius fœderis uinctum se ab Annibale esse, uinculis liberatur: permissumq; ut rediret, seu Romam seu Capuam mallet. Nec Magius Capuam sibi tutam dicere: & Romam eo tempore, quo inter Romanos Campanosq; bellum sit, transfugæ magis quàm hospitis fore domiciliū. nusquam malle, quàm in regno eius uiuere, quem uindicem atque autorem habeat libertatis. Dum hæc gerunt, Q. Fabius Pictor legatus à Delphis Ro-

ff man

mam redijt, responsumq; ex scripto recitauit. (diui quoq; in eo erant, quibus quoq; modo supplicaretur.) Tum si ita faxitis Romani, uestræ res meliores facilioresq; erunt: magis ex sententia Respub. uestra uobis procedet: uictoriaq; duelli populi Romani erit. Pythio Apollini, R. P. uestra bene gesta seruataq;, lucris meritis donū mittitote: deq; præda, manubijs, spolijsq; honorem habetote. Hæc ubi ex Græco carmine interpretata recitauit: tum dixit, se oraculo egressum extemplo his omnibus diuis rem diuinam thure ac uino fecisse: iussuq; ab antistite, sicut coronatus laurea corona & oraculum adisset, & rem diuinam fecisset: ita coronatū nauim ascendere, nec ante deponere eam, quàm Romam peruenisset. se quæcunq; imperata sint, cum summa religione ac diligentia executum, coronam Romæ in ara Apollinis deposuisse.

Senatus decreuit, ut eæ res diuinæ, supplicatiõesq; primo quoq; tempore cum cura fierent.

Dum hæc Romæ atq; in Italia gerunt, nuntius uictoriæ ad Cannas Carthaginē uenerat Mago Amilcaris filius, non ex ipsa acie à fratre missus, sed retentus aliquot dies in recipiendis ciuitatibus Brutiorum, quæ deficiebāt. Is cum ei senatus datus esset, res gestas in Italia à fratre exposuit. Cum sex imperatoribus eum, quorum quatuor cōsules, duo dictator ac magister equitum fuerint: cum sex consularibus exercitibus acie conflixisse, occidisse supra ducenta millia hostiū: supra L. millia cepisse, ex quatuor consulibus duos occidisse, ex duobus saucium alterum, alterū toto exercitu amisso uix cum L. hominibus effugisse, magistrū equitum qui consularis potestatis sit, fufum fugatumq;, dictatorem, quia se in aciem nunquā cōmiserit: unicum haberi imperatorem. Brutios Apulosq;, partem Samnitum ac Lucanorum, defecisse ad Pœnos. Capuam, quod caput non Campaniæ modo, sed post afflictam rem Romanā Cannensi pugna Italiæ sit, Annibali se tradidisse. Pro his tantis totq; uictorijs uerū sacrum dñs immortalibus agi haberiq;. Ad fidem deinde tam lætarum rerum effundi in uestibulo curiæ iussit annulos aureos, qui tantus aceruus fuit, ut metientibus dimidiū super treis modios expleffe, sine quidam autores. Fama tenuit, quæ propior uero est, haud plus fuisse modio. Adiecit deinde uerbis, quo maioris cladis indicium esset, neminem nisi equitem, atq; eorum ipsorum primores id gerere insigne. Summa fuit orationis, quo propius spes belli perficiendi sit: eo magis omni ope iuandū Annibalem esse, procul enim ab domo militiam esse, in media hostiū terra, magnam uim frumenti pecuniæq; absorbi: & tot acies ut hostiū exercitus deleffe, ita uictoris etiam copias parte aliqua minuisse, mittendum igitur supplementū esse, mittendam in stipendium pecuniam, frumentūq; tam benemeritis de nomine punico militibus. Secundū hæc dicta Magonis lætis omnibus, Himilco uir factionis barchinæ locum Hannonis increpādi esse ratus, Quid est Hanno: inquit, etiam nunc pœnitet belli suscepti aduersus Romanos: iube de di Annibalem: ueta in tam prosperis rebus gratias dñs immortalibus agi, audiamus Romanum senatorem in Carthaginensiū curia. Tum Hanno, Tacuissem hodie Patres conscripti, ne quid in cōmuni omnium gaudio, minus lætum quod esset uobis, loquerer. nūc interroganti senatori, pœniteat ne me adhuc suscepti aduersus Romanos belli, si reticeā: aut superbus aut obnoxius uidear. quorū alterū est hominis alienæ libertatis oblitus, alterū suæ. Respōdeam, inquit, Himilconi, nō desisse pœnitere me belli, neq; desiturū ante inuictum nostrum imperatorem incusare, quàm finitum aliqua tolerabili cōditione bellum uidero, nec mihi pacis antiquæ desyderium ulla alia res, quàm pax noua finiet. Itaq; ista quæ modo Mago iactauit, Himilconi cæterisq; Annibalis satellitibus iam læta sunt. mihi possunt læta esse, quia res bello bene gestæ, si uolumus fortuna uti, pacem nobis æquiores dabunt. nam si prætermittimus hoc tempus, quo magis dare quàm accipere possumus uideri pacem: uereor ne hæc quoq; lætitia luxuriet nobis, ac uana euadat. quæ tamen nunc quoq; qualis est: Occidi exercitus hostium. mitte te milites mihi. Quid aliud rogares, si esses uictus? Hostium cepi bina castra, prædæ uidelicet plena, & cōmeatum, frumentū, & pecuniā date. Quid aliud inquam, si spoliatus, si exutus castris esses, peteres? Et ne omnia ipse mirer: (mihi quoq; enim, quoniam respondi Himilconi, interrogare ius fasq; est) uelim seu Himilco, seu Mago respondeat: cum ad internicionem Romani imperij pugnatū ad Cannas sit: constetq; in defectione totam Italiam esse: primum quis latini nominis populus defecerit ad nos: deinde ecquis homo ex v & x x x tribubus ad Annibalem

ad Annibalem transfugerit: Cum utrunq; Mago negasset: Hostium quidem ergo, inquit, ad huc multū superest. sed multitudo ea quid animorū, quidūc spei habeat, scire uelim. Cum id nescire se Mago diceret: Nihil facilius scitu est, inquit, ecquos legatos ad Annibalem Romani miserunt de pace: ecquam deniq; mētionem pacis Romæ factā esse, allatum ad uos est: Cum id quoq; negasset: Bellum igitur, inquit, tam integrū habemus, quā habuimus qua die Annibal in Italiam est ingressus. Quā uaria uictoria priore punico bello fuerit: pleriq; qui meminimus, supersumus. nunquā terra mariq; magis prosperæ res nostræ uisæ sunt, quam ante consules C. Lucretium & A. Posthumium fuerunt. Lucretio & Posthumio coss. deuicti ad Ægæeis insulas sumus. Quod si (id quod dī omen auertant) nunc quoq; fortuna aliquid uariauerit: tum pacem speratis, cum uincimur: quam nūc, cum uicimus, dat nemo? Ego, si quis de pace cōsulet, seu de ferenda hostibus, seu accipienda: habeo quid sententiæ dicam. si de his quæ Mago postulat, refertis: nec uictoribus mitti attinere puto: & frustrantibus nos falsa atq; inani uictoria multo minus censeo mittenda esse. Haud multos mouit Hannonis oratio. nam & similtas cum familia Barchina leuiorem autorem faciebat: & occupati animi præsentī lætitiā nihil, quo uanius fieret gaudium suum, auribus admittebant: debellatumq; mox fore, si adniti paululum uoluissent, rebantur. Itaq; ingenti cōsensu fit senatusconsultum, ut Annibali XL Numidarum millia in supplementum mitterentur: & XL elephantū, & argenti multa talenta. Dictatorq; cum Magone in Hispaniam præmissus est ad conducenda XX millia peditum, quatuor equitum, quibus exercitus qui in Italia quicq; in Hispania erant, supplerentur. Cæterum hæc, ut in secundis rebus, segniter ocioseq; gesta sunt. Romanos præter insitam industriam animis, fortuna etiam cunctari prohibebat. nam nec consul ulli rei, quæ per eum agenda esset, deerat: & dictator M. Iunius rebus diuinis perfectis, latoq; ut solet ad populum, ut eum ascendere liceret: præter duas urbanas legiones, quæ principio anni à cōsulibus conscriptæ fuerant: & seruorum delectū, cohortesq; ex agro Piceno & Gallico collectas, ad ultimum propè desperatæ Reipub. auxilium, cum honesta utilibus cedunt: descendit equo, dixitq;: qui capitalem fraudem ausi, quicq; pecuniæ iudicati in uinculis essent: qui eorum apud se milites fierent: eos noxa pecuniæq; se exolui iussurum. & sex millia hominum gallicis spolijs, quæ triumpho C. Flamini translata erant, armauit. itaq; cum XXV millibus armatorū ab urbe proficiscitur. Annibal Capua recepta cum iterū Neapolitanorū animos partim spe, partim metu ne quicquam tentasset, in agrum Nolanum exercitum traducit: & ut non hostiliter statim, quia non desperabat uoluntariam deditiōem: ita si morarentur spem, nihil eorum quæ pati aut timere possent, prætermittitur. Senatus ac maxime primores eius in societate Romana cum fide peristare. plebs nouarū (ut solet) rerum auida, atq; Annibalis tota esse: metumq; agrorū populationis, & patiēda in obsidione multa grauiā indignaq; proponere animo. neq; autores defectionis deerat. Itaq; ubi senatū metus cepit, si palām cōtrā tenderēt, resisti multitudini citatæ non posse, clam simulando dilationem mali inueniunt. placere enim sibi defectionē ad Annibalem simulant: quibus autem conditionibus in fœdus amicitiamq; nouam trāseant, parum constare. Ita spatio sumpto, legatos propere ad prætorem Romanum Marcellum Claudium, qui Canusij cum exercitu erat, mittunt: docentq;e quanto in discrimine sit Nolana res. agrum Annibalis esse & Pœnorū: urbem extemplo futuram, ni subueniatur. concedendo plebi senatum, ubi uelint, defecturos se, ne deficere præfestinarent, effecisse. Marcellus collaudatis Nolanis, eadem simulatione extrahi rem in suum aduentum iussit: interim cælari quæ se cum acta essent: spemq; omnem auxiliij Romani. Ipse à Cannusio Calatiam petit: atque inde Vulturno amne traiecto, perq; agrum Satriculanū, Trebianumq; super Sueffulam per montes Nolam peruenit. Sub aduentum prætoris Romani Pœnus agro Nolano excessit: & ad mare proxime Neapolim descendit, cupidus marini oppidi potiundi, quò cursus nauibus tutus ex Africa esset. Cæterum posteaq; Neapolim à præfecto Romano teneri accepit: (M. Iunius Syllanus erat, ab insis Neapolitanis accitus) Neapolim quoq; sicut Nolā, non admissus, petit Nuceriam. Eam cum aliquandiu circumsedisset: sæpe ui, sæpe sollicitandis ne quicquā tunc plebe, nunc principibus, fame demum in deditiōem accepit: pactus, ut inermes cum singulis

abirent uestimentis. deinde ut qui à principio mitis omnibus Italicis, præter Romanos, uideri uellet: præmia atq; honores ijs qui remansissent, ac militare uellent secū, proposuit. nec ea spes quenquā tenuit. dilapsi omnes quocunq; hospitia, aut fortuitus animi impetus tulit, per Campaniæ urbes, maxime Nolam Neapolimq;e. Cum fermè triginta senatores, ac forte primus quisq; Capuam petissent: exclusi inde quod portas Annibali clausissent, Cumas se cõtulerūt. Nuceriæ præda militi data est, urbs direpta atq; incensa. Nolam Marcellus non sui magis fiducia præsidij, quàm uoluntate principum habebat. plebs timebatur, & ante omnes L. Bantius, quem consensus attentatæ defectionis, ac metus à prætor Romano nūc ad prodicionem patriæ, nunc si ea die fortuna defuisset, ad transfugiendum stimulabat. Erat iuuenis acer, & sociorum ea tempestate nobilissimus eques. seminecem eum ad Cannas in acervo cæforum corporum inuentum, curatumq; benigne etiam cum donis Annibal domum remiserat. ob eius gratiam meritum Nolanam in ius ditionemq; dare uoluerat Pœno: anxiumq; eum & sollicitum cura nouandi res prætor cernebat. cæterum cum aut pœna cohibendus esset, aut beneficio conciliandus: sibi assumpsisse quàm hosti ademisse fortem ac strenuum maluit sociū. accitumq; ad se benigne appellat, Multos eum inuidos inter populares habere, inde existimatum facile esse, quod nemo ciuis Nolanus sibi indicauerit quàm multa eius egregia facinora militaria essent. sed qui in Romanis militauerit castris, non posse obscuram eius uirtutem esse. multos sibi qui cum eo stipendia fecerint, referre qui uir esset ille: quæq; & quoties pericula pro salute ac dignitate populi Romani adisset: utiq; Cannensi pugna non prius prælio abstiterit, q̃ propè exanguis ruina super incidentiū uirorum, equorum, armorumq; sit oppressus. Itaq; macte uirtute esto, inquit, apud me tibi omnis honos atq; omne præmium erit: & quo frequentior mecum fueris, senties eam rem tibi dignitati atq; emolumento esse. Lætoq; iuueni promissis equum eximium dono dat, bigatosq; quingentos quæstorem numerare iubet. licitoribus impetat, ut eum se adire, quoties uelit patiant. Hac comitate Marcelli ferocis iuuenis animus adeo est mollitus, ut nemo inde sociorū rem Romanā fortius ac fidelius iuuerit. Cum Annibal ad portas esset, (Nolam enim rursus à Nuceria mouerat castra) plebesq; Nolana deintegro ad defectionē spectaret: Marcellus sub aduentum hostiū intra muros se recepit, non castris metuens, sed ne prodendæ urbis occasionem nimis multis in eam imminētibus daret. Instrui deinde utrinq; acies cœptæ, Romanorū pro mœnibus Nolæ, Pœnorum ante castra sua: prælia hinc parua inter urbem castraq;, & uario eueū fiebant: quia duces nec prohibere paucos temere roganteis, nec dare signum uniuersæ pugnæ uolebant. in hac comitiaria iam duorum exercitū statione principes Nolanorū nuntiant Marcello: nocturna colloquia inter plebem ac Pœnos fieri: statutumq; esse, ut cum Romana acies egressa portis iret: impedimēta eorum ac sarcinas diriperent: clauderentq; deinde portas murosq; occuparent, ut potentes rerum suarum atq; urbis, Pœnum inde pro Romano acciperent. Hæc ubi nuntiata sunt Marcello, collaudatis senatoribus Nolanis, priusquā aliquis motus in muris oriretur, fortunā pugnæ experiri statuit. Ad tres portas in hostes uersas tripartito exercitū instruxit. impedimēta subsequi iussit: calones lixasq; & inualidos milites uallum ferre. media porta robora legionum & Romanos equites, duabus circa portis nouos milites, leuemq; armaturam ac sociorū equites statuit. Nolani muros portasq; adire uetiti: subsidiaq; destinata impedimentis data, ne occupatis prælio legionibus in ea impetus fieret. ita instructi intra portas stabant. Annibali sub signis (id quod per aliquot dies fecerat) ad multū diei in acie stanti primo miraculo esse, quod nec exercitus Romanus porta egrederet, nec armatus quisquā in muris esset. ratus deinde prodita colloquia esse, metuq; resides factos, partem militū in castra remittit, iussos propere apparatus omnem oppugnandæ urbis in primam aciem afferre: satis si dens, si cunctatibus instaret, tumultum aliquem in urbe plebem moturam. Moxq; dum in sua quisq; ministeria discussu trepidat ad prima signa, succeditq; ad muros acies: patefacta repete porta, Marcellus signa canere clamoremq; tolli, ac pedites primum, deinde equites quanto maximo possent impetu in hostem erumpere iubet. Satis terroris tumultusq; in aciem mediam intulerāt, cum duabus circa portis P. Valerius Flaccus & C. Aurelius legati in cornua hostium erupere. Addidere clamorem

clamorem lixæ calonesq; & alia turba custodiæ impedimentorū apposita, ut paucitatem maxime spernentibus Pœnis ingentis repente exercitus speciem fecerint. Vix equidem ausim affirmare, quod quidam autores sunt, duo millia & ccc hostiū cæfos: non plus uno Romanos amisisse. Siue tanta, siue minor uictoria fuit, ingens eo die res, ac nescio an maxima illo bello gesta sit. non uinci enim ab Annibale uincensibus difficilius fuit, quàm postea uincere. Annibal spe potiundæ Nolæ adempta cum Acerras recessisset: Marcellus extemplo clausis portis, custodibusq; dispositis, ne quis egrederet, quæstionem in foro de ijs qui clam in colloquijs hostium fuerant, habuit. supra LXX damnatos prodicionis securi percussit, bonaq; eorū ius sit publica esse. & summa rerū senatui tradita, cum exercitu omni profectus supra Sueffulam castris positus confedit. Pœnus Acerras primū ad uoluntatiā deditiōem conatus perlicere, postea quàm obstinatos uidit: obsidere inde atq; oppugnare parat. Ceterū Acerranis plus animi quàm uirium erat. itaq; desperata tutela urbis, ut circūuallari mœnia uiderunt, priusquam continuarentur hostium opera, per intermissa munimenta, neglectasq; custodias silentio noctis dilapsi, per uias inuicq; quàm quenq; aut consiliū, aut terror tulit: in urbes Campaniæ quas satis certū erat non mutasse fidem, perfugerunt. Annibal Acerris direptis atq; incensis, cum à Casilino dictatorē Romanū legionesq; nuntij accipi nuntiaissent, ne quis tam propinquis hostium castris Capua quoq; recurrat, exercitū ad Casilinū ducit. Casilinū eo tempore quingenti Prænestini habebant cum paucis Romanis latiniq; nominis, quos eodem audita Cannensis clades cōtulerat. Hi non cōfecto Præneste ad diem delectu, serius profecti domo cum Casilinum ante aduersæ pugnae famam uenissent, & alijs aggregarent sese Romanis socijsq; profecti à Casilino cum satis magno agmine irent: auertit eos retro Casilinū nuntius Cannensis pugnae. ibi cum dies aliquot suspecti Campanis timentesq; cauendis ac struendis inuicē indijs traduxissent: iamq; de Capuæ defectione agi accipi q; Annibalem satis pro certo habere: interfectis nocte oppidanis, partem urbis quæ citra Vulturū est, (eo enim diuidit amni) occupauere. idq; præsidium Casilini habebant Romani. Additur & perusina cohors, homines cccc & LX, eodem nuntio, quo Prænestini paucos ante dies Casilinū compulsi. & satis feruè armatorum ad tam exigua mœnia, & flumine altera parte cinctā, tuenda erat. penuria frumenti, nimium etiam ut uideret hominum, efficiebat. Annibal cum iam inde haud procul esset, Getulos cum præfecto nomine Isalca præmittit. ac primo, si fiat colloquijs copia, uerbis benignis ad portas aperiendas præsidiumq; accipiendū perlicere iubet. sin in pertinacia persistet, rem gerere ac tentare si qua parte inuadere urbem possit. Vbi ad mœnia accessere, quia silentium erat, solitudo uisa: metuq; concessum barbarus ratus, moliri portas & seras claustraq; infringere parat. cum patefactis repente portis cohortes duæ ad idipsum instructæ intus, ingentis cum tumultu erumpunt, stragemq; hostium faciunt. Ita primis repulsis, Maharbal cum maiore robore uirorū missus, nec ipse eruptionē cohortiū sustinuit. Postremo Annibal castris ante ipsa mœnia oppositis, paruam urbem paruamq; præsidium summa ui atq; omnibus copijs oppugnare parat. ac dum instat laceffitq; corona undiq; circūdatis mœnibus, aliquot milites & promptissimū quenq; è muro turribusq; ictos amisit. Semel ultro erumpentis agmine elephantorum opposito propè interclusit, trepidosq; compulit in urbem: satis multis, ut ex tantā paucitate, interfectis. plures cecidissent, ni nox prælio interuenisset. Postero die omniū animi ad oppugnandū accendunt: utiq; posteaq; corona aurea muralis proposita est, atq; ipse dux castelli plano loco positi segnē oppugnationē Saguntī expugnatoribus exprobrabat: Cannarum Trasymenijs & Trebiæ singulos admonēs, uniuersosq;. inde uineæ quoq; cœptæ agi cuniculisq; nec ad uarios conatus hostiū aut uis ulla, aut ars deerat. Socij Romanorū propugnacula aduersus uineas statuere, transuersis cuniculis hostiū cuniculos excipere, & palam & clam cœptis obuiā ire, donec pudor etiam Annibalē ab incepto auertit. castrisq; cōmunitis ac præsidio modico imposito, ne omissa res uideretur, in hyberna Capuam cōcessit. ibi partem maiorem hyemis exercitū in tectis habuit, aduersus omnia humana mala sæpe ac diu durantē, bonis inexpertū atq; insuetū. itaq; quos nulla mali uicerat uis, perdidere nimia bona ac uoluptates immodicæ: & eo impensius, quo auidius ex insolentia in eas se immerferāt. somnus enim

ff ; & uinum

& uinum & epulæ, & scorta balneaq; & ocium cōsuetudine in dies blandius, ita enarrauerunt corpora animosq; ut magis deinde præteritæ uictoriæ eos quàm præsentis tutarent uires: maiusq; id peccatū ducis apud peritos artiū militariū haberet, quàm quod non ex Cannensi acie protinus ad urbem Romam duxisset. illa enim cunctatio distulisse modo uictoriā uideri potuit: hic error uires ad emisse ad uincendū. Itaq; Hercule, uelut si cum alio exercitu à Capua exiret: nihil usquā pristinae disciplinæ tenuit. nam & redierunt pleriq; scortis impliciti: & ubi primum sub pellibus haberi cœpti sunt, uiaq; & alius militaris labor excepit, tyronum modo corporibus animisq; deficiebant: & deinde per omne æstiuorū tempus magna pars sine cōmeatibus ab signis dilabebant: neq; aliæ latebræ, quàm Capua desertoribus erant. Ceterū mitescens iam hyeme ducto ex hybernis milite, Casilinū redit. ubi quanquā ob oppugnatione cessatum erat, obsidio tamen cōtinuata oppidanos præsidiumq; ad ultimū inopiæ adduxerat. Castris Romanis T. Sempronius præerat: dictatore auspiciorū repetendorū causa profecto Romam. Marcellum & ipsum cupientē ferre auxiliū obsessis Vulturis amnis inflatus aquis, & preces Nolanorū atq; Acerranorū tenebant, Campanos timentū, si præsidium Romanū abscelisset. Gracchus assidens tantum Casilino, quia prædictū erat dictatoris, ne quid absente eo rei gereret: nihil mouebat, quanq; quæ facile omnem patientiā uincerent, nuntiabant à Casilino. nam & præcipitasse se quosdam non tolerantis famem, cōstabat: & stare inermes in muris, nuda corpora ad missiliū telorum ictus præbentes. Ea ægre patiens Gracchus, cum neque pugnam conferere dictatoris iniussu auderet: pugnandum autem esse, si palam frumentum importare uellet, uideret: neq; clam importandi spes esset: farre ex agris circa undiq; cōuecto cum complura dolia compleisset, nuntium ad magistratū Casilinū misit, ut exciperent dolia, quæ amnis deferret. Insequenti nocte intentis omnibus in flumen ac spem ab nuntio Romano factam, dolia medio missa amni defluerūt. æqualiter inter omnes frumentū diuisum. id postero quoque die, ac tertio factum est. nocte & mittebantur & perueniebant: eo custodias hostium fallebant. Imbris deinde continuis citatior solito amnis transuerso uertice dolia impulsit ad ripam, quam hostes seruabāt. ibi hærentia inter obnata ripis salicta conspiciunt, nuntiatumq; Annibali est: & deinde intētiore custodia cautum, ne quid falleret Vulturis ad urbem missum. Noces inde fusæ ab Romanis castris cum medio amni ad Casilinū defluerent, cratibus excipiebant. Postremo ad id uentū inopiæ est, ut lora detractasq; scutis pelles, ubi feruida mollissent aqua, mādere conarent: nec muribus alioue animali abstinerent: & omne herbarum radicumq; genus aggeribus infimis muri eruerent. & cum hostes obarassent quicquid herbidi terreni extra murū erat: raporū semen iniecerūt, ut Annibal, eone usq; dum ea nascatur, ad Casilinū sessurus sum: exclamaret. & qui nullā antea pactiōne auribus admiserat, tum demū agi secū est passus de redemptione liberorū capitū. Septunces auri in singulos pretium cōuenit. fide accepta, sese tradiderūt. donec omne aurū persolutū est, in uinculis habiti. tum remissi Cumas cum fide. Id uerius est, q̄ ab equite in abeunteis immisso interfectos. Prænestinī maxima pars fuere. ex quingentis septuaginta, qui in præsidio fuerunt: minus dimidiū ferrum famescq; absumpsit. cæteri incolumes Prænesti cum prætore suo Manitio (scriba is antea fuerat) redierunt. Statua eius indicio fuit Prænesti in foro statuta, loricata, amicta toga, uelato capite: & tria signa cum titulo laminæ æneæ inscripto: Manitiū pro militibus, qui Casilini in præsidio fuerint, uorū uouisse. Idem titulus tribus signis in æde Fortunæ positus fuit subiectus. Casilinum oppidū redditū Campanis est, firmatū septingentorū militum de exercitu Annibalis præsidio: ne ubi Pœnus inde abscelisset, Romani oppugnarēt. Prænestinis militibus senatus Romanus duplex stipendiū, & quinquenniū militiæ uacationem decreuit. ciuitate cum donarentur ob uirtutē, non mutauerūt. Perusinorū casus obscurior fama est, quia nec ipsorū monumento ullo est illustratus, nec decreto Romanorū. Eodem tempore Petellinos, qui uni ex Brutij manserant in amicitia Romana: nō Carthaginenses modo, qui regionem obtinebant, sed Brutij quoq; cæteri ob separata ab se cōsilia oppugnabāt. cum obsistere malis nequirent Petellini: legatos Romam ad præsidium petendū miserunt. Quorum preces lachrymæq; (in questus enim flebiles, cum sibimetipsi consulere iussi sunt, sese in uestibulo curiæ profuderunt) ingentem

gentem misericordiam patribus ac populo mouerunt. cōsultiq̄ iterū à M. Æmylio Pr. patres, circūspectis om̄ibus imperij uiribus fateri coacti, nihil iam longinquis socijs in se præsidij esse, redire domum, fideq̄ ad ultimū expleta, consulere sibimetipsos in præsentī fortuna iusserunt. Hæc posteaquā renuntiata legatio Petellinis est: tantus repente mœror pauorq̄ senatum eorum cepit, ut pars profugiendī quā quisq̄ posset, ac descendæ urbis autores essent: pars quando deserti à ueteribus socijs essent, adiungendi se cæteris Brutijs, ac per eos dedendi Annibali. Vicit tamen ea pars quæ nihil raptim, nec temere agendū consulendumq̄ de integro censuit. Re laxata postero die per minorē trepidationē retinuerunt optimates, ut conuētis omnibus ex agris, urbem ac muros firmarent. Per idem ferè tempus literæ ex Sicilia Sardiniaq̄ Romam allatæ. priores ex Sicilia Octacilij Propr. in senatu recitatæ sunt. L. Furium Pr. cum classe ex Africa Lilybæum uenisse. ipsum grauitè faucium in discrimine ultimo uitæ esse. militi & naualibus socijs neq̄ stipendium neq̄ frumentū ad diem dari: neq̄ unde detur, esse. magnopere suadere ut quamprimū ea mittantur: sibiq̄ si ita uideatur, ex nouis prætoribus successorem mittant. Eademq̄ fermè de stipendio frumentoq̄ ab A. Cornelio Mammula Propr. ex Sardinia scripta. Responsum utrisq̄ non esse, unde mitteretur. iussiq̄ ipsi classibus atq̄ exercitibus suis consulerent. Octacilius ad unicum subsidium populi Romani Hieronem legatos cum misisset, in stipendium quantum argenti opus fuit, & sex mensium frumentum accepit. Cornelio in Sardinia ciuitates sociæ benigne contulerunt. Et Romæ quoque propter penuriam argenti triumuirī mensarij rogatione Minucij trib. pleb. facti, L. Æmylius, qui consul censorq̄ fuerat, & M. Attilius Regulus, qui bis consul fuerat, & L. Scribonius Libo, qui tum trib. pleb. erat. Et duumuirī creati, M. & C. Attilij, ædem Concordiæ, quam L. Manlius Pr. uouerat, dedicauerunt. Et tres pontifices creati, Q. Cæcilius Metellus, Q. Fabius Maximus, & Q. Fuluius Flaccus, in locum P. Scantiniij demortui, & L. Æmylij Pauli c o s. & Q. Aelij Pæti, qui ceciderat pugna Cantensi. Cum cætera quæ continuis cladibus fortuna minuerat, quantum cōsilijs humanis assequi poterat, patres explessent: tandem se quoq̄ & solitudinem curiæ, paucitatemq̄ conuenientiū ad publicum consilium respexerunt. neq̄ enim post L. Æmylium & C. Flaminium censes senatus lectus fuerat, cum tantum senatorum aduersæ pugne, ad hoc sui quenque casus per quinquenium absumpsissent. Cum de ea re M. Æmylius Pr. dictatore post Cæcilium amissum profecto iam ad exercitum, exposcentibus cunctis retulisset: tum Sp. Caruilus, cum longa oratione nō solum inopiam, sed paucitatem etiam ciuium, ex quibus in patres legerent, conquestus esset: explendi senatus causa, & iungendi arctius latini nominis, pro magna re se suadere dixit, ut ex singulis populis Latinorū binis senatoribus, si patres Romani censiissent, ciuitas daretur: atq̄ in demortuorū locum in senatum legerent. Eam sententiā haud æquioribus animis, quàm ipsorum quondam postulatū Latinorum, patres audierunt. & cum fremitus indignantiū tota curia esset: & præcipue Manlius, esse etiam nunc stirpis eius uirū diceret: ex qua quondā in Capitolio cōsul minatus esset, quem Latinū in curia uidisset, eum sua manu se interfectorū: Q. Fabius Maximus nunquam rei ullius alieniore tempore mentionem factam in senatu dixit, quàm inter tam suspensos sociorū animos, incertaq̄ fidem id tactum, quod insuper sollicitaret eos. eam unius hominis temerariā uocem silentio omniū extinguendam esse: & si quid unquā arcani sanctiue ad silentium in curia fuerit, id omniū maxime regendum, occulendum, obliuiscendū, pro non dicto habendū esse. Ita eius rei oppressa mentio est. Dictatorem qui censor ante fuisset: uetustissimusq̄ ex ijs qui uiueret, censorijs esset: creati placuit qui senatum legeret: acciriq̄ C. Terentium c o s. ad dictatorem dicendum iusserunt. qui cum ex Apulia, relicto ibi præsidio, magnis itineribus Romā redisset: nocte proxima, ut mos erat, M. Fabium Buteonem ex s c sine magistro equitum dictatorem in sex menses dixit. Is, ubi cum licitoribus in rostra ascendit, neque duos dictatores tempore uno, quod nunquam antea factum esset, probare se dixit: neq̄ dictatorem se sine magistro equitum: nec censoriam uim permissam uni & eidem iterum: nec dictatori, nisi rei gerendæ causa creato, in sex menses datum imperiū. quæ immoderata fors, tempus ac necessitas fecerint: ijs se modū impositurū. nam neq̄ senatu quenquā moturum ex ijs, quos C. Flaminus, L. Æmylius censes

in senatum legissent: transcribi tantū recitariq; eos iussurū, ne penes unum hominē iudiciū arbitriumq; de fama ac moribus senatoris fuerit: & ita in demortuorū locū sublecturū, ut ordo ordini, nō homo homini prælatus uideret. Recitato uetere senatu, inde primum in demortuorum locum legit, qui post L. Æmylium & C. Flaminiū censores curulem magistratū cepissent, necdū in senatum lecti essent: ut quisq; eorū senator primus creatus erat. tum legit qui ædiles, tribuni, prætores quæstores uē fuerant. tum ex ijs qui spolia ex Romano hoste fixa domi haberent, aut ciuicam coronā accepissent. Ita CLXXVII cum ingenti approbatione omniū in senatum lectis, extemplo se magistratu abdicauit, priuatusq; de rostris descendit, lictoribus abi re iussis, turbæq; se immiscuit priuatas agentiu res: tempus hoc sedulo terens, ne deducendi sui causa populum de foro abduceret. neq; tamen elanguit cura hominū ea mora, frequentesq; cum domum deduxerunt. Consul nocte insequenti ad exercitū rediit, non factō certiore senatu, ne comitiorū causa in urbe retineret. Postero die consultus à M. Pomponio Pr. senatus decreuit dictatori scribendū: uti si è Repub. censeret esse, ad cōsules subrogandos ueniret cum magistro equitū, & prætore M. Marcello, ut ex ijs præsentibus noscere patres possent quo statu Respub. esset, consiliaq; ex rebus caperent. Qui acciti erant, omnes uenerunt, relictis legatis, qui legionibus præessent. Dictator de se pauca ac modice locutus in magistrū equitū T. Sempronium Gracchū magnam partē gloriæ uertit: comitiaq; edixit, quibus L. Posthumius IIII absens, qui tum Galliam prouinciam obtinebat: & T. Sempronius Gracchus, qui tum magister equitum eō accurrerat, consules crearentur. Prætores inde creati, M. Valerius Leuinus, Ap. Claudius Pulcher, Q. Fuluius Flaccus, Q. Mutius Scæuola. Dictator creatis magistratibus, Theanum in hyberna ad exercitū rediit, relicto magistro equitum Romæ: qui cum post paucos dies magistratum initurus esset, de exercitibus scribendis cōparandisq; in annum, patres consuleret. Cum eæ res maxime agerentur, noua clades nuntiata: alia super alia cumulante in eum annum fortuna: L. Posthumiū cōsulem designatū, in Gallia ipsum atq; exercitū deletos. Sylua erat uasta, (Litanam Galli uocant) qua exercitū traducturus erat. eius syluæ dextra læuæq; circa uiam Galli arbores ita inciderant, ut immoræ starent: momento leui impulsæ occiderent. Legiones duas Romanas habebat Posthumius: sociūmq; ab supero mari tantum conscripserat, ut XXV millia armatorū in agros hostium induxisset. Galli oras extremæ syluæ cum circūsedissent, ubi intrauit agmen saltum: tum extremas arborū succifarū impellunt. quæ alia in aliam instabilem per se ac male hærentem incidentes, ancipiti strage arma, uiros, equos obruerunt, ut uix decem homines effugerent. nam cum exanimati pleriq; essent arborum truncis fragmentisq; ramorū: cæteram quoq; multitudinē inopinato malo trepidā Galli saltum omnem armati circumsidentes interfecerūt, paucis è tanto numero captis, qui pontem fluminis petentes obfesso ante ab hostibus ponte interclusi sunt. Ibi Posthumius omni uine caperet obnixus, occubuit. spolia corporis caputq; ducis præcisum Boij ouātes templo, quod sanctissimū est apud eos, intulere. purgato inde capite, ut mos ijs est, caluā auro cælauere. idq; sacrum uas ijs erat, quo solēnibus libarent: poculūq; idem sacerdotis esse, ac tēpli antistitibus. Præda quoq; haud minor Gallis q̄ uictoria fuit. nam etsi magna pars animaliu strage syluæ oppressa erat: tamen cæteræ res, quia nihil dissipatū fuga est, stratē per omnem iacentis agminis ordinem inuentæ sunt. Hac nūtiata clade cum per dies multos in tātō pauore fuisset ciuitas, ut tabernis clausis, uelut nocturna solitudine per urbem acta, senatus ædilibus negotiū daret: ut urbem circumirent, apeririq; tabernas, & mœstitiæ publicæ speciem urbi demī iuberēt: tum T. Sempronius senatum habuit: cōsolatusq; patres est & adhortatus, ne qui Cannēsi ruinæ non succubissent, ad minores calamitates animos summitterent. quod ad Carthaginenses hostes Annibalemq; attinet: prospera modo esset, sicut speraret, fortuna: Gallicum bellum & omitti tuto & differri posse: ultionemq; eam fraudis in deorū ac populi Romani potestate fore. de hoste Pœno exercitibusq;, per quos id bellum gereret, consultandū atq; agitandum. Ipse primum quid perditū equitūmq;, quid ciuium, quid sociorum in exercitu esset dictatoris, disseruit. Tum Marcellus suarum copiarū summam exposuit. Quid in Apulia cum C. Terentio consule esset, à peritis quæsitum est. duōne consulares exercitus satis firmati tanto bello

lo sufficerent, inibat ratio. itaq; Galliam, quanquam stimulabat iusta ira: omitti eo anno placuit. Exercitus dictatoris consuli decretus est. De exercitu Marcelli qui ex fuga Cannensis essent, in Siciliam eos traduci, atque ibi militare, donec in Italia bellum esset, placuit. eodem ex dictatoris legionibus reijci militem minimi quinq; roboris, nullo præstituto militiæ tempore, nisi quod stipendiorum legitimorum esset. Duæ legiones urbanæ alteri cõsuli, qui in locum L. Posthumij susceptus esset, decretæ sunt: eumq; cum primũ saluis auspicijs posset, creari placuit. legiones præterea duas primo quoq; tempore ex Sicilia acciri: atq; inde consul, cui legiones urbanæ euenissent, militum sumeret quantum opus esset. C. Terentio cos. prorogari in annum imperium: neq; de eo exercitu quem ad præsidium Apuliæ haberet, quicquam minui.

Dum hæc in Italia geruntur apparanturq; nihilo segnius in Hispania bellum erat, sed ad eam diem magis prosperum Romanis. P. & Cn. Scipiones inter se partiti copias, ut Cn. terra, P. mari nauibusq; rem gereret. Asdrubal Pœnorũ imperator neutri parti uirium satis fidens, procul ab hoste interuallo, ac locis tutis tenebat se. cui multum ac diu obtestanti quatuor milia peditũ, & quingenti equites in supplementũ missi ex Africa sunt. tum resecta tandem spe, castra propius hostem mouit: classemq; & ipse instrui parariq; iubet, ad insulas maritimãq; oram tutandam. In ipso impetu mouendarũ de integro rerum perculit eum præfectorum nauium transitio: qui post classem ad Iberum per pauorem desertã grauius increpiti, nunquam deinde satis fidi aut duci, aut Carthaginensiu rebus fuerant. Fecerant ij transfugæ motum in Carpesiorũ gente: descueratq; ijs autoribus urbes aliquot: una etiam ab ipsis uicapta fuerat. In eam gentem uersum ab Romanis bellum est: infestoq; exercitu Asdrubal ingressus agrum hostium, pro captæ ante dies paucos urbis mœnibus Galbum nobilem Carpesiorum ducem cum ualido exercitu castris se detinentem aggredi statuit. præmissa igitur leui armatura, quæ eliceret hosteis ad pugnam: peditum partem ad depopulandũ per agros passim dimisit, ut palantes exciperent. simul & ad castra tumultus erat, & per agros fugaq; & cædes. deinde undique diuersis itineribus cum in castra se recepissent: adeo repente decessit animis pauor, ut non ad munimenta modo defendenda satis animorũ esset, sed etiam ad laceßendum hostem prælio. Erumpunt igitur agmine è castris tripudiantes more suo: repentinaq; eorum audacia terrorem hosti paulo ante ultro laceßenti incussit. itaq; & ipse Asdrubal in collem satis arduum tutumq; flumine etiam obiecto tum copias subducit, & præmissam leuem armaturam equitesq; palatos eodem recepit: nec aut colli aut flumini satis fidens, uallo castra permunit. In hoc alterno pauore certamina aliquot sunt cõtracta. nec Numida Hispano eques par fuit: nec iaculator Maurus cetrato, uelocitate pari, robore animi uirumq; aliquantũ præstanti. Postquam neq; elicere Pœnum ad certamen obuersati castris poterant: neq; castrorum oppugnationis facilis erat: urbem Aſenam, quò sineis hostiu ingrediens Asdrubal frumentũ cõmeatusq; alios conuexerat, uicapiũt, omniq; circa agro potiunt. nec iam aut in agmine, aut in castris ullo imperio contineri. Quam ubi negligentiam ex re (ut fit) bene gesta oriri senserat Asdrubal: cohortatus milites ut palates sine signis hostes aggredierent, digressus colle perguit ire acie instructa ad castra. Quem ut adesse tumultuosi nuntij refugientes ex speculis stationibusq; attulerent, ad arma conclamatũ est. Ut quisq; arma ceperat, sine imperio, sine signo, incompediti, inordinati in præliũ ruunt. Iam primi conferuerat manus, cum alij cateruatim currebant, alij nondum è castris exissent. tum primo ipsa audacia terruere hostem. deinde rati in confertos illati, cum paucitas parum tuta esset, respicere alij alios, & undique pulsi coire in orbem. & dum corporibus applicantur, armaq; armis iungunt, in arctum compulsi, cum uix mouendis armis satis spatij esset: corona hostiu cincti, ad multum diei cædunt. Exigua pars eruptione facta, syluas ac montes petit: pariq; terrore & castra sunt deserta, & uniuersa gens postero die in deditiõnem uenit. nec diu in pacato mansit. nam subinde ab Carthagine allatum est, ut Asdrubal primo quoq; tempore in Italiam exercitũ duceret. quæ uulgata res per Hispaniam omnium fermè animos ad Romanos auertit. Itaq; Asdrubal extemplo literas Carthaginem mittit, indicans, quanto fama profectiõnis suæ damno fuisset. Si uero inde pergeret, priusq; Iberũ transiret, Romanorũ Hispaniã fore. nam præterq; quod nec præsidium, nec ducem haberet, quem relinqueret

relinqueret pro se, imperatores esse Romanos, quibus uix equis uiribus resisti possit. itaque si ulla Hispaniæ cura esset, successorem sibi cum ualido exercitu mitterent, cui si omnia prospere euenirent, non tamen ociosam prouinciam fore. Hæc literæ quanquam primo admodum mouerunt senatum: tamen quia Italiæ cura prior potiorq; erat, nihil de Asdrubale neq; de copijs eius mutatum est. Himilco cum exercitu iusto, & aucta classe ad retinendam terra maricq;, ac tuendam Hispaniam est missus, qui ut pedestris naualeisq; copias traiecit: castris communitis, nauibusq; subductis & uallo circumdatis, cum equitibus delectis ipse quantum maxime accelerare poterat, per dubios infestoscq; populos iuxta intentus ad Asdrubalem peruenit. Cum decreta senatus mandataq; exposuisset, atque edidicisset ipse inuicem, quemadmodum tractandum bellum in Hispania foret, retro in sua castra redijt: nulla re quàm celeritate tutior: quod undiq; abierat, antequàm populi consentirent. Asdrubal priusquàm moueret castra, pecunias imperat populis omnibus suæ ditionis: satis gnarus Annibalem transitus quosdam pretio mercatum: nec auxilia gallica aliter quàm conducta habuisse: inopem tantum iter ingressum, uix penetraturum ad Alpeis fuisse, pecunijs igitur raptim exactis, ad Iberum descendit. Decreta Carthaginensium & Asdrubalis iter ubi ad Romanos sunt perlata, omnibus omissis rebus, ambo duces iunctis copijs ire obuiam coeptis, atq; obsistere parant: rati, si Annibali uix per se ipsi tolerando Italiæ hosti Asdrubal dux atq; Hispaniensis exercitus esset iunctus, illico Romani finem imperij fore. His anxij curis ad Iberum contrahunt copias, & transito amne cum diu consultaissent: utrum castra castris conferrent, an satis haberent, socijs Carthaginensium oppugnandis morari ab itinere proposito hostem: urbem à propinquo flumine Iberam appellatam, opulentissimam ea tempestate regionis eius, oppugnare parant. quod ubi sensit Asdrubal, pro ope ferenda socijs pergijt ipse ire ad urbem deditam nuper in fidem Romanorum oppugnandam. Ita iam coepta obsidio omissa ab Romanis est, & in ipsum Asdrubalẽ uersum bellum. Quinq; millium interuallo castra distantia habuere paucos dies: nec sine leuibus prælijs, nec ut in aciem exirent. tandem uno eodemq; die uelut ex composito utrinq; signum pugnae propositum est: atq; omnibus copijs in campum descensum est. Triplex stetit Romana acies, peditum pars ante signa locata, pars post signa accepta, equites cornua cinxere. Asdrubal mediam aciem Hispanis firmat: in cornibus, dextro Pœnos locat, læuo Afros: mercenariorumq; auxilia equitum, Numidas Pœnorum peditibus, cæteros Afros pro cornibus opponit. nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, sed quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat. tanta uelocitas ipsis, tamq; docile equorum genus est. Cum hoc modo instructi starent, imperatorum utriusq; partis haud sermè dispares spes erant. nam ne multum quidẽ aut numero aut genere militum, hi aut illi præstabant. militibus longe dispar animus erat. Romanis em̄, quamquam procul à patria pugnarent, facile persuaserant duces pro Italia, atq; urbe Roma eos pugnare. itaq; uelut quibus reditus in patriam eo discrimine pugnae uerteretur: obstinauerant animis uincere, aut mori. Minus pertinaces uiros habebat altera acies. nam maxima pars Hispani erant: qui uinci in Hispania, quàm uictores in Italiam trahi, malebant. Primo igitur concursu cum uix pila coiecta essent, retulit pedem media acies, inferentibusq; sese magno impetu Romanis terga uertit. Nihilò segnius in cornibus prælium fuit. hinc Pœnus, hinc Afer urget: & uelut circumuentos prælio ancipiti pugnant. sed cum in medium tota iam coisset Romana acies, satis uirium ad dimouenda hostium cornua habuit. itaque duo diuersa prælia erant: utroq; Romani, ut qui pulsus tandem medijs & numero & robore uirorum præstarent, haud dubie superarunt. Magna uis hominum ibi occisa. & nisi Hispani uixdum cõserto prælio tam effuse fugissent: perpauca ex tota superfuissent acie. Equestris pugna nulla admodum fuit. quia simul inclinatam mediam aciem Mauri Numidæq; uiderunt: extemplo fuga effusa nuda cornua, elephantis quoq; præ se actis, deseruere. Et Asdrubal usq; ad ultimam euentum pugnae moratus, è media cæde cum paucis effugit. Castra Romani cepere, atq; inde diripuere. Ea pugna, si qua dubia in Hispania erat, Romanis adiunxit: Asdrubalique non modo in Italiã traducendi exercitus, sed ne manedi quidẽ satis tuto in Hispania spem reliquit. Quæ posteaq; literis Scipionum Romæ uulgata

uulgata sunt, non tam uictoria quam prohibito Asdrubalis in Italiã transitu lætabant. Dum hæc in Hispania geruntur, Petellia in Brutijs aliquot post mensibus, quam cœpta oppugnari erat, ab Himilcone præfecto Annibalis expugnata est. multorũq; sanguine ac uulneribus ea Pœnis uictoria stetit. nec ulla magis uis obsessos, quam fames expugnauit. absumptis enim frugum alimētis, carnisq; omnis generis quadrupedum, sutrinæ postremo corijs, herbisq; & radicibus, & corticibus teneris, strictisq; rubis uixere. nec antequã uires ad standum in muris ferendaq; arma deerant, expugnati sunt. Recepta Petellia, Pœnus ad Consentiam copias trahit. quam minus pertinaciter defensam, intra paucos dies in deditionem accepit. Iisdem ferme diebus & Brutiorũ exercitus Crotonem græcam urbem circumsedit, opulentam quondam armis uirisq;, tum iam adeo multis magnisq; cladibus afflictam, ut omnis ætatis minus uiginti millia ciuium superessent. itaq; urbe defensoribus uastata facile potiti sunt hostes. arx tantum retenta, in quam inter tumultum captæ urbis è media cæde quidam effugere. Et Locrenses descivere ad Brutios Pœnosq;, prodita multitudine à principibus. Rhegyni tantummodo regionis eius & in fide erga Romanos, & potestatis suæ ad ultimum manserunt. In Sicilia quoque eadem inclinatio animorum peruenit: & ne domus quidem Hieronis tota ab defectione abstiuit. nanq; Gelo maximus stirpis contempta simul senectute patris, simul post Cannensem cladem Romana societate, ad Pœnos defecit. mouissetq; in Sicilia res, nisi mors adeo opportuna, ut patrem quoq; suspicione aspergeret: armantem cum multitudinẽ, sollicitantemq; socios absumpsisset. Hæc eo anno in Italia, in Africa, in Sicilia, in Hispania uario euetu acta.

Exitu anni Q. Fabius Maximus à senatu postulauit, ut ædem Veneris Erycinæ, quam dictator uouisset, dedicari liceret. Senatus decreuit, ut T. Sempronius c. o. s. designatus, cum primum magistratũ inisset, ad populum ferret, ut Fabium duumuirũ esse iuberent ædis dedicandæ causa. Et M. Æmilio Lepido, qui bis consul augurq; fuerat: filij tres, Lucius, Marcus, Quintus, ludos funebres per triduum, & gladiatorum paria duo & xx per triduum in foro edederunt. Ædiles curules C. Lectorius & T. Sempronius Gracchus c. o. s. designatus, qui in ædilitate magister equitũ fuerat: ludos Romanos fecerunt, qui per triduum instaurati sunt. Plebeij ludi à M. Aurelio Cotta & M. Claudio Marcello ter instaurati sunt. Circumactõ tertio anno punici belli, T. Sempronius c. o. s. Idibus Martijs magistratũ inijt. Prætoresq; Fuluius Flaccus qui antea consul censorq; fuerat: urbanam, M. Valerius Leuinus peregrinam sortem in iurisdictione habuit. Ap. Claudius Pulcher Sicilia, Q. Mutius Scauola Sardinia sortiti sunt. M. Marcello Procons. imperiũ esse populus iussit, quod post Cannensem cladem unus Romanorum imperatorum in Italia prospere rem gessisset. Senatus quo die primum est in Capitolio cõsultus, decreuit, ut eo anno duplex tributũ imperaretur, simplex confestim exigere, ex quo stipendium præsens omnibus militibus daretur, præterquã qui milites ad Cannas fuissent. Inde de exercitibus ita decretũ est, ut duabus legionibus urbanis T. Sempronius c. o. s. Cales ad conueniendum diem ediceret. inde sex legiones in castra Claudiana supra Suessulam deducerentur. quæ ibi legiones essent: (erant autem Cannensis maxime exercitus) eas Ap. Claudius Pulcher Pr. in Siciliam trañceret: quæq; in Sicilia essent, Romam deportarẽtur. Ad exercitum, cui ad conueniendum Cales edicta dies erat: M. Claudius Marcellus missus, isq; iussus in castra Claudiana deducere urbanas legiones. ad ueterem exercitũ accipiendum deducẽdumq; in Siciliam, T. Metilius Croto legatus ab Ap. Claudio est missus. Taciti primo expectauerant homines, uti consul comitia collegæ creando haberet, deinde ubi ablegatũ uelut de industria M. Marcellum uiderunt: quem maxime consulem in cum annum ob egregie in prætura res gestas creati uolebãt, fremitus in curia est ortus. Quod ubi sensit cõsul, utrunq; inquit, è Reipub. fuit patres conscripti: & M. Claudium ad permutãdos exercitus in Campaniam proficisci, & comitia non prius edici, quã is inde confecto quod mãdatum est, negotio reuertisset: ut uos consulem, quem tempus Reipub. postulare: quemquẽ maxime uultis, haberetis. Ita de comitijs, donec redijt Marcellus, silentium fuit. Interea duumiri creati sunt Q. Fabius Maximus & T. Octacilius Crassus, ædibus dedicãdis, Menti Octacilius, Fabius Veneri Erycinæ. Vtraq; in Capitolio est, canali uno discretæ. Et de trecẽtis equitibus Cãpanis, qui in Sicilia cum fide stipendijs

pendijs emeritis Romam uenerant, delatū ad populum, ut ciues Romani essent: item uti muni-
cipes cumani essent, pridie quā populus Campanus à populo Romano defecisset. Maxime
ut hoc ferret, mouerat: quod quorū hominū essent, scire se ipsi negabant, uetere patria relicta,
in eam in quam redierant, nondū adsciti. Posteaquā Marcellus ab exercitu redijt, comitia uni-
consuli rogando in locum L. Posthumij edicuntur. Creatur ingenti cōsensu Marcellus, qui ex
templo magistratū occiperet. cui ineunti consulatū cum tonuisset, uocati augures uitio creatum
uideri pronuntiauerūt. uulgoq̄ patres ita fama ferebant: quod tum primū duo plebeij consu-
les facti essent, id deis cordi non esse. In locum Marcelli, ubi is se magistratu abdicauit, suffe-
ctus Fabius Maximus tertiu. Mare arsit eo anno, ad Sinuessam bos equuleū peperit: signa
Lanuuij ad Iunonis Sospitæ cruore manauere: lapidibusq̄ circa id templū pluuit. ob quem
imbrem nouendiale, ut assolet, sacrum fuit. cæteraq̄ prodigia cum cura expiata. Consules
exercitus inter se diuiserunt. Fabio exercitus, cui M. Iunius dictator præfuerat, euenit. Sempro-
nio uolonum quod fuerat, & sociorum xxv millia. M. Valerio Pr. legiones quæ ex Sicilia re-
dissent, decretæ. M. Claudius Procons. ad eum exercitū, qui supra Suessulam Nolæ præside-
ret, missus. Prætores in Siciliam ac Sardiniam profecti. Consules edixerunt, quoties senatum
uocassent, uti senatores, quibusq̄ in senatu dicere sententiā liceret, ad portam Capenam cōue-
nirent. Prætores quorum iurisdicctio erat, tribunalia ad Piscinam publicam posuerunt. eò uadi-
monia fieri iusserunt. ibiq̄ eo anno ius dictum est. Interim Carthaginem, unde Mago fra-
ter Annibalis xii millia peditū, & mille quingentos equites, xx elephantos, mille argen-
ti talenta in Italiam transmissurus erat cum præsidio lx nauium longarū: nuntius affertur:
in Hispania rem male gestā, omnesq̄ fermè eius prouinciæ populos ad Romanos defecisse.

Erant qui Magonem cum classe ea, copijsq̄ omiſsa Italia in Hispaniā auerterent, cum Sar-
dinia recipiendæ repentina spes affulſit. Paruum ibi exercitū Romanum esse. ueterem præto-
rem inde Cornelium prouinciæ peritum decedere, nouum expectari. ad hoc, fessos iam ani-
mos Sardorum esse diuturnitate imperij: & proximo ijs anno acerbe atq̄ auare imperatum:
graui tributo & collatione iniqua frumētī oppressos. nihil deesse aliud quā autorē, ad quem
deficerent. Hæc clandestina legatio per principes missa erat: maxime eam rem moliente Har-
sicora, qui tum autoritate atq̄ opibus longe primus erat. His nuntijs propè uno tempore tur-
bati erectiq̄, Magonem cum classe sua copijsq̄ in Hispaniam mittunt. in Sardinia Asdruba-
lem cognomento Caluum deligunt ducem: & tantū fermè copiarum, quantum Magoni, de-
cernunt. Et Romæ consules transactis rebus quæ in urbe agenda erant, mouebant iam se,
se ad bellum. T. Sempronius militibus Sinuessam diem ad cōueniendum edixit. & Q. Fabius
consulto prius Senatu, ut frumenta omnes ex agris ante calendas Iulias primas in urbes mu-
nitas conueherent. qui non inuexissent, eorum se agrum populaturum: seruos sub hasta uen-
diturum, uillas incensurum. Ne prætoribus quidem, qui ad ius dicendum creati erant: uacatio à
belli administratione data est. Valerium prætorē in Apuliam ire placuit ad exercitū à Teren-
tio accipiendum. cum ex Sicilia legiones uenissent: ijs potissimum uti ad regionis eius præsi-
dium: terentianum mitti cum aliquo legatorum. Et xxv naues M. Valerio datæ sunt, quibus
oram maritimam inter Brundisium ac Tarentum tutari posset. Par nauium numerus Q. Ful-
uio Pr. urb. decretus ad suburbana litora tutanda. C. Terentio Procons. negotiū datum, ut in
Piceno agro conquisitionē militum haberet, locisq̄ ijs præsidio esset. Et T. Octacilius Crassus
posteaquā ædem Mentis in Capitolio dedicauit: in Siciliam cum imperio qui classi præfesset,
missus. In hanc dimicationem duorum opulentissimorū in terris populorum omnes reges
gentesq̄ animos intenderant. inter quos Philippus Macedonum rex eo magis: quod propior
Italiae ac mari tantum Ionio discretus erat. Is ubi primum fama accepit, Annibalē Alpes trans-
gressum: ut bello inter Romanos Pœnumq̄ orto lætatus erat: ita utrius populi mallet uicto-
riam esse, incertis adhuc uiribus fluctuatus animo fuerat. posteaq̄ tertia iam pugna, tertia ui-
ctoria cum Annibale & Pœnis erat, ad fortunā inclinauit, legatosq̄ ad Annibalē misit. qui ui-
tantes portus Brundisium Tarentinumq̄, quia custodijs nauium Romanarū tenebant: ad La-
cinia Iunonis templum in terram egressi sunt. inde per Apuliam petentes Capuam media in
præsidia

præsidia Romana illati sunt, deductiꝫ ad M. Valerium Leuinum prætorem, circa Nuceriam castra habentem. Ibi intrepide Xenophanes legationis princeps à Philippo rege se missum ait ad amicitiam, societatemꝫ iungendam cum populo Romano, mandata habere ad consules, ac senatum populumꝫ Romanum. Inter defectiones ueterum sociorum Valerius noua societate tam clari regis lætus admodum hostem pro hospite comiter accepit. dat, qui profequantur, itineraꝫ cum cura demonstrant, quæ loca, quosꝫ saltus, aut Romani, aut hostes teneant. Xenophanes per præsidia Romana in Campaniam, inde quæ proximū fuit, in castra Annibalis peruenit: foedusꝫ cum eo, atq; amicitiam iungit legibus his: ut Philippus rex quàm maxima classe (ducentas autem naues uidebatur effecturus) in Italiam trañceret, & uastaret maritimam oram, bellum pro parte sua terra, mariꝫ gereret. ubi debellatum esset: Italia omnis cum ipsa urbe Roma Carthaginensium atq; Annibalis esset, prædaꝫ omnis Annibali cederet. perdomita Italia, nauigarent in Græciam, bellumꝫ cum quibus regibus placeret, gererent. quæ ciuitates continentis, quæ insulæ ad Macedoniam uergunt, eæ Philippi, regniꝫ eius essent. In has fermè leges inter Pœnum ducem, legatosꝫ Macedonum ictum foedus. missiꝫ cum ijs ad regis ipsius firmandam fidem legati, Gisgo, & Bostar, & Mago, eodem ad Iunonis Lacinia: templū, ubi naus occulta in statione erat, perueniunt. inde prouecti cū iam altum tenerent, conspecti à classe Romana sunt quæ præsidio erat Calabria: litoribus. Q. Fuluius Flaccus Corcyraos ad persequendam, retrahendamꝫ nauem cum misisset, primo fugere regij conati: dein de ubi celeritate uicti cesserunt, tradunt se Romanis: & ad præfectum classis adducti. cum quaereret, qui, & unde, & quò tenderent cursum: Xenophanes primo satis iam semel felix mendacium struere, à Philippo se ad Romanos missum, ad M. Valeriū, ad quem unum iter tutum fuerit, peruenisse: Campaniam superare nequisse, septem hostium præsidij. deinde, ut punicus cultus, habitusꝫ suspectos legatos fecit Annibalis, interrogatosꝫ sermo prodidit, cum comitibus eorum seductis, ac metu territis, literæ quoq; ab Annibale ad Philippū inuenta: de pace inter regem Macedonū, Pœnumꝫ ducem. Quibus satis cognitis, optimum uisum est, captiuos, comitesꝫ eorū Romam ad senatum, aut consules, ubicunq; essent, quàm primum deportare. ad id celerrimæ quinque naues delectæ, ac L. Valerius Antias, qui præfesset, missus: eiꝫ mandatū, ut in omneis naues legatos separatim custodiendos diuideret, daretꝫ operam, ne quod ijs colloquium inter se, neue communicatio consilij esset. Per idem tempus Romæ, cū A. Cornelius Mammula ex Sardinia prouincia decedens retulisset, qui status rerum in insula esset, ad bellū ac defectionē omneis spectare: Q. Mutium, qui successisset sibi, grauitate coeli aquarumꝫ aduenientem exceptū, nō tam in periculofum, quàm longum morbum implicitum, diu ad belli uim sustinendam inutilem fore: exercitumꝫ ibi ut satis firmum pacatæ prouincia: præsidem esse, ita parum bello, quod motum iri uideretur: decreuerunt patres, ut Q. Fuluius Flaccus quinque millia peditum, quadringentos equites scriberet, eamꝫ legionem primo quoq; tempore in Sardiniam trañciendam curaret: mitteretꝫ cum imperio quem ipsi uideretur, qui rem gereret, quoad Mutius conualuisset. Ad eam rem missus est T. Manlius Torquatus, qui bis consul, censorꝫ fuerat, subegeratꝫ in cōsulatu Sardos. Sub idem ferè tempus & à Carthagine in Sardiniam classis missa duce Asdrubale, cui Caluo cognomen erat, foeda tempestate uexata ad Balearis insulas eijcitur. ibiꝫ (adeo non armamenta modo, sed etiam aluei nauium quassati erant) subductæ naues dum reficiuntur, aliquantum temporis triuerunt. In Italia cum post cannensem pugnam fractis partis alterius uiribus, alterius mollitis animis, segnius bellum esset: Campani per se adorti sunt rem cumanam suæ ditionis facere, primo sollicitantes ut ab Romanis deficerent. ubi id parū processit dolum ad capiendos eos comparant. Campanis omnibus statum sacrificium ad Hamas. eò senatum campanum uenturum certiores Cumanos fecerunt: petieruntꝫ, ut & cumanus eò senatus ueniret ad consultandum communiter, ut eisdem uterq; populus socios, hostesꝫ haberet. præsidium ibi armatum sese habituros, nequid ab Romanis noui periculi esset. Cumani, quanquam suspecta fraus erat, nihil abnuere, ita regi fallax consiliū posse rati. Interim T. Sempronius consul Romanus Sinuessæ, quò ad conueniendum diem edixerat, exercitu lustrato,

transgressus Vulturum flumen, circa Linternum castra posuit. Ibi, quia otiosa stativa erant, crebro decurrere milites cogebat, ut tyrones (ea maxima pars uolonum erat) assuesceret signa sequi, & in acie agnoscere ordines suos. inter quæ concordia maxima erat cura duci. itaque legatis, tribunisque præceperat, ne quam exprobratio cuiquam ueteris fortunæ discordiam inter ordines ferret, uictus miles tyroni, liber uoloni sese exæquari sineret. omneis satis honestos, generososque ducerent, quibus arma sua, signaque populus Romanus commiserat. quæ fortuna cogisset ita fieri, eandem cogere tueri factum. Ea non maiore cura præcepta ab ducibus sunt, quam à militibus obseruata. breuiterque tanta concordia coaluerant omnium animi, ut propè in obliuionem uenirent, qua ex conditione quisque esset miles factus. Hæc agenti Graccho legati cumani nuntiarunt, quæ à Campanis legatio paucos ante dies uenisset, & quid res ipsi respondissent. Triduum post eum diem festum esse: non senatum solum omnem ibi futurum, sed castra etiam, & exercitum campanum. Gracchus iussis Cumanis omnia ex agris in urbem conuehere, & manere intra muros: ipse pridie quam statutum sacrificium Campanis esset, Cumas mouet castra. Hamæ inde tria millia passuum absunt. Iam Campani eò frequentes ex composito conuenerant: nec procul inde in occulto Marius Alfius, qui summus magistratus erat Campanis, cum XIII millibus militum habebat castra. is sacrificio apparando, & inter id instruendæ fraudi aliquanto intentior, quam muniendis castris, aut ulli militari operi fuit. Triduum sacrificium ad Hamas. nocturnum erat sacrum, ita, ut ante mediam noctem compleretur. Huic Gracchus insidiandum tempori ratus, custodibus ad portas positis, ne quis enuntiare posset, à sexta ad decimam dici horam coactis militibus corpora curare, somnoque operam dare, ut primis tenebris conuenire ad signum possent, uigilia ferme prima tolli iussit signa. silentique profectus agmine cum ad Hamas media nocte peruenisset, castra campana, ut in peruigilio neglecta, simul omnibus portis inuadit. alios somno stratos, alios perpetrato sacro inermes redeuntes obruncat. Hominum eo tumultu nocturno cæsa plus duo millia cum ipso duce Mario Alfio. capta sunt signa militaria quatuor & triginta. Gracchus minus centum militum iactura castris hostium potitus, Cumas se prope recepit, ab Annibale metuens, qui super Capuam ad Tifata habebat castra. Nec cum prouida uiri fefellit opinio: nam simul Capuam ea clades est nuntiata, ratus Annibal ab re bene gesta insolenter lætum exercitum tyronum magna ex parte seruatorumque, spoliante uictos prædasque agentem ad Hamas se inuenturum, citatum agmen præter Capuam rapit: obuiosque ex fuga Campanorum per duo præsidia Capuam duci, faucios uehicularum tolli, portarique iubet. ipse ad Hamas uacua ab hostibus castra, nec quicquam, præter recentis uestigia cædis, strataque passim corpora sociorum, inuenit. Autores erant quidam, ut protinus inde Cumas duceret, urbemque oppugnaret. Id quanquam haud modice Annibal cupiebat, ut quia Neapolim non potuerat, Cumas saltem maritimam urbem haberet: tamè quia præter arma nihil secum miles raptim acto agmine extulerat, retro in castra supra Tifata se recepit. inde fatigatus Campanorum precibus sequenti die cum omni apparatu oppugnandæ urbis Cumas redit: populatoque agro cumano, mille passus ab urbe castra locat. Tum Gracchus magis uerecundia in tali necessitate deserendi socios imploranteis fidem suam populique Romani substitit, quam satis fidens exercitui. Nec alter consul Fabius, qui ad Calles castra habebat, Vulturum traducere audebat exercitum: occupatus primo auspicijs repetendis Romæ: dein prodigijs, quæ alia super alia nunciabantur, expiantique ea haud facile litari aruspices respondebant. Hæ causæ cum Fabium tenerent, Sempronius in obsidione erat, & iam operibus oppugnabatur. Aduersus ligneam ingentem turrin admotam urbi, aliam turrin ex ipso muro excitauit consul Romanus aliquanto altiore: quia muro satis per se alto subiectis ualidis sublicis pro solo usus erat. inde primum saxis, sudibusque, & cæteris missilibus propugnatores urbem ac mœnia tuebantur: postremo ubi promouendo adiunctam muro uiderunt turrin, sacibus ardentibus plurimum simul ignem coniecerunt. quo incendio trepida armatorum multitudo cum de turri sese præcipitaret, eruptio ex oppido simul duabus portis facta stationes hostium fudit, fugauitque in castra, ut eo die obfesso, quam obsidenti similior esset Pœnus. Ad mille cccc Carthaginensium cæsi, unde quadraginta uiui capti, qui circa mu-

ros, & in stationibus solute ac negligenter agentes, cū nihil minus quàm eruptionem timuissent, ex improviso oppressi sunt. Gracchus priusquàm se hostes ab repentino pauore colligeret, receptui signū dedit, ac suos intra muros recepit. Postero die Annibal elatū secunda re consullem iusto prælio ratus certaturū, aciem inter castra atq; urbem instruxit. cæterū posteaquam neminem moueri ab solita custodia urbis uidit: nec cōmitti quicquam temerariæ spei, ad Tifata redit infecta re. Quibus diebus Cumæ liberatæ sunt obsidione, iisdē diebus & in Lucanis ad Grumentum T. Sempronius, cui Longo cognomen erat, cum Hannone Pœno prospere pugnat. supra duo millia hominū occidit: & cclxxx milites amisit. signa militaria ad xli cepit. Pulsus finibus lucanis Hanno retro in Brutios sese recepit. Et ex Hirpinis oppida tria, quæ à populo Romano defecerant, ui recepta per M. Valerium prætorem. Vercellius, Siciliusq; , autores defectionis securi percussi. supra mille captiuorum sub hasta uenierunt. præda alia militi concessa, exercitusq; Cumas reductus. Dum hæc in Lucanis, atq; in Hirpinis geruntur, quinque naues, quæ Macedonum, atq; Pœnorum captos legatos Romam portabant, à supero mari ad inferum circumuectæ propè omnem Italiæ oram, cum præter Cumas uelis ferrentur, neq; hostium an sociorum essent, satis sciretur, Gracchus obuiam ex classe sua naues misit. Cum percunctando inuicem cognitū esset, consulem Cumis esse, naues Cumas appulsæ, captiuicq; ad consulem deducti, & literæ datæ. Consul literis Philippi, atq; Annibalis perlectis, consignata omnia ad senatum itinere terrestri misit: nauibus deuehi legatos iussit. Cum eodem ferè die literæ legatiq; Romam uenissent, & percunctatione facta, dicta cum scriptis congruerent, primo grauis cura patres incessit, cernentes quanta uix tolerantibus puni cum bellum macedonici belli moles instaret. cui tamen adeo non succubuerunt, ut extemplo ageretur, quemadmodum ultro inferendo bello auerteret ab Italia hostem. Captiuic in uinacula conditis, comitibusq; eorum sub hasta uenditis, ad naues xxv, quibus Q. Fuluius Flaccus præfectus præerat, uiginti paratas alias decernunt. His comparatis deductisq; & additis quinque nauibus, quæ aduexerant captiuos legatos, quinquaginta naues ab Ostia Tarentum profectæ: iussusq; Q. Fuluius militibus uarronianis, quibus L. Apustius legatus Tarenti præerat, in naues impositis, L nauium classe non tueri modo Italiæ oram, sed explorare de macedonico bello. si congruentia literis, legatorumq; indicijs Philippi consilia essent, ut M. Valerium prætorem literis certiozem faceret: isq; L. Apustio legato exercitui preposito, Tarentum ad classem profectus, primo quoq; tempore in Macedoniam transmitteret: daretq; operam, ut Philippum in regno contineret. Pecunia ad classem tuendam, bellumq; macedonicū ei decreta est, quæ Ap. Claudio in Sicilia missa erat, ut redderetur Hieroni regi. & hæc per L. Apustium legatum Tarentum est deuecta. simul ab Hierone missa ducenta millia modium tritici, & hordei centum. Dum hæc Romani parant, aguntq; , ad Philippum captiua naus una ex ijs, quæ Romam missæ erant, ex cursu fugit. inde scitum, legatos cum literis captos. itaq; ignarus de ijs, quæ cum Annibale legatis suis cōuenissent, quæq; legati eius ad se allaturi fuissent, legationem aliam cum eisdem mandatis mittit. Legati ad Annibalē missi Heraclitus, cui Scortino cognomen erat, & Crito Berreus, & Sositheus Magnes. hi prospere tulerunt, ac retulerunt mandata. sed prius se æstas circumegit, quàm mouere ac moliri quicquam rex posset. tantum naus una capta cum legatis momenti fecit ad dilationem imminentis Romanis belli.

Et circa Capuam, transgresso Vulturnum Fabio post expiata tandem prodigia, ambo consules rem gerebant. Combulteriam, & Trebulam, & Austiculam urbes, quæ ad Pœnum defecerant, Fabius uic cepit. Præsidiaq; in ijs Annibalis, Campani permulti capti. & Nolæ, sicut priore anno, senatus Romanorum, plebs Annibalis erat: consiliaq; occulta de cæde principum, & proditione urbis inibantur. Quibus ne incepra procederent, inter Capuam castraq; Annibalis, quæ in Tifatis erant, traducto exercitu Fabius super Vesuuium in castris claudianis confedit. inde M. Marcellum proconsulem cum ijs copijs, quas habebat, Nolam in præsidium misit. Et in Sardinia res per T. Manlium prætorem administrari cœptæ, quæ omissæ erant, posteaquam Q. Mutius prætor graui morbo est implicitus. Manlius nauibus longis ad Caralis subductis, naualibusq; socijs armatis, ut terra rem gereret, & à prætore exercitu accepto, duo

& uiginti millia peditum, mille & ducentos equites confecit. Cum his equitum peditumq; copijs profectus in agrum hostium, haud procul ab Harficoræ castris castra posuit. Harficora tum forte profectus erat in Pellidos Sardos ad iuuentutem armandam, qua copias augetet. Filius eius nomine Hioftus castris præerat. Is adoleſcentia ferox temere prælio inito fuſus, fugatusq; ad xxx millia Sardorum eo prælio caſa. mille trecenti ferme uiui capti. Alius exercitus primo per agros, ſyluaſq; fuga palatus: dein, quò ducem fugiſſe fama erat, ad urbem nomine Cornum, caput eius regionis, confugit. Debellatumq; eo prælio in Sardinia eſſet, ni claſſis punica cum duce Aſdrubale, quæ tempeſtate deiecta ad Baleares erat, in tempore ad ſpem rebellandi adueniſſet. Manlius poſt famam appulſæ punicæ claſſis Calareis ſe recepit. ea occaſio Harficoræ data Pœno ſe iungendi. Aſdrubal copijs in terram expoſitis, & claſſe remiſſa Carthaginem, duce Harficora ad locorum populi Romani agrum populandum profectus, Calareis peruenturus erat, ni Manlius obuio exercitu ab effuſa cum populatione cõtinuiſſet. Primo caſtra caſtris modico interuallo ſunt obiecta, deinceps procurſationes leuiaq; certamina uario cœntu inita: poſtremo deſcẽſum in aciem, ſignisq; collatis iuſto prælio per quatuor horas pugnatum. Diu pugnam ancipitem Pœni, Sardis facile uinci aſſuetis fecerunt: poſtremo & ipſi, cum omnia circa ſtrage ac fuga Sardorum repleta eſſent, fuſi. cæterum terga dantes circumducto cornu, quo pepulerat Sardos, incluſit Romanus: cædes inde magis, quàm pugna fuit. Duodecim millia hoſtium caſa, Sardorum ſimul Pœnorumq; ferme III millia, & dcc capti, & ſigna militaria ſeptem & uiginti. Ante omnia claram & memorabilem pugnam fecit Aſdrubal imperator captus, & Hanno, & Mago, nobiles Carthaginiẽſes: Mago ex gente barchina propinqua cognatione Annibali iunctus: Hanno autor rebellionis Sardis, belliq; eius haud dubie concitator. Nec Sardorũ duces minus nobilem eam pugnam claudibus ſuis fecerunt. nam & filius Harficoræ Hioſtus in acie cecidit: & Harficora cum paucis equitibus fugiens, ut ſuper afflictaſ res necem quoq; filij audiuit: nocte, ne cuiuſquam interuentus cœptum impediret, mortem ſibi conſciuit. Cæteris urbs Cornus eadem, quæ ante, fugæ receptaculum fuit. quam Manlius uictore exercitu aggreſſus intra paucos dies recepit. Deinde aliæ quoq; ciuitates, quæ ad Harficoram Pœnoſq; defeceſſerant, obſidibus datis, dederunt ſeſe. quibus ſtipendio frumentoq; imperato pro cuiuſq; aut uiribus, aut delicto, Calareis exercitum reduxit. ibi nauibus longis deductis, impositoq; quem ſecum aduexerat milite, Romam nauigat: Sardiniamq; perdomitam nuntiat patribus: & ſtipendiũ quaſtoribus frumentum ædilibus, captiuosq; Fuluiõ prætori tradidit. Per idem tempus T. Octacilius prætor quinquaginta nauium ab Lilybæo claſſe in Afrucam tranſuectus, depopulatusq; agrum Carthaginiẽſem, cũ Sardiniam inde peteret, quò fama erat Aſdrubalẽ à Balcaribus nuper traieciſſe, claſſi Africam repetenti occurrit: leuiq; armatura certamine in alto cõmiſſo, ſeptem inde naues cũ ſocijs naualibus cepit. cæteras metus haud ſecus, quàm tempeſtas paſſim diſiecit. Per eodem forte dies & Bomilcar cum militibus ad ſupplementum Carthagine miſiſ, quadragintaq; elephantis, & comœatu, Locros acceſſit. quem ut incautum opprimeret Ap. Claudius, per ſimulationem prouinciæ circumeundæ Meſſanam raptim exercitu ducto, æſtu ſecundo Locros traiecit. Iam inde Bomilcar ad Hannonem in Brutios profectus erat, & Locrenſes portas Romanis clauſerunt. Appius magno conatu nulla re geſta, Meſſanam reperit. Eadem æſtate Marcellus ab Nola, quam præſidio obtinebat, crebras excuſſiones in agrum hirpinum, & Samnites Caudinos fecit: adeoq; omnia ferro atq; igni uaſtauit, ut antiquarum cladum Samnio memoriam renouaret. itaq; extemplo legati ad Annibalem miſi ſimul ex utraq; gente, ita Pœnum allocuti ſunt. Hoſtes populi Romani Annibal fuimus primum per nos ipſi, quoad noſtra arma, noſtræ uires nos tutari poterant. poſteaquam ijs parum fidebamus, Pyrrho regi nos adiunximus. à quo relictĩ, pacem neceſſariam accepimus, fuimusq; in ea per annos propè quinquaginta ad id tempus, quo in Italiam ueniſti. Tua nos nõ magis uirtus fortunaq; quam unica comitas ac benignitas erga ciues noſtros, quos captos nobis remiſiſti, ita conciliauit tibi: ut te ſaluo atq; incolumi amico, nõ modo populum Romanum, ſed ne deos quidem iratos (ſi dici fas eſt) timeremus. At Hercule non ſolum incolumi & uictore, ſed præſente

præfente te, cum ploratum propè coniugum ac liberorum noſtrorum exaudire, & flagrantia teſta poſſes conſpicere: ita ſumus aliquoties hac æſtate deuaſtati, ut M. Marcellus non Anni bal uiciſſe ad Cannas uideatur: glorienturq; Romani, te ad unum modo ictum uigentem, uelut iaculo emiſſo torpere. Per centum propè annos cum populo Romano bellum geſimus, nullo externo adiuti nec duce, nec exercitu: niſi quod per biennium Pyrrhus noſtro magis milite ſuas auxit uires: quàm ſuis uiribus nos defendit. Non ego ſecūdis rebus noſtris gloriabor: duos conſules, ac duos conſulares exercitus à nobis ſub iugum miſſos: & ſi qua alia aut læta, aut glorioſa nobis euenerunt. quæ aſpera aduerſaq; tunc acciderunt, minore indignatione referre poſſumus, quàm quæ hodie eueniunt. Magni dictatores cum magiſtris equitum, bini conſules cum binis conſularibus exercitibus ingrediebantur fines noſtros, ante explorato, & ſubſidijs poſitis, & ſub ſignis ad populandum ducebant. nunc propè unius, & parui ad tuendam Nola præſidij præda ſumus. iam ne manipulatim quidem, ſed latronum modo percuſant totis finibus noſtris negligentius, quàm ſi in Romano uagarentur agro. Cauſa autem hæc eſt: quod neq; tu defendis: & noſtra iuuentus, quæ ſi domi eſſet, tutaretur: omnis ſub ſignis militat tuis. Necte, nec exercitum tuum norim: niſi à quo tot Romanas acies fuſas, ſtratasq; eſſe ſciam: ei facile eſſe ducam opprimere populatores noſtros uagos, ſine ſignis, palatos, quò quenq; trahit quamuis uana prædæ ſpes. Numidarum paucorum illi quidem præda erunt: præſidiumq; miſſum nobis erit, & Nola ademeris: ſi modo quos ut ſocios haberes dignos duxiſti, haud indignos iudicas quos in fidem receptos tucaris. Ad ea Annibal reſpondit: omnia ſimul facere Hirpinos, Samnitesq;: & indicare clades ſuas: & petere præſidium: & queri indefenſos ſe, neglectosq;. Indicandum autem fuiſſe primum: dein petendū præſidium: poſtremo ni impetraretur, tum deniq; querendum fruſtra opem imploratam. Exercitum ſe non in agrum Hirpinum, Samnitemue, ne & ipſe oneri eſſet: ſed in proxima loca ſociorū populi Romani adducturum. iſs populandis & militem ſuum repleturum ſe: & metu procul ab iſs ſummoturum hoſteis. Quod ad bellum Romanum attineret: ſi Traſymeni, quàm Trebia, ſi Cannarum, quàm Traſymeni pugna nobilior eſſet: Cannarum ſe quoq; memoriam obſcuram maiore & clariore uictoria facturum. Cum hoc reſponſo, muneribusq; ampliſ legatos dimiſit. ipſe præſidio modico relicto in Tifatis, proſectus cum cætero exercitu ire Nola pergit. Eodem Hanno ex Brutijs cum ſupplemento Carthagine aduecto atq; elephantis uenit. ibi caſtris haud procul poſitis, longe alia omnia inquirenti comperta ſunt, quàm quæ à legatis ſociorum audierat. nihil enim Marcellus ita gerebat, ut aut fortunæ, aut temere hoſti commiſſum dici poſſet. explorato, cum firmisq; præſidijs tuto receptu prædatum ierat: omniaq; uelut aduerſus præſentem Annibalem cauta prouiſaq; fuerunt. tum ubi ſenſit hoſtem aduentare, copias intra mœnia tenuit: per muros inambulare ſenatores Nolanos iuſſit, & omnia circa explorare: quæ apud hoſtes fierent. Ex iſs Hāno, cum ad murum ſucceſſiſſet: Herennium Baſſum, & Herium Petrium ad colloquium euocatos, permiſſuq; Marcelli egreſſos, per interpretem alloquitur. Annibalis uirtutem, fortunamq; extollit: populi Romani obterit ſeneſcentem cum uiribus maieſtatem. quæ ſi paria eſſent, ut quondam fuiſſent, tamen expertis quàm graue Romanum imperium ſocijs, quāta indulgentia Annibalis etiam in captiuos omnes Italici nominis fuiſſet: Punicam Romanæ ſocietatem atque amicitiam præoptandam eſſe. Si ambo conſules cum ſuis exercitibus ad Nola eſſent: tamen nō magis pares Annibaldi futuros q; ad Cannas fuiſſent: necdū prætor unus cum paucis & nouis militibus Nola tutari poſſit. Ipſorum magis, quàm Annibalis intereſſe: capta, an tradita Nola potiretur. potiturum enim, ut Capua Nuceriaq; potitus eſſet. ſed quid inter Capuæ Nuceriæq; fortunam intereſſet, ipſos propè in medio ſitos Nolanos ſcire. Nolle ominari quæ captæ urbi ceſſura forent: ſed potius ſpondere: ſi Marcellum cum præſidio ac Nola tradidiſſent: neminem alium, quàm ipſos, legem, qua in ſocietatem amicitiamq; Annibalis uenirēt, dicturum. Ad ea Herennius Baſſus reſpondit: Multos annos iam inter Romanum, Nolanumq; populum amicitiam eſſe: cuius neutros ad eam diem poeniteret: & ſibi ſi cum fortuna mutanda fides fuerat, ſero iam eſſe mutare eam. dedituris ſe Annibaldi non fuiſſe accerſendum Romanū præſidium.

cum ijs, qui ad se tuendos uenissent, omnia sibi & esse confociata, & ad ultimū fore. Hoc colloquium abstulit spem Annibali per proditionem recipiendæ Nolæ. itaq; oppidum corona circumdedit, ut simul ab omni parte mœnia aggredereetur. Quem ut successisse muris Marcellus uidit, instructa intra portam acie cum magno tumultu erupit. Aliquot primo impetu percussis, cæsisq; sunt. deinde concursu ad pugnam facto, æquatisq; uiribus, atrox cœpit esse pugna. memorabilisq; inter paucas fuisset, ni ingentibus procellis effusus imber diremisset pugnantes. Eo die commisso modico certamine, atq; iritatis animis, in urbem Romani, Pœni in castra sese receperunt. tamen Pœnorum prima eruptione percussis ceciderunt haud plus, quam triginta: Romanorum nullus. Imber continens per noctem totam usque ad horam tertiam diei insequentis tenuit. itaq; quanquam utraq; pars auida certaminis erat, eo die tamen tenuerunt sese munimentis. tertio die Annibal partem copiarum prædatum in agrum Nolanum misit. Quod ubi animaduertit Marcellus, extemplo in aciem copias eduxit. neq; Annibal detrectauit. Mille ferè passuum inter urbem erant, castraq;. eo spatio (& sunt omnia campi circa Nolum) concurrerunt. Clamor ex parte utraque sublatus proximos ex cohortibus ijs, quæ in agros prædatum exierant, ad prælium iam cõmissum reuocauit. Et Nolani aciem Romanam auxerunt. quos collaudatos Marcellus in subsidijs stare, & faucios ex acie efferre iussit. pugna abstinerent, nisi ab se signum accepissent. Prælium erat anceps. summa ui & duces hortabantur, & milites pugnabant. Marcellus uictis ante diem tertium, fugatis ante paucos dies à Cumis, pulsus priore anno ab Nola ab eodem se duce, milite alio, instare iubet. Non omnes esse in acie, prædanteis uagari in agro. sed qui pugnent, marcere campana luxuria, uino, scortis, omnibusq; lustris per totam hycmem cõfectos. abisse illam uim, uigoremq;, dilapsa esse robora corporū animorumq;, quibus Pyrenæi, Alpiumq; superata sint iuga. reliquias illorū uirorum uix arma, membraq; sustinenteis pugnare. Capuam Annibali Cannas fuisse. ibi uirtutē bellicam, ibi militarem disciplinam, ibi præteriti temporis famam, ibi spem futuri extinctam. Cum hæc exprobrando hosti Marcellus suorum militum animos erigeret, Annibal multo grauioribus probris increpabat. Arma, signaq; eadem se aiebat noscere, quæ ad Trebiam, Trasymenumq;, postremo ad Cannas uiderit, habueritq;. militem alium profectò se in hyberna Capuam duxisse, alium inde eduxisse. Legatū mne Romanum, & legionis unius atque alæ magno certamine uix toleratis pugnam, quos binæ acies consulares nunquam sustinuerūt? Marcellus tyrone milite, ac Nolanis subsidijs inultus nos iam iterum lacepsit? Vbi ille meus miles est, qui erepto ex equo C. Flaminio consuli caput abstulit? ubi, qui L. Paulum ad Cannas occidit? ferrum nunc hebet? an dextera torpent? an quid prodigij est aliud? qui pauci plures uincere soliti estis, nunc paucis plures uix restatis. Romam uos expugnaturus, si quis duceret, fortes lingua iactabatis. en nunc minor res est. hic experiri uim, uirtutemq; uolo. expugnate Nolum, campestrem urbem, non flumine, non mari septam. hinc uos ex tam opulenta urbe præda spolijsq; onustos uel ducam quò uoletis, uel sequar. Nec bene, nec male dicta profuerunt ad confirmandos animos. Cum omni parte pellerentur, Romanisq; cresceret animi, non duce solum adhortante, sed Nolanis etiam per clamorem fauoris indicem accendentibus ad ardorem pugnae, terga Pœni dederunt, atq; in castra compulsi sunt. quæ oppugnare cupientes milites Romanos Marcellus Nolum reduxit cum magno gaudio, & gratulatione etiam plebis, quæ ante inclinatio ad Pœnos fuerat. Hostium plus mille cæsi eo die, capti mille DC: & signa militaria undeuiginti, & duo elephanti, quatuor in acie occisi. Romanorum minus mille interfecti. Posterum diem indutijs datis sepeliendo utrinq; cæsos in acie, consumpserunt. Spolia hostium Marcellus Vulcano uotum cremauit. Tertio post die (ob iram credo aliquam, aut spem liberalioris militiæ) mille CCLXXII equites, misti Numidæ Hispaniq;, ad Marcellum transfugerunt. eorum forti fidelisq; opera in eo bello usi sunt sæpe Romani. Ager Hispanis in Hispania, Numidis in Africa post bellum uirtutis causa latus datus est. Annibal ab Nola remisso in Brutios Hannone cum quibus uenerat copijs, ipse Apuliæ hyberna petit, circaq; Arpos confedit. Q. Fabius ut profectum in Apuliam Annibalem audiuit, frumento ab Nola Neapoliq; in ea castra conuecto, quæ super Sueffulam erant, munimentisq; firmatis

firmatis, & præsidio quod per hyberna ad tutandum locum satis esset relicto, ipse Capuam propius mouit castra, agrumq; Campanum ferro igniq; est depopulatus. donec coacti sunt Campani nihil admodum uiribus suis fidentes egredi portis, & castra ante urbem in aperto communire. Sex millia armatorum habebant, peditem imbellem, equitatu plus poterant. itaque equestribus prælijs laceſſebant hostem. Inter multos nobiles equites Campanos acerrimus erat Iubellius, cognomine Taurea: cuius indidem erat, longe omnium Campanorum fortissimus eques: adeo, ut cum apud Romanos militaret, unus eum Romanus, Claudius Asellus gloria equestri æquaret. Hunc Taurea cum diu perlustrans oculis obequitasset hostium turmis, tandem facto silentio, ubi esset Claudius Asellus quaesivit. & quoniam uerbis secum de uirtute ambigere solitus esset, cur non ferro decerneret? daretq; opima spolia uictus? aut uictor caperet? Hæc ubi Asello nunciata sunt in castra, id modo moratus, ut cõsulem percunctaretur, liceretne extra ordinem in prouocantem hostem pugnare? permissu eius arma ex templo cepit: prouectusq; ante stationes equo, Tauream nomine compellauit, cõgrediq; ubi uellet iussit. Iam Romani ad spectaculum pugnae eius frequentes exierant. & Campani non uallum modo castrorum, sed mœnia etiam urbis prospectantes repleuerunt. Cum iam ante ferocibus dictis rem nobilitassent, infestis hastis concitarunt equos. dein libero spatio inter se ludificantes, sine uulnere pugnam extrahebant. Tum campanus Romano, Equorum, inquit, hoc non equitum erit certamen, nisi è campo in cauam hanc uiam demittimus equos. ibi nullo ad euagandum spatio comminus conferentur manus. Dicto propè citius equum in uiam Claudius egit. Taurea uerbis ferocior quàm re, minime sis, inquit, canterium in fossa. quæ uox in rusticum inde prouerbiū prodita. Claudius cum ex uia longe perequitasset, nullo obuiō hoste in campum rursus euectus, increpans ignauiam hostis, cum magno gaudio & gratulatione uictor in castra redit. Huic pugnae equestri rem, quam satis certam communis existimatio est, mirabilem certe, adijciunt quidam annales: cū refugientem ad urbem Tauream Claudius sequeretur, patenti hostium portæ inuectum, per alteram stupentibus miraculo hostibus intactum euasisse. Quicquid inde statua suere, ac retro etiam consul mouit castra, ut se mentem Campani facerent: nec ante uiolauit agrum Campanū, quàm iam altæ in segetibus herbae pabulum præbere poterant. id conuexit in Claudiana castra super Sueffulam, ibiq; hyberna ædificauit. M. Claudio proconsuli imperauit, ut retento Nolæ necessario ad tuendam urbem præsidio, cæteros milites dimitteret Romam, ne oneri socijs, & sumptui Reipublicæ essent. Et T. Gracchus à Cumis Luceriam in Apuliam legiones cum duxisset: M. Valerium inde prætorem Brundisium cū eo, quem Luceria habuerat, exercitu misit, tueriq; oram agri Salentini, & prouidere quod ad Philippum bellumq; Macedonicum attineret, iussit.

Exitu æstatis eius, qua hæc gesta perſcripsimus, literæ à P. & Cn. Scipionibus uenerunt, quantas, quamq; prosperas in Hispania res gessissent: sed pecuniam in stipendium, uestimenta q; & frumentum exercitui, & socijs naualibus omnia deesse. quod ad stipendium attineat, si ærarium inops esset, se aliquam rationem inuituros, quo modo ab Hispanis sumant. cætera utiq; ab Roma mittenda esse: nec aliter aut exercitum, aut prouinciam retineri posse. Literis recitatis, nemo omnium erat, qui non & uera scribi, & postulari æqua fateretur. sed occurrebat animis, quantos exercitus terrestres, naualesq; tuerentur: quantaq; noua classis mox paranda esset, si bellum Macedonicum moueretur. Siciliam, ac Sardiniam, quæ ante bellum uectigales fuissent, uix præsidēs prouinciarum exercitus alere. tributo sumptus suppeditari. uerum cum ipsum tributum conferentium numerum tantis exercituum stragibus & ad Trasymenum lacum, & ad Cannas, imminutum: tum qui superessent pauci, si multiplici grauarentur stipendio, alia perituros peste. itaque nisi fide staret respublica, opibus non staturam. Prodcundum in contionem Fuluius prætori esse, indicandasq; populo publicas necessitates, exhortandósque, qui redempturis auxissent patrimonia, ut Reipublicæ, ex qua creuissent, ad tempus commodarent: conducerentq; ex lege præbenda, quæ ad exercitum Hispaniensem opus essent: ut cum pecunia in ærario esset, his primis solueretur. Hæc prætor in contione edixit, qua die uestimenta, frumentum, Hispaniensi exercitui præbenda, quæq; alia opus essent naualibus

socijs esset locaturus. Vbi ea dies uenit, ad conducendum tres societates aderant hominum unde uiginti. quorum duo postulata fuere: unum, ne alij triennio eo publicani essent: alterum, ut quæ in naues imposuissent, ab hostiũ tempestatisq; ui publico periculo essent. Vtroq; impetrato, conduxerũt, priuataq; pecunia res publica administrata est. Hi mores, eaq; caritas patriæ per omnes ordines, uelut tenore uno pertinebat. Quemadmodum conducta omnia magno animo sunt, sic summa fide præbita: nec quicquam desideratũ, ac si ex opulento ærario, ut quondam, alerentur. Cum hi cõmeatus uenerunt, Illiturgi oppidum ab Asdrubale, ac Magonæ, & Amilcare Bomilcaris filio, ob defectionẽ ad Romanos oppugnabatur. Inter hæc terrena castra hostium Scipiones cum in urbem sociorũ magno certamine ac strage obsistentium peruenissent, frumentum, cuius inopia erat, aduexerunt. cohortatiq; oppidanos, ut eodem animo mœnia tutarentur, quo pro se pugnantem Romanum exercitum uidissent, ad castra maxima oppugnanda, quibus Asdrubal præerat, ducunt. Eodem & duo duces, & duo exercitus Carthaginensium, ibi rem summam agi cernentes, conuenerunt. itaq; eruptione è castris pugnatum est. LX hostiũ millia eo die in pugna fuerũt, sexdecim circiter Romanis. Tamẽ adeo haud dubia uictoria fuit, ut plures numero, quàm ipsi erant, Romani hostium occiderint, ceperint amplius tria millia hominum, paulominus mille equorũ, unde sexaginta militaria signa, elephantis v in prælio occisis. ternisq; castris eo die potiti sunt. Illiturgi obsidione liberato, ad Incibili oppugnandũ punici exercitus traducti, suppletis copijs ex prouincia, ut quæ maxime omnium belli auida, modo præda, aut merces esset, & tum iuuentute abundante. Iterum signis collatis eadẽ fortuna utriusq; partis pugnatũ. supra XIII millia hostiũ cæsa, supraq; tria capta, cũ signis duobus & XL, & nouem elephantis. Tum uero omnes propè Hispaniæ populi ad Romanos defecerunt. multoq; maiores ea æstate in Hispania, quàm in Italia res gestæ.

D E C A D I S T E R T I A E L I B E R Q U A R T V S



VTEX Campania in Brutios reditum est: Hanno adiutoribus & ducibus Brutijs Græcas urbes tentauit, eo facilius in societate manenteis Romana, quod Brutios, quos & oderant & metuebant, Carthaginensium partis factos cernebant. Rhegium primum tentatum est, diesq; aliquot ibi ne quicquam absumpti. Interim Locrenses frumentum, lignaq; & cætera necessaria usibus ex agris in urbem rapere, etiam ne quid relictum prædæ hostibus esset, & in dies maior omnibus portis multitudo effundi, postremo ñ modo relictis in urbe erant, qui reficere muros ac portas, telaq; in propugnacula congerere cogebantur. In permixtam omnium ætatum ordinumq; multitudinem, & uagantem in agris magna ex parte inermem Amilcar Pœnus equites emisit. qui uiolare quenquam uetiti, tantũ ut excluderent ab urbe fuga dissipatos, turmas obiecere. Dux ipse loco superiore castra ponit, unde agros, urbemq; possit cõspicere. Brutiorum cohortem adire muros, atq; euocare principes Locrensiũ ad colloquium iussit, & pollicentes amicitiam Annibalis, adhortari ad urbem tradendam. Brutijs in colloquio nullius rei primo fides est: deinde ut Pœnus apparuit in collibus, & refugientes pauci aliam omnem multitudinem in potestate hostium esse afferebant, tum metu uicti consulturos se populum responderunt. aduocataq; extemplo contione, cum & leuissimus quisq; nouas res, nouamq; societatem mallet: & quorum propinqui extra urbem interclusi ab hostibus erant, uelut obsidibus datis, pignoratos haberent animos: pauci magis taciti probarẽt constantẽ fidem, quàm probatam tueri auderẽt: haud dubio in speciem cõsensu fit ad Pœnos deditio. L. Attilio præfecto præsidij, quiq; cũ eo milites Romani erant, clam in portũ deductis, atq; impositis in naueis, ut Rhegium deueherentur: Amilcarem, Pœnosq; ea cõditione, ut scædus extemplo æquis legibus fieret, in urbẽ acceperũt. Cuius rei propè nõ seruata fides deditis est, cũ Pœnus dolo dimissum Romanũ incusaret: Locrenses profugisse ipsum causarentur. Insecuti etiam equites sunt, si quo casu in freto æstus morari, aut de ferre naues in terram posset. & eos quidem, quos sequebantur, nõ sunt adepti. alias à Messana tranjcienteis freto Rhegiũ naues conspexerũt. milites erant Romani à Claudio prætore missi ad

ad obtinendam urbem præsidio. itaq; Rhegio extemplo abcessum est. Locrensis iussu Annibalis data pax: ut liberi suis legibus uiuerent: urbs pariter, & portus in potestate Locrensis esset: societas eo iure staret, ut Pœnus Locrensem, Locrensisq; Pœnum pace ac bello iuuaret. Sic à freto Pœni reducti, frementibus Brutijs, quod Rhegium ac Locros, quas urbes direpturos se destinauerant, intactas reliquissent. Itaq; per se ipsi conscriptis armatisq; iuuentutis suæ xv millibus, ad Crotonem oppugnandum pergunt ire, Græcam & ipsam urbem, & maritimam: plurimum accessurum opibus, si in ora maris portū ac urbem mœnibus ualidam tenuissent, credentes. Ea cura angebat, quod neq; non accersere ad auxilium Pœnos satis audebant, nequid nō pro socijs egisse uiderentur: & si Pœnus rursus magis arbiter pacis, quàm adiutor belli fuisset, ne in libertatem Crotonis, sicut ante Locrorum, frustra pugnaretur. itaq; optimum uisum est, ad Annibalem mitti legatos: caucriq; ab eo, ut receptus Croto Brutiorum esset. Annibal cum præsentium eam consultationem esse respondisset, & ad Hannonē eos reieciisset, ab Hannone nihil certi allatum. nec enim diripi uolebant nobilem, atq; opulentam urbem: & sperabant, cum Brutius oppugnaret, Pœnos nec probare nec iuuare eam oppugnationem appareret, eo maturius ad se defecturos. Crotone nec consilium unum inter populares, nec uoluntas erat. Unus uelut morbus inuaserat omnes Italiæ ciuitates, ut plebes ab optimatibus dissentirent: senatus Romanis faueret, plebs ad Pœnos rem traheret. Eam dissensionē in urbe perfuga nuntiat Brutijs. Aristomachum esse principem plebis, tradendæq; autorem urbis: & in uasta urbe, lateq; omnibus disiectis mœnibus partitas stationes custodiasq; senatorum ac plebis esse, quacunq; custodiant plebis homines, ea patere aditum. Autore ac duce perfuga Brutij corona cinxerunt urbem: acceptiq; à plebe primo impetu locos omnes, præter arcem, cepere. Arcem optimates tenebāt, præparato iam ante ad talem casum perugio. Eodem Aristomachus perfugit, tanquam Pœnis, non Brutijs autor urbis tradendæ fuisset. Urbs Croto murum in circuitu patentem xii millia passuum habuit ante Pyrrhi in Italiam aduentum. post uastitatem eo bello factam uix pars dimidia habitabatur. flumen, quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tectis loca præterfluebat muros, procul ijs qui inhabitabantur. sex millia aberat ab urbe nobile templum, ipsa urbe nobilius, Lacinia Junonis, sanctum omnibus circa populis. lucus ibi frequenti sylua, & proceris abietis arboribus septus, læta in medio pascua habuit, ubi omnis generis sacrum dæ pascabatur pecus sine ullo pastore: separatimq; egressi cuiusq; generis greges nocte remeabant ad stabula, nunquam insidijs ferarum, nō fraude uiolati hominū. magni igitur fructus ex eo pecore capti: columnaq; inde aurea solida facta, & sacrata est: inclytumq; templum diuitijs etiam, non tantum sanctitate fuit. Ac miracula aliqua affinguntur plerunq; tam insignibus locis. Fama est aram esse in uestibulo templi, cuius cinerem nullus unquam moueat uentus. Et arx Crotonis una parte imminet mari, altera uergente in agrum, situ tantum naturali quondam munita, postea & muro cincta, quæ per auersas rupes ab Dionysio Siciliae tyranno per dolum fuerat capta. Eam tum arcem satis, ut uidebatur, tutam Crotoniatum optimates tenebant, circumsedente cum Brutijs eos etiam plebe sua. Postremo Brutij, cum suis uiribus inexpugnabilem uiderent arcem, coacti necessitate Hannonis auxilium implorant. Is conditionibus ad deditionem compellere Crotoniatas conatus, ut coloniam Brutiorum eò deduci, anti:quamq; frequentiam eorum recipere uastam ac desertam bellis urbem paterentur, omnium neminem præter Aristomachum mouit. morituros se affirmabant citius, quàm immisti Brutijs in alienos ritus, mores, legesq;, ac mox linguam etiam uerterentur. Aristomachus unus, quando nec suadendo ad deditionem satis ualebat: nec sicut urbem prodiderat, locū prodendæ arcis inueniebat, transfugit ad Hannonem. Locrenses breui post legati cum permissu Hannonis arcem intrassent, persuadent, ut traduci se in Locros paterentur: nec ultima experiri uellent. iam hoc ut sibi liceret, impetrauerant & ab Annibale, missis ad id ipsum tum legatis. Ita Crotone excessum est, deductiq; Crotoniatæ ad mare naues conscendunt. Locros omnis multitudo abeunt. In Apulia ne hyems quidem quieta inter Romanos, atque Annibalem erat. Luceria Sempronius consul, Annibal haud procul Arpis hybernabat. Inter eos leuia prælia ex occasione, aut opportunitate huius, aut

illius

illius partis oriebantur: meliorq; eis Romanus, & in dies cautior, tutiorq; ab insidijs fiebat.

In Sicilia Romanis omnia mutauerat mors Hieronis, regnumq; ad Hieronymum nepotem eius translatum, puerum, uix dum libertatem, nedum dominationem modice latutum. Læte id ingenium tutores, atq; amici ad præcipitandum in omnia uitia acceperunt. Quæ ita futura cernens Hiero, ultima senecta uoluisse dicitur liberam Syracusas relinquere: ne sub dominatu puerili per ludibrium bonis artibus partum firmatumq; interiret regnum. Huic consilio eius summa ope obstitere filia: nomen regium penes puerum futurum rata, regimen rerum omnium penes se, uirosq; suos, Andronodorum, & Zoilum: nam ij tutorum primi relinquebantur. Non facile erat nonagesimum iam agenti annum, circumfesso dies noctesq; muliebribus blanditijs liberare animum: & conuertere ad publicam priuatam curam. Itaq; tutores numero quindecim puero reliquit. quos precatus est moriens: ut fidem erga populum Romanum quinquaginta annos ab se cultam inuiolatam seruari: iuuenemq; suis potissimum uestigijs insistere uellent: disciplinæq; in qua edoctus esset. Post hæc mandata cum exireset: tutores prodeunt. testamento prolato, pueroq; in contionem producto, (erat autem xv tunc ferme annorum) paucis, qui per contionem ad excitandos clamores dispositi erant: approbantibus testamentum, cæteris uelut patre amisso in orba ciuitate omnia timentibus, funus fit regium magis amore ciuium & caritate, quàm cura suorum celebre. Deinde cæteros tutores summouet Andronodorus: iuuenem iam esse dictitans Hieronymum, ac regni potentem: deponendoq; tutelam, quæ ipsi cum pluribus communis erat: in se unum omnium uires conuertit. Vix quidem ulli bono, moderatoq; regi facilis erat fauor apud Syracusanos, succedenti tanta caritate Hieronis. uerum enim uero Hieronymus, uelut suis uitijs desyderabilem efficere uellet auum: primo statim conspectu omnia quàm disparia essent, ostendit. nam qui per tot annos Hieronem, filiumq; eius Gelonem, nec uestis habitu, nec alio ullo insigni differentes à cæteris ciuibus uidissent: conspexere purpuram, ac diadema, ac satellites armatos: quadrigisq; etiam alborum equorum interdum ex regia procedentem, more Dionysij tyranni. Hunc tam superbum apparatus, habitumq; conuenientes sequebantur mores: contemptus omnium hominum, superbæ aures, contumeliosa dicta, aditus non alienis modo, sed tutoribus etiam difficilis, libidines nouæ, inhumana crudelitas. itaq; tantus omneis terror inuaserat: ut quidam ex tutoribus aut morte uoluntaria, aut fuga præuenterent metum suppliciorum. Tres ex ijs, quibus solis aditus in domum familiarior erat: Andronodorus & Zoilus, generi Hieronis, & Thraso quidam, de alijs quidē rebus haud magnopere audiebatur. Tendendo autem duo ad Carthaginenses, Thraso ad societatem Romanam, certamine ac studijs interdum in se conuertebant animum adolescentis. Coniuratio in tyranni caput facta indicatur per Calonem quendam æqualem Hieronymi, & iam inde à puero in omnia familiaria iura assuetum. Index unum ex coniuratis Theodorum, à quo ipse appellatus erat: nominare potuit. qui comprehensus extemplo, traditusq; Andronodoro torquendus, de se ipse haud cunctatè passus, conscios cælabat. postremo cum omnibus intolerandis patientiæ humanæ cruciatibus lacra retur: uictum malis se simulans auertit ab conscijs in insontes indicium: Thrasonem esse autorem consilij mentitus. nec nisi tam potenti duce confisos, rem tantâ ausuros. ab latere inde eos nominat tyranni, quorum capita uilissima fingenti inter dolores. gemitusq; occurrere. Maxime animo tyranni credibile indicium Thraso nominatus fecit. itaq; extemplo traditur ad supplicium. adiectiq; pœnæ cæteri iuxta insontes. Consciorum nemo, cum diu socius consilij torqueretur, aut latuit, aut fugit. tantū illis in uirtute ac fide Theodori fiduciæ fuit: tantumq; ipsi Theodoro uiriū ad arcana occultanda. Itaq; quod unū uinculū cum Romanis societatis erat: Thrasone sublato è medio, extemplo haud dubie ad defectionem res spectabat. legatiq; ad Annibalem missi: ac remissi ab eo cū Annibale nobili adulescentulo, Hippocrates, & Epicides nati Carthagine, sed oriundi ab Syracusis exule auo, Pœni ipsi materno genere. per hos iuncta societas Annibali, ac Syracusano tyrāno. nec inuito Annibale apud tyrānum manserunt.

Ap. Claudius prætor, cuius Sicilia prouincia erat: ubi ea accepit: extemplo legatos ad Hieronymum misit. qui cum sese ad renouandam societatem, quæ cum auo fuisset: uenisse diceret, per ludibrium

ludibrium auditi, dimissiſq; ſunt ab quærente per iocum Hieronymo, quæ fortuna eis pugnae ad Cannas fuiſſet. uix credibilia enim legatos Annibalis narrare. uelle quid ueri ſit ſcire, ut ex eo utram ſpem ſequatur, conſilium capiat. Romani, cum ſerio legationes audire cœpiſſet, redi-
 tuos ſe ad eum dicentes eſſe, monito magis eo, quàm rogato, ne fidem temere mutaret, proſi-
 ciſcuntur. Hieronymus legatos Carthaginem miſit ad ſœdus ex ſocietate cum Annibale faci-
 endum. Pacto conuenit, ut cum Romanos Sicilia expuliſſent (id autem breui fore, ſi naues at-
 que exercitum miſiſſent) Himera amnis, qui ferme inſulam diuidit, finis regni Syracuſani, ac
 Punici imperij eſſet. Aliam deinde inſtationibus eorum, qui cum non Hieronis tan-
 tum, ſed Pyrrhi etiam regis materni auj iubebant meminiſſe, legatione miſit: qua æquum cen-
 ſebat, Siciliam ſibi omnem cedi: Italiæ imperium proprium quæri Carthaginienſi populo.
 Hanc leuitatem ac iactatione animi neq; mirabantur in iuene furioſo, neq; arguebant, dum-
 modo auerterent eum ab Romanis. Sed omnia in eo præcipitia ad exitium fuerunt. nam cum
 præmiſſis Hippocrate atq; Epicide cum binis millibus armatorum ad tentandas urbes, quæ
 præſidijs tenebantur Romanis, & ipſe in Leontinos cum cætero omni exercitu (erant autem
 ad xv millia peditum equitumq;) profectus eſſet: liberæ ædes coniuurati (& omnes forte mili-
 tabant) imminentes uiræ anguſtæ, qua descendere ad forum rex ſolebat, ſumpſerunt. ibi cum
 inſtructi armatiq; cæteri tranſitum expectantes ſtarent, uni ex eis (Indigemini fuit nomen)
 quia cultos corporis erat, partes datæ ſunt, ut cum appropinquaret ianuæ rex per cauſam ali-
 quam in anguſtijs ſuſtineret ab tergo agmen. Ita, ut conuenerat, factum eſt. tanquam laxaret
 clatum pedem abſtricto nodo, moratus turbam Indigemines, tantum interualli fecit, ut cum
 in prætereuntem ſine armatis regem impetus fieret, confoderetur aliquot prius uulneribus,
 quàm ſuccurri poſſet. Clamore & tumultu audito, in Indigeminem iam haud dubie obſtan-
 tem tela conijciuntur. per quæ tamen, duobus acceptis uulneribus, euasiſt. fuga ſatellitum, ut ia-
 centem uidere regem, facta eſt. interfectores pars in forum in multitudinem lætam libertate,
 pars Syracuſis pergunt ad præoccupanda Andronodori, regionumq; aliorum conſilia. Incer-
 to rerum ſtatu, Ap. Claudius bellum oriens ex propinquo cum cerneret, ſenatum literis certio-
 rem fecit, Siciliam Carthaginienſi populo, & Annibali cœciliari. ipſe aduerſus Syracuſana con-
 ſilia prouinciæ, regniq; fines, omnia conuertit præſidia. Exitu anni eius Q. Fabius ex auto-
 ritate ſenatus Puteolos, per bellum cœptum frequentari emporium, communij, præſidiumq;
 impoſuit. inde Romam comitiorum cauſa ueniens, in eum, quem primū diem comitialem ha-
 buit, comitia edixit, atq; ex itinere præter urbem in campum descendit. Eo die cum ſors præro-
 gatiuæ ante iuniorum exiſſet, eaq; T. Octacium, & M. Acmylium Regillū coſs. diceret, tum
 Q. Fabius ſilentio facto tali oratione eſt uſus. Si aut pacem in Italia, aut bellum cum eo ho-
 ſte haberemus, in quo negligentia, aut errori locus eſſet: qui ueſtris ſtudijs, quæ in campū ad
 mandandos quibus uelitis honores affertis, moram ullam offerret, is mihi parum meminiffe
 uideretur ueſtræ libertatis. ſed cum in hoc bello, cum hoc hoſte nunquam ab ullo duce ſine in-
 genti noſtra clade erratum ſit: eadem uos cura, qua in aciem armati descenditis, inire ſuffragiū
 ad creandoſ coſs. decet, & ſibi ſic quenq; dicere. Annibali imperatori parem conſulē nomino.
 Hoc anno ad Capuam Iubellio Taureæ Campano ſummo equiti prouocanti ſummus Ro-
 manus eques Afellus Claudius oppoſitus. Aduerſus Gallum quondam prouocantē in pon-
 te Anienis Manlium fidentem & animo & uiribus miſere maiores noſtri. Ob eandem cau-
 ſam haud multis annis poſt fuiſſe non negauerim, cur M. Valerio non diffideretur, aduerſus
 ſimiliter prouocantem arma capienti Gallum ad certamen. Quemadmodū pedites equiteſq;
 optamus ut ualidiores, ſi minus, ut pares hoſti habeamus: ita duci hoſtiū parē imperatorem
 quæramus. Cū qui eſt ſummus in ciuitate dux, eum legerimus: tum repente lectus, in annum
 creatus aduerſus ueterem ac perpetuū imperatorē cōparabitur, nullis neq; temporis neq; iur-
 ris incluſum anguſtijs, quominus ita omnia gerat adminiſtretq;, ut tempora poſtulabūt bel-
 li. nobis autē in apparatu ipſo, ac tantū inchoantibus res, annus circumagitur. Quoniā quales
 uiros creare uos conſules deceat, ſatis eſt dictū: reſtat ut pauca de eis, in quos prærogatiuæ fa-
 uor inclinauit, dicā. M. Acmylius Regillus flamē eſt Quirinalis, quē neq; mittere à ſacris, neq;

retinere

retinere possumus: ut non deum, aut belli deseramus curam. Octacilius sororis meae filiam uxorem, atque ex ea liberos habet. ceterum non ea uestra in me, maioresque meos merita sunt: ut non potiore priuatis necessitudinibus rempub. habeam. Quilibet nautarum, uictorumque tranquillo mari gubernare potest. ubi saeva orta tempestas est: ac turbato mari rapitur uento nauis: tum uiro, & gubernatore opus est. Non tranquillo nauigamus: sed iam aliquot procellis submersi penè sumus. itaque quis ad gubernacula sedeat: summa cura prouidendum, ac praecauendum nobis est. In minore re experti T. Octacili operam tuam sumus. haud sanè, cur ad maiora tibi fidamus, documentum quicquam dedisti. Classem hoc anno, cui tu praefuisti: trium rerum causa parauimus: ut Africae oram popularetur: ut tuta nobis Italiae litora essent: ante omnia, ne supplementum cum stipendio, comiteque ab Carthagine Annibali transportaretur. Crete consulem T. Octacilium: non dico si omnia haec, sed si aliquid eorum reipub. praestitit. Sin autem te classem obtinente, etiam uelut pacato mari quaelibet Annibali tuta atque integra ab domo uenerunt: si ora Italiae infestior hoc anno, quam Africae fuit: quid dicere potes: cur te potissimum ducem Annibali hosti opponat? Si consul esses: dictatorem dicendum exemplo maiorum nostrorum censeremus. nec tu id indignari posses: aliquem in ciuitate Romana meliorem bello haberi, quam te. magis nullius interest, quam tua T. Octacili: non imponi ceruicibus tuis onus, sub quo concidas. Ego magnopere suadeo: eodem animo, quo, si stantibus uobis in aciem armatis repente deligendi duo imperatores essent, quorum ductu atque auspicio dimicaretis, hodie quoque consules creentur: quibus sacramenta liberi nostri dicant: ad quorum edictum conueniant: sub quorum tutela atque cura militent. Lacus Trasymenus, & Cannae, triste ad recordationem exemplar: at ad praecauendum simile, utiles documento sunt. Praerogatiua iuniorum in suffragium reuocata, cum T. Octacilius ferociter eum continuare consulatum uelle uociferaretur: atque obstreperet: lictores ad eum accedere consul iussit. & quia in urbem non inierat, protinus in campum ex itinere profectus: admonuit, cum securibus sibi fasces praeferrere. Interim praerogatiua suffragium in: creatique in ea consules Q. Fabius Maximus quartum, M. Marcellus tertium. eosdem consules ceterae centuriae sine uariatione ulla dixerunt. & praetor unus relictus, Q. Fuluius Flaccus nonum. alij creati: T. Octacilius Crassus iterum, Q. Fabius consulis filius, qui tum aedilis curulis erat: P. Cornelius Lentulus. Comitibus praetorum perfectis, S. C. factum est: ut Q. Fuluius extra ordinem urbana prouincia esset: isque potissimum consulibus ad bellum profectis, urbi praesesset. Aquae magnae, & niues eo anno fuerunt: Tyberisque agros inundauit cum magna strage tectorum, pecorumque & hominum pernicie. Quinto anno secundi punici belli Q. Fabius Maximus quartum, M. Claudius Marcellus tertium, consulatum ineuntes plus solito conuerterant in se ciuitatis animos. multis enim annis tale consulum par non fuerat. Referebant senes: sic Maximum Rullum cum P. Decio ad bellum gallicum, sic postea Papyrium & Caruilium aduersus Samnites, Brutiosque, & Lucanum cum Tarentino populum, consules declaratos. Absens Marcellus consul creatus: cum ad exercitum esset. praesenti Fabio, atque ipso comitia habente, consulatus continuatus. Tempus, ac necessitas belli, ac discrimen summæ rerum faciebant: ne quis aut in exemplum exquireret: aut suspectum cupiditatis imperij consulem haberet. quin laudabant potius magnitudinem animi: quod cum summo imperatore esse opus reipub. sciret: seque cum haud dubie esse: minoris inuidiam suam, si qua ex re oriretur, quam utilitatem reipub. fecisset. Quo die magistratum inierunt consules, senatus in Capitolio est habitus: decretumque omnium primum, ut consules sortirentur, compararenturque inter se: uter censoribus creandis comitia haberet: priusquam ad exercitum proficisceretur. Prorogatum deinde imperium omnibus, qui ad exercitus erant: iussisque in prouincijs manere, T. Gracchus Luceriae, ubi cum uolonum exercitu erat, C. Terentius Varro in agro Piceno, M. Pomponius in Gallico. ex praetoribus prioris anni proprator Q. Mutius obtineret Sardiniam, M. Valerius ad Brundisium orae maritimae, intentus aduersus omnes motus Philippi Macedonum regis praesesset. P. Cornelio Lentulo praetori Sicilia decreta prouincia, T. Octacilio classis eadem, quam aduersus Carthaginienses prior anno habuisset. Prodigia eo anno multa nuntiata sunt. quae quo magis credebantur simplices

ac religiosi homines, eo etiam plura nuntiabantur. Lanuuij in æde intus Sospitæ Iunonis cor- uos nidum fecisse. In Apulia palmã uiridem arfisse. Mantuæ stagnũ effusum Mintio amni cruentum uisum. Et Calibus creta, & Romæ in foro Boario sanguine pluuisse. Et in uico Istri- co fontem sub terra tanta ui aquarũ fluxisse, ut serias doliaq; quæ in eo loco erant, prouoluta uelut impetus torrētis tulerit. Tacta de cœlo, atrium publicum in Capitolio, ædem in campo Vulcani, nucem in Sabinis, publicamq; uiam, murũ ac portam Gabijs. Iam alia uulgata mira- cula erant: hastam Martis Præneste sua sponte promotam, bouem in Sicilia locutum: infan- tem in utero matris in Marrucinis, Io triumphæ, clamasse: ex muliere Spoleti uirum factũ: Ha- driæ aram in cœlo, speciesq; hominũ circum eam cum candida ueste uisas esse. Quin Romæ quoq; in ipsa urbe secundũ apum examen in foro uisum. quod mirabile est, quia rarum, affir- mantes quidam legiones se armatas in Ianiculo uidere, concitauerunt ciuitatem ad arma: qui cum in Ianiculum iuissent, negarunt quenquam ibi, præter assuetos collis eius cultores, appa- ruisse. Hæc prodigia hostijs maioribus procurata sunt ex aruspicum responso: & supplicatio omnibus dijs, quorũ puluïnaria Romæ sint, indicta est. Perpetratis, quæ ad pacẽ deũm perti- nebant: de Rep. belloq; gerendo, & quantũ copiarum, & ubi quæq; essent, c o s s. ad senatum retulerunt. Duodeuiginti legionibus bellum geri placuit: binas c o s s. sibi sumere: binis Galli- am Siciliamq; ac Sardiniam obtineri: duabusq; Q. Fabium Pr. Apuliæ, duabus Volonum T. Gracchum circa Luceriam præesse: singulas C. Terentio procos. ad Picenum, & M. Vale- rio ad classem circa Brundisium, & duas urbi præsidium relinqui. Hic ut numerus legionũ ex- pleretur: sex nouæ legiones erant scribendæ. Eas primo quoq; tempore c o s s. scribere iussi, & classem parare, ut cum eis nauibus, quæ pro Calabria littoribus in statione essent: c l. longa- rum nauium classis eo anno expleretur. Delectu habito, & nauibus nouis deductis, Q. Fabius comitia censoribus creandis habuit. creati M. Atilius Regulus, & P. Furius Philus. Cum incre- bresceret rumor, bellũ in Sicilia esse: T. Octacilius eò cum classe proficisci iussus est. Cum de- essent nauitæ, c o s s. ex s c edixerunt, ut qui L. Æmylio, C. Flamini censoribus, millibus æris quinquaginta ipse, aut pater eius census fuisset usq; ad centum millia: aut cui postea res tanta esset facta: nauitam unum cum sex mensium stipendio daret. qui supra centum millia usq; ad c c c millia: treis nauitas cum stipendio annuo. qui supra trecenta millia usq; ad decies æris: quinq; nauitas: qui supra decies, septem. senatores octo nauitas cum annuo stipendio darent. Ex hoc edicto dati nauitæ armati instructiq; ab dominis cum triginta dierum coctis cibarijs naues conscenderunt. Tum primũ est factum, ut classis Romana socijs naualibus priuata im- pensa paratis cõpleretur. Hic maior solito apparatus præcipue conterruit Campanos, ne ab obsidione Capuæ bellũ eius anni Romani inciperet. itaq; legatos ad Annibalem oratum mi- serunt, ut Capuam exercitũ admoueret. ad eam oppugnandã nouos exercitus scribi Romæ, nec ullius urbis defectioni magis infensos eorum animos esse. Id quia tam trepidi nuntiabãt, maturandum Annibal ratus, ne præueniret Romani: profectus Arpis ad Tifata in ueteribus castris super Capuam confedit. inde Numidis Hispanisq; ad præsiðiũ simul castrorum simul Capuæ relicto, cum cætero exercitu ad lacum Auerni per speciem sacrificandi, re ipsa, ut tenta- ret Puteolos, quiq; ibi præsidio erant, descendit. Maximus, postquã Annibalem Arpis profe- ctum, & regredi in Campaniã, allatum est: nec die nec nocte intermisso itinere, ad exercitum redit: & T. Gracchum ab Luceria Beneuentũ copias admouere: Q. Fabium Pr. (is filius c o s. erat) Luceriã Graccho succedere iubet. In Siciliam eodem tempore duo Prt. profecti: P. Cor- nelius ad exercitũ, Octacilius, qui maritimæ oræ reiq; nauali præesset. & cæteri in suas quisq; prouincias profecti. & quibus prorogatum imperium erat: easdem, quas priore anno, regio- nes obtinuerunt. Ad Annibalem, cum ad lacum Auerni esset, quinq; nobiles iuuenes ab Ta- rento uenerunt: partim ad Trasymenũ lacum, partim ad Cannas capti, dimissiq; domos cum eadem comitate, qua usus aduersus omnes Romanorum socios Pœnus fuerat. Ii memores beneficiorum eius perpulisse magnam partem se iuuentutis Tarentinæ referunt, ut Annibalis amicitiam ac societatem, quã p r. mallent: legatosq; ab suis missos rogare Annibalem, ut exercitum propius Tarentum admoueat. si signa eius, si castra cõspecta à Tarento sint, haud
h h ullam

ullam intercessuram moram, quin urbs dedatur. in potestate iuniorum plebem, in manu plebis rem Tarentinam esse. Annibal collaudatos eos oneratosque ingentibus promissis domum ad coepta maturanda redire iubet: se in tempore affuturum esse. Hac cum spe dimissi Tarentini. Ipsum ingens cupido inceserat Tarenti potiundi. urbem esse uidebat cum opulentam nobilemque, tum maritimam, & in Macedoniam opportune uersam: regemque Philippum hunc portum, si transiret in Italiam, cum Brundisium Romani haberent, petiturum. Sacro inde perpetrato, ad quod uenerat: & dum ibi moratur, peruastato agro Cumano usque ad Miseni promontorium, Puteolos repente agmen couertit ad opprimendum praesidium Romanum. Sex millia hominum erant: & locus munimento quoque, non natura modo tutus. Triduum ibi moratus Poenus, ab omni parte tentato praesidio. deinde, ut nihil procedebat, ad populandum agrum Neapolitanum magis ira quam potiundae urbis spe processit. Auentu eius in propinquum agrum Nolanam mota est plebs, iamdiu auersa ab Romanis, & infesta senatui suo. itaque legati ad accersendum Annibalem cum haud dubio promisso tradendae urbis uenerunt. Praeuenit inceptum eorum Marcellus cos. a primoribus accitus. die uno Sueffulam a Calibus, cum Vulturis amnis traescentem moratus esset, contenderat. inde proxima nocte sex millia peditum, equitesque ccc, qui praesidio senatui essent, Nolam intromisit. & uti a cos. omnia impigre facta sunt ad praecipuendam Nolam: ita Annibal tempus terebat, bis iam ante nequicquam tentata te segnior ad credendum Nolanis factus. Iisdem diebus & Q. Fabius cos. ad Casilinum tentandum, quod praesidio punico tenebatur, uenit. Et ad Beneuentum uelut ex composito parte altera Hanno ex Brutijs cum magna peditum equitumque manu, altera T. Gracchus ab Luceria accessit. qui primo oppidum intrauit. deinde, ut Hannonem tria millia ferme ab urbe ad Calorem fluuium castra posuisset, & inde agrum populari audiuit: & ipse egressus moenibus mille ferme passus ab hoste castra locat: ibique contionem militum habuit. Legionem magna ex parte Volonum habebat: qui iam alterum annum libertatem tacite mereri, quam postulare palam maluerant. senserat tamen hybernis egrediens murmur in agmine esse querentium, nunquam ne liberi militaturi essent: scripseratque senatui, non tam quid desiderarent, quam quid meruissent. bona fortisque opera eorum se ad eam diem usum: neque ad exemplum iusti militis quicquam eis, praeter libertatem, deesse. De eo permillum ipsi erat, faceret quod e Rep. duceret esse. Itaque prius quam cum hoste manum consereret, pronuntiat: tempus uenisse eis libertatis, quam diu sperassent, potiundae. postero die signis collatis dimicaturum puro ac patenti campo, ubi sine ullo insidiarum metu uera uirtute geri res posset. Qui caput hostis retulisset, eum se ex templo liberum iussurum esse. qui loco cessisset, in eum seruili supplicio animaduersurum. Suam cuique fortunam in manu esse. libertatis autorem eis non se fore solum: sed cos. M. Marcellum, & uniuersos patres: qui consulti ab se de libertate eorum sibi permisissent. Literas inde cos. ac sc recitauit. Ad quae clamor cum ingenti assensu est sublatus. pugnam posebant, signumque ut daret extemplo, ferociter instabant. Gracchus praelio in posterum diem pronuntiato, contionem dimisit. Milites laeti, praecipue quibus merces nauatae in unum diem operae libertas futura erat: armis expediendis quod reliquum diei fuit, consumpserunt. Postero die ubi signa ceperunt canere: primi omnium parati instructisque ad praetorium conueniunt. sole orto Gracchus in aciem copias eduxit. Nec hostes moram dimicandi fecerunt. Decem & septem millia peditum erant, maxima ex parte Brutijs ac Lucanis: equites mccc: inter quos pauci admodum Italici: caeteri Numidae ferè omnes, Maurique. Pugnatum est & acriter, & diu. quatuor horis neutro inclinata est pugna. nec alia magis Romanum impediens res, quam capita hostium pretia libertati facta. nam ut quicque hostem impigre occiderat, primum capita aegre inter turbam tumultumque abscondendo tempus terebat: deinde occupata dextra tenendo caput, fortissimus quisque pugnatore esse desierat. Quod ubi tribuni mil. Graccho nuntiauerunt, neminem stantem iam uulnerari hostem, carnificari iacentes, & in dextris militum pro gladijs humana capita esse: signum dari prope iussit, proicerent capita, inuaderentque hostem. claram satis & insignem uirtutem esse: nec dubiam libertatem futuram strenuis uiria. Tum redintegrata pugna est, & eques etiam in hostem emissus. Quibus cum impigre Numidae concurrissent, nec segnior equitum quam peditum

peditum pugna esset, iterum in dubium adducta res: cum utrinque duces, Romanus Brutium Lucanumque toties à maioribus suis uictos subactosque, Pœnus mancipia Romana, & ex ergastulo militem uerbis obtereret. Postremo pronuntiat Gracchus, esse nihil, quod de libertate sperarent, nisi eo die fusi fugatique hostes essent. Ea demum uox ita animos accendit, atque renouato clamore uelut alij repente facti, tanta uis in hostem intulerunt, ut sustineri ultra non possent. Primo antesignani Pœnorum, deinde signa perturbata, postremo tota impulsæ acies: inde haud dubie terga data. ruuntque fugientes in castra adeo pauidi trepidique, ut ne in portis quidem aut uallo quicquam restiterit: ac propè continenti agmine Romani insecuti, nouum de integro prælium inclusi hostium uallo ediderint. Ibi sicut pugna impeditior in angustijs, ita cædes atrocior fuit: & adiuuere captiui, qui rapto inter tumultum ferro conglobati, & à tergo ceciderunt Pœnos, & fugam impedierunt. itaque minus duo millia hominum ex tanto exercitu, & ea maior pars equitum cum ipso duce effugerunt. alij omnes cæsi aut capti. capta & signa duodequadraginta. Ex uictoribus duo millia ferme cecidere, præda omnis, præterquam hominum captorum, militi concessa est. & pecus exceptum est: quod intra dies triginta domini cognouissent. Cum præda onusti in castra redissent, quatuor millia ferme Volonum militum, qui pugnauerant segnius, nec in castra irruperant simul, metu pœnæ collem haud procul castris ceperunt. postero die per Tr. mil. inde deducti, contione militum aduocata à Graccho, superueniunt. Vbi cum proconsul ueteres milites primū, prout cuiusque uirtus atque opera in ea pugna fuerat, militaribus donis donasset: tunc quod ad Volones attineret, omnes ait malle laudatos à se, dignos indignosque, quàm quenquam eo die castigatum esse. quod bonum, faustum felixque Reip. ipsisque esset, omnes eos liberos esse iubere. Ad quam uocem cum clamor ingenti alacritate sublatus esset: ac nunc complexi inter se gratulantesque, nunc manus ad cælum tollentes bona omnia per Gracchoque ipsi precarentur: tum Gracchus, prius quàm omnes iure libertatis æquassem, inquit, neminem nota strenui aut ignaui militis notasse uolui. nunc exsoluta iam fide publica, ne discrimen omne uirtutis ignauiæque pereat: nomina eorum, qui detractatæ pugnae memores secessionem pauloante fecerunt: referri ad me iubebo: citatosque singulos iure iurando adigam, nisi quibus morbus causa erit, non aliter, quàm stantes cibum potumque, quoad stipendia facient, capturos esse. Hanc multam ita æquo animo feretis: si reputabitis, nulla ignauiæ nota leuiore uos designari potuisse. Signum deinde colligendi uasa dedit: militesque prædam portantes agentesque per lasciuiam ac iocum ita ludibundi Beneuentum rediere, ut ab epulis celebrem festumque diem actis, non ex acie reuerti uiderentur. Beneuentani omnes turba effusa cum obuiam ad portas exissent, complecti milites, gratulari, uocare in hospitium. Apparata conuiuia omnibus in propatulo ædium fuerant: ad ea inuitabant, Gracchumque orabant, ut epulari permitteret militibus. Et Gracchus ita permisit, in publico epularentur omnes. Ante suas quibusque fores prolata omnia pileati, aut lana alba uelatis capitibus Volones epulati sunt, alij accubantes, alij stantes: qui simul ministrabant uescebanturque. Digna res uisa, ut simulachrum celebrati eius diei Gracchus, postquam Romam redijt, pingi iuberet in æde Libertatis: quam pater eius in Auentino ex multatitia pecunia faciendam curauit dedicauitque.

Dum hæc ad Beneuentum geruntur: Annibal depopulatus agrum Neapolitanum ad Nolum castra mouet. Quem ubi aduentare eos sensit: Pomponio proprætore cum eo exercitu, qui super Sueffulam in castris erat, accito, ire obuiam hosti parat, ne moram dimicandi faceret. Claudium Neronem cum robore equitum silentio noctis per auersam maxime ab hoste portam emittit: circumuectumque occulte subsequi sensim agmen hostium iubet: & cum coortum prælium uideret, ab tergo se obijcere. Id errore uiarum, an exiguitate temporis Nero exequi non potuerit, incertum est. Absente eo cum prælium commissum esset: superior quidem haud dubie Romanus erat. sed quia equites non affuere in tempore: ratio compositæ rei turbata est. Non ausus insequi cedentes Marcellus, uincens suis signum receptui dedit: plus tamen duo millia hostium eo die cæsa traduntur: Romanorum minus cccc. Solis ferè occasu Nero diem noctemque nequicquam fatigatis equis hominibusque, ne uiso quidem hoste rediens adeo grauiter est ab eos increpatus: ut per eum stetit diceret, quo minus accepta ad

h h 2 Cannas

Cannas redderetur hosti clades. Postero die Romanus in aciem descendit. Pœnus tacita etiam confessione uictus castris se tenuit. Tertio die silentio noctis, omiſſa spe Nolæ potiundæ, rei nunquam prospere tentatæ, Tarentum ad certioſam ſpem proditiſſimam proficiſcitur. Nec minore animo res Romanæ domi, quàm militiæ gerebantur. Cenſores uacui ab operum locandorum cura propter inopiam ærarij: ad mores hominum regendos animum aduerterunt, caſtigandaq; uitia: quæ, uelut diutinis morbis ægra corpora ex ſeſe gignunt, nata bello erant. Primum eos citauerunt, qui poſt Cannenſem pugnam Remp. deſeruiſſe, Italiaq; exceſſiſſe uelle dicebantur. princeps eorum L. Cæcilius Metellus, qui quæſtor tum forte erat. iuſſo deinde eo, cæteriſq; eiufdem noxæ reis cauſam dicere, cum purgari nequiſſent, pronuntiarunt: uerba orationemq; eos aduerſus Remp. habuiſſe, quo coniuratio deſerendæ Italiæ cauſa fieret. Secundum eos citati nimis callidi exoluendi iuriſſurandi interpretes: qui captiuorum ex itinere reſſi clam in caſtra Annibalis, ſolutum, quod iurauerant redituros, rebantur. His ſuperioribusq; illis equi adempti, qui publicum equum habebant: tribuq; moti, ærarij omnes facti. Neq; ſenatu modo, aut equeſtri ordine regendo cura ſe cenſorum tenuit. nomina omnium ex iuniorum tabulis excerpterunt: qui quadriennio non militaſſent: quibus neq; uacatio iuſta militiæ, neq; morbus cauſa fuiſſet. & ea ſupra duo millia nominum in ærarios relata: tribuq; omnes moti. additumq; inerti cenſoriæ notæ triſte ſenatus conſultum: ut n̄ omnes, quos cenſores notaſſent, pedibus mererent, mitterenturq; in Siciliam ad Cannenſis exercitus reliquias. cui militum generi nō prius quàm pulſus Italia hoſtis eſſet, finitum ſtipendiorū tempus erat. Cum cenſores ob inopiam ærarij ſe iam locationibus abſtinerent ædiū ſacrarum tuendarum, curuliumq; equorū præbendorum, ac ſimilium his rerum: conuenere ad eos frequentes, qui hæſtæ huius generis aſſueuerant: hortariq; cenſores, ut omnia perinde agerent locarentq; ac ſi pecunia in ærario eſſet, neminem niſi bello conſecto, pecuniã ab ærario pctiturū eſſe. Conuenere deinde domini eorū, quos T. Sempronius ad Beneuentū manu emiſerat: accerſitosq; ſe ab triumuitis menſarijs eſſe dixerunt, ut pretia ſeruorū acciperent. cæterum non antequam bello conſecto accepturos eſſe. Cum hæc inclinatio animorum plebis ad ſuſtinendam inopiam ærarij fieret: pecuniæ quoq; pupillares primo, deinde uiduorū cœptæ conferri, nuſquã eas tutius ſanctiusq; deponere credentibus, qui deſerebant, quàm in publica fide. inde ſi quid emptum paratumq; pupillis ac uiduis foret, à quæſtore perſcribebatur. Manauit ea priuatorum benignitas ex urbe etiam in caſtra: ut non eques, non centurio ſtipendiū acciperent: mercenarij q; increpantes uocarent, qui accepſſet. Q. Fabius c o s. ad Caſilinū caſtra habebat, quod duum millium Campanorū, & ſeptingentorū militum Annibalis tenebatur præſidio. Præerat Staius Metius, miſſus ab Cn. Magio Atellano: qui eo anno Mediaſtuticus erat, ſeruitiãq; & plebem promiſcue armabat, ut caſtra Romana inuaderet, intento c o s. ad Caſilinum oppugnandum. Nihil eorum Fabium ſefellit. Itaq; Nola ad collegam mittit: altero exercitu, dum Caſilinum oppugnatur, opus eſſe, qui Campanis opponatur. uel ipſe relicto Nolæ præſidio modico ueniret. uel ſi cum Nola teneret, & necdū ſecuræ res ab Annibale eſſent: T. Gracchum procos. à Beneuento acciturum. Hoc nuntio Marcellus duobus militū millibus Nolæ in præſidio relicto, cum cætero exercitu Caſilinum uenit. aduentuq; eius Campani iam mouentes ſeſe quieuerunt. ita à duobus c o s s. Caſilinum oppugnari cœptum. ubi cum multis ſuccedentes temere mœnibus Romani milites acciperent uulnera, neq; ſatis inceptis ſuccederet: Fabius omittendam rem paruam, ac iuxta magnis difficilem, abſcedendumq; inde cenſebat, cum res maiores inſtarent. Marcellus multa magnis ducibus ſicut non aggredienda, ita ſemel aggreſſis non dimittenda eſſe dicendo, quia magna famæ momenta in utranq; partē fierent, tenuit ne incepto abiretur. Vineæ inde, omniaq; alia operum machinationumq; genera cum admouerentur: Campani q; Fabium orarent, ut abire Capuam tuto liceret: paucis egreſſis, Marcellus portam, qua egrediebantur, occupauit: cædesq; promiſcue omniū circa portā primo, deinde irruptione facta, etiam in urbe fieri cœpta eſt. Quinquaginta ferè primo egreſſi Campanorum cum ad Fabium confugiſſent, præſidio eius Capuã peruenerūt. Caſilinum inter colloquia, cunctationemq; pctentium fidem, per occaſionem captum eſt. captiui, quiq; Campanorum

rum, quicq; Annibalis militum erant, Romam missi, atq; ibi in carcere inclusi sunt. oppidano-
rum turba per finitimos populos in custodiam diuisa. Quibus diebus à Casilino re bene ge-
sta recessum est: eis Gracchus in Lucanis aliquot cohortes in ea regione conscriptas cum præ-
fecto sociorū in agros hostium prædatū misit. eos effuse palatos Hanno adortus, haud mul-
to minorem, q̄ à Beneuento acceperat, reddidit hosti cladem: atq; in Brutios raptim, ne Grac-
chus assequeretur, concessit. *COSS.* Marcellus retro, unde uenerat, Nolam redit: Fabius in
Samnium ad populandos agros, recipiendascq; armis, quæ defecerant, urbes processit. Caudi-
nus Samnis grauius deuastatus: perusti populatiq; late agri, prædæ pecudum hominumq;
actæ. oppida ui capta, Compulteria, Telesia, Cossa, Melæ, Fuisulæ & Orbitanium. ex Lucanis
Blandæ, Apulorum Ancæ oppugnata. Millia hostium in his urbibus *xxv* capta aut occi-
sa: & recepti perfugæ *cccxxx*. quos cum Romā misisset *cos.* uirgis in comitio cæsi om-
nes, ac de faxo deiecti. Hæc à Q. Fabio intra paucos dies gesta. Marcellum ab regendis re-
bus ualitudo aduersa Nolæ tenuit. Et à Pr. Q. Fabio, cui circa Luceriam prouincia erat: Accua
oppidum per eos dies ui captum, statiuaq; ad Ardoneas cōmunita. Dum hæc alijs locis ab
Romanis geruntur: iam Tarentum peruenerat Annibal cum maxima omnium, quacuncq; ierat,
clade. in Tarentino demum agro pacatum incedere agmen cœpit. nihil ibi uiolatum, neq; us-
quam uia excessum est. apparebatq; non id modestia militum aut ducis, nisi ad conciliandos
Tarentinorum animos fieri. Cæterum cum propè iam mœnibus accessisset, nullo ad conspe-
ctum primi agminis, ut rebatur, motu facto, castra ab urbe fermè passus mille locat. Taren-
tum triduo antequam Annibal ad mœnia accederet: à M. Valerio propr. qui classi ad Brundi-
sium præerat: T. Valerius legatus missus. Is primorū iuuentute conscripta, dispositisq; ad om-
nes portas, circaq; muros quæ res postulabat, stationibus, die ac nocte plurimū intentus, neq;
hostibus, neq; dubijs socijs loci quicquā præbuit ad tentandū. Sicq; diebus aliquot frustra ibi
absumptis, Annibal, cum eorū nemo, qui ad lacum Auerni adissent, aut ipsi uenirent, aut nun-
tium literas ue mitterent: uana promissa se temere secutum cernens, castra inde mouit. Tum
quoq; intacto agro Tarentino, quanquam simulata lenitas nondum profuerat: tamen spe la-
befactandæ fidei haud absistens, Salapiam tendit: eoq; frumentum ex agris Metapontino
atq; Heracleensi (iam media æstas exacta erat, & hybernis placebat locus) comportat. Præda-
rum inde Numidæ Mauriq; per Salentinum agrum, proximosq; Apuliæ saltus dimissi: unde
cæteræ prædæ haud multum, equorū greges maxime abacti. è quibus ad quatuor millia do-
manda equitibus diuisa. Romani, cum bellum nequaquam contemnendum in Sicilia orire-
tur: morsq; tyranni duces magis impigros dedisset Syracusanis, q̄ causam aut animos mu-
tasset: M. Marcello alteri consulum eam prouinciam decernunt. Secundū Hieronymi cædem
primo tumultuatum in Leontinis apud milites fuerat, uociferatumq; ferociter: parentandum
regi sanguine coniuratorum esse. deinde libertatis restitutæ dulce auditū nomen crebro usur-
patum, spes facta ex pecunia regia largitionis militi, atq; fungendi potioribus ducibus: & rela-
ta tyranni foeda scelera, foedioresq; libidines, adeo mutauere animos, ut insepultū iacere cor-
pus pauloante desiderati regis paterentur. Cum ceteri ex coniuratis ad exercitū obtinendum
remanissent, Theodorus & Sosis regis equis quanto maximo cursu poterāt, ut ignaros om-
nium regios opprimerent: Syracusas contendunt. cæterum præuenerat non fama solum, qua
nihil in talibus rebus est celerius: sed nuntius etiam ex regis seruis. itaq; Andronodorus & in-
sulam & arcē & alia, quæ poterat, quæq; opportuna erant: præsidijs firmarat. Hexapulo The-
odorus ac Sosis post solis occasum iam obscura luce inuecti, cum cruentā regiam uestem, atq;
insigne capitis ostentarent, transuecti per Thicam, simul ad libertatem, simul ad arma uocan-
tes, in Acradinam conuenire iubent. Multitudo pars procurrat in uias, pars in ædium uestibu-
lis stat, pars ex tectis fenestrisq; prospectant: & quid rei sit, rogitant. omnia luminibus collu-
cent, strepituq; uario cōplentur. armati locis patentibus congregantur. inermes ex Olympij Io-
uis templo spolia Gallorum Illyriorūmq; dono data Hieroni à P. R., fixaq; ab eo, detrahūt,
precantes Iouem, ut uolens propitius præbeat sacra arma pro patria, pro deū delubris, pro
libertate sese armantibus. Hæc quoq; multitudo stationibus per principes regionū urbis dis-
h h 3 positis

positis adiungitur. In insula inter cætera Andronodorus præsidij firmat horrea publica. Locus saxo quadrato septus, atq; arcis in modum emunitus capitur ab iuuentute, quæ præsidio eius loci attributa erat. mittuntq; nuntios in Acradinam: horrea frumentumq; in senatus potestate esse. Luce prima populus omnis armatus inermisq; in Acradinam ad curiam conuenit. ibi pro Concordiæ ara, quæ in eo sita loco erat: ex principibus unus nomine Polyneus contionem & liberam & moderatam habuit. Seruitudinis indignitatisq; homines expertos aduersus notum malum iritatos esse. Discordia civilis quas importet clades, audisse magis à patribus Syracusanos, quam ipsos uidisse. Arma quod impigre ceperint, laudare magis laudaturum, si non utantur, nisi ultima necessitate coacti. in præsentia legatos ad Andronodorum miti placere: qui denuntient, ut in potestate senatus ac populi sit: portæ insulæ pateant, reddat præsidium. si tutelam alieni regni suum regnum uelit facere, eundem se censere: multo acrius ab Andronodoro, quam ab Hieronymo repeti libertatem. Ab hac contione legati missi sunt. senatus inde haberi cœptus est. quod sicut regnante Hierone manserat publicum consiliu: ita post mortem eius ante eam diem nulla de re, neq; conuocati, neq; consulti fuerant. Ut uentum ad Andronodorum est: ipsum quidem mouebat & ciuium cōsensus, & cum aliæ occupatæ urbis partes, tum pars insulæ, uelut munitissima prodita atq; alienata: sed euocatum eum ab legatis Demarata uxor, filia Hieronis, inflata adhuc regis animis ac muliebri spiritu, admonet sæpe usurpatæ Dionysij tyranni uocis: qua pedibus tractum, non insidentem equo relinquere tyrannidem dixerit debere. facile esse momento quo quis uelit, cedere possessione magnæ fortunæ: facere & parare eam, difficile atq; arduum esse. paululum sumeret spatij ad consultandum ab legatis. eo uteretur ad accersendos ex Leontinis milites. quibus si pecuniam regiam pollicitus esset, omnia in potestate eius futura. Hæc muliebria cōsilia Andronodorus neq; tota aspernatus est, neq; extemplo accepit: tutiorem ad opes affectandas ratus esse uiam, si in præsentia temporis cessisset. itaq; legatos renuntiare iussit: futurum se in senatus ac populi potestate. Postero die luce prima patefactis insulæ portis in forum Acradinæ uenit. ibi in aram Concordiæ, ex qua pridie Polyneus concionatus erat, ascendit: orationemq; eam orsus est, qua primum cunctationis suæ ueniam petiuit. Se enim clausas habuisse portas non separantem suas res à publicis, sed strictis semel gladijs timentem, qui finis cædibus esset futurus: utrum, quod satis libertatis foret, contenti nece tyranni essent: an quicumq; aut propinquitate, aut affinitate, aut aliquibus ministerijs regiam contigissent, alienæ culpæ rei trucidarētur. postq; animaduertit: eos, qui liberassent patriam, seruire etiam liberatam uelle, atq; undiq; consuli in mediū: non dubitasse, quin & corpus suum, & cætera omnia, quæ suæ fidei tutelæq; essent, quando eum qui mandasset suus furor absumpisset, patriæ restitueret. Conuersus deinde ad interfectores tyranni, ac nomine appellans Theodorum ac Sosim, facinus, inquit, memorabile fecistis. sed, mihi credite, inchoata uestra gloria nondū perfecta est: periculumq; ingens manet, nisi communi cōcordiæ consulitis, ne libera efferatur res. Post hanc orationem clauis portarum pecuniæq; regię ante pedes eorum posuit. atq; illo quidē die dimissi ex contione læti circa omnia sana deum supplicauerunt cum coniugibus ac liberis. postero die comitia Præ. creandis habita. creatus in primis Andronodorus: cæteri magna ex parte interfectores tyranni. duos etiam absentes, Sopatrum ac Deomenem fecerunt. Qui auditis his, quæ Syracusis acta erant: pecuniam regiam, quæ in Leontinis erat, Syracusas deuectam quæstoribus ad idipsum creatis tradiderunt. & ea quæ in insula erat, & Acradina, tradita est. muricq; ea pars, quæ ab cætera urbe nimis firmo munimento intersepiebat insulam: consensu omnium deiecta est. secutæ & cæteræ res hanc inclinationem animorum ad libertatem. Hippocrates atq; Epicides audita morte tyranni, quam Hippocrates etiā nuntio interfecto cælare uoluerat: deserti à militibus, quia id tutissimum ex præsentibus uidebatur, Syracusas rediere. ubi ne suspecti obseruarētur, tanquam nouandi res aliquam occasionem quæretes: prætores primum, dein per eos senatum adueniunt. Ab Annibale se missos prædicat ad Hieronymum, tanquam amicum ac socium. paruisse imperio eius, cuius imperator suus uoluerit. uelle ad Annibalem redire. cæterum cum iter tutum non sit, uagantibus passim per totam Siciliam Romanis armis: petere ut præsidij dent aliquid, quo

quo Locros in Italiam perducantur. gratiam magnam eos parua opera apud Annibalem iniuros. Facile res imperrata. abire enim duces regios, cum peritos militiae, tum egentes eosdem atq; audaces cupiebant. sed quod uolebant: non quam maturato opus erat, nauiter expediebant. Interim iuuenes militares, & assueti militibus, nunc apud eos ipsos, nunc apud transfugas, quorum maxima pars ex naualibus socijs Romanorū erat: nunc etiam apud infimae plebis homines crimina serebant in senatum optimatesq; moliri clam eos atq; struere, ut Syracusae per speciem reconciliandae societatis in ditione Romanorum sint: dein factio, & pauci autores foederis renouati dominantur. His audiendis credendisq; opportuna multitudo maior in dies Syracusas confluebat: nec Hippocrati & Epicidi solum spem nouandarū rerum, sed Andronodoro etiam prebebat. Qui fessus tandem uxoris uocibus monētis, nunc illud esse tempus occupandi res: dum turbata omnia noua atq; incognita libertate essent: dum regijs stipendijs passus obuersaretur miles: dum ab Annibale missi duces assueti militibus iuuare possent incepta: cum Themistio, cui Gelonis filia nupta erat: rem consociatā paucos post dies Aristonici cuidam tragico actori, cui & alia arcana committere assuerat, incaute aperit. Huic & genus & fortuna honesta erant: nec ars, quia nihil tale apud Graecos pudori est, ea deformabat. itaq; si dem potiore ratus, quam patriae debebat, indicium ad Prr. defert. Qui ubi rem haud uanam esse certis indicijs compererunt: consultis senioribus, & autoritate eorum praesidio ad fores posito, ingressos curiam Themistium atq; Andronodorū interfecerunt. & cum tumultus ab re in speciem atrociores causam alijs ignorantibus ortus esset: silentio tandem facto, indicem in curiam introduxerunt. Qui cum ordine omnia edocuisset: & principium coniurationis factum ab Harmoniae Gelonis filiae nuptijs, quibus Themistio iuncta esset: Afrorū Hispanorumq; auxiliares instructos ad caedem praetorum principumq; aliorum: bonaq; eorum praedae futura interfectoibus pronuntiatum: iam mercenariorū manum assuetam imperijs Andronodori paratam fuisse ad insulam rursus occupandam: singula deinde, quae, per quosq; agerentur, totamq; uiris armisq; instructam coniurationem ante oculos posuisset: senatui quidem tam iure caesi, quam Hieronymus, uidebantur. Ante curiam uariae atq; incertae rerū multitudinis clamor erat. quam ferociter minitantem in uestibulo curiae corpora coniuratorum eo metu compresserunt, ut silentes integram plebem in contionem sequerentur. Sopatro mandatum ab senatu, & ab collegis, ut uerba faceret. Is (tanquam reos agebat) ab ante acta uita orsus, quaecunq; post Hieronis mortem scelestae atq; impie factae essent, Andronodorū ac Themistium arguit fecisse. Quid enim sua sponte fecisse Hieronymū puerum: ac uixdum pubescentem facere potuisse: tutores ac magistratus eius sub aliena inuidia regnasse. itaq; aut ante Hieronymū, aut certe cum Hieronymo perire eos debuisse. At illos debitos iam morti destinatos: q; alia noua scelera post mortem tyranni molitos. palam primo, cum clausis Andronodorus insulae portis hereditatem regni creuerit: quaeq; procurator tenuerat, pro domino possederit. proditus deinde ab eis, qui in insula erant, circumfessus ab uniuersa ciuitate, quae Acradinam tenuerat: nequicq; palam atq; aperte petitum regnum, clam & dolo affectare conatus sit. & ne beneficio quidem atq; honore potuerit uinci: cum inter liberatores patriae insidiator ipse libertatis creatus esset Praetor. Sed animos eis regios regias coniuges fecisse: alteri Hieronis, alteri Gelonis, filias nuptas. Sub hanc uocem ex omnibus partibus contionis clamor oritur: nullam earū uiuere debere; nec quenq; superesse tyrannorū stirpis. Haec natura multitudinis est: aut seruit humiliter, aut superbe dominatur. libertatem, quae media est, nec spernere modice, nec habere sciunt. & non ferme defunt irarum indulgentes ministri, qui auidos atq; imtemperantes plebeiorū animos ad sanguinem & caedes iritent. sicut tum extemplo Prr. rogationem promulgarūt: acceptaq; penè prius quam promulgata est: ut omnis regia stirps interficeretur. missiq; à Prr. Demaratam Hieronis, & Harmoniam Gelonis filiam, coniuges Andronodori & Themistij, interfecerunt. Heraclia erat filia Hieronis, uxor Sosippi: qui legatus ab Hieronymo ad regem Ptolemaeum missus, uoluntarium consciuerat exilium. Ea cum ad se quoq; uenire praescisset: in sacrorū ad penates confugit cum duabus filiabus uirginibus, resolutis crinibus, miserabiliq; alio habitu: & ad ea addidit preces: nunc per memoriae Hieronis patris, Gelonisq; fratris, ne se innoxiam

inuidia Hieronymi conflagrare sinerent. nihil se ex regno illius, præter exiliū uiri, habere. neq; fortunam suam eandē uiuo Hieronymo fuisse, quam sororis: neq; interfecto eo causam eandem esse. Quid quod, si Andronodoro consilia processissent: illa cum uiro fuerit regnatura: si/ bi cum cæteris feruendū? Si quis Sosippo nuntiet: interfectum Hieronymū, ac liberatas Sy/ racusas: cui dubium esse, quin extemplo conscensurus sit nauim, atq; in patriam rediturus? Quantum spes hominum fallit. in liberata patria coniugem eius, ac liberos de uita dimicare: quid obstantes libertati, aut legibus? quod ab se cuiquam periculum, à sola, ac propè uidua, & puellis in orbitate degentibus esse? At enim periculi quidem nihil ab se timeri: inuisam tantum regiam stirpem esse. Ablegarēt ergo procul ab Syracusis Siciliaꝝ, & asportari Alexandriam iuberent ad uirum uxorem, ad patrem filias. Aueris auribus animisq; casse ne tempus terere tur, (ferrum enim quosdam expedientes cernebat) tum omissis pro se precibus, puellis ut sal/ tem parcerent, orare institit: à qua ætate etiam hostes irati abstinerēt. ne tyrannos ulciscendo, quæ odissent scelera, ipsi imitarentur. Inter hæc abstractam à penetralibus iugulant. in uirgi/ nes deinde resperfas matris cruore impetū faciunt. quæ alienata mente simul luctu metuq; ue/ lut capræ furore occursum se ex sacrario proripuerunt: ut, si effugium patuisset in publicum: im/ pleturæ urbem tumultu fuerint. tum quoq; haud magno ædiū spatio inter medios tot arma/ tos aliquoties integro corpore euaserunt: tenentibusq; cum tot ac tam ualidæ eluctandæ ma/ nus essent, sese eripuerunt. tandem uulneribus confectæ, cum omnia replessent sanguine, exa/ nimes corruerunt. cædemq; per se miserabilē, miserabiliorem casus fecit: quod paulo post nun/ tius uenit, mutatis repente ad misericordiam animis, ne interficerētur. Ira deinde ex misericor/ dia orta: quod adeo festinatum ad supplicium, neq; locus pœnitendi, aut regressus ab ira reli/ ctus esset. itaq; fremere multitudo, & in locum Andronodori ac Themistij (nam ambo Præ/ fuerant) comitia poscere: quæ nequaquam ex sententia prætorū futura essent. Statutus est co/ mitijs dies: quo nec opinantibus omnibus, unus ex ultima turba Epicidem nominauit: tum in/ de alius Hippocratem. crebriores deinde eꝝ uoces, & cum haud dubio assensu multitudinis esse. Et erat confusa contio, non populari modo, sed militari quoq; turba, magna ex parte etiam perfugis, qui omnia nouare cupiebant, permittis. Prætores dissimulare primo: & trahendam rem esse. postremo uicti consensu, & seditionem metuentes, pronuntiāt eos prætores. Nec illi primo statim creati nudare quid uellent: quanquam ægre ferebant, & de inducijs dierum de/ cem legatos isse ad Appium Claudium: & impetratis eis alios, qui de fœdere antiquo reno/ uando agerent, missos. Ad Murgantium tum classem nauium centum Romanus habebat, quò euaderent motus ex cædibus tyrannorum orti Syracusis: quò ue eos ageret noua atq; in/ solita libertas, opperiens. Per eosdem dies cum ad Marcellum uenientem in Siciliam legati Syracusani missi ab Appio essent: auditis conditionibus pacis Marcellus posse rem conueni/ re ratus, & ipse legatos Syracusas, qui coram cum prætoribus de renouando fœdere agerent, misit. Et iam ibi nequaquam eadem quies & tranquillitas erat. postquā punicam classem ac/ cessisse Pachynum allatum est: dempto timore Hippocrates & Epicides nunc apud mercena/ rios milites, nunc apud transfugas prodi Romanis Syracusas criminabantur. At uero Appi/ us naues ad ostium portus, quid aliæ partis hominibus animi accederet opperiens, in statio/ ne habere cœpit. Ingens in speciem criminibus uanis accesserat fides, ac primo etiam tumul/ tuose decurrerat multitudo ad prohibendos: si in terram egrederentur. In hac turbatione re/ rum in contionem uocari placuit. ubi cum aliꝝ aliò tenderent, nec procul à seditione res esset: Apollonides principum unus orationem salutarem, ut in tali tempore, habuit. Nec spem fa/ lutis, nec perniciem propiorē unquam ciuitati ulli fuisse. si enim uno animo omnes uel ad Ro/ manos, uel ad Carthaginenses inclinent: nullius ciuitatis statum fortunatiorem, gratiorem ue fore. si alia aliò trahat res: non inter Pœnos Romanosq; bellū atrocius fore, quàm inter ipsos Syracusanos: cum intra eosdem muros pars una quæq; suos exercitus, sua arma, suos habitu/ ra sit duces. itaq; ut idem omnes sentiant, summa ui agendum esse. ultra societas sit utilior: lon/ ge minoris adeo rem momenti consultatione esse. sed tamen Hieronis potius q̄ Hieronymi auctoritatem sequendam in socijs legendis, uel quinquaginta annis feliciter expertā amicitiam

nunc

nunc incognitæ, quondam infideli præferendam. Esse etiam momenti aliquid ad consilium, quod Carthaginensibus ita pax negari possit, ut non utiq; in præsentia bellum cum eis geratur: cum Romanis extemplo aut pacem aut bellum habendum. Quo minus cupiditatis ac studij uisa est oratio habere, eo plus autoritatis habuit. Adiectum est prætoribus ac delectis senatorum militare etiam consilium, iussi & duces ordinum præfectiq; auxiliorum simul consulere. Cum sæpe acta res esset medijs certaminibus: postremo quia belli cum Romanis gerendi ratio nulla apparebat, pacem fieri placuit: mittiq; cum eis legatos ad rem cõfirmendam. Dies haud ita multi intercesserant: cum ex Leontinis legati præsidium finibus suis orantes uenerunt. Legatio peropportuna uisa ad multitudinẽ inconditã ac tumultuosam exonerandam, ducesq; eius ablegandos. Hippocrates Pr. ducere eò transfugas iussus: secuti multi ex auxilijs mercenarijs quatuor millia armatorum effecerunt. Et mittentibus & missis ea læta expeditio fuit. nam & illis, quod iam diu cupiebãt, nouandi res occasio data est: & hi sentinam quandam urbis rati exhaustã, lætabantur. cæterum leuauerunt modo in præsentia uelut corpus ægrum, quo mox in grauiorem morbũ recideret. Hippocrates enim finitima prouinciæ Romanæ primo furtiuis excursionibus uastare cœpit: deinde cum ad tuendos sociorum agros missum ab Appio præsiðiũ esset, omnibus copijs imperum in oppositã stationem cum cæde multorum fecit. Quæ cum essent nuntiata Marcello, legatos extemplo Syracusas misit, qui pacis fidem ruptam esse dicerent: nec belli defuturã unquam causam, nisi Hippocrates atq; Epicides non ab Syracusis modo, sed tota procul Sicilia ablegarentur. Epicides ne aut reus criminis absentis fratris præsens esset, aut deesset pro parte sua concitando bello: profectus & ipse in Leontinos, quia satis eos aduersus PR concitatos cernebat: auertere etiam ab Syracusis cœpit. Nam ita eos pacem pepigisse cum Romanis: ut quicumq; populi sub regibus fuissent, & suæ ditionis essent. nec iam libertate contentos esse, nisi etiam regnent ac dominantur. Renuntiandum igitur eis esse: Leontinos quoq; æquum censere liberos esse: uel quod in solo urbis suæ tyrannus ceciderit: uel quod ibi primum conclamatum ad libertatem, relictisq; regijs ducibus Syracusas sit concursum. Itaq; aut eximendũ id de fœdere esse, aut legem eam fœderis non accipiendam. Facile multitudini persuasum. legatisq; Syracusanorum & de cæde stationis Romanæ querentibus, & Hippocratem atq; Epicidem abire, seu Locros, seu quò aliò mallent, dum modo Sicilia cederent, iubentibus ferociter responsum est. Neq; mandasse sese Syracusanis, ut pacem pro se cum Romanis facerent, neq; teneri alienis fœderibus. Hæc ad Romanos Syracusani detulerunt, abnuentes Leontinos in sua potestate esse. itaque integro secum fœdere bellum Romanos cum ijs gesturos. neq; sese defuturos ei bello: ita, ut in potestatem redacti suæ rursus ditionis essent, sicut pax conuenisset. Marcellus cum omni exercitu profectus in Leontinos, Appio quoq; accito, ut altera parte aggrediretur: tanto ardore militum est usus ob iram inter conditiones pacis interfectæ stationis, ut primo impetu urbem expugnarent. Hippocrates atq; Epicides posteaquam capi muros refringiq; portas uiderunt, in arcem sese cum paucis receperunt. inde clãm nocte Herbesum per fugiunt. Syracusanis octo millium armatorum agmine profectis domo ad Mylam flumen nuntius occurrit, captã urbem esse, cætera falsa mista ueris ferens: cædem promiscuã militum atq; oppidanorum factã, nec quenquam puberem arbitrari superesse: direptam urbem, bona locupletum donata. Ad nuntium tam atrocem constitit agmen: concitatisq; omnibus, duces (erant autem Sofis ac Dinomenes) quid agerent consultabãt. Erroris speciem haud uanã mendacio præbuerãt uerberati ac securi percussis transfugæ ad duo millia hominum. Cæterum Leontinorum militumq; aliorum nemo post captã urbem uiolatus fuerat: suaq; omnia eis, nisi quæ primus tumultus captæ urbis absumpserat, restituebãtur. Nec ut Leontinos irent, proditos ad cædem cõmitones querentes, percelli potuere: nec ut eodem loco certiozem nuntium expectarent. Cum ad defectionẽ inclinatos animos cernerent Pr. sed eum motum haud diuturnum fore, si duces amentie sublatis essent, exercitum ducunt Megarã. ipsi cum paucis equitibus Herbesum proficiscuntur, spe territis omnibus per proditionẽ urbis potiundæ. quod ubi frustra eis fuit inceptum, ui agendũ rati, postero die Megaris castra mouent, ut Herbesum omnibus copijs oppugnarent. Hippocrates

crates & Epicides non tam tutum prima specie, quàm unum spe undiq; absclsa consilium esse rati, ut se militibus permitterent, & assuetis magna ex parte sibi, & tum fama cædis commilitonum accensis, obuiam agmini procedunt. Prima forte signa sexcentorū Cretensium erant, qui apud Hieronymum meruerant sub eis, & Annibalis beneficium habebant, capti ad Trasymenum inter Romana auxilia, dimissiq; quos ubi ex signis armorumq; habitu cognouere Hippocrates atq; Epicides, ramos oleæ ac uelamenta alia supplicum porrigentes orare, ut reciperent sese, receptosq; tutarentur, neu proderent Syracusanis: à quibus mox ipsi trucidandi p. r. dederentur. Enimvero conclamant, bonum ut animum haberent, omnem se cura illis fortunam subituros. Inter hoc colloquium signa constiterant, tenebaturq; agmen: nec dum quæ moræ causa foret, peruenerat ad duces. Postquam Hippocratem atq; Epicidem adesse peruasit rumor, fremitusq; toto agmine erat haud dubie approbantium aduentū eorum, exemplo Prr. citatis equis ad prima signa perrexerunt. qui mos ille, quæ licentia Cretensium esset, rogantes, colloquia ferendi cum hoste: iniussuq; prætorum miscendi eos agmini suo: comprehendī uinciriq; catenis iusserūt Hippocratem. Ad quam uocem tantus extemplo primum à Cretensibus clamor est ortus: deinde exceptus ab alijs: ut facile, si ultra tenderent, appareret eis timendum esse. Solliciti incertiq; rerum suarum Megaram, unde profecti erant, referri signa iubent, nuntiosq; de statu præsentis Syracusas mittunt. Fraudem quoq; Hippocrates addit, inclinatis ad omnem suspicionem animis: & Cretensium quibusdam ad itinera insidenda missis, uelut interceptas literas, quas ipse cōposuerat, recitat. Prr. Syracusani Marcello suo S.

Secundum salutem, ut assolet, scriptum erat. Recte cum atq; ordine fecisse, quod in Leontinis nulli pepercisset. Sed omnium mercenariorum militum eandem esse causam, nec unquam Syracusas quieturas, donec quicquam externorum auxiliorum aut in urbe aut in exercitu suo esset. itaq; daret operam: ut eos, qui cum suis prætoribus castra ad Megaram haberent, in suam potestatem redigeret, ac supplicio eorum liberaret tandem Syracusas. Hęc cum recitata essent, tanto clamore ad arma discursum est, ut prætores inter tumultum pauidi abequitauerint Syracusas. & ne fuga quidem eorum seditio cōpressa est, impetusq; in Syracusanos milites fiebat. nec ab ullo temperatum foret: ni Epicides atq; Hippocrates iræ multitudinis obuiam issent: non à misericordia, aut humano consilio: sed ne spem reditus præciderēt sibi, & cum ipsos simul milites fidos haberēt, simul obsides: tum cognatos quoq; eorum, atq; amicos tanto merito primum, dein pignore sibi conciliarent. expertiq; quàm uana, aut leui aura mobile uulgus esset, militem nacti ex eo numero, qui in Leontinis circumfessi erant, subornant: ut Syracusas perferret nuntium conuenientem eis, quæ ad Mylam falsò nuntiata erant: autoremq; se exhibendo, ac uelut uisa quæ dubia erant narrando, cōcitaret iras hominū. Huic non apud uulgum modo fides fuit, sed senatū quoq; in curiam introductus mouit, ut uani quidā homines palàm ferrent: perbene detectam in Leontinis esse auaritiā & crudelitatem Romanorum. eadem, si intrassent Syracusas, aut fœdiora etiam, quo maius ibi auariciæ præmiū esset, facturos fuisse. Itaq; claudendas cuncti portas, & custodiendā urbem censere. sed non ab eisdem omnes timere, nec eosdem odisse. ad militares penè omnes, partemq; magnā plebis inuisum esse nomen Romanū. prætores optimatumq; pauci quantq; inflati uano nuntio erant: tamen ad propius præsentiusq; malū cautiore esse. Et iam ad Hexapylum erant Hippocrates atq; Epicides: serebanturq; colloquia per propinquos popularium, qui in exercitu erant, ut portas aperirent sinerentq; cōmunem patriā defendi ab impetu Romanorū. Iam unis foribus Hexapyli apertis cœpti erant recipi: cum Prr. interuenerunt. & primo imperio minisq; deinde auctoritate deterrendo, postremo, ut omnia uana erant: oblitī maiestatis precibus agebant, ne proderent patriā tyranni ante satellitibus, & tum corruptoribus exercitus. Sed surdæ adeo omnium aures cōcitatae multitudinis erant: quod nō minore intus ui, q; foris portæ effringerentur. effractisq; omnibus tuto in Hexapulo agmen receptum est. Prr. in Acradinam cum iuuentute populariū confugiunt. mercenarij milites perfugæq;, & quicquid regionū militum Syracusis erat. agmen hostium augment. Ita Acradina quoq; primo impetu capitur. prætoresq;, nisi qui inter tumultū effugerūt, omnes interficiūtur. nox cædibus finem fecit. Postero die serui ad pileum

pileum uocati, & carcere uincti emiffi. confusaq; omnis multitudo Hippocratem atq; Epicidem creant prætores. Syracufæq; cum breue tempus libertas affuliffet, in antiquam feruitutem reciderunt. Hæc nuntiata cum effent Romanis, ex Leontinis mota sunt extemplo castra ad Syracufas. Et ab Appio legati per portum miffi forte in quinqueremi erant, præmiffa quadremis cum intraffet fauces portus, capitur. legati ægre effugerunt. Et iam non modo pacis, fed ne belli quidem iura relicta erāt: cum Romanus exercitus ad Olympium (Iouis id templum est) mille & quingentis passibus ab urbe castra posuit. Inde quoq; legatos præmitti placuit, quibus, ne intrarent urbem, extra portam Hippocrates atq; Epicides obuīa cum suis processerunt. Romanus orator non bellum se Syracufanis, sed opem auxiliūq; afferre ait: & ijs, qui ex media cæde elapsi perfugerint ad se: & eis, qui metu oppressi fœdiorum non exilio solum, sed etiam morte feruitutem patiantur. Nec cœdem nefandam sociorū inultam Romanos passuros. Itaq; si eis, qui ad se perfugerunt, tutus in patriam reditus pateret, ac cædis autores dedantur: & libertas legesq; Syracufanis restituantur, nihil armis opus esse. si ea non fiant: qui cunq; in mora sit, bello persecuturos. Ad ea Epicides, si qua ad se mandata haberent, responsum eis, ait, se duros fuisse. cum in eorum, ad quos uenerint, manu res Syracufana esset: tum reuertentur. Si bello laceffant, ipsa re intellecturos, nequaquam idem esse Syracufas ac Leontinos oppugnare. Ita legatis relictis portas clausit. Inde terra mariq; simul cœptæ oppugnari Syracufæ: terra ab Hexapylo, mari ab Acradina, cuius murus fluctu alluitur. & quia sic ut Leontinos terrore ac primo impetu ceperant, non diffidebant, uastam disiectamq; spatio urbem parte aliqua se inuasuros, omnem apparatus oppugnandarum urbium muris admo uerunt. Et habuiffet tanto impetu cœpta res fortunam: nisi unus homo Syracufis ea tempestate fuiffet. Archimedes is erat, unicus spectator cœli syderumq;: mirabilior tamen inuentor ac machinator bellicorum tormentorum operumq;: quibus ea quæ hostes ingenti mole agerent, ipse perleui momento ludificaretur. Murum per inæquales ductū colles, pleraq; alta & difficilia aditu, summissa quædam, & quæ planis uallibus adiri possent, ut cuiq; aptum uisum est loco: ita omni genere tormentorum instruxit. Acradinæ murum, qui, ut ante dictum est, mari alluitur: ex quinqueremibus Marcellus oppugnabat. ex cæteris nauibus sagittarij funditoresq;, & uelites etiam, quorum telum inhabile ad remittendum imperitis est: uix ququam sine uulnere consistere in muro patiebantur. Hi, quia spatio missilibus opus est, procul muro tenebant naues. iunctæ aliæ binæ ad quinqueremes, demptis interioribus remis, ut latus lateri applicaretur: cum exteriori ordine remorum uelut naues agerentur: turres contabulatas, machinamenta q; alia quatiendis muris portabant. Aduersus hunc naualem apparatus Archimedes uariæ magnitudinis tormenta in muris disposuit. in eas quæ procul erant nauis saxa ingenti pondere emittebat. propiores leuioribus, eoq; magis crebris petebat telis. postremo ut sui uulnere intacti tela in hostem ingererent: murum ab imo ad summum crebris cubitalibus ferè cauis aperuit. per quæ caua pars sagittis, pars scorpionibus modicis ex occulto petebant hostem. Quæ propius quidem subibant naues, quo interiores ictibus tormentorum essent: in eas tollendas desuper murum eminentem ferrea manus firmæ catenæ illigata, cum iniecta prorè esset, grauiq; libramento plumbi recelleret ad solum: suspensa prora, nauim in puppim statuebat. dein remissa subito, uelut ex muro cadentem nauim cum ingenti trepidatione nautarum ita undæ affligebant: ut etiam si recta recideret, aliquantum aquæ acciperet. Ita maritima oppugnatio est elusa. omnisq; uis est auersa, ut totis uiribus terra aggredierentur. sed ea quoq; pars eodem omni apparatu tormentorum instructa erat, Hieronis impensis cura q; per multos annos, Archimedis unica arte. natura etiam adiuuabat loci: quod saxum, cui imposta muri fundamenta sunt: magna ex parte ita procliue est, ut non solum missa tormento, sed etiam quæ pondere suo prouoluta essent, grauiter in hostem inciderent. eadem causa ad subeundum arduum aditum instabilem q; ingressum præbebat. Ita consilio habito, cum omnis conatus ludibrio esset: absistere oppugnatione, atq; obsidendo tantum arcere terra mariq; com meatibus hostem placuit. Interim Marcellus cum tertia ferè parte exercitus ad recipiendas urbes profectus: quæ in motu rerum ad Carthaginenses defecerant: Pelorum

rum

rum atq; Herbesum deditibus ipsis recepit. Megaram ui captā diruit ac diripuit, ad reliquorum, ac maxime Syracusanorū terrorem. Per idem ferè tempus & Himilco, qui ad Pachyni promontorium classē diu tenuerat: ad Heracleam, quam uocant Minoam, quinque & uiginti millia peditum, tria equitum, xii elephantos exposuit. Nequaquam cum tantis copijs antea tenuerat ad Pachynum classē. sed postquam ab Hippocrate occupatæ Syracusæ erant, profectus Carthaginē, accitusq; ibi & ab legatis Hippocratis, & literis Annibalis, qui uenisse tempus aiebat Siciliæ per summum decus repetendæ: & ipse haud uanus præsens monitor facile perpulerat, ut quantæ maximæ possent, peditum equitumq; copiæ in Siciliam trañcerentur. Adueniens Heracleam intra paucos dies inde Agrigentum recipit: aliarumq; ciuitatum quæ partis Carthaginensium erant, adeo accensæ sunt spes ad pellendos Sicilia Romanos: ut postremo etiam qui obsidebantur Syracusis, animos sustulerint. & parte copiarum satis defendi urbē posse rati, ita inter se munera belli partiti sunt: ut Epicides præfesset custodiæ urbis: Hippocrates Himilconi coniunctus bellum aduersus eos. Romanum gereret. Cum decem millibus peditum, quingentis equitibus nocte per intermissa custodijs loca profectus, castra circa Accillas urbem ponebat. Munientibus superuenit Marcellus, ab Agrigento iam occupato, cum frustra eò præuenire hostem festinans tetendisset, rediens: nihil minus ratus, quàm illo tempore ac loco Syracusanum sibi exercitum obuiam fore. sed tamen metu Himilconis Pœnorumq;, ut quibus nequaquam eis copijs quas habebat par esset, quàm poterat maxime intentus, atq; agmine ad omnes casus composito ibat. Forte ea cura, quæ erat aduersus Pœnos præparata: aduersus Siculos usui fuit. Castris ponendis incōpositos ac dispersos nactus eos, & plerosq; inermes, quod peditum fuit circumuenit. eques leui certamine inito, cum Hippocrate Acras perfugit. Ea pugna deficientes ab Romanis cum cohibuisset Siculos: Marcellus Syracusas redijt. & post paucos dies Himilco adiuncto Hippocrate ad flumen Anatin, octo fermè inde millia castra posuit. Sub idem ferè tempus & naues longæ quinque & quinquaginta Carthaginensium cum Bomilcare classis præfecto in magnum portum Syracusas ex alto decurrere: & Romana item classis, xxx quinqueremes legionē primā Panormi exposuere. uersumq; ab Italia bellum. adeo uterq; populus in Siciliā intentus fuisse uideri poterat. Legionem Romanā, quæ exposita Panormi erat: uenientem Syracusas prædæ haud dubiæ sibi futuram Himilco ratus, uia decipitur. mediterraneo nanq; Pœnus itinere duxit: legio maritimis locis classe prosequente ad Appium Claudium Pachynū cum parte copiarum obuiam progressum, peruenit. Nec diutius Pœni Syracusis morati sunt. & Bomilcar simul parū fidens nauibus suis, duplici facile numero classe aduentantibus Romanis, simul inutili mora cernens nihil aliud ab suis, quàm inopia aggruari socios, uelis in altum datis in Africam transmisit. & Himilco secutus nequicquam Marcellum Syracusas, si qua, prius quàm maioribus copijs iungeretur, occasio pugnandi esset: postquā ea nulla contigerat, tutumq; ad Syracusas & munimento, & uiribus hostē cernebat: ne frustra assidendo spectandoq; obsidionē sociorum tempus tereret, castra inde mouit: ut quocunq; uocasset defectionis ab Romanis spes, admoueret exercitum: ac præsens suas res fouentibus adderet animos. Murgantiam primum, prodito ab ipsis præsidio Romano, recepit: ubi frumenti magna uis, cōmeatusq; omnis generis conuecti erant à Romanis. Ad hanc defectionē erecti sunt & aliarum ciuitatum animi: præsidiaq; Romana aut pellebantur arcibus, aut prodita per fraudem opprimebantur. Anna in excelsio loco ac prærupto undiq; sita, cum loco inexpugnabilis erat, tum præsidium in arce ualidū, præfectumq; præsidij haud sanè opportunū insidiantibus habebat. L. Pinarius erat, uir acer, & qui plus in eo ne posset decipi, quàm in fide Siculorum reponeret. & tum intenderant eum ad cauendum omni cura tot audite prodiones defectionesq; urbiū, & clades præsidiorū. itaq; nocte dieq; iuxta parata instructaq; omnia custodijs ac uigilijs erant: nec ab armis, aut loco suo miles abscedebat. Quod ubi Annensium principes iam pacti cū Himilcone de prodione præsidij, animaduertent: nulli occasione fraudis Romanū patere, aperte ac propalā placuerat agendum. Urbem arcemq; suæ potestatis aiunt debere esse: si liberi in societatem, nō serui in custodiam traditi essent Romanis. itaq; clauēs portarū reddi sibi æquum censent. bonis socijs fidem

fidem suam maximum uinculum esse. & ita sibi populum Romanū senatumq; gratias habiturum: si uolentes, ac nō coacti mansissent in amicitia. Ad ea Romanus, se in præsidio impostum esse dicere, ab imperatore suo: clauēsq; portarum & custodiam arcis ab eo accepisse, quæ nec suo, nec Aennesium arbitrio haberet, sed eius qui commisisset. præsidio decedere, apud Romanos capitale esse: & nec liberorū etiam suorum causa parentes, sanxisse. cōsulem Marcellum haud procul esse. ad eum mitterēt legatos, cuius iuris atq; arbitrij esset. Se uero negare illi missuros: testariq; si uerbis nihil agerent, uindictam aliquam libertatis suæ quæsituros. Tum Plinarius ait illis: si ad cōsulem grauarentur mittere, sibi saltem darent populi cōcilium: ut sciretur, utrum paucorum ea denuntiata, an uniuersæ ciuitatis essent. Consensu in posterum diem contio edicit. Postq; ab eo colloquio in arcem sese recepit, cōuocatis militibus, Credo ego uos audisse milites, inquit, quemadmodum præsidia Romana ab Siculis circūuenta, & oppressa sint per hos dies. eam uos fraudē deū primo benignitate, dein uestra ipsi uirtute, dies noctesq; perstando ac peruigilando in armis, uitastis. utinam reliquum tempus nec patiendo infanda, nec faciendo, traduci possit. Hęc occulta fraude cautio est: qua, quia adhuc minus cuiquam successit: aperte ac propalā clauēs portarum repossunt. quas simul tradiderimus, Carthaginensium exemplo Aenna erit: cædiusq; hic trucidabimur, quā Murgantiæ præsidium interfectum est. Noctem unam ægre ad cōsultandum sumpsi, qua uos certiores periculi instantis facerem. Orta luce cōtionem habituri sunt ad criminandū me, concitandumq; in uos populum. itaq; crastino die aut uestro, aut Aennensium sanguine Aenna inundabit. nec præoccupati periculi, nec occupātes periculi quicquam habebitis. qui prior strinxerit ferrum, eius uictoria erit. Intenti ergo omnes, armatiq; signum expectabitis. ego in contione ero: & tempus quoad omnia instructa sint, loquendo altercandoq; traham. cum toga signum dederō: tum mihi undique clamore sublato turbam inuadite, ac sternite omnia ferro: & caute ne quisquam ex ijs supersit, à quibus aut uis, aut fraus timeri possit. Vos Ceres mater ac Proserpina precor, cæteri superni interniq; dī, qui hęc urbem, hos sacros lacus lucosq; colitis, ut ita nobis uolentes propitij adsitis: si uitandæ, nō ferendæ fraudis causa hoc cōsiliū capimus. Pluribus uos milites hortarer, si cum armatis dimicatio futura esset. inermes, incautos ad satietatem trucidabitis. Et consulis castra in propinquo sunt, nequid ab Himilcone & Carthaginensibus timeri possit. Ab hac adhortatione dimissi corpora curant. Postero die alij alijs locis ad obsidenda itinera, claudendosq; oppidanis exitus, pars maxima super theatrū circaq; afflucti & ante spectaculis contionum consistunt. Productus ad populum à magistratibus præfectus Romanus, cum consulis de ea re ius ac potestatem esse nō suam, & pleraq; eadem quæ pridie prius dixisset: primo sensim ac plures reddere clauēs, dein iam una uoce id omnes iuberent: cunctantiq; ac differenti ferociter minitarent: nec uiderentur ultra uim ultimam dilaturi: tum præfectus toga signum ut conuenerat, dedit. militesq; intenti dudum ac parati, alij superne in aduersam cōtionem clamore sublato decurrunt: alij ad exitus theatri conferti obsistunt. Cæduntur Aennenses cauea inclusi: coacruanturq; nō cæde solum, sed etiam fuga, cum alij super aliorum capita ruerent, atq; integri faucijs, uiui mortuis incidentes cumularentur. Inde passim discurritur, & urbis captae modo fugaq; & cædes omnia tenet: nihilo remissiore militum ira, quod iure turbam inermem cædebant, quā si periculum par & ardor certaminis eos irritaret. Ita Aenna aut malo, aut necessario facinore retenta. Marcellus nec factum improbavit, & prædam Aennesium militibus cōcessit: ratus timore deterritos, temperaturos proditoribus præsidiorum Siculos. Atq; ea clades, ut urbis in media Sicilia sitæ, claræq; uel ob insignem munimento naturali locum, uel ob sacrata omnia uestigijs raptæ quondam Proserpinæ, propè uno die omnem Siciliam peruasit. & quia cæde infanda rebantur non hominum tantum, sed etiam deorum sedem uiolatam esse: tum uero qui etiam ante dubij fuerant, defecere ad Pœnos. Hippocrates inde Murgantiæ, Himilco Agrigentum sese recepit, cum acciti à proditoribus nequicquam ad Aennam exercitum admouissent. Marcellus retro in Leontinos rediit: frumentoq; & comitatibus alijs in castra conuectis, præsidio modico ibi relicto, ad Syracusas obsidendas uenit. inde Appio Claudio Romam ad consulatum petendum misso, T. Quintium Crispinum

in eius locū classi, castrisq̄ præfecit ueteribus. ipse hybernacula quinque millia passuū ab Hexapulo (Leontiam uocant locum) cōmuniit ædificauitq̄. Hęc in Sicilia usq̄ ad principiū hœmis gesta. Eadem estate & cum Philippo rege quod iam ante suspectū fuerat, motum bellum est. Legati ab Orico ad M. Valerium Pr. uenerunt, præfidentem classi Brundisio, Calabriaq̄ circa litoribus, nuntiantes Philippum primum Apolloniam tentasse, leuibus biremibus c x x flumine aduerso subuectum: deinde, ut ea res tardior spe fuerit, ad Oricum clam nocte exercitum admouisse: eamq̄ urbem sitam in plano, neque mœnibus, neq̄ uiris, neque armis ualidā primo impetu oppressam esse. Hęc nuntiantes orabant, ut opem ferret, hosteq̄ haud dubium Romanis terra, aut maritimis uiribus arceret, qui ob nullam aliam causam, nisi quod imminerent Italiæ, peterentur. M. Valerius præsidio loci eius relicto T. Valerio legato, cum classe instructa parataq̄, & quod longæ naues militum capere nō poterant, in onerariis impositis, altera die Oricum peruenit: urbemq̄ eam leui tenente præsidio, quod recedens inde reliquerat Philippus, haud magno certamine recepit. Legati eò ab Apollonia uenerunt nuntiātes, in obsidione sese, quod deficere ab Romanis nollent esse: neque sustinere ultra uim Macedonū posse, nisi præsidium mittatur Romanū. Facturum se quæ uellent pollicitus, mille delectorum militum nauibus longis mittit ad ostium fluminis cum præfecto socium Næuio Crispo, uiro impigro & perito militiæ. Is expositis in terram militibus, nauibusq̄ Oricum retro unde uenerat ad cæterā classē remissis, milites procul à flumine per uiam minime ab regijs obsessam duxit: & nocte, ita ut nemo hostium sentiret, urbem est ingressus. Die insequenti quieuerunt, dum præfectus iuuentutem Apolloniātū, armaq̄ & urbis uires inspiceret. ubi ea uis inspectaq̄ satis animorū fecere: simulq̄ ab exploratoribus comperit, quanta secordia ac negligentia apud hostes esset: silentio noctis ab urbe sine ullo tumultu egressus, castra hostium adeo neglecta atq̄ aperta intrauit, ut satis constaret prius plus mille hominū uallum intrasse, quàm quisq̄ sentiret: ac si cæde abstinuissent, peruenire ad tabernaculū regium potuisse. Cædes proximorum portæ excitauit hostes. inde tantus terror pauorq̄ omnes occupauit, ut non modo alius quisq̄ arma caperet, aut castris pellere hostem conaretur: sed etiam ipse rex, sicut somno excitus erat, propè seminudus fugiens, militi quoq̄ nedum regi uix decoro habitu, ad flumen nauesq̄ persugerit. eodem & alia turba effusa est. Paulo minus tria millia militum in castris aut capta, aut occisa. plus tamen hostium aliquanto captum, quàm cæsum est. Castris direptis, Apolloniatæ catapultas, balistas tormentaq̄ alia, quæ oppugnādæ urbi comparata erant, ad tuenda mœnia, siquādo similis fortuna uenisset, Apolloniā deuexere. cætera omnis præda castrorū Romanis concessa est. Hęc cum Oricum essent nuntiata, M. Valerius classem extemplo ad ostiū fluminis duxit, ne nauibus capeßere fugam rex posset. Itaq̄ Philippus neq̄ terrestri, neq̄ nauali certamine satis fore parem se fidens, subductis aut incensis nauibus, terra Macedoniā petijt, magna ex parte inermi exercitu spoliatoq̄. Romana classis cum M. Valerio Orici hybernauit. Eodem anno in Hispania uarie res gestæ. nam prius q̄ Romani amnem Iberū transirent, ingentes copias Hispanorū Mago & Asdrubal fuderunt. defecissetq̄ ab Romanis ulterior Hispania, ni P. Cornelius raptim traducto exercitu Iberum, dubijs sociorū animis in tempore aduenisset. Primo ad castrū Altum (locus est insignis cæde magni Amilcaris) castra Romani habuere. Arx erat munita, & cōuexerant ante frumentum. tamen quia omnia circa hostium plena erāt: agmenq̄ Romanum impune incurfatū ab equitibus hostium fuerat: & ad duo millia aut moratorū, aut palantiū per agros interfecta: cessere inde Romani propius pacata loca, & ad montem Victoriæ castra communiuere. Eò Cn. Scipio cum omnibus copijs, & Asdrubal Gisgonis filius, tertius Carthaginienßiū dux cum exercitu iusto aduenit: contraq̄ castra Romana trans fluuium omnes confedere. P. Scipio cum expeditis clam profectus ad loca circa uisenda, haud fefellit hostes: oppressissentq̄ eum in patentibus campis, ni tumultum in propinquo cepisset. ibi quoq̄ circūfessus aduentu fratris obsidione eximitur. Castulo urbs Hispaniæ ualida ac nobilis, & adeo coniuncta societate Pœnis, ut uxor inde Annibali esset, ad Romanos defecit, Carthaginienßes Illiturgi oppugnare adorti, quia præsidium ibi Romanum erat. uidebanturq̄ inopia eum locum maxime expugnaturi.

Cn. Scipio

Cn. Scipio ut socijs præsidioq; ferret opem, cum legione expedita profectus inter bina castra cum magna cæde hostiũ urbem est ingressus. & postero die eruptione æque felici pugnauit. supra duodecim millia hominũ cæsa duobus prælijs: plus decẽ millia capta, cum sex & triginta militaribus signis. ita ab Illiturgi recessum est obsidione. Bigerra inde urbs (socio & hæc Romanorum erat) à Carthaginensibus oppugnari cœpta est. Eam obsidionẽ sine certamine adueniens Cn. Scipio soluit. Ad Mundam exinde castra punica mota. Et Romani eò confestim secuti sunt. Ibi signis collatis pugnatũ per quatuor ferme horas, egregieq; uincensibus Romanis signum receptui est datum, quod Cn. Scipionis femur tragula cõfixum erat: pauorq; circa eum ceperat milites, ne mortiferũ esset uulnus. Ceterum haud dubium fuit, quin, nisi ea mora interuenisset, castra eo die punica capi potuerint. iam enim nõ milites solũ, sed elephãti etiam usq; ad uallum acti erant: superq; ipso nouem & triginta elephanti pilis confixi. Hoc quoq; prælio ad duodecim millia hominũ dicuntur cæsa: propè tria millia capta, cum signis militaribus septem & quinquaginta. Ad Auringen inde urbem Pœni recessere. & ut territis instaret, secutus Romanus. Ibi iterum Scipio lecticula in aciem illatus cõfluxit. nec dubia uictoria fuit. minus tamen dimidiõ hostium, quàm antea, quia pauciores superfuerant qui pugnarent, occisum. Sed gens nata instaurandis reparandisq; bellis, Magone ad cõquisitionem militum fratre misso, breui repleuit exercitũ: animosq; ad tentandum de integro certamen fecit. Alij plerique milites, sicut pro parte toties intra paucos dies uicta, eisdem animis, quibus prius, eodẽq; euentu pugnauere. plus octo millia hominũ cæsa: haud multo minus quàm mille capta: & signa militaria LVIII. & spolia plurima gallica fuere: annuli aurei, tosques armilleq; magnus numerus. duo etiam insignes reguli Gallorũ (Mœnicapto & Ciuismaro nomina erant) eo prælio ceciderunt. octo elephanti capti, tres occisi. Cum iam res prosperæ in Hispania essent, uerecundia Romanos tandem cepit: Saguntũ oppidum, quod causa belli esset, octauum iam annum sub hostium potestate esse, itaq; id oppidum ui pulso præsidio punico receperunt: cultoribusq; antiquis quos uis reliquerat belli, restituerunt. & Turdetanos qui contraxerãt eis cum Carthaginensibus bellum, in potestatem redactos sub corona uendiderunt, urbemq; eorum deleuere. Hæc in Hispania Q. Fabio, M. Claudio coss. gesta. Romæ cum tribuni plebis noui magistratũ inissent, extemplo censoribus P. Furio & M. Attilio à L. Metello trib. ple. dies dicta ad populum est. quæstorem cum proximo anno adempto equo tribu mouerãt atque ærarium fecerant, propter coniurationẽ deserendæ Italiæ ad Cannas factam. sed nouem tribunorum auxilio uetiti causam in magistratu dicere, dimissiq; fuerant. Ne lustrum perficerent, mors prohibuit P. Furiũ, M. Attilium magistratu se abdicauit. Consularia comitia habita à Q. Fabio Maximo coss. creati consules ambo absentes, Q. Fabius Maximus cõsulis filius, & T. Sempronius Gracchus iterũ. Prætores fiunt M. Attilius, & qui tum ædiles curules erant: P. Sempronius Tuditanus & Cn. Fuluius Centimalus, & M. Æmylius Lepidus. Ludos scenicos per quatruduũ eo anno primum factos ab curulibus ædilibus, memoriæ proditur. Aedilis Tuditanus hic erat, qui ad Cannas, pauore alijs in tanta clade torpentibus, per medios hostes erupit. Comitij perfectis ab Q. Fabio coss. designati consules Romam aaceriti magistratum inierunt: senatumq; de bello ac prouincijs suis prætorumq;, & de exercitibus quibus quique præessent, consuluerunt. Itaq; prouinciæ atq; exercitus diuisi. Bellum undecunq; cum An nibale cõsulibus mandatum, & exercitus unus quem ipse Sempronius habuerat, alter quem Fabius coss. ex binẽ erãt legiones, M. Æmylius Pr. cuius peregrina fors erat, iurisdictionem Attilio collegæ prætori urbano mandarat, ut Luceriam prouinciã haberet, legionesq; duas, quibus Q. Fabius qui tum consul erat, prætor præfuerat. prætori Sempronio prouincia Ariminum, Cn. Fuluius Sueffula, cum binis item legionibus euenerunt: ut Fuluius urbanas legiones duceret: Tuditanus à M. Pomponio acciperet. Prorogata imperia prouinciæq;, M. Claudio Sicilia, finibus eis quibus regnũ Hieronis fuisset, Lentulo Propr. prouincia uetus, T. Octacilio classis, exercitus nulli additi noui: M. Valerio Graciã Macedoniaq;, cum legione & classe, quam haberet: Q. Mutio cum uetere exercitu (duæ autem legiones erant) Sardinia: C. Terentio cum legione una, cui iam diu præerat, Picenũ. Scribi præterea duæ legiones urbanæ iussæ,

& uiginti millia sociorum. His ducibus, his copijs aduersus multa simul aut mota, aut suspecta bella munierunt Romanum imperium. Consules duabus urbanis legionibus scriptis, supplementum quoque in alias lecto, prius quam ab urbe mouerent prodigia procurarunt, quae nuntiata erant. Murus ac portae tactae. & Ariciae etiam Iouis aedes de caelo tacta fuerat. Et alia ludibria oculorum auriumque credita pro ueris. nauium longarum species in flumine Tarracinae, quae nullae erant uisae. & in Iouis Vicilini templo, quod in cossano agro est, arma concrepuisse. & flumen Amertini cruentum fluxisse. His procuratis ex decreto pontificum, profecti consules, Sempronius in Lucanos, in Apuliam Fabius. Pater filio legatus ad Sueffulam in castra uenit. cum obuia filius progredere, liectoresque uerecundia maiestatis eius taciti anteirent non summoentes patrem, praeter undecim fasces equo praeuectus senex, ut consul animaduertere proximum liectorem iussit: & is ut descenderet ex equo, in clamauit: tum demum desiliens experiri, inquit, uolui fili, fatin scires consulem te esse. In ea castra Classius Altinus Arpinas clam nocte cum tribus seruis uenit promittens, si sibi praemio foret, se Arpos proditurum esse. Cum eam tunc rem ad consilium retulisset Fabius, alijs pro transfuga uerberandus, necandusque uideri ancipitis animi communis hostis: qui post cannesem cladem, tanquam cum fortuna fidem stare oporteret, ad Annibalem discessisset, traxissetque ad defectionem Arpos: tum posteaquam res Romana contra spem uotaque eius uelut resurgeret, turpius uideatur nouam referre proditorem: ut proditio pro septemuirali iudicio esset, semperque aliud sentiret. infidus socius, uanus hostis, ad Faleriorum, Pyrrhiue proditorem, tertium transfugis documentum esset. Contra ea consulis pater Fabius, temporum oblitos homines in medio ardore belli, tanquam in pace libera de quoque arbitrari & agere, aiebat: cum illud potius agendum atque eis cogitandum sit: si quo modo fieri possit: ne qui socij a populo Romano desciscant: & non uocitent. documentum autem ducant statui oportere, si quis respiscat & antiquam societatem respiciat. quod si abire ab Romanis liceat, redire ad eos non liceat, cui dubium esse, quin breui deserta ab socijs Romana res foederibus punicis omnia in Italia iuncta uisura sit? Se tamen non eum esse, qui Altinio fidei quicquam censeat habendum, sed mediam consecuturum consilij uiam. neque eum pro hoste, neque pro socio in praesentia habitum, libera custodia haud procul a castris placere in aliqua fida ciuitate seruari per belli tempus, perpetrato bello, tum consultandum, utrum defectio prior plus merita sit poenae, an hic reditus ueniae. Fabio assensum est. catenisque ligatus traditus & ipse et comites: & auri satis magnum pondus, quod secum tum attulerat, ei seruari iussum. Calibus eum interdum solutum custodes sequebantur, nocte clausum asseruabant. Arpis domi primum desiderari quaerique est coeptus: dein fama per totam urbem uulgata tumultum pro principe amisso fecit: metuque rerum nouarum extemplo nutum ad Annibalem missi. Quibus nequaquam offensus Poenus, quia & ipsum ut ambiguae fidei uirum suspectum iam pridem habebat, & causam nactus erat tam ditis hominis bona possidendi uendendique. caeterum ut irae magis, quam auaritiae datum crederent homines, crudelitati quoque grauitate addidit: coniugemque eius ac liberos in castra accitos, quaestione prius habita, primum de fuga, deinde quantum auri argenti que domi relictum esset: satis cognitis omnibus, uiuos combussit. Fabius ab Sueffula profectus, Arpos primum institit oppugnare. ubi cum a mille ferè passibus castra posuisset, contemplatus ex propinquo situm urbis moeniaque, quae pars tutissima moenibus erat, qua maxime neglectam custodia uidit, ea potissimum aggredi statuit. Comparatis omnibus quae ad urbes oppugnandas usui sunt, centurionum robora ex toto exercitu delegit, tribunosque uiros fortes eis praefecit: & milites sexcentos, quantum satis uisum est, attribuit: eosque, ubi quartae uigiliae signum cecinisset, ad eum locum scalas iussit ferre. Porta ibi humilis & angusta erat, uia infrequenti per desertam partem urbis. eam portam scalis prius transgressos, ad murum pergere, & ex interiore parte claustra refringere iubet: & tenentes partem urbis cornu signum dare, ut caeterae copiae admouerentur. parata omnia atque instructa sese habiturum. Ea impigre facta. & quod impedimentum agentibus fore uidebatur, id maxime ad fallendum iuuit. Imber a nocte media coortus custodes, uigilesque dilapsos a stationibus suffugere in tecta coegit: sonitumque primo largioris procellae strepitum demolientium portam, exaudiri prohibuit: lentior deinde aequaliorque accidens auribus

ribus, magnā partem hominū sopiuit. Posteaquā portam tenuerunt, cornicines in uia paribus interuallis dispositos canere iubent, ut cōsulem excirent. Id ubi factum ex composito est, signa efferri consul iubet: ac paulo ante lucem per effractā portam urbem ingreditur. Tum demum hostes excitati sunt, iam & imbre conuiescente & propinqua luce. Præsidium in urbe erat Annibalis quinque millia ferme armatorū: & ipsi Arpini tria millia hominū armabant. eos primos Pœni, ne quid ab tergo fraudis esset, hosti opposuerūt. Pugnatū primo in tenebris angustisq; uis est: cum Romani nō uias tantum, sed tecta etiam proxima portæ occupassent: ne peti superne ac uulnerari possent. Cogniti inter se quidam Arpiniq; & Romani, atq; inde colloquia cœpta fieri: percunctantibus Romanis, quid sibi uellent Arpini: quam ob noxā Romanorum quod ob meritū Pœnorum, pro alienigenis ac barbaris Italici aduersus ueteres socios Romanos bellum gererent: & uectigalem ac stipendiariā Italiam Africæ facerent: Arpinis purgantibus, ignaros omnium se uenum à principibus datos, pene captos oppressosq; à paucis esse. Initio orto plures cū pluribus colloqui. postremo prætor Arpinus ab suis ad cōsulem deductus: fideq; data inter signa aciesq;, Arpini repente pro Romanis aduersus Carthaginenses arma uerterunt. Hispani quoq; paulo minus mille homines, nihil præterea cum cōsule pacti, quam ut sine fraude punice emitteretur præsidium, ad cōsulem transtulerunt signa. Carthaginensibus portæ patefactæ, emissiq; cum fide incolumes ad Annibalem Salapiam uenerunt. Arpini sine clade ullius, præterq; unius ueteris proditoris, noui perfugæ, restituti Romanis. Hispanis duplicia cibaria dati iussa, operaq; eorū forti ac fideli persæpe Respublica usa est. Cum cōsulum alter in Apulia, alter in Lucanis esset: equites cxxii nobiles Campani per speciem prædandi ex hostium agro permissu magistratuum ab Capua profecti, ad castra Romana quæ super Sueffulam erant uenerunt. stationi militum qui essent dixerunt, colloqui se cum prætore uelle. Cn. Fuluius castris præerat. cui ubi nuntiatū est, ex eo numero iussis inermibus deduci ad se, ubi quæ postularent audiuit: (nihil autem aliud petebant, quam ut Capua recepta bona sibi restituerentur) in fidem omnes accepti. Et ab altero prætore Sempronio Tuditano oppidum Cliternum expugnatum. amplius septem millia hominum capta, & æris argentiq; signati aliquantum. Romæ fœdum incendium per duas noctes, ac diem unum tenuit. solo æquata omnia inter Salinas ac portam Carmentalem cum Æquimelio Iugarioq; uico. in templis Fortunæ ac matris Matutæ & Spei extra portam, late uagatus ignis sacra profanaq; multa absumpsit. Eodem anno P. & Cn. Cornelij, cū in Hispania res prosperæ essent, multosq; & ueteres reciperent socios, & novos adijcerent, in Africam quoq; spem extenderunt.

Syphax erat rex Numidarū, subito Carthaginensibus hostis factus. ad eum centuriones tres legatos miserunt, qui cum eo amicitiam societatemq; facerent: & pollicerentur, si perseueraret urgere bello Carthaginenses: gratam eam rem fore senatui populoq; Romano: & adnixuros, ut in tempore, & bene cumulatam gratiam referant. Grata ea legatio barbaro fuit. colloctusq; cum legatis de ratione belli gerendi, ut ueterum militum uerba audiuit, quam multarum rerum ipse ignarus esset, ex cōparatione tam ordinatæ disciplinæ animaduertit. Tum primum, ut pro bonis ac fidelibus socijs facerent, orauit, ut duo legationem referrent ad Imperatores suos: unus apud sese magister rei militaris remaneret. rudem ad pedestria bella Numidarum gentem esse, equis tantū habilem. Ita iam inde à principijs gentis maiores suos bella gessisse, ita se à pueris insuetos. sed habere hostē pedestri fidentem Marte, cui se æquari robore uirium uelit. & sibi pedites comparandos esse: & ad id multitudine hominum regnum abundare. sed armandi ordinandiq; & instruendi eos, artē ignorare. omnis, uelut forte cōgregata turba sua inscīa, ac temeraria esset. Facturos se in præsentia quod uellet, legati responderunt: si de accepta, ut remitteret extemplo eum, si imperatores sui non comprobassent factum. Q. Statorius nomen fuit, qui ad regem remansit. Cum duobus Romanis relata Numida, legatosq; in Hispaniam misit ad accipiendam fidem ab imperatoribus Romanis. isdem mandauit, ut protinus Numidas, qui intra portas, seu præsidia Carthaginensium auxiliares essent, ad transitionem perlicerent. Et Statorius ex multa iuuentute regi pedites conscripsit: ordinatosq; proxime morem Romanum instruendo, & decurrendo signa sequi, & seruare ordines docuit: &

li } operi

operi, alijsq; institutis militaribus ita assuefecit, ut breui rex non equiti magis fideret quam pediti: collatisq; æquo campo signis iusto prælio Carthaginensem hostem superaret. Romanis quoque in Hispania legatorum regis aduentus magno emolumento fuit, nanque ad famam eorum transitiones crebræ ab Numidis cœptæ fieri. Ita cum Syphace Romanis iuncta amicitia est. Quod ubi Carthaginienses acceperunt, extemplo ad Galam in parte altera Numidiæ (Massyla ea gens uocatur) regnantem legatos mittunt. Filium Gala Masanissam habebat, septem & decem annos natum, cæterum iuuenem ea indole, ut iam tum appareret, eius regnum opulentiùs quàm quod accepisset, facturum. Legati quoniam Syphax se Romanis iunxisset, ut potentior societate eorum aduersus reges populosq; Africæ esset, docent: melius fore Galæ quoque Carthaginensibus iungi quamprimùm, antequam Syphax in Hispaniam, aut Romani in Africam transeant: opprimi Syphacem, nihil dum præter nomen ex fœdere Romano habentem, posse. Facile persuasum Galæ, filio deposcente id bellum, ut exercitum mitteret. Qui Carthaginensium legionibus coniunctis, magno prælio Syphacem deuicit. xxx millia eo prælio hominum cæsa dicuntur. Syphax cum paucis equitibus in Maurusios ex acie Numidas (extremi prope Oceanum aduersus Gadeis colunt) refugit: affluentibusq; ad famam eius undique barbaris, ingenteis breui copias armauit, cum quibus antequam in Hispaniam angusto diremptam freto traiceret: Masanissa cum uictore exercitu aduenit, isq; ibi cum Syphace ingenti gloria per se sine ullis Carthaginensium opibus gessit bellum.

In Hispania nihil memorabile gestum, præterquam quod Celtiberum iuuentutem eadem mercede, quæ pacta cum Carthaginensibus erat: imperatores Romani ad se perduxerunt: & nobilissimos Hispanos supra ccc inde in Italiam ad sollicitandos populares, qui inter auxilia Annibalis erant, miserunt. Id modo eius anni in Hispania ad memoriam insigne est, quod mercenarium militem in castris neminem, antequam tum Celtiberos, Romani habuerunt.

D E C A D I S T E R T I A E L I B E R Q V I N T V S



DVM hæc in Africa atq; in Hispania geruntur, Annibal in agro Tarentino ætatem consumpsit, spe per proditiõem urbis Tarentinorũ potiunde, ipso tum interim Salentinorũ ignobiles urbes ad eum defecerunt. Eodẽ tẽpore in Brutijs ex xii populis, qui anno priore ad Pœnos descuerat: Cõsentini & Thurini in fidem populi Ro. redierunt. & plures redissent: ni L. Pomponius Veientanus præfectus sociũ, prosperis aliquot populationibus in agro brutio iusti ducis speciẽ nactus, tumultuario exercitu coacto cum Hannone conflixisset. Magna ibi uis hominũ, sed inconditæ turbæ agrestium seruorũq; cæsa, aut capta est, minimũq; iacturæ fuit: quod præfectus inter cæteros est captus, & tum temerariæ pugnæ autor & ante publicanus, omnibus malis artibus & Reipub. & societatibus infidus, damnosusq;. Scipionius cos. in Lucanis multa prælia parua, haud ullum dignũ memoratu fecit: & ignobilia oppida Lucanorũ aliquot expugnauit. Quo diutius trahebatur bellum, & uariabant secundæ aduersæq; res nõ fortunam magis q̃ animos hominũ: tanta religio, & ea magna ex parte externa, ciuitatẽ incessit: ut aut homines, aut dii repente alij uiderent facti, nec iã in secreto modo atq; intra parietes ac postes contemnebantur Romani ritus: sed in publico etiam ac foro Capitolioq; mulierũ turba erat, nec sacrificantiũ nec precantium deos patrio more. Sacrificuli ac uates ceperant hominũ mentes, quorum numerũ auxit rustica plebs, ex incultis diutino bello infestisq; agris egestate & metu in urbem compulsæ: & quæstus ex alieno errore facilis, quem uelut ex cõcessæ artis usu exercebant. Primo secretæ bonorũ indignationes exaudiebantur, deinde ad patres etiam, & ad publicã querimoniã excessit res. Inculati grauius ab senatu ediles triumuiricq; capitales, quod nõ prohiberent, cum emoueri eam multitudinẽ è foro, ac discurrere apparatus sacrorũ conati essent, haud procul absfuit quin uiolarentur. Vbi potentius iam esse id malum apparuit, q̃ ut minores per magistratus sedaret: M. Aemylio Pr. urbis negotiũ ab senatu datum est, ut & his religionibus populũ liberaret. Is & in cõtione senatus consultũ recitauit, & edixit, ut quicunq; libros uaticinos preces uel, aut artẽ sacrificandi conscriptã haberet, eos libros

libros omneis literasq; ad se ante Calen. Apriles deferret: neu quis in publico sacroſe loco, no-
uo aut externo ritu sacrificaret. Et aliquot publici sacerdotes mortui eo anno sunt: L. Cornelius
Lentulus PONT. MAX. & C. Papyrius C. F. Masso pontifex, & P. Furius Philus augur, &
C. Papyrius L. F. Masso decemuir sacrorū. In Lentuli locū M. Cornelius Cethegus, in Papyrij
Cn. Seruilius Cepio, pōtīfices ſuffecti ſunt. augur creatus L. Quintius Flamininus, decēuir ſa-
crorum L. Cornelius Lentulus. Comitiorū conſulariū iam appetebat tempus, ſed quia cōſules
à bello intentos auocare nō placebat: T. Sempronius cos. comitiorū cauſa dictatorem dixit
C. Claudiū Centonem. ab eo magiſter equitū eſt dictus Q. Fuluius Flaccus. Dictator primo
comitiali die creauit cōſules Q. Fuluiū Flaccum magiſtrū equitum, & Ap. Claudiū Pulchrum,
cui Sicilia prouincia in prætura fuerat. Tum prætoreſ creati Cn. Fuluius Flaccus, Claudiū Ne-
ro, M. Iunius Syllanus, P. Cornelius Sulla. comitijs perfectis, dictator magiſtratu abiit. Aedi-
lis curulis fuit eo anno cū M. Cornelio Cethego P. Cornelius Scipio, cui poſt Africanus fuit
cognomen. Huic petenti ædilitatem cum obſiſterent tribuni plebis, negantes rationē eius ha-
bendā eſſe, quod nōdum ad petendū legitima ætas eſſet: ſi me, inquit, omnes quirites ædilem
facere uolunt, ſatis annorū habeo. Tanto inde fauore ad ſuffragium ferēdum in tribus diſcur-
ſum eſt, ut tribuni repēte incepto deſtiterint. Aedilitia largitio hæc fuit. Ludi Romani pro tem-
poris illius copijs magnifice facti, & diem unum inſtaurati, & cōgij olei in uicos ſingulos dati.
L. Villius Tappulus & M. Fundanius ædiles plebei aliquot matronas apud populū pōbri ac-
cuſarunt: quafdam ex eis damnatas in exilium egerunt. Ludi plebei per biduum inſtaurati. &
Iouis epulum fuit ludorū cauſa. Q. Fuluius Flaccus tertium, Ap. Claudiū conſulatū incunt. Et
prætoreſ prouincias fortiti ſunt: P. Cornelius Sulla urbanam & peregrinam, quæ duorū an-
te ſors fuerat: Cn. Fuluius Flaccus Apuliam, Claudiū Nero Sueſſulam, M. Iunius Syllanus
inter cōſules. Conſulibus bellum cum Annibale, & binæ legiones decretæ. alter à Q. Fabio ſu-
perioris anni cōſule, alter à Fuluiō Centimalo acciperet. Prætorum Fuluij Flacci, quæ Luceriæ
ſub Acmylio Pr. Neronis Claudiū, quæ in Piceno ſub C. Terentio fuiſſent, legiones eſſent. ſup-
plementum in eas quiſq; ſcriberet ſibi. M. Iunio inter cōſules legiones urbanæ prioris anni da-
tæ. T. Sempronio Graccho & P. Sempronio Tuditano imperiū prouinciæq; Lucani & Gal-
lia cū ſuis exercitijs prorogatæ. item P. Lentulo, quæ uetus prouincia in Sicilia eſſet, M. Mar-
cello Syracuſe, & quæ Hieronis regnum fuiſſet, T. Octacilio claſſis, Græcia M. Valerio, Sardi-
nia Q. Mutio Scauolæ, Hispaniæ P. & Cn. Cornelijs. Ad ueteres exercitus duæ urbanæ legio-
nes à cōſulibus ſcriptæ, ſummaq; trium & uiginti legionū eo anno effecta eſt. Delectum conſu-
lum M. Poſthumij Pyrgenſis cum magno propē motu rerum factū impediit. Publicanus erat
Poſthumius, qui multis annis parem fraude avaritiæq; neminem in ciuitate habuerat, præter
L. Pomponiū Veientanum, quem populantē temere agros in Lucanis, ductu Hannonis prio-
re anno ceperant Carthaginienſes. Hi, quia publicū periculum erat à ui tempeſtatis in ijs, quæ
portarent ad exercitus: & ementiti erant facta naufragia, & ea ipſa quæ uera renuntiauerant,
fraude ipſorum facta erant, non caſu: in ueteres quaſſatasq; naues paucis, & parui pretij rebus
impoſitis, cum merſiſſent eas in alto, exceptis in præparatas ſcaphas nautis, multiplicis fuiſſe
merces ementiebant. Ea fraus indicata M. Acmylio Pr. priore anno fuerat, ac per eum ad ſena-
tum delata: nec tamen ullo ſenatus conſulto notata: quia patres ordinem publicanorum in tali
tempore offenſum nolebant. populus ſeuerior uindex fraudis erat. excitatiq; tandem duo tri-
buni plebis Sp. & L. Caruilij, cum rem inuiſam infamemq; cernerent, ducentū millium aris
multam M. Poſthumio dixerunt. cuius certadæ cum dies adueniſſet, cōciliumq; tam frequens
plebis adeſſet, ut multitudinem area Capitolij uix caperet: perorata cauſa, ſpes una uidebatur
eſſe: ſi C. Seruilius Caſca trib. pleb. qui propinquus cognatusq; Poſthumio erat, prius quàm
ad ſuffragium tribus uocarentur, interceſſiſſet. Teſtulis datis, tribuni populum ſummouerunt
ſitellaq; allara eſt, ut ſortirent, ubi Latini ſuffragium ferrent. Interim publicani Caſcæ inſtare,
ut concilio diem eximeret. populus reclamare. & forte in cornu primus ſedebat Caſca, cui ſi-
mul metus pudorq; animum uerſabat. Cum in eo parum præſidij eſſet, turbandæ rei cauſa pu-
blicani per uacuum ui ſummo occupato loco in eos irruerunt, iurgantes ſimul cum populo

tribunisq̄. Nec procul dimicatione res erat, cum Fuluius consul tribunis, nonne uidetis, inquit, uos in ordinem coactos esse? & rem ad seditionem spectare? ni propere dimittitis plebis concilium. Plebe dimissa, senatus uocatur: & consules referunt de concilio plebis turbato ui atque audacia publicanorum. M. Furium Camillum, cuius exilium ruina urbis secuta fuerit, damna- ri se ab ingratis ciuibus passum esse. Decemuiros ante eum, quorum legibus ad eam diem ui- uerent: multos postea principes ciuitatis iudicium de se populi passos. Posthumium Pyrgen- sem suffragium populo per uim extorsisse, concilium plebis sustulisse, tribunos in ordinem coe- gisse, contra populum Romanum aciem introduxisse, locum occupasse, ut tribunos a plebe in- tercluderet: tribus in suffragium uocari prohiberet. nihil aliud a cæde ac dimicatione cõtinuis- se homines, nisi patientiam magistratum, quod cesserint in præsentia furori atque audaciæ paucorum: uincitq̄ se ac populum Romanum passi sint: & comitia quæ reus ui atque armis prohibitorus erat, ne causa quærentibus dimicationem daretur, uoluntate ipsius sustulerint. Hæc cum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta essent: uimq̄ eam contra rempublicam pernicioso exemplo factam senatus decerneret: confestim Caruilij tribuni plebis ommissa mul- tæ certatione, rei capitalis diem Posthumio dixerunt: ac ni uades daret, prehendi a uiatore, at- que in carcerem duci iusserunt. Posthumius uadibus datis, non affuit. Tribuni uocauerunt ple- bem, quæ ita sciuit. Si M. Posthumius ante Calend. Maias non prodisset, citatusq̄ eo die non respondisset, neque excusatus esset, uideri eum in exilio esse: bonaq̄ eius uenire, ipsi aqua & igni placere interdici. Singulis deinde eorum qui turbæ ac tumultus concitatores fuerant, rei capitalis diem dicere, ac uades poscere cœperunt. primo non dantes, deinde etiam eos qui dare possent, in carcerem cõiciebant. cuius rei periculum uitantes pleriq̄ in exilium abierunt. Hunc fraus publicanorum, deinde fraudem audacia protegens, exitum habuit. Comitiam in- de pontifici maximo creādo sunt habita. Ea comitia nouus pontifex M. Cornelius Cethegus habuit. Tres ingenti certamine petierunt: Q. Fuluius Flaccus c o s. qui & ante bis consul & censor fuerat: & T. Manlius Torquatus, & ipse duobus consulatibus & censura insignis, & Licinius Crassus, qui ædilitatem curulem petiturus erat. Hic senes honoratosq̄ iuuenis in eo certamine deuicit. Ante hunc intra centum annos & uiginti nemo, præter P. Cornelium Cal- lissam pontifex maximus creatus fuerat, qui sella curuli non sedisset. Consules cum ægre delectum conficerent, quod inopia iuniorum non facile in utrunq̄, ut & nouæ urbanæ legio- nes, & supplementum ueteribus scriberetur, sufficiebat: senatus abstinere eos incepto uetuit: & triumuiros binos creare iussit: alteros qui citra, alteros qui ultra quinquagesimum lapidem in plateis forisq̄, & in conciliabulis omnem copiam ingenuorum inspicerent: & si qui roboris sa- tis ad ferenda arma habere uiderentur: etiam si nondum militari ætate essent, milites facerent. Tribuni plebis, si r̄s uideret, ad populum ferrent: ut qui minores septem & decem annis sacra- mento dixissent, r̄s perinde stipendia procederent, ac si septem & uiginti annorum, aut maio- res, milites facti essent. Ex hoc senatus cõsulto creati triumuiroi bini conquisitione ingenuorum per agros habuerunt. Eodem tempore ex Sicilia literæ M. Marcelli de postulatis militum, qui cum P. Lentulo militabant, in senatu recitatae sunt. Cannensis reliquæ cladis is exercitus erat, relegatus in Siciliam, sicut ante dictum est, ne ante punici belli finem in Italiam reportare- tur. Hi permissu Lentuli primores equitū centurionumq̄, & robora ex legionibus peditum le- gatos in hyberna ad M. Marcellū miserunt. è quibus unus potestate dicendi facta. Consu- lem te M. Marcelle in Italiam adissemus, cum primum de nobis, etsi non iniquum, certe triste senatus consultum factū est: nisi hoc sperassemus, in prouinciam nos morte regum turbatam ad graue bellum aduersus Siculos simul Pœnosq̄ mitti: & sanguine nostro uulneribusq̄ ma- gistratibus satisfacturos esse: sicut patrum memoria qui capti a Pyrrho ad Heracleam erant, aduersus Pyrrhū ipsum pugnātes satisfecerūt. quanq̄ quod ob meritum nostrū succensuistis patres conscripti nobis, aut succensetis? Ambos mihi consules, & uniuersum senatum intueri uideor, cum te M. Marcelle intueor. quem si ad Cannas cõsulem habuissemus: melior & reip. & nostra fortuna esset. Sine quæso priusq̄ de conditione nostra queror: noxam, cuius argui- mur, nos purgare. Si nō deum ira, nec fato, cuius lege immobilis rerū humanarū ordo seritur: sed

sed culpa perijimus ad Cannas, cuius tandem ea culpa fuit? militum? an imperatorum? Equidem miles nihil unquam dicam de imperatore eo, cui praesertim gratias sciam ab senatu actas, quod non desperauerit de republica, cui post fugam actam sit per omnes annos prorogatum imperium. Caeteros item ex reliquis cladis eius, quos tribunos militum habuimus: honores petere & gerere, & prouincias obtinere audiuius. An uobis uestrisque liberis ignoscitis facile patres conscripti? in haec uilia capita sauitis? & consuli primoribusque alijs ciuitatis fugere, cum spes alia nulla esset, turpe non fuit? milites utique morituros in aciem misistis? Ad Alliam prope omnis exercitus fugit: ad Furcas Caudinas ne expertus quidem certamen, arma tradidit hosti (ut alias pudendas clades exercituum taceam) tamen tantum absuit ab eo, ut ulla ignominia ijs exercitibus inureretur: ut & urbs Roma per eum exercitum, qui ab Allia Veios transiit fugerat, recuperaretur: & caudinae legiones quae sine armis redierant Romam, armatae remissa in Samnium, eundem illum hostem sub iugum miserint, qui hac sua ignominia latus fuerat. Cannensem uero quisquam exercitum fugae, aut pauoris insimulare potest? ubi plus quinquaginta millia hominum ceciderunt? unde consul cum equitibus quinquaginta fugit? unde nemo superest, nisi quem hostis caedendo fessus reliquit? Cum captiuis redemptio negabatur, nos uulgo homines laudabant, quod reipublicae nos seruassent: quod ad consulem Venusiam redissemus, & speciem iusti exercitus fecissemus, Nunc deteriore conditione sumus, quam apud patres nostros fuerant captiui. quippe illis arma tantum atque ordo militandi, locusque in quo tenderent, in castris est mutatus. quae tamen semel nauata reipublicae opera, & uno felici praelio recuperarunt. nemo eorum relegatus in exilium est: nemini spes emerendi stipendia adempta. hostis denique est datus, cum quo dimicantes, aut uitam semel, aut ignominiam finirent. Nos, quibus, nisi quod commisimus ut quisquam ex cannensi acie miles Romanus superesset, nihil obijci potest: non solum a patria procul Italiaque, sed ab hoste etiam relegati sumus: ubi senescamus in exilio, ne qua spes, ne qua occasio abolendae ignominiae, ne qua placandae ciuium irae, ne qua denique benemoriendi sit. Neque ignominiae finem, nec uirtutis praemium petimus: modo experiri animum, & uirtutem exercere liceat. laborem & periculum petimus: ut uirorum, ut militum officio fungamur. Bellum in Sicilia iam alterum annum ingenti dimicatione geritur. urbes alias Poenus, alias Romanus expugnat. peditum & equitum acies concurrunt. ad Syracusas terra marisque res geritur. clamorem pugnantium, crepitumque armorum exaudimus residues ipsi ac segnes, tanquam nec manus, nec arma habeamus, Scruorum legionibus T. Sempronius cos. toties iam cum hoste signis collatis pugnauit. operae pretium habent, libertate ciuitatemque. pro seruis saltem ad hoc bellum emptis nobis simul congregatum cum hoste liceat, & pugnando quaerere libertatem. Vis tu mari, uis terra, uis acie, uis urbibus oppugnandis experiri uirtutem? asperrima quaeque ad laborem periculumque deposcimus, ut quod ad Cannas faciendum fuit, quam primum fiat. quoniam quicquid postea uiximus, id omne destinatum ignominiae est. Sub haec dicta ad genua Marcelli procubuerunt. Marcellus id nec iuris, nec potestatis suae esse dixit. senatui scripturum se: omniaque de sententia patrum facturum esse. Haec litterae ad novos consules allatae, ac per eos in senatu recitatae sunt. consultisque de his literis ita decreuit senatus. Militibus qui ad Cannas comilitones suos pugnantes deseruissent, senatui nihil uideri reipublicam committendam esse. si M. Claudio proconsuli aliter uideretur, faceret quod e reipublicae fideque sua duceret: dum ne quis eorum munere uacaret: neu dono militari uirtutis ergo donaretur, neu in Italiam reportaretur, donec hostis intra Italiam esset. Comititia deinde a praetore urbano de senatus sententia, plebisque scito sunt habita. quibus creati sunt quinque uiri muris turribusque reficiendis: & trium uiri bini, uni sacris conquirendis, donisque persignandis: alteri reficiendis aedibus Fortunae & Matris Matutae intra portam Carmentalem, sed & Spei extra portam, quae priore anno incendio consumptae fuerant. Tempestates saepe fuere. In Albano monte biduum continenter lapidibus pluuit. tacta de caelo multa: duae in Capitolio aedes: uallum in castris multis locis supra Sueffulam: & duo uigiles exanimati: murus turresque quaedam Cumis non ictu modo fulminibus, sed etiam de cussa. Reate saxum ingens uisum uolitare: sol rubere solito magis, sanguineoque similis. Horum prodigiorum

prodigiorum causa diem unum supplicatio fuit: & per aliquot dies consules rebus diuinis operam dederunt: & per eosdem dies sacrum nouendiale fuit. Cum Tarentinorū defectio iam diu & in spe Annibali, & in suspicione Romanis esset: causa forte extrinsecus maturandæ eius interuenit. Phileas Tarentinus diu iam per speciem legationis Romæ cum esset, uir inquieti animi & minime otium, quo tum diutino senescere uidebatur, patientis, aditū sibi ad obsides Tarentinos inuenit. Custodiebantur in atrio Libertatis minore cura: quia nec ipsis, nec ciuitati eorum fallere Romanos expediebat. Hos crebris colloquijs sollicitatos, corruptis ædituis duobus, cū primis tenebris custodia eduxisset: ipse comes occulti itineris factus profugit. Luce prima uulgata per urbem fuga est: emissicq; qui sequeretur, à Tarracina cōprehensos omnes retraxerunt. deducti in comitio, uirgiscq; approbante populo cæsi, de saxo deſciunt. Huius atrocitas pœnæ duarum nobilissimarū in Italia græcarum ciuitatum animos irritauit, tum publice, tum etiam singulos priuatim, ut quisq; tam fœde interemptos aut propinquitate, aut amicitia cōtingebat. Ex ijs tredecim ferè nobiles Tarentini cōiurauerunt, quorū principes Nico & Philomenes erant. Hi prius q̄ aliquid mouerent, colloquendū cum Annibale rati, nocte per speciem uenandi urbe egressi ad eum profisciscunt. & cum haud procul castris abessent, cæteri sylua prope uiam sese occuluerunt: Nico & Philomenes progressi ad stationes cōprehensicq; uelutro id petentes ad Annibalem deducti sunt. Qui cum & causas cōsiliū sui, & quid pararent, exposuissent: collaudati oneraticq; promissis iubentur, ut fidem popularibus facerent prædandi causa se urbe egressos: pecora Carthaginensiu quæ pastum propulsa essent, ad urbem agere. tuto ac sine certamine id facturos, promissum est. Cōspecta ea præda iuuenū est: minusq; iterum ac sapius id eos audere, miraculo fuit. Congressi cum Annibale rursus fide sanxerunt: liberos Tarentinos leges suaq; omnia habituros, neque ullum uectigal Pœno pensuros, præsidiumue inuitos recepturos: prodita præsidia Carthaginensiu fore. Hac ubi cōuenerunt, tunc uero Philomenes consuetudinem nocte egrediendi, redeundiq; in urbem frequentiore facere (& erat uenandi studio insignis) canescq; & alius apparatus sequebatur: captumq; fermè aliquid, aut ab hoste ex præparato ablatū reportando, donabat aut præfecto, aut custodibus portarum. nocte maxime commcare propter metum hostium credebant. Vbi iam eò consuetudinis adducta res est, ut quocunque noctis tempore sibilo dedisset signum, porta aperiretur: tempus agendæ rei Annibali uisum est. Tridui uia aberat. ubi, quo minus mirum esset uno, eodemque loco statiuia cum tandiu habere: agrum simulabat. Romanis quoque, qui in præsidio Tarenti erant: suspecta esse iam segnis mora eius desierat. Cæterum posteaquam Tarentum ire constituit, decem millibus peditum atque equitum, quos in expeditione uelocitate corporum ac leuitate armorum aptissimos esse ratus est: electis, quarta uigilia noctis signa mouit. præmissisque octuaginta ferè Numidis equitibus præcepit, ut discurrerent circa uias, perlustrarentq; omnia oculis, ne quis agrestium procul spectator agminis falleret, progressos retraherent, obuios occiderent, ut prædonum magis quàm exercitus accolis species esset. ipse raptim agmine facto, quindecim fermè millium spatio castra ab Tarento posuit. & ne ibi quidem nuntiato quò pergerent, tantum conuocatos milites monuit: uia omnes irent: nec diuerti quenquam, aut excedere ordinem agminis paterentur: & in primis intenti ad imperia accipienda essent: neu quid nisi ducum iussu facerent. se in tempore editurum, quæ uellet agi. Eadem fermè hora Tarentum fama peruenerat, Numidas equites paucos populari agros, terroremq; late agrestibus iniecisse. Ad quem nuntium nihil ultra motus præfectus Romanus, quàm ut partem equitum postero die luce prima iuberet exire ad arcendum populationibus hostem. interea adeo nihil obedienter curatum est, ut contra pro argumento fuerit illa procurfatio Numidarum: Annibalem exercitumq; castris non mouisse. Annibal concubia nocte mouit. dux Philomenes erat cum solito captæ uenationis onere. cæteri proditores ea quæ composita erant, expectabant. Conuenerat autem ut Philomenes portula asucta uenationem inferens armatos induceret. parte alia portam Temenitida adiret Annibal. Ea mediterranea regione orientem spectabat. aliquantum intra moenia includitur. Cum portæ appropinquaret, editus ex composito ignis ab Annibale est, refulsitq; idem redditum ab Nicone

ab Nicone signū. extinctæ deinde utrinq; flamme sunt. Annibal silentio ducebat ad portam. Nico ex improviso ad portas sopitos uigiles in cubilibus suis obruncat, portamq; aperit. Annibal cum peditum agmine ingredit, equites subsistere iubet: ut quò res postulet, occurrere libero campo possent. Et Philomenes portulæ parte alia qua commeari assuerat, appropinquare. nota uox eius, & familiare iam signum cum excitasset uigilem dicentis, uix sustinere grandis bestię onus, portula aperitur. inferentes aprum duos iuuenes secutus ipse cum expedito uenatore, uigilem incautius miraculo magnitudinis in eos qui ferebāt uersum, uenabulo trañcit. ingressi deinde triginta ferè armati cæteros uigiles obruncat, refringūtq; portam maximam. & agmen sub signis cõfestim irrupit. inde cum silentio in forum ducti, Annibali sese coniunxerunt. Tum duo millia Gallorum Pœnus in treis diuisa partes per urbem dimittit. Tarentinos & Afros quãmaxime frequentia occupare iubet. tumultu orto, Romanos passim cedi, oppidanis parci. sed ut fieri id posset, præcipit iuuenibus; Tarentinis, ut ubi quem suorum procul uiderent, quiescere & silere, ac bono animo esse iuberent. Iam tumultus erat clamorq;, qualis esse in capta urbe solet: sed quid rei esset, nemo satis pro certo scire. Tarentini Romanos ad diripiendam urbem credere coortos. Romanis seditio aliqua cum fraude uideri ab oppidanis mota. Præfectus primo excitatus tumultu in portum effugit: inde acceptus scapha in arcem cõfugit. Terrorè & tuba audita ex theatro faciebat. nam & Romana erat, à proditorib. ad hoc ipsum præparata, & inscienter à Græco inflata, quis aut quibus signum daret, incertū efficiebat. Vbi illuxit, & Romanis punica & gallica arma cognita tum dubitationem excemerunt: & Græci Romanos passim cæde stratos cernentes, ab Annibale captam urbem senserunt. Postq; lux certior erat, & Romani qui cædibus superfuerant, in arcem cõfugerant: conticescebatq; paulatim tumultus: tum Annibal Tarentinos sine armis cõuocare iubet. Cõuenere omnes, præterquam qui cedenteis in arcem Romanos ad omnem adeundã simul fortunã persecuti fuerant. Ibi Annibal benigne allocutus Tarentinos, testatusq; quæ præstitisset ciuibus eorum, quos ad Traſymenum aut ad Cannas cepisset: simul in dominationem superbã Romanorū inuectus, recipere se in domos suas quenq; iussit, & foribus nomen suum inscribere. se domos eas quæ inscriptæ non essent, signo extemplo dato, diripi iussurum. si quis in hospicio ciuis Romani (uacuas autem cernebat domos) nomen inscripsisset, eum se pro hoste habiturum. Contione dimissa, cum titulis notatæ fores discrimen pacatæ ab hostili domo fecissent: signo dato, ad diripienda hospitia Romana passim discursum est. & fuit prædæ aliquantū. Postero die ad oppugnandã arcem ducit. quã cum & mari, quo in peninsulæ modū pars maior circumluit: & præaltis rupibus, & ab ipsa urbe muro & fossa ingenti septam uideret: eoq; nec ui, nec operibus expugnabilem esse, ne aut se ipsum cura tuendū Tarentinos à maioribus rebus moraretur: aut in relictos sine ualido præsidio Tarentinos impetū ex arce cum uellent, Romani facerent: uallo uerbem ab arce intersepire statuit, nõ sine ulla etiã spe, cum prohibētibus opus Romanis manum posse cõseri: & si ferocius procurrissent, magna cæde ita attenuari præsidij uires, ut facile per se ipsi Tarentini urbem ab ijs tueri possent. Vbi cõceptū opus est, patefacta repente porta, in munienteis impetū fecerunt Romani. pelliq; se statio passa est, quæ pro opere erat, ut successu cresceret audacia: pluresq; & longius pulsos persequeretur. Tum signo dato coorti undiq; Pœni sunt, quos instructos ad hoc Annibal tenuerat. nec sustinere impetum Romani. sed ab effusa fuga loci angustia eos, impedimētāq; alia opere iam cõcepto, alia apparatu operis, morabatur. plurimi in fossam præcipitati, occisq; sunt plures in fuga q; in pugna. Inde & opus nullo prohibente fieri cõceptū. fossa ingens ducta, & uallum intra eam erigit: modicoq; post interuallo murū etiã eadē regione addere parat: ut uel sine præsidio tueri se aduersus Romanos possent. reliquit tamen modicum præsidium, ut simul interfaciendo muro adiuuaret. ipse profectus cum cæteris copijs ad Galeſum flumen (quinq; millia ab urbe abest) posuit castra. Ex ijs statuis regressus ad inspiciendū opus, quod aliquantū opinione eius celerius creuerat, spem cepit etiam arcem expugnari posse. Et est non altitudine, ut cætera tuta, sed loco plano posita: & ab urbe muro tantum, ac fossa diuisa. Cum iam machinationum omni genere & operibus oppugnaretur, missum à Metaponto præsidium Romanis fecit animum, ut nocte ex improviso opera ho-

stium

stium inuaderent. alia disicerunt, alia igni corruerunt. isq; finis Annibali fuit ea parte arcem oppugnādi. Reliqua erat in obsidione spes, nec ea satis efficax. quia arcem tenentes, quā in peninsula posita imminet faucibus portus, mare liberum habebant: urbs cōtra exclusa maritimis com meatibus, propiusq; inopiam erant obsidentes, quā obsessi. Annibal conuocatis principibus tarentinis omnes præsentes difficultates exposuit: neq; arcis tam munitę expugnandę uiam cernere: neq; in obsidione quicq; habere spei, donec mari potiantur hostes. quod si naues sint, quibus com meatus inuehi prohibeant: extemplo aut abcessuros, aut dedituros se hostes. Assentiebantur Tarentini. cæterum ei qui consilium afferret, opem quoq; in eam rem afferendam esse censebant. punicas enim naues ex Sicilia accitas id posse facere: suas quæ sinu exiguo interclusæ essent, cum claustra portus hostis haberet: quemadmodū inde in apertum mare euasuras? Euadent, inquit Annibal. multa quæ impedita natura sunt, consilio expediuntur. urbem enim in campo sitam habetis: planæ & satis latę uiaę patent in omneis partes. uia quæ in portum per mediam urbem ad mare transmissa est, plaustris trāsuehā naues haud magna mole. & mare nostrum erit, quo nunc hostes potiuntur: & illinc mari, hinc terra circum sedebimus arcem. imò breui, aut relictam ab hostibus, aut cum ipsis hostibus capiemus. Hęc oratio non spem modo effectus, sed ingentem etiam ducis admirationem fecit. Cōtracta ex templo undique plaustra, iunctaq; inter se: & machinæ ad subducendas naues admotæ, munitumq; iter: quo faciliora plaustra minorq; moles in transitu esset. iumenta inde & homines contracti, & opus impigre cœptum. paucosq; post dies classis instructa ac parata circumuehitur arcem, & ante ipsum portum anchoras iacit. Hunc statum rerum Annibal Tarenti reliquit, regressus ipse in hyberna. Cæterum defectio Tarentinorum utrum priore anno, an hoc facta sit, in diuersum autores trahunt. plures propioresq; ætate memoriæ rerum hoc anno tradunt factam. Romæ consules prætoresq; usque ante diem quintum Calen. Maias Latinæ tenuerunt. eo die perpetrato sacro in monte, in suas quisque prouincias profiscuntur. Religio deinde noua obiecta est ex carminibus martianis. Vates hic Martius illustris fuerat. & cum inquisitio priore anno ex senatusconsulto talium librorum fieret: in M. Acmyli prætoris urbis, qui eam rem agebat, manus uenerant. is protinus nouo prætori Sullæ tradiderat. Ex huius Martij duobus carminibus alterius postea aucta declarata autoritas euētu, alteri quoque cuius nondum tempus uenerat, afferebat fidem. Priore carmine Cannensis prædicta clades in hęc fermè uerba erat. Annem troiugena Cannam Romane fuge, ne te alienigenæ cogant in campo Diomedis conferere manus. sed neque credes tu mihi, donec completeris sanguine campum: multaquē millia occisa tua deferat amnis in pontum magnum ex terra frugifera piscibus: atque auibus ferisq; quæ incolunt terras, ijs fuit esca caro tua. nam mihi ita Iupiter fatus est. Et Diomedis Argiui campos, & Cannam flumen, qui militauerant in ijs locis, iuxta atque ipsam cladem, agnoscebant. Tum alterum carmen recitatum, non eo tantum obscurius, quia incertiora futura præteritis sunt, sed perplexius etiam scripturæ genere. Hostes Romani si expellere uultis, uomicamq; quę gentium uenit longe, Apollini uouendos censeo ludos: qui quotannis comiter Apollini fiant, cum populus dederit ex publico partem: priuati uti conferant pro se, suisq; ijs ludis faciendis præterit prætor is, qui ius populo plebiq; dabit summum. decemuiri græco ritu hostijs sacra faciant. hęc si recte faxitis, gaudebitis semper, fietq; res uestra melior. nam is dius extinguet perduelles uestros, qui uestros campos pacifici placide. Ad id carmen explanandum diem unum sumpserunt, postero die senatusconsultum factum est, ut decemuiri libros de ludis Apollini, recq; diuina facienda inspicerent. Ea cum inspecta relataq; ad senatum essent, censuerunt patres, Apollini ludos uouendos faciendosq;: & quando ludi facti essent, duodecim millia æris prætori ad rem diuinam, & duas hostias maiores dandas. Alterū senatusconsultū factum est, ut decemuiri sacra græco ritu facerent, ijsq; hostijs: Apollini boue aurato & capris duabus albis auratis: Latonæ boue scemina aurata. Ludos prætor in circo maximo cum facturus esset, edixit: ut populus per eos ludos stipem Apollini, quantam cōmodum esset, cōferret. Hęc est origo ludorū Apollinariū, uictoriæ non ualetudinis ergo, ut pleriq; rentur, uotorum. factosq; populus coronatus spectauit. matronæ supplicauere

supplicauere. uulgo apertis ianuis in propatulo epulati sunt: celeberrimæ dies omni cæremoniarum genere fuit. Cum Annibal circa Tarentum, consules ambo in Samnio essent, sed circumfessuri Capuam uiderentur: quod malum diuturnæ obsidionis esse solet, iam famem Campani sentiebant: quia sementem facere prohibuerant eos Romani exercitus. itaque legatos ad Annibalem miserunt, orantes, ut prius quam consules in agros suos educerent legiones: uicque omnes hostium præsidij insiderentur: frumentum ex propinquis locis conuehi iuberet Capuam. Annibal Hannonem ex Brutijs cum exercitu in Campaniam transire, & dare operam ut frumenti copia fieret Campanis, iussit. Hanno ex Brutijs profectus cum exercitu, uitabundus castra hostium, consulesque, qui in Samnio erant, cum Beneuento iam appropinquaret, tria passuum millia ab ipsa urbe loco edito castra posuit. inde ex focijs circa populis, quò æstate comportatum erat: deuehi frumentum in castra iussit, præsidij datis, quæ commeatus eos prosequerentur. Capuam inde nuntium misit, qua die ad accipiendum frumentum præsto essent, omni undique genere uehicularum, iumentorumque ex agris contracto. Id pro cætera secordia negligentiæque a Campanis actum. paulo plus CCC uehicula missa, & pauca præterea iumenta. ob id castigatis ab Hannonem, quod ne fames quidem, quæ mutas accenderet bestias, curam eorum stimulare posset: alia producta dies ad frumentum maiore apparatu petendum. Ea omnia, sicut acta erant, cum enuntiata Beneuentanis essent, legatos decem extemplo ad consules (circa Bouianum castra Romanorum erant) miserunt. Qui cum auditis quæ ad Capuam agentur, inter se comparassent, ut alter in Campaniam exercitum duceret: Fuluius, cui ea prouincia euenerat: profectus nocte Beneuentum, moenia est ingressus. Ex propinquo cognoscit, Hannonem cum exercitus parte profectum frumentatum: duo millia plaustrorum, inconditam, inermemque aliam turbam aduenisse: per tumultum ac trepidationem omnia agi, castrorumque formam, & militarem ordinem, immistis agrestibusque ex terris, sublatum. His satis comperitis, consul militibus edicit: signa tantum armaque in proximam noctem expedirent: castra punica oppugnanda esse. Quarta uigilia profecti, sarcinis omnibus, impedimentisque Beneuenti relictis, paulo ante lucem cum ad castra peruenissent, tantum pavoris iniecerunt, ut si in plano castra posita essent, haud dubie primo impetu capi potuerint. altitudo loci, & munimenta defendere: quæ nulla ex parte adiri, nisi arduo ac difficili ascensu poterat. Luce prima prælium ingens accensum est. nec uallum modo tutantur Pœni: sed, ut quibus locus æquior esset, deturbant nitentis per ardua hostes. Vicit tamen omnia pertinax uirtus: & aliquot simul partibus ad uallum, ac fossas peruentum est, sed cum multis uulneribus, ac militum pernicie. Itaque conuocatis tribunis militum consul abstandum temerario incepto ait. tutius sibi uideri, reduci eo die exercitum Beneuentum: dein postero castris se hostium iungi, ne exire inde Campani, neue Hanno regredi posset. id quo facilius obtineatur: collegam quoque, & exercitum eius se accitum: totumque eò uersuros bellum. Hæc consilia ducis, cum iam receptui caneret, clamor militum aspernantium tam segne imperium discit. Proxima portæ hostium erat cohors peligna: cuius præfectus Vibius creptum uexillum trans uallum hostium traiecit. execratus inde seque & cohortem, si eius uexilli hostes potiti essent: princeps ipse per fossam uallumque in castra irrupit. Iamque intra uallum Peligni pugnabant, cum altera parte Valerio Flacco tribuno militum tertie legionis exprobrante Romanis ignauiam, qui focijs captorum castrorum concederent decus: T. Pedanius princeps primus centurio, cum signifero signum admisset: iam hoc signum, & hic centurio, inquit, intra uallum hostium erit: sequantur qui capi signum ab hoste prohiberi sunt. Manipulares sui primum transcendentem fossam, dein legio tota secuta est: Iam & consul ad conspectum transgredientium uallum mutato consilio, ab reuocandis ad incitandos hortandosque uersus milites, ostendere in quanto discrimine ac periculo fortissima cohors fociorum & ciuium legio esset. Itaque pro se quisque omnes per æqua atque iniqua loca, cum undique tela conicerentur, armaque & corpora hostes obijcerent, peruadunt, irrumpuntque. multi uulnerati, etiam quos uires sanguisque desereret, ut intra uallum hostium caderent nitebatur. Capta itaque momento temporis, uelut in plano sita, nec permunita castra. Cedes inde, non iam pugna erat, omnibus intra uallum permistis. supra sex millia hostium cæsa. supra septem millia capiuntur

kk tur

tur, cum frumentatoribus campanis, omnique plaustrorum & iumentorum apparatu. capta & alia ingens præda fuit, quam Hanno, populabundus passim cumisset, ex sociorum populi Romani agris traxerat. Inde deiectis hostium castris, Beneuentum reditum est. prædamque ibi ambo coniuales (nam & Ap. Claudius eò post paucos dies uenit) uendiderunt, diuiseruntque. & donati, quorum opera castra hostium capta erant, ante alios Vibius Pelignus, & T. Pedanius princeps tertiæ legionis. Hanno ab Cominio Cerito, quò nuntiata castrorum clades est, cum paucis frumentatoribus, quos forte secum habuerat: fugæ magis, quàm itineris modo in Brutios rediit. Et Campani audita sua pariter, sociorumque clade, legatos ad Annibalem miserunt, qui nuntiarent, duos consules ad Beneuentum esse, diei iter à Capua: tantum non ad portas, & muros bellum esse. ni propere subueniat, celerius Capuam, quàm Arpos, in potestatem hostium uenturam. ne Tarentum quidem, non modo arcem, tanti debere esse, ut Capuam, quam Carthagini æquare sit solitus, desertam, indefensamque populo Romano tradat. Annibal curæ sibi fore rem Campanam pollicitus, in præsentia duo millia equitum cum legatis mittit, quo præsidio agros populationibus possent prohibere. Romanis interim, sicut aliarum rerum, arcis Tarentinæ, præsidique quod ibi obsideretur, cura esse. C. Seruilius legatus ex autoritate patrum à P. Cornelio prætore in Hetruriam ad frumentum cocmendum missus, cum aliquot nauibus onustis in portum Tarentinum inter hostium custodias peruenit.

Cuius aduentu, qui ante in exigua spe, uocati sæpe ad transitionem ab hostibus per colloquia erant, ultro ad transeundum hosteis uocabant, sollicitabantque. & erat satis ualidum præsidium, traductis ad arcem Tarenti tuendam, qui Metaponti erant, militibus. Itaque Metapontini extemplo metu, quo tenebantur, liberati ad Annibalē defecere. Hoc idem eadem ora maris & Thurini fecerunt. mouit eos non Tarentinorum magis defectio, Metapontinorumque, quibus indidem ex Achaia oriundi etiam cognatione iuncti erant, quàm ira in Romanos, propter obsides nuper interfectos. Eorum amici, cognatique literas ac nuntios ad Hannonem, Magonemque, qui in propinquo in Brutis erant, miserunt, si exercitum ad mœnia admouissent, se in potestatem eorum urbem tradituros esse. M. Atinius Thurinis cum modico præsidio præerat. quæ facile elici ad certamen temere incundum rebantur posse, non tam militum, quos per paucos habebat, fiducia, quàm iuuentutis thurinæ. eam ex industria centuriauerat, armaueratque ad tales casus: Diuisis copijs inter se duces pœni cum agrum thurinum ingressi essent, Hanno cum peditum agmine infestis signis ire ad urbem pergat, Mago cum equitatu tectus collibus ad tegendas insidias oppositis, subsistit. Atinius peditum tantum agmine per exploratores comperto, in aciem copias educit, & fraudis intestinæ, & hostium insidiarum ignarus. Pedestre prælium fuit perferre, paucis in prima acie pugnantibus Romanis, Thurinis expectantibus magis, quàm adiuuantibus euentum. & Carthaginensium acies de industria pedem referebat, ut ad terga collis ab equite suo infestis hostem incautum pertraheret. Quò ubi uentum est, coorti cum clamore equites propere inconditam Thurinorum turbam, nec satis fido animo unde pugnat stantem, extemplo in fugam auerterunt. Romani, quanquam circumuentos hinc pedes hinc eques urgebat, tamen aliquandiu pugnam traxere. postremo & ipsi terga uertunt, atque ad urbem fugiunt. Ibi proditores conglobati cum popularium agmen patientibus portis accepissent: ubi Romanos fusos ad urbem ferri uiderunt, conclamant, instare Pœnum: permistosque hosteis urbem inuasuros, ni propere portas claudant. ita exclusos Romanos præbuere hosti ad cædem. Atinius tamē cum paucis receptus. Seditio inde paulisper tenuit, cum alij urbem tuendam, inde alij cedendum fortunæ, & tradendam urbem uictoribus censerent. cæterum, ut plerumque, fortuna, & consilia mala uicerunt. Atinio cum suis ad mare ac naues deducto, magis quia ipsi ob imperium in se mite ac iustum consultum uolebant, quàm respectu Romanorum, Carthaginenses in urbem accipiunt. Consules à Beneuento in Campanum agrum legiones ducunt, non ad frumenta modo, quæ iam in hybernis erant, corrumpenda, sed ad Capuam oppugnandam, nobilem se consulatum tam opulentæ urbis excidio rati facturos: simul & ingens flagitium imperio dempturos, quod urbi tam propinquæ tertium annum impunita defectio esset. Cæterum ne Beneuentum sine præsidio esset, & ut ad subita belli

belli, si Annibal (quod facturum haud dubitabant) ad opem ferendam socijs Capuani uenisset, equites uim sustinere possent: T. Gracchum ex Lucanis cum equitatu, ac leui armatura Beneuentum uenire iubent. legionibus, stariuisq; ad obtinendas res in Lucanis aliquem praeficeret. Graccho, priusquam ex Lucanis moueret, sacrificanti triste prodigium factum est. ad exta sacrificio perpetrato angues duo ex occulto allapsi edere icur, conspectiq; repente ex oculis abierunt. id cum aruspicum monitu sacrificiū instauraretur, atq; intentius exta reserata seruari uarentur, iterum ac tertium uenisse tradunt, libatoq; iocinore intactos angues abijisse. Cū aruspices ad imperatorem id pertinere prodigium praemonuissent, & ab occultis cauendum hominibus, consilijsq;, nulla tamen prouidentia fatum imminens moueri potuit. Flavius Lucanus fuit, caput partis eius Lucanorum, cum pars ad Annibalem defecisset, quæ cum Romanis stabat: & iam anno in magistratu erat, ab eisdem illis creatus praetor. Is mutata repente uoluntate locum gratiæ apud Pœnum quærens, neq; transire ipse, neq; trahere ad defectionem Lucanos satis habuit, nisi imperatoris, & eiusdem hospitis proditi capite ac sanguine foedus cum hostibus sanxisset. ad Magonem, qui in Brutijs praerat, clam in colloquium uenit. fideq; ab eo accepta, si Romanū is imperatorē tradidisset, liberos cum suis legibus uenturos in amicitiam Lucanos, deducit Pœnum in locum pacis Gracchum adducturus. Magonem ibi pedes equitesq; armare, & capere eas latebras, ubi ingentem numerum occuleret, iubet. Loco satis inspecto, atq; undiq; explorato, dies composita gerendæ rei est. Flavius ad Romanum imperatorem uenit. Rem se ait magnam inchoasse, ad quam perficiendam ipsius Gracchi opera opus esset. omnium populorum praetoribus, qui ad Pœnum in illo cōmuni Italiæ motu descissent, persuasisse, ut redirent in amicitiam Romanorū, quando res quoq; Romana, quæ prope exitium clade Cannensi uenisset, in dies melior atque auctior fieret, Annibalis uis senesceret, ac propè ad nihilum uenisset. ueteri delicto haud implacabileis fore Romanos: nullam unquam gentem magis exorabilem, promptioremq; ueniam dandæ fuisse. quoties rebellionem etiam maiorum suorum ignotum: Hæc ab se ait dicta. cæterum ab ipso Graccho eadem hæc audire malle eos, praesentisq; contingere dextram: id pignus fidei secum ferre. Locum se consilijs edixisse à conspectu amotū, haud procul à castris Romanis. ibi paucis uerbis transigi rem posse, ut omne nomen Lucanum in fide ac societate Romana sit. Gracchus fraudem & sermoni & rei abesse ratus, ac similitudine ueri captus, cum licitoribus ac turma equitum à castris profectus, duce hospite in insidias praecipitatus. Hostes subito exorti. & ne dubia proditio esset, Flavius his se adiungit. tela undiq; in Gracchum atque equites conijciuntur. Gracchus ex equo defilit, idem cæteros facere iubet: hortaturq;, ut quod unum reliquum fortuna fecerit, id honestent uirtute. reliquum autem quid esse paucis à multitudine in ualle sylua ac montibus septa circumuentis, praeter mortem: id referre, utrum praesenti torpore pecorum modo inulti trucidentur: an toto animo à patiendo expectandoq; euentu in impetum atq; iram uerso, agentes audentesq;, perfusi hostium cruore inter expirantium inimicorū cumulata armaq; & corpora cadant. Lucanum proditorem ac transfugam omnes peterent. qui eam uictimam praese ad inferos misisset, eum decus eximium, egregiumq; solatium suæ morti inuenturum. Inter hæc dicta paludamenro circum læuum brachium intorto (nam ne scuta quidem secum extulerant) in hostes impetum fecit. Maior quàm pro numero hominum editur pugna. iaculis maxime aperta corpora Romanorum, & cum undique ex altioribus locis in cauam uallem coniectus esset, transfiguntur. Gracchum iam nudatum praesidio uiuum capere Pœni nituntur. cæterum ille conspicatus Lucanum hospitem inter hosteis adeo infestus confertos inuasit, ut parci ei sine multorum pernicie non posset. Exanimem eum Mago extemplo ad Annibalem misit, ponitq; cū captis simul fascibus ante tribunal imperatoris iussit. Hæc uera fama est.

Gracchus in Lucanis ad campos, qui ueteres uocantur, perijt. Sunt qui in agro Beneuentano prope Calorem fluuium ostendant à castris cum licitoribus, ac tribus seruis lauandi causa progressum, cum forte inter salicta innata ripis laterent hostes, nudum atq; incrimem, saxiq;, quæ uoluit amnis, propugnantem, interfectum. Sunt qui aruspicum monitu quingentos passus à castris progressum, uti loco puro ea, quæ ante dicta prodigia sunt, procuraret, ab insiden-

tibus forte locum duabus turmis Numidarum circumuentum scribant. adeo nec locus, nec ratio mortis in uiro tam claro & insigni constat. Funeris quoque Gracchi uaria fama est. Alij in castris Romanis sepultum ab suis: alij ab Annibale (& ea uulgatior fama est) tradunt in uestibulo punicorum castrorum rogam extructum esse, armatum exercitum decurrisse cum tripudijs Hispanorum, motibusque armorum & corporum suæ cuique genti assuetis, ipso Annibale omni rerum uerborumque honore exequias celebrante. Hæc tradunt, qui in Lucanis rei gestæ auctores sunt. Si illis, qui ad Calorem fluium interfectum memorant, credere uelis, capitis tantum Gracchi hostes potiti sunt. eo delato ad Annibalem, missus ab eo confestim Carthalo, qui in castra Romana ad Cn. Cornelium quaestorem deferret. is funus imperatoris in castris, celebrantibus cum exercitu Beneuentanis, fecit. Consules agrum Campanum ingressi cum passim popularentur, eruptione oppidanorum & Magonis cum equitatu territi, ac trepidi ad signa milites palatos passim reuocarunt: & uixdum instructa acie fusi, supra mille & quingentos milites amiserunt. Inde ingens ferocia superbæ suopte ingenio genti creuit: multisque prælijs lacebsebant Romanos. sed intentiores ad cauendum consules una pugna fecerat, incaute atque inconsulte inita. Restituit tamen his animos, & illis minuit audaciam parua una res. sed in bello nihil tam leue est, quod non magnæ interdum rei momentum faciat. T. Quintio Crispino Badius Campanus hospes erat perfamiliari hospitio iunctus. creuerat consuetudo, quod æger Romæ apud Crispinum Badius ante defectionem Campanam liberaliter, comiterque curatus fuerat. Tum Badius progressus ante stationes, quæ pro porta stabant, euocari Crispinum iussit. quod ubi est Crispino nuntiatum, ratus colloquium amicum ac familiare quaeri, manente memoria etiam in dissidio publicorum foederum priuati iuris, paulum à cæteris processit. Postquam in conspectum uenere, prouoco te, inquit, ad pugnam Crispine, Badius. conscendamus equos, summotisque alijs, uter bello melior sit decernamus. Ad ea Crispinus, nec sibi, nec illi ait hostes deesse, in quibus uirtutem ostendant. se ab eo, etiam si in acie occurrat, declinaturum, ne hospitali cæde dextram uiolet. conuersusque abibat. Enimvero ferocius tum Campanus increpare mollitiem ignauiamque, & se digna probra in infontem iacere, hospitem hostem appellans, simulantemque parcere cui sciat parem se non esse. si parum publicis foederibus ruptis dirempta simul & priuata iura esse putet, Badium Campanum T. Quintio Crispino Romano palam omnibus, duobus exercitibus audientibus, renuntiare hospitium. nihil sibi cum eo consociatum, nihil foederatum hospiti cum hoste, cuius patriam ac penates publicos priuatosque oppugnatum uenisset. si uir esset, congregeretur. Diu cunctantem Crispinum perpulere turmales, ne impune insultare Campanum pateretur. itaque tantum moratus, dum imperatores consuleret, permitterentne sibi extra ordinem in prouocantem hostem pugnare, permissu eorum arma cepit, equumque conscendit, & Badium nomine compellans ad pugnam euocauit. Nulla mora à Campano facta est. infestis equis concurrere. Crispinus supra scutum sinistrum humerum Badio hasta transfixit: superque delapsus cum uulnere ex equo desiliit, ut pedes iacentem conficeret. Badius priusquam opprimeretur, parma atque equo relicto, ad suos aufugit. Crispinus equum, armaque capta, & cruentam cuspidem insignis spolijs ostentans, cum magna laude & gratulatione militum ad consules est deductus, laudatusque ibi magnifice, & donis donatus. Annibal ex agro Beneuentano castra ad Capuam cum mouisset, tertio post die quam uenit, copias in aciem eduxit: haudquaquam dubius, quod Campanis absente se paucos ante dies secunda fuisset pugna, quin multo minus se, suumque toties uictorem exercitum sustinere Romani possent. Cæterum posteaquam pugnari ceptum est, equitum maxime incursum cum iaculis obrueretur, laborabat Romana acies: donec signum equitibus datum est, ut in hostem admitterent equos. itaque equestre prælium erat, cum procul uisus Sempronianus exercitus, cui Cn. Cornelius quaestor præerat, utrique parti parem metum præbuit, ne hostes noui aduarent. uelut ex composito utrinque signum receptui datum: reductisque in castra prope æquo Marte discesserunt. plures tamen ab Romanis primo incursum equitum ceciderunt. Inde consules ut auerterent Capua Annibalem, nocte quæ secuta est diuersi, Fuluius in agrum Cumanum, Claudius in Lucanos, abierunt. Postero die cum uacua castra Romanorum, nuntiatum Annibali esset

esset: & duobus agminibus diuersos abiisse: incertus primo utrum sequeretur, Appium instituit sequi. Ille circumducto hoste quã uoluit, alio itinere ad Capuam redijt. Annibali alia in ijs locis bene gerendæ rei fortuna oblata est. M. Centenius fuit cognomine Penula, insignis inter primi pili ceturiones & magnitudine corporis, & animi. Is perfunctus militia, per P. Cornelium Sullam prætorcm in Senatum introductus petit à patribus: uti sibi quinque millia militum darentur: se peritum & hostis & regionum, breui operæ precium facturum: & quibus artibus ad id locorum nostri & duces, & exercitus capti forent, ijs aduersus inuentorem usurum. Id non promissum magis stolide, quàm stolide creditum: tanquam eadem militares, & imperatoriarum artes essent. Data pro quinque octo millia militum: pars dimidia ciues, pars socij. & ipse aliquantum uoluntariorum itinere in agris conciuuit: ac propè duplicato exercitu in Lucanos peruenit, ubi Annibal nequicquam secutus Claudium substiterat. Haud dubia res est: quippe inter Annibalem ducem, & centurionem, exercitusq; alterum uincendo ueteranum, alterum nouum totum, & magna ex parte etiam tumultuarium ac semiermem. Vt inspecta inter se agmina sunt, & neutra pars detrectauit pugnam, extemplo instructæ acies, pugnatum tamen ut in nulla pari re duas amplius horas: concitata etiam, donec dux stetitisset, Romana acies. Posteaquam is non pro uetere fama solum, sed etiam metu futuri dedecoris, si sua temeritate contractæ cladi superesset, obicctans se hostium telis cecidit: fusa extemplo est Romana acies. sed adeo ne fugæ quidem iter patuit, omnibus uis ab equite infelsis, ut ex tanta multitudine uix mille euaserint. cæteri passim, alij alia peste absumpti sunt. Capua à consulibus interim summa uis obsideri cœpta est: quæq; in eam rem opus erant, comportabantur, parabanturq;. Casilinum frumentum conuectum: ad Vulturinũ ostium, ubi nunc urbs est, castellum communitum: (ante Fabius Maximus munierat) præsidium impositum, ut & mare proximum, & flumen in potestate essent. In ea duo maritima castella frumentum, quod ex Sardinia nuper missum erat: quodq; Mutius prætor ex Hetruria coemerat: ab Ostia conuectum est, ut exercitui per hyemem copia esset. Cæterum super eam cladem, quæ in Lucanis accepta erat, uolonum quoq; exercitus, qui uiuo Graccho summa fide stipendia fecerat: uelut ex autoratus morte ducis, ab signis decessit. Annibal non Capuam neglectam, neque in tanto discrimine desertos uolebat socios: sed prospero ex temeritate unius Romani ducis successu, in alterius ducis exercitusq; opprimendi occasionem imminebat. Cn. Fuluium prætorcm Apuli legati nuntiabant, primo dum urbes quasdam Apulorum, quæ ad Annibalem desciuissent, oppugnaret, intentius rem egisse: postea nimio successu & ipsum, & milites præda impletos in tantam licentiam secordiamq; effusos, ut nulla disciplina militiæ esset. Annibal cum sæpe aliàs, tum paucis diebus ante expertus qualis sub infcio duce exercitus esset, in Apuliam castra mouit. Circa Herdoniã Romanæ legiones, & prætor Fuluius erant. quò ubi allatum est hostes aduentare: propè est factum, ut iniussu prætoris signis conuulsis in aciem exirent. nec res ulla magis tenuit, quàm spes haud dubia, suo id arbitrio, ubi uellent, acturos. Nocte insequenti Annibal, cum tumultuatum in castris, & plerosq; ferociter signum ut daret instituisse duci ad arma uocanteis, sciret: haud dubius prosperæ pugnæ occasionem dari, tria millia expeditorum militum in uillis circa, uepribusq;, & syluis disponit: qui signo dato simul omnes è latebris exilirent. & Magonem, ac duo fermè millia equitum, quã fugam inclinaturam credebat: omnia itinera insidere iubet. his nocte præparatis, prima luce in aciem copias educit. Nec Fuluius est cunctatus, non tam sua ulla spe, quàm militum impetu fortuito tractus. itaq; eadem temeritate, qua processum in aciem est, instruitur ipsa acies ad libidinẽ militum forte procurrentium, cõsistentiumq; quo loco ipsorum tulisset animus, deinde per libidinẽ aut metum deferentium locum. prima legio, & sinistra ala primo instructæ, & in longitudinem porrectæ acies: clamantibus tribunis, nihil introrsus roboris ac uirium esse, & quacunq; impetum fecissent, hostes perrupturos. nil, quod salutare esset, non modo ad animum, sed ne ad aures quidem admittebant. Et Annibal quidem haudquaquam simili exercitu, neq; ita instructo aderat. ergo ne clamorem quidem atq; impetum primum eorum Romani sustinere. Dux stultitia, & temeritate Centenio par, animo nequaquam comparandus, ubi rem in-

kk ; clinatam

clinatam ac trepidantes suos uidit, equo arrepto cum ducentis ferme equitibus effugit. cætera à fronte pulsa, à tergo atq; alis circumueñta acies eo usq; est caesa, ut ex duodeuiginti millibus hominum duo millia haud amplius euaserint. castris hostes potiti sunt. Hæ clades super aliam alia Romam cum essent nuntiatæ, ingens quidem & luctus, & pauor ciuitatem cepit. sed tamen quia consules, ubi summa rerum esset, ad id locorum prospere gererent, minus his claudibus commouebantur. Legatos ad consules mittunt C. Lectorium, M. Metilium: qui nuntiant, ut reliquias duorum exercituum cum cura colligerent: darentq; operam, ne per metum ac desperationem hosti se dederent (id quod post Cannensem accidisset cladem) & ut desertores de exercitu uolonum conquirerent. Idem negotij P. Cornelio datum, cui & delectus mandatus erat. isq; per fora conciliabulaq; edixit, ut conquisitio uolonum fieret, ijq; ad signa reducerentur. Hæc omnia intentissima cura acta. Ap. Claudius consul D. Junio ad ostium Vulturni, M. Aurelio Cotta Puteolis præposito, qui, ut quæque naues ex Hetruria ac Sardinia accessissent, extemplo in castra mitterent frumentum, ipse ad Capuam regressus Q. Fuluium collegam inuenit Casilino omnia importantem molientemq; ad oppugnandam Capuam. Tum ambo consules circumfederunt urbem, & Claudiu Neronem prætorem ab Suessula ex Claudianis castris exciuerunt. Is quoque modico ibi præsidio ad tenendum locum relicto, cæteris cum omnibus copijs ad Capuam descendit. ita tria prætoria circa Capuam erecta, tres exercitus diuersis partibus opus aggressi, fossa ualloq; circundare urbem parant: & castella excitant modicis interuallis: multisq; simul locis cum prohibentibus opera Campanis eo uenturo pugnant, ut postremo portis muroq; se contineret Campanus. Prius tamen, quàm hæc continuerentur opera, legati ad Annibalem missi: qui quererentur, desertam ab eo Capuam, ac propè redditam Romanis: obtestarenturq; ut tunc saltem opem non circumfessis modo, sed etiam circumuallatis ferret. Consulibus literæ à P. Cornelio prætore missæ: ut priusquam clauderent Capuam operibus, potestatem Campanis facerent: ut qui eorum uellent, exirent ab Capua, suasq; res secum auferrent. liberos fore, suaque omnia habituros, qui ante Idus Martias exissent. post eam diem quiq; exissent, quiq; ibi mansissent, hostium futuros numero. Ea pronuntiata Campanis, atq; ita spreta, ut ultro dicerent contumelias, minarenturq;. Annibal ab Herdonia Tarentum duxerat legiones, spe aut uis, aut dolo arcis Tarentinæ potiundæ. quod ubi parum processit, ad Brundisium flexit iter, prodi id oppidum ratus. ibi quoque cum frustra tereret tempus, legati Campani ad eum uenerunt, querentes simul, orantesque. quibus Annibal magnifice respondit: & antea soluisset obsidionem, & nunc aduentum suum consules non laturos. cum hac spe dimissi legati uix regredi Capuam, iam duplici fossa ualloque circumuallata, potuerunt. Cum maxime Capua circumuallaretur, Syracusarum quoque oppugnatio ad finem uenit, præterquam uis ac uirtute ducis exercitusq;, intestina etiam prodicione adiuta. Nanque Marcellus initio ueris incertus utrum Agrigentum ad Himilconem & Hippocratem uerteret bellum, an obsidione Syracusas premeret: quanquam nec uis capi uidebat posse inexpugnabilem terrestri ac maritimo situ urbem, nec fame, quam propè liberi ab Carthagine commeatus alerent: tamen ne quid inexpertum relinqueret, transfugas Syracusanos (erant autem apud Romanos aliqui nobilissimi uiri, inter defectionem ab Romanis, quia ab nouis consilijs abhorrebant, pulsique) colloquijs suæ partis tentare hominum animos iussit: & si dem dare, si traditæ forent Syracusæ, liberos eos ac suis legibus uicturos esse. Non erat colloquijs copia: quia multorum animi suspecti omnium curam oculosq; conuerterant, ne quid falleret tale admissum. Seruus unus exulum pro transfuga intromissus in urbem, conuentis paucis, initium colloquendi de tali re fecit. deinde in piscatoria quidam nauti retibus operti, circumuectiq; ita ad castra Romana, collocutiq; cum transfugis. & idem sæpius eodem modo alij atq; alij. postremo ad octuaginta facti. & cum iam composita omnia ad prodicionem essent, inditio delato ad Epicidem per Attalum quendam indignantem sibi rem creditam non esse, necati omnes, & cruciati sunt. Alia subinde spes, postquam hæc uana euaserat, excepit. Damasippus quidam Lacedæmonius missus ab Syracusis ad Philippum regem, captus ab Romanis nauibus erat. huius utique redimendi & Epicidi cura erat ingens: nec abnuic Marcellus

cellus, iam tum Actolorū, cuius gentis socij Lacedæmonij erant, amicitiam affectantibus Romanis. Ad colloquium de redemptione eius missis medius maxime, atque utrisque opportunus locus ad portum Trogilorum, propter turrin quam uocant Galeagram, est uisus. quò cum sæpius commearent: unus ex Romanis ex propinquo murum contemplatus, numerando lapides, æstimandocq; ipse secum, qui in fronte paterent: simul altitudinem muri, quantum proxime coniectura poterat, permensus: humilioremq; aliquanto pristina opinione sua & cæterorum omnium ratus esse, & uel mediocribus scalis superabilem: ad Marcellum rem desert. Haud spernenda res uisa. sed cum adiri locus, qui ob idipsum intentius custodiebatur, non posset, occasio quærebat. quam obtulit transfuga, nuntians, diem festum Dianæ per triduum agi: & quia alia in obsidione desint, uino largius epulas celebrari, & ab Epicide præbito uniuersæ plebi, & per tribus à principibus diuiso. Id ubi accepit Marcellus, cum paucis tribunorum militum collocutus, electisq; per eos ad rem tantam agendam audendamq; idoneis centurionibus militibusq;, & scalis in occulto comparatis, cæteris signū dari iubet, ut mature corpora curarent quieticq; darent. nocte in expeditionem eundum esse. Inde ubi id temporis uisum, quo die epulatis iam, uinoq; fatiatis principium somni esset, signi unius milites ferre scalas iussit: & ad mille ferè armati tenui agmine per silentium eò deducti. Vbi sine strepitu ac tumultu primi euaserunt in murum, secuti ordine alij, cum priorum audacia dubijs etiam animum faceret. Iam mille armatorum ceperant partem, cum cæteræ admotæ, plurib; que scalis in murum euadebant, signo ab Hexapylo dato: quò per ingentem solitudinem erat peruentum, quia magna pars in turribus epulati, aut sopiti uino erant, aut semigraues potabant. paucos tamen eorum comprehensos in cubilibus interfecerunt. Prope Hexapylon est portula. ea magna ui refringi cœpta. & è muro ex composito tuba datum signum erat: & iam undique non furtim, sed ui aperte gerebatur res. quippe ad Epipolas, frequentem custodijs locum, peruentum erat: terrendicq; magis hostes erant, quàm fallendi: sicut terri sunt. nam simulac tubarum est auditus cantus, clamorq; tenentium muros, partemq; urbis: omnia teneri custodes rati, alij per murum fugere, alij salire de muro, præcipitariq; turba pauentium. magna pars tamen ignara tanti mali erat, & grauatis omnibus uino somnóque, & in uastæ magnitudinis urbe partium sensu non satis pertinente in omnia. Sub luce Hexapylo effracto Marcellus omnibus copijs urbem ingressus, excitauit, conuertitq; omnes ad arma capienda, opemque, si quam possent, iam captæ propè urbi ferendam. Epicides ab insula, quam ipsi Nasson uocant, citato profectus agmine, haud dubius quin paucos per negligentiam custodum transgressos murum expulsurus foret, occurrentibus pauidis tumultum augere eos dictitans, & maiora ac terribiora uero afferre: postquam cõspexit omnia circa Epipolas armis cõpleta, lacessito tantum hoste paucis missilibus, retro in Acradinam agmen conuertit: non tam uim, multitudinẽque hostium metuens, quàm ne qua intestina fraus per occasionem oriretur, clausasque inter tumultum Acradinæ atque insulæ inueniret portas. Marcellus ut moenia ingressus ex superioribus locis urbem, omnium fermè illa tempestate pulcherrimam, subiectam oculis uidit, illachrymasse dicitur: partim gaudio tantæ perpetratæ rei, partim uelusta gloria urbis. Atheniensium classes demersæ, & duo ingentes exercitus cum duobus clarissimis ducibus deleti occurrebant: & tot bella cum Carthaginensibus tanto cum discrimine gesta, tot ac tam opulenti tyranni regesq;: præter cæteros Hiero, cum recentissimæ memoriæ rex, tum ante omnia, quæ uirtus ei fortunæque sua dederat, beneficijs in populum Romanum insignis. ea cum uniuersa occurrerent animo, subiretq; cogitatio, iam illa momento hostis arsuræ omnia, & ad cineres reditura: priusquam signa Acradinæ admoueret, præmittit Syracusanos, qui inter præsidia Romana, ut ante dictum est, fuerant, ut alloquio leni perlicerent hostes ad dedendam urbem. Tenebant Acradinæ portas, murosq; maxime transfugæ: quibus nulla erat per conditiones ueniæ spes. ñ nec adire muros, nec alloqui quenquam passi. itaq; Marcellus postquam id inceptum irritum fuit, ad Euryalum signa referri iussit. Tumulus est in extrema parte urbis uersus à mari, uicq; imminens ferenti in agros mediterraneacq; insulæ, per commodus ad comœtus excipiendos. Præerat huic arci Philodemus Argiuis

ab Epicide impositus. ad quē missus à Marcello Sosis, unus ex interfectoꝝ tyranni, cum longo sermone habito dilatus per frustrationem esset, retulit Marcello, tempus eum ad delibendum sumpsisse. Cum is diem de die differret, dum Hippocrates atque Himilco admouerent castra legionesq; , haud dubius, si in arcem accepisset eos, deleri Romanum exercitum inclusum muris posse: Marcellus ut Euryalum neq; tradi, neq; capi uideret posse, inter Neapolim, & Thicam (nomina partium urbis, & instar urbium sunt) posuit castra: timens ne, si frequentia intrasset loca, contineri à discursu miles auidus prædæ non posset. Legati eò ab Thica & Neapoli cum infulis & uelamentis uenerunt, precantes ut à cædibus & ab incendijs parcere-
tur. De quorum precibus quàm postulatis magis consilio habito, Marcellus ex omnium sententia edixit militibus, ne quis liberum corpus uiolaret, cætera prædæ futura. castraque tectis parietum pro muro septa, portis regione platearum patentibus stationes præsidiaq; disposuit, ne quis in discursu militū impetus in castra fieri posset. Inde signo dato milites discurrerunt. refractisq; foribus cum omnia terrore ac tumultu streperent, à cædibus tamen temperatū est. rapinis nullus ante modus fuit, quàm omnia diuturna felicitate cumulata bona egessere. Inter hæc & Philodemus, cum spes auxiliij nulla esset, fide accepta ut inuiolatus ad Epicidem rediret, reducto præsidio tradidit tumulū Romanis. Auersis omnibus ad tumultum ex parte captæ urbis, Bomilcar noctem eam nactus, qua propter uim tempestatis stare ad anchoram in salo Romana classis non posset, cum trigintaquinque nauibus ex portu Syracusano profectus, libero mari uela in altum dedit, quinque & quinquaginta nauibus Epicidæ & Syracusanis relictis. edoctisq; Carthaginensibus, in quanto res Syracusana discrimine esset, cum c nauibus post paucos dies redit, multis (ut fama est) donis ex Hieronis gaza ab Epicide donatus. Marcellus Euryalo recepto, præsidioq; addito, una cura erat liber, nequa ab tergo uis hostium in arcem accepta inclusos impeditosq; mœnibus suos turbaret. Acradinam inde ternis castris per idonea dispositis loca, spe ad inopiam omnium rerum inclusos redacturum se, circumfedit. Cum per aliquot dies quietæ stationes utrinq; fuissent, repente aduentus Hippocratis & Himilconis, ut ultro undiq; oppugnarètur Romani, fecit. nam & Hippocrates castris ad magnum portum cõmunitis, signoq; ijs dato qui Acradinam tenebant, castra uetera Romanorum adortus est, quibus Crispinus præerat: & Epicides eruptione in stationes Marcelli fecit: & classis punica litori, quod inter urbem & castra Romana erat, appulsa est, nequid præsidij Crispino submitti à Marcello posset. Tumultum tamen maiorem hostes præbuerunt, quàm certamen. nam & Crispinus Hippocratem non repulit tantū à munimentis, sed insecutus etiam est trepide fugientem: & Epicidem Marcellus in urbem compulit. satisq; iam etiam in posterum uidebatur prouisum, ne quid ab repentinis eorū excursionibus periculi foret. Accelsit & pestilentia, commune malum, quod facile utrorumq; animos auerteret à belli cõsilijs. nam tempore autumnij, & locis natura grauibus, multo tamē magis extra urbem, quàm in urbe, intoleranda uis æstus per utraq; castra omnium ferme corpora mouit. & primo temporis ac loci uitio & ægri erant, & moriebantur. postea curatio ipsa, & contactus ægrorum uulgabat morbos: ut aut neglecti desertiq; , qui incidissent, morerentur: aut absidentis curanteisq; eadem uis morbi repletos secum traherent: quotidianaq; funera, & mors ob omniū oculos esset, & undiq; dies noctesq; ploratus audirentur. postremo ita assuetudine mali efferauerant animos, ut nō modo nō lachrymis, iustoq; comploratu prosequerentur mortuos, sed ne efferrēt quidem aut sepelirent: iacerentq; strata exanima corpora in conspectu similē quoq; mortem expectantiū: mortuicq; ægros, ægri ualidos cum metu, tum tabe ac pestifero odore corporum conficerent. & ut ferro potius morerentur, quidam inuadebant soli hostium stationes. Multo tamen maior uis pestis Pœnorum castra, quàm Romana, diu circumfendendo Syracusas cæde aquisq; affecerat magis. Ex hostiū exercitu Siculi ut primū uidere ex grauitate loci uulgarī morbos, in suas quisq; propinquas urbes dilapsi sunt. at Carthaginenses, quibus nusquam receptus erat, cum ipsis ducibus Hippocrate atque Himilcone ad internicionem omnes perierunt. Marcellus, ut tanta uis ingruerat mali, adduxerat in urbem suos: infirmaq; corpora tecta & umbræ recreauerant. multi tamen ex Romano exercitu eadem peste absumpti sunt.

Delecto

Deleto terrestri punico exercitu, Siculi, qui Hippocratis milites fuerant, haud in magna oppida, cæterum & situ & munimentis tuta, tria millia alterum ab Syraculis, alterū quindecim ab ostio, & commeatus è ciuitatibus suis comportabant, & auxilia accerfebant. Interea Bomilcar iterum cum classe profectus Carthaginem, ita exposita fortuna sociorum, ut spem faceret, non ipsis modo salutarem opem ferri posse, sed Romanos quoq; in capta quodammodo urbe capi: perpulit ut onerarias naues quàm plurimas omni copia rerum onustas secum mitterent, classemq; suam augerent. Igitur centum triginta nauibus longis, & septuaginta onerarijs profectus à Carthagine, satis prosperos uentos ad traiciendum in Siciliam habuit. sed idem uenti superare cum Pachynum prohibebant. Bomilcaris aduentus fama primo, dein præter spem mora, cum gaudium & metum inuicem Romanis Syraculanisq; præbuisset: Epicides metuens ne, si pergerent idem, qui tum tenebant, ab ortu solis flare per dies plures uenti, classis punica Africam repeteret: tradita Acradina mercenariorum militum ducibus, ad Bomilcarem nauigat. classem in statione uersa in Africam habentem, atq; timentem nauale prælium, non tam quod impar uiribus, aut numero nauium esset (quippe etiam plures habebat) quàm quod uenti aptiores Romanæ quàm suæ classi flarent: perpulit tandem, ut fortunam naualis certaminis experiri uellet. Et Marcellus cum & siculum exercitum ex tota insula conciri uideret, & cum ingenti commeatu classem punicam aduentare, ne simul terra mariq; inclusus urbe hostium urgeretur, quanquam impar numero nauium erat, prohibere aditu Syracularum Bomilcarem constituit. Duæ classes infestæ circa promontorium Pachynum stabant, ubi primum tranquillitas maris in altum euexisset, concursuræ. Itaq; cadente iam euro, qui per dies aliquot seuerat, prior Bomilcar mouit: cuius prima classis petere altum uisa est, quo facilius superaret promontorium. cæterum postquam tendere ad se Romanas naues uidit, incertum qua subita territus re, Bomilcar uela in altum dedit: missisq; nuntijs Heracleam, qui onerarias naues retro in Africam repeterere iuberent, ipse Siciliam præteruectus, Tarentum petit. Epicides à tanta repente destitutus spe, ne in obsidionem magna ex parte captæ urbis rediret, Agrigentū nauigat, expectaturus magis euentum, quàm inde quicquam moturus. Quæ ubi in castra Siculorū sunt nuntiata: Epicidem Syraculis excessisse, à Carthaginensibus relictam insulam, & propè iterum Romanis traditam: legatos de conditionibus dedendæ urbis, explorata prius per colloquia uoluntate eorum qui obsidebantur, ad Marcellū mittunt. Cum haud fermè discreparet, quin quæ ubiq; regum fuissent, Romanorum essent: Siculis cætera cum libertate ac legibus suis seruarentur: euocatis ad colloquium ijs, quibus ab Epicide credita res erat, missos se simul ad Marcellum, simul ab eo ad exercitum Siculorū aiunt: ut una omnium, qui obsiderentur, quicq; extra obsidionem essent, fortuna esset: neue alteri proprie sibi paciscerentur quicquam. Recepti deinde ab ijs ut necessarios hospitesq; alloquerentur, expositis quæ pacta iam cum Marcello haberent, oblata spe salutis perpulere eos, ut secum præfectos Epicidis, Polydetum & Philistionem & Epicidem cui Sydon cognomen erat, aggredierentur. Interfectis ijs, & multitudine ad contionem conuocata: & inopiam, qua ipsi inter se fremere occulte soliti erant, conquesti: & quanquam tot mala urgerent, negarunt fortunam accusandam esse, quod in ipsorum esset potestate, quandiu, ea paterentur. Romanis causam oppugnandi Syraculas fuisse charitatem Syraculanorum, non odium: nam ut occupatas res ab satellitibus Annibalis, deinde Hieronymi, Hippocrate atq; Epicide audierint, tum bellum mouisse, & obsidere urbem cœpisse: ut crudeles tyrannos eius, nō ut ipsam urbem expugnarent. Hippocrate uero interempto, Epicide intercluso ab Syraculis: & præfectis eius occisis, Carthaginensibus omni possessione Siciliæ terra mariq; pulsis: quam superesse causam Romanis, cur non perinde, ac si Hiero ipse uiueret, unicus Romanæ amicitiae cultor, incolumes Syraculas esse uelint: Itaq; nec urbi, nec hominibus aliud periculi, quàm ab semetipsis esse, si occasionem reconciliandi se Romanis prætermisissent. eam autem, qualis illo momento horæ sit, nullam deinde fore, si simul libertas ab impotentibus tyrannis apparuisset. Omnium ingenti assensu oratio audita est. prætores tamen prius creati quàm legatos nominari placuit. ex ipsorum deinde prætorum numero missi oratores ad Marcellum. quorum princeps.

Neq;

Neq; primo, inquit, Syracusani à uobis defecimus, sed Hieronymus, nequaquam tam in uos impius, quam in nos: nec postea pacem tyrāni cæde compositam Syracusanus quisquam, sed satellites regij Hippocrates atq; Epicides, oppressis nobis hinc metu, hinc fraude, turbauerūt: nec quisquam dicere potest: aliquādo nobis libertatis tempus fuisse: quod pacis uobiscum nō fuerit. Nunc certe cæde eorum, qui oppressas tenebant Syracusas: cum primum arbitrij nostri esse cœpimus: extemplo uenimus ad tradenda arma: dedendos nos, urbem, mœnia: nullam recusandam fortunā, quæ imposita à uobis fuerit. Gloriam captæ nobilissimæ pulcherrimæq; urbis Græcarum dii tibi dederunt Marcelle. quicquid unquam terra mariq; memorandum gessimus, id tui triumphij titulo accedit. famæ ne credi malis, quanta urbs à te capta sit, quam posteris quoq; eam spectaculo esse. quò quisquis terra, quisquis mari uenerit: nunc nostra de Atheniensibus, Carthaginensibusq; trophæa, nunc tua de nobis ostendat. incolu-
 mesq; Syracusas familiæ uestræ sub clientela nominis Marcellorum, tutelaq; habendas tradas. ne plus apud uos Hieronymi, quam Hieronis memoria momenti faciat. diutius ille multo amicus fuit, quam hic hostis: & illius etiam benefacta persensistis, huius amentia ad perniciem tantum ipsius ualuit. Omnia & impetrabilia & tuta erant apud Romanos. inter ipsos plus belli ac periculi erat. namq; transfugæ tradi se Romanis rati, mercenariorum quoq; militum auxilia in eundem compulere metum. arreptisq; armis prætores primum obruncāt, inde ad cædem Syracusanorum discurrunt: quosq; fors obrulit, irati interfecerunt: atq; omnia, quæ in promptu erant, diripuerunt, ne sine ducibus essent, sex præfectos creauerunt, ut terni Acradinæ, ac Nasso præessent. Sedato tandē tumultu exequentibus sciscitando mercenarijs, quæ acta cum Romanis essent: dilucere id quod erat, cœpit: aliam suam, ac transfugarum causam esse. In tempore legati à Marcello redierunt: falsa eos suspitione incitatos memorātes: nec causam expetendæ pœnæ eorum ullam Romanis esse. Erat ex tribus Acradinæ præfectis Hispanus, Mericus nomine. ad eum inter comites legatorū de industria unus ex Hispanorum auxiliariis est missus. qui sine arbitris Mericum nactus, primum quo in statu reliquisset Hispaniam (& nuper inde uenerat) exponit. omnia Romanis ibi obtineri armis. posse eū, si operæ precium faciat, principem popularium esse: seu militare cum Romanis, seu in patriam reuertit libeat. contrā, si malle obsideri pergat: quàm spem esse terra mariq; clauso. Motus his Mericus, cum legatos ad Marcellum mitti placuisset: fratrem inter eos mittit. qui per eundem illum Hispanum secretus ab alijs ad Marcellum deductus cum fidem accepisset: composuissetq; agendæ rei ordinem, Acradinam redit. Tum Mericus, ut ab suspitione prodicionis auerteret omnium animos: negat sibi placere legatos commere ultro citroq;: neq; recipiendum quentq; neq; mittendum. & quo intentius custodiæ seruentur: opportuna loca diuidenda præfectis esse, ut suæ quisq; partis tutandæ reus sit. Omnes assensu sunt partibus diuidendis. ipsi regio euenit ab Arethusa fonte usq; ad ostium magni portus. id ut scirent Romani, fecit. Itaq; Marcellus nocte nauim onerariam cum armatis remulco quadriremis trahi ad Acradinam iussit: exponitq; milites regione portæ, quæ propè fontem Arethusam est. Hoc cum quarta uigilia factum esset: expositosq; milites porta, ut conuenerat, recepisset Mericus: luce prima Marcellus omnibus copijs mœnia Acradinæ aggreditur: ita ut non eos solum, qui Acradinam tenebant, in se conuerteret, sed ab Nasso etiam agmina armatorum concurrerent, relictis stationibus suis, ad uim & impetum Romanorū arcendum. In hoc tumultu actuariæ naues instructæ iam ante, circunuectæq; ad Nassum armatos exponūt. qui improviso adorti semiplenas stationes, & ad apertas fores portæ, qua paulo ante excurrerant armati: haud magno certamine Nassum cepere, desertam trepidatione & fuga custodum. neque ullis minus præsidij, aut pertinaciæ ad manendum, quàm transfugis fuit: quia ne suis quidem satis credentes se, medio certamine effugerunt. Marcellus ut captam esse Nassum didicit: & Acradinæ regionem unam teneri, Mericumq; cum præsidio suis adiunctū, receptui cecinit: ne regiæ opes, quarum fama maior q; res erat, diriperentur. Suppresso impetu militum, & ijs qui in Acradina erant transfugis spaciū locusq; fugæ datus est: & Syracusani tandē liberi metu, portis Acradine apertis, oratores ad Marcellū mittunt: nihil petentes aliud, quàm incolumitatem sibi, liberisq; suis.

Marcellus

Marcellus concilio aduocato, & adhibitis etiam Syracusanis, qui per seditiones pulsati ab domo inter praesidia Romana fuerant, respondit: non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis, quam paucis his annis maleficia eorum, qui Syracusas tenuerint, erga populum Romanum esse. sed pleraque eorum quod debuerint, recidisse: foederumque ruptorum ipsos ab se grauiores multo, quam populus Romanus uoluerit, poenas exegisse. Se quidem tertium annum circumfedere Syracusas, non ne populus referuatam ciuitatem haberet, sed ne transfugarum duces captam & oppressam teneret. Quid potuerint Syracusani facere, exemplo uel eos Syracusanorum esse, qui inter praesidia Romana fuerint: uel Hispanum ducem Mericum, qui praesidium tradiderit: uel ipsorum Syracusanorum postremo seruum quidem, sed forte consiliolum. Omnium sibi laborum periculorumque, circa moenia Syracusana terra marisque tandiu exhaustorum, nequaquam tantum fructum esse, quam capere Syracusas potuisse. Inde quaestor cum praesidio ad Nassum ad accipiendam pecuniam regiam, custodiendamque missus. diripiendaque urbs militi data est, custodibus diuisis per domos eorum, qui intra praesidia Romana fuerunt. Cum multa irae, multa inuidiae, auaritiaque foeda exempla cederentur: Archimedem memoriae proditum est, in tanto tumultu, quantum capta urbs in discursu diripientium militum cedere poterat, intentum formis, quas in puluere descripserat, ab ignaro milite quis esset, interfectum. aegre id Marcellum tulisse, sepultureque curam habitam: & propinquis etiam inquisitis honori praesidioque nomen ac memoriam eius fuisse. Hoc maxime modo Syracusae captae. in quibus praedae tantum fuit, quantum uix capta Carthagine tum fuisset, cum qua uiribus aequis certabatur. Paucis ante diebus, quam Syracusae caperentur, T. Octacilius cum quinqueremibus octoginta Uticam ab Lilybaeo transmisit, & cum ante lucem portum intrasset, onerarias frumento onustas cepit: egressusque in terram, depopulatus est aliquantum agri circa Uticam: praedamque omnis generis retro ad naues egit. Lilybaeum tertio die, quam inde profectus erat, cum centum triginta onerarijs nauibus frumento praedaeque onustis redijt: idque frumentum extemplo Syracusas misit. quod ni tam in tempore subuenisset, uictoribus uictisque pariter perniciofa fames instabat. Eadem aetate in Hispania, cum biennio ferme nihil admodum memorabile factum esset, consilijque magis quam armis bellum gereretur, Romani imperatores egressi hybernicis copias coniunxerunt, ibi concilium aduocatum, omniumque in unum congruerunt sententiae: quando ad id locorum id modo actum esset, ut Asdrubalem tendentem in Italiam retineret, tempus esse id iam agi, ut bellum in Hispania finiretur. & satis ad id uirium credebant accessisse, triginta millia Celtiberorum ea hyeme ad arma excitata. Tres exercitus erant, Asdrubal Gisonis filius, & Mago coniunctis castris quinque ferme dierum iter ab Romanis aberant. Propior erat Amilcaris filius Asdrubal, uetus in Hispania imperator. ad urbem nomine Anitorgin exercitum habebat. Eum uolebant prius opprimi duces Romani, & spes erat satis superque ad id uirium esse. illa restabat cura, ne fuso eo percussis, alter Asdrubal & Mago, in auios saltus montesque recipientes sese, bellum extraherent. Optimum igitur rati diuisis bifariam copijs totius simul Hispaniae amplecti bellum, ita inter se diuiserunt: ut P. Cornelius duas partes exercitus Romanorum sociorumque aduersus Magonem duceret atque Asdrubalem: Cn. Cornelius cum tertia parte ueteris exercitus Celtiberis adiunctis cum Asdrubale Barchino bellum gereret.

Vna profecti ambo duces exercitusque, Celtiberis praegredientibus, ad urbem Anitorgin in conspectu hostium, dirimente amne, ponunt castra. Ibi Cn. Scipio cum quibus ante dictum est copijs substitit. Et P. Scipio profectus ad destinatam belli partem. Asdrubal postquam animaduertit exiguum Romanum exercitum in castris, & spem omnem in Celtiberorum auxilijs esse: peritus omnis barbaricae, & praecipue omnium earum gentium, in quibus per tot annos militabat, perfidiae, facili linguae commercio, cum utraque castra plena Hispanorum essent, per occulta colloquia paciscitur magna mercede cum Celtiberorum principibus, ut copias inde abducant. Nec atrox uisum facinus. non enim ut in Romanos uerterent arma agebatur: & merces, quanta uel pro bello satis esset, dabatur ne bellum gererent: & cum quies ipsa, tum reditus domum, fructusque uidendi suos suaque, grata uulgo erant. itaque non ducibus facilius, quam multitudini persuasum est: simul ne metus quidem ab Romanis erat, quippe tam paucis, se ne retinerent

retinerent. Id quidem cauendum semper Romanis ducibus erit, exemplarum hæc uere pro documentis habenda, ne ita externis credant auxilijs, ut non plus sui roboris, suarumque proprie uirium in castris habeant. Signis repente sublatis Celtiberi abeunt, nihil aliud querentibus causam, obtestantibusque ut manerent Romanis respondentes, quam domestico se auocari bello. Scipio, postquam socij nec precibus, nec ui retineri poterant: nec se aut parem sine illis hosti esse, aut fratri rursus coniungi uidit posse: nec ullum aliud salutare consilium in promptu esse: retro quantum posset, cedere statuit, in id omni cura intentus, nec ubi hosti æquo se committeret loco, qui transgressus flumen propè uestigijs abeuntium insistebat. Per eodem dies P. Scipionem par terror, periculum maius ab nouo hoste urgebat. Masanissa erat iuuenis, qui eo tempore erat socius Carthaginensium, quem deinde clarum potentemque Romana fecit amicitia. Is tum cum equitatu Numidarum & aduenienti P. Scipioni occurrit, & deinde assidue dies noctesque infestus aderat: ut non uagos tantum procul à castris lignatum pabulumque progressos exciperet, sed ipsis obequicaret castris, inuectusque in medias sæpe stationes omnia ingenti tumultu turbaret. noctibus quoque sæpe incurfu repentino in portis ualloque trepidatum est: nec aut locus, aut tempus ullum uacuum à metu ac sollicitudine erat Romanis. compulsisque intra uallum, adempto rerum omnium usu, cum propè iusta obsidio esset: futuramque arctiorem eam appareret, si se Indibilis, quem cum septem millibus & quingentis Sueffetanorum aduentare fama erat, Pœnis coniunxisset: dux cautus & prudens Scipio uictus necessitatibus temerarium capit consilium, ut nocte Indibili obuiam iret, & quocumque occurrissent loco, prælium confereret. Relicto igitur modico præsidio in castris, præpositoque T. Fonteio legato, media nocte profectus cum obujs hostibus manus conseruit. Agmina magis, quam acies pugnabant. superior tamen, ut in tumultuaria pugna, Romanus erat. cæterum & equites Numidæ repente, quos sefellisse se dux ratus erat, ab lateribus circumfusi magnum terrorem intulere. Contracto aduersus Numidas certamine nouo, tertius insuper aduenit hostis, duces pœni assecuti ab tergo iam pugnantes. ancepsque prælium Romanos circumsteterat, incertos in quem potissimum hostem, quam uic in partem conferti eruptionem facerent. Pugnantibus, hortantibusque imperatori, & offerenti se, ubi plurimus labor erat, latus dexterum lancea traiecit: cui neusque is hostium, qui in confertos circa ducem impetum fecerat, ut exanimem labentemque ex equo Scipionem uidit, alacres gaudio cum clamore per totam aciem nuntiantes discurrunt, imperatorem Romanum cecidisse. Hæc peruagata passim uox, ut & hostes haud dubie pro uictoribus, & Romani pro uictis essent, fecit. Fuga confestim ex acie duce amisso fieri cœpta est. cæterum ut ad erumpendum inter Numidas, aliarumque leuium armatorum auxilia haud difficilis res erat: ita effugere tantum equitum, æquantiumque equos uelocitate paditum, uix poterant: cæsiisque propè plures in fuga, quam in pugna sunt. nec superfuisset quisquam, nisi præcipiti iam ad uesperum die nox interuenisset. Haud segniter inde duces pœni fortuna usi, confestim è prælio, uix necessaria quiete data militibus, ad Asdrubalem Amilcaris citatum agmen rapiunt, non dubia spe, cum copias coniunxissent, debellari posse. Quò ubi est uentum, inter exercitus ducesque uictoria recenti lætos gratulatio ingens facta, imperatore tanto cum omni exercitu deleto, & alteram pro haud dubio parem uictoriam expectantes. Ad Romanos nondum quidem fama tantæ cladis peruenerat, sed tamen mœstum quoddam silentium erat, & tacita diuinatio, qualis iam præfagientibus animis imminentis mali esse solet. Imperator ipse, præterquam quod ab socijs se desertum, hostium tantum auctas copias sentiebat, coniectura etiam & ratione ad suspicionem acceptæ cladis, quam ad ullam bonam spem pronior erat. Quonam modo enim Asdrubalem ac Magonem, nisi defuncto suo fratre bello, sine certamine adducere exercitum potuisse? quo modo autem non obstitisse? aut ab tergo non secutum fratrem? ut, si prohibere quo minus in unum coirent & duces, & exercitus hostium, non posset, ipse certe cum fratre coniungeret copias. His anxius cutis id modo esse salutare in præfens credebat, cedere inde quantum posset. & inde una nocte ignaris hostibus, & ob id quietis, aliquantum emensus est iter. Luce ut senserunt profectos hostes, præmissis Numidis, quam poterant maxime citato agmine sequi cœperunt. ante noctem assecuti Numidæ, nunc ab

tergo

tergo, nunc in latera concursantes. Consistere cœperunt, ac tutari agmen quantum possent. tamen tuto ut simul pugnarent procederentq̄, Scipio hortabatur, priusquã pedestres copiæ assequerentur. cæterum nunc agendo, nunc sustinendo agmen, cum aliquandiu haud multum procederetur, & nox iam instaret: reuocat è prælio suos Scipio: & collectos in tumultum quendam, non quidem satis tutum, præsertim agmini percusso, editiorem tamen, quàm cætera circa erant, subducit. Ibi primo impedimentis & equitatu in medium receptis, circumdati pedites haud difficulter impetus incurfantium Numidarum arcebant. dein postquam toto agmine tres imperatores cum tribus iustis exercitibus aderât, apparebatq̄ parum armis ad tuendum locum sine munimêto ualituros esse: circumspectare atq̄ agitare dux cœpit, si quo modo posset uallum circum inijcere. sed erat adeo nudus tumulus, & asperi soli, ut nec uirgulta uallo cædendo, nec terra cespiti faciundo, aut ducendæ fossæ, aliq̄ ue ulli operi apta inueniri posset: nec fermè quicquam satis arduum aut abscisum erat, quod hosti aditum ascensum ue difficilem præberet. omnia fastigio leni subuexa. ut tamen aliquam imaginem ualli obijcerent: clitellas illigatas oneribus uelut struentes ad altitudinem solitam circumdabant: cumulo sarcinarum omnis generis obiecto, ubi ad moliendum clitellæ defuerant. Punici exercitus postquã aduenere, in tumultum quidem perfacile agmen erexere. munitionis uero facies noua primo eos uelut miraculo quodam tenuit: cum duces undiq̄ uociferarentur, quid starent? & non ludibrium illud uix fœminis pueris ue morandis satis ualidum distraherêt diriperentq̄: captum hostem teneri latentem post sarcinas. Hæc contemptim duces increpabant. cæterum neq̄ transilire, neq̄ moliri onera obiecta, nec cedere stipatas clitellas, ipsisq̄ obrutas sarcinis, facile erat. Tardatis diu cum amoliti obiecta onera armatis dedissent uiam, pluribusq̄ idem partibus fieret: capta iam undiq̄ castra erant: pauci ab multis, percussiq̄ à uictoribus passim cædebantur. Magna pars tamen militum, cum in propinquas refugisset syluas: in castra P. Scipionis, quibus T. Fonteius legatus præerat, perfugerunt. Cn. Scipionem aliq̄ in tumulto primo impetu hostium cæsum tradunt. aliq̄ cum paucis in propinquam castris turrim perfugisse, hanc igni circumdatam, atq̄ ita exustis foribus, quas nulla moliri potuerunt ui, captam: omnesq̄ intus cum ipso imperatore occisos. Anno octauo postquam in Hispaniam uenerat Cn. Scipio, undetrigesimo die post fratris mortem est interfectus. Luctus ex morte eorum non Romæ maior, quàm per totam Hispaniam fuit. quin apud ciues partem doloris & exercitus amissi, & alienata prouincia, & publica trahebat clades. Hispaniæ ipsos lugebât desiderabantq̄ duces. Cneum tamen magis, quod diutius præfuerat ijs, priorq̄ & fauorem occupauerat, & specimen iustitiæ temperantiæq̄ Romanæ primus dederat. Cum deletus exercitus, amissæq̄ Hispaniæ uiderentur: uir unus res perditas restituit. Erat in exercitu L. Martius Septimij filius, eques Romanus, impiger iuuenis, animiq̄ & ingenij aliquanto quàm pro fortuna, in qua erat natus: maioris. ad summam indolem accesserat Cn. Scipionis disciplina: sub qua per totos annos omnis militiae artis edoctus fuerat. Hic & ex fuga collectis militibus, & quibusdam de præsidijs deductis, haud contemnendum exercitum fecerat, iunxeratq̄ cum T. Fonteio P. Scipionis legato. Sed tantum præstitit eques Romanus autoritate inter milites atq̄ honore, ut castris citra Iberum communitis, cum ducem exercituum comitjs militaribus creati placuisset: subeuntes aliq̄ alijs in custodiam ualli stationesq̄, donec per omnes suffragium iret, ad L. Martium cuncti summã imperij detulerint. Omne inde tempus (exiguum id fuit) munientis castris, conuehendisq̄ comitatibus consumptum: & omnia imperia milites cum impigre, tum haudquaquam abiecto animo exequabantur. Cæterũ postquam Asdrubalem Gisgonis uenientem ad reliquias belli delendas transisse Iberum, & appropinquare allatum est: signumq̄ pugnae propositum ab nouo duce milites uiderunt: recordati quos pauloante imperatores habuissent, quibusq̄ & ducibus & copijs freti prodire ad pugnam soliti essent, flere omnes repente & offensare capita: & aliq̄ manus ad cœlũ tendere, deos incusantes: aliq̄ strati humi suum quisq̄ nominatim ducem implorare. neq̄ sedari lamentatio poterat, excitantibus centurionibus manipulares, & ipso minitante & increpante Martio, quod in muliebres & inutiles se proiecissent fletus, potius quàm ad tutandos semetipsos & rempublicã secum acuerent

animos : & ne inultos imperatores suos iacere sinerent : cum subito clamor tubarumq; sonus (iam enim prope uallum hostes erant) exauditur. inde uerso repente in iram luctu, discunt ad arma: ac uelut accensi rabie discunt ad portas, & in hostem negligenter atq; incomposi- te uenientem incurrunt. Extemplo improuisa res pauorem incutit Pœnis. mirabundiq;, unde tot hostes tam subito exorti propè delecto exercitu forent: unde tanta audacia, tanta fiducia sui uictis ac fugatis: quis imperator duobus Scipionibus cœsis extitisset: quis castris præesset: quis signum dedisset pugnae: ad hæc tot iam nec opinata primo omnium incerti, stupentesq; referunt pedem: dein ualida impressione pulsati terga uertunt. & aut fugientium cædes fœda fuisset, aut temerarius periculosusq; sequentiū impetus: ni Martius propere receptui dedisset signum, obstitensq; ad prima signa, quosdam & ipse retinens, concitatam repressisset aciem. inde in castra auidos adhuc cædisq; & sanguinis reduxit. Carthaginenses trepide primo ab hostium uallo acti, postquam neminem insequi uiderunt, metu substitisse rati, cōtemptim rursus & sedato gradu in castra abeunt. Par negligentia in castris custodiendis fuit. nam & si propinquus hostis erat: tamen reliquias cum esse duorum exercituum ante paucos dies delictorum, succur- rebat. Ob hoc cum omnia neglecta apud hostes essent: exploratis ijs Martius ad consilium prima specie temerarium magis quàm audax animum adiecit, ut ultro castra hostium oppu- gnaret: simul facilius esse ratus unius Asdrubalis expugnari castra, q̄, si se rursus tres exercitus ac tres duces iunxissent, sua defendi: simul, aut si successisset cœptis, recepturum se afflictas res: aut si pulsus esset, tamen ultro inferendo arma contemptum sui dempturum. ne tamen subita res, & nocturnus error etiamnum suæ fortunæ consilium perturbaret: alloquendos adhortan- dosq; sibi milites ratus, contione aduocata ita differuit. Vel mea erga imperatores nostros uiuos mortuosq; pietas, uel præsens omnium nostrum milites fortuna fidem cuius facere po- test: mihi hoc imperium, ut amplum iudicio uestro, ita re ipsa graue ac sollicitū esse. quo enim tempore, nisi metus mœrorem obstupesceret, uix ita compos mei essem, ut aliqua solatia in- uenire agro animo possem: cogor uestram omnium uicem (quod difficillimum in luctu est) unus consolari. & ne tum quidem, ubi quonam modo has reliquias duorum exercituum pa- triæ conseruare possim, cogitandum est: auertere animum ab assiduo mœrore libet. præsto est enim acerba memoria: & Scipiones me ambo dies noctesq; curis insomnijsq; agitant, & ex- citant sæpe somno: neu se, neu inuictos per octo annos in ijs terris milites suos, commilitones uestros, neu Remp. patiar inultam: & suam disciplinam suaq; instituta sequi iubent. Et ut im- perijs uiuorum nemo obedientior me uno fuerit: ita post mortem suam, quod quaq; in re fa- cturos illos fuisse maxime censeam: id optimum ducere uos quoq; uelim milites: non lamen- tis lachrymisq; tanquam extinctos prosequi: (uiuunt enim uigentq; fama rerum gestarum) sed quotiescunq; occurreret memoria illorum, uelut si adhortanteis signumq; dantes uideatis eos, ita prælia inire. Nec alia profecto species hesterni die oculis animisq; uestris oblata me- morabile illud edidit prælium: quo documentum dedistis hostibus: nō cum Scipionibus ex- tinctum esse nomen Romanum: & cuius populi uis atq; uirtus non obruta sit Cannensi cla- de, ex omni profecto sæuitia fortunæ emerfuram esse. Nunc, qui tantum ausi estis sponte ue- stra, experiri libet quantum audeatis duce uestro autore. non enim hesterni die cum signum receptui dedi, sequentibus effuse uobis turbatum hostem, frangere audaciam uestram, sed dis- ferre in maiorem gloriam atq; opportunitatem uolui: ut postmodum præparati incautos, ar- mati incermes, atq; etiam sopitos, per occasionē aggredi possitis. Nec huius occasionis spem milites forte temere, sed ex re ipsa conceptam habeo. A uobis quoq; profecto si quis quærat, quonam modo pauci à multis, uicti à uictoribus castra tutati sitis, nihil aliud respondeatis, q̄ id ipsum: timentes uos, omnia & operibus firmata habuisse, & ipsos paratos instructosq; fu- isse. Et ita se res habet. ad id, quod ne timeatur fortuna facit, minime tuti sunt homines: quia quod neglexeris, incautum atq; apertum habeas. Nihil omnium nunc minus metuunt hostes, quàm ne obsessi modo ipsi atq; oppugnati, castra sua ultro oppugnemus. Audeamus quod credi non potest ausuros nos. eo ipso, quod difficillimum uideretur, facillimum erit. Tertia uigi- lia noctis silenti agmine ducam uos. exploratum habeo, non uigiliarū ordinem, non stationes
iustas

iustas esse clamor in portis auditus, & primus impetus castra ceperit. tum inter torpidos somno, pauenteisq; ad nec opinatum tumultum, & inermes in cubilibus suis oppressos illa cædes edatur, à qua uos hesterno die reuocatos ægre ferebatis. Scio audax uideri consilium, sed in rebus asperis & tenuibus, fortissima quæq; consilia tutissima sunt. quia si in occasionis momento, cuius præteruolat opportunitas, cunctatus paulum fueris: nequiquam mox omissam queraris. Unus exercitus in propinquo est: duo haud procul absunt. nunc aggredientibus par aliqua opportunitas est: & iam tentastis uestras atq; illorum uires. si diem proferimus, & hesternæ eruptionis fama contenti desierimus: periculum est ne omnes duces, omnesq; copiarum conueniant. tres deinde duces, tres exercitus sustinebimus hostium: quos Cn. Scipio incolumi exercitu non sustinuit. Vt diuidendo copias perire duces nostri: ita separati ac diuisi opprimi possunt hostes. alia belli gerendi uia nulla est. proinde nihil præter noctis proximæ opportunitatem expectemus. Ite dijs bene iuuantibus, corpora curate, ut integri uigentesq; eodem animo in castra hostium irrumpatis, quo uestra tutati estis. Læti & audire ab nouo duce nouum consilium: & quo audacius erat, magis placebat. reliquum diei expediendis armis, & curatione corporum consumptum: & maior pars noctis quieti data est. quarta uigilia mouere. Erant ultra proxima castra sex millium interuallo distantes aliæ copiarum Pœnorum. Vallis caua intererat, condensata arboribus. in huius syluæ medio fermè stadio cohors Romana arte punica abditur, & equites. Ita medio itinere intercepto, ceteræ copiarum silenti agmine ad proximos hostes ductæ. & cum statio nulla pro portis, neq; in uallo custodiæ essent, uelut in sua castra, nullo usquã obistente, penetrauerunt. inde signa canunt, & tollitur clamor. pars semisopitos hostes cædunt, pars ignis effugas stramento arido tectis iniiciunt. pars portas occupant, ut fugam intercludant. hosteis simul ignis, clamor, cædes, uelut alienatos sensibus, nec audire, nec prouidere quicquam sinunt. incidunt inermes inter cateruas armatorum. alij ruunt ad portas, alij obseptis itineribus super uallum saliant: & ut quisq; euaserat, protinus ad castra altera fugiunt. ubi à cohorte & equitibus ex occulto proruentibus circumuenti cæsiq; ad unum omnes sunt. quam etiam, si quis ex ea cæde effugisset, adeo raptim captis propioribus castris in altera transcursum castra ab Romanis est, ut præuenire nuntius cladis non posset. Ibi uero quo longius ab hoste aberant, & quia sub lucem pabulatum, lignatum & prædatum quidam dilapsi fuerant, neglecta magis omnia ac soluta inuenerunt: arma tantum in stationibus posita, milites inermes, aut humi sedentes accubantesq; aut obambulantes ante uallum portasq;. Cum his tam securis solutisq; Romani calentes adhuc ab recenti pugna, ferocesq; uictoria prælium ineunt. itaq; nequaquam resisti in portis potuit. intra portas, concursu ex totis castris ad primum clamorem, & tumultu facto, atrox prælium oritur. diuq; tenuisset: nisi cruenta scuta Romanorum uisa indicium alterius cladis Pœnis, atq; inde pauorem iniecissent. hic terror in fugam auertit omnes. effusiq; quæ iter est, nisi quos cædes oppressit, exuuntur castris. Ita nocte ac die bina castra hostium expugnata ductu L. Martij. Ad triginta septem millia hostium cæsa, autor est Claudius: qui annales Acilianos ex Græco in Latinum sermonem uertit: captos ad mille octingentos triginta: prædam ingentem partam: in ea fuisse clypeum argenteum pondo centum triginta octo cum imagine Barchini Asdrubalis. Valerius Antias una castra Magonis capta tradit: septem millia cæsa hostium: altero prælio eruptione pugnatum cum Asdrubale, decem millia occisa: quatuor millia trecentos triginta captos. Piso quinque millia hominum, cum Mago cedenteis nostros effuse sequeretur, cæsa ex insidijs scribit. Apud omnes magnum nomen Martij ducis est. & ueræ gloriæ eius etiam miracula addunt: flammam ei contionanti fusam è capite sine ipsius sensu cum magno pauore circumstantium militum: monumentumq; uictoriæ eius de Pœnis usq; ad incensum Capitolium fuisse in templo clypeum, Martium appellatum, cum imagine Asdrubalis. Quietè deinde aliquandiu in Hispania res fuere, utriusq; post tantas acceptas inuicem, illatasq; clades cunctantibus periculum summæ rerum facere. Dum hæc in Hispania geruntur, Marcellus captis Syracusis cum cætera in Sicilia tanta fide atq; integritate composuisset, ut non modo suam gloriam, sed etiam maiestatem per augeret: ornamenta urbis, signa tabulasq;, quibus abundabant Syracusæ, Romam deuexit. Hostium qui-

dein illa spolia, & parta belli iure. Cæterum inde primum initium mirandæ Græcarum artium opera, licentiæq; hinc sacra profanaq; omnia uulgo spoliandi, factum est. quæ postremo in Romanos deos, templum id ipsum primum, quod à Marcello eximie ornatum est, uertit. uisabantur enim ab externis ad portam Capenam dedicata à Marcello templa, propter excellentia eius generis ornameta, quorum perexigua pars comparet. Legationes omnium ferme ciuitatum Siciliae ad eum conueniebant. dispar ut causa earum, ita conditio erat. Qui ante captas Syracusas, aut non descuerant, aut redierant in amicitiam, ut socij fideles accepti cultiq; quos metus post captas Syracusas dederat: ut uicti à uictore leges acceperunt. Erant tamen haud paruae reliquiae belli circa Agrigentum Romanis: Epicides & Hanno, duces reliqui prioris belli, & tertius nouus ab Annibale in locum Hippocratis missus, Libyphœnicum generis Hipponiates, (Mutinem populares uocabant) uir impiger, & sub Annibale magistro omnibus belli artes edoctus. Huic ab Epicide & Hannone Numidæ dati auxiliares. cum quibus ita peruagatus est hostium agros: ita socios ad retinendos in fide animos eorum, ferendumq; in tempore cuiq; auxilium, adiit: ut breui tempore totam Siciliam impletet nominis sui, nec spes alia maior apud fauentes rebus Carthaginensium esset. Itaq; inclusi ad tempus moenibus Agrigenti dux Pœnus Syracusanusq; non consilio Mutinis quàm fiducia magis ausi egredi extra muros, ad Himeram amnem posuerunt castra. Quod ubi perlatum ad Marcellum est, extemplo copias mouit: & ab hoste quatuor ferme millium interuallo consedit, quid agerent pararent ue expectaturus. Sed nullum neq; locum, neq; tempus cunctationi consilio ue dedit Mutines, transgressus amnem, ac stationibus hostium cum ingenti terrore actu multu inuectus. Postero die propè iusto prælio compulit hostem intra munimenta. inde reuocatus seditione Numidarum in castris facta, cum trecenti ferme eorum Heracleam Minoram concessissent, ad mitigandos reuocandosq; eos profectus magnopere monuisse duces dicitur, ne absente se cum hoste manus confererent. Id ambo ægre passi duces, magis Hanno, iam ante anxius gloria eius: Mutinem sibi modum facere, degenerem Afrum imperatori Carthaginensi misso ab senatu populocq;. Is perpulit cunctantem Epicidem, ut transgressi flumem in aciem exirent. nam si Mutinem opperirentur, & secunda pugne fortuna euenisset: haud dubie Mutinis gloriam fore. Enimvero indignum ratus Marcellus, se qui Annibalem subnixum uictoria Cannensi ab Nola reppulisset: his terra maricq; uictis ab se hostibus cedere, arma propere capere milites, & efferi signa iubet. Ad instruentem exercitum decem effusis equis aduolant ex hostium acie Numidæ, nuntiantes, populares suos primum ea seditione motos, qua trecenti ex numero suo concesserint Heracleam: dein quod præfectum suum ab obtreçantibus ducibus gloriæ eius sub ipsam certaminis diem ablegatum uideant, quieturos in pugna. Gens fallax promissi fidem præstitit. itaq; & Romanis creuit animus, nuntio celeri per ordinem misso, destitutum ab equite hostem esse, quem maxime timuerat: & territi hostes, præterquam quod maxima parte uirium suarum non iuuabatur, timore etiam incusso ne ab suo ipsi equite oppugnarentur. Itaq; haud magna uis certaminis fuit. Primus clamor atq; impetus rem decreuit. Numidæ cum in concursu quieti steterent in cornibus, ut terga dantes suos uiderunt, sugæ tantum parumper comites facti, postquam omnes Agrigentum trepido agmine petentes uiderunt, ipsi metu obsidionis passim in ciuitates proximas dilapsi. Multa millia hominum cæsa captaq; & VII elephantum. Hæc ultima in Sicilia Marcelli pugna fuit. uictor inde Syracusas redijt. Iam ferme in exitu annus erat. itaq; senatus Romæ decreuit, ut P. Cornelius Pr. literas Capuam ad Coss. mitteret: dum Annibal procul abesset, nec ulla magni discriminis res ad Capuam gereretur: alter eorum, si ita uideretur, ad magistratus subrogandos Romam ueniret. Literis acceptis, inter se Coss. compararunt: ut Claudius comitia perficeret: Fuluius ad Capuam maneret. Coss. Claudius creauit Cn. Fuluium Centimalum, & P. Sulpicium Seruij filium, Galbam, qui nullum antea curulem magistratum gessisset. Præter deinde creati L. Cornelius Lentulus, Cornelius Cethegus, C. Sulpicius, C. Calpurnius Piso. Pisoni iurisdictio urbana, Sulpicio Sicilia, Cethego Apulia, Lentulo Sardinia euenit. Consulibus prorogatum in annum imperium est.

Decadis



N. FVLVIVS Centimalus, P. Sulpicius Galba coss. cum Idibus Martijs magistratum inissent: senatu in Capitolium uocato, de Rep. de administratione belli, de prouincijs exercitibusq; patres consuluerunt. Q. Fuluius, & Appio Claudio prioris annis coss. prorogatum imperium est, atq; exercitus, quos habebat, decreti. adiectumq; ne à Capua, quam obsidebant, abscederent, priusquam expugnassent. Ea tum cura maxime intentos habebat Romanos: non tam ob iram, quæ in nullam unquam ciuitatem iustior fuit, quàm quod urbs tam nobilis ac potens, sicut defectione sua traxerat aliquot populos: ita recepta inclinatura rursus animos uidebatur ad ueteris imperij respectum. Et prætoribus prioris anni, M. Iunio in Hetruria, P. Sempronio in Gallia, cum binis legionibus, quas habuerant, prorogatum est imperium. Prorogatum & M. Marcello, ut proconsul in Sicilia reliquias belli perficeret eo exercitu, quem haberet. si supplemento opus esset, suppleret de legionibus, quibus P. Cornelius proprætor in Sicilia præfesset: dum nequem militem legeret ex eo numero, quibus senatus missionem reditumq; in patriam negasset ante belli finem. C. Sulpicio, cui Sicilia euenerat, duæ legionibus, quas P. Cornelius habuisset, decretæ: & supplementum de exercitu Cn. Fuluij, qui priore anno in Apulia foede cæsus fugatusq; erat. Huic generi militum senatus eundem, quem Cannensibus, finem statuerat militiae. additum etiam utrorumq; ignominia est, ne in oppidis hybernarēt, ne ue hyberna propius ullam urbem decem millibus passuum ædificarent. L. Cornelio in Sardinia duæ legionibus datae, quibus Q. Mutius præfuerat. supplementum, si opus esset, consules scribere iussi. T. Octacilio, & M. Valerio, Siciliae Græciaeque ora cum legionibus classibusq; quibus præerant, decretæ. Quinquaginta Græci cum legione una, centum Siculi cum duabus legionibus habebant naues. Tribus & uiginti legionibus Romanis eo anno bellum terra marique est gestum. Principio eius anni cum de literis L. Martij referretur, res gestæ magnificæ senatui uisæ. titulus honoris, quod imperio non populi iussu, non ex autoritæ patrum dato, Proprætor Senatui scripserat, magnam partem hominum offendebat. Rem mali exempli esse, imperatores legi ab exercitibus: & solenne auspicatorum comitiorum in castra & prouincias procul ab legibus magistratibusq; ad militarem temeritatem transferri. & cum quidam referendum ad senatum censerent, melius uisum differri eam consultationem, donec proficiscerentur equites, qui ab Martio literas attulerant. Rescribi de frumento & uestimentis exercitus placuit: utranq; rem eam curæ fore senatui. ascribi autem, Proprætori L. Martio, non placuit: ne id ipsum, quod consultationi reliquerant, pro præiudicato ferrent. Dimissis equitibus, de nulla re prius consules retulerunt. omniumq; in unum sententiæ congruebant, agendum cum tribunis plebis esse: primo quoq; tempore ad plebem ferrent, quem cum imperio mitti placeret in Hispaniam ad eum exercitum, cui Cn. Scipio imperator præfuisse. Ea res cum tribunis acta promulgataq; est. Sed aliud certamen occupauerat animos. C. Sempronius Blæsus die dicta Cn. Fuluium ob exercitum in Apulia amissum in contionibus uexabat: multa imperatorem temeritate atq; inscitia exercitum in locum præcipitem perduxisse dictitans. Neminem, præter Cn. Fuluium, ante corrupisse omnibus uitijs legiones suas, quàm proderet, itaq; uere dici posse: prius eos perisse, quàm uiderent hostem: nec ab Annibale, sed ab imperatore suo uictos esse. Neminem, cum suffragium ineat, satis cernere, cui imperium, cui exercitum permittat. Quid interfuisse inter T. Sempronium? Cum ei seruatorum exercitus datus esset, breui effecisse disciplina atq; imperio: ut nemo eorum generis ac sanguinis sui memor in acie esset: præsidio socijs, hostibus terrori essent. Cum ad Beneuentum aliasq; urbes eos uelut è faucibus Annibalis erepros PR restituisse: Cn. Fuluium Quiritium Romanorum exercitum, honeste genitos, liberaliter educatos, seruilibus uitijs imbuisse. ergo effecisse, ut feroces & inquieti inter socios, ignaui & imbelles inter hostes essent: nec impetum modo Pœnorum, sed ne clamorem quidem sustinere possent. Nec Hercule mirum esse, milites in acie non stetisse: cum primus omnium imperator fugeret. magis mirari se, aliquos stan-

tes cecidisse, & non omnes comites Cn. Fuluij fuisse pauoris ac fugæ. C. Flaminius, L. Paulum, L. Posthumium, Cn. ac P. Scipiones cadere in acie maluisse, quàm deserere circumuentos hostibus suos exercitus. Cn. Fuluium propè unum nuntium delecti exercitus Romam redisse. Facinus indignum esse, Cannensem exercitum, quod ex acie fugerit, in Siciliam deportatum, ne prius inde dimittatur, quàm hostis ex Italia decesserit: & hoc idem in Cn. Fuluij legionibus nuper decretum: Cn. Fuluius fugam ex prælio ipsius temeritate commisso impunitam esse: & eum in ganea lustrisq; ubi iuuentam egerit, senectutem acturum: milites, qui nihil aliud peccauerint, quàm quod imperatoris similes fuerint: relegatos propè in exilium ignominiosam pati militiam. adeo imparem libertatem Romæ diti ac pauperi, honorato atq; inhonorato esse. Reus ab se culpam in milites transferebat. Eos ferociter pugnam poscenteis productos in aciem, non eo, quo uoluerint, quia serum diei fuerit: sed postero die & tempore & loco æquo instructos, seu famam, seu uim hostium non sustinuisse. cum effuse omnes fugerent, se quoq; turba ablatum, ut Varronem Cannensi pugna, ut multos alios imperatores. Quid autem solum se restantem prodesse Reip. potuisse: nisi si mors sua remedio publicis cladibus futura esse potuisset. Non se inopia comatus, non in loca iniqua incaute deductum: non agmine inexplorato euntem insidijs circumuentum. ui aperta, armis, acie uictum, nec suorum animos, nec hostium, in potestate habuisse. suum cuiq; ingeniū audaciam aut pauorem facere. Bis est accusatus: pecuniæq; anquisitum. tertio testibus datis, cum præterquam quod omnibus probris onerabatur, iurati permulti dicerent, fugæ pauorisq; initium à prætore ortum: ab eo desertos milites, cum haud uanum timorem ducis crederet, terga dedisse: tanta ira accensa est, ut capite anquirendum contio succlamaret. De eo quoq; nouum certamen ortum. nam cum tribunus bis pecunia anquisisset, tertio capitis se anquirere diceret: tribuni pl. appellati. cum collegæ negarent se in mora esse: quo minus, quod ei more maiorū permissum esset: seu legibus, seu moribus mallet, anquireret: quoad uel capitis, uel pecuniæ iudicasset priuatum Sempronius perduellionis se iudicare Cn. Fuluius dixit: diemq; comitijs ab C. Calpurnio prætore urbis petit. Inde alia spes ab reo tentata est: si adesse iudicio Q. Fuluius frater posset, florens tum & fama rerum gestarum, & propinqua spe Capuæ potiundæ. Id cum per literas miserabiliter pro fratris capite scriptas petisset Fuluius, negassentq; patres è Rep. esse abscedi à Capua, priusquam dies comitorum aderat: Cn. Fuluius exulatum Tarquinius abiit. id ei iustum exilium esse sciuit plebs. Inter hæc uis omnis belli uersa in Capuam erat. obsidebatur tamen acrius, quàm oppugnabatur. nec aut famem tolerare seruitia ac plebs poterat, aut mittere nuntios ad Annibalem per custodias tam arctas. Inuentus est tandem quidam Numida, qui acceptis literis euasurum se professus, ut promissum præstaret per media Romana castra nocte egressus, spem accendit Campanis, dum aliquid uirium superesset, ab omni parte eruptionem tentandi. Cæterū in multis certaminibus equestria prælia fermè prospera faciebant: pedites superabantur. sed nequaquam tam lætum uincere, quàm triste uinci ulla parte erat ab obsesso & propè expugnato hoste. Inita tandem ratio est, ut quod uiribus deerat, arte æquaretur. Ex omnibus legionibus electi sunt iuuenes maxime uigore ac leuitate corporum ueloces. eis parmæ breuiores, quàm equestres, & septena iacula quaternos longa pedes data, præfixa ferro, quale hastis uelitaribus inest. eos singulos in equos suos accipientes equites assuecerunt, & uchi post sese, & desilire perniciter: ubi datum signum esset. Postquam assuetudine quotidiana satis intrepide uisum est fieri: in campum, qui medius inter castra murumq; erat, aduersus instructos Campanorum equites processerunt. & ubi ad coniectum telii uentum est, signo dato uelites desiliunt. pedestris inde acies ex equitatu repente in hostium equites incurrit: iaculaq; cum impetu alia super alia emittunt. quibus plurimis in equos uirosq; passim coniectis permultos uulnerauerunt. pauoris tamen plus ex re noua atq; inopinata iniectum est. & in percussam hostem equites inuecti, fugam stragemq; eorum usq; ad portas fecerunt. Inde equitatu quoq; superior Romana acies fuit. Institutum, ut uelites in legionibus essent. Autorem peditum equiti immiscendorum centurionem Q. Nauium ferunt: honorisq; id ei apud imperatorem fuisse. Cum in hoc statu ad Capuam res essent, Annibalem in diuersum Tar-

rentinæ

rentinæ arcis potiundæ, Capuæq; retinendæ trahebant curæ. uicit tamen respectus Capuæ, in quam omnium sociorum hostiumq; conuersos uidebat animos: documento futuræ, qualemcunq; euentum defectio ab Romanis habuisset. Igitur magna parte impedimentorum relicta in Brutijs, & omni grauiore armatura, cum delectis peditum equitumq; quàm poterat aptissimis ad maturandum iter, in Campaniã contendit. secuti tamen tam raptim euntem tres & xxx elephantum. in ualle occulta post Tifata montem imminentem Capuæ confedit. Adueniens cum castellum Galatiam, præsidio inde ui pulso, cepisset: in circumscendenteis Capuam se uertit: præmissis ante nuntijs Capuam, quo tempore castra Romana aggressurus esset, ut eodem & illi ad eruptionem parati portis omnibus sese effunderent. Res nec explorata Romanis ingentem præbuit terrorem. nam alia parte ipse adortus est: alia Campani omnes perditos equitesq;, & cum ijs Punicum præsidium, cui Bostar & Hanno præerant, erupit. Romani, ut in re trepida, ne ad unam concurrente partem aliquid indefensi relinquerent: ita inter se copias partiti sunt. Appius Claudius Campanis, Fuluius Annibali est oppositus. Claudius Nero proprætor cum equitibus sextæ legionis uia, quæ Suessulam fert: C. Fuluius Flaccus legatus cum sociali equitatu constitit è regione Vulturni amnis. Prælium non solito modo clamore ac tumultu est coeptum, sed ad alium uirorum equorum armorumq; sonum disposita in muris Campanorum imbellis multitudo tantum cum ætis crepitu, qualis in defectu lunnæ silenti nocte cieri solet, edidit clamorem: ut auerteret etiam pugnantium animos. Campanos facile in uallo Appius arcebat. Maior uis ab altera parte Fuluium, Annibal & Pœni urgebant. legio ibi sexta loco cessit. qua pulsa, cohors Hispanorum cum tribus elephantis usq; ad uallum peruasit. ruperatq; mediam aciem Romanorū: & in ancipiti spe ac periculo erat: utrum in castra perumperet: an intercluderetur à suis. Quem pauorem legionis, periculumq; castrorum Fuluius ubi uidit: Q. Nauium primoresq; alios centurionum hortatur, ut cohortem hostium sub uallo pugnantem inuadant ac trucident. In summo discrimine rem uerti. aut uiam dandam ijs esse, & minore conatu, quàm cōdensam aciem irrupissent, in castra irrupturos: aut conficiendos sub uallo esse. nec magni certaminis rem fore. paucos esse, & ab suis interclusos. & quæ, dum pauca, Romanis interrupta acies uideatur: etiã si se utrinq; in hostem uertat, ancipiti pugna medios circunueturam. Nauius ubi hæc imperatoris dicta accepit, secundi hastati signum ademptū signifero in hostes infert, iacturū in medios eos minitans, ni se prope re sequantur milites, & partem capebant pugnae. Ingens corpus erat, & arma honestabant, & sublato alte signum conuerterat ad spectaculum ciues hostesq;. cæterum postquam iam ad signa peruenerat Hispanorū: tum undiq; in eum tragulæ coniectæ, & propè tota in unum acies uersa. sed neq; hostium multitudo, neq; telorum uis arcere impetum eius uiri potuerunt.

Et M. Atilius legatus primi principis ex eadem legione signum inferri in cohortem Hispanorum coegit. Et qui castris præerant: L. Porcius Licinius, & T. Popilius legati pro uallo acriter pugnant: elephantosq; transgredientes in ipso uallo conficiunt. quorum corporibus cum oppleta esset fossa, uelut aggere, aut ponte iniecto, transitum hostibus dedit. ibi per stragem iacentium elephantorum atrox edita cædes. Altera in parte castrorum iam pulsi erant Campani, Punicumq; præsidium: & sub ipsa porta Capuæ, quæ ad Vulturnum fert, pugnabatur: neq; tam armati irrumpentibus Romanis resistebant: quàm quod porta balistis scorpionibusq; instructa, missilibus procul hostes arcebat. & suppressit impetum Romanorum uulnus imperatoris Appij Claudij: cui suos ante prima signa adhortanti sub læuo humero summum pectus gæso ictum est. magna tamen uis hostium ante portam est cæsa: cæteri trepidi in urbem compulsi. Et Annibal posteaquam cohortis Hispanorum stragem uidit, summaq; uicinia castra hostium defendi: ommissa oppugnatione recipere signa & conuertere agmen peditum, obiecto à tergo equitatu, ne hostis instaret, coepit. Legionum ardor ingens ad hostem insequendum fuit. sed Flaccus receptui cani iussit, satis ad utrunq; profectum ratus: ut & Campani q; haud multum in Annibale præsidij esset, & ipse Annibal sentiret. Cæsa eo die, qui huius pugnae autores sunt: v l i i i millia hominum de Annibalis exercitu, tria ex Campanis tradunt: signaq; Carthaginensibus quindecim adempta, duodeuiginti Campanis. Apud alios ne-

quaquam tantam molem pugnae inuenio, plusque pauoris, quam certaminis fuisse: cum inopinato in castra Romana Numidae Hispanique cum elephantis irrupissent: elephantum per media castra uadentes stragem tabernaculorum ingenti fonitu ac fuga abrumpentium uincula iumentorum faceret. fraudem quoque super tumultum adiectam, immixtis ab Annibale, qui (habuit aliquot) gnari Latinae linguae iuberent consulum uerbis, quoniam amissa castra essent, pro se quosque militum in proximos montes fugere, sed eam celeriter cognitam fraudem, oppressamque magna caede hostium, elephantos igni e castris exactos. Hoc ultimum, utcumque initum finitumque est, ante deditionem Capuae praelium fuit. Medastuticus, qui summus magistratus apud Campanos est: eo anno Seppius Lesius erat, loco obscuro, tenuique fortuna ortus. Matrem eius quondam pro pupillo eo procurantem familiare ostentum, cum respondisset aruspex: summum quod esset imperium Capuae, peruenturum ad eum puerum: nihil ad eam spem agnoscentem dixisse ferunt. tu perditas res Campanorum narras, ubi summus honos ad filium meum perueniet. Ea ludificatio ueri & ipsa in uerum uertit. nam cum fame ferocisque urgerentur: nec spes ulla superesset: hijs qui nati in spem honorum erant, honores detrectantibus, Lesius querendo desertam ac proditam a primoribus Capuam, summum magistratum ultimus omnium Campanorum cepit. Caeterum Annibal ut nec hostes elici amplius ad pugnam uidit, nec per castra eorum perumpi ad Capuam posse: ne suos quoque com meatus intercluderent noui consules, abscedere irritum incepto, & mouere a Capua statuit castra. multa secum quod iam inde ire pergeret uolenti subiit animum impetus caput ipsum belli Romam petendi. cuius rei semper cupite praetermissam occasionem post Cannensem pugnam, & alij uulgo fremebant, & ipse non dissimulabat: nec opinato pauore ac tumultu non esse desperandum aliquam partem urbis occupari posse. Si Roma in discrimine esset: Capuam ex templo omissuros aut ambos imperatores Romanos, aut alterum ex hijs, qui si diuisissent copias, utrumque infirmiore factum, aut sibi, aut Campanis bene gerendae rei fortunam duros esse. Vna ea cura angebat: ne ubi abscessisset, ex templo dederentur Campani. Numidam promptum ad omnia audenda donis perlicuit, ut literis acceptis, specie transfugae castra Romana ingressus, altera parte Capuam clam peruadat. Literae autem erant adhortatione plenae. Professionem suam, quae salutaris illis foret: abstracturam ad defendendam Romam ab oppugnanda Capua duces atque exercitus Romanos, ne desponderent animos, tolerando paucos dies, totam soluturos obsidionem. Inde naues in flumine Vulturno comprehensas duci Casilinum, quod iam ante praesidij causa fecerat castellum, iussit. quarum ubi tantam copiam esse, ut una nocte traici posset exercitus, allatum est: cibarijs decem dierum praeparatis, deductas nocte ad fluuium legiones ante lucem traiecit. Id priusquam fieret, ita futurum compertum ex transfugis Fuluius Flaccus senatui Romam cum scripsisset, uarie hominum animi pro cuiusque ingenio affecti sunt. Ut in re tam trepida, senatu extemplo uocato, P. Cornelius, cui Asinae cognomen erat: omnes duces exercitusque ex tota Italia, neque Capuae, neque ullius alterius rei memor, ad urbis praesidium reuocabat. Fabius Maximus abscedi a Capua, terrerique & circummagi ad nuntus cominationesque Annibalis, flagitiosum ducebat. Qui ad Cannas uictor, ire tamen ad urbem ausus non esset, eum a Capua repulsum spem potiunda urbis Romae coepisse: Non ad Romam obsidendam, sed ad Capuam liberandam obsidione ire Romam. cum eo exercitu, qui ad urbem esset: Iouem foederum ruptorum ab Annibale testem, deosque alios defensuros esse.

Has diuersas sententias media sententia P. Valerij Flacci uicit, qui utriusque rei memor imperatoribus, qui ad Capuam essent, scribendum censuit: quid ad urbem praesidij esset, quantas autem Annibal copias duceret, aut quanto exercitu ad Capuam obsidendam opus esset, ipsos scire. si & Romam e ducibus alter, & exercitus pars mitti posset, ut ab reliquo & duce & exercitu Capua recte obsideretur: inter se compararent Claudius Fuluiusque: utri obsidenda Capua, utri ad prohibendam obsidione patriam, Romam ueniendum esset. Hoc senatusconsulto Capuam perlato, Q. Fuluius proconsul, cui collega ex uulnere agro, eundem Romam erat: e tribus exercitibus milite electo, ad quindecim millia peditum, mille equites Vulturnum traducit. inde cum Annibalem Latina uia iturum satis comperisset: ipse per Appiae municipia, quaeque propter

cam

eam uiam sunt, *Setiam, Soram, Lauinium* præmisit, ut *commeatus paratos & in urbibus haberent, & ex agris deuijs in uiam proferrent: præsidiaq; in urbes contraherent, ut sua cuiq; res publica in manu esset.* Annibal quo die *Vulturum* est transgressus, haud procul à flumine castra posuit. postero die præter *Cales* in agrum *Sidicinum* peruenit. ibi diem unum populando moratus, per *Suessulam Allifanumq; & Casinatem* agrum uia *Latina* ducit. sub *Casinum* biduo statiuā habita: & passim populationes factæ. Inde præter *Interamnā Aquinumq;* in *Fregellanum* agrum ad *Lirim* fluium uentum. ubi *intercisum* pontem à *Fregellanis* morandi itineris causa inuenit. Et *Fuluium Vulturum* tenuerat amnis, nauibus ab *Annibale* incensis, rates ad traiciendum exercitum in magna inopia materiæ ægre comparantem. traiceto ratibus exercitu, reliquum *Fuluius* expeditum iter, non per urbes modo, sed circa uiam expositis benigne *commeatibus*, erat. alacresq; milites alius alium, ut adderet gradum memor ad defendendam ire patriam, hortabantur. Romam *Fregellanus* nuntius diem noctemq; itinere continuato ingentem attulit terrorem. tumultuosius, quàm allatum erat, cursus hominum affingentium uana auditis totam urbem conciuerat. ploratus mulierum non ex priuatis solum domibus exaudiebatur: sed undiq; matronæ in publicum effusæ circa deum delubra discurrunt, crinibus passis aras uerrentes, nixæ genibus, supinas manus ad cælum ac deos tendentes orantesq;, ut urbem Romam è manibus hostium eriperent: matresq; Romanas, & liberos paruos inuiolatos seruarent. *Senatus* magistratibus in foro præsto est, siquid consulere uelint. alij accipiunt imperia, disceduntq; ad suas quisq; officiorum partes. alij offerunt se: si quousus operæ sit. præsidia in arce, in *Capitolio*, in muris, circa urbem, in monte etiã *Albano* atq; arce *Tusculana* ponuntur. Inter hunc tumultum *Q. Fuluius* procos. profectum cum exercitu à *Capua* affertur. cui ne minueretur imperiũ, si in urbem uenisset, decreuit *senatus*: ut *Q. Fuluius* par cum consulibus imperiũ esset. *Annibal* infestius perpopulato agro *Fregellano* propter *intercisos* pontes, per *Frusinatem Ferentinatemq; & Anagninum* agrum in *Labicanum* uenit. inde *Algido* *Tusculum* petijt: nec receptus mœnibus infra *Tusculum* dextrorsus *Gabios* descendit. inde in *Pupiniã* exercitu demisso, octo millia passuum à *Roma* posuit castra. Quo propius hostis accedebat, eo maior cædes fiebat fugientium, præcedentibus *Numidis*: pluresq; omnium generum atq; ætatum capiebantur. In hoc tumultu *Fuluius Placcus* porta *Capena* cum exercitu Romam ingressus, media urbe per *Carinas Exquilias* contendit. inde egressus inter *Exquilinam Collinamq;* portam posuit castra. *Ædiles* plebis *commeatum* eò comportarunt. *COSS.* *senatusq;* in castra uenerunt. ibi de summa *Reip.* consultatum. *Placuit*, *COSS.* circa portas *Collinam Exquilinamq;* ponere castra: *C. Calpurnium Pr.* urbanum *Capitolio* atq; arci præesse: & *senatum* frequentem in foro contineri, si quid in tam subitibus rebus consulto opus esset. Inter hæc *Annibal* ad *Anienem* fluium tria millia passuum ab urbe castra admouit. ibi statiuis positus, ipse cum duobus millibus equitũ ad portam *Collinam* usq; ad *Herculis* templũ est progressus: atq; unde proxime poterat, mœnia situmq; urbis obequitans contemplabatur. Id eum tam licenter atq; otiose facere, *Flacco* indignũ uisum est. itaq; immisit equites, submoueriq;, atq; in castra redigi hostium equitatũ iussit. Cum commissum prælium esset: *COSS.* transfugas *Numidarum*, qui tum in *Auentino* ad mille & c c erant, media urbe transire *Exquilias* iusserunt: nullos aptiores inter conualles, tectaq; hortorum & sepulchra & cauas undiq; uias ad pugnandum futuros ratj. quos cum ex arce *Capitolioq;* cliuo publico in equis decurrentes quidam uidissent, captum *Auentinum* conclamarunt. Ea res tantum tumultum ac fugam præbuit, ut nisi castra punica extra urbem fuissent, effusura se omnis pauida multitudo fuerit. Tunc in domos atq; in tecta refugiebant: uagosq; in uis suos pro hostibus lapidibus telisq; incessabant. nec cõprimi tumultus, apeririq; error poterat, refertis itineribus agrestium turba pecorumq;, quæ repentinus pauor in urbem compulerat. *Equestre* prælium secundum fuit, summotiq; hostes sunt. & quia multis locis comprimendi tumultus erant, qui temereoriebatur, placuit: omnes, qui dictatores, *COSS.* censes ue fuissent, cum imperio esse donec recessisset à muris hostis. Et diei quod reliquum fuit, & nocte insequentĩ, multi temere excitati tumultus sunt, compressiq;. Postero die transgressus *Anienem*

nem Annibal in aciem omnes copias eduxit. nec Flaccus consulesq; certamen detrectauere. Instructis utrinq; exercitibus in eius pugnae casum, in qua urbs Roma uictori praemium esset, imber ingens grandine mistus ita utraq; aciem turbauit, ut uix armis retentis in castra sese receperint, nullius rei minore quam hostium metu. Et postero die eodem loco acies instructas eadem tempestas diremit. ubi recepissent se in castra, mira serenitas cum tranquillitate oriebatur. In religionem ea res apud Pœnos uersa est: auditaq; uox Annibalis fertur, potiunda sibi urbis Romae modo mentem non dari, modo fortunam. Minuere etiam spem eius & aliae paruae magnaeq; res. magna illa, quod cum ipse ad moenia urbis Romae armatus sederet, milites sub uexillis in supplementum Hispaniae profectos audiuit. parua autem, quod per eos dies cum forte agrum, in quo ipse castra haberet, uenisse nihil ob id diminuto pretio, cognitum ex quodam captiuo est. Id uero adeo superbum atq; indignum uisum, eius soli, quod ipse bello captum possideret haberetq;, inuentum Romae emptorem: ut extemplo uocato praecone, tabernas argentarias, quae circa forum Romanum tunc essent, iusserit uenire. His motus ad Turiam fluuium castra retulit, sex millia passuum ab urbe. inde ad lucum Feroniae pergit ire, templum ea tempestate inclytum diuitijs. Capenates aliqui accolae eius erant. primitias frugum eò, donaq; alia pro copia portantes, multo auro argentoq; id exornatum habebant. His omnibus donis tum spoliatum templum. aëris acerui, cum rudera milites religione inducti iacerent: post profectioem Annibalis magni inuenti. Huius populatio templi haud dubia inter scriptores est. Coelius Romam euntem ab Eretio diuertisse eò Annibalem tradit: iterq; eius ab Reate, Cutilijsq;, & ab Amiterno orditur. ex Campania in Samnium, inde in Pelignos peruenisse: praeterq; oppidum Sulmonem in Marrucinos transisse: inde Albeni agro in Marfos: hinc Amiternum, Forulosq; uicium uenisse. Neq; ibi error est, quod tanti exercitus uestigia intra tam breuis aëui memoriam potuerint confundi. isse enim ea constat. tantum id interest: uenerit ne eo itinere ad urbem: an ab urbe in Campaniam redierit. Caeterum non quantum pertinaciae ad premedandam obsidione Capuam Romanis fuit, tantum ad defendendam Annibali. namq; ex Lucanis in Brutium agrum, ad fretum uero ac Rhegium eo cursu contendit, ut prope repentino aduentu incautos oppresserit. Capua & si nihilo segnius oppressa per eos dies fuerat, tamen aduentum Flacci sensit. & admiratio orta est: non simul regressum Annibalem. inde per colloquia intellexerunt: relictos se desertosq;, & spem Capuae retinendae deploratam apud Pœnos esse. Accessit edictum proconsulis ex s c propositum, uulgatumq; apud hostes: ut qui ciuis Campanus ante certam diem transisset, sine fraude esset. nec ulla facta est transitio, metu magis eos, quam fide continente: quia maiora in defectione deliquerant, q̄ quibus ignosci posset. Caeterum quemadmodum nemo priuato consilio ad hostem transibat: ita nihil salutare in medium consulebatur. Nobilitas Remp. deseruerat: neq; in senatum cogi poterat. in magistratu autem erat, qui non sibi honorem adiecisset, sed indignitate sua uim ac ius magistratui, quem gerebat, dempsisset. iam ne in foro quidem, aut publico loco principum quisquam apparebat. dormibus inclusi patriae occasum cum suo exitio in dies expectabant. summa curae omnis in Bostarem Hannonemq; praefectos praesidij punici uersa erat, suo, non sociorum periculo sollicitos. Hi conscriptis ad Annibalem literis non libere modo, sed etiam aspere, quibus non Capuam solum traditam in manum hostibus, sed se quoq; & praesidium in omnes cruciatus proditos incubabant: abisse eum in Brutios, uelut auertentem sese, ne Capua in oculis eius caperetur. at Hercule Romanos ne oppugnatione quidem urbis Romae abstrahi à Capua obsidenda potuisse. tanto constantiorem inimicum Romanum, quam amicum Pœnum esse. Si redeat Capuam, bellumq; omne eò uertat: & se, & Campanos paratos eruptioni fore. Nō cum Rheginis, neq; Tarentinis bellum gesturos transisse Alpes. ubi Romanae legiones sint: ibi & Carthaginensium exercitus debere esse. sic ad Cannas, sic ad Trasymenum rem bene gestam, coeundo, conferendo cum hoste castra, fortunam tentando. In hanc sententiam literae conscriptae Numidis, proposita mercede iam professis operam, dantur. Hi specie transfugarum cum ad Flaccum in castra uenissent, ut inde tempore captato abirent: famesq;, quae tam diu Capuae erat, nulli non probabilem causam transitionis faceret: mulier repente Campana in castra uenit, scortum

scorum transfugarū unius: indicatq; imperatori Romano, Numidas fraude composita transisse, literasq; ad Annibalem ferre. Id unum ex ijs, qui sibi rem aperuisset, arguere sese paratam esse. Productus primo satis constanter ignorare se mulierem simulabat. paulatim deinde conuictus ueris, cum tormenta posci & parari uideret: falsus id ita esse, literasq; prolatæ: & additum etiam indicio, quod cælabatur, & alios specie transfugarū Numidas uagari in castris Romanis. Hi supra LXX comprehensi, & cum transfugis nouis mulctati uirgis, manibusq; præcis Capuam rediguntur. Conspectum tam triste supplicium fregit animos Campanorum. Concurfus ad curiam populi factus coegit Lesium senatum uocare: & primoribus, qui iam diu publicis consilijs aberant, propalàm minabantur: nisi uenirent in senatum, circa domos eorum ituros se, & in publicum omnes ui extracturos esse. Is timor frequentem senatum magistratui præbuit. Ibi cum cæteri de legatis mittendis ad imperatores Romanos agerent: Vibius Virius, qui defectionis ab Romanis autor fuerat, interrogatus sententiam, negat eos, qui de legatis & de pace ac deditioe loquantur, meminisse: nec quid facturi fuerint, si Romanos in potestate habuissent: nec quid ipsis patiendum sit. Quid uos, inquit, eam deditioem fore censetis: qua quondam, ut aduersus Samnites auxilium impetraremus, nos nostraq; omnia Romanis dedimus: Iam è memoria excessit, quo tempore, & in qua fortuna à PR defecerimus: iam quemadmodum in defectione præsidium, quod poterat emitti, per cruciatum, & ad contumeliam necauerimus: quoties in obsidenteis quàm inimici eruperimus: castra oppugnauerimus: Annibalem uocauerimus ad opprimendos eos: hoc quod recentissimum est, ad oppugnandam Romam hinc eum miserimus: Age contra, quæ illi infeste in nos fecerint repetite, ut ex eo quid speretis habeatis. Cum hostis alienigena in Italia esset, & Annibal hostis, & cuncta bello arderent: omissis omnibus, omisso ipso Annibale, ambos COSS. & duos consulares exercitus ad Capuam oppugnandam miserunt. alterum annum circunuallos inclusosq; nos fame macerant, & ipsi nobiscum ultima pericula, grauissimos labores perpeffi: circa uallum ac fossas sæpe trucidati, & propè ad extremū castris exuti. Sed omitto hæc. uetus atq; usitata res est, in oppugnanda hostium urbe labores ac pericula pati. illud iræ atq; odij execrabilis indicium est. Annibal ingentibus copijs peditum equitumq; castra oppugnauit, & ex parte cepit: tanto periculo nihil moti sunt ab obsidione. profectus trans Vulturnum perussit Calenum agrum: nihil tanta sociorum clade auocati sunt. ad ipsam urbem Romam infesta signa ferri iussit: eam quoq; tempestatem imminentem spreuerunt. transgressus Anienem tria millia passuum ab urbe castra posuit: postremo ad mœnia ipsa & ad portas accessit: Romam se adempturum eis, nisi omitterent Capuam, ostendit: & non omiserunt. Feras bestias cæco impetu ac rabie concitatas, si ad cubilia & catulos earum ire pergas, ad opem suis ferendā auertas. Romanos Roma circunfessa, coniuges, liberi, quorum ploratus hic quoq; propè exaudiebantur: aræ, foci, deum delubra, sepulchra maiorum temerata ac uiolata, à Capua non auerterunt. tanta aueritas supplicij expetēdi, tanta sanguinis nostri hauriendi est sitis. nec iniuria forsitan. nos quoq; idem fecissemus, si data fortuna esset. Itaq; quādo aliter dijs immortalibus uisum est, cum mortem ne recusare quidem debeam: cruciatus contumeliasq; quas sperat hostis, dum liber dum mei potens sum, effugere morte præterquam honesta etiam leni possum: non uidebo Ap. Claudium & Q. Fuluium, uictoria insolenti subnixos: neque uinctus per urbem Romam triumphis spectaculum trahar: ut deinde in carcere, aut ad palum deligatus, lacerato uirgis tergo, ceruicem securi Romanæ subijciam: nec dirui incendijs patriam uidebo: nec rapī ad stuprum matres Campanas, uirginesq; & ingenuos pueros. Albam, unde ipsi oriundi erant, à fundamentis prouerunt, ne stirpis, ne memoria originum suarū extaret: nedum eos Capuæ parfuros credam, cui infestiores quàm Carthagini sunt. Itaq; quibus uestrum ante fato cedere, quàm hæc tot & tam acerba uideant, in animo est: ijs apud me hodie epulæ instructæ paratæq; sunt. satiatis uino ciboq; poculum idem, quod mihi datum fuerit, circunferretur. ea potio corpus à cruciatu, animum à contumelijs, oculos aures à uidendis audiendisq; omnibus acerbis indignisq; quæ manent uictos, uindicabit. parati erunt, qui magno rogo in propatulo ædiū accenso corpora exanima inijciant. Hæc una uia & honesta & libera ad mor-

tcm

tem. & ipsi uirtutem mirabuntur hostes, & Annibal fortes socios sciet ab se desertos ac proditores esse. Hanc orationem Viri plures audierunt cum assensu, quæ forti animo id quod probabant exequi potuerunt. Maior pars senatus multis sæpe bellis expertam populi Romani clementiam haud diffidentes sibi quoque placabilem fore, legatos ad dedendam Romanis Capuam decreuerunt miseruntque. Vibium Virium septem & uiginti ferme senatores domum secuti sunt: epulati quoque cum eo, & quantum facere potuerant, alienatis mentibus uino ab immitentis sensu mali, uenenum omnes sumpserunt. inde misso conuiuio, dextris inter se datis, ultimoque complexu, collachrymantes suum patriæque casum, alij ut eodem rogo cremarentur, manserunt, alij domos digressi sunt. Impletæ cibus uinoque uenæ minus efficacem in mandanda morte uim ueneni fecerunt. itaque noctem totam plerique eorum, & diei insequentis partem cum animam egissent: omnes tamen prius quam aperiretur hostibus portæ, expirarunt. Postero die porta Iouis, quæ aduersus castra Romana erat, iussu proconsulis aperta est. ea intromissa legio una, & duæ alæ cum C. Fulvio legato. Is cum omnium primum arma telaque, quæ Capuæ erant, ad se conferenda curasset, custodijs ad omnes portas dispositis, ne quis exire aut emitti posset, præsidium puniicum comprehendit: senatum Campanum ire in castra ad imperatores Romanos iussit. quò cum uenissent, extemplo his omnibus catenæ iniectæ, iussique ad quæstores deferre quod auri argenti que haberent. auri pondus LXX fuit: argenti tria millia pondus & c. senatores quinque & uiginti Cales in custodiam, duodeciginta Theanum missi, quorum de sententia maxime descitum ab Romanis constabat. De supplicio Campani senatus haudquaquam inter Fuluium Claudiumque conueniebat. facilis impetrandæ ueniæ Claudius, Fuluij durior sententia erat. Itaque Appius Romam ad senatum arbitrium eius rei totum reueiebat. percunctandi etiam æquum esse potestatem fieri patribus: num communicassent consilia cum aliquibus sociorum Latini nominis municipiorum? & num ope eorum in bello forent, & municipiorum adiuti? Id uero minime committendum esse, Fuluius dicere, ut sollicitarentur criminibus dubijs sociorum fidei animi: & subijcerentur indicibus queis, neque quid facerent, neque quid dicerent, quicquam unquam pensi fuisset. itaque se eam quæstionem oppressurum extincturumque. Ab hoc sermone cum digressi essent: & Appius quamuis ferociter loquentem collegam, non dubitaret tamen literas super tanta re ab Roma expectaturum: Fuluius ne id ipsum impedimentum incepto foret, dimittens prætorium, tribunis militum ac præfectis sociorum imperauit, uti duobus millibus equitum delectis denuntiarent, ut ad tertiam buccinam præsto essent. Cum hoc equitatu nocte Theanum profectus, prima luce portam intrauit, atque in forum perrexit: concursu quoque ad primum equitum ingressum facto, magistratum Sidicinum citari iussit: imperauit quoque ut produceret Campanos, quos in custodia haberet. Producti omnes, uirgisque cæsi ac securi percussi. Inde citato equo Cales percurrit. ubi cum in tribunali consedisset: productique Campani deligarentur ad palum: eques citus ab Roma uenit. literasque à C. Calpurnio, populoque Romano Fulvio cum tradidisset: murmur à tribunali totam contionem peruasit, deferri rem integram ad patres de Campanis. Et Fuluius id ita esse ratus, acceptas literas, neque resolutas cum in gremio reposuisset, præconi imperauit, ut lictozem lege agere iuberet. Ita de ijs quoque, qui Calibus erant, sumptum supplicium. tum literæ lectæ, senatus quoque consultum, seruum ad impediendam rem actam: quæ summa ope approperata erat, ne impediri posset. Consurgentem iam Fuluium Taurca Iubellius Campanus per mediam uadens turbam nomine inclamauit: & cum mirabundus quidnam sese uellet, residisset Flaccus: me quoque, inquit, iube occidi: ut gloriari possis, multo fortior est quam ipse es uirum abs te occisum esse. Cum Flaccus negaret profecto satis copotem mentis esse: modo prohiberi etiam se, si id uellet, s. c. diceret: tum Iubellius, quandoquidē, inquit, capta patria, propinquis amicisque amissis, cum ipse manu mea coniugem liberosque interfecerim ne quid indigni pateretur: mihi ne mortis quidem copia eadē est, quæ his ciuibus meis: petatur à uirtute inuisæ huius uitæ uindicta. atque ita gladio, quæ ueste texerat, per aduersum pectus transfixus, ante pedes imperatoris moribundus procubuit. Quia & quod ad supplicium attinet Campanorum: & pleraque alia de Flacci unius sententia acta erant: mortuum Appium Claudium sub deditionem Capuæ quidam

dam tradunt. hunc quoque ipsum Tauream neque sua sponte uenisse Cales: neque sua manu interfectum: sed dum inter ceteros ad palum deligatur, quia parum inter strepitus exaudiri possent quæ uociferabatur, silentium fieri Flaccum iussisse: tum Tauream illa quæ ante memorata sunt, dixisse: uirum se fortissimum à nequaquam pari ad uirtutem occidi. sub hæc dicta iussu proconsulis præconem ita pronuntiasse. Licet uero forti adde uirgas, & in eum primum lege age. Letum quoque senatusconsultum, priusquam securi feriret, quidam autores sunt. sed quia adscriptum in senatusconsulto fuerit: si ei uideretur, integram rem ad senatum referret: interpretatum esse, quid magis è Repub. duceret æstimationem sibi permissam. Capuam à Calibus reditum est: Atellaque & Calatia in deditioem acceptæ. ibi quoque in eos qui capita rerum erant, animaduersum. ita ad LXX principes senatus interfecti, trecenti ferme nobiles Campani in carcerem conditi, alij per sociorum latini nominis urbes in custodias dati, uarijs casibus interierunt. multitudo alia ciuium Campanorum uenundata. De urbe agroque reliqua consultatio fuit: quibusdam delendam censentibus urbem præualidam, propinquam, inimicam. Cæterum præsens utilitas uicit. nam propter agrum, quem omni fertilitate terræ satis constabat primum in Italia esse: urbs seruata est, ut esset aliqua aratorum sedes. urbi frequentandæ multitudo incolarum libertinorumque & institorum opificumque retenta. ager omnis & tecta publica populi Romani facta. Cæterum habitari tantum, tanquam urbem, Capuam frequentarique placuit: corpus nullum ciuitatis, nec senatus nec plebis concilium nec magistratus esse. sine consilio publico, sine imperio multitudinem nullius rei inter se sociam ad consensum inhabilem fore. præfectum ad iura reddenda ab Roma quotannis missuros. Ita ad Capuam res compositæ consilio ab omni parte laudabili. seuerè & celeriter in maxime noxios animaduersum: multitudo ciuium dissipata in nullam spem reditus: non sæuitum incendijs ruinisque in tecta innoxia murorumque: & cum emolumento quæsitæ etiam apud socios lenitatis species incolumitate urbis nobilissimæ opulentissimæque, cuius ruinis omnis Campania, omnes qui Campaniam circa accorunt, populi ingemissent: confessio expressa hosti, quanta uis in Romanis ad expetendas poenas ab infidelibus socijs, & quàm nihil in Annibale auxilijs ad receptos in fidem tuendos esset.

Romani proconsules perfuncti quod ad Capuam attinebat cura, Claudio Neroni ex his duabus legionibus, quas ad Capuam habuerat: sex millia peditum, & trecentos equites quos ipse legisset: & socium latini nominis peditum numerum parem, & octingentos equites decernunt. Eum exercitum Putcolis in naues impositum Nero in Hispaniam transportauit. Cum Tarraconem nauibus uenisset, expositisque ibi copijs, & nauibus subductis, socios quoque nauales multitudinis augendæ causa armasset: profectus ad Iberum flumen, exercitum ab T. Fonteio & L. Martio accepit. inde pergit ad hostes ire. Asdrubal Anilcaris ad Lapides atros castra habebat in Aufetanis. is locus est inter oppida Illiturgim & Mentissam. huius saltus fauces Nero occupauit. Asdrubal ne in arcto res esset, eaduceatorem misit, qui promitteret, si inde missus foret, se omnem exercitum ex Hispania deportaturum. Quam rem cum læto animo Romanus accepisset, diem posterum Asdrubal colloquio petiuit: ut Romani leges conscriberent de tradendis arcibus urbium, dieque statuenda, ad quam præsidia deducerentur, suaque omnia sine fraude Pœni deportarent. Quod ubi impetrauit, extemplo primis tenebris, atque inde tota nocte quod grauissimum exercitus erat, Asdrubal quacunque posset, euadere è saltu iussit. data sedulo opera est, ne multi ea nocte exirent, ut ipsa paucitas tum ad hostem silentio fallendum aptior, tum ad euadendum per arctas semitas ac difficiles esset. Ventum insequenti die ad colloquium est. sed loquendo plura scribendoque dedita opera quæ in rem non essent, die consumpto, in posterum dilatum est. addita insequens nox spatium dedit & alios emittendi: nec postero die res finem inuenit. ita aliquot dies disceptando palam de legibus, noctesque emittendis clam è castris Carthaginensibus absumptæ. & posteaquam maior pars emissa exercitus erat, iam ne his quidem quæ ultro dicta erant stabatur: minusque ac minus, cum timore simul fide decresciente, conueniebat. Iam ferme pedestres omnes copiae euaserat è saltu: cum prima luce densa nebula saltum omnem camposque circa intexuit. quod ubi sensit Asdrubal, mittit ad Neronem, qui in posterum diem colloquium differret. illum diem religiosum Carthagi
m m ticibus

nientibus ad agendum quicquam rei, feriatum esse. Ne tum quidem suspecta fraus. cum data esset uenia eius diei, extemplo Asdrubal cum equitatu elephantisque castris egressus sine ullo tumultu in tutum euasit. Hora ferme quarta depulsa sole nebula aperuit diem, uacuaque hostium castra conspexerunt Romani. Tum demum Claudius punicam fraudem agnoscens, ut se dolo captum sensit, proficiscentem institit sequi, paratus conflagrare acie. sed hostis detrectabat pugnam. leuia tamen praelia inter extremum punicum agmen, praecursoresque Romanorum fiebant. Inter haec Hispaniae populi, nec qui post cladem acceptam defecerant, redibat ad Romanos, nec ulli noui deficiebant. Et Romae senatui populorum post receptam Capuam non Italiae iam maior, quam Hispaniae cura erat. & exercitum augeri & imperatorem mitti placebat. nec tamen quem mitterent, satis constabat: quoniam illuc, ubi duo summi imperatores intra dies xxx cecidissent, qui in locum duorum succederet, extraordinaria cura deligendus esset. Cum alij alium nominarent, postremum eò decursum est, ut populus proconsuli creando in Hispaniam comitia haberet. diemque comitijs consules edixerunt. Primo expectauerant, ut qui se tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. quae ut destituta expectatio est, redintegratus luctus acceptae cladis, desideriumque imperatorum amissorum. Mcesta itaque ciuitas prope inops consilij, comitiorum die tamen in campum descendit. atque in magistratus uersi circumspiciunt ora principum, aliorum alios intuentium, fremuntque: adeo perditas res, desperatumque de Repub. esse, ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere. Cum subito P. Cornelius, illius qui in Hispania ceciderat filius, quatuor & uiginti ferme annos natus, professus se petere, in superiore unde conspici posset loco constitit. In quem postquam omnium ora conuersa sunt, clamore ac fauore ominati extemplo sunt felix faustumque imperium. iussi deinde inire suffragium, ad unum omnes non centuriae modo, sed etiam homines P. Scipioni imperium esse in Hispaniam iusserunt. Caeterum post rem actam, ut iam residerat impetus animorum ardorque, silentium subito ortum, & tacita cogitatio, quidnam egissent noui. quod fauor plus ualisset, quam ratio aetatis, maxime poenitebat. quidam fortunam etiam domus horrebant nomenque, ex funestis duabus familijs in eas prouincias, ubi inter sepulchra patris patrique res gerendae essent, proficiscentis. Quam ubi ab re tanto impetu acta sollicitudinem curamque hominum animaduertit: aduocata contione, ita de aetate sua imperioque mandato, & bello quod gerendum esset, magno elatoque animo disseruit: ut ardorem cum qui residerat, excitaret rursus innouaretque: & impleret homines certioris spei, quam quam fides promissi humani, aut ratio ex fiducia rerum subijcere solet. Fuit enim Scipio non ueris tantum uirtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam ab iuuenta in ostentationem earum compositus: pleraque apud multitudinem aut per nocturnas uisa species, aut uelut diuinitus mente monita, agens: siue & ipse capti quadam superstitione animi: siue ut imperia consiliaque, uelut sorte oraculi missa, sine cunctatione assequeretur. ad haec iam inde ab initio praeparans animos, ex quo togam uirilem sumpsit, nullo die prius ullam publicam priuatamque rem egit, quam in Capitolium iret, ingressusque aedem consideret: & plerumque tempus solus in secreto ibi tereret. Hic mos, qui per omnem uitam seruabatur, seu consulto seu temere uulgatae opinioni fidem apud quosdam fecit: stirpis eum diuinae uirum esse. retulitque famam in Alexandro Magno prius uulgatam, & uanitate & fabula parem: anguis immanis concubitu conceptum, & in cubiculo matris eius per saepe uisam prodigij eius speciem, interuentumque hominum euolutam repente, atque ex oculis elapsam. His miraculis nunquam ab ipso elusa fides est: quin potius aucta arte quadam, nec abnuendi tale quicquam, nec palam affirmandi. Multa alia eiusdem generis, alia uera, alia assimulata, admirationis humanae in eo iuuenae excesserant modum. quibus freta tunc ciuitas aetati haudquaquam maturae tantam molem rerum, tantumque imperium permisit. Ad eas copias, quas ex uctere exercitu Hispania habebat: quaeque a Puteolis cum Claudio Nerone traiectae erant, decem millia peditum, & mille equites adduntur. & M. Iunius Syllanus Propr. adiutor ad res gerendas datus est. Ita cum xxx nauium classe (omnes autem quinqueremes erant) ostijs tyberinis profectus praeter oram tusci maris, Alpes atque gallicum sinum, & deinde Pyrenes circumuectus promontorium, Emporij urbe Graeca (oriundi & ipsi a Phocra

tæa sunt) copias exposuit. inde sequi nauibus iussis, Tarraconem pedibus profectus conuentum omnium sociorum (etenim legationes ad famam aduentus eius ex omni se prouincia effuderant) habuit. naues ibi subduci iussit: remissis quatuor triremibus Massiliensium, quæ officij causa ab domo profectæ fuerant. Responda inde legationibus suspensis uarietate tot casuum dare cœpit: ita elato ab ingenti uirtutum suarum fiducia animo, ut nullum ferox uerbum excideret: ingensq; omnibus quæ diceret, cum maiestas inesset, tum fides. Profectus ab Tarracone & ciuitates sociorum & hyberna exercitus adiit: collaudauitq; milites, quod duabus tantis claudibus deinceps icti prouinciam obtinuissent: nec fructum secundarum rerum sentire hostes passis, omni cis Iberum agro eos arcuissent, sociosq; cum fide tutati essent. Martium secum habebat cum tanto honore, ut facile appareret, nihil minus cum uereri, quam ne quis obstaret gloriæ suæ. Successit inde Neroni Syllanus, & in hyberna noui milites deducti. Scipio omnibus quæ ad eunda agendaq; erant, mature aditis peractisq;, Tarraconem concessit. Nihilominor fama apud hostes Scipionis erat, quam apud ciues sociosq;: & diuinatio quædam futuri, quo minus ratio timoris reddi poterat, eo opportune maiorem inferens metum. In hyberna diuersi concesserant: Asdrubal Gisgonis usq; ad Oceanum & Gades: Mago in mediterranea maxime supra castulonensem saltum. Asdrubal Amilcaris filius proximus Ibero circa Saguntum hybernauit. Æstatis eius extremo, quo capta est Capua, & Scipio in Hispaniam uenit: punica classis ex Sicilia Tarentum accita ad arcendos commeatu præsidij Romani, quod in arce Tarentina erat: clauserat quidem omneis ad arcem à mari aditus: sed assidendo diutius arctiorem annonam socijs, quam hosti faciebat. non enim tantum subuehi oppidanis per pacata litora, apertisq; portus præsidio nauium punicarum poterat: quantum frumenti classis ipsa turba nauali mista ex omni genere hominum absumebatur: ut arcis præsidium etiam sine inuecto, quia ibi pauci erant, ex ante præparato sustentari posset: Tarentinis classisq; ne inuectum quidem sufficeret. tandem maiore gratia quam uenerat, classis dimissa est. annona haud multum laxauerat: quia remoto maritimo præsidio, subuehi frumentum non poterat. Eiusdem æstatis exitu M. Marcellus ex Sicilia prouincia cum ad urbem uenisset, à C. Calpurnio Pr. senatus ei ad ædem Bellonæ datus est. ibi cum de rebus ab se gestis differuisset, questus leniret non suam magis quam militum uicem, quod prouincia confecta exercitum deportare non licuisset, postulauit, ut triumphanti urbem inire liceret. id non impetrauit. Cum multis uerbis actum esset, utrum minus conueniret, cuius nomine absentis ob res prospere ductu eius gestas supplicatio decreta foret, & dijs immortalibus habitus honos, ei præsentem negare triumphum: an quem tradere exercitum successori iussissent, quod nisi manente in prouincia bello non decerneretur, eum quasi debellato triumphare, cum exercitus testis meriti atq; immeriti triumphum abesset: medium uisum, ut ouans urbem iniret. Tribuni plebis ex autoritate senatus ad populum tulerunt, ut M. Marcello, quo die urbem ouans iniret, imperium esset. Prædic quam urbem iniret, in monte Albano triumphauit. inde ouans multam præ se prædam in urbem intulit. Cum simulachro captarum Syracusarum catapultæ balistæq;, & alia omnia instrumenta belli lata, & pacis diuturnæ regiarq; opulentiarq; ornamenta, argenti ærisq; fabre facta uasa: & alia suppellex pretiosaq; uestis: & multa nobilia signa, quibus inter primas Græciæ urbes Syracusæ ornata fuerant. Punicæ quoq; uictoriæ signum, octo ducti elephantum. Et non minimum fuisse spectaculum cum coronis aureis præcedentes Sosius Syracusanus & Mericus Hispanus. quorum altero duce nocturno Syracusas introitum erat: alter Nassum, quodq; ibi præsidij erat, proderat. His ambobus ciuitas data. & quingena iugera agri: Sosidi in agro Syracusano, qui aut regius, aut hostium populi Romani fuisset: & ædes Syracusis cuius uellet eorum, in quos belli iure animaduersum esset: Merico Hispanisq; qui cum eo transierant, urbs agerq; in Sicilia ex his qui à populo Romano defecissent, iussa dari. id M. Cornelio mādaturum, ut ubi ei uideretur, urbem agrumq; eis assignaret. in eodem agro Belligeni, per quem illectus ad transitionem Mericus erat, ccc iugera agri decreta. Post profectionem ex Sicilia Marcelli punica classis octo millia peditum, tria Numidarum equitum exposuit. Ad eos Murgentinæ descuerunt terræ. secutæ defectionem earum Hybla & Magella sunt, & ignobiliores quædam aliæ. Et Numidæ

m m 2 præfecto

præfecto Mutine uagi per totam Siciliam sociorū populi Romani agros urebant. Super hæc exercitus Romanus iratus, partim quod cum imperatore nō deuectus ex prouincia esset: partim quod in oppidis hybernare uetiti erant, segni fungebantur militia: magisq; eis autor ad seditionem, quā animus deerat. Inter has difficultates M. Cornelius Pr. & militū animos nunc consolando nunc castigando sedauit: & ciuitates omnes quæ defecerant, in deditionem rediguit: atq; ex his Murgantiam Hispanis, quibus urbs agerq; debebatur, ex s c tribuit. Consules cum ambo Apuliam prouinciam haberent, minusq; iam terroris à Pœnis & Annibale esset, sortiri iussi Apuliam Macedoniamq; prouincias. Sulpicio Macedonia euenit, isq; Leuino successit. Fuluius Romam comitorum causa accersitus cum comitia consulibus rogādis haberet: prærogatiua centuria iuniorum declarauit T. Manlium Torquatum & T. Octacilium. Manlius qui præsens erat, gratulandi causa cum turba coiret, nec dubius esset consensus populi, magna circumfusis turba ad tribunal consulis uenit: petiq; ut pauca sua uerba audiret, centuriamq; quæ tulisset suffragium, reuocari iuberet. Erectis omnibus expectatione, quidnā potulaturus esset, oculorum ualitudinem excusauit. Impudentem & gubernatorem & imperatorem esse: qui cum alienis oculis ei omnia agenda sint: postulet sibi aliorum capita, ac fortunas committi. proinde si uideretur, & redire in suffragium centuriam iuniorum iuberet: & meminisset in consulibus creandis belli, quod in Italia sit, temporumq; reipublice uixdum quiescere aureis à strepitu et tumultu hostili, quo paucos ante menses assederint propè mœnia Romana. Post hæc cum centuria frequens succlamasset, nihil se mutare sententiæ, eosdemq; consules dicturos esse: tum Torquatus, neq; ego uestros, inquit, mores consul ferre potero, neque uos imperium meum. redite in suffragium, & cogitate bellum punicum in Italia, & hostium ducem Annibalem esse. Tum centuria & autoritate mota uiri, & admirantium circa fremitu, petit à consule, ut centuriam seniorum citaret. uelle sese cum maioribus natu colloqui, & ex autoritate eorum consules dicere. Citatis centuriæ senioribus, datum secreto in ouili cum his colloquendi tempus. Seniores de tribus consulendum dixerunt esse: duobus iam plenis honorum, Q. Fabio & M. Marcello: & si utiq; nouum aliquem aduersus Pœnos cōsulem creari uellent, M. Valerium Leuinum egregie aduersus Philippum regem terra mariq; res gessisse. Ita de tribus consultatione data, senioribus dimissis, iuniores suffragium ineunt. M. Claudiu Matcellum fulgentem tum Sicilia domita, & M. Valerium, absentes cōsules dixerunt. autoritatem prærogatiuæ omnes centuriæ secute sunt. Eludant nunc antiqua mirantes. nō equidē si qua sit sapientium ciuitas: quam docti fingunt magis quā norunt: aut principes grauiores temperatioresq; à cupidine imperij, aut multitudinem melius moratam censeam fieri posse. Centuriam uero iuniorum seniores consulere uoluisse, quibus imperium suffragio mandaret: uix ut uerisimile sit, parentū quoq; hoc seculo uilis leuisq; apud liberos autoritas fecit. Prætoria inde comitia habita. P. Manlius Volso & L. Manlius Acidinus, & C. Lectorius & L. Cincius Alimentus creati sunt. Forte ita incidit, ut comitijs perfectis nuntiaretur: T. Octacilium, quem T. Manlio, nisi interpellatus ordo comitorum esset, collegam absentem daturus fuisse uidebatur populus, mortuum in Sicilia esse. Ludi Apollinares & priore anno fuerant: & eo anno ut fierent, repente Calpurnio Pr. senatus decreuit, ut in perpetuum uouerentur. Eodem anno prodigia aliquot uisa, nuntiataq; sunt. In æde Concordiæ uictoria quæ in culmine erat, submine iccta decussa q; ad Victorias quæ in ante fixæ erāt, hæsit, neq; inde procidit. Et Anagninæ & Fregellis nuntiatum est murum portasq; de cælo tactas. & in foro sudertano sanguinis riuos per diem totū fluxisse. & Erecti lapidibus pluuisse. & Reate mulam pepetisse. Ea prodigia hostijs maioribus sunt procurata: & obsecratio in unum diem populo indicta, & nouendiale sacrum. Sacerdotes publici aliquot eo anno mortui sunt, nouiq; successi, in locum M. Aemylij Numidæ decemuirii sacrorum M. Aemylius Lepidus: in locum M. Pomponij Mathonis pontificis C. Liuius: in locum Sp. Caruilij Maximi auguris M. Seruilus. T. Octacilius Crassus pontifex quia exacto anno mortuus erat: ideo nominatio in locum eius non est facta. C. Claudius flamen dialis quod exta perperam dederat, Flaminio abiit. Per idem tempus M. Valerius Leuinus, tentatis prius per secreta colloquia principum animis, ad indictum ante

ante ad idiplum concilium Aetolorum classe expedita uenit. Vbi cum Syracusas Capuamq̄ captas in fidem, in Italia q̄ rerum secundarū successum ostentasset: adiecissetq̄, iam inde à maioribus traditum morem Romanis colendi socios: ex quibus alios in ciuitatem, atq̄ æquum secum ius accepissent: alios in ea fortuna haberent, ut socij esse quàm ciues mallet. Aetolòs eò in maiore futuros honore, quod gentium transmarinarū in amicitiam primi uenissent. Philippum eis & Macedonas graues accolos esse. quorum se uim ac spiritus etiam fregisse: & eò reductos esse, ut non his modo urbibus quas per uim ademissent Actolis, excedant: sed ipsam Macedoniam infestam habeant. Et Acarnanas quos ægre ferrent Actoli à corpore suo dirent p̄tos, restitutorū se in antiquam formulam iurisq̄ ac ditionis eorum. Hæc dicta promissaq̄ à Romano imperatore Scopas, qui tum prætor gentis erat, & Dorimachus princeps Aetolorum affirmauerunt autoritate sua, minore cum uerecundia & maiore cum fide uim maiestatemq̄ populi Romani extollentes. maxime tamen spes potiundæ mouebat Acarnaniæ. Igitur conscriptæ cōditiones quibus in amicitiam societatemq̄ populi Romani uenirent, additumq̄, ut si placeret uellentq̄, eodem iure amicitia Elei Lacedæmoniq̄, & Attalus & Pleuratus & Scerdilerus essent: Asiæ Attalus, hi Illyriorum reges. Bellum ut extemplo Aetoli cum Philippo terra gererent. Nauibus ne minus xx quinquere mis adiuuaret Romanus. Urbem Corcyra tenuis ab Actolia incipienti solum tecta q̄, & muri cum agris Aetolorum, alia omnis præda populi Romani esset. Darentq̄ operam Romani, ut Acarnaniam Actoli haberent. Si Aetoli pacem cum Philippo facerent, fœderi adscriberent: ita ratam eorum pacem, si Philippus arma ab Romanis socijsq̄ quicq̄ eorum ditionis essent, abstinuisset. Item si populus Romanus fœdere iungeret regi, ut caueret ne ius ei belli inferendi Aetolis socijsq̄ eorum esset. Hæc conuenerunt. conscriptaq̄ biennio post, Olympiæ ab Aetolis, in Capitolio ab Romanis, ut testata sacris monumētis essent, sunt posita. Moræ causa fuerant retenti Romæ diutius legati Aetolorum. nec tamen impedimento id rebus gerendis fuit. & Aetoli extemplo mouerunt aduersus Philippum bellum: & Leuinus Zacynthum (parua insula est, propinqua Actoliæ: urbem unam eodem quo ipsa est nomine habet: eam præter arcem uicē cepit) & Oleniada Naxumq̄ Acarnanum captas Actolis cōtribuit. Philippum quoq̄ satis implicatum bello finitimo ratus, ne Italiam Pœnosq̄ & pacta cum Annibale posset respicere, Corcyram ipse se recepit. Philippo Aetolorum defectio Pellæ hybernanti allata est. itaq̄ quia primo uere moturus exercitum in Græciam erat, Illyrios finitimasq̄ eis urbes alieno metu quietas ut Macedonia haberet, expeditionem subitam in Oricinorum atq̄ Apolloniatum fines fecit: egressosq̄ Apolloniatas cum magno terrore ac pauore compulit intra muros. uastatis proximis Illyrijs, in Pelagoniam eadem celeritate uertit iter. inde Dardanorum urbem sitam in Macedonia, transitum Dardanis facturam, cœpit. His raptim actis, memor Aetolici iunctiq̄ cum eo Romani belli per Pelagoniam & Nymphœum & Boleam in Thessaliam descendit. ad bellum secum aduersus Aetolos capessendum incitari posse homines credebat: & relicto ad fauces Thessaliæ Perseo cum quatuor millibus armatorum ad arcendos aditu Aetolos, ipse priusquam maioribus occuparetur rebus, in Macedoniam atq̄ inde in Thraciam exercitum ac Mædos eduxit. Incurrere ea gens Macedoniam solita erat, ubi regem occupatū externo bello, ac sine præsidio esse regnum sensisset. Ad Phragandas igitur uastare agros, & urbem Iampharniam, caput arcēq̄ Mædicæ oppugnare cœpit. Scopas ubi profectum in Thraciam regem, occupatumq̄ ibi bello audiuit, armata omni iuuentute Aetolorū, bellum inferre Acarnaniæ parat. Aduersus quos Acarnanum gens & uiribus impar, & iam incenia Oleniados Naxumq̄ amissa cernens, Romanamq̄ insuper arma ingruere, ira magis instruit quàm consilio bellum. coniugibus liberisq̄ & senioribus supra Lx annos in propinquam Epirum missis, ab xv ad Lx annos coniuuant: nisi uictores, se non redituros. qui uictus acie excessisset, cum nequis urbe tecto mensa late reciperet, ditam execrationem in populares, obtestationem quàm sanctissimā potuerunt, aduersus hospites composuerunt. precatiq̄ simul Epirotas sunt, ut qui suorum in acie cecidissent, eos uno tumulo contegerent, adhiberentq̄ humanis titulum. Hic siti sunt Acarnanes, qui aduersus uim atque iniuriam Aetolorum pro patria pugnantes mortem occubuerunt. Per hæc

m m ; incitatis

incitatis animis, castra in extremis finibus suis obuiam hosti posuerunt. nuntijs ad Philippum missis, quanto res in discrimine esset: omittere Philippum id quod in manibus erat, coegerunt bellum, Iampharnia per deditionem recepta, & prospero alio successu rerum. Aetolorum impetum tardauerat primo coniurationis fama Acarnanicæ: deinde auditus Philippi aduentus regredi etiam in intimos coegit fines. Nec Philippus, quanquam ne opprimerentur Acarnanes, itineribus magnis ierat: ultra Clinen est progressus. inde cum audisset reditum Aetolorum ex Acarnania, & ipse Pellam rediit. Leuinus ueris principio à Corcyra profectus nauibus, superato Leucate promontorio, cum uenisset Naupactum: Anticyram inde se petiturum edixit, ut præsto ibi Scopas Aetoliq̄ue essent. Sita Anticyra est in Locride læua parte sinum Corinthiacum intrantibus. breue terra iter eò, breuis nauigatio ab Naupacto est. Tertio ferme post die utrinque oppugnari cœpta est. grauior à mari oppugnatio erat: quia & tormenta machinæque omnis generis in nauibus erant, & Romani inde oppugnabant. itaque intra paucos dies recepta urbs per deditionem, Aetolis traditur. præda ex pacto Romanis cessit.

Literæ Leuino redditæ, consulẽ cum absentem declaratum, & successorem uenire P. Sulpicium. cæterum diuturno ibi morbo implicitus serius spe omnium Romam uenit. M. Marcellus cum Idibus Martijs consulatum inisset, senatum eo die moris modo causa habuit: professus nihil se absente collega, neque de republica, neque de prouincijs acturum. Scire se frequentes Siculos prope urbem in uillis obrectatorum suorum esse. quibus tantum abesse, ut per se non liceat palàm Romæ crimina edita, fictaq̄ue ab inimicis uulgate: ut ni simularent aliquem sibi timorem absente collega dicendi de consule esse, ipse eis extemplo daturus senatum fuerit. ubi quidem collega uenisset: non passurum quicquam prius agi, quàm Siculi in senatum introducantur. delectum propè à M. Cornelio per totam Siciliam habitum, ut quàm plurimi questum de se Romam uenirent. eundem literis falsis urbem impleffe, bellum in Sicilia esse, ut suam laudem minuat. Moderati animi gloriam eo die adeptus consul senatum dimisit. ac propè iustitium omnium rerum futurum uidebatur, donec alter consul ad urbem uenisset. Otium, ut solet, excitauit plebis rumores. belli diuturnitate & uastatos agros circa urbem, quàm infesto agmine isset Annibal: & exhaustam delectibus Italiam, & pro republica Cannis exercitus cæfos querebantur: & consules bellicosos ambos, uiros acres nimis & feroces creatos: qui uel in pace tranquilla bellum excitare possent, nedum in bello respirare ciuitatem forent passuri. Interrupit hos sermones nocte, quæ pridie quinquattus fuit, pluribus simul locis circa forum incendium ortum. eodem tempore septem tabernæ, quæ postea quinque: & argentariæ, quæ nunc nouæ appellantur, arsere. comprehensa postea priuata ædificia: (neque enim tum basilicæ erant) comprehensæ latumiæ forumq̄ue piscatoriũ & atrium regium. ædes Vestæ uix defensa est, tredecim maxime seruorum opera, qui in publicum redempti, ac manumissi sunt. nocte ac die continuatum incendium fuit. nec ulli dubium erat, humana id fraude factum esse: quod pluribus simul locis, & ijs diuersis, ignes coorti essent. Itaque consul ex autoritate senatus pro contione edixit: qui quorum opera id conflatum incendium profiteretur: præmium fore, libero pecuniam, seruo libertatẽ. Eo præmio inductus Campanorum Calauiorum seruus (Mannus ei nomen erat) indicauit: dominos, & quinque præterea iuuenes nobiles Campanos, quorum parentes à Q. Fulvio securi percussi erant: id incendium fecisse: uulgoq̄ue facturos alia, ni comprehendantur. Comprehensi, familiæq̄ eorum, & primo eleuabatur index indiciumq̄ue. pridie eum uerberibus castigatum ab dominis discessisse: per iram ac leuitatem ex re fortuita crimen commentum. cæterum ut coràm coarguebantur, & quæstio ex ministris facinoris foro medio haberi cœpta est: facti omnes, atque in dominos seruosq̄ue conscios animaduersum est. iudici libertas data, & iuginti millia æris.

Consuli Leuino Capuam prætereunti circumfusa multitudo Campanorũ est, obsecratium cum lachrymis, ut sibi Romam ad senatum ire liceret oratum: si qua misericordia tandem flecti possent, ne se ad ultimum perditum irent, nomenq̄ Campanorum à Q. Flacco deleri sinerent. Flaccus sibi priuatam simultatem cum Campanis negare ullam esse, publicas inimicitias & hostileis esse: & futuras, quoad eo animo in populum Romanum esse sciret. nul-

lam

Iam enim in terris gentem esse, nullum infestiorum populorum nomini Romano. ideo se mœnibus inclusos tenere eos: quia si qui euasissent aliqua, uelut feras bestias per agros uagari: & laaniare & trucidare quodcunque obuium detur. alios ad Annibalem transfugisse, alios ad Romam incendendam profectos. inuenturum in semiusto foro consulem uestigia sceleris Campanorum. Vestæ ædem petitam, & æternos ignes, & conditum in penetrati fatale pignus imperij Romani. se minime censere tutum esse, Campanis potestatem intrandi Romana mœnia fieri. Leuinus Campanos iureiurando à Flacco adactos, quinto die quàm à senatu responsum accepissent, Capuam redituros, sequi se Romam iussit. Hac circumfusis multitudinis simul Siculis obuiam egressis potestatem Romam adeundi fecit: clarissimarum urbium excidio celeberrimis uiris uictos bello accusatores in urbem adducens. De republica tamen primum, ac de prouincijs ambo consules ad senatum retulere. Ibi Leuinus quo statu Macedonia & Græcia, Aetoli, Acarnanes Locrici essent: quasque ibi res ipse egisset terra marique, exposuit. Philippum inferentem bellum Aetolis in Macedoniam retro ab se compulsum, ad intima penitus regni abiisse, legionemque inde deduci posse, classem satis esse ad arcendum Italia regem.

Hæc de se deque prouincia, cui præfuerat. Cōsulum de prouincijs communis relatio fuit. Decreuere patres, ut alteri consulum Italia, bellumque cum Annibale, prouincia esset: alter classem cui T. Octacilius præfisset: Siciliamque prouinciã cum L. Cincio prætore obtineret. Exerctus eis duo decreti, qui in Hetruria Galliaque essent. eæ quatuor erant legiones. urbanæ duæ superioris anni in Hetruriam: duæ quibus Sulpicius c o s. præfisset, in Galliam mitterentur. Gallia & legionibus præfisset, quem consul, cuius Italia prouincia esset, præfecisset. In Hetruriam C. Calpurnius post præturam, prorogato in annum imperio, missus. & Q. Fuluius Capua prouincia decreta, prorogatumque in annum imperium. Exercitus ciuium sociorumque minui iussus, ut ex duabus legionibus una legio quinque millia peditum, & trecenti equites essent dimissis qui plurima stipendia haberent: & sociorum septem millia peditum, & trecenti equites relinquerentur: eadem ratione stipendiorum habita in ueteribus militibus dimittendis. Cn. Fuluius c o s. superioris anni, nec de prouincia Apulia, nec de exercitu quem habuerat, quicquam mutatum: tantum in annum prorogatum imperium est. P. Sulpicius collega eius omnem exercitum, præter socios nauales, iussus dimittere est. Item ex Sicilia exercitus, cui M. Cornelius præfisset: ubi consul in prouinciã uenisset, dimitti iussus. L. Cincio Pr. ad obtinendam Siciliam Cannenses milites dati, duarum instar legionum. Totidem legiones in Sardiniam P. Manlio Volsoni Pr. decretæ: quibus L. Cornelius in eadem prouincia priore anno præfuerat. Urbanas legiones ita scribere consules iussi, ne quem militem facerent, qui in exercitu M. Claudij, M. Valerij, Fuluijque fuissent: neue eo anno plures quàm una & x x Romanæ legiones essent. His senatus cōsultis perfectis, sortiti prouincias cōsules. Sicilia & classis Marcellus, Italia cum bello aduersus Annibalem Leuino euenit. Quæ fors, uelut iterum captis Syracusis, ita exanimauit Siculos expectatione fortis in consulum conspectu stanteis: ut comploratio eorum flebilesque uoces, & ex templo oculos hominum conuerterent, & postmodum sermones præbuerint. Circumibant enim senatum cum ueste sordida, affirmantes: se non modo suam quisque patriam, sed totam Siciliam relicturos: si eò Marcellus iterum cum imperio redisset. nullo suo merito cum ante implacabilem in se fuisse: quid iratum quod Romam de se questum uenisse Siculos sciat, facturum? obrui ab Aetnae ignibus, aut mergi freto, satius illi insulae esse, quàm uelut dedi noxæ inimico. Hæ Siculorum querelæ, domos primum nobilium circumlatæ, celebrataeque sermonibus, quos partim misericordia Siculorum partim inuidia Marcelli excitabat, in senatum etiam peruenerunt. Postulatum à consulibus est, ut de permutandis prouincijs senatum consulere. Marcellus, si iam auditi ab senatu Siculi essent: aliam forsitan futuram sententiã suã, dicere. nunc ne quis timore frenari eos dicere posset: quo minus de eo libere querant, in cuius potestate mox futuri sint: si collegæ nihil intersit, mutare se prouinciã paratū esse. deprecari senatus præiudiciū. nam cum extra sortem collegæ optionē dare prouinciæ iniquū fuerit, quanto maiorem iniuriã, immo contumeliã esse, sortem suam ad eum transferri? Ita senatus, cum quid placeret, magis ostendisset quàm decreuisset, dimittitur.

Inter ipsos consules permutatio prouinciarum, rapiente fato Marcellum ad Annibalem facta est, ut ex quo primus aduersæ pugnae gloriam ceperat, in eius laudem postremus Romanorum imperatorum, prosperis tum maxime bellicis rebus, caderet. Permutatis prouincijs, Siculi in senatum introducti multa de Hieronis regis fide perpetua erga populum Romanum uerba fecerunt, in gratiam publicam auertentes. Hieronymum ac postea Hippocratem & Epícidem tyrannos, cum ob alia, tum propter defectionem ab Romanis ad Annibalem, inuisos fuisse sibi. ob eam causam & Hieronymum à principibus iuuentutis propè publico consilio interfectum, & in Epícidis Hippocratisq; cædem septuaginta nobilissimorum iuuenum coniuurationem factam. quos Marcelli mora destitutos, quia ad prædictum tempus exercitum ad Syracusas non admouisset: indicio facto, omnes ab tyrannis interfectos. Eam quoque Hippocratis atq; Epícidis tyrannidem Marcellum excitasse, Leontinis crudeliter direptis. Nunq; deinde principes Syracusanorum desisse ad Marcellum trāsire polliceriq; se urbem cum uellet, ei tradituros. sed cum primo ui capere maluisse: dein cum id neque terra neq; mari omnia expertus potuisset, autores traditarum Syracusarum fabrum ærarium Sosin, & Mericum Hispanum, quàm principes Syracusanorum habere, toties id nequicquam ultro offerētis, præoptasse, quo scilicet iustiore de causa uetustissimos socios populi Romani trucidaret ac diriperet. Si non Hieronymus ad Annibalem defecisset, sed populus Syracusanus & senatus: si portas Marcello Syracusani publice, & nō oppressis Syracusanis, tyranni eorum Hippocrates & Epícidis clausissent: si Carthaginiesium animis bellum cum populo Romano gessissent: quid ultra quàm quod fecerit, nisi ut deleret Syracusas, facere hostiliter Marcellum potuisset? Certe præter mœnia & tecta exhausta urbis, & refracta deum delubra, dijs ipsis ornamentisq; eorum ablatis, nihil relictū Syracusis esse. bona quoque multis adempta: ita ut ne nudo quidem solo, reliquijs direptæ fortunæ, alere sese ac suos possent. Orare se patres conscriptos, ut si nequeant omnia, saltem quæ compareant, cognoscicq; possint, restitui dominis iubeant. Talia conquestos cum excedere templo, ut de postulatis eorum patres consuli possent, Leuinus iussisset: Imò maneat, inquit Marcellus, ut coram his respondeam: quando ea cōditione pro uobis patres conscripti bella gerimus, ut uictos armis accusatores habeamus: duæ captæ hoc anno urbes, Capua Fuluium reum, Marcellum Syracusæ habeant. Reductis in curiam legatis, tum consul. Non adeo maiestatis, inquit, populi Romani imperiq; huius oblitus sum patres conscripti, ut si de meo crimine ambigeretur, consul dicturus causam, accusantibus Græcis, fuerim. sed non quid ego fecerim, in disquisitionem uenit, quem quicquid in hostibus feci, ius belli defendit, sed quid isti pati debuerint. qui si non fuerunt hostes, nihil interest: nunc, an uiuo Hierone Syracusas uiolauerim. si autem desciuerunt, legatos nostros ferro atque armis petierunt, urbem ac mœnia clauerunt, exercitumq; Carthaginiesium aduersus nos tutati sunt: quis passos esse hostilia cum fecerint, indignatur? Tradentes urbem princeps Syracusanorum auersatus sum: Sosin & Mericum Hispanum, quibus tantam rem crederem, potiores habui? Non estis extremi Syracusanorum: quippe qui alijs humilitatem obijciatis: quis est uestrum, qui se mihi portas aperturum, qui armatos milites meos in urbem accepturum promiserit? Odistis, & execramini eos qui fecerunt: & ne hic quidem contumelijs in eos dicendis parcitis. tantum abest, ut & ipsi tale quicquam facturi fueritis. Ipsa humilitas eorum patres conscripti, quam isti obijciunt: maximo argumento est, me neminem, qui nauatam operam Reipublicæ nostræ uelit, auersatum esse. Et antequam obsiderem Syracusas: nunc legatis mittendis, nunc ad colloquium eundo, tentauit pacem: & postquam neque legatos uiolandi uerecundia erat: nec mihi ipsi congresso ad portas cum principibus responsum dabatur: multis terra marique exhaustis laboribus, tandem ui atque armis Syracusas cepi. Quæ captis acciderint apud Annibalem & Carthaginieses, uictos que iustius quàm apud uictoris populi Romani senatum quererentur. Ego Patres conscripti Syracusas spoliatas si negaturus essem: nunquam spolijs earum urbem Romam exornarem, quæ autem singulis uictor aut ademi aut dedi, cum belli iure tum ex cuiusque merito satis scio me fecisse. ea uos rata habeatis patres conscripti, necne, magis reipublicæ interest, quàm mea. mea quippe

quippe fides exoluta est: ad rempublicam pertinet, ne acta mea rescindēdo, alios in posterum segriores duces faciatis. Et quoniam coram & Siculorum, & mea uerba audistis patres cōscripsi: simul templo excedemus, ut me absente liberius consuli senatus possit. Ita dimissis Siculis, & ipse in Capitolium ad delectum discessit. Consul alter de postularis Siculorum ad patres retulit. Ibi cum diu de sententijs certatum esset: & magna pars senatus, principe eius sententiæ T. Manlio Torquato, cum tyrannis bellum gerendum fuisse censerent, hostibus & Syracusanorum & populi Romani: & urbem recipi, non capi: & receptam legibus antiquis & libertate stabili, non fessam miseranda seruitute bello affligi: inter tyrannorum & ducis Romani certamina præmium uictoris in medio positam urbem pulcherrimam ac nobilissimam perisse, horreum atq; ærariū quondam populi Romani: cuius munificentia ac donis multis tempestatibus, hoc deniq; ipso punico bello adiuta ornataq; respublica esset. Si ab inferis existat rex Hiero, fidissimus imperij Romani cultor: quo ore aut Syracusas, aut Romam ei ostendi posse: cum ubi semirutam ac spoliatam patriam respexisset, ingrediens Romam in uestibulo urbis, propè in porta, spolia patriæ suæ uisurus sit: Hæc taliaq; cum ad inuidiam consulis miserationemq; Siculorum dicerentur, mitius tamen decreuerunt patres causa Marcelli. Quæ is gerens bellum uictorq; egisset, rata habenda esse, in reliquum curæ senatui fore rem Syraculanam, mandaturusq; consuli Leuino, quoad sine iactura reipub. fieri posset, fortunis eius ciuitatis consuleret. Missis duobus senatoribus in Capitolium ad cōsulem, uti rediret in curiam, & introductis Siculis, senatusconsultū recitatū est. legatiq; benigne appellati ac dimissi, ad genua se Marcelli eos. proiecerūt, obsecrantes, ut quæ deplorandæ ac leuandæ calamitatis causa dixissent, ueniā eis daret: & in fidem & clientelam se urbemq; Syracusas acciperet. post hæc consul clementer appellatos eos dimisit. Campanis deinde senatus datus est. quorū oratio miserabilior, causa durior erat. neque enim meritas pœnas negare poterant, nec tyranni erant, in quos culpam conferrent. sed satis pensum pœnarum, tot ueneno absumptis, tot securi percussis senatoribus, credebant. Paucos nobiliū superstites esse, quos nec sua conscientia, ut quicquam de se grauius consulerent, impulerit: nec uictoris ira capitis damnauerit. eos libertatem sibi suisq; & bonorum aliquam partem orare, ciues Romanos, affinitatibus plerosq; & propinquis iam cognationibus ex cōnubio uetusto iunctos. Summotis deinde è templo, paupersper dubitatum, an accersendus à Capua Q. Fuluius esset: (mortuus enim post captam Claudiis eos. erat) ut coram imperatore qui res gessisset, sicut inter Marcellum Siculosq; disputatum fuerat, disceptaretur. dein cum M. Attilium, C. Fuluium fratrem Flacci, legatos eius, ac Q. Minucium & L. Veturium Philonem item Claudij legatos, qui omnibus gerendis rebus affuerant, in senatu uiderent: nec Fuluium auocari à Capua, nec differri Campanos uellent: in terrogatus sententiam M. Attilius Regulus, cuius ex ijs qui ad Capuam fuerat, maxima autoritas erat. In consilio, inquit, arbitror me fuisse cōsulibus Capua capta. cum quæretur: ecquis Campanorum de rep. nostra benemeritus esset, duas mulieres compertum est, Vestiam Oppiam Attellanam Capuæ habitātem, & Fauulam Cluuiam quæ quondam questum corpore fecisset: illam quotidie sacrificasse pro salute & uictoria populi Romani: hanc captiuis egenibus alimenta clam suppeditasse: cæterorū omnium Campanorū eundem erga nos animum, quem Carthaginensiu, fuisse. securiq; percussos à Q. Fulvio fuisse magis, quorū dignitas inter alios, quàm quorum culpa eminebat. Per senatū agi de Campanis, qui ciues Romani sunt, iniussu populi nō uideo posse. idq; & apud maiores nostros in Sutrianis factū est, cum defecissent: ut M. Antistius trib. pleb. prius rogationem ferret: sciretq; plebs, uti senatui de Sutrianis sententiæ dicendæ ius esset. Itaq; censeo cum trib. pl. agendū esse, ut eorum unus pluresiue rogationem ferat ad plebem, qua nobis statuendi de Campanis ius fiat. L. Attilius tribunus pl. ex autoritate senatus plebem in hæc uerba rogauit. Omnes Campani, Attellani, Calatini, Sabatini, qui se dediderunt in arbitrium ditionemq; populi Romani Fulvio proconsuli, quæq; unā secum dediderunt, agrum urbemq; diuina humanaq; utensiliaq;: siue quid aliud dediderūt: de ijs rebus quid fieri uelit, uos rogo quirites. Plebs sic iussit. Quod senatus maxima pars censeat, qui assidens, id uolumus tubemusq;. Ex hoc plebiscito senatus cōsul-

tus

tus Oppiæ Cluuiæq; primum bona, ac libertatem restituit. si qua alia præmia petere à senatu uellent, uenire eas Romam. Campanis in familias singulas decreta facta, quæ non operæpretium est omnia enumerare. Aliorum bona publicanda, ipsos liberosq; eorum & cõiuges uendendas, extra filias quæ nupsissent, prius quàm in populi Romani potestatem uenirent. alios in uincula cõdendos, ac de his posterius consulendũ. aliorum Campanorum summam etiam census distinxerunt, publicanda necne bona essent. pecua captiua, præter equos & mancipia, præter puberes uirilil sexus, & omnia quæ solo non continerent, restituenda censuerunt dominis. Campanos omnes, Attellanos, Calatinos, Sabatinos, extra quàm qui eorum aut ipsi, aut parentes eorum apud hostes essent, liberos esse iusserunt: ita ut nemo eorum ciuis Romanus, aut latini nominis esset. neue quis eorum qui Capuæ fuissent, dum portæ clausæ essent: in urbe agroue Campano intra certam diem maneret. locus ubi habitaret: trans Tyberim, qui non contingeret Tyberim, daretur. qui nec Capuæ nec in urbe Campana, quæ à populo Romano defecisset, per bellum fuissent, eos cis Lirim amnem Romam uersus: qui ad Romanos transissent prius quàm Annibal Capuam ueniret, cis Vulturum emouendos censuerunt: ne quis eorum propius mare x v millibus passuum agrum ædificiumue haberet. qui eorum trans Tyberim emoti essent: ne ipsi posteriue eorum uspiam pararent haberentue, nisi in Veiente, aut Sutrino Nepefinoue agro: dum ne cui maior, quàm quinquaginta iugerũ agri modus esset. Senatorum omnium, quicq; magistratus Capuæ, Attellæ, Calatiæ gessissent, bona uenire Capuæ iusserunt. libera corpora quæ uenundari placuerat, Romam mitti ac Romæ uenire. Signa, statuas æneas, quæ capta de hostibus dicerentur, quæ eorum sacra ac profana essent, ad pontificum collegium reiecerunt. Ob hæc decreta mœstiores aliquanto quàm Romam uenerat, Campanos dimiserunt. nec iam Q. Fuluij sæuitiam in sese, sed iniquitatẽ deũ, atq; execrabilem fortunam suam inculabant. Dimissis Siculis Campanisq; delectus habitus. scripto deinde exercitu, de remigũ supplemento agi cœptum. in quam rem cum neq; hominũ satis, nec ex qua pararentur stipendiumq; acciperent: pecuniæ quicquã ea tempestate in publico esset: edixerunt cõsules, ut priuati ex censu ordinibusq; sicut antea remiges darent cum stipendio cibariorumq; dierum triginta. Ad id edictum tantus fremitus hominũ, tanta indignatio fuit, ut magis dux quàm materia seditioni deesset. Secundum Siculos Campanosq; plebem Romanam perdendam, lacerandamq; sibi cõsules sumpsisse. per tot annos tributo exhaustos nil reliqui, præter terrã nudam ac uastam, habere. tecta hosteis incendisse, seruos agri cultores rem publicam abduxisse: nunc ad militiam paruò ære emendo, nunc remiges imperãdo. siquid cui argenti ærisue fuerit: stipendio remigum, & tributis annuis ablatum. se ut dent, quod non habent, nulla ui, nullo imperio cogi posse. bona sua uenderent: in corpora quæ reliqua essent, sæuirent. ne unde redimantur quidem, quicquam superesse. Hæc nõ in occulto, sed propalã in foro atque oculis ipsorum consulum ingens turba circumfusi fremebant: nec eos sedare consules nũc castigando, nunc consolando poterant. Spatium deinde his tribuere se, dareq; ad cogitandum dixerunt: quo ipsi ad rem inspiciendam, expediendamq; usi sunt. Senatũ postero die habuerunt de remigum supplemento. ubi cum multa differuissent, cur æqua plebis recusatio esset: uerterunt orationem eò, ut dicerent: priuatis id, seu æquum, seu iniquum onus iniungendum esse. nam unde, cum pecunia in æratio non esset, paraturos nauales socios? quomodo autem sine classibus, aut Siciliam obtineri, aut Italia Philippum arceri posse? aut tuta Italiæ litora esse? Cum in hac difficultate rerum consilium hæreret, ac propè torpor quidam occupasset hominum mentes, tum Leuinus c o s. Magistratus senatui, & senatus populo sicut honore præster: ita ad omnia quæ dura atq; aspera essent, subeunda ducem debere esse. siquid iniungere inferiori uelis, id prius in te ac tuos si ipse iuris statueris, facilius omneis obediẽtis habeas. nec impensa grauis est, cum ex ea plus quàm pro uirili parte sibi quicq; capere principum uident. Itaq; ut classẽ habeat quam ornare uolumus populus Romanus, priuatos sine recusatione remiges dare nobismetipsis primum imperemus. aurum, argentum, æs signatum omnes senatores crastina die in publicũ cõferamus: ita ut annulos sibi quisq; & cõiugi & liberis & filio bullã: & quibus uxor filiaue sunt, singulas uncias auri, pondo relinquãt. argenti, qui

curuli

cūruli sella federunt: equi ornamenta & libras pondo, ut salinum patellamque deorum causa habere possint. cæteri senatores libram argenti tantum, æris signati quina millia in singulos patresfamilie relinquamus. Cæterum omne aurum, argentum, æs signatum, ad triumuiros mensarios extemplo deferamus: nullo ante senatus consulto facto, ut uoluntaria collatio, & certamen adiuuandæ Reipublicæ excitet ad æmulandum animos primum equestris ordinis, dein reliquæ plebis. hanc unam uiam, multa inter nos collocuti, consules inuenimus. Ingredimini dijs bene iuantibus. Respublica incolumis & priuatas res facile saluas præstat. publica prodendo, tua nequicquam serues. In hæc tanto animo consensum est, ut gratiæ ultro consulibus agerentur. senatu inde misso, pro se quisque aurum, argentum & æs in publicum conferunt, tanto certamine iniecto, ut prima inter primos nomina sua uellent in publicis tabulis esse: ut nec triumuiros accipiendo, nec scribæ referendo sufficerent. Hunc cōsensum senatus equester ordo est secutus, equestris ordinis plebs. ita sine edicto, sine cohortatione magistratus, nec remige in supplementum, nec stipendio Respublica eguit: paratisque omnibus ad bellum, consules in prouincias profecti sunt. Neque aliud magis tempus belli fuit, quo Carthaginenses Romanisque pariter uarijs casibus immistis magis in ancipiti spe ac metu fuerint. Nam Romanis & in prouincijs, hinc in Hispania aduersæ res, hinc prosperæ in Sicilia luctum & lætitiā miscuerant: & in Italia, cum Tarentum amissum damno & dolori: tum arx cum præsidio retenta præter spem, gaudio fuit: & terrorem subitum pauoremque urbis Romæ obsessæ & oppugnata, Capua post dies paucos capta in lætitiā uertit. Transmarinæ quoque res quædam uice pensatæ. Philippus hostis tempore haud satis opportuno factus: Atoli noui adsciti socij, Attalusque Asiæ rex, iam uelut despondente fortuna Romanis imperium orientis. Carthaginenses quoque Capuam amissam, & Tarentum captum æquabant: & ut ad mœnia urbis Romæ nullo prohibente se peruenisse in gloria ponebant: ita pigebat irriti incepti, pudebatque adeo se spretos, ut sedentibus ipsis ad Romana mœnia, alia porta exercitus Romanus in Hispaniam duceret. Ipsæ quoque Hispaniæ quo propius spem uenerant, tantis duobus ductibus exercitibusque cæsis, debellatum ibi, ac pulsos inde Romanos esse: eo plus ab L. Martio tu multuario duce ad uanum & irritum uictoriam redactam esse, indignationis præbebant. Ita æquante fortuna, suspensa omnia utrinque erant, integra spe, integro metu: uelut illo tempore primum bellum inciperent. Annibalem ante omnia angebat, quod Capua pertinacius oppugnata ab Romanis, quàm defensa ab se, multorum Italiæ populorum animos auerterat: quos neque omnes tenere præsidij, nisi uellet in multas paruasque partes carpere exercitum, quod minime tum expediebat, poterat: nec deductis præsidij spei liberam, uel obnoxiam timori sociorum relinquere fidem. Præceps in auaritiā & crudelitatem animus ad spolianda quæ tueri nequibat, ut uastata hosti relinquerentur, inclinauit. Id scædum consilium cum incepto, tum etiam exitu fuit. neque enim indigna patientium modo abalienabantur animi, sed cæterorum etiam. quippe ad plures exemplum, quàm calamitas pertinebat. Nec consul Romanus tentandis urbibus, sicunde spes aliqua se ostendisset, decrat. Salapiæ principes erant Dasius & Blactius: Dasius Annibali amicus, Blactius quantum ex tuto poterat, rem Romanam fouebat: & per occultos nuntios spem prodicionis fecerat Marcello, sed sine adiutore Dasio res transigi non poterat. Multum ac diu cunctatus, & tum quoque magis inopia consilij potioris, quàm spe effectus, Dasium appellabat. at ille cum ab re auersus, tum æmulo potentatus inimicus, rem Annibali aperit. Accersito utroque, Annibal cum pro tribunali quædam ageret, mox de Blactio cogniturus, starentisque summoto populo accusator & reus: Blactius de prodicione Dasium appellabat. Enim uero ille uelut in manifesta re exclamat: sub oculis Annibalis secum de prodicione agi. Annibali atque eis qui aderant, quo audacior res erat, minus similis ueri uisa est. æmulationem profecto atque odium esse: & id crimen afferri, quod, quia testem habere non potuisset, liberius fingeretur. Ita inde dimissi sunt. nec Blactius ante abstinit tam audaci incepto, quàm idem obrundendo, docendoque quàm ea res ipsis patriæque salutaris esset, peruenit, ut præsidium punicum, (hi autem Numidæ erant) Salapiæque tradcretur Marcello. Nec sine cæde multa tradi potuit. longe fortissimi equitum toto punico exercitu erant. itaque quam

quam improvisa res fuit, nec usus equorum in urbe erat, tamē armis inter tumultum captis & eruptionem tentauerunt, & cum euadere nequirent pugnantēs ad ultimum occubuerunt. nec plus quinquaginta ex his in potestatem hostium uiui uenerunt. plusq; aliquanto damni hęc ala equitum amissa Annibali, quàm Salapia fuit: nec deinde unquam Pœnus, quo longe plurimum ualuerat, equitatu superior fuit. Per idem tempus cum in arce Tarentina uix inopia tolerabilis esset, spem omnem præsidium quod ibi erat Romanum, præfectusq; præsidij atq; arcis M. Liuius in cōmeatibus ab Sicilia missis habebant. qui ut tuto præterueherentur oram Italiae, classis uiginti fermè nauium Rhegyi stabat. Præerat classi cōmeatibusq; D. Quintius obscuro genere ortus, cæterum multis foribus factis gloria militari illustris, primo quinque naues, quarum maxime duæ triemes à Marcello ei traditæ erant, habuit: postea rem impigre sæpe gerenti tres additæ quinqueremes: postremo ipse à focijs, Rheginisq; & à Velia & Persto, debitas ex fœdere exigendo, classē x x nauium, sicut ante dictum est, effecit. Huic ab Rhegyo profectæ classi Democrates cum pari classe nauium Tarentinarum numero, quindecim millia fermè ab urbe ad Sacriportum obuius fuit. Velis tum forte improuidus futuri certaminis Romanus ueniebat: sed circa Crotonem Sibarimq; suppleuerat remigio nauis: instructamq; & armatam egregie pro magnitudine nauium classē habebat. & tum forte sub idem ferè tempus & uenti uis omnis cecidit, & hostes in conspectu fuere: ut ad componenda armamenta, expediendumq; remigē ac militem ad imminens certamen satis temporis esset. Raro aliàs tantis animis iustæ cōcurrerunt classes: quippe cum in maioris discrimen rei, quàm ipsæ erant, pugnant: Tarentini, ut recuperata urbe ab Romanis post centesimum propè annum, arcem etiam liberarent: spem comæatus quoq; hostibus, si nauali prælio possessionem maris ademissent, interclusuri: Romani ut retenta possessione arcis ostenderent, non ui aut uirtute, sed prodicione ac furto Tarentum amissum. Itaq; ex utraq; parte signo dato cum rostris concurrissent: neq; retro nauem inhiberent, nec dirimi ab se hostem paterentur, quam quis indeptus nauem erat, ferrea iniecta manu: ita conferebant ex propinquo pugnam, ut non missilibus tantum, sed gladijs etiam propè collato pede præliarentur. Proræ inter se iunctæ hærebant, puppes alieno remigio circumagebantur. ita in arcto stipatæ erant naues, ut uix ullum telum in mari uanum intercideret. frontibus uelut pedestris acies urgebāt: peruiæq; naues pugnantibus erant. Insignis tamen inter cæteras pugna fuit duarum, quæ primæ agminis cōcurrerant inter se. in Romana naue ipse Quintius erat, in Tarentina Nico, cui Perconi fuit cognomen, non publico modo, sed priuato etiam odio inuisus atq; infestus Romanis: quod eius factionis erat, quæ Tarentum Annibali prodiderat. Hic Quintium simul pugnantem hortantemq; suos, incautum hasta transigit. ille atque præceps cum armis procidit ante proram, uictor Tarentinus in turbatâ duce amisso nauem impigre transgressus cum summouisset hostes: & prora iam Tarentinorum esset, puppim male conglobati tuerentur Romani: repète & alia à puppi triemis hostium apparuit. ita in medio circumuenta Romana naus capitur. hinc cæteris terror iniectus, ut prætoriam nauem captam uidere: fugientesq; passim, aliæ in alto mersæ, aliæ in terram remis abreptæ, mox prædæ fuere Thurinis Metapontinisq;. ex onerarijs, quæ cum comæatu sequebantur, perpaucæ in potestatem hostium uenere: aliæ ad incertos uentos hinc atque illinc obliqua transferentes uela, in altum euectæ sunt. Nequaquam pari fortuna per eos dies Tarenti res gesta. nam ad quatuor millia hominum frumentatum egressa cum in agris passim uagarentur: Liuius, qui arci præsidioq; Romano præerat, intentus in omnes occasiones gerendæ rei, C. Persium impigrum uirum cum duobus millibus armatorum ex arce emisit. qui uage effusos per agros, palatosq; adortus cum diu passim cecidisset: paucos ex multis trepida fuga incidentes semiapertis portarum foribus, in urbem compulit: ne urbs eodem impetu caperetur. Ita æquatæ res ad Tarentum, Romanis uictoribus terra, Tarentinis mari. frumenti spes quæ in oculis fuerat, utrosq; frustrata pariter. Per idem tempus Leuius c o s. iam magna parte anni circumacta, in Siciliam ueteribus nouisq; focijs expectatus cum uenisset, primum ac potissimū omnium ratus Syracusanis noua pace inconditas componere res: Agrigentum inde, quod belli reliquum erat, tenebaturq; à Carthaginensium ualido

lido præsidio, duxit legiones. & affuit fortuna incepto. Hanno erat imperator Carthaginien-
 sium, sed omnem in Mutine Numidisq; spem repositam habebat. Per totam Siciliam uagus
 prædas agebat ex socijs Romanorum: neq; intercludi ab Agrigento ui aut arte ulla, nec quin
 erumperet ubi uellet, prohiberi poterat. Hæc eius gloria quia iam imperatoris quoq; famæ of-
 ficiebat, postremo in inuidiam uertit: ut ne bene gestæ quidem res iam Hannoni propter au-
 torem satis lætæ essent, propter quæ postremo præfecturam eius filio suo dedit, ratus cum im-
 perio auctoritatem quoq; ei inter Numidas crepturum, quod longe aliter euenit. nam ueterem
 fauorem eius sua insuper inuidia auxit. neq; ille indignitatem iniuriæ tulit: confestimq; ad Le-
 uinum occultos nuntios misit de tradendo Agrigento. per quos ut est facta fides, composi-
 tusq; rei gerendæ modus: portam ad mare ferentem Numidæ cum occupassent, pulsus inde cu-
 stodibus, aut cæsis, Romanos ad id ipsum missos in urbem acceperunt. & cum agmine iam in
 media urbis, ac forum magno tumultu iretur: ratus Hanno non aliud, quam tumultum ac se-
 cessionem (id quod & ante acciderat) Numidarum esse, ad comprimendâ seditionem proce-
 sit. atq; ille, cum ei multitudo maior, quam Numidarû procul uisa, & clamor Romanus haud-
 quaquam ignotus ad aures accidisset: prius quam ad ictum teli ueniret, capessit fugam. per a-
 uersam portam emissus, assumpto comite Epicide, cum paucis ad mare peruenit: nactiq; op-
 portune paruam nauigium, relicta hostibus Sicilia, de qua per tot annos certatum erat, in A-
 fricam traiecerunt. alia multitudo Pœnorû Sicularumq; ne tentato quidem certamine cum cæ-
 ci in fugam ruerent, clausiq; exitus essent, circa portas cæsa. Oppido recepto Leuinus, qui capi-
 ta rerum Agrigenti erant, uirgis cæsos securi percussit: cæteros, prædamq; uendidit: omnem pe-
 cuniam Romam misit. Fama Agrigentinarum cladis Siciliam cum peruassisset, omnia repente
 ad Romanos inclinauerunt. Proditæ breui sunt xx oppida, sex ui capta. uoluntaria deditio-
 ne in fidem uenerunt ad quadraginta. Quarum ciuitatum principibus cum pro cuiusq; meri-
 to consul præmia, pœnasq; exoluisset: coegissetq; Siculos positis tandem armis ad agrum co-
 lendum animos conuerrere: ut esset non incolarum modo alimentis frugifera insula, sed urbis
 Romæ, atq; aliæ (id quod multis sæpe tempestatibus fecerat) annonam leuaret: ab Agatirna
 inconditam multitudinem secum in Italiam transuexit. Quatuor millia hominum erant, misti
 ex omni colluione, exules, obærat, capitalia ausi pleriq; & cum in ciuitatibus suis, ac sub legi-
 bus uiuerant, & postquam eos ex uarijs causis fortuna similis conglobauerat, Agatirnæ per
 latrocinia ac rapinam tolerantes uitam. Hos neq; relinquere Leuinus in insula, tum primum
 noua pace coalescente, uelut materiam nouandis rebus, satis tutum ratus est: & Rhegynis usui
 futuri erant ad populandum brutium agrum, assuetam latrocinij quærentibus manum. Et
 quod ad Siciliam attinet, eo anno debellatum est. In Hispania principio ueris P. Scipio na-
 uibus deductis, euocatisq; edicto Tarraconem sociorum auxilijs, classem onerariasq; ostium
 inde Iberi fluminis petere iubet. eodem legiones ex hybernis cõuenire cum iussisset, ipse cum
 quinque millibus sociorum ab Tarracone profectus ad exercitum est. quò cum uenisset, alloquen-
 dos maxime ueteres milites, qui tantis superfuerant cladibus, ratus, cõtione aduocata ita dis-
 seruit. Nemo ante me nouus imperator militibus suis, prius quam opera eorum usus esset,
 gratias agere iure ac merito potuit. me uobis, priusquam prouinciam, aut castra uiderem, ob-
 ligauit fortuna: primum, quod ea pietate erga patrem patruumq; meum, uiuos mortuosq;
 fuistis: deinde, quod amissam tanta clade prouinciæ possessionem integram & populo Ro-
 mano, & successori mihi uirtute uestra obtinuistis. Sed cum iam benignitate deum id pare-
 mus atq; agamus, non ut ipsi maneamus in Hispania, sed ne Pœni maneant: nec ut pro ripa
 Iberi stantes arceamus transitum hostis, sed ut ultro transeamus, transferamusq; bellum: ue-
 reor ne cui uestrum maius id, audaciusq; consilium, quam aut pro memoria cladum nuper
 acceptarum, aut pro ætate mea uideatur. Aduersæ pugnæ in Hispania nullius in animo, quam
 meo minus obliterari possunt. quippe cui pater, & patruus intra triginta dierum spacium, ut
 aliud super aliud cumlaretur familiæ nostræ funus, interfecti sunt. sed ut familiaris penè or-
 bitas ac solitudo frãgit animum: ita publica cum fortuna tum uirtus desperare de summa rerum
 prohibet, eo fato, quo donata nobis fors est, ut magnis omnibus bellis uicti uicerimus. Ve-

tera omitto, Porfenam, Gallos, Samnites. à punicis bellis incipiam. Quot classes, quot duces, quot exercitus priore bello amissi sunt: iam quid hoc bello memorem: omnibus aut ipse affui cladibus, aut quibus abfui, maxime unus omnium eas fensi. Trebia, Trasymenus, Cannæ, quid aliud sunt, quam monumenta occisorum exercituum, consulumque Romanorum: adde defectionem Italiae, Siciliae, maioris partis Sardiniae: adde ultimum terrorem ac pauorem, castra punica inter Anienem & moenia Romana posita, & uisum propè in portis uictorè Annibalem. In hac ruina rerum stetit una integra atque immobilis uirtus populi Romani. Haec omnia strata humi crexit ac sustulit. Vos omnium primi milites post Cannensem cladem uadenti Asdrubali ad Alpeis, Italiamque, qui si se cum fratre coniunxisset, nullum iam nomen esset populi Romani, ductu, auspicioque patris mei obstististis. & haec secundae res illas aduersas sustinuerunt. Nunc benignitate deum omnia secunda, prospera, in dies laetiora ac meliora in Italia, Siciliaque geruntur. In Sicilia Syracusae, Agrigentum captum, pulsi tota insula hostes, receptaque prouincia in ditionem populi Romani est. In Italia Arpi recepti, Capua capta: iter omne ab urbe Roma trepida fuga emensus Annibal, in extremum angulum agri Brutij compulsum nihil iam maius precatur deos, quam ut incolumi cedere atque abire ex hostium terra liceat. Quid igitur minus conueniat milites, quam cum aliae super alias clades cumularentur, ac deum propè ipsi cum Annibale starent, uos hic cum parentibus meis (aequantur enim ipsi etiam honore nominis) sustinuisse labantem fortunam populi Romani: nunc eosdem, quia illic omnia secunda, laetaque sunt, animis deficere? Nuper quoque quae acciderunt, utinam tam sine meo luctu, quam uestro transissent. Nunc dii immortales imperij Romani praesides, qui centurijs omnibus, ut mihi imperium iuberet dari, fuere autores, iidem augurijs auspiciisque & per nocturnos etiam uisus omnia laeta ac prospera portendunt. animus quoque meus, maximus mihi ad hoc tempus uates, praesagit, nostram Hispaniam esse: breui extorre hinc omne punicum nomen maria terrasque foeda fuga impleturum. Quod mens sua sponte diuinat, idem subiicit ratio haud fallax. Vexati ab his socij nostram fidem per legatos implorant. tres duces discrepantes, propè ut defecerint alij ab alijs, trifariam exercitum in diuersissimas regiones distraxere. Eadem in illos ingruit fortuna, quae nuper nos afflixit. nam & deseruntur ab socijs, ut prius ab Celtiberis uos: & diduxere exercitus, quae patri, patruoque meo causa exitij fuit. nec discordia intestina coire eos in unum sinet, neque singuli nobis resistere poterunt. Vos modo milites fauete nomini Scipionum, soboli imperatorum uestrorum, uelut accisis recrescenti stirpibus. agite milites detegere, nouum exercitum, nouumque ducem traducite Iberum, traducite in terras cum multis fortibus factis saepe à uobis peragratas. Breui faciam, ut quemadmodum nunc noscitis in me patris patrique similitudinem oris uultusque, & lineamenta corporis, ita ingenij, fidei, uirtutisque exemplum, ac effigiem uobis reddam: ut reuixisse, aut renatum sibi quisque Scipionem imperatorem dicat. Hac oratione accensis militum animis, relicto ad praesidium regionis eius M. Syllano cum tribus millibus peditum, & trecentis equitibus, caeteras omnes copias (erant autem uiginti quinque millia peditum, duo millia & quingenti equites) Iberum traiecit. Ibi quibusdam suadentibus, ut, quoniam in treis tam diuersas regiones discessissent punici exercitus, proximum aggredieretur: periculum esse ratus, ne eo facto in unum omnes contraheret: nec par esset unus tot exercitibus, Carthaginem Nouam interim oppugnare statuit: urbem cum ipsam opulentam suis opibus, tum hostium omni bellico apparatu plenam (ibi arma, ibi pecunia, ibi totius Hispaniae obsides erant) sitam praeterea cum opportune ad traieciendum in Africam, tum super portum satis amplum quantaeuis classi, & nescio an unum in Hispaniae ora qua nostro adiacet mari. Nemo omnium quod iretur sciebat, praeter C. Laelium. Is classe circummissus ita moderati cursum nauium iussus erat, ut eodem tempore Scipio ab terra exercitum ostenderet, classis portum intraret. Septimo die ab Ibero Carthaginem uentum est. simul terra marique castra ab regione urbis, qua in Septentrionem uersa est, posita. his ab tergo (nam frons natura tuta erat) uallum obiectum. Etenim sita Carthago sic est. Sinus est maris media fere Hispaniae ora, maxime Africo uento oppositus, & quingentos passus introrsus retractus, paululo plus passuum in latitudinem patens. huius in ostio sinus parua insula obiecta ab alto, portum ab omnibus

omnibus uentis præterquam Africo, tutum facit. ab intimo sinu peninsula excurrit, tumulus is ipse in quo condita urbs est: ab ortu solis & à meridie cincta mari: ab occasu stagnum claudit, paulum & ad septentrionem fufum, incertæ altitudinis utrunq; exæstuat aut deficit mare. continenti urbem iugum ducentos ferè & quinquaginta passus patens coniungit. Vnde cum tam parui operis munitio esset, non obiecit uallum imperator Romanus: seu fiduciam hosti superbe ostentans, siue ut subeunti sæpe ad mœnia urbis recursus pateret. Cætera, quæ munienda erant, cum perfecisset, naues etiam in portu, uelut maritimam quoque ostentans obsidionem, instruxit. circumuectusq; classem cum monuisset præfectos nauium, ut uigilias nocturnas intenti seruarent (omnia ubiq; primo obsessum hostem conari) regressus in castra, ut consilij sui rationem, quod ab urbe potissimum oppugnanda bellum orsus esset, militibus ostenderet, & spem potiundæ cohortando faceret, contione aduocata ita disseruit. Ad urbem unam oppugnandum si quis uos adductos credit, is magis operis uestri, quàm emolumentum rationem exactam milites habet. oppugnabitis enim uere mœnia unius urbis, sed in una urbe uniuersam ceperitis Hispaniam. Hic sunt obsides omnium nobilium regum populorumq;: qui simul in potestate uestra erunt, extemplo omnia, quæ nunc sub Carthaginensibus sunt, in ditionem tradent. hic pecunia omnis hostium, sine qua neq; illi gerere bellum possunt, quippe qui mercenarios exercitus alant, & quæ nobis maximo usui ad conciliandos animos barbarorum erit. hic tormeta, arma, armamenta, & omnis apparatus belli est, qui simul & uos instruet, & hostes nudabit. Potiemur præterea cum pulcherrima opulentissimaq; urbe, tum opportunissima portu egregio: unde terra mariq; quæ belli usus poscunt, suppeditentur. quæ cum magna ipsi habebimus, tum dempserimus hostibus multo maiora. hæc illis arx, hoc horreum, ararium, armamentarium, hoc omnium rerum receptaculum est. huc rectus ex Africa cursus est, hæc una inter Pyreneum & Gades statio, hinc omnis Hispania imminet Africa. Sed quoniam uos instructos & ordinatos cognosco, ad Carthaginem nouam oppugnandam totis uiribus, & bono animo transeamus. Cumq; omnes una uoce hoc faciendum succlamarent, eos Carthaginem duxit. tum terra, mariq; eam oppugnari iubet. Contra Mago Pœnorum dux, cum terra mari instrui oppugnationem uideret, & ipse copias ita disponit. Oppidanorum duo millia ab ea parte, qua castra Romana erant, opponit: quingentis militibus arcem insedit: quingentos tumulo urbis in orientem uerso imponit: multitudinem aliam quò clamor, quo subita uis aduocasset, resistentem ad omnia occurrere iubet. Patefacta deinde porta, eos, quos in uia ferente ad castra hostium instruxerat, mittit. Romani duce ipso præcipiente parumper cessere, ut propiores subsidijs in certamine ipso summittendis essent. Et primo haud impari steterit acie. subsidia deinde identidem summissa è castris non auerterunt solum in fugam hostes: sed adeo effusis institerunt, ut nisi receptui cecinisset, permisti fugientibus irrupturi fuisse in urbem uiderentur. Trepidatio uero non prælio maior, quàm tota urbe fuit. multæ stationes pauore atq; loca deserta sunt: relictisq; muri, cum quæ cuiq; erat proximū, desiluissent. Quod ubi uersus Scipio in tumulum, quem Mercurium Teutatem appellant, aduertit, multis partibus nudata defensoribus mœnia esse, omnes è castris excitos ire ad oppugnandum urbem, & ferre scalas iubet. ipse trium præ se iuuenum ualidorum scutis oppositis (ingens enim iam uis omnis generis telorum è muris uolabat) ad urbem succedit. hortatur, imperat quæ in rem sunt: quodq; plurimum ad accendendos militum animos intererat, testis spectatorq; uirtutis atq; ignauitatis cuiusq; adest. Ita q; in uulnera ac tela ruunt: neq; illos muri, neq; superstantes armati arcere queunt, quin certatim ascendunt. Et ab nauibus eodem tempore ea, quæ mari alluitur, pars urbis oppugnari cœpta est. cæterum tumultus inde maior, quàm uis uideri poterat. dum applicant, dum partim exponunt scalas militesq;, dum quæ cuiq; proximum est, in terram euadere properant, ipsa festinatione & certamine alij alios impediunt. inter hæc repluerat iam Pœnus armatis muros, & uis magna, & ingens copia congesta telorum suppeditabat. Sed neq; uiri, nec tela, nec quicquã aliud æque quam mœnia ipsa sese defendebant. raræ enim scalæ altitudini æquari poterant: & quo quæq; altiores, eo infirmiores erant. itaque cum summus quisq; euadere non posset, subirent tamen alij, onere ipso frangebantur. quidam stantibus

bus scalis, cum altitudo caliginem oculis offudisset, ad terram delati sunt. Et cum passim homines, scalæque ruerent, & ipso successu audacia atque alacritas hostium cresceret, signum receptui datum est. quod spem non presentis modo ab tanto certamine ac labore quietis obsessis, sed etiam in posterum dedit, scalis & corona capi urbem non posse: opera & difficilia esse, & tempus datura ad ferendam opem imperatoribus suis. Vix prior tumultus conticuerat, cum Scipio ab obsessis iam uulneratisque recentis integrosque alios accipere scalas iuber, & ut maiore aggredi urbem, ipse, ut ei nuntiatum est, æstum decedere: quod per piscatores Tarraconenses, nunc leuibis cymbis, nunc, ubi cæ sederent, uadis peruagatos per stagnum, compertum habebat, facilem pedibus ad murum transitum dari: eò armatos duxit. Medium ferme diei erat: & ad id quod sua sponte cedente in mare æstu trahebatur aqua, acer etiam Septentrio ortus inclinatam stagnum eodem quò æstus ferebat: & adeo nudauerat uada, ut alibi umbilico tenus aqua esset, alibi genua uix superaret. Hoc cura ac ratione compertum in prodigium ac deos uertens Scipio: qui ad transitum Romanis mare uerterent, & stagna auferrent, uiasque ante nunquam initas humano uestigio aperirent: Neptunum iubebat ducem itineris sequi, ac medio stagno euadere ad mœnia. Ab terra ingens labor succedentibus erat: nec altitudine tantum mœnium impediabantur: sed quod euntes ad ancipites utrinque ictus subiectos habebant Romanos: ut latera infestiora subeuntibus, quam aduersa corpora essent. At parte in alia quietus, & per stagnum facilis transitus, & in murum ascensus inde fuit. nam neque opere emunitus erat, ut ubi ipsius loci ac stagni præsidio satis creditum foret: nec ulla armatorum statio, aut custodia opposita, intentis omnibus ad opem eò ferendam, unde periculum ostendebatur. Vbi urbem sine certamine intrauere, pergunt inde quanto maximo cursu poterant, ad eam portam, circa quam omne contractum certamen erat. in quod adeo intenti omnium non animi solum fuerant, sed etiam oculi, auresque pugnantium, spectantiumque & adhortantium pugnantes: ut nemo ante ab tergo senserit captam urbem, quam tela in auersos inciderunt, & utrinque ancipitem hostem habebant. tunc turbatis defensoribus metu, & mœnia capta, & porta intus forisque pariter refringi cœpit: & mox cædendo contractis, ne iter impediretur, foribus, armati impetum fecerunt. Magna multitudo & muros transcendebat, sed hinc passim ad cædem oppidanorum uersi. illa, quæ portam ingressa erat, iusta acies cum ducibus, cum ordinibus media urbe in forum processit. Inde cum duobus itineribus fugientes uideret hostes: alios ad tumulum in orientem uersum, qui tenebatur quingentorum militum præsidio: alios in arcem, in quam & ipse Mago cum omnibus fere armatis, qui muris pulsi fuerant, refugerat: partem copiarum ad tumulum expugnandum mittit, ipse ad arcem ducit. Et tumulus primo imperu est captus: & Mago arcem conatus defendere, cum omnia hostium plena uideret, neque spem ullam esse, se arcemque & præsidium dedit. Quoad dedita arx est, cædes tota urbe passim facta: nec ulli puberum, qui obuius fuit, parcebatur. Tum signo dato cædibus finis factus. ad prædam uictores uersi, quæ ingens omnis generis fuit. Liberos capitum uirilis sexus ad x millia capta, inde qui ciues nouæ Carthaginis erant, dimisit: urbemque, & sua omnia, quæ reliqua eis bellum fecerat, restituit. Opifices ad duo millia hominum erant. eos publicos fore populo Romano edixit, cum spe propinqua libertatis, si ad ministeria belli enixe operam nauassent. ceteram multitudinem incolarum iuuenum, ac ualidorum feruorum in classem ad supplementum remigum dedit. & auxerat nauibus octo captiuis classem. Extra hanc multitudinem Hispanorum obsides erant. quorum perinde, ac si lociorum liberi essent, cura habita. Captus & apparatus ingens belli, catapultæ maximæ formæ centum uiginti, minores cclxxxvi, balistæ maiores xxxiii, minores lxx, scorpionum maiorum minorumque, & armorum telorumque ingens numerus, signa militaria lxxxiiii. Et auri, argenti que relata ad imperatorem magna uis. patere aureæ fuerunt cclxxvi, librales ferme omnes pondo: argenti facti, signati que decem & octo millia & cccc pondo: uasorum argenteorum magnus numerus. Hæc omnia C. Flaminius quaestori appensa adnumerataque sunt. tritici xl millia modiorum, hordei cclxx. Naues onerariæ lxxiii in portu expugnatae, captæque: quædam cum suis oneribus, frumento, armis, ære præterea, ferroque, & linteis, & sparto, & nauali alia materia ad classem ædificandam: ut minimum

mum omnium inter tantas opes belli captas Carthago ipsa fuerit. Eo die Scipio C. Lælio cum socijs naualibus urbem custodire iussit, ipse in castra legiones reduxit: fessosq; milites omnibus uno die belli operis (quippe qui & acie dimicassent, & capienda urbe tantum laboris periculiq; adissent: & capta, cum ijs qui in arcem confugerant iniquo etiam loco pugnasent) curare corpora iussit. Postero die militibus, naualibusq; socijs conuocatis, primum dñs immortalibus laudes, gratiasq; egit: qui se non urbis solum opulentissimæ omnium in Hispania uno die compotem fecissent, sed ante eò congestissent omnis penè Africæ atq; Hispaniæ opes: ut neq; hostibus quicquam relinqueretur, & sibi ac suis omnia superessent. Militum deinde uirtutem collaudauit, quod eos non eruptio hostium, non altitudo mœnium, non inexplorata stagni uada, non castellum in alto tumulo situm, nō munitissima arx deterruisset: quo minus transcenderent omnia, perrumperentq;. Itaq; quanquam omnibus omnia deberet: præcipuum tamē muralis coronæ decus eius esse, qui primus murum ascendisset, profiteretur, qui se dignum eo duceret dono. Duo professi sunt, Q. Trebellius centurio legionis quartæ, & Sex. Digitius socius naualis. Nec ipsi tam inter se acriter contendebant, quàm studia excitauerant uterque sui corporis hominum. socijs C. Lælius præfectus classis, legionarijs M. Sempronius Tuditanus aderat. Ea cōtentio cum prope seditionem ueniret, Scipio tres recuperatores cum se daturum pronuntiaffet, qui cognita causa, testibusq; auditis iudicaret, uter prior in opidum transcendisset: C. Lælio, & M. Sempronio aduocatis partis utriusq; P. Cornelium Caudinum de medio adiecit: eosq; tres recuperatores considerare, & causam cognoscere iussit. Cum res eo maiore ageretur certamine, quod amoti tantæ dignitatis non tam aduocati, quàm moderatores studiorū fuerant: C. Lælius relicto cōsilio, ad tribunal ad Scipionem accedit: cumq; docet, rem sine modo ac modestia agi: ac prope esse, ut manus inter se conferant. ceterū etiam si uis absit, nihilominus detestabili exemplo rem agi. quippe ubi fraude ac periurio decus peratur uirtutis. Stare hinc legionarios milites, hinc classici, per omnes deos paratos iurare magis quæ uelint, quàm quæ sciant uera esse, & obstringere periurio non se solum suumq; caput, sed signa militaria & aquilas sacramentiq; religionem. Hæc se ad eum de sententia P. Cornelij, & M. Sempronij deferre. Scipio collaudato Lælio, ad contionem uocauit, pronuntiauitq; se satis compertum habere, Q. Trebellium & Sex. Digitium pariter in murum ascendisse: secq; eos ambos uirtutis causa coronis muralibus donare. Tum reliquos, prout cuiusq; meritū uirtusq; erat, donauit. ante omnes C. Lælium præfectum classis, & omni genere laudis sibi met ipsi æquauit, & corona aurea ac xxx bobus donauit. Tum obsides ciuitatum Hispaniæ uocari iussit. quorum quantus numerus fuerit, piget scribere: quippe cum alibi CCC fermè, alibi DCCXXV fuisse inueniam. Aequè & alia inter autores discrepant. Præsidium punicum alius x, alius VII, alius haud plus, quàm duum millium fuisse scribit. Capta alibi decem millia capitum, alibi supra v & xx, inuenio. Scorpiones maiores minoresq; ad LX captos scripserim, si autorem Græcum sequar Silenum. Si Valerium Antiatem, maiorum scorpionum sex millia, minorum XIII. adeo nullus mentiendi modus est. Ne de ducibus quidem conuenit. pleriq; Lælium præfuisse classi: sunt qui M. Iunium Syllanum dicant. Armen præfuisse punico præsidio, deditumq; Romanis, Antias Valerius: Magonem alijs scriptores tradunt. Non de numero nauium captarum, non de pondere auri atq; argenti, & redacta pecunia conuenit. Si aliquibus assentiri necesse est, media similia ueri sunt. Cæterum Scipio uocatis obsidibus, primum uniuersos bonum animum habere iussit. uenisse eos in populi Romani potestatem, qui beneficio quàm metu obligare homines malit: exterascq; gentes fide ac societate iunctas habere, quàm tristi subiectas seruitio. deinde acceptis nominibus ciuitatum, recensuit captiuos: quot cuiusq; populi essent: & nuntios domum misit, ut ad suos quisq; recipiendos ueniret. si quarum forte ciuitatum legati aderant, eis præsentibus suos restituit. cæterorum curam benigne tuendorum C. Flamini quæstori attribuit. Inter hæc è media turba obsidum mulier magno natu, Mandonij uxor, qui frater Indibilis Ilgetum reguli erat: flens ad pedes imperatoris procubuit: obtestariq; coepit, ut curam cultumq; sceminarum impensius custodibus commendaret. Cum Scipio nihil profecto defuturum diceret: tum rursus mulier, haud

magni ista facimus, inquit. quid enim huic fortunæ non satis est: alia me angit cura, ætatem hærum intuentem: nam ipsa iam extra periculum iniuriæ muliebris sum. simul ætate & forma florentes circa eam Indibilis filix erant, aliæq; nobilitate pari, quæ omnes eam pro parente colebant. Tum Scipio, matrem, populicq; Romani disciplinæ causa facerem, inquit, nequid, quod sanctum usquam esset apud uos, uiolaretur. nunc ut id curem impensius, uestra quoq; uirtus dignitasq; facit, quæ nec in malis quidem obliuæ decoris inatronalis estis. Spectatæ deinde integritatis uiro tradidit eas: tueriq; haud secus uerecunde ac modeste, quàm hospitum coniuges ac matres iussit. Captiua deinde à militibus adducitur ad eum adulta uirgo, adeo eximia forma, ut quacunq; incedebat, cõuerteret omnium oculos. Scipio percunctatus patriam, parentesq;, inter cætera accepit, desponsatam eam principi Celtiberorum adolescenti, cui Alucio nomen erat. Extemplo igitur parentibus, sponsoq; ab domo accitis, cum interim audiret deperire eum sponsæ amore: ubi primum uenit, accuratiore eum sermone quàm parentes alloquitur. Iuuenis, inquit, iuuenem appello. quo minus sit inter nos huius sermonis uerecundia. Ego, cum sponsa tua capta à militibus nostris ad me deducta esset: audiremq; eam tibi cordi esse, & forma faceret fidem: quia ipse, si frui liceret ludo ætatis, præsertim recto & legitimo amore: & non respublica animum nostrum occupasset: ueniam mihi dari sponsam impensius amanti uellem: tuto, cuius possum, amori fauco. Fuit sponsa tua apud me eadem, qua apud soceros tuos, parentesq; suos uerecundia: seruata tibi est, ut inuiolatum, & dignum me teq; dari tibi donum posset. hanc mercedem unam pro eo munere paciscor: amicus populo Romano sis. & si me uirum bonum credis esse: quales patrem, patruumq; meum iam ante hægentes norant: scias multos nostri similes in ciuitate Romana esse: nec ullum in terris populum hodie dici posse, quem minus tibi hostem tuisq; esse uelis, aut amicum malis. Cum adolescens simul pudore, gaudioq; perfusus, dextram Scipionis tenens deos omnes inuocaret ad gratiam illi pro se referendam: quoniam sibi nequaquam satis facultatis pro suo animo, atque illius erga se merito, esset: parentes inde, cognaticq; uirginis appellati. qui quoniam gratis sibi redderetur uirgo, ad quam redimendam satis magnum attulissent auri pondus: orare Scipionem, ut id ab se donum acciperet, cœperunt: haud minorem eius rei apud se gratiam futuram affirmantes, quàm redditæ inuiolatæ foret uirginis. Scipio, quando tantopere peterent, accepturum se pollicitus, poni ante pedes iussit: uocatoq; ad se Alucio, super dotem, inquit, quam accepturus à focero es, hæc tibi à me dotalia dona accedent. aurumque tollere, ac sibi habere iussit. His lætus donis honoribusq; dimissus domum, impleuit populares laudibus & meritis Scipionis. Venisse deus simillimum iuuenem, uincens omnia cum armis, tum benignitate ac beneficijs. Itaq; delectu clientium habito, cum delectis mille & cccc equitibus intra paucos dies ad Scipionem reuertit. Scipio retentum secum Lælium, dum captiuos obsidesq; & prædam ex cõsilio eius disponderet: rebus omnibus compositis, data quinquereme, captiuus cum Magone, & quindecim ferè senatoribus, qui simul cum eo capti erant, in naue impositis, nuntium uictoriæ Romam mittit. ipse paucos dies, quibus morari Carthagine statuerat: exercendis naualibus pedestribusq; copijs absumpsit. Primo die legiones in armis quatuor millium spatio decurrerunt. secundo die arma curare & tergere ante tentoria iussit. tertio die sudibus inter se in modum iustæ pugnæ concurrerunt: præpilatisq; missilibus iaculati sunt. quarto die quies data. quinto iterum in armis decursum est. Hunc ordinem laboris, quietisq;, quo ad Carthagine morati sunt, seruauerunt. Remigium classici, milites tranquillo in altum euecti agilitatem nauium simulachris naualis pugnæ experiebantur. Hæc extra urbem terra, maricq; corpora simul, animosq; ad bellum acuebant. urbs ipsa strepebat apparatu belli, fabris omnium generum in publica officina inclusis. dux cuncta pari cura obibat: nunc in classe ac nauali erat, nunc cum legionibus decurrebat, nunc operibus aspiciendis tempus dabat, quæq; in officinis, quæq; in armamentario ac naualibus fabrorum multitudo plurima in singulos dies certamine ingenti faciebat. His ita inchoatis, relictisq; quæ quassata erant muri, dispositisq; præsidis deus ad custodiam urbis, Tarraconem est profectus, à multis legationibus protinus in uia aditus. quas partim dato responso ex itinere dimisit, partim distulit Tarraconem: quò omnibus

nouis

nouis ueteribusq; socijs edixerat conuentum. Et cuncti ferè, qui cis Iberum incolunt, populi, multiq; etiam ulterioris Hispaniæ conuenerunt. Carthaginensium duces primo ex industria famam captæ Carthaginis compresserant: deinde ut clarior res erat, quàm ut tegi ac dissimulari posset, elcuabāt uerbis. Nec opinato aduentu, ac propè furto unius dici urbem unam Hispaniæ interceptam, cuius rei tam paruæ præmio elatum insolentem iuuenem immodico gaudio speciem magnæ uictoriæ impofuisse. at ubi appropinquare tres duces, tres uictores hostium exercitus audisset, occurruram ei extemplo domesticorum funerū memoriam. Hæc in uulgus iactabant, haudquaquam ipsi ignari, quantum sibi ad omnia uirium Carthagine amissa decessisset.

DECADIS TERTIAE LIBER SEPTIMVS



Hic status rerum Hispaniæ erat. In Italia consul Marcellus, Salapia per prodicionem recepta, Maroneam, & Meles de Samnitibus ui cepit. Ad tria millia militum ibi Annibalis, quæ præsidij causa relicta erant, oppressa. prædæ aliquantum eius militi fuit concessum. tritici quoq; CCXL millia modium, & CX millia hordei inuenta. Cæterum nequaquam inde tantum gaudium fuit, quanta clades intra paucos dies accepta est haud procul Herdonea urbe. Castra ibi Cn. Fuluius proconsul habebat, spe recipiundæ Herdoneæ: quæ post Cannensem cladē ab Romanis defecerat, nec loco satis tuto posita, nec præsidijs firmata. Negligentiam insitam ingenio ducis augebat spes ea: quod labare ips aduersus Pœnum fidem senserat: postquam Salapia amissa excessisse his locis Annibalem in Brutios auditum est. Ea omnia ab Herdonea per occultos nuntios delata Annibali, simul curam sociæ retinendæ urbis, & spem fecere incautum hostem aggrediendi. Exercitu expedito, ita ut famam propè præueniret, magnis itineribus ad Herdoneam contendit. & quo plus terroris hosti obijceret, acie instructa accessit. Par audacia Romanus, consilio & uiribus impar, copijs raptim eductis conflixit. quinta legio, & sexta alacriter pugnam inierunt. Cæterum Annibal signo equitibus dato, ut cum pedestres acies occupassent præsentem certamine oculos animosq; circumuecti, pars castra hostium, pars terga pugnantium inuaderent: ipse Cn. Fuluij similitudinem nominis, quod Cn. Fuluium prætorem biennio ante in ipsidem deuicerat locis: increpans, similem euentū pugnae fore affirmabat. Neq; ea spes uana fuit. nam cum cōminus acie & peditum certamine multi cecidissent Romanorū, starent tamen ordines signaq;: equestris tumultus à tergo, simul à castris clamor hostilis auditus, sextam ante legionem, quæ in secunda acie posita, prior ab Numidis turbata est: quintam deinde, atq; eos qui ad prima signa erant, auertit. Pars in fugam effusa, pars in medio cæsi. ubi & ipse Cn. Fuluius cum duodecim tribunis militum cecidit. Romanorū, sociorumq; quot cæsa in eo prælio millia sint, quis pro certo affirmet? cum tredecim millia alibi, alibi haud plusquam septē inueniam? Castris, prædæq; uictor positur. Herdoneam, quia & defecturam fuisse ad Romanos comperit: nec mansuram in fide, si inde abscessisset: multitudine omni Metapontū ac Thurios traducta, incendit: occiditq; principes, qui cum Fuluius colloquia occulta habuisse comperti sunt. Romani, qui ex tanta clade euaserant, diuersis itineribus semiermes ad Marcellū consulem in Samniū confugerunt. Marcellus nihil admodū tanta clade territus, literas Romā ad senatū de duce & exercitu ad Herdoneam amisso scribit. Cæterum eundem se, qui post Cannensem pugnam ferocem uictoria Annibalem contudisset, ire aduersus eum, breuem illi lætitiā qua exultet facturum. Et Romæ quidem cum luctus ingens ex præterito, tum timor in futurū erat. Consul ex Samnio in Lucanos transgressus ad Numistronem in conspectu Annibalis loco plano, cum Pœnus collem teneret, posuit castra. addidit & aliam fidentis speciē, quod prior in aciem eduxit. Nec detrectauit Annibal, ut signa portis efferri uidit. Ita tamen aciem instruxerunt, ut Pœnus dexterū cornu in collem erigeret, Romani sinistrū ad oppidū applicarent. Ab hora tertia cum ad noctem pugnam extendissent, fessæq; pugnando primæ acies essent, ab Romanis prima legio & dextera ala, ab Annibale Hispani milites & funditores baleares, elephanti quoq; commisso iam

nn + certamine

certamine, in præliū acti. Diu pugna neutrò inclinata stetit. Primæ legioni tertia, dexteræ alæ, sinistra subiit. & apud hostes integri à fessis pugnam accepere. Nouum atque atrox prælium, ex tam segni repente exarsit, recentibus animis corporibusq̃. sed nox incerta uictoria diremit pugnautes. Postero die Romani ab sole orto in multum diem steterunt in acie: ubi nemo hostium aduersus prodijt, spolia per otium legere, & congestos in unum locum cremare suos. Nocte insequenti Annibal silentio mouit castra, & in Apuliam abiit. Marcellus ubi lux fugam hostium aperuit, saucijs cum præsidio modico Numistrone relictis, præpositoque his L. Furio Purpurione tribuno militum, uestigijs institit sequi. Ad Venusiam adeptus eum est. Ibi per dies aliquot cum ab stationibus procurfaretur, mista equitum, peditumq̃ tumultuosa magis prælia, quàm magna, & fermè omnia Romanis secunda fuerunt. Inde per Apuliam ducti exercitus sine ullo memorando certamine, cum Annibal nocte signa moueret, locum insidijs quærens: Marcellus, nisi certa luce, & explorato ante, non sequeretur. Capuæ interim Flaccus dum bonis principum uendendis, agro, qui publicatus fuerat, locandò (locauit autem omnem frumento) tempus terit, ne deesset materia in Campanos sauiendi, nouum in occulto gliscens per indicium protractum est facinus. milites edificijs emotos, simul ut cum agro tecta urbis fruenda locarentur: simul metuens, ne suum quoq̃ exercitū, sicut Annibalis, nimia urbis amœnitas emolliret: in portis, murisq̃ sibi met ipsos tecta militariter coegerat ædificare. erant autem pleraq̃ ex cratibus, aut tabulis facta, alia arundine texta, stramento intecta: omnibus uelut de industria alimentis ignis. Hæc noctis una hora ut omnia incenderent, CLXX Campani, principibus fratribus Blossijs, coniurauerant. indicio eius rei ex familia Blossiorum factò, portis repente iussu proconsulis clausis, cum ad arma signo dato milites cõcurrissent, comprehensi omnes qui in noxa erant, & quæstione acriter habita, damnati necatiq̃. indicibus libertas, & æris dena millia data. Nucerinos, & Acerranos querentes ubi habitarent nō esse, Aceris ex parte incensis, Nuceria deleta, Romam Fuluius ad senatum misit. Acerranis permissum, ut ædificarent quæ incensa erant. Nucerini Atellam, quia id maluerant, Atellanis Calatiã migrare iussis, traducti. Inter multas magnasq̃ res, quæ nunc secundæ, nuc aduersæ occupabant cogitationes hominum, ne Tarentinæ quidem arcis excidit memoria. M. Ogulnius, & P. Aquilius in Hetruriam legati ad frumentū coemendum, quod Tarentum portaretur, profecti: & mille milites de exercitu Urbano, par numerus Romanorū, sociorumq̃ eodem in præsidium cum frumento missi sunt. Iam æstas in exitu erat, comitorumq̃ consulariū instabat tempus. sed literæ Marcelli negantis è rep. esse, uestigium abscedi ab Annibale, cui cedenti, certamenq̃ abnuenti grauius ipse instaret: curam iniecerāt, ne aut consulē tum maxime res agentem à bello auocarent, aut in annum consules deessent. optimum uisum est, quanquam extra Italiam esset, Valeriū potius consulē ex Sicilia reuocari. Ad eū literæ iussu senatus ab L. Manlio prætore urbis missæ cum literis consulis M. Marcelli: ut ex ijs nosceret, quæ causa patribus eum potius quàm collegam reuocandi ex prouincia esset. Eo ferè tempore legati ab rege Syphace Romam uenerunt, quæ is prospera prælia rex cum Carthaginensibus fecisset, memorantes. Regem nec inimiciorem ulli populo quàm Carthaginensī, nec amiciorem quàm Romano affirmabant esse. misisse cum antea legatos in Hispaniam ad Cn. & P. Cornelios imperatores Romanos. nūc ab ipso uelut fonte petere Romanam amicitiam uoluisse. Senatus nō legatis modo benigne respondit, sed & ipse legatos cū donis ad regem misit, L. Genutiū, P. Petellium P. Popiliū. Dona tulere, togam, & tunicam purpuream, sellam eburneam, pateram ex quinq̃ pondo auream factam. Protinus & alios Africæ regulos iussit adire. ijs quoq̃ quæ darentur, portatæ togæ prætextæ, & terna pondo pateræ aureæ. Et Alexandriam ad Ptolemæum Cleopatramq̃ reges M. Attilius, & M. Acilius legati ad commemorandam renouandamq̃ amicitiam missi dona tulere: Regi togam, & tunicam purpuream cū sella eburnea: Reginae pailam pictam cū amiculo purpureo. Multa æstate, qua hæc facta sunt, ex propinquis urbibus agrisq̃ nuntiata sunt prodigia. Tusculi agnum cum ubere lactanti natum: Iouis ædis culmen fulmine ictum, ac propè omni tecto nudatū. Iisdem fermè diebus Anagninæ terram ante portam ictam diem ac noctem sine ullo ignis alimento arsisse: & aues ad compitum

Anagninum

Anagninum in luo Dianæ nidus in arboribus reliquisse. Tarracine in mari haud procul portu angues magnitudinis miræ lasciuentium piscium more exultasse. Tarquinis porcum cum ore humano genitū. Et in agro Capenate ad lucum Feroniæ IIII signa sanguine multo diem ac noctem sudasse. Hæc prodigia hostijs maioribus procurata decreto pontificum: & supplicatio diem unum Romæ ad omnia puluinaria, alterum in Capenate agro ad Feroniæ lucum indicta. M. Valerius consul literis excitus, prouincia, exercituq; mandato Cincio prætori, M. Valerio Messala præfecto classis cum parte nauium in Africam prædatum simul, speculatumq; quæ populus Carthaginensis ageret pararetq;, misso: ipse x nauibus Romam profectus cum prospere peruenisset, senatum extemplo habuit. ibi de suis rebus gestis commemorauit. Cum annos propè LX in Sicilia terra mariq; sæpe magnis cladibus bellatum esset, se eam prouinciam confecisse, neminem Carthaginensem in Sicilia esse: neminem Siculum, qui metu inde fugati abfuerint, non esse. omnes in urbes, agrosq; suos reductos, arare, ferere: desertam recoli tandem terram, frugiferam ipsis cultoribus, populocq; Romano pace ac bello fidissimum annonæ subsidium. Exin Mutine, & si quorum aliorum merita erga populum Romanū erant, in senatum introductis, honores omnibus ad exoluendam fidem consulis habiti. Mutines etiam ciuis Romanus factus, rogatione ab tribuno plebis ex autoritate patrum ad plebem lata. Dum hæc Romæ geruntur, M. Valerius Messala L nauibus cum ante lucem ad Africam accessisset, improuiso in agro Vticensi excursionem fecit: eumq; late depopulatus, multis mortalibus cum alia omnis generis præda captis, ad naues redijt, atq; in Siciliam transmisit: tertio decimo die, quàm profectus inde erat, Lilybeū reuectus. Ex captiuis, quæstione habita, hæc comperta: consuliq; Leuino omnia ordine perscripta, ut sciret in quo statu res Africæ essent. Quinq; millia Numidarum cum Masanissa Galæ filio acerrimo iuvene Carthagine esse: & alios per totam Africam milites mercede cōduci, qui in Hispaniam ad Asdrubalem traicerentur, ut is quàm maximo exercitu primo quoq; tempore in Italiam transgressus iungeret se Annibali. in eo positam uictoriam credere Carthaginenses. classem præterea ingentem apparari ad Siciliam repetendam, eamq; se credere breui traiceturam. Hæc recitata à consule ita mouere senatum, ut non expectanda comitia consuli censeret, sed dictatore comitiorum habendorū causa dicto extemplo in prouinciam redeundum. Illa disceptatio tenebat, quod consul in Sicilia se M. Valerium Messalam, qui tum classi præesset, dictatorem dicturum esse aiebat: patres extra Romanum agrum (cum autem in Italia terminari) negabant dictatorem dici posse. M. Lucretius tribunus plebis cum de ea re consuleret, ita decreuit senatus, ut consul prius quàm ab urbe discederet, populum rogaret, quem dictatorem dici placeret: eumq; quem populus iussisset, dictatorem diceret. si consul noluisset, prætor urbanus populum rogaret. si ne is quidem uellet, tum tribuni ad plebem ferrent. Cum consul se populum rogaturum negasset, quod suæ potestatis esset: prætor emq; uetuisset rogare: tribuni plebis rogarunt, plebesq; sciuit, ut Q. Fuluius, qui tum ad Capuam erat, dictator diceretur. Sed quo die id plebis cōcilium futurum erat, consul clàm nocte in Siciliam abiit. destitutiq; patres literas ad M. Claudium mittendas censuerunt, ut desertæ à collega Reipub. subueniret: diceretq;, quem populus iussisset, dictatorem. Ita à M. Claudio consule Q. Fuluius dictator dictus. & ex eodem plebiscito ab Q. Fuluiō dictatore P. Licinius Crassus pontifex maximus magister equitum dictus. Dictator posteaquam Romam uenit: Cn. Sempronium Blesum legatum, quem ad Capuam habuerat, in Hetruriam prouinciam ad exercitum misit, in locum C. Calpurnij prætoris: quem, ut Capuæ exercituiq; suo præesset, literis exciuit. ipse comitia in quem diem primum potuit, edixit: quæ certamine inter tribunos dictatoremq; in iccto, perfici non potuerant. Galeria iuniorum, quæ sorte prærogatiua erat: Q. Fuluium & Q. Fabium consules dixerat. eodemq; iure uocatae reliquæ inclinassent, ni tribuni plebis C. & L. Ariani se interposuissent: qui neq; magistratum continuari satis ciuile esse aiebant: & multo fœdioris exempli, cum ipsum creari qui comitia haberet. itaq; si suū nomen dictator acciperet, se comitijs intercessuros. si aliorum, præterquam ipsius, ratio haberetur, comitijs se moram nō facere. Dictator causam comitiorū autoritate Senatus, plebiscito, exemplisq; tutabatur.

Nam

Nam Cn. Seruilius Cos. cum Flaminius alter consul ad Trasymenum cecidisset: ex autoritate patrum ad plebem latum, plebemque sciuisse: ut quoad bellum in Italia esset, ex ijs qui consules fuissent, quos & quoties uellet, reficiendi consules populo ius esset. exemplaque ea in re se habere, uetus L. Posthumij Megilli: qui interrex ijs comitijs, quæ ipse habuisset, consul cum Cn. Iunio Bubulco creatus esset: reces Q. Fabij, qui sibi continuari consulatum, nisi id bono publico fieret, profecto nunquam fuisset. His orationibus cum diu certatum esset, postremo ita inter dictatorem ac tribunos conuenit, ut eo quod censuisset Senatus, staretur. Patribus id tempus reipub. uisum est, ut per ueteres & expertos, bellique peritos imperatores res publica gereretur. itaque moram fieri comitijs non placere. Concedentibus tribunis, comitia habita. Declarati consules Q. Fabius Maximus quintum, Q. Fuluius Flaccus IIII. Prætores creati, L. Veturius Philo, T. Quintius Crispinus, C. Hostilius Tubulus, C. Aurunculeius. Magistratibus in annum creatis, Q. Fuluius dictatura se abdicauit. Extremo æstatis huius classis punica nauium XL cum præfecto Amilcare in Sardiniam traiecta, Olbiensem primo, dein postquam ibi P. Manlius Volso prætor cum exercitu apparuit: circumacta inde ad alterum insule latus, Caralitanum agrum uastauit: & cum præda omnis generis in Africam redijt. Sacerdotes Romani eo anno mortui aliquot, suffectique. C. Seruilius pontifex factus in locum T. Octacilij Crasi. Decemuir item sacris faciundis in locum T. Sempronij T. F. Longi T. Sempronius C. F. Longus suffectus. M. Martius rex sacrorum mortuus est: & M. Aemilius Pappus maximus curio: neque in eorum locum sacerdotes eo anno suffecti. Et censores hic annus habuit L. Veturium Philonem, & P. Licinium Crassum pontificem maximum. Crassus Licinius nec consul, nec prætor ante fuerat, quam censor est factus. ex ædilitate gradum ad censuram fecit. Sed hij censores neque senatum legerunt, nec quicquam publicæ rei egerunt. mors diremit L. Veturij. inde & Licinius censura se abdicauit. Aediles curules L. Veturius, & P. Licinius Varus ludos Romanos diem unum instaurarunt. Aediles plebis Q. Carius, & L. Portius Licinius ex multatio argento signa ænea ad Cereris dedere: & ludos pro temporis eius copia magnifice apparatus fecerunt. Exitu anni huius die IIII & XXX, quam ab Tarracone profectus erat: Lælius Romam uenit. isque cum agmine captiuorum ingressus urbem magnum concursum hominum fecit. Postero die in senatum introductus, captam Carthaginē caput Hispaniæ uno die, receptasque aliquot urbes, quæ defecissent: nouasque in societatem ascitas, exposuit. Ex captiuis comperta his ferè congruentia: quæ in literis fuerant M. Valerij Messalæ. Maxime mouit patres Asdrubalis transitus in Italiam, uix Annibali atque eius armis obstantem. Productus in contionem Lælius eadem disseruit. Senatus ob res feliciter à P. Scipione gestas supplicationem in unum diem decreuit. C. Lælium primo quoque tempore cum quibus uenerat nauibus, redire in Hispaniam iussit. Carthaginis expugnationem in hunc annum contuli multis autoribus: haud nescius quosdam esse, qui anno insequenti captam tradiderint. Sed mihi minus simile uero uisum est, annum integrum Scipionem nihil gerendo in Hispania consumpsisse. Q. Fabio Maximo quintum, Q. Fuluius Flacco IIII consulibus Idibus Martijs, quo die magistratum inierunt: Italia ambobus prouincia decreta: regionibus tamen partitum imperium. Fabius ad Tarentum, Fuluius in Lucanis ac Brutijs rem gereret. M. Claudio prorogatum in annum imperium. Prætores sortiti prouincias: C. Hostilius Tubulus urbanam: L. Veturius Philo peregrinam cum Gallia: T. Quintius Crispinus Capuam: C. Aurunculeius Sardiniam. Exercitus ita per prouincias diuisi. Fuluius duæ legiones, quas in Sicilia M. Valerius Leuinus haberet. Q. Fabio: quibus in Hetruria C. Calpurnius præfuisset. exercitus urbanus ut in Hetruriam succederet: C. Calpurnius eidem præfisset prouinciæ, exercitumque quæ Q. Fuluius habuisset. Capuam, exercitumque T. Quintius obtineret. C. Hostilius ab C. Lectorio propratore prouinciam, exercitumque, qui tum iam Arimini erat, acciperet. M. Marcello, quibus consul rem gesserat, legiones decretae. M. Valerio cum L. Cincio (his quoque enim prorogatum in Sicilia imperium) Cannensis exercitus datus: eumque supplere ex militibus, qui ex legionibus Cn. Fuluij superessent, iussi. Cõquisitos eos cõsules in Siciliam miserunt: additaque eadem militiæ ignominia, sub qua Cånenses militabant: quique ex prætoris Cn. Fuluij

Cn. Fuluij exercitu ob similis iram fugæ missi eò ab Senatu fuerant. C. Aurunculeio eadem in Sardinia legiones, quibus P. Manlius Volso eam prouinciam obtinuerat, decretæ. P. Sulpicio eadem legione, eademq; classe Macedoniam obtinere iusso prorogatum in annum imperium. xxx quinquereemes ex Sicilia Tarentum ad Q. Fabium consulem mitti iussæ: cætera classe placere prædatum in Africam aut ipsum M. Valerium Leuinũ trahere: aut mittere, seu L. Cincium, seu M. Valerium Messalam uellet. Nec de Hispania quicquam mutatu, nisi quod non in annum Scipioni Syllanoq; sed donec reuocati ab Senatu forent, prorogatum imperium est. ita prouinciæ, exercitusq; in eum annum partita imperia. Inter maiorum rerum curas comitia maximi curionis, cum in locum M. Aemylij sacerdos crearetur, uetus excitauerunt certamen, patricijs negantibus C. Manilij Attelij, qui unus ex plebe petebat, habendam rationem esse, quia nemo ante eum, nisi ex patribus, id sacerdotium habuisset. Tribuni appellati, ad Senatum reiecerunt. Senatus populo potestatem fecit. Ita primus ex plebe creatus maximus curio C. Manilius Attelius. Et flaminẽ dialem inuitũ inaugurari coegit P. Licinius pontifex maximus C. Valerium Flaccũ. decemuir sacris faciundis creatus in locum Q. Mutij Scæuolæ demortui C. Lectorius. Causam inaugurari coacti flaminis libens reticuissem, ni ex mala fama in bonam uertisset. Ob adolescentiam negligentem, luxuriosamq; C. Flaccus flamen captus à P. Licinio pontifice maximo erat, L. Flacco fratri germano, cognatisq; alijs ob eadem uitia inuisus. Is, ut animum eius cura sacrorum & cærimoniarum cepit: ita repente exiit antiquos mores, ut nemo tota iuuentute haberetur prior: nec probatior primoribus patrum, suis pariter, alienisq; esset. Huius famæ consensu elatus ad iustam fiduciam sui, rem intermissam per multos annos ob indignitatem flaminum priorum repetiuit, ut in Senatũ introiret. Ingressum cum curiam cum L. Licinius prætor inde eduxisset, tribunos plebis appellauit flamen. Vetus ius sacerdotij repetebat, datum id cum toga prætexta, & sella curuli C. Flaminio esse. Prætor non exoleris uetustate annalium exemplis stare ius, sed recentissimæ cuiusq; consuetudinis usu uolebat. nec patrum, nec auorum memoria dialem quenquam id ius usurpasse. Tribuni rem inertia flaminum oblitteratam, ipsis, nõ sacerdotio damno fuisse cũ æquum censuissent, ne ipso quidem contra tendente prætore, magno assensu patrum plebisq; flaminem in Senatum introduxerunt: omnibus ita existimantibus, magis sanctitate uitæ quàm sacerdotij iure rem eam flaminem obtinuisse. Consules prius quàm in prouincias irent, duas urbanas legiones, in supplementum, quantum opus erat cæteris exercitibus militum, scripserunt. Urbanum ueterem exercitum Fuluius consul C. Fuluius Flacco legato (frater hic consulis erat) in Hetruriam dedit ducendum: & legiones, quæ in Hetruria erant, Romam deducendas. Et Fabius cõsul reliquias exercitus Fuluiani cõquisitas (fuerũt aut ad tria millia cccxxxvi) Q. Maximum filium ducere in Siciliam ad M. Valerium proconsulem iussit: atq; ab eo duas legiones, & triginta quinquereemes accipere. Nihil hæc eduçtæ ex insula legiones minuerunt nec uiribus, nec specie eius prouinciæ præsidium. nam cum præter egregie suppletas duas ueteres legiones, transfugarum etiam Numidarum equitum peditumq; magnam uim haberet: Siculos quoq; qui in exercitu Epicidis, aut Pœnorum fuerant, belli peritos uiros, milites scripsit. Ea externa auxilia cum singulis Romanis legionibus adiunxisset, duorum speciem exercituum seruauit. altero L. Cincium partem insulæ, qua regnum Hieronis fuerat, tueri iussit. altero ipse cæteram insulam tuebatur, diuisam quondam Romani puniciq; imperij finibus. Classis quoq; nauium lxx parata, ut omni ambitu litorum præsidio oræ maritimæ essent. Ipse cum Mutinis equitatu prouinciam peragrabat, ut uiseret agros, cultaq; ab incultis notaret: & perinde dominos laudaret, castigaretq;. Ita tantum ea cura frumenti prouenit, ut & Romam mitteret, & Catanam conueheret, unde exercitui, qui ad Tarentum æstiuæ acturus esset, posset præberi. Cæterum transportati milites in Siciliam (& erat maior pars latini nominis, sociorumq;) propè magni motus causa fuere. adeo ex paruis sæpe magnarum momenta rerum pendent. fremitus enim inter Latinos, sociosq; in concilijs ortus. Decimum annum delectibus, & stipendijs exhaustos esse. quotannis fermè clade magna pugnare. alios in acie occidi, alios morbo absumi. magis perire sibi ciuem, qui ab Romano miles lectus sit, quàm qui à Pœno

Pœno

Pœno captus. quippe ab hoste gratis remitti in patriam, ab Romanis extra Italiã in exilium uerius, quàm in militiam ablegari. Octauum iam ibi annum fenescere Cannensem militem, moriturum antequam Italia hostis, quippe nunc cum maxime florens uiribus, excedat. si ueteres milites non redeant in patriam, noui legantur, breui neminem superfuturum. Ita quod propediem res ipsa negatura sit, prius quàm ad ultimam solitudinem atque egestatem perueniant, negandum populo Romano esse. si consentientes in hoc socios uideant Romani, profecto de pace cum Carthaginensibus iungenda cogituros. aliter nunquam uiuo Annibale sine bello Italiam fore. Hæc acta in consilijs. Triginta tum coloniæ populi Romani erant, ex ijs duodecim, cum omnium legationes Romæ essent, negauerunt consulibus esse, unde milites pecuniamque darent. Eæ fuere, Ardea, Nepete, Sutrium, Circei, Alba, Carfeoli, Sueffa, Sora, Setia, Cales, Narnia, Interamna. Noua re consules icti cum abstertere eos à tam destabili consilio uellent, castigando increpandoque plus quàm leniter agendo profecturos rati, eos ausos esse consulibus dicere, aiebant, quod consules in Senatu ut pronuntiarent, in animu inducere non possent. nõ enim detractionem eam munerum militiæ, sed apertam defectionem à populo Romano esse. Redirent itaque propere in colonias, & tanquam integra re locuti magis quàm ausi tantum nefas, cum suis consulerent. admonerent, non Campanos, neque Tarentinos eos esse, sed Romanos. inde oriundos, inde in colonias atque in agrum bello captum stirpis augendæ causa missos. quæ liberi parentibus deberent, ea illos Romanis debere, si ulla pietas, si memoria antiquæ patriæ esset. Consulerent igitur de integro. nam tum quidem quæ temere agitaissent, ea prodendi imperij Romani, tradendæ Annibali uictoriæ esse. Cum alternis hæc consules diu iactassent, nihil moti legati, neque se quod domum renuntiarent, habere dixerunt, neque Senatum suum quid noui consuleret: ubi nec miles qui legeretur, nec pecunia quæ daretur in stipendium, esset. Cum obstinatos eos uiderent consules, rem ad Senatum detulerunt. ubi tantus pavor animis hominum est iniectus, ut magna pars actum de imperio diceret. idem alias colonias facturas, idem socios consensisse omnes, ad prodendam Annibali urbem Romam. Consules hortari & consolari Senatum: & dicere, alias colonias in fide atque officio pristino fore. eas quoque ipsas quæ officio decesserint, si legati circa eas colonias mittantur, qui castigent, non qui precentur, uerecundiam imperij habituras esse. Permissum ab Senatu ijs cum esset, agerent, facerentque, ut è republica ducerent: pertentatis prius aliarum coloniarum animis, citauerunt legatos: quæsiueruntque ab ijs, ecquid milites ex formula paratos haberent: Pro duodeuiginti colonijs M. Sextilius Fregellanus respondit: & milites ex formula paratos esse: & si pluribus opus esset, plureis duros: & quicquid aliud imperaret, uelletque populus Romanus, enixe facturos. ad id sibi neque opes deesse, animu etiam superesse. Consules sibi parum uideri præfati pro merito eorum, sua uoce collaudari eos, nisi uniuersi patres in curia gratias egissent, sequi in Senatum iusserunt. Senatus quàm poterat honoratissimo decreto allocutus eos, mandat consulibus, ut ad populû quoque eos producerent: & inter multa alia præclara, quæ ipsis maioribusque suis præstitissent, recens etiam meritum eorum in rempublicam commemorarent. Ne nunc quidem post tot secula sileantur, fraudenturque laude sua. Signini fuere, & Norbani, Satticulanique, & Brundisini, & Fregellani, & Lucerini, & Venusini, & Adriani, & Firmani, & Ariminenses: & ab altero mari, Pontiani, & Pestani, & Cossani: & mediterranei, Beneuentani, & Essernini, & Spoletini, & Placentini, & Cremonenses. Harum coloniarum subsidio tum imperium populi Romani stetit. ijsque gratiæ & in Senatu, & apud populum actæ. Duodecim aliarum coloniarum, quæ detrectauerunt imperium, mentionem fieri patres uetuerunt: neque illos dimitti, neque retineri, neque appellari à consulibus. Ea tacita castigatio maxime ex dignitate populi Romani uisa est. Cætera expedientibus, quæ ad bellu opus erant, consulibus, aurum uicesimarium, quod in sanctiore ærario ad ultimos casus seruarietur, promi placuit. prompta ad quatuor millia pondo auri. Inde quingena pondo data consulibus, & M. Marcello, & P. Sulpicio procos. & L. Veturio prætori, qui Galliam prouinciam sortitus erat. additumque Fabio Cos. c pondo auri præcipuum, quod in arcem Tarentinam portaretur. cætero uis sunt ad uestimenta præfenti pecunia locanda exercitui, qui in Hispania bellum
secunda

secunda sua fama, ducisq; gerebat. Prodigia quoq; prius quam ab urbe coss. proficiscerentur, procurari placuit. In Albano monte tacta de cælo erant, signū Iouis, arborq; templo propinqua, & Hostiæ lacus, & Capuæ murus, Fortunæq; ædes, & Sinuessæ murus portaq;. Hæc de cælo tacta. Cruentam etiam fluxisse aquam Albanam, quidā autores erant. Et Romæ intra cællam ædis Fortis Fortunæ de capite signum, quod in corona erat, in manus sponte suâ prolapsum. Et Priuerni satis constabat bouem locutum, uulturemq; frequenti foro in tabernam deuolasse. Et Sinuessæ natum ambiguo inter mares ac fœminâ sexu infansem: quos androgynos uulgus, ut pleraq; faciliore ad duplicanda uerba Græco sermone, appellat. & lacte pluuisse, & cum elephanti capite puerum natum. Ea prodigia hostijs maioribus procurata, & supplicatio circa omnia puluinaria, obsecratio in unum diem indicta, & decretum, ut C. Hostilius Pr. ludos Apollinis, sicut his annis uoti factiq; erāt, uoueret faceretq;. Per eos dies & censoribus creandis Q. Fuluius coss. comitia habuit. Creati censes, ambo qui nondum cōsules fuerant: M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus. duo censes ut agrū Campanum fruendum locarent, ex autoritate patrum latum ad plebem est, plebesq; sciuit. Scnatus lectionem contentio inter censes de principe legendo tenuit. Sempronij lectio erat. Cæterum Cornelius morem traditum à patribus sequendum aiebat, ut qui primus censor ex ijs, qui uiuerent, fuisset, eum principem legerent: is T. Manlius Torquatus erat. Sempronius, cuius sortem legendi dedissent: ei ius liberum eosdem dedisse deos. se id suo arbitrio facturum: lecturumq; Q. Fabium Maximum, quem tum principem Romanæ ciuitatis esse, uel Annibalem iudice uicturus esset. Cum diu certatum esset uerbis, concedente collega, lectus à Sempronio princeps in senatu Q. Fabius Maximus coss. Inde alius lectus senatus, octo præteritis, inter quos L. Cæcilius Metellus erat, infamis autor deferendæ Italiæ post Cannensem cladem. In equestribus quoq; notis eadem seruata causa. sed erant perpauca, quos ea infamia attingeret. Illis omnibus (& multi erant) adempti equi, qui Cannensium legionum equites in Sicilia erant, addiderunt acerbitati etiam tempus, ne præterita stipendia procederent ijs qui equo publico meruerant, sed dena stipendia equis priuatis facerent. Magnum præterea numerum eorum conquisiuerunt, qui equo merere deberent: atq; ex ijs qui principio eius belli sexdecim annos nati fuerant, neq; militauerant, omnes ærarios fecerunt. Locauerunt inde reficienda quæ circa forum incendio consumpta erant, VII tabernas, macellum, atrium regium. Transactis omnibus quæ Romæ agenda erant, cōsules ad bellum profecti, prior Fuluius prægressus Capuam, post paucos dies consecutus Fabius, qui & collegam coram obtestatus, & per literas Metellum, ut quam acerrimo bello detineret Annibalem, dum ipse Tarentum oppugnaret. ea urbe adempta hosti undiq; pulso, nec ubi consisteret, nec quid fidum respiceret habenti, ne morandi quidem causam in Italia fore. Rhegyum etiam nuntium mittit ad præfectum præsidij, quod ab Leuino coss. aduersus Brutios ibi locatum erat, octo millia hominum, pars maxima ab Agatirna (sicut antea dictum est) ex Sicilia traducta, rapti uiuere hominum assuetorum, additi erant Brutiorum indidem perfuge, & audacia & audendi omnia necessitatibus pares. Hanc manum ad Brutium primum agrum depopulandū duci iussit, inde ad Cauloniam urbem oppugnandā. Imperata nō impigre solum, sed etiam auide executi, direptis fugatisq; cultoribus agri, summa ui urbem oppugnabant. Marcellus & consulis literis excitus, & quia ita in animum induxerat, neminem ducem Romanum tam parem Annibali quam se esse: ubi primum in agris pabuli copia fuit: ex hybernis profectus, ad Cannusium Annibali occurrit. Solicitabat ad defectionem Cannusinos Pœnus. cæterū ut appropinquare Marcellum audiuit, castra inde mouit. Aperta erat regio sine ullis ad insidias latebris: itaq; in loca saltuosâ cedere inde cœpit. Marcellus uestigijs instabat, castraq; castris conferebat: & opere perfectō, extemplo in aciem legiones educebat. Annibal turmatim per equites, peditumq; iaculatores leuia certamina ferens, casum uniuersæ pugne non necessariū ducebat. tractus est tamen ad id quod uitabat certamen. Nocte prægressum assequitur locis planis ac patentibus Marcellus. castra inde ponentem, pugnādo undiq; in munitores, operibus prohibet. Ita signa collata, pugnatumq; totis copijs, & cū iam nox instaret, Marte equo discessum est. castra exiguo distanti

tia spatio raptim ante noctem permunita. Postero die luce prima Marcellus in aciem copias eduxit. Nec Annibal detrectauit certamē, multis uerbis adhortatus milites, ut memores Traſymeni Cannarumq; contunderent ferociam hostis. urgere atq; instare eum: non iter quietos facere, non castra ponere pati, non respirare aut circumſpicere. quotidie simul orientem solem, & Romanam aciem in campis uidendam esse. si uno praelio haud incruentus abeat: quietius deinde tranquilliusq; cum bellaturum. His irritati adhortationibus, simulq; tædio ferociæ hostium quotidie instantium laceſſentiumq;, acriter praelium ineunt. Pugnatum amplius duas horas est. cedere inde ab Romanis dextera ala, & extraordinarij cepere. quod ubi Marcellus uidit, duodeuicesimam legionem in primam aciem inducit. Dum alij trepidè cedunt, alij segniter subeunt, turbata tota acies est: dein prorsus fusa, & uincente pudorem metu terga dabant. Cecidereq; in pugna ad duo millia & septingenti ciuium sociorumq;. in his quatuor Romani ceteriones fuere: duo tribuni militum, M. Licinius & M. Fuluius. signa militaria quatuor de ala prima, quæ fugit: duo de legione quæ cedentibus socijs successerat, amissa. Marcellus, postquam in castra reditum est, contionem adeo sæuam atq; acerbam apud milites habuit, ut praelio per diem torum infeliciter tolerato tristior ijs irati ducis oratio esset. Dñs immortalibus ut in tali re laudes gratesq;, inquit, ago: quod uictor hostis cum tanto pauore incidentibus uobis in uallum portasq;, nō ipsa castra est aggressus. deseruissetis profecto eodem terrore castra, quo omisitistis pugnam. Qui pauor hic: qui terror: quæ repente, qui, & cum quibus pugnaretis, obliuio animos cepit: nempe iſdem sunt iſi hostes, quos uincendo & uictos sequendo priorem æstatem absumpſistis: quibus dies noctesq; fugientibus per hos dies institistis: quos leuibus praelijs fugastis, quos hesterno die nec iter facere, nec castra ponere passi estis. Omitto ea quibus gloriari potestis: cuius & ipsius pudere ac pœnitere uos oportet. nempe quis manibus hesternæ die diremistis pugnam. quid hæc nox, quid hæc dies abstulit: uestræ his copię imminutæ sunt, an illorum auctæ? Non equidem mihi cum exercitu meo loqui uideor, nec cum Romanis militibus. corpora tatum atq; arma eadem sunt. an si eosdem animos habuissetis: terga uestra uidisset hostis: signa alicui manipulo, aut cohorti abstulisset. Non adhuc cæsis Romanis legionibus gloriabatur: uos illi hodierno die primum fugati exercitus dedistis decus. Clamor inde ortus, ut ueniam eius dici daret, ubi uellet deinde experiretur mirum suorū animos. Ego uero experiar, inquit, milites: & uos crastina die in aciem educam, ut uictores potius quàm uicti ueniam impetretis, quam petitis. Cohortibus quæ signa amiserant, hordeum dari iussit: centurionesq; manipulorum, quorum signa amissa fuerant, distributis gladijs discinctos destituit: & ut postero die omnes pedites equitesq; armati adessent, edixit. Ita contio dimissa fatentium iure ac merito sese increpitos: neq; illo die uirum quenquam in acie Romana fuisse, præter unum ducem: cui aut morte satisfaciendum, aut egregia uictoria esset. Postero die armati ornatique ad edictum aderant. Imperator eos collaudat: pronuntiatq;, à quibus orta pridie fuga esset, cohortesq; quæ signa amiserant, se in primam aciem inducturum. edicere iam sese: omnibus pugnandum ac uincendum esse: & adnitendum singulis uniuersisq;, ne prius hesternæ fugæ, quàm hodiernæ uictoriæ fama Romam perueniat. Inde cibo corpora firmare iussi, ut si longior esset pugna, uiribus sufficerent. Vbi omnia dicta factaq; sunt, quibus excitarent animi militum, in aciem procedunt. Quod ubi Annibali nuntiatum est, cum eo nimirum, inquit, hoste res est: qui nec bonā, nec malam ferre fortunam potest. seu uicit, ferociter instat uictis. seu uictus est, instaurat cum uictoribus certamen. Signa inde canere iussit, & copias educit. Pugnatum utrinq; aliquanto quàm pridie actius est: Pœnis ad obtinendum hesternum decus adnitentibus: Romanis ad demendam ignominiam. Sinistra ala ab Romanis & cohortes, quæ amiserant signa, in prima acie pugnabant. & legio uicesima ab dextro cornu instructa. L. Cornelius Lentulus & C. Claudius Nero legati cornibus præerant: Marcellus mediam aciem hortator, testisq; præsens firmabat. Ab Annibale Hispani primam obtinebant frontem. & id roboris in omni exercitu erat. Cum anceps diu pugna esset, Annibal elephantos in primam aciem induci iussit: si quem iniicere ea res tumultum ac pauorem posset. Et primo turbarūt signa ordinesq;, & partim occulcatis, partim dissipatis

terrore

terrore qui circa erant, nudauerāt una parte aciem. latiusq; fuga manasset: ni C. Decimius Flauius tribunus militum signo arrepto primi hastati manipulum eius signi se sequi iussisset. duxit ubi maxime tumultū conglobatæ belluæ faciebant: pilaq; in eas conijci iussit. Hæere omnia tela haud difficili ex propinquo in tanta corpora ictu, & tam conferta turba. sed ut nō omnes uulnerati sunt: ita in quorum tergis infixæ steterunt pila, ut est genus anceps, in fugam uersi etiam integros auertere. Tum iam non unus manipulus, sed pro se quisq; miles, qui modo assequi agmen fugientium elephantorum poterat, pila conijcere. eo magis ruere in suos belluæ: tantoq; maiorem stragem edere, quàm inter hostes ediderant: quanto acrius pavor consternatam agit, quàm insidentis magistri imperio regitur. In perturbatam transcursu belluarum aciem signa inferunt Romani pedites: & haud magno certamine dissipatos, trepidantesq; auertunt. Tum in fugientes equitatū immittit Marcellus. nec ante finis sequendi est factus, quàm in castra pauentes compulsi sunt. nam super alia, quæ terrorem trepidationemq; facerent, elephantum forte duo in ipsa porta corruerant, coactiq; erant milites per fossam, uallumq; ruere in castra. ibi maxima hostium cædes facta. Cæsa ad octo millia hominū, quinque elephantum. Nec Romanis incruenta uictoria fuit. mille ferme, & septingenti de duabus legionibus, & sociorū supra M & CCC occisi: uulnerati per multi ciuium, sociorumq;. Annibal nocte proxima castra mouit. Cupientem insequi Marcellum prohibuit multitudo sauciorum. Speculatores, qui sequerentur agmen missi, postero die retulerunt: Brutios Annibalem petere. Iisdem ferme diebus & ad Q. Fuluium consulem Hirpini, & Lucani, & Volscentes, traditis præsidij Annibalis, quæ in urbibus habebat, dediderunt sese: clementerq; à consule cum uerborum tantum castigatione ob errorem præteritum accepti. Et Brutijs similis spes ueniæ facta est, cum ab ijs Vibius & Pactius fratres, longe nobilissimi gentis eius, eandem, quæ data Lucanis erat, conditionem deditiois petentes uenissent. Q. Fabius consul oppidum in Salentinis Manduriam uicinitatem cepit. ibi ad quatuor millia hominum capta: & cæteræ prædæ aliquantum. Inde Tarentum profectus, in ipsis faucibus portus posuit castra. naues, quas Liuius tutandis comitatibus habuerat: partim machinationibus onerat, apparatusq; mœnium oppugnandorum: partim tormentis & saxis omniq; missilium telorum genere instruit: onerarias quoq; nō eas solum quæ remis agerentur: ut alij machinas scalasq; ad muros ferrent, alij procul ex nauibus uulneraret mœnium propugnatores. Eæ naues ab aperto mari, ut urbem aggredierentur, instructæ paratæq; sunt. Et erat liberū mare, classe punica, cum Philippus oppugnare Actolos pararet, Corycyram transmissa. In Brutijs interim Caulonia oppugnatores sub aduentum Annibalis, ne opprimerentur, in tumultum à præsentis impetu tutum, ad cætera inopem, concessere. Fabium Tarentum obsidentem leue dictu momentum ad rem ingentem potiundam adiuuit. Præsidium Brutiorum datum ab Annibale Tarentini habebant. eius præsidij præfectus deperibat amore mulierculæ: cuius frater in exercitu Fabij consulis erat. Is certior literis sororis factus de noua consuetudine aduenæ locupletis, atq; inter populares tam honorati, spem nactus per sortorem quolibet impelli amantem posse, quid speraret, ad consulem detulit. Quæ cum haud uana cogitatio uisa esset, perfuga iussus Tarentum transire, ac per sororem præfecto conciliatus, primo occulte animum eius tentando, dein satis explorata leuitate, blanditijs muliebribus perpulit eum ad prodicionem custodiæ loci, cui præpositus erat. Vbi & ratio agendæ rei, & tempus conuenit, miles nocte per interualla stationum clam ex urbe emissus, ea quæ acta erant, quæq; ut agerentur conuenerant, ad consulem refert. Fabius uigilia prima dato signo ijs qui in arce erant, quiq; custodiam portus habebant, ipse circuito portu ab regione urbis in orientem uersa occultus confedit. Canere inde tubæ simul ab arce, & à portu & à nauibus, quæ aperto mari appullæ erant: clamorq; undiq; cum ingenti tumultu, unde minimum periculi erat, de industria ortus. Consul interim silentio continebat suos. Igitur Democrates, qui præfectus antea classis fuerat, forte illi loco præpositus postquam quieta omnia circa se uidit, alias partes eo tumultu personare, ut captae urbis interdum excitaretur clamor, ueritus ne inter cunctationem suam consul aliquam uim faceret, ac signa inferret, præsidium ad arcem, unde maxime terribilis accidebat sonus, traducit. Fabius cum ex temporis spatio, & ex silentio ipso: quod

ubi paulo ante strepebant excitantes uocantesq; ad arma, inde nulla accidebat uox: deduc-
tas custodias sensisset, ferri scalas ad eam partem muri, qua Brutiorum cohortem praesidium
agitare proditoris conciliator nunciauerat, iubet. Ea primum captus est murus, adiuuantibus
recipientibusq; Brutijs, & transensum in urbem est. deinde proxima refracta porta, ut fre-
quenti agmine signa inferrentur. Tum clamore sublato sub ortum ferme lucis nullo obuiio ar-
mato in forum perueniunt: omnesq; undiq;, qui ad arcem portumq; pugnabant, in se conuer-
terunt. Praelium in aditu fori maiore impetu, quam perscuerantia commissum est. non animo,
non armis, non arte belli, non uigore aut uiribus corporis, par Romano Tarentinus erat. Igi-
tur pilis tantum coniectis, prius quam confererent manus, terga dederunt, dilapsiq; per nota
urbis itinera in suas amicorumq; domos. Duo ex ducibus, Nico & Democrates, fortiter pug-
nantes cecidere. Philomenes, qui proditoris ad Annibalem autor fuerat, cum citato equo ex
prelio auectus esset, uacuis paulo post equus erransq; per urbem cognitus, corpus nusquam
inuentum est. creditu uulgo est, in puteu apertu ex equo praecipitasse. Carthalonẽ autẽ præfe-
ctum punici praesidij, cum commemoratione paterni hospitij positis armis uenientem ad con-
sulem, miles obuius obruncat. Alij alios passim sine discrimine armatos inermesq; caedunt,
Carthaginenses Tarentinosq; pariter. Brutij quoq; multi interfecti, seu per errorem, seu ue-
tere in eos insito odio: seu ad proditoris famam, ut ui potius atq; armis captu Tarentu uide-
retur, extinguedam. Tum a caede ad diripiendam urbem discursum. Triginta millia feruiliū
capitum dicuntur capta, ingens argenti uis facti signatiq;, auri LXXXIII millia pondo, sig-
na tabularq;, propẽ ut Syracusarum ornamenta aequarent. Sed maiore animo generis eius
praeda abstinuit Fabius quam Marcellus: qui interroganti scribae, quid fieri de signis uellet (in-
gentis magnitudinis dij sunt, suo quisque habitu in modum pugnantium formati) deos ira-
tos Tarentinis relinqui iussit. Murus inde, qui urbẽ ab arce dirimebat, dirutus est ac dissectus.

Dum haec Tarenti aguntur, Annibal ijs qui Cauloniam obsidebant in deditiōnem accep-
tis, audita oppugnatione Tarenti, dies noctesq; cursim agmine acto cum festinans ad opem
ferendam, captam urbem audisset: & Romani, inquit, suum Annibalem habent. eadem, qua
ceperamus, arte Tarentum amissimus. Ne tamen fugientis modo conuertisse agmen uidere-
tur, quo constiterat loco, quinque millia ferme ab urbe posuit castra. ibi paucos moratus dies
Metapontum sese recepit. Inde duos Metapontinos cum literis principum eius ciuitatis ad Fa-
bium Tarentum mittit, fidem ab consule accepturos, impunita priora fore, si Metapontum ei
cum praesidio punico prodidissent. Fabius uera quae afferrent esse ratus, diem, qua accessurus
esset Metapontum, constituit: literasq; ad principes dedit, quae ad Annibalem delatae sunt. E-
nim uero laetus successu fraudis, si ne Fabius quidem dolo inuictus esset, haud procul Meta-
ponto insidias ponit. Fabio auspicianti, prius quam egrederetur ab Tarento, aues semel atque
iterum non addixerunt. hostia quoq; caesa consulenti deos aruspex cauendum a fraude hosti-
li, & ab insidijs, praedixit. Metapontini, postquam ad constitutam non uenerat diem, remissi
ut cunctantem hortarentur, repente comprehensi metu grauioris quaestioni detegunt insi-
dias. Aestatis eius principio, qua haec agebantur, P. Scipio in Hispania cum hycem totam
reconciliandis barbarorum animis partim donis, partim remissione obsidum captiuorumq;
absumpsisset: Edesco ad eum, clarus inter duces Hispanos, uenit. Erant coniux liberiq; eius
apud Romanos. sed praeter eam causam etiam uelut fortuita inclinatio animorum, quae Hispa-
niam omnem auerterat ad Romanum a punico imperio, traxit eum. Eadem causa Indibili
Mandonioq; fuit, haud dubie omnis Hispaniae principibus, cum omni popularium manu re-
lictis Asdrubale, secedendi in imminenteis castris eius tumulos: unde per contentia iuga tu-
tus receptus ad Romanos esset. Asdrubal cum hostium res tacitis augete incrementis cer-
neret: suas imminui, ac fore, ut nisi audendo aliquid moueret, qua ceperant ruerent: dimicare
quamprimum statuit. Scipio auidior etiam certaminis erat, cum a spe, quam successus rerum
augebat: tum quod prius quam iungerentur hostium exercitus, cu uno dimicare duce, exerci-
tusq;, quam simul cum uniuersis malebat. Ceterum etiam si cum pluribus pariter dimican-
dum foret, arte quadam copias auxerat. nam cum uideret nullum esse nauiu usum, quia uacua
omnis

omnis Hispaniæ ora classibus punicis erat, subductis nauibus Tarraconem, nauales socios terrestribus copijs addidit. Et armorum affatim erat captorum Carthagine: & quæ post captam eam fecerat, tanto opificum numero incluso. Cum ijs Scipio ueris principio ab Tarracone egressus (iam enim & Lælius redierat ab Roma, sine quo nihil maioris rei motum uolebat) ducere ad hostem pergit. Per omnia pacata eunti, ut cuiusq; populi fines transfiret, prosequentibus excipientibusq; socijs, Indibilis & Mandonius cum suis copijs occurrerunt. Indibilis pro utroque locutus, haudquaquam ut barbatus stolide incauteq;, sed potius cum uerecunda grauitate: propiorq; excusanti transitionem ut necessariam, quam glorianti ea uelut ad primam occasionem rapta. Scire enim se, transfugæ nomen execrabile ueteribus socijs, nouis suspectum esse. neque eum se reprehendere morem hominum, si tamen anceps odium causa, non nomen faciat. Merita inde sua in duces Carthaginenses commemorauit. auaritiã contra eorum, superbiamq;, & omnis generis iniurias in se atque populares. Itaque corpus duntaxat suum ad id tempus apud eos fuisse: animum iam pridem ibi esse, ubi ius ac fas crederet coli. ad deos quoq; confugere supplices, qui nequeant hominum uim atque iniurias pati. se id Scipionem orare, ut transitio sibi nec fraudi apud eum, nec honori sit. quales ex ea die experiundo cognouerit, perinde operæ eorum pretium faciat. Ita prorsus respondet facturum Romanus: nec pro transfugis habiturum, qui non duxerint societatem ratam, ubi nec diuini quicquam nec humani sanctum esset. Productæ deinde in conspectum eius coniuges liberiq; lachrymantibus gaudio redduntur: atque eo die in hospitium abducti. Postero die fœdere accepta fides, dimissiq; ad copias adducendas. Iisdem deinde in castris tendebant donec ducibus ijs ad hostem peruentum est. Proximus Carthaginensium exercitus Asdrubalis propè urbem Betulam erat. pro castris equitum stationes habebat. In eas uelites, antesignanicq;, & qui primi agminis erant: aduenientes ex itinere, priusquam castris locum caperent: adeo contemptim impetum fecerunt, ut facile appareret, quid utriq; parti animorum esset. In castra trepida fuga compulsi equites sunt: signaq; Romana portis propè ipsis illata. Atq; illo quidem die iritatis tantum ad certamen animis, castra Romani posuerunt. Nocte Asdrubal in tumultum copias recepit, plano campo in summo patentem: fluuius ab tergo, ante circaq; uelut ripa præceps oram eius omnem cingebat. suberat & altera inferior summissa fastigio planities. eam quoque altera crepido haud facilius in ascensum ambibat. In hunc inferiorem campum postero die Asdrubal, postquam stantem pro castris hostium aciem uidit: equites numidas, leuiumq; armorum Baleares, & Afros demisit. Scipio circumuectus ordines signaq;, ostendebat hostem, prædamnata spe æquo dimicandi campo, captantem tumulos. loci fiducia, non uirtutis aut armorum stare in conspectu, sed altiora mœnia habuisse Carthaginem, quæ transcendisset miles Romanus. nec tumulos, nec arcem, ne mare quidem armis obstitisse suis. ad id fore altitudines quas cepissent hostibus, ut per præcipitia & prærupta salientes fugerent. eam quoq; se illis fugam clausurū. Cohortesq; duas, alterã tenere fauces uallis, per quam defertur amnis, iubet: alteram uiam insidere, quæ ab urbe per tumuli obliqua in agros ferret. ipse expeditos, qui pridie stationes hostium pepulerant, ad leuem armaturam infimo stantem supercilio ducit. Per aspreta primum, nihil aliud quam uia impediti iere. deinde ut sub iactum uenerunt telorum: primo omnis generis uis ingens effusa est in eos. ipsi contra saxa, quæ locus strata passim omnia fermè missilia præbet, ingerere: non milites solum, sed etiam turba calonū immista armatis. Cæterum quanquam ascensus difficilis erat, & propè obruebatur telis saxisque, & assuetudine succedendi muros & pertinacia animi subierunt primi. Qui simul cepere aliquid æqui loci, ubi firmo consisterent gradu, leuem & concurfatore hostem, atq; interuallo tutū, cum procul missilibus pugna eluditur, instabilem eundem ad cominus conferendas manus, expulerunt loco: & cæde magna in aciem altiori superstantem tumulo impegere. inde Scipio iussis aduersus mediam euadere aciem uictoribus cæteras copias cum Lælio diuidit: atque cum parte dextra tumuli circumire, donec mollioris ascensus uiam inueniret, iubet. ipse ab læua circuitu haud magno in transversos hostes incurrit. Inde primo turbata acies est, dum ad circumsonantem undique clamorem flectere cornua

& obuerrere ordines uolunt. Hoc tumultu & Lælius subijt. & dum pedem referunt, ne ab tergo uulnerarentur, laxata prima acies, locusq; ad euadendum & medijs datus est: qui per tam iniquum locum stantibus integris ordinibus, elephantisq; ante signa locatis, nunquam euassissent. Cum ab omni parte cædes fierent, Scipio, qui læuo cornu in dextrum incurerat, maxime in nuda hostium latera pugnabat. Et iam ne fugæ quidem patebat locus. nam & stationes utrinq; Romanæ, dextra, læuaq; infederant uias: & portam castrorum ducis principumq; fuga clauerat, addita trepidatione elephantorum, quos territos æque atq; hostes timebant. Cæsa igitur ad octo millia hominum. Asdrubal iam antequam dimicaret, pecunia rapta, elephantisq; præmissis, quamplurimos poterat de fuga excipiens, præter Tagû flumē ad Pyrenæum tendit. Scipio castris hostiū potitus, cum præter libera capita omnem prædam militibus conuulsisset, in recensendis captiuis decem millia peditum, duo millia equitum inuenit. ex his Hispanos sine pretio omnes domū dimisit: Afros uendere quæstorem iussit. Circumfusa inde multitudo Hispanorum & ante deditorum, & pridie captorum, regem eum ingenti consensu appellauit. Tum Scipio silentio per præconem facto, sibi maximum nomen imperatoris esse dixit, quo se milites sui appellassent. regium nomen alibi magnum, Romæ intolerandum esse. regalem animum in se esse. si id in hominis ingenio amplissimum ducerent, tacite iudicarent, uocis usurpatione abstinere. Sensere etiam barbari magnitudinem animi, cuius miraculo nominis alij mortales stuperēt, id ex tam alto fastigio aspernantis. Dona inde regulis principibusq; Hispanorum diuisa. & ex magna copia captorum equorum trecentos, quos uellet, eligere Indibilem iussit. Cum Afros uenderet iussu imperatoris quæstor, puerum adultum inter eos forma insigni, cum audisset regij generis esse, ad Scipionem misit. Quem cum percunctaretur Scipio, quis, & cuius, & cur id ætatis in castris fuisset: Numidam se esse ait. Masiuam populares uocare. orbem à patre relictum, apud maternum auum Galam regem Numidarum educatum. cum auunculo Masanissa, qui nuper cum equitatu subsidio Carthaginensibus uenisset, in Hispaniam traicisse. prohibitum propter ætatem à Masanissa, nunquam ante prælium iniisse. eo die se, quo pugnatum cum Romanis esset, incio auunculo clam armis equoq; sumpto in aciem exisse. ibi prolapsa equo effusum in præceptum captū ab Romanis esse. Scipio cum asseruari Numidam iussisset: quæ pro tribunali agenda erant, peragit. inde cum se in prætorium recepisset, uocatū eum interrogat, uellētne ad Masanissam reuerti? Cum effulsis gaudio lachrymis cupere uero diceret, tum puero annulum aureum, tunicam lato clauo cum Hispano sagulo, & aurea fibula, equumq; ornatum donat: iussisq; prosequi quoad uellet equitibus, dimisit. De bello inde consilium habitum. & autoribus quibusdam ut confestim Asdrubalem persequeretur, anceps id ratus, ne Mago atq; Asdrubal cum eo iungerent copias, præsidio tantum ad insidendum Pyrenæum misso, ipse reliquū ætatis recipiendis in fidem Hispaniæ populis absumpsit. Paucis post prælium factum ad Betulam diebus, cum Scipio rediens iam Tarraconem saltu Castulonensi excessisset: Asdrubal Gisgonis filius & Mago imperatores ex ulteriore Hispania ad Asdrubalem uenere, serum post male gestam rem auxilium, consilio in cætera exequenda belli haud parum opportuni. Ibi conferentibus, quid in cuiusq; prouinciæ regione animorū Hispanis esset, unus Asdrubal Gisgonis ultimam Hispaniæ oram, quæ ad Oceanum & Gades uergit, ignaræ adhuc Romanorum esse, eoque Carthaginensibus satis fidam censebat. Inter Asdrubalem alterum, & Magonem constabat, beneficijs Scipionis occupatos omnium animos publice priuatimq; esse: nec transitionibus finem ante fore, quàm omnes Hispani milites aut in ultima Hispaniæ amoti, aut traducti in Galliam forent. Itaq; etiam si senatus Carthaginensium non censuisset, eundem tamen Asdrubali fuisse in Italiam, ubi belli caput & rerum summa esset, simul ut Hispanos omnes procul ab nomine Scipionis ex Hispania abduceret. exercitum eius cum transitionibus, tum aduerso prælio imminutum Hispanis repleri militibus. Et Magonem, Asdrubali Gisgonis filio tradito exercitu, ipsum cum grandi pecunia ad conducenda mercede auxilia in Balceares trahere. Asdrubalem Gisgonis cū exercitu penitus in Lusitaniam abire: nec cū Romano manus conferere. Masanissæ ex omni equitatu quod roboris esset, tria millia equitum expleri: eumq;

uagum

uagum per citeriorem Hispaniam socijs opem ferre, hostium oppida atque agros populari. His decretis, ad exequenda quæ statuerant, duces digressi. Hæc eo anno in Hispania acta.

Romæ fama Scipionis in dies crescere. Fabio Tarentum captum astu magis quam uirtute, gloriæ tamen esse. Fuluij senescere fama. Marcellus etiam aduerso rumore esse, super quam quod primo male pugnaerat, quia uagante per Italiam Annibale, media æstate Venusiam in tecta milites abduxisset. Inimicus erat ei C. Publicius Bibulus tribunus plebis. Is iam à prima pugna, quæ aduersa fuerat, assiduis concionibus infamem, inuisumque plebi Claudium fecerat: & iam de imperio abrogando eius agebat, cum tamen necessarij Claudij obtinuerunt, ut relicto Venusiæ legato, Marcellus Romam ueniret ad purganda ea, quæ inimici obijcerent: nec de imperio eius abrogando absente ipso ageretur. Forte sub idem tempus & Marcellus ad deprecandam ignominiam, & Q. Fuluius consul comitiorum causa Romam uenit. Actum de imperio Marcelli in circo Flaminio est, ingenti concursu plebisque & omnium ordinum. Accusauit tribunus plebis non Marcellum modo, sed omnem nobilitatem. Fraude eorum, & cunctatione fieri, ut Annibal decimum iam annum Italiam prouinciam habeat, diutius ibi quam Carthagine uixerit. habere fructum imperij prorogati Marcello populû Romanum. bis cæsum exercitum eius æstiuâ Venusiæ sub tectis agere. Hanc tribuni orationem ita obruit Marcellus côm memoratone rerum suarum, ut nõ rogatio solum de imperio eius abrogando antiquaretur, sed postero die consulem cum ingenti cõsensu centuriæ omnes crearent. Ad datur collega T. Quintius Crispinus, qui tum prætor erat. Postero die prætores creati P. Licinius Crassus Diues, pont. max. P. Licinius Varus, Sex. Iulius Cæsar, Q. Claudius Flamen.

Comitiorum ipsorum diebus sollicita ciuitas de Hetrutiæ defectione fuit. Principiû eius rei ab Arretinis fieri, C. Calpurnius scripserat, qui eam prouinciam proprætor obtinebat. Itaque confestim eò missus Marcellus consul designatus, qui rem inspiceret, ac si digna uideretur, exercitu accito bellum ex Appulia in Hetruriam transferret. Eo metu compressi Hetrusci quiesuerunt. Tarentinorum legatis pacem petentibus cû libertate, ac legibus suis responsum ab senatu est, ut redirent cum Fabius consul Romam uenisset. Ludi & Romani, & plebeij eo anno singulos dies instaurati. Aediles curules fuere L. Cornelius Caudinus, & Ser. Sulpicius Galba: plebeij, C. Seruilius, & Q. Cæcilius Metellus. Seruilium negabant iure aut tribunû plebis fuisse, aut ædilem esse, quod patrem eius, quem triumuirû agrarium occisum à Boijs circa Mutinam esse, opinio per decem annos fuerat, uiuere atque in hostium potestate esse satis constabat. Undecimo anno punici belli consulatum inierunt M. Marcellus quintum (ut numeretur consulatus, quem uitio creatus non gessit) & T. Quintius Crispinus. Vtrique consulum Italia decreta prouincia est, & duo consulû prioris anni exercitus: tertius tû erat Venusiæ, cui M. Marcellus præfuerat: ita ut ex tribus eligeret duos quos uellent, tertius ei traderetur, cui Tarentum & Salentini prouincia euenisset. Cæteræ prouinciæ ita diuisæ prætoribus: P. Licinio Varo urbana: P. Licinio Crasso pont. max. peregrina, & quod senatus censuisset: Sex Iulio Cæsari Sicilia: Q. Claudio Flaminio Tarentum. Prorogatum imperium in annû est Q. Fuluius Flacco, ut prouinciam Capuam, quæ T. Quintij prætoris fuerat, cum una legione obtineret. Prorogatum & C. Hostilio Tubulo est, ut proprætor in Hetruriam ad duas legiones succederet C. Calpurnio. Prorogatum & L. Veturio Philoni est, ut proprætor Galliam eandem prouinciam cû isdem duabus legionibus obtineret, quibus prætor obtinisset. Quod in L. Veturio, idem in C. Aurunculeio decretum ab senatu, latumque de prorogando imperio ad populû est: qui prætor Sardiniam prouinciam cû duabus legionibus obtinuerat. additæ ei ad præsidium prouinciæ quinquaginta longæ naues, quas P. Scipio ex Hispania misisset. Et P. Scipioni, & M. Syllano suæ Hispaniæ, suisque exercitus in annum decreti. Scipio ex octuaginta nauibus, quas aut secum ex Italia adductas, aut captas Carthagine habebat, quinquaginta in Sardiniam transmittere iussus: quia fama erat, magnum naualem apparatus eo anno Carthagine esse: CC nauibus omnem oram Italiæ, Siciliæque ac Sardinia impleturos. Et in Sicilia ita diuisa res est. Sex. Cæsari exercitus Cannensis est datus. M. Valerius Leuinus (ei quoque enim in annû prorogatum imperium est) classem quæ ad Siciliam erat, nauium LXX obtineret. adderet eò xxx naues,

quæ ad Tarentum priore anno fuerant. cum ea centum nauium classe, si uideretur ei, prædatum in Africam trañceret. Et P. Sulpicio, ut eadem classe Macedoniam Græciamq; prouinciam haberet, prorogatum in annum imperium est. De duabus quæ ad urbem Romam fuerant, legionibus nihil mutatum. Supplementum, quo opus esset, ut scriberent, consulibus permissum. Vna & uiginti legionibus eo anno defensum imperium Romanum est. Et P. Licinio Varo prætori urbis negotium datum, ut naues longas xxx ueteres reficeret, quæ Hostiæ erant, & uiginti nouas naues socijs naualibus completeret, ut quinquaginta nauium classe oram maris uicinam urbi Romæ tueri posset. C. Calpurnius uentus ab Arretio mouere exercitum, nisi cum successor uenisset. Idem & Tubulo imperatum, ut inde præcipue caueret ne qua noua consilia orirentur. Prætores in prouincias profecti. Consules religio tenebat, quod prodigijs aliquot nuntiatis, non facile litabant. Ex campania nuntiata erant, Capuæ duas ædes, Fortunæ & Martis, & sepulchra aliquot de cælo tacta: cum ijs (adeo minimis etiam rebus praua religio inserit deos) mures in æde Iouis aurum rosisse. Cassini examen apum ingens in foro confedisse. Et Hostiæ murum, portamq; de cælo tactam. Cære uulturium uolasse in eodem Iouis. Vulturni sanguine lacum manasse. Horum prodigiorum causa diem unum supplicatio fuit. Per dies aliquot hostiæ maiores sine litatione cæsæ, diuq; non impetrata pax deum. in capita consulum, repub. incolumi, exitiabilis prodigiorum euentus uertit. Ludi Apollinares Q. Fuluius, Ap. Claudio Coss. à P. Cornelio Sulla prætore urbis primū facti erant, inde omnes deinceps prætores urbani fecerant. sed in unum annum uouebant, dieq; incerta faciebant.

Eo anno pestilentia grauis incidit per urbem, agrosq; quæ tamen magis in longos morbos quàm in perniciales euasit. Eius pestilentie causa, & supplicatum per compita tota urbe est, & P. Licinius Varus Prætor urb. legem ferre ad populum iussus, ut hi ludi in perpetuum in statam diem uouerentur. Itaq; ipse primus ita uouit, fecitq; ad III Nonas Quintiles. is dies deinde solennis seruatus. De Arretinis, & fama in dies grauior, & cura crescere patribus. Itaque C. Hostilio scriptum est, ne differret obsides ab Arretinis accipere. cui traderet Romam deducendos, C. Terentius Varro cū imperio missus. qui ut aduenit, extemplo Hostilius legionem unam, quæ ante urbem castra habebat, signa in urbem ferre iussit, præsidiaq; locis idoneis disposuit. tum in foro citatis senatoribus obsides imperauit. Cum senatus biduum ad confyderandum peteret tempus, aut ipsos extemplo dare, aut se postero die senatorum omnes liberos sumpturum, edixit. inde portas custodire iussit tribunos militum, præfectosq; socium & centuriones, ne quis nocte urbe exiret. Id seignius, negligentiusq; factum. septem principes senatus, prius quàm custodiæ in portis locarentur, ante noctem cum liberis euaserunt. Postero die luce prima cum senatus in forum citari cœptus esset, desiderati, bonaq; eorum uenierunt. à cæteris senatoribus cxx obsides, liberi ipsorum accepti, traditiq; C. Terentio Romam deducendi. Is omnia suspectiora, quàm ante fuerant, in senatu fecit. itaq; tanquam imminente Hetrusco tumultu, legionem alteram ex urbanis Arretiū ducere iussus ipse C. Terentius, eamq; habere in præsidio urbis. C. Hostilium cum cætero exercitu placuit totam prouinciam peragrarè, & cauere, ne qua occasio nouare cupientibus res daretur. C. Terentius ut Arretium cum legione uenit, clauces portarum cum magistratus poposcisset, negantibus ijs comparere, fraude amotas magis ratus, quàm negligentia intercidiisse, ipse alias clauces omnibus portis imposuit: cauicq; ut omnia in potestate sua essent. Hostilium intentius monuit, ut in eo spem non moturos quicquam Hetruscos poneret, si nequid mouere possent, præcauisset. De Tarentinis inde magna contentione in senatu actum coram Fabio, defendente ipso quos ceperat armis, alijs infensis, & plerisq; æquantibus eos Campanorum noxæ, pœnæq; s. c. in sententiam M. Acilij factum est, ut oppidum præsidio custodiretur: Tarentiniq; omnes intra mœnia continerentur res integra postea referretur, cum tranquillior status Italiae esset. Et de M. Liuius præfecto arcis Tarentinae haud minore certamine actum est, alijs sententijs notantibus præfectum, quod eius secordia Tarentum proditum hosti esset: alijs præmia decernentibus, quod per quinquennium arcem tutatus esset, maximeq; unius eius opera receptum Tarentum foret: medijs ad censores, non ad senatum notionem de eo pertinere dicentibus. cuius
sententiæ

sententiæ & Fabius fuit. adiecit tamen, fateri se opera Liuij Tarentum receptum, quod amici eius uulgo in senatu iactassent. neq; enim recipiendum fuisse, nisi amissum foret. Consul alter T. Quintius Crispinus ad exercitum, quem Q. Fuluius Flaccus habuerat, cū supplemento in Lucanos est profectus. Marcellum aliæ atq; aliæ obiectæ animo religiones tenebant. in quibus: quod, cum bello Gallico ad Clastidium ædem Honori & Virtuti uouisset, dedicatio eius à pontificibus impediabatur: quod negabant unam cellam amplius quàm uni deo recte dedicari. quia si de cœlo tacta, aut prodigij aliquid in ea factum esset, difficilis procuratio foret: quod utri deo diuina res fieret, sciri non posset. neq; enim duobus, nisi certis deis rite una hostia fieri. Ita addita Virtutis ædes appropere opere. neq; tamen ab ipso ædes eæ dedicatæ sunt. Tum demum ad exercitum, quem priore anno Venusiæ reliquerat, cum supplemento proficiscitur. Locros in Brutijs Crispinus oppugnare conatus, quia magnam famam attulisse Fabio Tarentum ferebatur, omne genus tormentorum, machinarumq; ex Sicilia accersierat: & naues indidem accitæ erant, quæ uergentem ad mare partem urbis oppugnarent. Ea omissa oppugnatio est, quia Lacinium Annibal admouerat copias: & collegam eduxisse iam à Venusia exercitū fama erat, cui coniungi uolebat. Itaq; in Apuliam ex Brutijs reditum, & inter Venusiam Bautiamq; minus trium millium passuum interuallo consules binis castris confederant. In eandem regionem & Annibal redijt, auerso ab Locris bello. Ibi consules ambo ingenio feroces propè quotidie milites in aciem excire, haud dubia spe, si duobus exercitijs consularibus iunctis commisisset sese hostis, debellari posse. Annibal quia cum Marcello bis priore anno cōgressus uicerat, uictusq; erat: ut cum eodem si dimicandum foret, nec spem nec metum ex uano haberet: ita duobus consulibus haudquaquam sese parem futurum credebat. itaq; totus in suas artes uersus insidijs locum quærebat. Leuia tamen prælia inter bina castra uario euentu fiebant. quibus cum extrahi æstatem posse consules crederent, nihilominus oppugnari Locros posse rati, L. Cincio, ut ex Sicilia Locros cum classe traiceret, scribunt. Et ut ab terra quoq; oppugnari mœnia possent, ab Tarento partem exercitus, quæ in præsidio erat, duci eò iusserunt. Ea ita futura per quosdam Thurinos comperta Annibali cum essent, mittit ad insidendam ab Tarento uiam. Ibi sub tumulo Petelliæ equitum duo, peditum tria millia in occulto locata: in quæ inexplorato euntes Romani cum incidissent, ad duo millia armatorum cæsa, & mille & C C ferme uiui capti. alij dissipati fuga per agros, saltusq; Tarentum rediere. Tumulus erat syluestris inter punica & Romana castra, ab neutris primo occupatus: quia Romani qualis pars eius, quæ uergeret in hostium castra, esset, ignorabant. Annibal insidijs, quàm castris aptiorem eum crediderat. itaq; nocte ad id missas aliquot Numidarum turmas medio in saltu condiderat. quorum interdum nemo ab statione mouebatur, ne aut arma, aut ipsi procul conspicerentur. Fremebant uulgo in castris Romanis, occupandum eum tumulum esse, & castello firmandum: ne, si occupatus ab Annibale foret, uelut in ceruicibus haberent hostem. Mouit ea res Marcellum. & collegæ, quin imus, inquit, ipsi cum equitibus paucis exploratum: subiecta res oculis certius dabit consilium. Adsentiente Crispino, cum equitibus ducentis & uiginti, ex quibus XL Fregellani, cæteri Hetrusci erant, proficiscuntur. Secuti M. Marcellus consulis filius, & A. Manlius, tribuni militū, simul & duo præfecti sociū, L. Arennius, & M. Aulius. Immolasse eo die quidā memoriæ prodidere eos. Marcellū: & prima hostia cæsa, iecur sine capite inuentum: in secunda omnia comparuisse, quæ assolent. Auctum etiam uisum in capite: nec id sanè aruspici placuisse, quod secundum trunca & turpia exta, nimis lata apparuissent. Cæterū consulem Marcellum tanta cupiditas tenebat dimicandi cum Annibale, ut nunquam satis castra castris collata diceret. Tum quoq; uallo egrediens signum dedit, ut ad locum miles esset paratus: si collis, in quem speculatum irent, placuisset, uasa colligerent, ac sequerentur. Exiguum campi ante castra erat, inde in collem aperta undique, & conspecta ferebat uia. Numidis speculator nequaquam in spem tantæ rei positus, sed si quos uagos pabuli aut lignorū causa longius à castris progressos possent excipere, signum dat, ut pariter ab suis quisq; latebris exorirentur. Non ante apparuere, quibus obujs ab iugo ipso consurgendum erat, quàm circumicere qui ab tergo intercluderent uiam. Tum undique

omnes

omnes exorti, & clamore sublato impetum fecere. Cum in ea ualle consules essent, ut neque eua-
derent in iugum occupatum ab hoste: nec receptum ab tergo circumuenti haberent: extrahi ta-
men diutius certamen potuisset, nisi cœpta ab Hetruscis fuga pauorem cœteris inieciisset. Non
tamen omisere pugnam deserti ab Hetruscis Fregellani, donec integri consules hortando, ipsique
ex parte pugnando rem sustinebant. Sed postquam uulneratos ambos consules, Marcellum
etiam transixum lancea prolabantem ex equo moribundum uidere, tum & ipsi (per paucos au-
tem supererant) cum Crispino consule duobus iaculis icto, & Marcello adulescente, faucio & ipso,
effugerunt. Interfectus A. Manlius tribunus militum: & ex duobus præfectis socium M. Au-
lius occisus: L. Arennius captus. & lictores consulum quinque uiui in hostium potestatem ue-
nerunt. cœteri aut interfecti, aut cum consule effugerunt. equites tres & XL aut in prælio, aut in
fuga ceciderunt: duodeuiginti uiui capti. Tumultuatum & in castris fuerat, ut consulibus
irent subsidio: cum consulem, & filium alterius consulis faucios, exiguasque infelicis expeditio-
nis reliquias ad castra uenientes cernunt. Mors Marcelli cum alioqui miserabilis fuit: tum
quod nec pro ætate, (maior iam enim LX annis erat) neque pro ueteris prudentia ducis, tam im-
prouide se collegamque, & propere totam rempub. in præceptis dederat. Multos circa unam
rem ambitus fecerim: si, quæ de Marcelli morte uariant autores, omnia exequi uelim. Ut
omittam alios: C. Lælius triplicem gestæ rei ordinem edit: unam traditam fama: alteram scri-
pta laudatione filij, qui rei gestæ interfuerit: tertiam, quam ipse pro inquisita, ac sibi comper-
ta affert. Cœterum ita fama uariatur, ut tamen plerique loci speculandi causa castris egressum, om-
nes insidijs circumuentum tradant. Annibal magnum terrorem hostibus morte consu-
lis unius, uulnere alterius iniectum esse ratus, ne cui deesset occasio, castra in tumulum, in
quo pugnatum erat, extemplo transfert. ibi inuentum Marcelli corpus sepelit. Crispinus &
morte collegæ, & suo uulnere territus, silentio insequentis noctis profectus, quos proximos
nactus est monteis: in his loco alto & tuto undique castra posuit. Ibi duo duces sagaciter moti
sunt, alter ad inferendam, alter ad cauendam fraudem. Annulo Marcelli simul cum corpore
Annibal potitus erat. eius signi errore ne qui dolus necceretur à pœno, metuens Crispinus,
circa ciuitates proximas miserat nuntios: occisum collegam esse, annuloque eius hostem potitum:
ne quibus literis crederent nomine Marcelli compositis. Paulo ante hic nuntius consulis Sala-
pianum uenerat, cum literæ ab Annibale allatæ sunt, Marcelli nomine compositæ: se nocte, quæ
diem illum secutura esset: Salapianum uenturum, parati milites essent, qui in præsidio erant, si quo
opera eorum opus esset. Sensere Salapiani fraudem: & ab ira non defectionis modo, sed et-
iam equitum interfectorum rati occasionem supplicij peti, remisso retro nuntio, (per fugam au-
tem Romanus erat) ut sine arbitro milites quæ uellent agerent, oppidanos per muros urbisque
opportuna loca in stationibus disponunt: custodias, uigiliasque in eam noctem intentius in-
struunt: circa portam, quæ uenturum hostem rebantur, quod roboris in præsidio erat, oppo-
nunt. Annibal quarta uigilia ferme ad urbem accessit. Primi agminis erant perfugæ Roma-
norum & arma Romana habebant. ubi ad portam est uentum, latine omnes loquentes ex-
citant uigiles: aperirique portam iubent. consulem adesse. Vigiles uelut ad uocem eorum exci-
tati, tumultuari, trepidare, moliri. porta cataraëta deiecta clausa erat. eam partim uectibus
leuant: partim funibus subducunt in tantum altitudinis, ut subire recti possent. Vix dum satis
patebat iter, cum perfugæ certatim ruunt per portam. & cum sexcenti ferme intrassent, remis-
so fune, quo suspensa erat, cataraëta magno sonitu cecidit. Salapiani, alij perfugas negligenter
ex itinere suspensa humeris, ut inter pacatos, gerentes arma inuadunt: alij è turribus por-
tæ murisque saxis, sudibus, pilis absterrent hostem. Ita inde Annibal suametipse fraude captus
abiit: profectusque ad Locrorum soluendam obsidionem, quam Cincius summa ui, operibus,
tormetorumque omni genere ex Sicilia aduecto oppugnabat. Magoni iam haud ferme fiden-
ti, retenturum defensurumque se urbem, prima spes morte nuntiata Marcelli affulsit: secutus in-
de nuntius, Annibalem Numidarum equitatu præmisso, ipsum quantum accelerare posset,
cum peditum agmine sequi. Itaque ubi primum Numidas edito speculis signo aduentare sen-
sit, & ipse patefacta repente porta ferox in hostes erumpit. Et primo, magis quia improviso
id fecerat

id fecerat, quàm quod par uiribus esset, anceps certamē erat. deinde ut superuenere Numidæ, tantus pauor Romanis est iniectus, ut passim ad mare ac naues fugerent, relictis operibus machinisq; quibus muros quatiebant. Ita aduentu Annibalis soluta Locrorū obsidio est. Crispinus postquam in Brutios profectum Annibalem sensit, exercitum cui collega præfuerat, M. Marcellum trib. mil. Venusiā abducere iussit. ipse cum legionibus suis Capuam profectus, uix lecticæ agitationem præ grauitate uulnerū patiens, Romam literas de morte collegæ scripsit, quantoq; ipse in discrimine esset. Se comitorū causa non posse Romam uenire: quia nec uix laborem passurus uideret, & de Tarento sollicitus esset, ne ex Brutijs Annibal eò conuerteret agmen. legatos opus esse ad se mitti uiros prudenteis, cum quibus quæ uellet, de Repub. loqueretur. Hæ literæ recitatæ, & luctum magnum morte alterius cōsulis, & metum de altero fecerunt. Itaq; & Q. Fabium filium ad exercitum Venusianum miserunt: & ad consulem tres legati missi: Sex. Iulius Cæsar, L. Licinius Pollio, L. Cincius Alimentus, cum paucis ante diebus ex Sicilia redisset. Hi nuntiare consuli iussi, ut si ad comitia ipse Romam uenire non posset, dictatorem in agro Romano diceret comitorū causa. si consul Tarentū profectus esset: Q. Claudium Pr. placere in eam regionem inde abducere legiones, in qua plurimas sociorū urbes tueri posset. Eadem æstate M. Valerius cum classe centum nauium ex Sicilia in Africam transmisit: & ad Clupeam urbem exscensione facta, agrum late nullo fermè obuio armato uastabat. inde ad naues raptim prædatores recepti, quia repente fama accidit, classē punicam aduentare. LXXX erant & tres naues. Cum ijs haud procul Clupea prospere pugnat Romanus. Decem & octo nauibus captis, fugatis alijs, cū magna terrestri naualicq; præda Lilybæum redijt. Eadem æstate & Philippus implorantibus Achæis auxilium tulit. quos & Machanidas tyrānus Lacedæmoniorū finitimo bello urebat: & Aetoli nauibus per fretum, quod Naupactum & Patras interfluit: (Rhion incolæ uocant) exercitu traiecto, depopulati erant. Attalum quoq; regem Asiæ, quia Aetoli summum gentis suæ magistratū ad eum proximo concilio detulerant, fama erat in Europam traiecturum. Ob hæc Philippo in Græciam descendenti ad Lamiam urbem Aetoli duce Phylia, qui prætor in eum annum cum absente Attalo creatus erat, occurrerunt. Habebant & ab Attalo auxilia secum: & mille fermè ex Romana classe à P. Sulpicio missos. Aduersus hunc ducem, atq; has copias Philippus bis prospero euentu pugnavit: multos admodum hostium utraque pugna occidit. Inde cum Aetoli metu compulsū Lamiaë urbis mœnibus tenerent sese, Philippus ad Phaleram exercitum reduxit. In Maliaco sinu is locus est, quondam frequenter habitatus propter egregiū portum, turasq; circa stationes, & aliam opportunitatem maritimam, terrestremq;. Eò legati ab rege Aegypti Ptolemæo Rhodijsq; & Atheniensibus & Chijs uenerunt, ad dirimendum inter Philippum atq; Aetolos bellū. Adhibitus ab Aetolis ex finitimis pacificator Aminander rex Athamanū. Omnium autem non tanta pro Aetolis cura erat, ferocioribus quàm pro ingenijs Græcorum gentis: q̄ ne Philippus regnumq; eius, graue libertati futurum, rebus Græciæ immisceretur. De pace dilata consultatio est in concilium Achæorum: concilioq; ei & locus, & dies certa indicta. interim triginta dierum inducię impetratę. Profectus inde rex per Thessaliam Bœotiamq;, Chalcidem Eubœę uenit, ut Attalum, quem classe Eubœam petiturū audierat: portibus & litorum appulsu arceret. Inde præsidio relicto aduersus Attalum, si forte interim traiecisset: profectus ipse cum paucis equitum, leuisq; armaturę Argos uenit. Ibi curatione Hereorū Nemeorumq; suffragijs populi ad eum delata, quia se Macedonū reges ex ea ciuitate oriundos referunt: Hereis peractis, ab ipso ludicro extemplo Rhium profectus est ad indictū multo ante sociorum concilium. Ibi de ætolico finiēdo bello actum, ne causa aut Romanis, aut Attalo intrandī Græciam esset. Sed ea omnia uixdum induciarum tempore circūacto, Aetoli turbauere: postquam & Attalum Aeginam uenisse, & Romanā classē stare ad Naupactū audiuere. Vocati enim in concilium Achæorum, in quo eadem legationes erant, quæ ad Phaleram egerant de pace: primum questi sunt quædam contra fidem cōventionis tempore induciarum facta: postremo negarunt dirimi bellum posse, nisi Messenijs Achæi Pylum redderent: Sationis restitueretur Athamanis, Scerdileto & Pleurato Parthini. id uero indignum ratus Philippus, ui-

ctos

ctos uictori sibi ultro cōditiones ferre, ne antea quidem se aut de pace audisse, aut inducias pepigisse dixit, spem ullam habentem quieturos Aetolos: sed ut omnes socios testes haberet, se pacis, illos belli causam quæsisse. Ita infecta pace concilium dimisit, quatuor millibus armatorum relictis ad præsidium Achæorū, & quinque longis nauibus acceptis. quas si adiecisset miseræ nuper ad se classi Carthaginensiū, & ex Bithynia ab rege Prusia uenientibus nauibus, staturat nauali prælio laceßere Romanos, iamdiu in ea regione potentes maris. ipse ab eo concilio Argos regressus. iam enim Nemeorum appetebat tempus, quæ celebrari uolebat præsentia sua. Occupato rege apparatu ludorum, & per dies festos licentius quàm inter belli tempora remittente animum, P. Sulpicius ab Naupacto profectus classem appulit inter Sicyonem & Corinthū, agrūque nobilissimæ fertilitatis effuse uastauit. Fama eius rei Philippum ab ludis exciuit: raptimque cū equitatu profectus, iussis subsequi peditibus, palatos passim per agros, grauesque præda, ut qui nihil tale metueret, adortus Romanos cōpulsit ad naues. Classis Romana haudquaquā læta præda Naupactum rediit. Philippus ludorum quoque qui reliqui erant, celebritatem quantæcunque de Romanis tamen uictoriæ partæ fama auxerat: lætitiisque ingenti celebrati festi dies: eo magis etiam, quod populariter dempto capitis insigni, purpura atque alio regio habitu, æquauerat cæteris se in speciem: quo nihil gratius est ciuitatibus liberis. Præbuisseque haud dubiam eo facto spem libertatis, nisi omnia intoleranda libidine fœda ac deformia effecisset. uagabatur enim cum uno aut altero comite per maritas domos dies noctesque: & submittendo se in priuatum fastigium, quo minus conspectus, eo solutior erat: & libertatem cum alijs uanam ostendisset, totam in suam licentiã uerterat. Neque enim omnia emebat aut eblandiebatur, sed uim etiam flagitijs adhibebat: periculosumque & uiris & parentibus erat: moram incommoda seueritate libidini regiæ secisse. uni etiam principi Achæorum Arato adempta uxor nomine Polycratia, ac spe regiarum nuptiarum in Macedoniam asportata fuerat. Per hæc flagitia solenni Nemeorum peracto, paucisque additis diebus, Dymas est profectus ad præsidium Aetolorum, quod ab Eleis accitum acceptumque in urbem erat, eniçiedum. Cycliadas (penes eum summa imperij erat) Achæique ad Dymas regi occurrere: & Eleorum accensi odio, quod à cæteris Achæis dissentirent: & infensi Aetolis, quos Romanum quoque aduersus se mouisse bellum credebant. Profecti à Dymis coniuncto exercitu transeunt Larissum amnem, qui Eleum agrum ab Dymeo dirimit. Primū diem, quo fines hostium ingressi sunt, populando absumpserunt. Postero die acie instructa ad urbem accesserunt, præmissis equitibus, qui obequitando portis promptum ad excursions genus laceßerent Aetolorum. Ignorabant Sulpicium cum quindecim nauibus ab Naupacto Cyllenem traiecisse: & expositis in terram quatuor millibus armatorū silentio noctis, ne conspici agmen posset, intrasse Elim. Ita que improuisa res ingentem iniecit terrorem: postquam inter Aetolos Eleosque Romana signa atque arma cognouere. Et primo recipere suos uoluerat rex: dein contracto iam inter Aetolos & Tribalos (Illyriorum id est genus) certamine, cum urgeri uideret suos, & ipse rex cum equitatu in cohortem Romanam incurrit. Ibi equus pilo traiectus cum prolapsus per caput regem effudisset, atrox pugna utrinque accensa est: & ab Romanis impetu in regem facto, & protegētibz regijs. Insignis & ipsius pugna fuit, cum pedes inter equites coactus esset prælium inire. deinde cum iam impar certamen esset, caderentque circa eum multi, & uulnerentur: raptus ab suis, atque alteri equo iniectus fugit. Eo die castra quinque millia passuum ab urbe Eleorum posuit. postero die omneis copias ad propinquum Eleorum castellum, (Pyrgum uocant) duxit: quod agrestium multitudinem cum pecoribus metu populationum compulsam audierat. eam inconditam inermemque multitudinem primo statim terrore adueniens cepit: compensaueratque ea præda, quod ignominie ad Elim acceptum fuerat. Diuidenti prædam, captiuosque (fuerunt autem quatuor millia hominum, pecorumque omnis generis ad uiginti millia) nuntius ex Macedonia uenit: Eropum quendam corrupto arcis præsidijque præfecto, Lychnidum cepisse: tenere & Dassaretiorum quosdam uicos, & Dardanos etiam concire. Omissa igitur achæico atque ætolico bello, relictis tamen duobus millibus & quingētis omnis generis armatorum, cum Menippo & Polyphante ducibus ad præsidium sociorum, profectus ab Dymis per Achæiam

iam

iam Bœotiamq; & Eubœã, decimis castris Demetriadē in Thessaliam peruenit. Ibi alij maio-
rem afferentes tumultum nuntij occurrunt: Dardanos in Macedoniã effusos Orestidem iam
tenere, ac descendisse in argestæum campum: famamq; inter barbaros celebrem esse, Philip-
pum occisum. Expeditione ea, qua cum populatoribus agri ad Sicyonem pugnavit: in arbo-
rem illatus impetu equi ad eminentem ramum cornu alterum galeæ perfregit. id inuentum ab
Aetolo quodam, perlatumq; in Aetoliam ad Scerdilectum, cui notum erat insigne galeæ: fa-
mam interfecti regis uulgavit. Post profectiõnem ex Achaia Philippi Sulpicius Aeginam clas-
se profectus cum Attalo sese coniunxit. Achæi cum Aetolis, Eleisq; haud procul Messene
prosperam pugnam fecerunt. Attalus rex, & P. Sulpicius Aeginæ hybernarunt. Exitu huius
anni T. Quintius consul, dictatore comitiorum ludorumq; faciendorum causa dicto L. Man-
lio Torquato, ex uulnere moritur. Alij Tarenti, alij in Campania mortuum tradunt. Id quod
nullo ante bello acciderat: duo consules sine memorando prælio interfecti uelut orbam rem-
pub. reliquerant. Dictator Manlius magistrum equitum C. Seruilium (tum ædilis curulis e-
rat) dixit. Senatus quo die primum est habitus, ludos magnos facere dictatorem iussit: quos
M. Aemilius prætor urb. C. Flaminius Cn. Seruilio consulibus, fecerat: & in quinquennium
uouerat. Tum dictator & ludos fecit: & in sequens lustrum uouit. Cæterum cum duo con-
sulares exercitus tam prope hostem sine ducibus essent: omnibus alijs omisis, una præcipua
cura patres populumq; incessit consules primo quoq; tempore creandi: & ut eos potissimum
crearent: quorum uirtus satis tuta à fraude punica esset. Cum toto eo bello damnosa præpro-
pera ac feruida ingenia imperatorum fuisse: tum eo ipso anno consules nimia cupiditate conse-
rendi cum hoste manum in nec opinatam fraudem lapsos esse. cæterum deos immortales mi-
sertos nominis Romani pepercisse innoxijs exercitijs: temeritatem consulum ipsorum capi-
tibus damnasse. Cum circumspecterent patres quosnam consules facerent: longe ante alios emi-
nebat C. Claudius Nero. ei collega quærebatur. & uirum quidem cum egregium ducebant:
sed promptiorem acrioremq;, quam tempora belli postularêt, aut hostis Annibal. temperan-
dum acie eius ingeniũ moderato & prudenti uiro adiuncto collega censebant. M. Liuius erat,
multis ante annis ex consulatu populi iudicio damnatus. quam ignominiam adeo ægre tulerat:
ut & rus migrarit: & per multos annos & urbe, & omni cœtu caruerit hominũ. octauo fer-
mè post damnationem anno M. Claudius Marcellus, & M. Valerius Leuinus consules redu-
xerant eum in urbem. sed erat ueste obsoleta, capilloq; & barba promissa, præferens in uultu
habituq; insignem memoriã ignominie acceptæ. L. Veturius, & P. Licinius censores eum ton-
dere, & squallorem deponere, & in senatũ uenire, fungiq; alijs publicis muneribus coegerunt.
sed tum quoq; aut uerbo assentiebatur: aut pedibus in sententiã ibat: donec cognati hominis
eum causa M. Liuij Macati, cum de fama eius ageretur: stantem coegit in senatu sententiã di-
cere. Tum ex tanto interuallo auditus cõuertit ora hominum in se: causamq; sermonibus præ-
buit: indigno iniuriã à populo factã: magnoq; id damno fuisse, quod tã graui bello nec opera
nec consilio talis uiri usa respub. esset. C. Neroni neq; Q. Fabiũ, neq; M. Valeriũ Leuinum da-
ri collegas posse: quia duos patricios creati non liceret. eandem causam in T. Manlio esse: præ-
terquam quod recusasset delatum consulatum: recusaturusq; esset. egregium par consulum fo-
re: si M. Liuium C. Claudio collegam adiunxissent. Nec populus mentionem eius rei ortam à
patribus est aspernatus. Vnus eã rē in ciuitate, is, cui deferebatur honos, abnuebat: leuitatē ciui-
tatis accusans. Sordidati rei non misertos candidã togam inuito offerre. eodem honores, pœ-
nasq; congeri. si bonũ uirum ducerent: quid ita pro malo, ac noxiõ damnassent? si innoxium
comperissent, quid ita male credito priore consulatu, alterum crederent? Hæc, taliaq; arguen-
tem, & querentem castigabant patres: & M. Furium memorantes reuocatũ de exilio patriam
pullam sede sua restituisse. ut parentum sæuitiam, sic patriæ patiendo ac ferendo leniendam
esse. Adnixi omnes cum C. Claudio M. Liuium consulem fecerunt. Post diem tertium eius diei
prætorum comitia habita. Prætores creati L. Porcius Licinius, C. Manlius, A & C. Hostilij Ca-
tones. Comitjs perfectis, ludisq; factis, dictator & magister equitum magistratu abierunt.
C. Terentius Varro in Hetruriã proprætor missus: ut ex ea prouincia C. Hostilius Tarentum

pp ad cum

ad eum exercitum iret, quem T. Quintius consul habuerat. & L. Manlius trans mare legatus iret: uiferetq; quæ res ibi gererentur: simul, quod Olympiæ ludicrum ea æstate futurum erat, quod maximo cœtu Græciæ celebraretur: ut si tuto per hostem posset, adiret id concilium: ut qui Siculi bello ibi profugi, aut Tarentini ciues relegati ab Annibale essent, domos redirent: scirentq; sua omnia, quæ ante bellum habuissent, reddere populum Romanum. Quia periculosissimus annus imminere uidebatur, neq; consules in republica erant: in consules designatos omnes uersi, quàm primum eos sortiri prouincias, & præsciscere quam quisque eorum prouinciam, quem hostem haberet, uolebant. De reconciliatione etiam gratiæ corû in senatu actum est: principio facto à Q. Fabio Maximo. Inimicitia autem nobiles inter eos erant: & acerbiores eas, indignioresq; Liuius sua calamitas fecerat: quod spretum se in ea fortuna credebat. itaq; is magis implacabilis erat: & nihil opus esse reconciliatione aiebat. acrius & intentius omnia gesturos, timentes ne crescendi ex se inimico collegæ potestas fieret. Vicit tamen autoritas senatus: ut positis simultatibus, communi animo consilioq; administrarent rempublicam. Prouinciæ ijs non permistæ regionibus, sicut superioribus annis, sed diuersæ extremis Italiæ finibus, alteri aduersus Annibalem Brutijs, Lucani: alteri Gallia aduersus Asdrubalem, quem Alpibus appropinquare fama erat, decreta. Exercitum ex duobus, qui in Gallia, quiq; in Hetruria essent, addito urbano eligeret quem mallet: qui Galliam esset sortitus. Cui Brutijs prouincia euenisset: nouis legionibus urbanis scriptis, utrius mallet consulum prioris anni exercitum sumeret. Relictum à consule exercitum Q. Fuluius proconsul acciperet: eiq; in annum imperium esset. & C. Hostilio, cui pro Hetruria Tarentum mutauerat prouinciam: pro Tarento Capuam mutauerunt. legio una data, cui Fuluius proximo anno præfuerat. De Asdrubalis aduentu in Italiam cura in dies crescebat. Malsiliensium primû legati nuntiauerant, eum in Galliam transgressum: erectosq; aduentu eius, quia magnû pondus auri attulisse diceretur ad mercede auxilia conducenda, Gallorum animos. misit deinde cum ijs legati ab Roma Sex. Antistius, & M. Retius ad rem inspiciendam, retulerant: misisse se cum Malsiliensibus ducibus, qui per hospites eorum principes Gallorum omnia explorata referrent. pro comperto habere: Asdrubalem ingenti iam coacto exercitu proximo uere Alpeis traiecturum: nec tum eum quicquam aliud morari, nisi quod clausæ hyeme Alpes essent. In locum M. Marcelli L. Aquilius Prætus augur creatus, inauguratusq;. Et Cn. Cornelius Dolabella rex sacrorum inauguratus est in locum M. Marcij, qui biennio ante mortuus erat. Hoc eodem anno & lustrum conditum est à censoribus P. Sempronio Tuditano, & M. Cornelio Cethego: Censæ ciuium capita cxxxvii millia c & viii: minor aliquanto numerus, quàm qui ante bellum fuerat. Eo anno primum, ex quo Annibal in Italiam uenisset, comitium tectum esse, memoriæ proditum est: & ludos Romanos semel instauratos ab ædilibus curulibus Q. Metello, & C. Seruilio. & plebeijs ludis biduum instauratum ab Q. Manlio, & M. Cæcilio Metello ædilibus plebis. & tria signa ad Cereris ædem dederunt. & Iouis epulum fuit, ludorum causa. Consulatum inde ineunt C. Claudius Nero, & M. Liuius iterum, qui, quia iam designati prouincias sortiti erant: prætores sortiri iusserunt. C. Hostilio urbana iurisdictio euenit: addita & peregrina, ut tres in prouincias exire possent. A. Hostilio Sardinia, C. Manlio Sicilia, L. Portio Gallia euenit. Summa legionum trium & xx ita per prouincias diuisa: binæ consulum essent: quatuor Hispania haberet: tres prætores binas, in Sicilia, in Sardinia, & Gallia: duas C. Terentius in Hetruria: duas Q. Fuluius in Brutijs: duas Q. Claudius circa Tarentum & Salentinos: unam C. Hostilius Tubulus Capuæ: duæ urbanæ ut scriberentur, primis quatuor legionibus populus tribunos creauit. in cæteras consules miserunt. Priusquam consules profiscerentur, nouendiale sacrum fuit: quia Veijs de cælo lapidauerat. Sub unius prodigij (ut sit) mentionem alia quoq; nuntiata.

Minturnis ædem Iouis, & lucum Maricæ, item Atellæ murum, & portam de cælo tactam. Minturnenses terribilius quod esset, adijciebant: sanguinis riuum in porta fluxisse. Et Capuæ lupus nocte portam ingressus uigilem laniauera. Hæc procurata hostijs maioribus prodigijs: & supplicatio diem unum fuit ex decreto pontificum. inde iterum nouendiale instauratum: quod in Armilustro lapidibus uisum pluere. Liberatas religione mentes turbauit rursus nuntiatum: Frusinone

Frusinone infantem natum esse quadrimo parem: nec magnitudine tam mirandum, quàm quod is quoq; ut Sinuessæ biennio ante, incertus mas an fœmina esset, natus erat. Id uero aruspices ex Hetruria acciti scœdum ac turpe prodigium dicere: extorrem agro Romano procul terræ contactu alto mergendum. uiuum in arcam condidere, prouectumq; in mare proiecerunt. Deceuerunt item pontifices, ut uirgines ter nouenæ per urbem euntes carmen canerent. Id cum in Iouis Statoris æde discerent conditum ab Liuiio poeta carmen, tacta de cœlo ædes in Auentino Iunonis Reginae. prodigiumq; id ad matronas pertinere aruspices cum respondissent, donoq; diuam placandam esse, ædiliū curulium edicto in Capitolium conuocata, quibus in urbe Roma, intraq; decimū lapidem ab urbe domicilia essent, ipsæ inter se quinq; & uiginti delegerunt, ad quas ex dotibus stipem conferrent. inde donum peluis aurea facta, lataq; in Auentinum, pureq; & castè à matronis sacrificatum. Confestim ad aliud sacrificium eidem diuæ ab decemuiris edicta dies, cuius ordo talis fuit. Ab æde Apollinis boues fœminæ albæ duæ porta Carmentali in urbem ductæ. post eas duo signa cupressea Iunonis reginæ portabantur. tum septem & uiginti uirgines longam indutæ uestem carmen in Iunonem reginam canentes ibant, illa tempestate forsitan laudabile rudibus ingenijs, nunc abhorrens & inconditum, si referatur. uirginum ordinem sequebantur decemuirī coronati laurea, prætextatiq; à porta Iugario uico in forum uenere. in foro pompa constitit. & per manus recte data, uirgines sonum uocis pulsu pedum modulantes incesserunt. inde uico Tusco, Velabroq; per Boarium forum in cliuū Publicium, atq; ædem Iunonis reginæ perrectum. ibi duæ hostiæ ab decemuiris immolatae, & simulachra cupressea in ædem illata. Dijs rite placatis, delectum consul habebat acrius, intentiusq; quàm prioribus annis quisquam meminerat habitum. nam & belli terror duplicatus noui hostis in Italiam aduentu: & minus iuuentutis erat, unde scriberent milites. itaq; colonos etiam maritimos, qui sacrosanctam uacationē dicebantur habere, dare milites cogebant. quibus recusantibus edixere in diem certam: ut quo quisq; iure uacationem haberet, ad senatum deferret. Ea die hi populi ad senatum uenerunt: Hostiensis, Alsiensis, Antiās, Anxurās, Minturnensis, Sinuessanus, & à supero mari Senensis. Cum uacationes suas quisq; populus recitaret, nullius, cū in Italia hostis esset, præter Antiatem Hostiensemq;, uacatio obseruata est. & earum coloniarū iuniores iureiurando adacti, supra dies triginta non pernoctaturos se esse extra mœnia coloniae suae, donec hostis in Italia esset. Cum omnes censerent, primo quoq; tempore consulibus eundem ad bellum (nam & Asdrubali occurrendum esse descendenti ab Alpibus, ne Gallos Cisalpinos, nèue Hetruriam erectam in spem rerum nouarum sollicitaret: & Annibalem suo proprio occupandum bello, ne emergeret ex Brutijs, atq; obuiam fratri ire posset) Liuius cunctabatur, parum fidens suarum prouinciarum exercitibus: collegam ex duobus consularibus egregijs exercitibus, & tertio, cui Q. Claudius Tarenti præfesset, electionem habere. intuleratq; mentionem de Volonibus reuocandis ad signa. Senatus liberam potestatem consulibus fecit, & supplendi unde uellent: & eligendi de omnibus exercitibus, quos uellent, permutandiq; & ex prouincijs, quos è republica censeret esse, traducendi. Ea omnia cum summa concordia consulum acta. Volones in undeuicesimam, & uicesimam legiones scripti. magni roboris auxilia ex Hispania quoq; à P. Scipione Liuiio missa quidam ad id bellum autores sunt, octo millia Hispanorum Gallorumq;, duo millia de legionibus militum, equitum ad mille octingentos, missos Numidas Hispanosq;. M. Lucretium has copias nauibus aduexisse. & sagittariorū, funditorumq; ad quatuor millia ex Sicilia C. Manlium misisse. Auxerunt Romæ tumultum literæ ex Gallia missæ ab L. Porcio prætore: Asdrubalem mouisse ex hybernis, & iam alpes transire: octo millia Ligurum conscripta, armataq;, coniuncturaq; se transgresso in Italiam esse, nisi mitteretur in Ligures qui eos bello occiperet. se cum inualido exercitu, quoad tutū putaret, progressurum. Hæ literæ consules raptim confecto delectu maturius, quàm constituerant, exire in prouincias coegerunt: ea mente, ut uterq; hostem in sua prouincia contineret, neq; coniungi, aut conferre in unum uires pateretur. Plurimum in eam rem adiuuit opinio Annibalis: quod etsi ea æstate transiturū in Italiam fratrem crediderat, recordando quæ ipse in transitu nunc Rhodani nunc Alpium, cū homini-

bus locisq; pugnando per quinque menses exhaustisset, haudquaquam tam facilem maturumque transitum expectabat. ea tardius mouendi ex hybernis causa fuit. Cæterum Asdrubali & sua, & aliorum spe omnia celeriora, atq; expeditiora fuere. non enim receperunt modo Aruerni eum, deincepsq; aliæ gallicæ atque alpinæ gentes, sed etiam secutæ sunt ad bellum. & cum per munita pleraq; transitu fratris, quæ antea inuia fuerant, ducebat: tum etiam duodecim annorum assuetudine perujs Alpibus factis, inter mitiora iam hominum transibat ingenia. inuisitati nanq; antea alienigenis, nec uidere ipsi aduenam in sua terra assueti, omni generi humano infociabiles erant. & primo ignari quò Pœnus pergeret, suas rupes suaq; castella, & pecorum hominumq; prædam peti crediderant. fama deinde punici belli, quo duodecimum annum Italia urebatur, satis edocuerat, uiam tantum Alpeis esse: duas præualidas urbes, magno inter se maris terrarumq; spatio discretas, de imperio & opibus certare. Hæ causæ aperuerant Alpes Asdrubali. Cæterum quod celeritate itineris profectum erat, id mora ad Placentiam, dum frustra obsidet magis, quàm oppugnat, corruptit. Crediderat campestris oppidi facilem expugnationem esse: & nobilitas coloniam induxerat eum, magnum se excidio eius urbis terrorem cæteris iniecturum. Non ipse se solum ea oppugnatione impedijt: sed Annibalem post famam transitus eius tanto spe sua celeriore, iam mouentem ex hybernis, continuerat. quippe reputantem non solum quàm lenta urbium oppugnationis esset, sed etiam quàm ipse frustra eandem illam coloniam ab Trebia uictor regressus tentasset. Consules diuersis itineribus profecti ab urbe uelut in duo pariter bella, distenderant curas hominum: simul recordantium, quas primus aduentus Annibalis intulisset Italiæ clades: simul, cū illa angeret cura, quos tam propitios urbi atq; imperio fore deos, ut eodem tempore utrobique respublica prospere gereretur. aduersa secundis pensando, rem ad id tempus extractam esse. cum in Italia ad Trasymenum & Cannas præcipitasset Romana respublica, prospera bella in Hispania prolapsam eam erexisse. postea cum in Hispania alia super aliam clades, duobus egregijs ducibus amisissis, duos exercitus ex parte deleisset, secunda in Italia Siciliaq; gesta quassatam rempublicam excerpisse. & ipsum, interuallum loci, quod in ultimis terrarum oris alterum bellum gereretur, spatium dedisse ad respirandum. nunc duo bella in Italiam accepta, duos celeberrimi nominis duces circumstare urbem Romam, & unum in locum totam periculi molem, omne onus incubuisse. qui eorum prior uicisset, intra paucos dies castra cum altero iuncturum. Terrebatur & proximus annus lugubris duorum consulum funeribus. His anxij curis homines digredientes in prouincias consules profecti sunt. Memoriae proditum est, plenum adhuc iram in ciues M. Liuium ad bellum proficiscentem monenti Q. Fabio, ne priusquam genus hostium cognosset, temere manum consereret, respondisse: ubi primum hostium agmen conspexisset, pugnaturum. cum quæreretur, quæ causa festinandi esset: aut ex hoste egregiam gloriam, inquit, aut ex ciuibus uictis gaudium, meritum certe, etsi non honestum, capiam. Priusquam Claudius consul in prouinciam perueniret, per extremum finem agri Larinatis ducentem in Salentinos exercitum Annibalem cum expeditis cohortibus adortus C. Hostilius Tubulus in composito agmini terribilem tumultum intulit. Ad quatuor millia hominum occidit, nouem signa militaria cepit. Mouerat ex hybernis ad famam hostis Q. Claudius, qui per urbes agri Salentini castra disposita habebat. Itaq; ne cum duobus exercitibus simul confligeret Annibal, nocte castra ex agro Tarentino mouit, atq; in Brutios concessit. Claudius in Salentinos agmen conuertit. Hostilius Capuam petens, obuius ad Venusiam fit consuli Claudio. Ibi ex utroque exercitu electa peditum quadraginta millia, duo millia & quingenti equites, quibus consul aduersus Annibalem rem gereret, reliquas copias Hostilius Capuam ducere iussus, ut Q. Fuluius proconsuli traderet. Annibal undique contracto exercitu, quem in hybernis, aut in præsijs agri Brutij habuerat, in Lucanos ad Grumentum uenit, spe recipiendi oppida, quæ per metum ad Romanos defecissent. eodem à Venusia consul Romanus exploratis itineribus contendit, & mille ferè & quingentos passus castra ab hoste locat. Grumentum moribus propè iunctum uidebatur Pœnorum uallum. quingenti passus erant inter castra Punica, ac Romana. interiacebat campus: colles imminebant nudi, sinistro lateri Carthaginiensium, dextro

dextro Romanorum, neutris suspecti: quod nihil sylvæ, neque ad insidias latebrarum habebant. In medio campo ab stationibus procurstantes certamina haud satis digna dictu ferebant. Id modo Romanum quærere apparebat, ne abire hostem pateretur. Annibal inde euadere cupiens, totis uiribus in aciem descendebat. Tum consul ingenio hostis usus, quo minus in tam apertis collibus timeri insidiæ poterant: quinque cohortes additis quinque manipulis, nocte iugum superare, & in auersis uallibus considere iubet: tempus exurgendi ex insidijs, & aggrediendi hostem, T. Claudium Asellum tribunum militum, & P. Claudium præfectum socium edocet: quos cum ijs mittebat. Ipse luce prima copias omnes peditum, equitumque in aciem eduxit. Paulo post & ab Annibale signum pugnae propositum est: clamorque in castris ad arma discurrentium est sublatus. inde eques, pedesque certatim portis ruere, ac palati per campum properare ad hostes. Quos ubi effusos consul uidet: tribuno militum tertiæ legionis C. Aurunculeio imperat: ut equites legionis quanto maximo impetu possit, in hostem emitat. ita pecorum modo incompositos toto passim campo se fudisse: ut sterni obterique, priusquam instruantur, possint. Nondum Annibal è castris exierat: cum pugnantium clamorem audiuit. itaque excitus tumultu raptim ad hostem copias agit. Iam primos occupauerat equestris terror. peditum etiam prima legio, & dextra ala prælium inibant. incompositi hostes, ut quenque aut pediti, aut equiti casus obtulit: ita conferunt manus. crescit pugna subsidijs: & procurrentium ad certamen numero augetur. pugnantisque (quod nisi in uetere exercitu, & duce uetere haud facile est) inter tumultum ac terrorem instruxisset Annibal: ne cohortium ac manipulorum decurrentium per colles clamor ab tergo auditus metum, ne intercluderentur à castris, iniecisset. Inde pauor incussus: & fuga passim fieri cœpta est. minorque cædes fuit, quia propinquitas castrorum breuiorem fugam perculsis fecit. equites enim in tergo inhærebant: in transuersa latera inuasent cohortes secundis collibus uia nuda ac facili decurrentes. tamen supra octo millia hominum occisa: supra septingentos capti: signa militaria nouem adempta. elephanti etiam, quorum nullus usus in repentina ac tumultuaria pugna fuerat: quatuor occisi: duo capti. Romanorum sociorumque ducenti ceciderunt. Postero die Pœnus quieuit. Romanus in aciem copijs eductis, posteaquam neminem signa contra efferre uidit: spolia legicæsorum hostium, & suorum corpora collata in unum sepeliri iussit. inde insequentibus continuis diebus aliquot ita institit portis: ut propè inferre signa uideretur. donec Annibal tertia uigilia crebris ignibus tabernaculisque, quæ pars castrorum ad hostes uergebat: & Numidis paucis, qui in uallo portisque se ostenderent: relictis, profectus Apuliam petere intendit. Vbi illuxit, successit uallo Romana acies. & Numidæ ex composito paulisper in portis se ualloque ostentauere: frustrati que aliquandiu hostem, citatis equis agmen suorum assequuntur. Consul ubi silentium in castris, & ne paucos quidem qui prima luce obambulauerant, parte ulla cernebat: duobus equitibus speculatum in castra præmissis, posteaquam satis tuta omnia esse exploratum est: inferri signa iussit. tantumque ibi moratus, dum milites ad prædam discurrunt: receptui deinde cecinit: multoque ante noctem copias reduxit. Postero die prima luce profectus, magnis itineribus samam & uestigia agminis sequens, haud procul Venusiam hostem assequitur. Ibi quoque tumultuaria pugna fuit. supra duo millia Pœnorum cæsa. Inde nocturnis, montanisque itineribus Pœnus, ne locum pugnae daret: Metapontum petijt. Hanno inde (is enim præsidio eius loci præfuerat) in Brutios cum paucis ad exercitum nouum comparandum missus. Annibal copijs eius ad suas additis, Venusiam retro quibus uenerat itineribus repetit: atque inde Cannusium procedit. Nunquam Nero uestigijs hostis abstiterat: & Q. Fuluium, cum Metapontum ipse proficisceretur: in Lucanos, ne regio ea sine præsidio esset, accersierat. Inter hæc ab Asdrubale, postquam à Placentiæ obsidione abscessit: quatuor Galli equites, duo Numidæ cum literis ad Annibalem missi, cum per medios hostes totam ferme longitudinem Italiæ emensi essent: dum Metapontum cedentem Annibalem sequuntur, incertis itineribus Tarentum delati, à uagis per agros pabulatoribus Romanis ad Q. Claudium proprætorem deducuntur. Eum primo incertis implicantes responsis, ut metus tormentorum admotus fateri uera coegit, edocuerunt: literas se ab Asdrubale ad Annibalem ferte.

pp 3 Cum

Cum ijs literis, sicut erant, signatis L. Virginio tribuno militum ducendi ad Claudium consulem traduntur. duæ simul turmæ Samnitum præsidij causâ missæ. Qui ubi ad consulem perueniunt, literæq; lectæ per interpretem sunt, & ex captiuis percunctatio facta: tum Claudius non id tempus esse reipublicæ ratus, quo consilijs ordinarijs provinciæ suæ quisque finibus per exercitus suos cum hoste destinato ab senatu bellum gereret: audendum, ac nouandum aliquid improuifum, inopinatum, quod cœptum non minorem apud ciues, quàm hosteis terrorem faceret, perpetratum in magnam lætitiã ex magno metu uerteret: literis Asdrubalis Romam ad senatum missis, simul & ipse patres cōscriptos quid paret, edocet: ut cum in Umbria se occursum Asdrubal fratri scribat, legionem à Capua Romam accersant, deletum Romæ habeant, exercitum urbanū ad Narniam hosti opponant. Hæc senatui scripta.

Præmissi item per agrum Larinatem, Marrucinum, Ferentinum, Prætutianum, quæ exercitum ducturus erat, ut omnes ex agris urbibusq; commeatus paratos militi ad uescendum in uiam deferrent, equos iumenta q; alia producerent, ut uehiculorū fessis copia esset. ipse de toto exercitu ciuium, sociorumq; quod roboris erat, delegit, sex milia peditū, mille equites. pronuntiat, occupare se in Lucanis proximam urbem, Punicumq; in ea præsidium uelle, ut ad iter parati omnes essent. Profectus nocte flexit in Picenum. Et consul quidem quantis maximis poterat itineribus, ad collegam ducebat, relicto Q. Tatio legato, qui castris præesset. Romæ haud minus terroris, ac tumultus erat, quàm fuerat biennio ante, cum castra Punica obiecta Romanis mœnibus portisq; fuerant. neq; satis constabat animis, tam audax iter consulis laudarent, uituperarent ne. apparebat (quo nihil iniquius est) ex euentu famam habiturum.

Castra prope Annibalem hostem relicta sine duce cum exercitu, cui detractum foret omne, quod roboris, quod floris fuerit: & cōsulem in Lucanos ostendisse iter, cum Picenum & Galiam peteret, castra relinquentem nulla alia re tutiora, quàm errore hostis, qui ducem inde atque exercitus partem abisse ignoraret. Quid futurum, si id palàm fiat? & aut insequi Nerone cum sex millibus armatorum profectum Annibal toto exercitu uelit? aut castra inuadere prædæ relicta, sine uiribus, sine imperio, sine auspicio? Veteres eius belli clades, duo consules proximo anno interfecti terrebant. & ea omnia accidisse, cum unus imperator, unus exercitus hostium in Italia esset. nunc duo bella Punica facta, duos ingentes exercitus, duos prope Annibales in Italia esse. quippe & Asdrubalem patre eodem Amilcare genitum, æque impigrum ducem, per tot in Hispania annos Romano exercitum bello, gemina uictoria insignem, duobus exercitibus cū clarissimis ducibus deletis. nam itineris quidem celeritate ex Hispania, concitatis ad arma Gallicis gentibus, multo magis quàm Annibalem ipsum gloriari posse. quippe in ijs locis hunc coegisse exercitum, quibus ille maiorem partem militum fame, ac frigore, quæ miserrima mortis genera sint, amisisset. Adhuc etiam periti rerum Hispaniæ, haud cum ignoto duce C. Nerone congressurum, sed quem in saltu impedito deprehensus forte, haud secus quàm puerum, conscribendis fallacibus conditionibus pacis frustratus elusisset. Omnia maiora etiam uero præsidia hostium, minora sua, metu interprete semper in deteriora inclinato, ducebant. Nero postquam iam tantum interualli ab hoste fecerat, ut detegi consilium satis tutum esset, paucis milites alloquitur. Negat ullius consilium imperatoris in speciem audacius, re ipsa tutius fuisse, quàm suum. Ad certam eos se uictoriam ducere. quippe ad quod bellum collega nō antequam ad fatietatem ipsius peditum atq; equitum datæ ab senatu copiæ fuissent, maiores instructioresq; quàm si aduersus ipsum Annibalem iret, profectus sit: cō ipsos quantumcunq; uirium momentum addiderint, rem omnem inclinatos. auditum modo in acie (nam ne ante audiatur, daturum operam) alterum consulem, & alterum exercitum aduenisse, haud dubiam uictoriam facturū. Famam bellum conficere, & parua momenta in spem metumq; impellere animos. Gloriæ quidem ex re bene gesta partæ fructum prope omnem ipsos laturos. Semper quod postremum adiectum sit, id rem totam uideri traxisse. Cernere ipsos, quo concursu, qua admiratione, quo fauore hominū iter suum celebretur. Et Hercule per instructa omnia ordinibus uirorum mulierumq; undiq; ex agris effusorum, inter uota ac preces & laudes ibant. illos præsidia reipublicæ, uindices urbis Romæ imperijq;

imperijꝫ appellabant. in illorum armis dextrisqꝫ suam liberorumqꝫ suorū salutem ac libertatem repositam esse. deos omnes deasqꝫ precabantur, ut illis faustum iter, felixqꝫ pugna, matura ex hostibus uictoria esset, damnarenturqꝫ ipsi uotorū, quæ pro ijs suscepissent: ut quemadmodum nunc solliciti prosequerentur eos, ita paucos post dies læti ouantibus uictoria obuiam irent. Inuitare inde pro se quisque, & offerre, & flagitare precibus, ut quæ ipsis iumentisqꝫ usui essent, ab se potissimum sumerent. benigne omnia cumulata dare. Modestia certare milites, ne quid ultra usum necessarium sumerent. nihil morari, nec ab signis absistere. cibum capientes diem ac noctem ire, uix quod satis ad naturale desiderium corporum esset, quieti dare.

Et ad collegam præmissi erant, qui nuntiarent aduentū, percunctarenturqꝫ, clam an palam, interdium an noctu uenire sese uellet, iisdem an alijs cōsidere castris. Nocte clam ingredi uisum est. Tessera per castra ab Liuio consule data erat, ut tribunum tribunus, centurio centurionem, eques equitem, pedes peditem acciperet. neqꝫ enim dilatari castra opus esse, ne hostis aduentum alterius consulis sentiret: & coartatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat, quod Claudianus exercitus nihil fermè, præter arma, secū in expeditionem tulerat. Cæterum in ipso itinere auctū uoluntarijs agmen erat. offerentibus sese ultro & ueteribus militibus, perfunctis iam militia: & iuuenibus, quos certatim nomina dantes, si quorum corporis species, roburqꝫ uiriū aptum militiæ uidebatur, conscripserat. Ad Senam castra alterius consulis erant: & quingentos inde fermè passus Asdrubal aberat. Itaqꝫ cū iam appropinquaret, tectus montibus substitit Nero, ne ante noctem castra ingrederetur. Silentio ingressi, ab sui quisqꝫ ordinis hominibus in tentoria adducti, cum summa omnium lætitia hospitaliter excipiuntur. Postero die concilium habitum, cui & L. Porcius Licinius prætor affuit. Castra iuncta consulum castris habebat: & ante aduentum eorum per loca alta ducendo exercitū, cum modo insideret angustos saltus, ut transitum clauderet, modo ab latere aut ab tergo carperet agmen, ludificatus hostem omnibus artibus belli fuerat. is tum in concilio aderat. Multorum eò inclinabant sententiæ: ut, dum fessum uia ac uigilijs reficeret militem Nero, simul & ad noscendum hostem paucos sibi sumeret dies, tempus pugnandi differretur. Nero nō suadere modo, sed summa opere orare institit, ne consilium suum, quod tutum celeritas fecisset, temerarium morando facerent.

Errore, qui nō diuturnus futurus esset, uelut torpentem Annibalem, nec castra sua sine duce relicta aggredi, nec ad sequendum se iter intendisse. antequam se moueat, delere exercitū Asdrubalis posse, redireqꝫ in Apuliam. Qui prolatando spatium hosti det, cum & illa castra prode Annibali, & aperire in Galliam iter, ut per oriū, ubi uelit, Asdrubali coniungatur. Exemplo signum dandum, & excundum in aciem: abutendumqꝫ errore hostiū absentium, præsentiumqꝫ: dum neqꝫ illi sciant cū paucioribus, nec hi cū pluribus & ualidioribus rem esse. Concilio dimisso, signū pugnae proponitur, confestimqꝫ in aciem procedunt. Iam hostes ante castra instructi stabant. Moram pugnae attulit, quod Asdrubal prouectus ante signa cū paucis equitibus scuta uetera hostiū notauit, quæ ante nō uiderat, & strigosiores equos. multitudo quoqꝫ maior solita uisa est. Suspiciatus id quod erat, receptui prope cecinit, ac misit ad flumen, unde aquabantur: ubi & excipi aliqui possent, & notari oculis, si qui forte adustioris coloris, ut ex recenti uia, essent. simul circumuehi procul castra iubet, speculariqꝫ, num auctum aliqua parte sit uallum: & attendant, semel, bis ne signū canat in castris. Ea cum ordine omnia relata essent, castra nihil aucta errorem faciebant. Bina erant, sicut ante aduentū consulis alterius fuerant, una M. Liuij, altera L. Porcij. neutris quicquam, quo latius tenderetur, ad munimenta adiectum.

Illud ueterem ducem assuetumqꝫ Romano hosti mouit, quod semel in prætorijs castris signum, bis in consularibus referebant cecinisse. duos profecto consules esse: & quonam modo alter ab Annibale abscessisset, cura angebat. minime id, quod erat, suspicari poterat, tantæ rei frustratione Annibalē elusum: ut ubi dux, ubi exercitus esset, cū quo castra collata haberet, ignoraret. profecto haud mediocri clade absteritū, insequi nō ausum. magnopere uereri, ne perditis rebus serū ipse auxiliū uenisset, Romanisqꝫ eadem iam fortuna in Italia, quæ in Hispania esset. interdū literas suas ad eū nō peruenisse, credere: interceptisqꝫ ijs, cōsulē ad sese opprimendū accelerasse. His anxius curis, extinctis ignibus, uigilia prima dato signo, ut taciti uasa colli-

gerent, signa ferri iussit. In trepidatione & nocturno tumultu duces parū intēte asseruati, alter in destinatis iam inde ante animo latebris subsedit, alter per uada nota Metaurū flumen tranauit. Ita desertum à ducibus agmen primo per agros palatur: fessiq; aliquot somno, ac uigilijs sternunt corpora passim, atq; infrequentia relinquūt signa. Asdrubal dum lux uiam ostenderet, ripa fluminis signa ferri iubet. & per tortuosi amnis sinus flexusq; cum errore uolens haud multum processisset, ubi prima lux transitum opportunum ostendisset, transiturus erat, sed cum, quantum à mari abscedebat, tanto altioribus coercentibus amnem ripis, non inueniret uada, diem terendo spacium dedit ad insequendum sese hosti. Nero primum cum omni equitatu aduenit. Porcius deinde assecutus cum leui armatura. Qui cum fessum agmen carperent ab omni parte, incurfarentq;, & iam omisso itinere, quod fugæ simile erat, castra metati Pœnus in tumulo super fluminis ripam uellet: aduenit Liuius peditum omnibus copijs, non itineri modo, sed ad conferendum extemplo prælium instructis, armatisq;. Sed ubi omnes copias coniunxerūt, directaq; acies est, Claudius dextro in cornu, Liuius ab sinistro pugnam instruit, media acies prætori tuenda datur. Asdrubal omissa munitione castrorum, postquam pugnandum uidit, in prima acie ante signa elephantos locat. circa eos læuo in cornu aduersus Claudium Gallos opponit, haud tantum eis tidens, quantum ab hoste timeri eos credebat. ipse dextrum cornu aduersus M. Liuium sibi, atq; Hispanis (& ibi maxime in uetere milite spem habebat) sumpsit. Ligures in medio post elephantos positi. sed longior, quàm latior acies erat. Gallos prominens collis tegebat, Ea frons, quam Hispani tenebant, cum sinistro Romanorum cornu concurrat. dextra omnis acies extra prælium eminens cessabat. collis oppositus arcebat, ne aut à fronte, aut ab latere aggredierentur. Inter Liuium, Asdrubalemq; ingens contractum certamen erat, atroxq; cædes utrinque edebatur. ibi duces ambo, ibi pars maior peditum, equitumq; Romanorum, ibi Hispani, uetus miles peritusq; Romanæ pugnae, & Ligures, durum in armis genus. eodem uersi elephanti, qui primo impetu turbauerant antesignanos, & iam signa mouerāt loco: deinde crescente certamine & clamore, impotentius iam regi, & inter duas acies uersari, uelut incerti quorum essent, haud dissimiliter nauibus sine gubernaculo uagis. Claudius, quid ergo præcipiti cursu tam longum iter emensi sumus? clauditans militibus, cum in aduersum collem frustra signa erigere conatus esset, postquam ea regione penetrari ad hostem non uidebat posse, cohortes aliquot subductas è dextro cornu, ubi stationem magis segnem, quàm pugnam futuram cernebat, post aciem circumducit: & nō hostibus modo, sed etiam suis inopinantibus, in sinistrum hostium latus incurrit: tantaq; celeritas fuit, ut cum ostendissent se in latere, mox in terga iam pugnarent. Ita ex omnibus partibus, ab fronte, ab latere, ab tergo, trucidantur Hispani Liguresq;, & ad Gallos iam cædes peruenerat. Ibi minimum certaminis fuit. nam & pars magna ab signis aberant, nocte dilapsi, stratiq; somno passim per agros: & qui aderant, itinere ac uigilijs fessi, intolerantissima laboris corpora, uix arma humeris gerebant. Et iam dici medium erat, sitisq;, & calor hiantes cædendos, capiendosq; affatim præbebat. Elephanti plures ab ipsis rectoribus quàm ab hoste interfecti. fabrile scalprum cum malleo habebant. id, ubi scuire belluæ ac ruere in suos cœperant, magister inter aures positum ipsa in compage, qua iungitur capiti ceruix, quanto maximo poterat ictu, adigebat. ea celerrima uia mortis in tantæ molis bellua inuenta erat, ubi regendi spem uicissent. primusq; id Asdrubal instituerat, dux cum sæpe aliàs memorabilis, tum illa præcipue pugna. ille pugnantes hortando, pariterq; obeundo pericula, sustinuit: ille fessos, abnuenteisq; tædio & labore, nunc precando, nunc castigando accendit: ille fugientes reuocauit, omissamq; pugnam aliquot locis restituit. postremo cum haud dubia fortuna hostium esset, ne superstes tanto exercitui suū nomen secuto esset, concitato equo se in cohortem Romanam immisit. ibi, ut patre Amilcare, & Annibale fratre dignum erat, pugnans cecidit. Nunquam eo bello una acie tantum hostium interfectum est. redditæque æqua Cannensi clades uel ducis uel exercitus interitu uidebatur. Quinquaginta sex millia hostium occisa: capta quinque millia & quadringenti, præda alia magna tum omnis generis, tum auri etiam, argentiq;. ciuium etiam Romanorum, qui capti apud hostes erant, supra quatuor millia

millia capitum recepta. id solatiū fuit pro amissis eo prælio militibus. Nam haudquaquam in-
cruenta uictoria fuit. octo ferme millia Romanorum, sociorumque occisa. Adeoque etiam uicto-
res sanguinis cædisque ceperat facietas, ut postero die, cum esset nuntiatum L. Liuius consul: Gal-
los Cisalpinos, Liguresque, qui aut prælio non affuissent, aut inter cædem effugissent, uno ag-
mine abire sine certo duce, sine signis, sine ordine ullo aut imperio: posse, si una equitum ala
mittatur, omnes deleri: super sint, inquit, aliqui nuntij & hostium cladis, & nostræ uirtutis.

Nero ea nocte, quæ secuta est pugnam, citatiore, quàm inde uenerat, agmine die sexto ad
statiua sua, atque ad hostem peruenit. Iter eius frequentia minore, nemo enim præcesserat nun-
tius, lætitia uero tanta, uix ut compotes mentium gaudio essent, celebratum est. Nam Ro-
mæ neuter animi habitus satis dici, narrarique potest: nec quo incerta expectatione euentus ciui-
tas fuerit: nec quo uictoriæ famam acceperit. Nunquam per omnes dies, ex quo Claudiū con-
sulem profectum fama attulit, ab orto sole ad occidentem, aut senator quisquam à curia, atque
ab magistratibus abscessit, aut populus è foro. Matronæ, quia nihil in ipsis opis erat, in preces
obtestationesque uersæ, per omnia delubra uagæ supplicij uotisque fatigauere deos. Tam
solicite ac suspensæ ciuitati fama incerta primo accidit: duos Narnienses equites in castra, quæ
in faucibus Umbriæ opposita erant, uenisse ex prælio nuntiantes, cæcos hostes. & primo ma-
gis auribus, quàm animis id acceptum erat, ut maius, lætiusque, quàm quod mente capere, aut
fatis credere possent. & ipsa celeritas fidem impediēbat, quod biduo ante pugnatum diceba-
tur. literæ deinde ab L. Manlio Acidino missæ ex castris afferuntur de Narniensium equitum
aduentu. Eæ literæ per forum ad tribunal Prætoris latæ senatum curia exciuerunt, tantoque cer-
tamine ac tumultu populi ad fores curiæ concursus est, ut adire nuntius non posset: trahere-
turque à percunctantibus, uociferantibusque, ut in rostris priusquam in senatu literæ recitaren-
tur. tandem cum summoti, & coerciti à magistratibus fuerunt, dispensarique lætitia inter impo-
tentes eius animos potuit: in senatu primum, deinde in contione literæ recitatæ sunt: & pro cu-
iusque ingenio, alijs iam certum gaudium, alijs nulla ante futura fides erat, quàm legatos consu-
lum, uel literas audissent. Ipsos deinde appropinquare legatos allatū est. Tunc enim uero om-
nis ætas currere obuiam, primus quisque oculis auribusque haurire tantum gaudium cupientes.
Ad Miluium usque pontem continens agmen peruenit. Legati erant L. Veturius Philo, P. Licin-
ius Varus, Q. Cæcilius Metellus. Circumfusi omnis generis hominum frequentia in forum
peruenerunt, cum alij ipsos, alij comites eorum, quæ acta sint, percunctarentur: & ut quisque au-
dierat, exercitum hostium, imperatoremque occisum, legiones Romanas incolomes, saluos con-
sules esse, extemplo alijs porro impertiebant gaudium suum. Cum ægre in curiam peruenis-
sent, multo ægrius summoti turba, ne patribus misceretur, literæ in senatu recitatæ sunt. inde
traducti in contionem legati. L. Veturius literis recitatis ipse planius omnia, quæ acta erant,
exposuit, cum ingenti assensu, postremo etiam clamore uniuersæ contionis, cum uix gaudium
animis caperent. Discursum inde ab alijs circa templa deum, ut grates agerent: ab alijs domos,
ut coniugibus liberisque tam lætum nuntium impertirent. Senatus, quod M. Liuius, & C. Clau-
dius consules incolomi exercitu, ducem hostium legionesque occidissent, supplicationem in tri-
duum decreuit. Eam supplicationem C. Hostilius prætor pro contione edixit: celebrataque à ui-
ris, foeminisque. Omniaque templa per totum triduum æqualem turbam habuere, cum matro-
næ amplissima ueste cum liberis, perinde, ac si debellatū foret, omni solutæ metu deis immor-
talibus grates agerēt. Statum quoque ciuitatis ea uictoria mouit, ut iam inde haud secus, quàm
in pace, res inter se contrahere, uendendo, emendo, mutuuum dando, argentum creditum sol-
uendo, auderent. C. Claudius consul cum in castra redisset, caput Aldrubalis, quod serua-
tum cum cura attulerat, proijci ante hostiū stationes: captiuosque Afros uinctos, ut erant, osten-
di: duos etiam ex his solutos ire ad Annibalem, & expromere quæ acta essent, iussit. Annibal
tanto simul publico familiarique ictus luctu, agnoscere se fortunam Carthaginis fertur dixisse.
castrisque inde motis, ut omnia auxilia, quæ diffusa latius tueri non potuerat, in extremum Ita-
liæ angulum, Brutios, contraheret: & Metapontinos, ciuitatem uniuersam, excitos sedibus suis:
& Lucanorum qui suæ ditionis erant, in Brutium agrum traduxit.



V M Transitu Asdrubalis quantū in Italiam declinauerat belli, tantum leuatae Hispaniae uiderentur: renatum ibi subito par priori bellum est. Et Hispanias ea tempestate sic habebant Romani, Pœnicꝫ. Asdrubal Gisgonis filius ad oceanum penitus, Gadeisqꝫ concesserat, Nostri maris ora, omnisqꝫ fermè Hispania, qua in orientem uergit, Scipionis ac Romanæ ditionis erat. Nouus imperator Hanno in locum Barchini Asdrubalis nouo cum exercitu ex Africa transgressus, Magonicꝫ iunctus, cum in Celtiberia, quæ media inter duo maria est, breui magnum hominum numerum armasset: Scipio aduersus cum M. Syllanum cum decem millibus peditum, equitibus quingentis misit. Syllanus quantis maximis potuit itineribus, (impediabant autem & asperitates uiarum, & angustiarum saltibus crebris, ut pleraqꝫ Hispaniæ sunt: inclusæ) tamen nō solum nuntios, sed etiam famam aduentus sui prægressus, ducibus indidem ex Celtiberia transfugis ad hostem peruenit. Eisdem autoribus compertum est, cum decem circiter millia ab hoste abessent: bina castra circa uiam qua irent, esse: læua Celtiberos, nouum exercitum supra nouem millia hominum, dextra punica tenere castra. Hæc stationibus, uigilijs, omni iusta militari custodia tuta & firma esse: illa altera soluta neglectaqꝫ, ut barbarorum, & tyronum, & minus timentium: quod in sua terra essent. Ea prius aggredienda ratus Syllanus, signa quammaxime ad læuam iubebat ferri: necunde ab stationibus punicis conspiceretur. ipse præmissis speculatoribus, citato agmine ad hostem pergit. Tria millia fermè aberat: cum haud dum quisquam hostium senserat. confragosa loca, & obsita uirgultis tenebant colles. ibi in caua ualle, atqꝫ ob id occulta, considere militem, & cibum capere iubet. interim speculatores, transfugarum dicta affirmantes, uenerunt. Tum sarcinis in medium coniectis, arma Romani capiunt: acieqꝫ iusta in pugnam uadunt. Mille passuum aberant: cum ab hoste cōspecti sunt. trepidariqꝫ repente cœptum. Mago ex castris citato equo ad primum clamorem & tumultum aduehitur. Erant in Celtiberorum exercitu quatuor millia scutata, & cc equites. hanc iustam legionem (& id fermè roboris erat) in prima acie locat: cæteros, leuem armaturam, in subsidijs posuit. Cum ita instructos educeret castris, uix dum in egressos uallo Romani pila coniecerunt. Subsidunt Hispani aduersus emissa tela ab hoste. inde ad emittenda ipsi consurgunt. quæ cum Romani conferti, ut solent, densatis excepissent scutis: tum pes cum pede collatus, & gladijs geri res cœpta est. Cæteram asperitas locorum & Celtiberis, quibus in prælio cōkursare mos est, uelocitatem inutilem faciebat: & haud iniqua eadem erat Romanis stabili pugnae assuetis: nisi quod angustiarum, & internata uirgulta ordines dirimebant: & singuli, biniqꝫ uelut cum paribus conferere pugnam cogebantur. quod ad fugam impedimento hostibus erat: id ad cædem eos, uelut uinctos præbebat. Et iam fermè omnibus scutatis Celtiberorum interfectis, leuis armatura, & Carthaginenses, qui ex alteris castris subsidio uenerant, perculsi cædebantur. Duo haud amplius millia peditum, & equitatus omnis, uix inito prælio, cum Magone effugerunt. Hanno alter imperator cum eis, qui postremi iam profligato prælio aduenerant: uiuus capitur. Magone fugientem equitatus fermè omnis, & quod ueterum peditum erat secuti, decimo die in Gaditanam prouinciam ad Asdrubalem peruenerunt. Celtiberi, nouus miles, in proximas dilapsi syluas, inde domos diffugerunt. Peropportuna uictoria nequaquam tantum iam conflatum bellum, quanta futuri materia belli, si licuisset nō Celtiberorum gente excita, & alios ad arma sollicitare populos, oppresserat. Itaqꝫ collaudato benigne Syllano, Scipio spem debellandi, si nihil etiam ipse cunctando moratus esset, nactus, ad id quod reliquum belli erat, in ultimam Hispaniam aduersus Asdrubalem pergit. Pœnus cum castra sua forte ad sociorum animos in Betica continendos in fide haberet: signis repente sublatis, fugæ magis quàm itineris modo penitus ad Oceanum & Gadeis ducit. Cæterū quoad continuisset exercitum, propositū bello se fore ratus, antequam freto Gades traiceret, exercitum omnem passim in ciuitates dimisit: ut & muris se ipsi, & armis muros tutarentur. Scipio ubi animaduertit dissipatum passim bellum: & circumferre ad singulas urbes arma, diutini magis quàm magni esse operis: retro uertit iter.

ne tamen

ne tamen hostibus eam relinqueret regionem, L. Scipionem fratrem cum decem millibus peditem, & mille equitum ad oppugnandam opulentissimam in his locis urbem, quam Oringin barbari appellabant, mittit. sita in Melessum finibus est, Hispanæ gentis. ager frugifer. argentum etiam incolæ fodiunt. Ea arx fuit Asdrubalis ad excursions circa in mediterraneos populos faciendas. Scipio castris prope urbem positus, prius quam circumvallaret urbem, misit ad portas qui ex propinquo alloquio animos tentarent: suaderentque, ut amicitiam potius quam vim experirentur Romanorum. Vbi nihil pacati respondebatur, fossa duplicique uallo circumdata urbe in tres partes exercitum diuidit: ut una semper pars, quietis interim duabus, oppugnaret. Prima pars cum adorta oppugnare est, atrox sane & anceps prælium fuit. non subire, non scalas ferre ad muros præ incidentibus telis facile erat. & iam qui crexerant ad murum scalas: alij furcis ad idipsum factis detrudebantur: in alios lupi superne ferrei iniecti: ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur. Quod ubi animaduertit Scipio: nimia paucitate suorum exæquatum certamen esse: etiam eo superare hostem, quod ex muro pugnaret: duabus simul partibus, prima recepta, urbem est aggressus. Quæ res tantum pauoris iniecit fessis iam cum primis pugnando: ut & oppidani moenia repentina fuga desererent: & punicum præsidium metu ne prodita urbs esset, relictis stationibus in unum locum se colligeret. Timor inde oppidanos incesit: ne, si hostis urbem intrasset: sine discrimine, Pœnus an Hispanus esset, obuim passim cæderentur. itaque patefacta repente porta, frequentes ex oppido sese eiecerunt: scuta præ se tenentes, ne tela procul conijcerentur: dextras nudas ostentantes, ut gladios abiicisse appareret. Id utrum parum ex interuallo sit conspectum: an dolus aliquis suspectus fuerit: incertum est. Impetus hostilis in transfugas factus: nec secus, quam aduersa acies cæsi: eademque porta signa infesta urbi illata. & alijs partibus securibus dolabrisque cædebantur, & refringebantur portæ. & ut quisque intrauerat eques: ad forum occupandum (ita enim præceptum erat) cito equo pergebat. additum erat & triariorum equiti præsidium. legionarij cæteram partem urbis peruadunt direptione, & cæde obuiorum, nisi qui armis se tuebantur. Carthaginenses omnes in custodiam dati sunt: oppidanorum quoque CCC ferme: qui clauserant portas: cæteris traditum oppidum, suæ redditæ res. Cecidere in urbis eius oppugnatione hostium duo millia ferme, Romanorum haud plus XC. Læta & ipsis qui rem gesserunt, urbis eius expugnatio fuit: & imperatori cæteroque exercitui speciosum aduentum suum, ingentem turbam captiuorum præ se agentes, fecerunt. Scipio collaudato fratre, cum quanto poterat uerborum honore Carthagini ab se captæ captam ab eo Oringin æquasset: quia & hyems instabat, ut nec tentare Gades, nec disiectum passim per prouinciam exercitum Asdrubalis consecrari posset: in citeriorem Hispaniam recipit exercitum: dimissisque in hyberna legionibus, L. Scipione fratre Romam misso, & Hannone hostium imperatore, cæterisque nobilibus captiuis, ipse Tarraconem conuersit. Eodem anno classis Romana cum M. Valerio Leuino proconsule ex Sicilia in Africam transmissa, in uticensi carthaginensique agro late populationes fecit. extremis finibus Carthaginensium, circa ipsa moenia Uticæ prædæ actæ sunt. Repetentibus Siciliam classis punica (septuaginta erant longæ naues) occurrit. decem & septem naues ex his captæ sunt: quatuor in alto mersæ: cætera fusa ac fugata classis. Terra marisque uictor Romanus cum magna omnis generis præda Lilybæum repetit. Toto inde mari pulsus hostium nauibus, magni comatus frumenti Romam subuecti. Principio æstatis eius, qua hæc sunt gesta, P. Sulpicius proconsul, & Attalus rex cum Aeginæ (sicut ante dictum est) hybernassent: Lemnum inde classe iuncta Romanæ V & XX quinqueremes, regis V & XX transiiserunt. Et Philippus, ut seu terra seu mari obuiam eundem hosti foret, paratus ad omnes conatus esset, ipse Demetriadem ad mare descendit: Larissam diem ad conueniendum exercitui edixit. Vndique ab socijs legationes Demetriadem ad famam regis conueniunt. Sustulerant enim animos Aetoli, cum ob Romanam societatem, tum post Attali aduentum: finitimosque depopulabantur. nec Acarnanes solum Bœotique, & qui Eubœam incolunt, in magno metu erant: sed Achæi quoque, quos super ætolicum bellum Machanidas etiam lacedæmonius tyrannus haud procul Argiuorum sine positus castris terrebat. Hi omnes suis quisque urbibus quæ pericula terra marisque portenderentur

portenderentur, memorantes, auxilia regem orabant. Ne ex regno quidem ipsius tranquillæ nuntiabantur res. Et Scerdiletum Pleuratumque motos esse, & Thracum maxime Mædos, si quod longinquum bellum regem occupasset, proxima Macedonia incurfuros. Bœoti quidem, & interiores Græciæ populi, Thermopylarum saltus, ubi angustæ fauces coarctant iter: fossa ualloque intercludi ab Actolis nuntiarant: ne transitum ad sociorum urbes tuendas Philippo darent. Vel segnem ducem tot excitare tumultus circumfusi poterant. Legationes dimittit: pollicitus, prout tempus ac res sineret: omnibus laturum auxilium. in præsentia quæ maxime urgebant, res pararent. Tum præsidium urbi mittit unde allatum erat, Attalum ab Lemno classe transmissa omnem circa urbem agrum depopulatum. Polyphantem cum modica manu in Bœotiam, Menippum item quendam ex regijs ducibus cum mille peltatis (pelta cetræ haud dissimilis est) Chalcidem mittit. additi quingenti Aenianum: ut omnes insulæ partes tueri possent. ipse Scotusam est profectus: eodemque ab Larissa Macedonum copias traduci iussit. Eò nuntiatum est: concilium Actolis Heracleam indictum: regemque Attalum ad consultandum de summa belli uenturum. Hunc conuentum ut turbaret subito aduentu, magnis itineribus Heracleam duxit: & concilio quidem dimisso iam uenit: segetibus tamē, quæ iam prope maturitatem erant, maxime in sinu æniano euastatis, Scotusam copias reducit. ibi exercitu omni relicto, cum cohorte regia Demetriadem sese recipit. Inde ut ad omnes hostium motus posset occurrere: etiam in Phocidem, atque Eubœam, & Peperethum mittit: qui loca alta eligerent: unde editi ignes apparerent. ipse in Cisseo (mons est in altitudinē ingentem cacuminis editi) speculam posuit: ut ignibus procul sublatis signum, ubi quid molirentur hostes, momento temporis acciperet. Romanus imperator, & Attalus rex à Peperetho Niccam traiecerunt. inde classem in Eubœam ad urbem Oreum transmittunt: quæ ab Demetriaco sinu Chalcidem & Euripum petenti ad leuam prima urbium Eubœæ posita est. Ita inter Attalum, ac Sulpicium conuenit: ut Romani à mari, regij à terra oppugnarent. Quatriduo postquam appulsa classis est: urbem aggreffi sunt. id tempus occultis cum Platore, qui à Philippo præpositus urbi erat: colloquijs absumptum est. Duas arces urbs habet: unam imminentem mari: altera urbis medio est: cuniculo inde uia ad mare ducit: quam à mari turris quinque tabulatorum, egregium propugnaculum, clauderat. Ibi primo atrocissimum contractum est certamen: & turre instructa omni genere telorum: & tormentis, machinisque ad oppugnandam eam ex nauibus expositis. Cum omnium animos, oculosque id certamen auertisset: porta maritimæ arcis Plator Romanos accepit: momentoque arx occupata est. Oppidani pulsi inde in mediam urbem ad alteram tendere arcem. Et ibi positi erant, qui fores portæ obijcerent. ita exclusi in medio cæduntur, capiunturque. Macedonum præsidium conglobatum sub arcis muro stetit, nec fuga effuse petita, nec pertinaciter prælio inito. Eos Plator uenia à Sulpicio impetrata in naues impositos ad Demetrium Phthiotidis exposuit: ipse ad Attalum se recepit. Sulpicius tam facili ad Oreum successu elatus, Chalcidem inde protinus uictrici classe petit. ubi haudquaquam ad spem euentus respondit.

Ex patienti utrinque coactum in angustias mare, ut speciem intuenti primo gemini portus in ora duo uersi præbuerit. sed haud facile alia infestior classi statio est. nam & uenti ab utriusque terræ præaltis montibus subiti ac procellosi deriunt: & fretum ipsum Euripi non septies die, sicut fama fert, temporibus stans reciprocatur: sed temere in modum uenti nunc huc nunc illuc uerso mari, uelut monte præcipiti deuolutus torrens rapitur. ita nec nocte, nec die quies nauibus datur. Cum classem tam infesta statio accepit: tum & oppidum alia parte clausum mari, alia à terra egregie munitum, præsidioque ualido firmatum, & præcipue fide præfectorum principumque, quæ fluxa & uana apud Oreum fuerat, stabile atque inexpugnabile fuit. Id prudenter, ut in temere suscepta re, Romanus fecit: quod circumspectis difficultatibus, ne frustra tempus tereret, celeriter abstulit incepto: classemque inde Cynum Locridis (emporium id est Opuntiorum urbis mille passuum à mari sitæ) traiecit. Philippum & ignes ab Oreum editi mouerant, sed ferius Platoris fraude è specula elati: & impari maritimis uiribus haud facilis erat in insulam classi accessus. Ita res per cunctationem omissa. Ad Chalcidis auxilium, ubi signum accepit, impigre est motus. nam & ipsa Chalcis quanquam eiusdem insulæ urbs est, tamen adeo

arcto

arcto interseinditur freto, ut ponte cōtinenti iungatur, terra aditum faciliorem quàm mari habeat. igitur Philippus deiecto præsidio, fuis Aetolis, qui saltum Thermopylarum infidebāt, cum ab Demetriade Scotusam, inde tertia uigilia profectus trepidos hostes Heracleam compulisset, ipse uno die Phocidis Elatiam millia amplius LXX contendit. Eodem fermè die ab Attalo rege Opuntiorum urbs capta diripiebatur. concesserat eam prædam regi Sulpicius, quia Oreum paucos ante dies ab Romano milite, expertibus regijs, direptū fuerat. Romana classis Oreū sese receperat, & Attalus ignarus aduentus Philippi, pecunijs à principibus exigendis terebat tempus. adeoq; improuisa res fuit: ut, nisi Cretensium quidam sorte pabulatū ab urbe longius progressi agmen hostium procul conspexissent, opprimi potuerit. Attalus incrimis atq; incompositus, cursu effuso mare ac naues petit. & molientibus ab terra naues Philippus aduenit, metumq; etiam ex terra nauticis præbuit. inde Opuntem redijt, deos hominesq; accusans, quod tantæ rei fortunam ex oculis propè raptam amisisset. Opuntij quoq; ab eadē ira increpiti, quod cum trahere obsidionem in aduentum suum potuissent, uiso statim hoste propè in uoluntariam deditioem cōcessissent. Compositis circa Opuntem rebus, Toronen est profectus. Et Attalus primo Oreum se recepit. inde cum fama accidisset, Prusiam Bithyniæ regem in fines regni sui transgressum, omisis Romanis rebus, atq; ætolico bello, in Asiam traiecit. Et Sulpicius Aeginam classem recipit, unde initio ueris profectus erat. Haud maiore certamine, quàm Opuntem Attalus ceperat, Philippus Toronen cepit. Incolebāt urbem eam profugi ab Thebis Phthiotici. urbe sua capta à Philippo, cum in fidem Aetolorum perfugissent, sedem eis Aetoli eam dederant, urbis uastæ ac desertæ priore quidē Philippi bello. Tum ab Torone, sicut paulo ante dictum est, recepta profectus, Tritonon, & Drymas, Doridis parua atq; ignobilia oppida cepit. inde Elatiam, iussis ibi se operiri Ptolemæi Rhodiorumq; legatis, uenit. ubi cum de finiendo ætolico bello ageretur (affuerant enim legati nuper Heracleæ concilio Romanorum Aetolorumq;) nuntius affertur, Machanidam olympiorum solenne ludicrum paranteis Eleos aggredi statuisse. Præuertendum id ratus, legatis cum benigno responso dimisis: se neq; caulam eius belli fuisse: nec moram, si modo æqua & honesta conditione liceat, paci facturum: cum expedito agmine profectus per Bœotiam Megaram, atq; inde Corinthum descendit. unde cōmeatibus sumptis, Phliunta Pheneumq; petit. & iam cum Eream uenisset, audito Machanidam fama aduentus sui territum refugisse Lacedæmonem; Aegium se ad concilium Achæorum recepit: simul classem punicam, ut mari quoque aliquid posset, accitam, ibi ratus se inuenturum. Paucis ante diebus in Phoceas traiecerant Pœni: inde portus Acarnanum petierant, cum ab Oreo profectum Attalum Romanosq; audissent, ueriti, ne in se iretur, & intra Rhium (fauces eæ sunt Corinthij sinus) opprimerentur. Philippus mœrebat quidem & angebatur, cum ad omnia ipse raptim issset, nulli tamen se rei in tempore occurrisse, & rapientem omnia ex oculis eluisse celeritatem suam fortunam. In concilio tamen dissimulans ægritudinē, elato animo disseruit: testatus deos hominesq;, se nulli loco nec tempori defuisse, quin ubi hostium arma concrepuissent, eò quanta maxima posset celeritate tenderet. sed uix rationem inire posse, utrum ab se audacius, an fugacius ab hostibus geratur bellum. sic ab Opunte Attalum, sic Sulpicium Chalcide, sic his ipsis diebus Machanidam è manibus suis elapsam. Sed nō semper felicem esse fugam: nec pro difficili id bellum habendum, in quo, si modo congressus cum hoste sis, uiceris. quod primum esset, cōfessionem se hostium habere, nequaquam parces esse eos. breui & uictoriam haud dubiam habiturum: nec meliore euentu eos secum, quàm spe pugnatos. Læti regem socij audierunt. Reddidit inde Achæis Eream, & Triphyliam. Alipheram autem Megalopolitis, quod suorū fuisse finium satis probabant, restituit. inde nauibus acceptis ab Achæis (erant autem tres quadriremes, & biremes totidem) Anticyram traiecit. inde quinqueremibus septem, & lembis uiginti amplius, quos, ut adiungeret Carthaginensium classi, miserat in Corinthiū sinum, profectus ad Erythras Aetolorum, quæ prope Eupaliū sunt, excensionem fecit. Haud fefellit Aetolos. nam hominum quod aut in agris, aut in propinquis castellis Potidaniæ ac Apolloniæ fuit, in syluas montesq; refugit. Pecora, quæ inter festinationem abigi nequiuierant, sunt direpta, & in naues compulsa.

Cum his, cæteraq; præda Nicia prætor Achæorum Aegium misso, cum Corinthum petisset, pedestres inde copias per Bœotiam terra duci iussit. ipse à Cenchræis præter Atticem super Sunium nauigans inter medias propè hostium classes Chalcidem peruenit. inde collaudata fide ac uirtute, quod neq; timor neq; spes flexissent eorum animos, hortatusq; in posterum, ut eadem constantia permanerent in societate, si suam quàm Oreanorum atq; Opuntiorum fortunam mallèt, ab Chalcide Oream nauigat. principumq; ips, qui fugere capta urbe quàm se Romanis tradere maluerant, summa rerum & custodia urbis permilla, ipse Demetriadem ab Eubœa, unde primo ad opem ferendam socijs profectus erat, traiecit. Casandreæ deinde centum nauium longarum carinis positis, contractaq; ad effectum eius operis multitudine fabricorum naualium, quia res in Græcia tranquillas & profectio Attali fecerat, & in tempore laborantibus socijs latum ab se auxilium, retro in regnum concessit, ut Dardanis bellum inferret. Extremo ætatis eius, qua hæc in Græcia sunt gesta, cum Q. Fabius Maximus prætor legatus ab M. Liuius consule Romam ad senatum missus nuntiaisset, cõsulem satis præsidij Galliæ prouinciæ credere L. Porcium cum suis legionibus esse, decedere se inde, ac deduci exercitum consularem posse: patres non M. Liuium tantum redire ad urbem, sed collegam quoque eius C. Claudium iusserunt. Id modo in decreto interfuit, quod M. Liuij exercitum reduci, Neronis legiones Annibali oppositas manere in prouincia iusserunt. Inter consules ita per literas conuenit, ut quemadmodum uno animo rempublicam gessissent: ita, quanquam ex diuersis regionibus cõuenirent, uno tempore ad urbem accederent. Præneste qui prior uenisset, collegam ibi opperiri iussus. Forte ita euenit, ut eodem die ambo Præneste uenirent. inde præmissis edicto, ut triduo post frequens senatus ad ædem Bellonæ adesset, omni multitudine obuiam effusa ad urbem accessere. Non salutabant modo uniuersi, sed contingere pro se quisque uictrices dextras consulum cupientes, alij gratulabantur, alij gratias agebant, quod corû opera incolumis respublica esset. In senatu cum more omnium imperatorum expositis rebus ab se gestis postulassent, ut pro republica fortiter fideliterq; administrata, & dijs immortalibus haberetur honos, & ipsis triumphantibus urbem inire liceret: se uero ea, quæ postularent, decernere patres merito deorum primum, dein secundum deos consulum, responderunt, & supplicatione amborum nomine, & triumpho utriq; decreto. Inter ipsos, ne, cum bellum communi animo gessissent, triumphum separarent, ita conuenit: quoniam in prouincia M. Liuij res gesta esset, & eo die, quo pugnatum foret, eius forte auspiciu fuisse: exercitus Liuianus deductus Romam uenisset, Neronis de prouincia deduci non potuisset: ut M. Liuium quadrigis urbem incuntẽ milites sequerentur, C. Claudius equo sine militibus inueheretur. Ita consociatus triumphus, cum utriq; tum magis ei, qui quantum merito anteibat, tantum honore collegæ cesserat, gloriam auxit. Illum equitem aiebant sex dierum spatio transcurrisse longitudinem Italiæ: & eo die cum Asdrubale in Gallia signis collatis pugnasse, quo eum castra aduersus sese in Apulia posita habere Annibal credidisset. ita unum consulem pro utraq; parte Italiæ aduersus duos duces, duos imperatores, hinc consiliu suum, hinc corpus opposuisse. nomen Neronis satis fuisse ad continendum castris Annibalem: Asdrubalem uero qua alia re, quàm aduentu eius obrutum, atq; extinctum esse? Itaque iret alter consul sublimis currum multijugis, si uellet, equis, uno equo per urbem uerum triumphum uehi: Neronemq; etiam si pedes incedat, uel parta eo bello, uel spreta eo triumpho gloria, memorabilem fore. Hi sermones spectantium Neronem usque in Capitolium profecti sunt. Pecuniæ in ararium tulerunt sestertium tricies octoginta millia æris. militibus M. Liuius quinquagenos fenos asses diuisit. tantundem C. Claudius absentibus militibus suis est pollicitus, cum ad exercitum redisset. Notatum, eo die plura carmina militaribus iocis in C. Claudium, quàm in consulem suum iactata. equites L. Veturium, & Q. Cæciliu legatos magnis tulisse laudibus: hortatosq; esse plebem, ut eos consules in proximum annum crearent. adiecisse equitum prærogatiuæ auctoritatem consules, postero die in contione, quàm forti fideliq; duorum præcipue legatorum opera usi essent, commemorantes. Cum comitorum tempus appeteret, & per dictatorem comitia haberi placuisset, C. Claudius consul M. Liuium collegam dictatorem dixit, Liuius Q. Cæcilium

Q. Cæciliū magistrum equitum. A. M. Liviō dictatore creati consules L. Veturius, Q. Cæcilius, is ipse, qui tum erat magister equitum. Inde prætorum comitia habita. Creati C. Seruilius, M. Cæcilius Metellus, T. Claudius Asellus, Q. Manlius Thurinus, qui tum ædilis plebis erat. Comitibus perfectis, dictator magistratu abdicato, dimissoq; exercitu, in Hetruriam prouinciam ex se est profectus ad quæstiones habendas, qui Hetruscorum Vmbrorumue populi defectionis ab Romanis ad Asdrubalem sub aduentū eius consilia agitassent, quiq; cum auxilijs, aut com meatu, aut ope aliqua iuuisent. Hæc eō anno domi, militiæq; gesta. Ludi Romani ter toti instaurati ab ædilibus curulibus Cn. Seruilio Cepione, Ser. Cornelio Lentulo. Item ludi plebeijs semel toti instaurati ab ædilibus plebis M. Pomponio Mathone, & Q. Manlio Thurino. Tertiodecimo anno Punici belli, L. Veturio Philone, & Q. Cæcilio Metello consulibus; Brutijs ambobus, ut cum Annibale bellū gererent, prouincia decreta. Prætores exinde sortiti sunt, M. Cæcilius Metellus urbanam, Q. Manlius peregrinam, C. Seruilius Siciliam, T. Claudius Sardiniam. Exercitus ita diuisi: consulum alteri, quem C. Claudius prioris anni consul, alteri, quem Q. Claudius proprætor (ex binæ legiones erant) habuisset exercitum. In Hetruria duas uolunū legiones à C. Terentio proconsule M. Liviū proconsul, cui prorogatum in annum imperium erat, acciperet. Et Q. Manlio, ut collegæ iurisdictione tradita, Galliam cum exercitu, cui L. Porcius proprætor præfuerat, obtineret, decretum est: iussusq; populari agros Gallorum, qui ad Pœnos sub aduentū Asdrubalis defecissent. C. Seruilio cum Cannensibus duabus legionibus, sicut P. Manlius tenuerat, Sicilia tuenda data. Ex Sardinia uetus exercitus, cui A. Hostilius præfuerat, deportatus. nouam legionem, quam T. Claudius traiceret secum, consules conscripserunt. Q. Claudio, ut Tarentum, C. Hostilio Tubulo, ut Capuam prouinciam haberet, prorogatum in annum imperium est. M. Valerius proconsul, qui tuendæ circa Siciliam maritimæ oræ præfuerat, xxx nauibus C. Seruilio traditis, cum cætera omni classe redire ad urbem iussus. In ciuitate tanto discrimine belli sollicita, cum omnium secundorum aduersorumq; causas in deos uerterent, multa prodigia nuntiabantur. Tarracinae Iouis ædem, Satrici matris Matutæ de cælo tactam. Satricanos haud minus terrebant in ædem Iouis foribus ipsis duo prolapsi angues. Ab Antio nuntiatum est, cruentas spicas merentibus uisas esse. Cære porcus biceps, & agnus mas idemq; fœmina natus erat. Et Albæ duos soles uisos referebant, & nocte Fregellis lucem obortam. Et bos in agro Romano locutus, & ara Neptuni multo sudore manasse in circo Flaminio dicebatur, & ædes Cereris, Salutis, Quirini de cælo tacte. Prodigia consules hostijs maioribus procurare iussi, & supplicationem unum diem habere. Ea ex senatusconsulto facta. Plus omnibus aut nuntiatis peregre, aut uisis domi prodigijs, terruit animos hominum ignis in æde Vestæ extinctus, ob quam causam cæsa flagro est Vestalis, cuius custodia noctis eius fuerat, iussu P. Licinij pontificis. Id quamquam nihil portendentibus deis, cæterum negligentia humana acciderat, tamen & hostijs maioribus procurari, & supplicationem ad Vestæ haberi placuit. Priusquam proficiscerentur consules ad bellum, admoniti ab senatu sunt, ut in agros reducendæ plebis curam haberent, deum benignitate summotum bellum ab urbe Roma, & Latio esse. & posse sine metu in agris habitari. minime conuenire, Sicilia, quam Italia, colendæ maiorem curam esse. Sed res haudquaquam erat populo facilis, & liberis cultoribus bello absumptis, & inopia seruitiorū, & pecore direpto, uillisq; dirutis aut incensis: magna tamen pars autoritate consulum compulsa in agros remigrauit. Mouerant autem huiusce rei mentionem Placentinorū & Cremonensium legati, querentes, agrum suum ab accolis Gallis incurfari ac uastari: magnamq; partem colonorū suorum dilapsam esse: & infrequentes se urbes, agrum uastum ac desertum habere. Manlio prætori mandatum, ut colonias ab hoste tueretur. Consules ex se edixerunt, ut qui ciues Cremonenses atq; Placentini essent, ante certam diem in colonias reuerterentur. principio deinde ueris & ipsi ad bellum profecti sunt. Q. Cæcilius consul exercitū ab C. Nerone, L. Veturius ab Q. Claudio proprætor accepit, nouisq; militibus, quos ipse conscripserat, suppleuit. In Consentinum agrum consules exercitum duxerūt, passimq; depopulati, cum agmen iam graue præda esset, in saltu angusto à Brutijs, iaculatoribusq; numidis turbati sunt,

ita ut non præda tantum, sed armati quoque in periculo fuerint. maior tamen tumultus, quam pugna fuit: & præmissa præda, incolumes legiones in loca culta euasere. inde in Lucanos profecti. Ea sine certamine tota gens in ditionem populi Romani redijt. Cum Annibale nihil eo anno rei gestum est. nam neque ipse se obtulit in tam recenti uulnere publico priuatoque, neque laceſierunt quietum Romani. tantam inesse uim, etsi omnia alia circa cum ruerent, in uno illo duce censebant. Ac nescio an mirabilior fuerit aduersis, quam secundis rebus. quippe qui, cum & in hostium terra per annos tredecim, tam procul ab domo, uaria fortuna bellum gereret exercitu non suo ciuili, sed misto ex colluione omnium gentium, quibus non lex, non mos, non lingua communis, alius habitus, alia uestis, alia arma, alij ritus, alia sacra, alij propè dij essent: ita quodam uno uinculo copulauerit eos, ut nulla nec inter ipsos, nec aduersus ducem se ditio extiterit, cum & pecunia sæpe in stipendium, & comæatus in hostium agro deessent: quorum inopia priore punico bello multa infanda inter duces, militesque commissa fuerant. Post Asdrubalis uero exercitum cum duce, in quibus spes omnis reposita uictoriæ fuerat, deletum, cedendoque in angulum brutium cætera Italia concessum, cui non uideatur mirabile, nullum motum in castris factum: nam ad cætera id quoque accesserat, ut ne alendi quidem exercitus, nisi ex brutio agro spes esset. qui ut omnis coleretur, exiguus tamen tanto alendo exercitui erat: tum magnam partem iuuentutis abstractam à cultu agrorum bellum occupauerat, & mos uitio etiam insitus genti inter latrocinia militiam exercendi. nec ab domo quicquam mittebatur, de Hispania retinenda sollicitis, tanquam omnia prospera in Italia essent. In Hispania res quadam ex parte eandem fortunam, quadam longe disparem habebant. eandem, quod prælio uicti Carthaginenses duce amisso in ultimam Hispaniæ oram usque ad Oceanum compulsi erant. disparem autem, quod Hispania non quam Italia modo, sed quam ulla pars terrarum bello reparando aptior erat locorum hominumque ingenijs. Itaque ergo prima Romanis inita prouinciarum, quæ quidem continentis sint, postrema omnium nostra demum ætate ductu, auspicioque Augusti Cæsaris perdomita est. Ibi tum Asdrubal Gisgonis filius, maximus clarissimusque eo bello secundum Barchinos dux, regressus ab Gadibus, rebellandi spe adiuuante Magonis Amilcaris filio, delectibus per ulteriorem Hispaniam habitis, ad quinquaginta millia peditum, & quatuor millia & quingentos equites armauit. De equestribus copijs fermè inter autores conuenit. peditum LXX millia quidam adducta ad Silpiam urbem scribunt. Ibi super campos patentes duo duces pœni ea mente, ne detrectarent certamen, confederunt. Scipio, cum ad eum fama tanti comparati exercitus perlata esset, neque Romanis legionibus tantæ se parem multitudini ratus, ut non in speciem saltim opponerentur barbarorum auxilia: neque in ijs tamen tantum uirium ponendum, ut mutando fidem, quæ cladis causa fuisset patri patruoque, magnum momentum facerent: præmissis Syllano ad Colcam duodetriginta oppidis regnantem, ut equites peditesque ab eo, quos se per hyemem conscripturum pollicitus erat, acciperet: ipse à Tarracone profectus, protinus ab socijs, qui accolunt uiam, modica contrahendo auxilia, Castulonem peruenit. Eò adducta ab Syllano auxilia, tria millia peditum, & quingenti equites. Inde ad Betulam urbem processum cum omni exercitu ciuium, sociorum, peditum equitumque V & XL millibus. Castra ponenteis eos Mago & Masaniſsa cum omni equitatu aggressi sunt. turbassentque munientes, ni abditi post tumultum, opportune ad id positi ab Scipione equites improviso in effulos incurrissent. Hi promptissimum quenque, & proxime uallum, atque in ipsos munitores primum inuictum uix dum prælio inito fuderunt. cum cæteris, qui sub signis atque ordine agminis incesſerant, longior & diu ambigua pugna fuit. sed cum ab stationibus primum expeditæ cohortes, deinde ex opere deducti milites, atque arma capere iussi plures & usque integri fessis subirent, magnumque iam agmen armatorum à castris in prælium rueret, terga haud dubie uertunt Pœni Numidæque. Et primo turmatim abibant, nihil propter pauorem, festinationem uel confusis ordinibus: dein postquam acrius ultimis incidebat Romanus, neque sustineri impetus poterat, nihil iam ordinum memores, passim quæ cuique proximum fuit, in fugam effunduntur. Et quanquam eo prælio aliquantum & Romanis aucti, & diminuti hostibus animi erant: tamen nunquam per aliquot insequentis dies

dies ab excursionibus equitum levisq; armaturæ cessatum est. Vbi satis tentatæ per hæc leuia certamina uires sunt, prior Asdrubal in aciem copias eduxit, deinde & Romani processere. sed utraq; acies pro uallo stetit instructa. & cum ab neutris pugna cœpta esset, iam die ad occasum inclinante, à Pœno prius, deinde ab Romano in castra copiarum reductæ. Hoc idem per dies aliquot factum. prior semper Pœnus copias castris educebat, prior fessis stando signum receptui dabat. ab neutra parte procursum, telum uel missum, aut uox ulla orta. mediam aciem hinc Romani, illinc Carthaginenses misti Afris: cornua socij tenebant. erant autem utrinque Hispani pro cornibus. ante Punicam aciem elephantum castellorum procul speciem præbebant. Iam hoc in utrisque castris sermonis erat, ita ut instructi stetissent, pugnaturus. medias acies, Romanum Pœnumq; quos inter belli causa esset, pari robore animorum armorumq; concursurus. Scipio ubi hæc obstinate credita animaduertit, omnia de industria in eum diem, quo pugnaturus erat, mutauit. Tesseram uesperis per castra dedit, ut ante lucem uiri equiq; pransi essent, armatus eques frenatos stratosq; teneret equos. Vix dum satis certa luce equitatum omnem cum leui armatura in stationes punicas immisit. inde confestim ipse cum graui agmine legionum procedit, præter opinionem destinatam suorum hostiumq; Romano milite cornibus firmatis, socijs in mediam aciem acceptis. Asdrubal clamore equitum excitatus ut ex tabernaculo profiluit, tumultumq; ante uallum, & trepidationem suorum, & procul signa legionum fulgentia, plenosq; hostium campos uidit, equitatum omnem extemplo in equites emit. ipse cum peditum agmine castris egreditur: nec ex ordine solito quicquam acie instruenda mutat. Equitum iam diu anceps pugna erat: nec ipsa per se decerni poterat, quia pulsis (quod propè inuicem fiebat) in aciem peditum tutus receptus erat. sed ubi iam haud plus quingentos passus acies inter sese aberant, signo receptui dato Scipio, patefactisq; ordinibus, equitatum omnem leuemq; armaturam in medium acceptam, diuisamq; in partes duas in subsidijs post cornua locat. inde ubi incipiendæ iam pugnae tempus erat, Hispanos (ea media acies fuit) presso gradu incedere iubet. ipse è dextro cornu (ibi nanq; præerat) nuntium ad Syllanum & Martium mittit, ut cornu extenderent in sinistra parte, quemadmodum se tendentem à dextra uidissent, & cum expeditis peditum, equitumq; prius pugnam conferrent cum hoste, quàm coire inter se mediæ acies possent. Ita diductis cornibus cum ternis peditum cohortibus, ternisq; equitum turmis, ad hoc uelitibus, citato gradu in hostem ducebant, sequentibus in obliquum alijs. Sinus in medio erat, quia segnius Hispanorū signa incedebant. & iam conflixerant cornua, cum, quod roboris in acie hostium erat, Pœni ueterani, Africq; nondum ad teli coniectum uenissent, neq; in cornua, ut adiuuarent pugnantem, discurrere auderent, ne aperirent mediam aciem uenienti ex aduerso hosti. Cornua ancipiti prælio urgebantur. eques, leuisq; armatura, & uelites circumductis alis in latera incurrebant, cohortes à fronte urgebant, ut abrumperent cornua à cætera acie. Et cum ab omni parte haudquaquam par pugna erat, tum quod turba Balearium, tyronumq; Hispanorum Romano Latinoq; militi obiecta erat. procedente iam die uires etiam deficere Asdrubalis exercitum cœperant, oppressos matutino tumultu, coactosq; priusquam cibo corpora firmarent raptim in aciem exire. Ad id sedulo diem extraxerat Scipio, ut sera pugna esset. nam ab septima demum hora peditum signa cornibus concurrerunt. ad medias acies aliquanto serius peruenit pugna, ita ut prius estus à meridiano sole, laborq; standi sub armis, & simul fames sitisq; corpora afficerent, quàm manus cum hoste conferrent. itaq; steterunt scutis innixi. nam super cætera elephantum etiam, tumultuoso genere pugnae equitum uelitemq; & leuis armaturæ consternati, è cornibus in mediam aciem sese intulerāt. Fessi igitur corporibus animisq; retulere pedem, ordines tamen seruantes haud secus, quàm si imperio ducis cederet integra acies. Sed cum eo ipso acrius, ubi inclinatum sensere, uictores se undique inueherent, nec facile impetus sustineri posset: quamquam retinebat obstitabatq; cedentibus Asdrubal, ab tergo esse colleis tutumq; receptum, si modice se reciperent, clamitans: tamen uincente uerecundiam metu, cum proximus quisque hostem cæderet, terga extemplo data, atq; in fugam sese omnes effuderunt. Ac primo consistere signa in radicibus collium, ac reuocare in ordines militem cœperant, cunctantibus in ad-

uersum collem erigere aciem Romanis. deinde ut inferri impigre signa uiderunt, integrata fuga, in castra pauidi compelluntur. Nec procul uallo Romanus aberat. cepissetque tanto impetu castra, nisi ex uehementi sole, qualis inter graues imbre nubes effulget, tanta uis aquae deiecta esset, ut uix in castra sua reciperent se uictores. quosdam etiam religio ceperat, ulterius quicquam eo die conandi. Carthaginenses, quanquam fessos labore, ac uulneribus, nox imberque ad necessariam quietem uocabat: tamen quia metus & periculum cessandi non dabat tempus, prima luce oppugnaturis hostibus castra, saxis undique circa ex propinquis uallibus congestis augent uallum, munimento sese, quando in armis parum praesidij foret, defensuri. Sed transitio sociorum, fuga ut tutior mora uideretur, fecit. principium defectionis ab Attane regulo Turdetanorum factum est. is cum magna popularium manu transfugit. inde duo munita oppida cum praesidijs tradita a praefectis Romano. Et ne latius, inclinatis semel ad defectionem animis serperet res, silentio proximae noctis Asdrubal castra mouet. Scipio, ut prima luce qui in stationibus erant retulerunt, profectos hostes, praemisso equitatu signa ferri iubet. adeoque citato agmine ducti sunt, ut si uia recta uestigia sequentes essent, haud dubie assecuturi fuerint. ducibus est creditum, breuius aliud esse iter ad Betim fluuium, ut transeuntes aggredierentur. Asdrubal clauso transitu fluminis ad Oceanum flectit. & iam inde fugientium modo effusi abibant, idque aliquantum ab legionibus Romanis interualli fecit. eques, leuisque armatura nunc ab tergo, nunc ab lateribus occurrendo, fatigabat morabaturque. sed cum ad crebros tumultus signa consisterent, & nunc equestria, nunc cum uelitibus auxiliisque peditum praelia confererent, superuenerunt legiones. Inde non iam pugna, sed trucidatio uelut pecorum fieri, donec ipse dux fugae autor in proximos colles cum septem millibus ferme semeruium euasit. caeteri caesi captique. castra tumultuaria raptim Poeni tumulto editissimo communierunt: atque inde, cum hostes nequicquam subire iniquo ascensu conati essent, haud difficulter sese tutati sunt. sed obsidio in loco nudo atque inopi uix in paucos dies tolerabilis erat. itaque transitiones ad hostem fiebant. postremo ipse dux nauibus acceptis (nec procul inde aberat mare) nocte relicto exercitu Gadeis perfugit. Scipio fuga ducis hostium audita, decem millia peditum, mille equites relinquit Syllano ad castrorum obsidionem. ipse cum caeteris copijs, septuagesimis castris, protinus cauis regularum ciuitatumque cognoscendis, ut praemia ad ueram meritorum aestimationem tribui possent, Tarraconem rediit. Post profectionem eius Masanissa cum Syllano clam congressus, ut ad noua consilia gentem quoque suam obedientem haberet, cum paucis popularibus in Africam traiecit, non tam euidenti eo tempore subita mutationis causa, quam documento post id tempus constantissimae ad ultimam senectam fidei, ne tum quidem cum sine probabili causa fecisse. Mago inde remisit ab Asdrubale nauibus, Gades petit. Caeteri deserti ab ducibus, pars transitione, pars fuga dissipati per proximas ciuitates sunt, nulla manus numero aut uiribus insignis. Hoc maxime modo ductu atque auspicio P. Scipionis pulsi Hispania Carthaginenses sunt, quartodecimo anno post bellum initum, quinto postquam P. Scipio prouinciam, & exercitum accepit. Haud multo post Syllanus debellatum referens, Tarraconem ad Scipionem rediit. L. Scipio cum multis nobilibus captiuis nuntius recepta Hispaniae Romam est missus. Et cum caeteri laetitia gloriaque ingenti eam rem uulgo ferrent, unus qui gesserat, inexplebilis uirtutis ueraeque laudis, paruum instar eorum, quae ipse ac magnitudine animi concepisset, receptas Hispanias ducebat. iam Africam magnamque Carthaginem, & in suum decus nomenque uelut consumatam eius belli gloriam spectabat. Itaque praemoliendas ibi ratus iam res, conciliandosque regum gentiumque animos, Syphacem primum regem statuit tentare. Masafulorum is rex erat. Masafuli gens affinis Mauris, regionem Hispaniae, maxime qua sita Noua Carthago est, spectant. Foedus ea tempestate regi cum Carthaginensibus erat. quod haud grauius ci sanctiusque, quam uulgo barbaris, quibus ex fortuna pendet fides, ratus fore, oratorem ad eum C. Laelium cum donis mittit. Quibus barbarus laetus, & quia res tum prospera ubique Romanis, Poenis in Italia aduersa, in Hispania nullae iam erant, amicitiam se Romanorum accipere annuit. firmandae eius fidem nec dare, nec accipere, nisi cum ipso coram duce Romano. Ita Laelius in id modo

modo fide ab rege accepta, tutum aduentū fore, ad Scipionem redijt. Magnum in omnia momentum Syphax affectanti res Africæ erat, opulentissimus eius terræ rex, bello iam expertus ipsos Carthaginienses, finibus etiam regni apte ad Hispaniam, quod freato exiguo dirimuntur, positis. Dignam itaque rem Scipio ratus, quæ, quoniam non aliter posset, magno periculo peteretur: L. Martio Tarracone, M. Syllano Carthagine Noua, quò pedibus ab Tarracone itineribus magnis ierat, ad præsidium Hispaniæ relictis: ipse cum C. Lælio duabus quinqueremibus ab Carthagine profectus tranquillo mari plurimum remis, interdum & leni iuuante uento in Africam traiecit. Forte ita incidit, ut eo ipso tempore Asdrubal pulsus Hispania septem triribus portum inuectus, anchoris positis terræ applicaret naues: cum conspexit duæ quinqueremes haud cuiquam dubio, quin hostium essent, opprimiç & pluribus, priusquam portum intrarent, possent, nihil aliud quàm tumultum ac trepidationem simul militum ac nauarum, nequicquam armaç & naues expedientium, fecerunt, percussa enim ex alto uela paulo acriori uento prius in portum intulerūt quinqueremes, quàm Pœni anchoras molirentur. nec ultra tumultum agere quis quicquam in regio portu audebat. Itaque prior in terram Asdrubal, mox Scipio & Lælius egressi ad regem pergunt. Magnificūque id Syphaci (nec erat aliter) uisum, duorum opulentissimorū ea tempestate duces populorum uno die suam pacem amicitiamç petentis uenisse. Vtrunque in hospitium inuitat. & quoniam fors eos sub uno tecto esse, atq; ad eosdem penates uoluisset, contrahere in colloquium dirimendarum simultatum causa est conatus: Scipione abnuente, aut priuatim sibi ullum cum Pœno odium esse, quod colloquendo finiret: aut de republica se quicquam cum hoste agere iniussu senatus posse. Illud magnopere contendente rege, ne alter hospitem exclusus mensa uideretur, ut in animum induceret ad eandem uenire epulas, haud abnuuit. cœnatumç simul apud regem est. eodem etiam lecto Scipio atq; Asdrubal, quia ita cordi erat regi, accubuerūt. Tanta autem inerat comitas Scipioni, atq; ad omnia naturalis ingenij dexteritas, ut non Syphacem modo barbarum, insuetumç moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum facunde alloquendo sibi conciliarit. mirabilioremç sibi cum congresso coram uisum præ se fe rebat, quàm bello rebus gestis. nec dubitare, quin Syphax, regnumç eius in Romanorum esset potestate. eam artem illi uiro ad conciliandos animos esse. Itaque non quo modo Hispania amissa sit, quærendum magis Carthaginiensibus esse, quàm quo modo Africam retineant, cogitandum. Non peregrinabundū, neq; circa amœnas oras uagantem tantum ducem Romanum, relictæ prouincia nouæ ditiois, relictis exercitibus, duabus nauibus in Africam traiecisse, & commisisse sese in hostilem terram, in potestatem regiam, in fidem inexpertam, sed potiundæ Africæ spem affectantem. hoc cum iam pridem uolutare in animo, hoc palam fremere, quod non quemadmodum Annibal in Italia, sic Scipio in Africa bellum gereret. Scipio foedere iccto cum Syphace, profectus ex Africa, dubijsç & plerumq; sauis in alto iactatus uentis, die quarto Nouæ Carthaginis portum tenuit. Hispaniæ sicut à bello Punico quietæ erant, ita quasdam ciuitates propter conscientiam culpæ metu magis quàm fide quietas esse apparebat: quarum maxime insignes & magnitudine & noxa, Illiturgi & Castulo erant. Castulonenses cum prosperis rebus locij fuissent, post cæsos cum exercitibus Scipiones defecerant ad Pœnos. Illiturgitani prodendis, qui ex illa clade ad eos perfugerant, interficendisç, scelus etiam defectioni addiderant. In eos populos primo aduentu, cum dubia Hispaniæ essent, merito magis quàm utiliter sauitum foret. tunc iam tranquillibus rebus, quia tempus expetendæ pœnæ uidebatur uenisse, accitum ab Tarracone L. Martium cum tertia parte copiarum ad Castulonem oppugnandum mittit. ipse cum cætero exercitu quintis fermè ad Illiturgim castris peruenit. Clausæ erant portæ, omniâque instructa, & parata ad oppugnationem arcendam. adeo conscientia, quid se meritos scirent, pro indicto eis bello fuerat. Hinc & hortari milites Scipio orsus est. Ipsos claudendo portas indicasse Hispanos, quid ut timerent meriti essent. itaq; multo infestioribus animis cū eis, quàm cū Carthaginiensibus bellum gerendum esse. quippe cum illis propè sine ira de imperio & gloria certari: ab ijs perfidiæ & crudelitatis & sceleris pœnas expetendas esse. uenisse tempus, quo & nefandam commilitonum

necem, & in semetipsos, si eodem fuga delati forent, instructam fraudem ulciscerentur: & in omne tempus graui documento sancirent, ne quis unquam Romanum ciuem, militem ue in ulla fortuna opportunum iniuriæ duceret. Ab hac exhortatione ducis incitati scalas electis per manipulos uiris diuidunt. partito exercitu, ita ut parti alteri Lælius præfesset legatus, duobus simul locis ancipiti terrore urbem aggrediuntur. Non dux unus, aut plures principes oppidanos, sed suus ipsorum ex conscientia culpæ metus ad defendendam impigre urbem hortatur, & meminerant, & admonebant alios supplicium ex se, non uictoriam peti: ubi quisque mortem oppeteret, id referre: utrum in pugna & in acie, ubi mars communis & uictum sæpe erigeret & affligeret uictorem: an postmodum cremata & diruta urbe ante ora captarum coniugum liberorumque inter uerba & uincula, omnia fœda atque indigna passim expirarent. Igitur non militaris modo ætas, aut uiri tantum, sed fœminæ quoque puerique supra animi corporisque uires adsunt: propugnantibus tela ministrant, saxa in muros munientibus gerunt. non libertas solum agebatur, quæ uirorum fortium tantum pectora acuit: sed ultima omnibus supplicia, & fœda mors ob oculos erat. accendebantur animi & certamine laboris ac periculi, atque ipso inter se conspectu. Itaque tanto ardore certamen initum est, ut domitor ille totius Hispaniæ exercitus ab unius oppidi iuuentute sæpe repulsus à muris haud satis decoro prælio trepidarit. Id ubi uidit Scipio: ueritus ne uanis tot conatibus suorum hostibus cresceret animus, & segnior miles fieret: sibi met conandum ac partem periculi capeffendam esse ratus, increpuit ignauia militum, ferri scalas iubet: seipsum, si cæteri cunctentur ascensurum minatur. Iam subierat haud mediocri periculo mcenia, cum clamor undique ab sollicitis uicem imperatoris militibus sublatus: scalæque multis simul partibus erigi cœptæ. Et ex altera parte Lælius institit. Tum uicta oppidanorum uis, deiectionisque propugnantibus occupantur muri. arx etiam ab ea parte, quæ inexpugnabilis uidebatur, inter tumultum capta est. Transfuge Afri, qui tum inter auxilia Romana erant, & oppidanis in ea tuenda, unde periculum uidebatur uersis, & Romanis subeuntibus quæ adire poterant: conspexerunt edirissimam urbis partem, quia rupe præalta tegebatur, neque opere ullo munitam, & ab defensoribus uacua. leuium corporum homines, & multa exercitatione pernicium, clauos secum ferreos portantes, quæ per inæqualiter eminentia rupis poterant, scandunt. sicubi nimis arduum, & leue saxum occurrebat: clauos per modica interualla figentes, cum uelut gradus fecissent: primi insequentes extrahentes manu, postremi subleuant eos, qui præ se irent: in summum euadunt. inde decurrunt cum clamore in urbem iam captam ab Romanis. Tum uero apparuit ab ira, & ab odio urbem oppugnatam esse. nemo capiendi uiuos, nemo patentibus ad direptionem omnibus, prædæ memor est. trucidant inermes iuxta atque armatos, fœminas pariter ac uiros: usque ad infantium cædem ira crudelis peruenit. ignem deinde tectis iniiciunt, ac diruunt quæ incendio absumi nequeunt. adeo uestigia quoque urbis extinguere, ac delere memoriam hostium sedis cordi est. Castulonem inde Scipio exercitum ducit. quam urbem non Hispani modo conueniunt, sed punici etiam exercitus è dissipata passim fuga reliquiæ tutabantur. sed aduentum Scipionis præuenerat fama cladis Illiturgitanorum: terrorque inde ac desperatio inuaserat, & in diuersis causis cum sibi quisque consultum sine alterius respectu uellet, primo tacita suspicio, deinde aperta discordia secessionem inter Carthaginenses, atque Hispanos fecit. His Cerdubellus propalæm deditiois autor, Himilco punicis auxiliaribus præerat: quos urbemque, clam fide accepta, Cerdubellus Romano prodit. Mitior ea uictoria fuit. nec tantumdem noxæ admissum erat, & aliquantum iræ lenierat uoluntaria deditio. Martius inde in barbaros, si qui nondum perdomiti erant, sub ius, ditionemque redigendos missus. Scipio Carthaginem ad uota soluenda diis, munusque gladiatorium, quod mortis causa patris patrique parauerat, edendum redijt. Gladiatorium spectaculum fuit non ex eo genere hominum, ex quo lanistis comparare mos est, seruatorum delectu ac libertorum, qui uenalem sanguinem habent. uoluntaria omnis & gratuita opera pugnantium fuit. nam alij missi ab regulis sunt ad specimen insitæ genti uirtutis ostendendum, alij ipsi professi se pugnuros in gratiam ducis, alios æmulatione & certamen, ut prouocarent prouocati que haud abnuerent, traxit. quidam quas disceptatione controuersias

controuersias finire nequuerant, aut noluerant, pacto inter se, ut uictorem res sequeretur, ferro decreuerunt. Neq; obscuro generis homines, sed clari illustresq; Corbis, & Orsua, patruales fratres, de principatu ciuitatis, quam Ibern uocabant, ambigentes, ferro se certaturos professi sunt. Corbis maior erat ætate. Orsua pater princeps proxime fuerat, à fratre maiore post mortem eius principatu accepto. Cum uerbis disceptare Scipio uellet, ac sedare iras, negatum id ambo dicere communibus cognatis: nec alium deorū hominum ue, quàm Martem se iudicem habituros esse. Robore maior, minor flore ætatis ferox, mortem in certamine, quàm ut alter alterius imperio subijceretur, præoptantes, quod ab tanta rabie dirimi nequirent, insigni spectaculum exercitui præbuere, documentumq; quantum cupiditas imperij malum inter mortales esset. Maior usu armorum & astu facile stolidas uires minoris superauit. Huic gladiatorum spectaculo ludi funebres additi pro copia, & prouinciali, & castrensi apparatu.

Res interim nihilo minus ab legatis gerebantur. Martius superato Bæte amni, quem incolæ Cirtium appellant, duas opulentas ciuitates sine certamine in deditioem accipit. Astapa urbs erat, Carthaginensium semper partis: neq; id tam dignum ira erat, quàm quod extra necessitates belli præcipuum in Romanos gerebant odium. nec urbem aut situ, aut munimento tutam habebant, quæ ferociore ijs animos faceret. sed ingenia incolarum latrocinio læta, ut excursions in finitimum agrum sociorum populi Romani facerent, impulerant, & uagos milites Romanos, lixasq; aut mercatores exciperent. magnum etiam comitatum, quia paucis parum tutum fuerat, transgredientem fines positus insidijs circumuentum iniquo loco interfecerant. Ad hanc urbem oppugnandam cum admotus exercitus esset, oppidani conscientia scelerum, quia nec deditio tuta ad tam infestos uidebatur: nec spes mœnibus aut armis tuendæ salutis erat, facinus in se ac suos fœdum ac ferum consciscunt. Locum in foro destinant, quò pretiosissima rerum suarum congererent. super eum cumulum coniuges ac liberos considere cum iussissent, ligna circa extruunt, fascesq; uirgultorum coniiciunt. quinquaginta deinde armatis iuuenibus præcipiunt, ut donec incertus euentus pugnae esset, præsidium eo loco fortunarum suarum, corporumq; quæ cariora fortunis essent, seruarent. si rem inclinam uiderent, atque in eo iam esse ut urbs caperetur: scirent, omnes, quos cunctes in prælium cernerent, mortem in ipsa pugna obituros. illos se per deos superos inferosq; orare, ut memores libertatis, quæ illo die aut morte honesta, aut seruitute infami finienda esset, nihil relinquerent in quod scuire iratus hostis posset. ferrum, ignemq; in manibus esse. amicæ, ac fideles potius ea, quæ peritura forent, absumerent manus, quàm insultarent superbo ludibrio hostes. His adhortationibus execratio dira adiecta, si quæ à proposito spes mollicia ue animi flexisset. inde concitato agmine patentibus portis ingenti cum tumultu erumpunt. Neq; erat ulla satis firma statio opposita, quia nihil minus, quàm ut egredi mœnibus auderent, timeri poterat. perpaucæ equitum turmae, leuisq; armatura repente è castris ad idipsum emissa occurrit. Acrior impetu atq; animis, quàm compositior ordine ullo pugna fuit. Itaq; pulsus eques, qui primum hosti se obtulerat, terrorem intulit leui armaturæ. pugnatumq; sub ipso uallo foret, ni robur legionum, perexiguo ad instruendum dato tempore, aciem direxisset. Ibi quoq; trepidatum parumper circa signa est, cum cæci furore in uulnera ac ferrum uicordi audacia ruerent. dein uetus miles aduersus temerarios impetus pertinax, cæde primorum insequentes suppressit. conatus paulo post ultro inferre pedem, ut neminem cedere, atq; obstinatos mori in uestigio quem que suo uidit: patefacta acie, quod ut facere posset, multitudo armatorum facile suppeditabat, cornua hostium amplexus in orbem pugnantes ad unum omnes occidit. Atque hæc tamen hostium iratorum, ac tum maxime dimicantium iure belli in armatos repugnantesq; edebantur. fœdior alia in urbe trucidatio erat: cum turbam fœminarum puerorumq; imbellem, inermem ciues sui cæderent, & in succensum rogam semianima pleraque iniicerent corpora, riuicq; sanguinis flammam orientem restinguerent: postremo ipsi cæde miseranda suorum fatigati cum armis medio incendio se iniecerunt. Iam cædi perpetratæ uictores Romani superueniunt. ac primo conspectu tam fœdæ rei mirabundi parumper obstupuerunt. dein cum aurum argentumq; cumulo rerum aliarum interfulgēs auuiditate ingenij humani rapere ex igne uellent

uellent, correpti alij flamma sunt, alij ambusti afflatu uaporis: cum receptus primis urgente ab tergo ingenti turba non esset. Ita Astapa sine præda militū ferro ignicq; absumpta est. Martius cæteris eius regionis metu in deditiōem acceptis, uictorem exercitum Carthaginem ad Scipionem reduxit. Per eos ipsos dies perfugæ à Gadibus uenerunt, pollicentes urbem, Punicumq; præsidium, quod in ea esset, & imperatorem præsidij cum classe prodituros esse. Mago ibi ex fuga substiterat: nauibusq; in Oceano collectis, aliquantum auxiliorum & trans fretum ex Africa ora, & ex proximis Hispaniæ locis per Hannonem præfectum coegerat. Fide accepta, dataq; perfugis, & Martius eò cum expeditis cohortibus, & Lælius cum septem triremibus, quinqueremi una est missus, ut terra maricq; communi consilio rem gererent. Scipio ipse graui morbo implicitus, grauiore tamen fama, cum ad id quisque quod audierat, insita hominibus libidine alendi de industria rumores, adijceret aliquid: prouinciā omnem, ac maxime longinqua eius turbauit: apparuitq; quantam excitatura molem uera fuisset clades, cum uanus rumor tantas procellas exciuisset. non socij in fide, non exercitus in officio mansit. Mandonius & Indibilis, quibus, quia regnum sibi Hispaniæ pulsus inde Carthaginensibus destinarant animis, nihil pro spe contigerat: concitatis popularibus, (Lacetani autem erant) & iuuentute Celtiberorum excitata, agrum Suefitanum Sederanumq; sociorum populi Romani hostiliter depopulati sunt. Ciuilis alius furor in castris ad Sucronem ortus. Octo ibi millia militum erant, præsidium gentibus quæ cis Iberum incolunt impositum. Motæ autem eorum mentes sunt non tum, cum primum de uita imperatoris dubij rumores allati sunt: sed iam ante, licentia ex diutino, ut sit, otio collecta: & non nihil, quod in hostico laxius raptis uis uiuere arctiores in pace res erant. Ac primo sermones tantum occulti ferebantur. si bellum in prouincia esset, quid sese inter pacatos facere: si debellatum iam & confecta prouincia esset, cur in Italiam non reuehi? Flagitatum quoque stipendium procacius, quàm ex more & modestia militari erat, & à custodibus probra in circumeuntes uigilias tribunos iacta: & noctu quidam prædatum in agrum circa pacatum ierant: postremo interdium, ac propalàm sine com meatu ab signis abibant. omnia libidine ac licentia militum, nihil instituto, ac disciplina militiæ, aut imperio eorum qui præerant, gerebatur. forma tamen Romanorum castrorum constabat una ea spe, quod tribunos ex cõtagine furoris haud expertes seditionis defectionisq; rati fore, & iura reddere in principijs sinebant, & signum ab eis petebant, & in stationes ac uigilias ordine ibant: & ut uim imperij abstulerant, ita speciem dicto parentium ultro ipsi imperantes seruabant. Erupit deinde seditio, postquam reprehendere, atq; improbare tribunos ea, quæ fierent, & conari obuiam ire, & propalàm abnuere furoris eorum se futuros socios, senserunt. Fugatis itaq; ex principijs, ac paulo post è castris tribunis, ad principes seditionis gregarios milites, C. Albiū Calenum, & C. Atrium Umbrum, delatum omnium consensu imperium est. qui nequaquam tribunicijs contenti ornamentis, insignia etiam summi imperij, falcēs securesq; atrectare ausi. neq; ijs uenit in mentem, suis tergis, suis ceruicibus uirgas illas securesq; imminere, quas ad metum aliorum præferrent. Mors Scipionis falsò credita occæcabat animos: sub cuius uulgatam iam famam non dubitabant totam Hispaniā arsuram bello. in eo tumultu & focijs pecunias imperari, & diripi propinquas urbes posse, & turbatis rebus, cum omnia omnes auderent, minus insignia fore quæ ipsi fecissent. Cum alios subinde recentes nuntios non mortis modo, sed etiam funeris expectarēt, neq; superueniret quisquam euanesceretq; temere ortus rumor: tum primi autores requiri cœpti, & subirascentes quoq;, ut credidisse potius temere, quàm finxisse rem talem uideri possent: destituti duces iam sua ipsi insignia, & pro uana imagine imperij quod gererent, ueram iustamq; mox in se uersuram potestatem exhorrebant. Stupenti ita seditioni cum uiuere primo, mox etiam ualere Scipionem, certi autores afferrent: tribuni militum septem, ab ipso Scipione missi superuenerunt. Ad quorum primum aduentum exasperati animi: mox ipsis placido sermone permulcentibus notos, cum quibus congressi erant, leniti sunt. circumeuntes enim tentoria primo, deinde in principijs prætorioq;, ubi sermones inter se serentiū circulos uidissent, alloquebantur: per cunctantes magis, quæ causa iræ consternationisq; subitæ foret, q̄ factū accusantes. Vulgo
stipendium

Stipendium nō datum ad diem iactabatur: & cum eodem tempore, quo scelus Illiturgitanum extitisset, post duorum imperatorum duorumq; exercituū stragem sua uirtute defensum nomen Romanum, ac retenta prouincia esset, Illiturgitanos pœnam noxæ meritam habere, suis recte factis gratiam qui exoluat nō esse. Talia querentes æqua orare, scēq; ea relatuos ad imperatorem respondebant. lætari, quod nihil tristius, nec insanabilius esset: & P. Scipionem deū benignitate, & rempublicam esse gratiæ referendæ. Scipionem bellis assuetum, ad seditionum procellas rudem, sollicitum habebat res, ne aut exercitus peccando, aut ipse puniendo modum excederet. in præsentia, ut cœpisset, leniter agi placuit, & missis circa stipendiarias ciuitates exactoribus, stipendij spem propinquam facere. Edictum subinde propositum, ut ad stipendium petendum cōuenirent Carthaginem, seu carptim partes, seu uniuerſi mallent.

Tranquillam seditionem iam per se languescentem repentina quies rebellantium Hispanorum fecit. redierant enim in fines omisso incepto Mandonius & Indibilis, postquam uiuere Scipionem allatum est, nec iam erat aut ciuis, aut externus, cū quo furorem suum consociarēt. omnia circumspectantes consilia nihil reliqui habebant, præter unum tutissimum à malis consilijs receptum, ut imperatoris uel iustæ iræ, uel non desperandę clementiæ sese committerent. etiam hostibus cum ignouisse, cum quibus ferro dimicasset. suam seditionem sine uulnere, sine sanguine fuisse: nec ipsam atrocem, nec atroci pœna dignam. ut ingenia humana sunt ad suam cuique leuandam culpam nimio plus facunda. Illa dubitatio erat, singulæ ne cohortes, an uniuerſi ad stipendium petendum irent. inclinauit eò sententia, quod tutius censebant, uniuerſos ire. Per eosdem dies, quibus hæc illi consultabant, consilium de ijs Carthagine erat: certabaturq; sententijs, utrum in autores tantum seditionis (erant autem hi numero haud plus quàm quinq; & triginta) animaduertetur, an plurium supplicio uindicanda tam fœdi exempli defectio magis quàm seditio esset. Vicit sententia lenior, ut unde orta culpa esset, ibi pœna consisteret. ad multitudinem castigationem satis esse. Concilio dimisso, ut id actum uideretur, expeditio aduersus Mandonium Indibilemq; edicitur exercitui, qui Carthagine erat, & ribaria dierū aliquot parare iubentur. tribunis septem, qui & antea Sucronem ad leniendam seditionem ierant, obuiam exercitui missis quina nomina principum seditionis edita sunt, ut eos per idoneos homines benigno uultu ac sermone in hospitium inuitatos, sopitosq; uino uincirent. Haud procul iam Carthagine aberant, cum ex obujs auditum, postero die omnem exercitum cum M. Syllano in Lacetanos proficisci, non metu modo omni, qui tacitus insidebat animis, liberauit eos, sed lætitiā ingentem fecit: quod magis habituri solum imperatorem, quàm ipsi futuri in potestate eius essent. Sub occasum solis urbem ingressi sunt, exercitumq; alterum parantem omnia ad iter uiderunt. Excepti sermonibus de industria compositis, lætū opportunumq; aduentum eorum imperatori esse, quod sub ipsam profectionem alterius exercitus uenissent: corpora curant. à tribunis sine ullo tumultu autores seditionis per idoneos homines inducti in hospitia, comprehensi ac uincti sunt. Vigilia quarta impedimenta exercitus, cui simulabatur iter, proficisci cœpere. sub lucem signa mota, & ad portam retentum agmen: custodesq; circa omnes portas missi, ne quis urbe egrederetur. Vocati deinde ad contionem qui pridie uenerant, ferociter in forum ad tribunal imperatoris, ut ultro territuri succlamationibus, concurrunt. Simul & imperator in tribunal conscendit, & reducti armati à portis inermi se contioni ab tergo circumfuderunt. tum omnis ferocia concidit, & (ut postea fatebantur) nihil æque eos terruit, quàm præter spem robur & color imperatoris, quē affectum uisuros crediderant, uultusq; qualem ne in acie quidem aiebant meminisse. Sedit tacitus paulisper, donec nuntiatum est, deductos in forum autores seditionis, & parata iam omnia esse. Tum silentio per præconem facto, ita cœpit. Nunquam mihi defuturam orationem qua exercitum meum alloquerer, credidi: non quo uerba unquam potius quàm res exercuerim, sed quia propè à pueritia in castris habitus allueueram militaribus ingenijs. apud uos quemadmodum loquat, nec consilium, nec oratio suppeditat: quos nec quo nomine quidem appellare debeam, scio. ciues? qui à patria uestra desciuitis. an milites? qui imperiū auspiciūq; abnuistis, sacramenti religionem rupistis. hostes? corpora, ora, uestitum, habitum ciuium agnosco:
facta

facta, dicta, consilia, animos hostium uideo. Quid enim uos, nisi quod Illergetes & Lactani, aut optastis aliud, aut sperastis? & illi tamen Mandonium, atque Indibilem, regiae nobilitatis uiros, duces furoris secuti sunt: uos auspiciū & imperium ad Vmbrum Atrium, & Calenum Albium detulistis. Negate uos id omnes fecisse, aut factum uoluisse milites. paucorum eum furorem, atque amētiam esse. libenter credam negantibus. nec enim ea sunt commissa, quæ uulgata in omnem exercitum sine piaculis ingentibus expiari possint. inuitus ea, tanquam uulnera attingo: sed nisi tacta, tractataque sanari non possunt. Equidē pulsas Hispania Carthaginensibus, nullum locum tota prouincia, nullos homines credebam esse, ubi uita inuisa esset mea. sic me non solum aduersus socios gesseram, sed etiam aduersus hostes. In castris meis (en quantum me opinio fefellit) fama mortis meæ non accepta solum, sed etiā expectata est. non quod ego uulgari facinus per omnes uelim: (equidem si totum exercitū meum mortem mihi optasse crederem, hic statim ante oculos uestros morerer: nec me uita iuuaret inuisa ciuibus, & militibus meis) sed multitudo omnis, sicut natura maris, per se immobilis est: ut uenti, & auræ ciuent: ita aut tranquillum, aut procellæ in uobis sunt: & causa, atque origo omnis furoris penes autotres est, uos contagione insanistis. Quin mihi ne hodie quidem scire uideamini, quò amēntie progressi sitis: quid facinoris in me, quid in patriam, parentesque ac liberos uestros, quid in deos sacramenti testes, quid aduersus auspicia, sub quibus militastis, quid aduersus morem militiæ disciplinamque maiorum, quid aduersus summi imperij maiestatem ausi sitis. De me ipso taceo. temere potius, quàm auide credideritis: is denique ego sim, cuius imperij tædere exercitum, minime mirandum sit. patria quid de uobis meruerat? quam cum Mandonio, & Indibili consociando consilia prodebatis? quid populus Romanus? cum imperium ablatum ab tribunis suffragio populi creatis ad homines priuatos detulistis? cum, eo ipso non contenti, si pro tribunis illos haberetis: fasces imperatoris uestri ad eos, quibus seruus cui imperarent nuncque fuerat, Romanus exercitus detulistis. In prætorio tetenderunt Albius & Atrius: clasticū apud eos cecinit: signum ab his petitum est: sederunt in tribunali proconsulis Scipionis: licitor apparuit: submouente eo inceserunt: fasces & secures prælatæ sunt. Lapides pluerē, & fulmina iacide cælo, & insuetos foetus animalia edere, uos portenta esse putatis: hoc est portentum, quod nullis hostijs, nullis supplicationibus sine sanguine eorum, qui tantum facinus ausi sunt, expiari possit. Atque ego, quanquā nullum scelus rationem habet: tamen ut in re nefaria, quæ mens, quod consilium uestrum fuerit: scire uelim. Rhegyum quondam in præsidium missa legio, interfectis per scelus principibus ciuitatis, urbem opulentam per decem annos tenuit. propter quod facinus tota legio, millia hominum quatuor, in foro Romæ securi percussi sunt. Sed illi primum non Atrium Vmbrum semilixam, nominis etiam abominandi ducem, sed Decium Iubellium tribunū militū secuti sunt: nec cum Pyrrho, nec Samnitibus aut Lucanis, hostibus populi Romani se coniunxerant. uos cum Mandonio & Indibili consilia communicastis, & arma consociaturi fuistis. Illi, sicut Campani Capuam Tuscis ueteribus ademptam, Mameritini in Sicilia Messanam, sic Rhegyum habituri perpetuam sedem erant: nec populum Romanum, nec socios populi Ro. ultro lacepsituri bello. Sucronemne uos domicilium habituri eratis? ubi si uos decedens confecta prouincia imperator relinquerem, deū hominumque fidem implorare debebatis, quod nō rediretis ad coniuges liberosque uestros. sed horum quoque memoriam, sicut patriæ meique, eieceratis ex animis uestris. Viam consilij scelerati, sed non ad ultimū dementis exequi uolo. Me ne uiuo, & cætero incolumi exercitu, cum quo ego die una Carthaginem cepi: cū quo quatuor imperatores, quatuor exercitus Carthaginensium fudi fugauī, Hispania expulsi: uos octo millia hominum, minoris certe omnes pretij, quàm Albius & Atrius sunt, quibus uos subiecitistis: Hispaniam prouinciam populo Romano crepturi eratis? Amolior & amoueo nomen meum: nihil ultra facile creditam mortem meam à uobis uolatus sim. quid? si ego morerer, mecum expiratura resp. mecum casurum imperiū populi Ro. erat: ne istuc Iuppiter Opt. Max. scribit: urbem auspiciato dñs autoribus in æternum conditam fragili huic & mortali corpori æqualem esse. Flaminio, Paulo, Graccho, Posthumio Albino, M. Marcello, T. Quintio Crispino, Cn. Fuluiō, Scipionibus meis, tot tā claris imperatoribus uno bello

ano bello absumptis superstes est Po. Ro. eritq; mille alijs nunc ferro nunc morbo morientibus, meo unius funere elata populi Romani esset respublica? Vos ipsi hic in Hispania patre & patruo meo, duobus imperatoribus interfectis, Septimium Martium ducem uobis aduersus exultanteis recenti uictoria Pœnos delegistis. & sic loquor, tanquam sine duce Hispaniæ futuræ fuerint. M. Syllanus eodem iure, eodem imperio mecum in prouinciã missus, L. Scipio frater meus, & C. Lælius legati, uindices maiestatis imperij decissent? utrum exercitus exercitui, an duces ducibus, an dignitas, an causa comparari poterat? quibus si omnibus superiores essetis, arma contra patriam, contra ciues uestros ferretis? Africam Italiæ, Carthaginem urbi Romæ imperare uelletis? quam ob noxam patriæ? Coriolanũ quondam damnatio iniusta, miserum & indignum exilium, ut iret ad oppugnandam patriam, impulit, reuocauit tamen à publico parricidio priuata pietas. uos qui dolor, quæ ira incitauit? stipendium ne diebus paucis imperatore ægro serius numeratum satis digna causa fuit, cur patriæ indiceretis bellum? cur ad Illergetes descisceretis à po. Ro. cur nihil diuinarum, humanarum ue rerum inuiolatum uobis esset? insanistis profecto milites: nec maior in corpus meũ uis morbi, quàm in uestras mentes inuasit. Horret animus referre, quid crediderint homines, quid sperauerint, quid optauerint. auferat omnia irrita obliuio, si potest. si non, utcunq; silentium tegat. Non negauerim, tristem atrocemq; uobis uisam orationem. quanto creditis facta uestra atrociora esse, quàm dicta mea? & me ea quæ fecistis, pari æquum censetis: uos ne dici quidem omnia æquo animo feretis? sed ne ea quidẽ ipsa ultra exprobrabuntur. utinam tam facile uos obliuiscamini eorum, quàm ego obliuiscar. Itaq; quod ad uos uniuersos attinet, si erroris pœnitet, satis superq; pœnarum habeo. Albius Calenus, & Atrius Vmber, & cæteri nefariæ seditionis autores sanguine luent quod admiserunt. uobis supplicij eorum spectaculum non modo non acerbum, sed lætum etiam, si sana mens redijt, debet esse. de nullis enim, quàm de uobis infestius, aut inimicius consuluerunt. Vix finem dicendi fecerat, cum ex præparato simul omnium rerum terror oculis auribusq; est offusus. Exercitus, qui corona contionem circundederat, gladijs ad scuta concrepuit. præconis audita uox citantis nomina damnatorum in concilio. nudi in medium protrahebantur, & simul omnis apparatus supplicij expromebatur. deligati ad palũ, uirgisq; cæsi, & securi percussi, adeo torpentibus metu qui aderant, ut non modo ferocior uox aduersus atrocitatem pœnæ, sed ne gemitus quidem exaudiretur. Tracti inde de medio omnes, purgatoq; loco, citati milites nominatim apud tribunos militum in uerba P. Scipionis iurarunt, stipendiumq; ad nomen singulis persolutum. Hunc finem exitumq; seditio militũ cepta apud Sucronem habuit. Per idem tempus ad Bætium fluuium Hanno præfectus à Magone missus à Gadibus cum parua manu Afrorum, mercede Hispanos sollicitando, ad 1111 millia iuuenum armauit. castris deinde exutus ab L. Martio, maxima parte militum inter tumultum castrorum castrorum, quibusdam etiam in fuga amissis, palatos persequente equite, cum paucis ipse effugit. Dum hæc ad Bætium fluuium geruntur, Lælius interim freto in Oceanum euectus ad Carteiam classe accessit. Vrbs ea in ora Oceani sita est, ubi primum è faucibus angustis panditur mare. Gadeis sine certamine prodicione recipiendi, ultro qui eam rem pollicerentur, in castra Romana uenientibus, spes, sicut ante dictum est, fuerat. sed patefacta immatura proditio est, comprehensosq; omnes Mago Adherbali prætori Carthaginem deuehendos tradit. Adherbal coniuratis in quinqueremem impositis, præmissaq; ea, quia tardior quàm triremis erat, ipse cum octo triremibus modico interuallo sequitur. Iam fretũ intrabat quinqueremis, cum Lælius & ipse in quinqueremi è portu Carteiæ sequentibus septem triremibus euectus, in Adherbalem ac triremes inuehitur, quinqueremem satis credens deprehensam rapido in freto in aduersum æstum reciprocari non posse. Pœnus in re subita parumper incertus trepidauit, utrum quinqueremem sequeretur, an in hosteis rostra conuerteret. ipsa cunctatio facultatem detractandæ pugnæ ademit. iam enim sub ictu teli erant, & undiq; instabant hostes. æstus quoq; arbitrium moderandi naues ademerat. neq; erat nauali pugna similis: quippe ubi nihil uoluntarium, nihil artis aut consilij esset. una natura freti, æstusq; totius certaminis potens suis alienis nauibus nequi quam remigio in contrarium tendentes inuehebat: ut fu-

gentem

gientem uideres retro uertice intortam uictricibus illatam: & sequentem, si in contrarium tractum incidisset maris, fugientis modo sese auertentem. Iam in ipsa pugna hæc cum infesto rostro peteret hostium nauem, obliqua ipsa ictum alterius rostri accipiebat: illa cum transfusa obijceretur hosti, repente intorta in proram circumagebatur. Cum inter triremes fortuna regente anceps prælium misceretur, quinqueremis Romana, seu pondere tenacior, seu pluribus remorum ordinibus scindentibus uertices, cum facilius regeretur, duas triremes suppressit, unius prælata impetu lateris alterius remos deterfit. cæterasque, quas indepta esset, multasque, ni cum reliquis u nauibus Adherbal uelis in Africam transmississet. Lælius uictor Carthaginiam reuectus, auditis, quæ acta Gadibus erant, patefactam prodicionem, coniuratosque missos Carthaginem: spe in irritum redacta, qua uenissent: nuntijs ad L. Martium missis, nisi tere re frustra tempus sedendo ad Gadeis uellent, redeundū ad imperatorē esse: assentiente Martio, paucos post dies ambo Carthaginem rediere. Ad quorum discessum non respirauit modo Mago, cū terra marisque ancipiti metu urgeretur: sed etiam audita rebellione Illergetū spem recuperandæ Hispaniæ nactus, nuncios Carthaginem mittit ad senatū: qui simul seditionem ciuilem in castris Romanis, simul defectionem sociorū in maius uerbis extollentes, hortantur, ut auxilia mitterent, quibus traditum à patribus imperium Hispaniæ repeti posset. Mandonius & Indibilis in fines regressi, paulisper, dum quidnam de seditione statueretur, scirent, suspensi quicuerunt: si ciuū errori ignosceretur, non diffidentes sibi quoque ignosci posse. postquam uulgata est atrocitas supplicij, suam quoque noxam pari pœna æstimatam rati, uocatis rursus ad arma popularibus, contractisque quæ ante habuerant auxilijs, in sedetanum agrum, ubi principio defectionis statiuā habuerant, cum xx millibus peditū, duobus millibus equitum & quingentis transcenderunt. Scipio cum fide soluendi pariter omnibus noxijs innoxisque stipendijs, tum uultu ac sermone in omne placato facile recōciliatis militū animis, priusquam castra à Carthagine moueret, contione aduocata, multis uerbis in perfidiam rebellantium regulatorū inuectus, nequaquam eodem animo se ire professus est ad uindicandū id scelus, quo ciuilem errorē nuper sanauerit. Tum se haud secus, quàm uiscera secantem sua, cum gemitu & lachrymis triginta hominum capitibus expiasse octo millium seu imprudentiam, seu noxam: nunc lato & erecto animo ad cædem Illergetum ire. non enim eos neque natos in eadem terra, nec ulla secum societate iunctos esse. eam, quæ sola fuerit, fidem, atque amicitiam ipsos per scelus rupisse. in exercitu suo se, præterquam quod omnes ciues, aut socios, latiniisque nominis uideat, etiam eo moueri: quod nemo ferè sit miles, qui non aut à patruo suo Cn. Scipione, qui primus Romani nominis in eam prouinciam uenerit, aut à patre consule, aut à se sit ex Italia aduectus. Scipionum nomini auspiciisque omne assuetos: quos secum in patriam ad meritum triumphum deducere uelit: quos consulatum petenti, uelut si omnium cōmunis agatur honos, affuturos speret. Quod ad expeditionem eam attineat, quæ instet, immemorem esse rerum suarum gestarum, qui id bellum ducat. Magonis Hercule sibi, qui extra orbem terrarum in circumfusam Oceano insulam cū paucis perfugerit nauibus, maiore curam esse, quàm Illergetum. quippe illic & ducem Carthaginensem, & quantumcunque punicum præsidium esse: hic latrones, latronumque duces: quibus ut ad populandos finitimorum agros, relictisque uenda, & rapienda pecora aliqua uis sit, ita in acie ac signis collatis nullam esse. magis uelocitate ad fugam, quàm armis fretos, pugnaturus esse. Itaque non quod ullum inde periculum, aut semen maioris belli uideat, ideo se, priusquam prouincia decedat, opprimendos Illergetes duxisse: sed primum, ne impunita tam scelerata defectio esset: deinde, ne quis in prouincia simul uirtute tanta & felicitate perdomita relictus hostis dici posset. Proinde deis bene iuuantibus sequerentur non tam ad bellum gerendum (neque enim cum pari hoste certamen esse) quàm ad expetendas ab hominibus scelestis pœnas. Ab hac oratione dimissos ad iter se comparare in diem posterum iubet. profectusque decimis castris peruenit ad Iberum flumē. inde superato amni, die quarto in conspectu hostium posuit castra. Campus autem montibus circumseptus erat. in eam uallem Scipio cum pecora, rapta pleraque ex ipsorum hostium agris, propelli ad irritandam feritatem barbarorū iussisset, uelites subsidio misit. a quibus ubi per procurfationem commissa

commissa pugna esset, Lælium cum equitatu impetum ex occulto facere iubet. mons opportu-
 ne prominens equitū insidias texit. Nec ulla mora pugnae facta est. Hispani in conspecta pro-
 cul pecora, uelites in Hispanos præda occupatos incurrere. primo missilibus territauerunt. dein-
 de emissis leuibus telis, quæ irritare magis quàm decernere pugnam poterāt, gladios nudant,
 & collato pede res cœpta geri est: ancepsq; pedestre certamen erat, ni equites superuenissent,
 neq; ex aduerso tantum illati obuios obtriuere, sed circumuecti etiam quidam per infima cliui
 ab tergo se, ut plerosq; intercluderent, obiecere. maiorq; cædes fuit, quàm quantam edere leuia
 per excursions prælia solent. Ira magis accensa aduerso prælio barbaris est, quàm imminuti
 animi. itaq; ne perculsi uiderentur, prima luce postero die in aciem processere. Non capiebat
 omnes copias angusta, sicut ante dictum est, uallis. duæ fermè peditū partes, & omnis equita-
 tus in aciem descendit: quod reliquum peditum erat, obliquo constitit colle. Scipio pro se
 esse loci angustias ratus, & quod in arcto pugna romano aptior q̄ hispano militi futura uide-
 batur: & quod in eum locum detracta hostiū acies esset, qui nō omnem multitudinem eorum
 caperet, nouo etiam consilio adiecit animū. equitem nec se posse circūdare cornibus in tam an-
 gusto spatio: & hosti, quem cum pedite deduxisset, inutilem fore. itaque imperat Lælio, ut per
 colles q̄ occultissimo itinere circūducat equites: segregetq; quantum possit, equestrem à pe-
 destri pugna. ipse omnia signa peditū in hostes uertit: quatuor cohortes in fronte statuit, quia
 latius pandere aciem non poterat. moram pugnandi nullam fecit, ut ipso certamine auerteret
 à conspectu transeuntium per colles equitū. nec ante circūductos sensere, q̄ tumultum eque-
 stris pugnae ab tergo accepere. Ita duo diuersa prælia erāt. duæ peditū acies, duo equitatus per
 longitudinem campi (quia misceri ex genere utroq; præliū angustia non patiebantur) pugna-
 bant. Hispanorū cum neq; pedes equiti, nec eques pediti auxilio esset: pedes fiducia equitis te-
 mere cōmissus cāpo cædere: eques circūuentus nec peditē à fronte, (iam em̄ stratae pedestres
 copie erāt) nec ab tergo equitē sustineret: & ipsi cū diu in orbem sese stantibus equis defendis-
 sent, ad unum omnes cæsi sunt: nec quisquam peditū equitum ue superfuit, qui in ualle pugna
 uerunt. Tertia pars, quæ in colle ad spectaculū magis tutum q̄ ad partē pugnae capessendam
 steterat, & locum & tempus ad fugiendum habuit. inter eos & reguli ipsi fugerunt, priusq; to-
 ta circūueniretur acies, inter tumultum elapsi. Castra eodem die Hispanorū præter cæterā præ-
 dam cū tribus ferme millibus hominū capiunt. Romani socij q; ad mille cc eo prælio cecide-
 runt, uulnerata amplius tria millia hominum. minus cruenta uictoria fuisset, si patentiore cam-
 po, & ad fugam capessendam facili foret pugnatū. Indibilis abiectis belli consilijs, nihil tutius
 afflictis rebus experta fide & clementia Scipionis ratus, Mandonium fratrem ad eum mittit.
 Qui aduolutus genibus fatalem rabiem temporis eius accusat, cum uelut cōragione quadam
 pestifera non Illergetes modo & Lacetani, sed castra quoq; romana insanierint. suam quidem
 & fratris, & reliquorū populariū eam conditionem esse: ut aut, si ita uideatur, reddant spiritum
 P. Scipioni, ab eodem illo acceptum: aut seruati bis uni debitam uitam pro eo in perpetuū de-
 uouent. antea in causa sua fiduciam sibi fuisse, nondū experta clementia eius: nunc cōtra, nul-
 lam in causa, omnē in misericordia uictoris spem repositam habere. Mos uetustus erat Ro-
 manis, cum quo nec fœdere, nec quis legibus iungerentur amicitia, non prius imperio in eum
 tanquam pacatum uti, quàm omnia diuina humanaq; dedisset: obsides accepti, arma adem-
 pta, præsidia urbibus imposita foret. Scipio multis inuectus in præsentem Mandoniū, ab-
 sentemq; Indibilem uerbis, illos quidem merito perijisse ipsorum maleficiis, ait: uicturos suo at-
 que populi romani beneficio. cæterum se neq; arma ijs adempturū, (quippe ea pignora timen-
 tium rebellionem esse, se libera arma relinquere, solutosq; metu animos) neq; se in obsides in-
 noxios, sed in ipsos si defecerint, sæuiturum: nec ab inermi, sed ab armato hoste poenas expeti-
 turum. utranque fortunam expertis permittere sese, utrum propitios, an iratos habere Roma-
 nos mallent. Ita dimissus Mandonius, pecunia tantūmodo imperata, ex qua stipendium
 militi præstari posset. Ipse Martio in ulteriorem Hispaniam præmissis, Syllano Tarraconem
 remisso, paucos moratus dies, dum imperatā pecuniā Illergetes pernumerarent, cum expeditis
 Martium iam appropinquantem Oceano assequitur. Inchoata res iam ante de Masaniissa
 et alijs

alijs atq; alijs de causis dilata erat, quod Numida cum ipso utiq; congregi Scipione uolebat, atq; eius dextra fidem sancire. ea tum itineris tam longi, ac tam deui causa Scipioni fuit. Masanissa cum Gadibus esset, certior aduentare cum a Martio factus, cauendo corrumpi equos inclusos in insula, penuriamq; omniu rerum & facere caeteris & ipsos sentire, ad hoc equitem marcescere desidia: Magonem perpulit, ut se transire in continentem ad depopulandos proximos Hispaniae agros pateretur. Transgressus tres principes Numidarum praemittit ad tempus locumq; colloquio statuendum: duos pro obsidibus retineri a Scipione iubet. remisso tertio, qui quod iussus erat, adduceret Masanissam: cum paucis in colloquium uenerunt. Ceperat iam ante Numida ex fama rerum gestaru admiratio uiri: substitueratq; animo speciem quoque corporis amplam ac magnificam. caeterum maior praesentis ueneratio cepit. & praeterquam quod suapte natura multa maiestas inerat, adornabat promissa caesaries, habitusq; corporis non cultus munditjs, sed uiriliter ac militaris: & aetas erat in medio uiriu robore, quod plenius nitidiusq; ex morbo uelut renouatus flos iuuentae faciebat. Propere attonitus ipso congressu Numida gratias de fratris filio remisso agit. Ex eo tempore affirmat eam se quaesisse occasionem, quam tandem oblatam deum immortalium beneficio non omiserit. cupere se illi, populoq; romano operam nauare: ita, ut nemo unus externus magis enixe adiuuerit rem romanam. id se, etiam si iam pridem uellet, minus praestare in Hispania terra aliena atq; ignota potuisse: in qua autem genitus educatusq; in spem paterni regni esset, facile praestaturum. si quidem eundem Scipionem ducem in Africam mittant Romani, satis sperare per breuis aui Carthaginem esse. Latus eum Scipio uidit audiuitq;, cum caput rerum in omni hostium equitatu Masanissam fuisse sciret, & ipse iuuenis specimen animi praese ferret. Fide data acceptaq;, profectus retro Tarraconem est. Masanissa permissu Romanorum, ne sine causa traiecisse in continentem uideretur: populatus proximos agros, Gades rediit. Magoni, desperatis in Hispania rebus, in quarum spem seditio primu militaris, deinde defectio Indibilis animos eius sustulerant, paranti transire in Africam nuntiatum ab Carthagine est: iubere senatum, ut classem quam Gadibus haberet, in Italiam transiret: conductaq; ibi Gallorum ac Liguru quantam maxima posset iuuentute, coniungeret se Annibali: neu senescere bellum maximo impetu, maiore fortuna ceptum sineret. Ad eam rem & a Carthagine pecunia Magoni aduecta est: & ipse quantam potuit, a Gaditanis exegit: non erario modo eorum, sed etiam templis spoliatis, & priuatim omnibus coactis aurum argentumq; in publicum conferre. Cum praeterueheretur Hispaniae oram, haud procul Carthagine Noua expositis in terra militibus proximos depopulatus agros, inde ad urbem classem appulit. ibi cum interdum milites in nauibus tenuisset, nocte in litus expositos ad partem eam muri, qua capta Carthago ab Romanis fuerat, ducit: nec praesidio satis ualido urbem teneri ratus, & aliquos oppidanorum ad spem nouadi reliquit aliquid moturos. Caeterum nuntij ex agris trepidi simul populationem agrestiumq; fugam & hostium aduentu attulerant: & uisa interdum classis erat, nec sine causa electam ante urbem stationem apparebat. itaq; instructi armatiq; intra portam ad stagnum ac mare uersam continebantur. Vbi effusi hostes, mista inter milites nauali turba, ad muros tumultu maiore quam ui subierunt: patefacta repente porta Romani cum clamore erumpunt: turbatosq; hostes, & ad primum incursum coniectumq; telorum auersos usq; ad litus cum multa caede persequuntur. nec nisi naues litori appulsae trepidos accepissent, superfuisset fugae aut pugnae quisquam. In ipsis quoque trepidatum nauibus est, dum ne hostes cum suis simul irrumperent, trahunt scyllas orasq; & anchoras, ne in moliendo mora esset, praecidunt. multiq; adnantes nauibus, incerto praetenebris quid aut peterent aut uitarent, foede interierunt. Postero die cum classis inde retro ad Oceanum, unde uenerat, fugisset: ad octingentos homines caesi inter murum litusq;, & ad duo millia armoru inuenta. Mago cum Gadeis repetisset, exclusus inde ad Cimbim (haud procul Gadibus is locus abest) classe appulsa, mittendis legatis, querendoq; quod portae sibi socio atq; amico clausae forent: purgantibus multitudinis concursu factum, infestae ob direpta quaedam ab conscendentibus naues militibus, ad colloquiuffetes eorum, qui summus Poenis est magistratus, cum questore elicit: laceratosq; uerberibus cruci affigi iussit. inde nauibus

ad P.

ad Picyusam insulam centum millia ferme à cōtinenti (Pœni tum eam incolebant) traiecit. itaque classis bona cum pace accepta est, nec cōmeatus modo benigne præbiti, sed in supplementum classis iuuentus armacq; data. quorum fiducia Pœnus in Baleares insulas (quinquaginta inde millia absunt) transmisit. Duæ sunt Baleares. maior altera atq; opulentior armis uirisq; & portum habet, ubi commodè hybèrnaturum se (& iam extremum autumnus erat) censebat. cæterū haud secus quàm si Romani eam insulam incolerent, hostiliter classi occursum est. Fundis ut nunc plurimum, ita tunc solo eo telo utebantur. nec quisquam alterius gentis unus tantum ea arte, quantum inter alios omnes Baleares excellunt. Iraque tantā uis lapidum creberri-
 mæ grandinis modo in propinquantem iam terræ classē effusa est, ut intrare portum nō auserent in altum naues. In minorem inde Balearum insulam traiecerunt, fertilē agro, uiris armis haud æque ualidam. itaq; egressi nauibus supra portum loco munito castra locant: ac sine certamine urbe agroq; potiti, duobus millibus auxiliarium inde conscriptis, missisq; Carthaginem ad hybernandum, naues subdixerunt. Post Magonis ab Oceani ora discessum Gaditani Romanis deduntur. Hæc in Hispania P. Scipionis ductu auspicioq; gesta. Ipse L. Lentulo & L. Manlio Acidino prouincia tradita, decem nauibus Romam rediit, & senatū extra urbem dato in æde Bellonæ, quas res in Hispania gessisset, disseruit: quoties signis collatis dimicasset, quot oppida ex hostibus uicisset, quas gentes in dittonem populi romani redigisset. aduersus quatuor se imperatores, quatuor uictores exercitus in Hispaniam iuisse, neminem Carthaginensem in his terris reliquisse. Ob has res gestas magis tentata est triumphi spes, quàm petita pertinaciter: quia neminem ad eam diem triumphasse, qui sine magistratu res gessisset, constabat. Senatu missō, urbem est ingressus, argentiq; præ se in ærarium tulit quatuordecim millia pondō CCCXLII, & signati argenti magnū numerum. Comitia inde creandis consulibus habuit L. Veturius Philo: centuriæq; omnes ingenti fauore P. Scipionem consulem dixerunt. collega additū ei P. Licinius Crassus pontifex maximus. Cæterum comitia maiore quàm ulla per id bellum celebrata frequentia, proditum memoriæ est. conuenerant undiq; non suffragandi modo, sed etiam spectandi causa P. Scipionis: concurrebantq; & domum frequentes, & in capitolium ad immolantem cum, cum centum bobus uotis in Hispania Ioui sacrificaret: despondebatq; animis, sicut C. Lucretius superius bellum punicum finisset, ita id quod instaret P. Cornelium finiturum: atq; ut Hispania omni Pœnos expulisset, sic Italia pulsū esse. Africamq; ei, perinde ac debellatam in Italia foret, prouinciam destitabant. Prætoriam inde comitia habita. creati duo, qui tum ædiles plebis erāt, Sp. Lucretius & Cn. Octauius, & ex priuatis Cn. Seruilius Cæpio & L. Æmylius Pappus. Quartodecimo anno punicis belli P. Cornelius Scipio & P. Licinius Crassus consulatum inierunt, nominatæ consulibus prouinciæ sunt: Sicilia Scipioni extra sortem, concedente collega, quia cura sacrorum pontificem maximum in Italia retinebat, Brutij Crasso. Tum prætoriam prouinciæ in sortem cōiectæ: urbana Cn. Seruilio obtigit: Ariminum (ita Galliam appellabant) Sp. Lucretio, Sicilia L. Æmylio, Cn. Octauio Sardinia. Senatus in capitolio habitus. ibi referente P. Scipione, senatus cōsultum factum est, ut quos ludos inter seditionem militarem in Hispania uouisset: ex ea pecunia quam ipse in ærarium detulisset, faceret. Tum Saguntinorum legatos in senatum introduxit. ex eis maximus natu. Et si nihil ultra malorum est p c quàm quod passi sumus, ut ad ultimum fidem uobis præstaremus: tamen ea uestra merita, imperatorumq; uestrorum erga nos fuerūt, ut nos cladium nostratum nō pœniteat. Bellum propter nos suscepistis: susceptum quartumdecimum annum tam pertinaciter geritis, ut sæpe ad ultimum discrimen & ipsi ueneritis, & populum Carthaginensem adduxeritis. Cum in Italia tam atrox bellum & Annibalem hostem haberetis, consules cum exercitu in Hispaniam, uelut ad colligendas reliquias naufragij nostri misistis. P. & Cn. Cornelij ex quo in prouinciā uenerunt, nullo tempore destiterunt, quæ nobis secunda, quæq; aduersa hostibus nostris essent, facere. iam omnium primum oppidum nobis restituerunt: per omnem Hispaniam ciues nostros uenūdatos, dimissis qui conquirerent, ex seruitute in libertatem restituerunt. cum iam prope esset, ut optabilem ex miserima fortunā haberemus: P. & Cn. Cornelij imperatores uestri luctuosius nobis propè quàm

uobis perierunt. tum uero ad hoc retracti ex distātibz locis in sedem antiquam uidebamur, ut iterum periremus, & alterum excidium patriæ uideremus: nec ad perniciem nostram Carthaginensi utiq; aut duce aut exercitu opus esse, ab Turdetanis ueterrimis hostibus, qui prioris quoq; excidij causa nobis fuerant, extingui posse: cum ex insperato repente misistis nobis hunc P. Scipionem, quem fortunatissimi omnium Saguntinorum uidemur, quia cōsulem declaratum uidimus, ac uidisse nos, ciuibz nostris renuntiaturi sumus: spem, opem, salutem nostram, qui cum plurimas hostium uestrorum cepisset in Hispania urbes, ubiq; ex captorum numero excerptos Saguntinos in patriam remisit. postremo Turdetaniam adeo infestā nobis, ut illa gente incolumi, stare Saguntum non posset, ita bello afflixit, ut non modo nobis, (absit uerbo inuidia) sed ne posteris quidem timenda nostris esset. deletam urbem cernimus eorum, quorum in gratiam Saguntum deleuerat Annibal. uectigal ex agro eorum capimus, quod nobis non fructu iucundius est quā ultione. Ob hæc quibus maiora neq; sperare, neque optare ab dijs immortalibus poteramus: gratias actum nos decem legatos saguntinus senatus populuscq; ad uos misit: simul gratulatum, quod ita res per hos annos in Hispania atq; Italia gessistis, ut Hispaniam non Ibero amne tenus, sed quā terrarum ultimus finis Oceanus, domitam armis habeatis: Italiae, nisi quatenus uallum castrorum cingit, nihil reliqueritis Pœno. Ioui Opt. Max. præfidi capitolinæ arcis non grates tantum ob hæc agere iussi sumus: sed donum hoc etiā, si uos permitteretis, coronam auream in Capitolium uictoriæ ergo ferre. Id uti permittatis, quaesumus: utiq; si uobis ita uidetur, quæ nobis imperatores uestri commoda tribuerunt, ea rata atq; perpetua autoritate uestra faciatis. Senatus legatis saguntinis respondit: & dirutum & restitutum Saguntum fidei socialis utrinq; seruatae documentum omnibus gentibus fore. suos imperatores recte et ordine & ex uolūtate senatus fecisse, quod Saguntum restituerint, ciuesq; saguntinos seruitio exemerint. quæq; alia eis benigne fecerint, ea senatum ita uoluisse fieri. donum permittere ut in capitolio ponerent. Locus inde lautiaq; legatis præberi iussa, & muneris ergo in singulos dari ne minus dena millia æris. Legationes deinde cæteræ in senatum introductæ auditæq;. Et petentibus Saguntinis, ut quatenus tuto possent, Italiam spectatum irent: duces dati, literæq; per oppida missæ, ut Hispanos comiter acciperent. Tum de repub. de exercitibus scribēdis, de prouincijs relatum. Cum Africam nouam prouinciam extra sortem P. Scipioni destinari, homines fama ferrent: & ipse nulla iam modica gloria contentus, nō ad gerendū modo bellum, sed ad finiendum diceret se cōsulem declaratū esse: neq; aliter siniri id posse, q̄ si ipse in Africam exercitū transportasset: & acturum se id per populum aperte ferret, si senatus aduersaretur: idq; cōsiliū haudquaquam primoribus patrum placeret: cæteri q; per metum aut ambitionem mussarent: Q. Fabius Maximus rogatus sententiam: Scio, inquit, multis uestrum uideri patres conscripti, rem actam hodierno die agi, & frustra habiturū orationem, qui tanquam de integra re, de Africa prouincia sententiā dixerit. Ego autem primum illud ignoro, quemadmodū iam certa prouincia Africa consulis uiri fortis ac strenui sit, quam nec senatus censuit in hunc annum prouinciam esse, nec populus iussit. deinde, si est, cōsulem peccare arbitror, qui de re transacta simulando se referre, senatum ludibrio habet, non senatorem: qui de quo consulitur, suo loco dicit sententiam. Atq; ego certum habeo, dissentienti mihi ab ista festinatione in Africam trañciēdi, duarum rerum subeundam opinionem esse. unius, insitæ ingenio meo cunctationis. quam metum pigritiamq; homines adolescentes sanè appellent, dum me nō pœniteat: adhuc aliorum speciosiora primo aspectu consilia semper uisa, mea usu meliora. alterius, obtrectationis atq; inuidiæ aduersus crescentem in dies gloriam fortissimi consulis. A qua suspitione si me neq; uita acta & mores mei, neq; distatura cum quinq; consulatibus, tantumq; gloriæ belli domiq; partæ uindicat, ut propius fastidium eius sim, quā desiderū: ætas saltem liberat. quæ enim mihi æmulatio cū eo esse potest, qui ne filio quidem meo æqualis sit? Me dictatorem, cum uigerem adhuc uiribus, & in cursu maximarum rerum essem, recusantem nemo aut in senatu, aut ad populum audiuit, quo minus insectanti me magistro equitum, quod fando nunquā ante auditum erat, imperiū meum æquaretur, rebus quā uerbis assequi malui, ut qui aliorum iudicio mihi comparatus erat

erat, sua mox confessione me sibi præferret. nedum ego perfunctus honorib. certamina mihi atq; æmulationes, cum adolefcēte florentissimo proponam: uidelicet ut mihi iam uiuēdo, non solum rebus gerendis fesso, si huic negata fuerit, Africa prouincia decernat. cum ea gloria quæ parta est, uiuendum atq; moriendum est. Vincere ego prohibui Annibalem, ut à uobis, quorum uigent nūc uires, etiam uinci posset. Illud te mihi ignoscere P. Corneli æquum erit, si cum in me ipso nunquā pluris famam hominū quàm repub. fecerim: ne tuam quidē gloriam bono publico præponam. quanquam si aut bellum nullum in Italia, aut is hostis esset, ex quo uictō nihil gloriæ quæreretur: qui te in Italia retineret, etsi id bono publico faceret, simul cū bello materiā gloriæ tuæ ire ereptū uideri posset. cum uero Annibal hostis incolumi exercitu quartumdecimū annum Italiam obsideat, pœnitebit te P. Corneli gloriæ tuæ, si hostem cum, qui tot funerum, tot cladum nobis causa fuit, tu consul Italia expuleris: & sicut penes C. Lucretium prioris punici perpetrati belli titulus fuit, ita penes te huius fuerit: nisi aut Amilcar Annibali dux est præferendus, aut illud bellū huic, aut uictoria illa maior clariorq; quàm hæc (modo cōtingat ut te cōsule uincamus) futura est. Ab Drepano atq; Eryce detraxisse Amilcarem, quàm Italia expulisse Pœnos atq; Annibalem malis: Ne tu quidem, etsi magis partam quàm speratam gloriam amplecteris: Hispaniā potius quàm Italia bello liberata gloriatus fueris. Nondum is est Annibal, quem non magis timuisse uideatur quàm cōtempnisse, qui aliud bellum maluerit. Quin igitur ad hoc accingeris: nec per istos circuitus, ut cum in Africam traieceris, secuturum te illuc Annibalem speres, potius quàm recto hinc itinere, ubi Annibal est, eò bellum intendis: Egregiam istam palmam belli punici patratu petis: hoc & natura prius est, tua cum defenderis, aliena ire oppugnatum. pax ante in Italia quàm bellum in Africa sit, & nobis prius decedat timor quàm ultro alijs inferatur. si utrunque tuo ductu auspicioq; fieri potest: Annibale hic uictō, illic Carthaginem expugna. si alterutra uictoria nouis consulibus relinquenda est: prior cum maior clariorq;, tum causa etiam infrequentis fuerit. Nam nunc quidem præterquam quod & in Italia & in Africa duos diuersos exercitus alere ærarium non potest, præterquam quod unde classes tueantur, unde comitatibus præbendis sufficiamus, nihil reliqui est, periculi tandem quantum ad eatur, quem fallit: P. Licinius in Italia, P. Scipio bellum in Africa geret. Quid: si (quod omnes dij omen auertant, & dicere etiam reformidat animus, sed quæ acciderunt, accidere possunt) uictor Annibal ire ad urbem pergat: tum demum te consulem ex Africa, sicut Q. Fuluium à Capua, accersemus: Quid: quod in Africa quoque Mars communis belli erit: Domus tibi tua, pater patruusq; intra triginta dies cum exercitibus cæsi documento sint, ubi per aliquot annos maximis rebus terra mariq; gerendis amplissimum nomen apud exteras gentes populi Romani uestræque familiæ fecerant. Dies me deficiat, si reges imperatoresq; temere in hostium terras transgressos cum maximis cladibus suis exercituumq; suorum, enumerare uelim. Athenienses, prudentissima ciuitas, bello domo relicto, autore æque impigro ac nobili iuuenē magna classe in Siciliam transmissa, una pugna nauali florentem rempublicam suam in perpetuum affligerunt. Externa & nimis antiqua repero. Africa eadem ista, & M. Attilius, insigne utriusque fortunæ exemplum, nobis documento sint. Næ tibi P. Corneli, cum ex alto Africam cōspexeris, ludus & iocus fuisse Hispaniæ tuæ uidebuntur. quid enim simile: Pacato mari præter oram Italiæ, Galliæq; uectus Emporias in urbem sociorum classem appulisti: expositos milites per tutissima omnia ad socios & amicos populi romani, Tarraconem duxisti: ab Tarracone deinde iter per præsidia romana: circum liberum exercitus patris patruiq; tui, post amissos imperatores ferociore calamitate ipsa facti: & dux tumultuarius quidem ille L. Martius, & militari suffragio ad tempus electus, cæterum si nobilitas ac iusti honores adornarent, claris imperatoribus qualibet arte belli par: oppugnata per summum otium Carthago, nullo trium punicorum exercituum socios defendēte. Cætera, neq; ea cleuo, nullo tamen modo africo bello comparanda. ubi non portus ullius classi nostræ apertus, non ager pacatus, non ciuitas socia, non rex amicus, non consistendi usquam locus, non procedendi. quacunq; circūspexeris, hostilia omnia atq; infesta. An Syphaci Numidisq; credis: satis sit semel creditū, non semper temeritas est felix: & fraus fidem in paruis sibi

præstruit, ut cum operæpretiū sit, cum mercede magna fallat. Non hostes patrem patruumque tuum armis prius, quàm Celtiberi focij fraude, circūuenerunt. nec tibi ipsi à Magone & Asdrubale hostium ducibus, quantum ab Indibili & Mandonio in fidem acceptis, periculi fuit. Nummidis tu credere potes, defectionem militum tuorum expertus: Et Syphax et Masanissa se quæ Carthaginenses, malunt potentissimos in Africa esse, Carthaginenses quàm quenquā alium. nunc illos æmulatio inter sese, & omnes causæ certaminū acunt, quia procul externus metus est. ostende romana arma, & exercitū alienigenam: iam uelut ad cōmune restinguendū incendium concurrent. Aliter iñdem illi Carthaginenses Hispaniam defenderunt: aliter mœnia patriæ, templa deūm, aras & focos defendent: cum euntes in præliū pauida prosequerentur coniunx, & parui liberi occurrerent. Quid porro: si fatis cōfisi Carthaginenses cōsensu Africæ, fide sociorum regum, mœnibus suis, cum tuo exercitusque tui præsidio nudatam Italiam uiderint: ipsi ultro nouum exercitum in Italiam aut ex Africa miserint: aut Magonem, quem à Balearibus classe transmissa iam præter oram Ligurum alpinorum uectari constat, Annibali se coniungere iusserint: nempe in eodem terrore erimus, in quo nuper fuimus, cum Asdrubal in Italiā transcedit. quem tu, qui nō solum Carthaginē, sed omnem Africam exercitu tuo es clausurus, è manibus tuis in Italiam emisisti. Victum à te dices. eo quidem minus uellem, & id tua nō reipublice solum causa, iter datum uicto in Italiam esse. Patere nos omnia quæ prospera tibi ac reipublice in imperio euenire, tuo cōsilio assignare: aduersa casibus incertis belli & fortunæ legare. quo melior fortiorque es, eo magis talem præsidem sibi patria atque uniuersa Italia retinet. Non potes ne ipse quidem dissimulare, ubi Annibal sit, ibi caput atque arcem huius belli esse. quippe qui præ te feras, eam tibi causam trañciendi in Africam esse, ut Annibalem eò trahas. Siue igitur hic, siue illic, cum Annibale est tibi futura res. utrum ergo tãdem firmior eris in Africa solus, an hic tuo collegæque exercitu coniuncto: ne Claudius quidem & Liuius C o s s. tam recenti exemplo, quantum id intersit, documento sunt. Quid: Annibalem utrum tandē extremus angulus agrum Brutij frustra iamdiu poscentem ab domo auxilia, an propinqua Carthago, & tota sociata Africa potentiores armis uirisque faciet: Quod istuc consilium est, ibi malle decernere, ubi tuæ dimidio minores copię sint, hostium multo maiores: quàm ubi duobus exercitibus aduersus unum tot prælijs & tam diuturna ac graui militia fessum, pugnandum sit: Quàm compar consilium tuum parentis tui consilio sit, reputa. ille consul profectus in Hispaniam, ut Annibali ab Alpibus descendenti occurreret, in Italiam ex prouincia redijt. tu, cum Annibal in Italia sit, relinquere Italiam paras: non quia reipublice id utile, sed quia tibi amplum & gloriosum censes esse. sicut cum prouincia & exercitu relicto sine lege, sine senatusconsulto duabus nauibus populi romani imperator fortunam publicam & maiestatem imperij, quæ tum in tuo capite periclitabantur, commisisti. Ego P. Cornelium P C reipublice nobisque, non sibi ipsi priuatim creatum cōsulem existimo: exercitusque ad custodiam urbis atque Italiæ scriptos esse, non quos regio more per superbiam cōsules quò terrarum uelint, trañciant. Cum oratione ad tempus parata Fabius, tum autoritate & inueterata prudentiæ fama magnam partem senatus & seniores maxime mouisset: pluresque consilium senis quàm animum adolescentia ferocē laudarent: Scipio ita locutus fertur. Et ipse Q. Fabius principio orationis P C commemorauit, in sententia sua posse obtreccationem suspectam esse. cuius ego rei non tam ipse ausim tantum uirum insimulare, quæ ea suspicio, uitio orationis an rei, haud sanè purgata est. sic enim honores suos & famam rerum gestarum extulit uerbis ad extinguendum inuidiæ crimen, tanquàm mihi ab infimo quoque periculum sit, ne mecum æmuletur: & non ab eo qui, quia super ceteros excellat, quò me quoque niti nō dissimulo, me sibi æquari nolit. sic senem se perfunctum, & me infra ætatem filij sui posuit, tanquam non longius quàm quantum uitæ humanæ spatium est, cupiditas gloriæ extendatur: maximaque pars eius in memoriam ac posteritatē promineat. Maximo cuique id accidere animo certū habeo, ut se non cum presentibus modo, sed cum omnis æui claris uiris cōparet. Equidem haud dissimulo, me tuas Q. Fabi laudes non assequi solum uelle, sed (bona uenia tua dixerim) si possim, etiam exuperare. Illud nec tibi in me, nec mihi in minores natu animi sit, ut nolimus quenquam nostri similem euadere ciuem. id enim non eorum modo,

quibus

quibus inuiderimus, sed reipublicæ, & penè omnis generis humani detrimentum sit. Comme-
morauit quantum essem periculi aditurus, si in Africam trañcerem: ut meam quoque, non so-
lum reipublicæ & exercitus uicem uideretur sollicitus. Vnde hæc repente de me cura exorta:
cum pater patruusq; meus interfecti, cum duo exercitus eorum propè occidione occisi essent:
cum amissæ Hispaniæ, cum quatuor exercitus Pœnorū, quatuorq; duces omnia metu armisq;
tenerent: cum quæsitus ad id bellum imperator nemo se ostenderet, præter me, nemo profiteri
nomen ausus esset: cum mihi quatuor & uiginti annos nato detulisset imperium populus ro-
manus: quid ita tum nemo ætatem meam, uim hostium, difficultatem belli, patris patruisq; re-
centem cladem commemorabat: utrum maior aliqua nunc in Africa calamitas accepta est,
quàm tunc in Hispania erat: an maiores nūc sunt exercitus in Africa, duces plures melioresq;
quàm tunc in Hispania fuerunt: an ætas mea tunc maturior bello gerēdo fuit, quàm nunc est:
an cum carthaginiesi hoste in Hispania quàm in Africa bellum geri aptius est: Facile est post
fufos fugatosq; quatuor exercitus punicos, post tot urbes ui captas, aut metu subactas in di-
tionem, post perdomita omnia usque ad Oceanum, tot regulos, tot sæuas gentes, post rece-
ptam totam Hispaniam, ita ut uestigium nullum belli reliquum sit, eleuate meas res gestas:
tam Hercule quàm si uictor ex Africa redierim, ea ipsa eleuare, quæ nunc retinendi mei causa,
ut terribilia eadem uideantur, uerbis extolluntur. Negat aditum esse in Africam, negat ullos
patere portus: M. Attilium captum in Africa commemorat, tanquam M. Attilius primo ac-
cessu ad Africam offenderit: neque recordatur, illi ipsi tam infelici imperatori patuisse tamen
portus Africæ, & res egregias primo anno gessisse, & quantum ad Carthaginenses duces at-
tinet, inuictum ad ultimum permanisse. Nihil igitur me isto exemplo terrueris: si hoc bello,
non priore, si nuper, non annis ante quadraginta ista clades accepta foret: qui ego minus in
Africam Regulo capto, quàm Scipionibus occisis in Hispaniam, trañcerem. nec felicius Xan-
thippum Lacedæmonium Carthagini, quàm me patriæ meæ sinerem natum esse: cresceretq;
mihi ex eo ipso fiducia, quod possit in hominis unius uirtute tantum momenti esse. At etiam
Athenienses audiendi sunt, temere in Siciliam omisso domi bello transgressi. Cur ergo, quo-
niam græcas fabulas narrare uacat: non Agathoclem potius Syracusanum regem, cum diu Si-
cilia punico bello ureret: trañsgressum in hanc eandē Africā, auertisse eò bellum, unde uenerat
refers: Sed quid ultro metum inferre hosti, & ab se remoto periculo alium in discrimen addu-
cere, quale sit, ueteribus externisq; exemplis admonere opus est: maius præsentius ue ullum
exemplum esse quàm Annibal potest: Multum interest, alienos populere fines, an tuos uris
excindiq; uideas. plus animi est inferenti periculum quàm propulsanti, ad hoc maior ignota-
rum rerum est terror, bona malaq; hostium ex propinquo ingressus fines aspicias. Non spe-
rauerat Annibal fore, ut tot in Italia populi ad se deficerent, quot defecerunt post kannensem
cladem. quanto minus quicquam in Africa Carthaginensibus firmum ac stabile est, infidis
socijs, grauibus ac superbis dominis: Ad hæc, nos etiam deserti ab socijs uiribus nostris, milite
romano stetimus. Carthaginæ nihil ciuilibus roboris est, mercede paratos milites habent, Afros
Numidasq; leuissima fidei mutandæ ingenia. Hic modo nihil moræ sit, unà et traiecisse me au-
dictis, & ardere bello Africam, & molientem hinc Annibalem, & obsideri Carthaginem. lætio-
res & frequentiores ex Africa expectate nuntios, quàm ex Hispania accipiebatis. Has mihi
spes subiicit fortuna populi Romani, dijs fœderis ab hoste uiolati testes: Syphax & Masanif-
sa reges: quorum ego fidei ita innitar, ut bene tutus à perfidia sim. multa quæ nūc ex interual-
lo non apparent, bellum aperiet. & id est uiri & ducis, non deesse fortunæ præbenti se, & obla-
ta casu flectere ad consilium. Habebo Q. Fabi patrem quidem Annibalem, sed illum potius
ego traham, q̄ ille me retineat. in sua terra cogā pugnare eum, & Carthago potius præmium
uictoriæ erit, quàm semiruta Brutiorum castella. Nequid interim dum trañcio, dum expono
exercitum in Africam, dum castra ad Carthaginem promoueo: res publica hic detrimenti ca-
piat, quod tu Q. Fabi, cum uictor tota Italia uoligaret Annibal. potuisti præstare: hoc uide ne
contumeliosum sit concusso iam, & penè fracto Annibale negare posse P. Licinium consulem
uirum fortissimum præstare. qui ne à sacris absit p̄otifex maximus, ideo in sortem tam longin-
qua

quæ prouinciæ non uenit. Si Hercule nihilo maturius hoc, quo ego cenſco, modo perficeretur bellum: tamen ad dignitatem populi Ro. famamq; apud reges gentesq; externas pertinebat, non ad defendendam modo Italiam, ſed ad inferenda etiam Africæ arma, uideri nobis animum eſſe: nec hoc credi uulgariq; quod Annibal auſus ſit, neminem ducem Romanorum audere: & priore punico bello, tum cum de Sicilia certaretur, toties Africam noſtris exercitibus & claſſibus oppugnata: nunc cum de Italia certatur, Africam pacatam eſſe. Requeſcat aliquando diu uexata Italia, uratur populeturq; inuicem Africa. caſtra romana potius Carthaginis portis immineant, quàm nos iterum uallum hoſtium ex mœnibus noſtris uideamus. Africa ſit reliqui belli ſedes: illuc terror fugaq; populatio agrorum, defectio ſociorum, cætereq; belli clades, quæ in nos per quatuordecim annos ingruerunt, uertantur. Quæ ad rempublicam pertinent, & bellum quod iſtat, & prouincias de quibus agitur, dixiſſe ſatis eſt. Illa longa oratio nec ad uos pertinens ſit, ſi quemadmodum Q. Fabius meas res geſtas in Hiſpania eleuauit, ſic & ego contra gloriam eius eludere, & meam uerbis extollere uelim. neutrum faciam ꝑ c & ſi nulla alia re, modestia certe & temperamento linguæ adoleſcens ſenem uicero. ita & uixi, & res geſſi, ut tacitus ea opinione, quam ueſtra ſponte conceptam animis haberetis, facile contentus eſſem. Minus equis animis auditus eſt Scipio, quia uulgatum erat, ſi apud ſenatum nõ obtinuifſet ut prouincia Africa ſibi decerneretur, ad populum extemplo laturum. Itaque Q. Fuluius, qui conſul quater & cenſor fuerat, poſtulauit à conſule, ut palàm in ſenatu diceret, permitteret ne patribus, ut de prouincijs decernerent: ſtaturusq; eo eſſet quod cenſuiſſent, an ad populum laturus. Cum Scipio reſpõdiſſet, ſe quod è republica eſſet, facturũ: tum Fuluius, non ego ignarus quid reſponſurus facturũ ue eſſes, queſiuit: quippe cum præ te ſeras, tentare magis quàm conſulere ſenatum: & ni prouinciam tibi quam uolueris, extemplo decernamus, paratam rogationem habeas. Itaque à uobis tribuni plebis poſtulo, inquit, ut ſententiam mihi ideo nõ dicenti, quod ſi in meam ſententiam diſcedatur, non ſit ratum habiturus conſul, auxilio ſitis. Inde altercatio orta, cum conſul negaret æquum eſſe tribunos intercedere, quo minus ſuo quiſque loco ſenator rogatus ſententiam diceret. Tribuni ita decreuerunt. Si conſul ſenatu de prouincijs permittit, ſtari eo quod ſenatus cenſuerit, placet: nec de ea re ferrũ ad populum patiemur. ſi non permittit, qui de ea re ſententiam recuſabit dicere, auxilio erimus. Cõſul diem ad colloquendum cum collega petijt. Poſtero die permiſſum ſenatu eſt. Prouinciæ ita decretæ. Alteri conſuli Sicilia, & triginta roſtratae naues, quas C. Seruilius ſuperiore anno habuiſſet: permiſſumq; ut in Africam, ſi id è republica eſſe cenſeret, traiceret. Alteri Brutij, & bellum cum Annibale cum eo exercitu, quem L. Veturius & Q. Cæcilius fortentur inter ſe compararent ue, uter in Brutijs duabus legionibus, quas conſul reliquiſſet, rem gereret: imperiumq; in annum ei prorogaretur, cui ea prouincia eueniſſet. Et cæteris prætoribus conſulibus que, qui exercitibus prouincijsq; præfuturi erant, prorogata imperia. Q. Cæcilio forte euenit, ut cum conſule in Brutijs aduerſus Annibalem bellum gereret. Ludi deinde Scipionis magna frequentia & fauore ſpectantium celebrati. Legati Delphos ad donum ex præda Afrubalis portandum miſſi M. Pomponius Matho & Q. Catulus, tulerunt coronam auream c c pondo, & ſimulachra ſpoliorum, ex m . pondo argenti facta

Scipio cum ut delectum haberet, neque impetraſſet, neque magnopere tetendiſſet, ut uoluntarios ducere ſibi milites liceret, tenuit: & quia impenſæ negauerat rei publicæ futuram claſſem, ut quæ à ſocijs darentur ad nouas fabricandas naues, acciperet. Hetruriam primum populi pro ſuis quiſque facultatibus conſulem adiuturos polliciti. Cærites frumentum ſocijs naualibus, commeatumq; omnis generis, Populonienses ferrũ, Tarquinienſes lintea in uela, Volaterrani armamenta nauium & frumentum: Aretini xxx milia ſcutorum, galeas totidem, pila, gæſa, haſtas longas, millium quinquaginta ſummam pari cuiuſq; generis numero expleturos: ſecures, rutra, falces, alueolos, molas, quantũ in xl longas naues opus eſſet: tritici cõtum & xx milia modiũ, & in uiatricũ decurionibus remigibusq; collaturos: Peruſini, Cluſini, Ruſſellani, abiete in fabricandas naues, & frumẽti magnũ numerũ: abiete ex publicis ſyluis eſt uſus. Umbriae populi, Nuriſiniq; & Reatini & Amiternini, Sabinuſq; omnis ager, milites polliciti.

Martij

Marfi, Peligni Marruciniq; multi uoluntarij nomina in classem dederunt. Camertes cū æquo fcedere cum Romanis essent, cohortem armatam sexcentorū hominum miserunt. xxx nauium carinæ, xx quinqueremes, x quadriremes cum essent positæ, ipse ita institit operi, ut die quadagesimoquinto, quàm ex syluis detracta materia erat, naues instructæ armatæq; in aquam deductæ sint. Profectus in Siciliam est xxx nauibus longis, uolūtariorum septem fermè millibus in naues impositis. Et P. Licinius in Brutios ad duos exercitus consulares uenit. ex eis eum sibi sumpsit, quem L. Veturius c o s. habuerat. Metello, ut quibus præfuisset legionibus, ijs præfesset, facilius cum assuetis imperio rem gesturum ratus, permisit. Et prætores diuersi in prouincias profecti. Et quia pecunia ad bellum deerat, agri campani regionem à fossa græca ad mare uersam uendere quæstores iussi. indicio quoq; permisso, qui ager ciuis campani fuisset, ut is publicus populi Ro. esset: indici præmium constitutum, quantæ pecuniæ ager indicatus esset, pars decima. Et Cn. Seruilio Pr. urb. negocium datum: ut campani ciues ubi cuique ex s c liceret habitarent: animaduerteteretq; in eos, qui alibi habitarent. Eadem ætate Mago Amilcaris filius ex minore Balearium insula, ubi hybernarat, iuuentute lecta in classem imposita, in Italiam xxx fermè rostratis nauibus, & multis onerarijs xii millia peditum, duo fermè equitum traiecit: Genuamq; nullis præfidijs maritimam oram tutantibus, repentino aduentu cepit: inde ad oram Ligurum alpinorum, si quos ibi motus facere possent, classem appulit. Ingauni (Ligurum ea gens est) bellum ea tempestate gerebant cum Epanterijs montanis. Igitur Pœnus Sauone oppido alpino præda deposita, & decem longis nauibus in statione ad præsidium relictis, cæteris Carthaginem missis ad tuendam maritimam oram, quia fama erat, Scipionem traiecturum esse: ipse societate cum Ingaunis, quorum gratiam malebat, cõposita, montanos institit oppugnare. Et crescebat exercitus in dies, ad famam nominis eius Gallis undique confluentibus. Ea literis cognita Sp. Lucretij, ne frustra Asdrubale cum exercitu deleto biennio ante forent lætati, si par aliud inde bellum duce tantum mutato oriretur, curam ingentem accenderunt patribus. Itaq; & M. Liuiū Procos. ex Hetruria uoluntarium exercitum admouere Ariminum iusserunt. & Cn. Seruilio pratori negotium datum: ut si è repub. censeret esse, duas urbanas legiones, cui imperio uideret dato, ex urbe duci iuberet. M. Valerius Leuinus Aretium eas legiones duxit. Eisdem diebus naues onerariæ Pœnorum ad lxxx circa Sardiniam ab C. Octauiio, qui prouinciæ præerat, captæ. Eas Cælius frumento misso ad Annibalem, comteatucq; onustas: Valerius prædam Hetruscam Ligurumq; montanorum captiuos Carthaginem portantes, captas tradit. In Brutijs nihil fermè anno eo memorabile gestum est. Pestilentia incesserat pari clade in Romanos Pœnosq;: nisi quod punicum exercitum super morbum etiam fames affecit. Propter Iunonis Lacinæ templum ætatem Annibal egit: ibiq; aram condidit, dedicauitq; cum ingenti rerum ab se gestarum titulo, punicis græcisq; literis insculpto.

DECADIS TERTIAE LIBER IX



SCIPIO posteaquam in Siciliam uenit, uoluntarios milites ordinauit, centuriauitq;. ex ijs trecentos iuuenes florentes ætate & uirium robore insignes circa se habebat, ignorantes, quem ad usum neq; centuriati, neq; armati seruarentur. tum ex totius Siciliae iuniorum numero principes genere & fortuna trecentos equites, qui secum in Africam trañcerent, legit: dicentq; ijs qua equis armisq; instructi atque ornati adessent edixit. Grauis ea militia procul domo terra mariq; multos labores, magna pericula allatura uidebatur: neque ipsos modo, sed parentes cognatosq; eorum ea cura angebat. Vbi dies quæ edicta erat, aduenit, arma equosq; ostenderunt. tum Scipio renuntjari sibi dixit, quosdam equites Siculorum tanquam grauem & duram horrere eam militiam. si qui ita animati essent: malle eos sibi iam tunc fateri, q; postmodum querentes, segnes atq; inutiles milites reipublicæ esse. expromerent quid sentirent. cum bona uenia se auditurum. Vbi ex his unus auius est dicere: se proflus, si sibi utrum uellet liberum esset, nolle militare: tum Scipio ei. Quando igitur

igitur adolescens quid sentire non dissimulasti, uicarium tibi expediam, cui tu arma equumque & cætera instrumenta militiæ tradas, & tecum hinc extemplo domum ducas, exerceas, docendum cures, equo tradito armisque. Læto conditionem accipienti unum ex CCC, quos inermes habebat, tradit. Vbi hoc modo exautoratum equitem cum gratia imperatoris cæteri uiderunt se quisque excusare & uicarium accipere. Ita trecentis Siculis Romani equites substituti sine publica impensa. docendorum atque exercendorum curam Siculi habuerunt: quia edictum imperatoris erat, ipsum militaturum, qui ita non fecisset. Egregiam hanc alam equitum euasisse ferunt, multisque præliis rempub. adiuuisse. Legiones inde cum inspiceret, plurimorum stipendiorum ex his milites delegit, maxime qui sub duce Marcello militauerant. quos cum optima disciplina institutos credebat, tum etiam ab longa Syracusarum obsidione peritissimos esse urbium oppugnandarum. nihil enim paruum, sed Carthaginis iam excidia agitabat animo. Inde exercitum per oppida dispertit: frumentum Siculorum ciuitatibus imperat: ex Italia adueto parit, ueteres naues reficit, & cum his C. Lælium in Africam prædatum mittit, nouas Pannoni subducit, quia ex uiridi materia raptim factæ erant, ut in sicco hibernarent. Præparatis omnibus ad bellum, Syracusas nondum ex magnis belli motibus satis tranquillam uenit. Græci res à quibusdam Italici generis eadem ui, qua per bellum ceperant, retinentibus concessas sibi ab senatu repetebant. Omnium primum ratus, tueri publicam fidem, partim edicto, partim iudicijs etiam in pertinaces ad obtinendam iniuriam redditis, suas res Syracusanis restituit. Non ipsis tantum ea res, sed omnibus Siciliæ populis grata fuit, eoque enixius bellum adiuuerunt. Eadem æstate in Hispania coortum ingens bellum, conciente Illergete Indibili nulla alia de causa, quam per admirationem Scipionis contemptu imperatorum aliorum orto. Eum superesse unum ducem Romanis, cæteris ab Annibale interfectis, rebantur. eo nec in Hispaniam cæsis Scipionibus alium, quem mitterent, habuisse: & posteaquam in Italia grauius bellum urgeret, aduersus Annibalem eum accersitum, præterquam quod nomina tantum ducum in Hispania Romani haberent, exercitum quoque inde ueterem deductum. trepida omnia & inconditam turbam tyronum esse. nunquam talem occasionem liberandæ Hispaniæ fore. seruitum ad eam diem aut Carthaginensibus, aut Romanis: nec inuicem his, aut illis, sed interdum utrisque simul. pulsos ab Romanis Carthaginenses: ab Hispanis, si consentirent, pelli Romanos posse: ut ab omni externo imperio soluta in perpetuum Hispania in patrios rediret mores ritusque. Hæc taliaque dicendo non populares modo, sed Ausetanos quoque uicinam gentem concitat, & alios finitimos sibi atque illis populos. itaque intra paucos dies xxx millia peditum, quatuor ferme equitum in Sedetanum agrum, quod edictum erat, conuenerunt. Romani quoque imperatores, L. Lentulus & L. Manlius Acidinus, ne glisceret prima negligendo bellum: iunctis & ipsi exercitibus per agrum ausetanum hostico, tanquam pacato clementer ductis militibus, ad sedem hostium peruenere. trium millium spatio procul à castris eorum posuerunt castra. Primo per legatos nequicquam est tentatum, ut discederetur ab armis. deinde cum in pabulatores Romanos impetus repente ab equitibus Hispanis factus esset, summisso ab statione Romana equitatu, prælium equestre fuit, haud sanè memorando in partem ullam euentu. Sole oriente postero die armati instructique omnes mille ferme passus procul à castris Romanis aciem ostendere: Medij Ausetani erant. cornua dextrum Illergetes, læuum ignobiles tenebant Hispani populi. inter cornua & mediam aciem interualla patentia satis late fecerunt: quæ equitatum, ubi tempus esset, emitterent. Et Romani more suo exercitum cum instruxissent, id modo hostium imitati sunt, ut inter legiones & ipsi patentem equiti relinquerent uias. Cæterum Lentulus ei parti usum equitis fore ratus, quæ prior in dehiscentem interuallis hostium aciem equites emisisset: Ser. Cornelio tribuno militum imperat: equites per patentem in hostium aciem uias permittere equos iubeat. ipse cæpta parum prospere pedestri pugna, tantum moratus, dum cedenti duodecimæ legioni, quæ in læuo cornu aduersus Illergetes locata erat, tertiamdecimam legionem ex subsidijs in primam aciem firmamentum ducit. posteaquam æquata ibi pugna est, ad L. Manlium inter prima signa hortantem, ac subsidia quibus res postulabat locis inducentem, uenit. indicat tuta ab læuo cornu esse: iam missum ab se Ser. Cornelium
procella

procella equestri hosteis circumfusurum. Vix hæc dicta dederat, cum Romani equites in medios inuecti hostes, simul pedestres acies turbarūt, simul equitibus Hispanorum uiam immit- tendi equos clauerunt. itaq; omiſſa pugna equestri ad pedestrem Hispani descenderunt. Ro- mani imperatores ut turbatos hostium ordines, & trepidationem pauoremq; & fluctuantia uiderūt signa, hortantur, orant milites, ut percussos inuadant, neu restitui aciem patiantur. Nō sustinuisſent tam infestum impetū barbari, ni regulus ipse Indibilis cum equitibus ad pedes digressis ante prima signa peditum se obieciſſet. Ibi aliquandiu atrox pugna stetit. tandem postquam ij, qui circa regem seminecem restantem, deinde pilo terræ affixum pugnabant, ob- ruti telis occubuerunt, tum fuga passim cœpta, plures cæsi, quia equos cōscendendi equitibus spatium non fuerat, & quia percussis acriter institerunt Romani. nec ante abcessum est, quàm castris quoq; exuerunt hostem. Tredecim millia Hispanorum cæsa eo die, DCCC ferme capti. Romanorum, sociorumq; paulo amplius CC, maxime in læuo cornu ceciderunt. Pulsi castris Hispani, aut qui ex prælio effugerant, sparsi primo per urbes, deinde in suas quisque ciuitates redierunt. Tum à Mandonio euocati in conciliū, conuestiq; ibi clades suas increpitis auctori- bus belli, legatos mittendos ad arma tradenda, deditioemq; faciendam censuerunt. Quibus culpam in autores belli Indibilem, cæterosq; principes, quorum pleriq; in acie cecidissent, con- ferentibus, tradentibusq; arma & deditioem sese responsum est: In deditioem ita accipi eos, si Mandonium cæterosq; belli concitores tradidissent uiuos. sin minus, exercitus se in agrum Il- lergetum Ausetanorumq; & deinceps aliorum populorum ducturos. Hæc dicta legatis, re- nuntiataq; in conciliū. Ibi Mandonius, cæteri q; principes comprehensi, traditi ad supplicium. Hispanis populis reddita pax: stipendium eius anni duplex, & frumentum sex mensium im- peratū, sagaq; & togæ exercitui: & obsides ab triginta ferme populis accepti. Ita Hispaniæ re- bellantis tumultu haud magno motu intra paucos dies concito & compresso, in Africam om- nis terror uersus. C. Lælius nocte ad Hipponem Regium cum accessisset, luce prima ad po- pulandum agrum sub signis milites, sociosq; nauales duxit. Omnibus pacis modo incuriose agentibus, magna clades illata: nuntiq; trepidi Carthaginem terrore ingenti compleuere, classem Romanam Scipionemq; imperatorem (& fama fuerat iam in Siciliam transgressum) aduenisse. Nec quot naues uidissent, nec quanta manus agros popularetur, satis gnari, omnia in maius metu augente accipiebāt. itaq; primo terror pauorq; deinde mœstitia animos inces- sit: tantū fortunam mutasse, ut qui modo ipsi exercitū ante mœnia Romana habuissent uicto- res, stratis tot hostium exercitibus, omnes Italiæ populos aut ui, aut uoluntate in deditioem accepissent: ij uerso Marte Africæ populationes, & obsidionem Carthaginis uisuri forent, ne- quaquam pari ad patiendā ea robore, ac Romani fuissent. Illis Romanam plebē, illis Latium iuuentutē præbuisse, maiorem semper frequentioemq; pro tot cæsis exercitibus sobolescen- tem: cæterū suam plebem imbellem in urbe, imbellem in agris esse: mercede parari auxilia ex Afris, gente ad omnē auram spei mobili atq; infida. iam reges, Syphacem post colloquium cum Scipione alienatum, Masanissam aperta defectione infestissimū hostem. nihil usquam spei nihil auxiliij esse. nec Magonem ex Gallia mouere tumultus quicquam: nec coniungere se Annibali: & Annibalem ipsum iam & fama senescere, & uiribus. In hæc deflenda prolapsos ab recenti nuntio animos rursus terror instans reuocauit ad consultandū, quonam modo ob- uiam præsentibus periculis iretur. Delectus raptim in urbe agrisq; haberi placet, mittere ad conducenda Afrorum auxilia, munire urbem, frumentū conuehere, tela, arma parare, instrue- re naues, ac mittere ad Hipponē aduersus Romanam classem. Iam hæc agentibus nuntius tan- dem uenit, Lælium, non Scipionem, copiasq; quantæ ad incursiones agrorum satis sint, trans- uectas, summam belli molem adhuc in Sicilia esse. Ita respiratum, mittiq; ad Syphacem lega- tiones, aliosq; regulos firmandæ societatis causa cœptæ. Ad Philippum quoq; missi, qui du- centa argenti talenta pollicerentur, ut in Siciliam, aut Italiam trajiceret. Missi & ad suos impe- ratores in Italiam, ut omni terrore Scipionem retinerent. ad Magonem non legati modo, sed XXV naues longæ, sex millia peditum, octingenti equites, septem elephanti, ad hæc magna pecunia ad cōducenda auxilia, quibus fretus propius urbem Romam exercitum admoueret,

ss coniungeretq;

coniungeretq; se Annibali. Hæc Carthagine parabant agitabantq;, cum ad Lælium prædas ingentes ex agro inermi ac nudo præsidij agentem Masaniſſa fama Romanæ claſſis excitus cum equitibus paucis uenit. Is ſegniter rem agi à Scipione queſtus, quod non iam exercitum in Africam traieciſſet, perculſis Carthaginienſibus, Syphace impedito finitimis bellis, quæ certum haberet, ſi ſpatium ad ſua ut uelit componenda detur, nihil ſyncera fide cum Romanis acturum. Hortaretur, ac ſtimularet Scipionē ne ceſſaret. ſe, quanquam regno pulſus eſſet, cum haud contemnendis copijs affuturum peditum equitumq;. nec ipſi Lælio morandum in Africa eſſe. claſſem credere profectam à Carthagine, cum qua abſente Scipione non ſatis tutū eſſet contrahi certamen. Ab hoc ſermone dimiſſo Maſaniſſa, Lælius poſtero die naues præda onuſtas ab Hippone ſoluit: reuectusq; in Sicilia mandata Maſaniſſæ Scipioni expoſuit. Eiſdem ferme diebus naues, quæ ab Carthagine ad Magonem miſſæ erant, inter Albingaunos Ligures Genuamq; acceſſerunt. In ijs locis tum forte Mago tenebat claſſem. qui legatorū auditis uerbis, iubentiū exercitus quammaximos comparare, extemplo Gallorum & Ligurum (namq; utriuſq; gentis ingens ibi multitudo erat) concilium habuit. & miſſum ſe ad eos uindicandos in libertatē ait: & ut ipſi cernant, mitti ſibi ab domo præſidia. ſed quantis uiribus, quanto exercitu id bellum gereretur, in eorum poteſtate eſſe. duos exercitus Romanos, unum in Gallia, alterum in Hetruria eſſe. ſatis ſcire, Sp. Lucretium ſe cum M. Liuiō iuncturum. multa millia ipſis etiam armanda eſſe, ut duobus ducibus, duobus exercitibus Romanis reſiſtatur. Galli ſummam ad id ſuam uoluntatem eſſe dicere. ſed cum una caſtra Romana intra fines, altera in finitima terra Hetruria propè in conſpectu habeant, ſi palàm fiat auxilijs adiutum ab ſeſe Pœnū, extemplo inſeſtos utrinq; exercitus in agrum ſuum incurſuros. ea ab Gallis deſyderaret, quibus occulte adiuuari poſſet. Liguribus, quod procul agro, urbibusq; eorum caſtra Romana ſint, libera conſilia eſſe. illos armare iuuentutē, & capeſſere pro parte bellum, æquum eſſe. Ligures haud abnuere. tempus modo duorum menſium petere ad delectus habendos.

Interim Mago milites, Gallis dimiſſis, clam per agros eorum mercede conducere. cōmeatus quoq; omnis generis occulte ad eum à gallicis populis mittebantur. M. Liuius exercitum uoluntatem ex Hetruria in Galliam traducit: iunctusq; Lucretio, ſi ſe Mago ex Liguribus propius urbem moueat, obuiam ire parat: ſi Pœnus ſub angulo Alpium quietus ſe contineat, & ipſe in eadem ſtatione circa Ariminū Italia præſidio futurus. Poſt reditū ex Africa C. Lælij, & Scipione ſtimulato Maſaniſſæ adhortationibus, & militibus prædam ex hoſtium terra cernentibus tota claſſe efferri, accenſis ad traieciendum quàmprimum, interuenit maiori minor cogitatione, Locros urbem recipiendi, quæ ſub defectionem Italiae deſciuerat & ipſa ad Pœnos. Spes autem affectandæ eius rei ex minima re affulſit: quod latrocinij magis quàm iuſto bello in Brutijs gerebantur res, principio ab Numidis factō, & Brutijs non ſocietate magis punica, quàm ſuoſte ingenio promptis in eum morem. poſtremo Romani quoq; milites iam contagione quadam raptō gaudentes, quantum per duces licebat, excuſiones in hoſtium agros facere. Ab ijs egreſſi quidam urbe Locrenſes circumuenti, Rhegyumq; abſtracti fuerant. in eo captiuorum numero fabri quidam fuere, aſſueti forte apud Pœnos mercede opus in arce Locrorum facere. ij cogniti ab Locrenſium principibus, qui exulabant Rhegyi pulſi ab aduerſa factione, quæ Annibali Locros tradiderat. Cū cætera percunctantibus (ut mos eſt ijs qui diu abſunt) quæ domi agerentur, expoſuiſſent: ſpem fecerunt, ſi redempti ac remiſſi forent, arcē ſe ijs tradituros. ibi ſe habitare, fidemq; ſibi rerū omniū inter Carthaginienſes eſſe. Itaq; ut qui ſimul deſyderio patriæ agerentur, ſimul cupiditate inimicos ulciſcendi arderēt, redemptis extemplo ijs remiſſisq;, cum ordinem agendæ rei compoſuiſſent, ſigna q; quæ procul edita obſeruari: ipſi ad Scipionem Syracuſas profecti, apud quem pars exulum erat, referentes ibi promiſſa captiuorum, cum ſpem ab effectu haud abhorrentem conſuli feciſſent: tribuni militum cum ijs M. Sergius & P. Matienus miſi: iuſſiq; ab Rhegyo tria millia militum Locros ducere. & Q. Plemio prætori ſcriptum, ut rei agendæ adellet. Profecti ab Rhegyo ſcalas ad dictam altitudinem arcis fabricatas portantes, media ferme nocte ex eo loco, unde conuenerat, ſignum dedēte proditoribus arcis. qui parati intentiq;, & ipſi ſcalas ad idipſum factas cum

tum demississent, pluribusq; simul locis scandentes acceperunt, priusquam clamor oriretur, in uigiles Pœnorum, ut in nullo tali metu sopitos, impetus est factus. quorū gemitus primo morientium exauditus: deinde subita cōsternatio ex somno, & tumultus, cum causa ignoraretur, postremo certior res alijs excitātibus alios, iamq; ad arma pro se quisq; uocabat. hostes in arce esse: & cedi uigiles. oppressiq; forent Romani, nequaquam numero parces: ni clamor ab ijs qui extra arcem erant sublatus, incertū unde accidisset, omnia uana augente nocturno tumultu, fecisset. Itaq; uelut plena iam hostiū arce territi Pœni, omissa certamine in alteram arcem (duæ sunt haud multum inter se distantes) confugiunt. Oppidani urbem habebant, uictoribus præmiū in medio positam. Ex arcibus duabus prælijs quotidie leuibus certabatur. Q. Pleminius Romano, Amilcar punico præsidio præerat: & accerentes ex propinquis locis subsidia copias augebant. Ipse postremo ueniebat Annibal. nec sustinuisent Romani: nisi Locresium multitudo exacerbata superbia atq; auaritia Pœnorum ad Romanos inclinasset. Scipioni ut nuntiatū est, in maiore discrimine Locris rem uerti, ipsumq; Annibalem aduentare: ne præsidium etiā periclitaretur haud facili inde receptū, & ipse à Messana, L. Scipione fratre in præsidio ibi relicto, cum primum æstu fretum inclinatum est, naues mari secundo misit. Et Annibal à Buthroto amni (haud procul is ab urbe Locris abest) nuntio præmisso, ut sui luce prima summa ui prælium cum Romanis ac Locrensibus confererent, dum ipse auersis omnibus in eum tumultum ab tergo urbem incautam aggredere: ubi luce cœptam inuenit pugna, ipse nec in arcem se includere, turba locum arctum impediturus, uoluit: neq; scalas, quibus scanderent muros, attulerant. sarcinis in aceruum coniectis, cum haud procul muris ad terrorem hostium aciem ostendisset, cum equitibus numidis circumequitabat urbem. dum scalæ, quæ que alia ad oppugnandum opus erant, parantur, ad uisendum qua maxime parte aggredere, progressus ad murum, scorpione ictus, qui proximus eum forte steterat. territus inde tam periculoso casu receptui canere cum iussisset, castra procul ab ictu teli communiit. Classis Romana à Messana Locros multa die superante accessit. expositi omnes nauibus: & ante occasum solis urbem ingressi sunt. Postero die cœpta ex arce à pœnis pugna. & Annibal iam scalis, alijsq; omnibus ad oppugnationem paratis, subibat muros, cum repente in eum nihil minus quam tale quicquam timentem, patefacta porta erumpunt Romani. ad cœc improvidos cum inuasissent, occidunt. cæteros Annibal, ut cōsulem adesse sensit, in castra recipit: nuntioq; misso ad eos, qui in arce erant, ut sibi inctipsis consulerent, nocte motis castris abijt. Et qui in arce erant, igni iniecto tectis quæ tenebāt, ut is tumultus hostem moraretur, agmen suorum fugæ simili cursu ante noctem assecuti sunt. Scipio ut & arcem relictam ab hostibus, & uacua uidit castra, uocatos ad contionem Locrenses grauiter ob defectionem inculauit: de autoribus supplicium sumpsit, bonaq; eorum alterius factionis principibus ob egregiā fidem aduersus Romanos concessit, publice nec dare, nec eripere se quicquam Locrensibus dixit. Romam mitterent legatos. quam senatus æquum censuisset, eam fortunam habituros. illud satis scire, etsi male de populo Romano meriti essent, in meliore statu sub iratis Romanis futuros, quam sub amicis Carthaginensibus fuerint. Ipse Q. Pleminio legato, præsidioq; quod arcem ceperat, ad tuendam urbem relicto, cum quibus uenerat copijs, Messanā traiecit. Ita superbe crudeliterq; habiti Locrenses à Carthaginensibus post defectionem ab Romanis fuerant, ut modicas iniurias non æquo modo animo pati, sed propè libenti uideri possent. uerumenimvero tantum Pleminius Amilcarem præsidij præfectum, tantum præsidij milites Romani Pœnos scelere atq; auaritia superauerunt, ut non armis, sed uitjs uideretur certari. nihil omnium, quæ inopi inuisas opes potentioris faciūt, prætermisū in oppidanos est ab duce, aut à militibus. in corpora ipsorum, in liberos, in coniuges infandæ contumeliæ editæ. nam auaritia ne sacrorū quidem spoliatione abstinuit: nec alia modo templa uiolata, sed Proserpinæ etiam intacti omnium ætate thesauri: præterquā quod à Pyrrho, qui cum magno piaculo sacrilegij sui manubias retulit, spoliati dicebantur. Ergo sicut ante regię naues laceratæ naufragijs nihil in terram integri, præter sacram pecuniam deæ, quam asportauerant, extulerunt: tum quoq; alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea uiolatione templi furorem obiecit: atq; inter se

ducem in ducem, militem in militem rabie hostili uertit. Summæ rei Pleminius præerat: militum pars sub eo, quam ipse ab Rhegyo adduxerat, pars sub tribunis erat. Rapto poculo argenteo ex oppidani domo Pleminij miles fugiens, sequentibus quorum erat, obuius forte Sergio & Matieno tribunis militum fuit. cui cum iussu tribunorum ademptum poculum esset, iurgium inde & clamor, pugna postremo orta inter Pleminij milites, tribunorumque, ut suis quisque opportunus aduenerat, multitudine simul ac tumultu crescente. Victi Pleminij milites cum ad Pleminium cruorem & uulnera ostentantes non sine uociferatione atque indignatione concurrissent, probra in eum ipsum iactata in iurgiis referentes, accensus ira domo sese proripuit: uocatosque tribunos nudari, ac uirgas expediri iubet. Dum spoliandis his (repugnabant enim, militumque fidem implorabant) tempus teritur, repente frequentes milites feroces recenti uictoria ex omnibus locis, uelut aduersus hostes ad arma conclamatū esset, concurrerunt. & cum uiolata iam uirgis corpora tribunorum uidissent, tum uero in multo impotentiore subito rabiem accensū, sine respectu non maiestatis modo, sed etiam humanitatis, in legatum impetū, licitoribus prius indignum in modū mulctatis, faciūt. tum ipsum ab suis interceptū & seclusum hostiliter lacerāt, & propè exanguem, naso auribusque mutilatis, relinquunt. His Messanam nuntiatis, Scipio post paucos dies Locros hexeri aduectus, cum causam Pleminij & tribunorum audisset, Pleminio noxa liberato, relictoque in eiusdem loci præsidio, tribunis fontibus iudicatis, & in uincula coniectis, ut Romam ad senatū mitterentur, Messanam atque inde Syracusas redit. Pleminius impotens iræ, neglectam ab Scipione & nimis leuiter latam suam iniuriam ratus: nec quenquam æstimare alium eam litem posse, nisi qui atrocitatem eius patiendo sensisset: tribunos attrahi ad se iussit: laceratosque omnibus, quæ pati corpus ullū potest, supplicijs interfecit: nec satiatum uiuorum poena insepultos proiecit. Simili crudelitate & in Locrensiū principes est usus, quos ad cōquerendas iniurias ad Scipionem profectos audiuit. & quæ antea per libidinem atque auaritiam scæda exempla in socios ediderat, tunc ab ira multiplicia edere: infamiam atque inuidiam non sibi modo, sed etiam imperatori esse. Iam comitiorū appetebat tempus: cum à P. Licinio literæ Romam allatæ sunt: se, exercitumque suū graui morbo afflictari: nec subsisti potuisse, nisi eadem uis mali, aut grauior etiam, in hostes ingruisset. itaque quoniam ipse uenire ad comitia non posset, si ita patribus uideretur, se Q. Cæciliū Metellū dictatorem comitiorū causa dicturū. exercitum Q. Cæciliij dimitti, è republica esse. nam neque usum eius ullū in præsentia esse, cum Annibal iam in hyberna suos receperit: & tantam incessisse in ea castra uim morbi, ut nisi mature dimittantur, nemo omnium superfuturus uideatur. Ea consuli à patribus facienda, ut è republica fideque sua duceret, permissa. Ciuitatem eo tempore repens religio inuaserat, inuento carmine in libris sibyllinis, propter crebrius eo anno de cælo lapidatū inspectis. Quandocumque hostis alienigena terræ Italiæ bellum intulisset, cum pelli Italia, uincique posse, si mater Idæa Pessimante Romam aduecta esset. Id carmen ab decemuiris inuentū eo magis patres mouit, quod & legati, qui donū Delphos portauerant, referebant: & sacrificantibus ipsis Pythio Apollini, omnia læra exta fuisse: & responsum oraculo editū, maiorem multo uictoriam, quam cuius ex spolijs dona portarent, adesse populo Romano. In eiusdem spei summam conferebant P. Scipionis uelut præfagientem animū de fine belli, quod depoposcisset prouinciam Africam. Itaque quomaturius fati omnibus oraculisque portendentis sese uictoriae compotes fierent, id cogitare, quæ ratio transportandæ Romam decæ esset. Nullas tum in Asia ciuitates socias habebat populus Romanus. tamen memores, Aesculapium quoque ex Græcia quondam haud dum ullo scædere sociata ualetudinis populi causa accersitum: & iam cum Attalo rege propter cōmune aduersus Philippum bellum cœptam amicitiam esse, facturū eum quæ possit, populi Romani causa: legatos ad eum decernunt, M. Valerium Leuinum, qui bis consul fuerat, ac res in Græcia gesserat, M. Cæciliū Metellum prætorium, Sulpiciū Galbam ædilitium, duos quaestorios, C. Tremelium Flaccum, & M. Valerium Falconem. His quinque naues quinqueremes, ut ex dignitate populi Romani adirent eas terras, ad quas concilianda maiestas nomini Romano esset, decernunt. Legati Asiam petentes protinus Delphos cum exscendissent, oraculū adierunt, consulentes, ad quod negotiū domo missi essent, perficiendi eius quam sibi spem, popu
locq

loq̄ Romano portenderet. Responsum esse ferunt, per Attalum regem compotes eius fore, quod peterent. cum Romam deam deuexissent, tum curarent, ut eam qui uir optimus Romæ esset, hospitio acciperet. Pergamum ad regem uenerunt. Is legatos comiter acceptos Pefinuntem in Phrygiam deduxit: sacrumq̄ ijs lapidem, quem matrem deum incolæ esse dicebant, tradidit, ac deportare Romam iussit. Remissus ab legatis M. Valerius Falco nunciauit deam apportari, quærendū uirum optimū in ciuitate esse, qui eam rite hospitio acciperet. Q. Cæcilius Metellus dictator ab consule in Brutij comitorū causa dictus, exercitusq̄ eius dimissus, magister equitū L. Veturius Philo. Comitia per dictatorē habita. Consules facti M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus absens, cum prouinciā Græciam haberet. Prætores inde creati, T. Claudius Nero, M. Martius Ralla, L. Scribonius Libo, M. Pomponius Matho. Comitij perfectis dictator sese magistratu abdicauit. Ludi Romani ter, plebeij septies instaurati. Curules erant ædiles Cn. & L. Cornelij Lentuli. Lucius Hispaniam prouinciā habebat. absens creatus, absens cum honorē gessit. T. Claudius Asellus, & M. Iunius Pœnus plebeij ædiles fuerunt. Aedem Virtutis eo anno ad portam Capenam M. Marcellus dedicauit, septimodecimo anno postquam à patre eius primo consulatu uota in Gallia ad Clastidiū fuerat. Et flamē martialis eo anno est mortuus M. Aemylius Regillus. Neglectæ eo biennio res in Græcia erant. itaque Philippus Aetolos desertos ab Romanis, cui unī fidebant auxilio, quibus uoluit conditionibus ad petendam & paciscendam subegit pacem. quod nisi omni uiperficere maturasset, bellantem eum cum Aetolis P. Sempronius proconsul, successor imperij missus Sulpitio cum decem millibus peditum, & mille equitibus, trigintaquinq̄ rostratis nauibus, haud paruū momentum ad opem ferendam socijs, oppressit. Vixdū pace facta nuntius regi uenit, Romanos Dyrháchium uenisse: Parthinosq̄, & propinquas alias gentes motas esse ad spem nouandī res: Dimallumq̄ oppugnari. eò se auerterant Romani ab Aetolorum, quò missi erant, auxilio: irati, quod sine auctoritate sua aduersus fœdus cū rege pacem fecissent. Ea cum audisset Philippus, ne qui motus maior in finitimis gentibus populisq̄ oriretur, magnis itineribus Apolloniam contendit: quò Sempronius se receperat, misso Lectorio legato cum parte copiarū, & xv nauibus in Aetoliam ad uisendas res, pacemq̄, si posset, turbandam. Philippus agros Apolloniatū uastauit, & ad urbem admotis copijs, potestatem pugnae Romano fecit. quem posteaquam quietum muros tantummodo tueri uidit: nec satis fidens uiribus ut urbem oppugnaret, & cū Romanis quoq̄, sicut cum Aetolis, cupiens pacem, si posset, sin minus, inducias facere, nihil ultra iritatis nouo certamine odijs, in regnū se recepit.

Per idem tempus tædio diutini belli Epirotæ, tentata prius Romanorum uoluntate, legatos de pace communi ad Philippum misere, satis confidere conuenturam eam affirmantes, si ad colloquium cum P. Sempronio imperatore Romano uenisset. Facile impetratum (neq̄ enim ne ipsius quidem regis abhorrebat animus) ut in Epirum transiret. Phœnice urbs est Epiri. ibi prius collocutus rex cum Eropo, & Darda, & Philippo Epirotarum prætoribus, postea eum P. Sempronio congreditur. Affuit colloquio & Aminander Athamanum rex, & magistratus alij Epirotarum, & Acarnanū. Primus Philippus prætor uerba fecit, & petijt simul ab rege, & ab imperatore Romano, ut finē belli facerent, darentq̄ eam Epirotis ueniam. P. Sempronius conditiones pacis dixit, ut Parthini, & Dimallum, & Bargulum, & Eugenium, Romanorū essent. Atintanas, missis Romam legatis ab senatu impetrasse, ut Macedoni accederent. In eas conditiones cum pax conuenisset, ab rege fœderi ascripti, Prusia Bithyniæ rex, Achæi, Bœoti, Thessali, Acarnanes, Epirotæ: ab Romanis, Ilienses, Attalus rex, Pleuratus, Nabis Lacedæmoniorū tyrannus, Elci, Messenij, Athenienses. Hæc conscripta, cōsignataq̄ sunt, & in duos menses induciæ factæ, donec Romam mitterentur legati, ut populus in has conditiones pacem iuberet. Iusseruntq̄ omnes tribus, quia uerso in Africam bello, omnibus alijs in præsentia leuari bellis uolebāt. P. Sempronius pace facta ad consulatū Romam decessit. M. Cornelio P. Sempronio cōsulibus (quintusdecimus is annus punici belli erat) prouinciæ, Cornelio Hetturia cū uetere exercitu, Sempronio Brutij, ut nouas scriberet legiones, decretæ. Prætoribus, M. Martio urbana, L. Scribonio Liboni peregrina, & eidem Gallia, M. Pomponio Mathoni Sicilia,

T. Claudio Neroni Sardinia euenit. P. Scipioni cum eo exercitu, cumq; ea classe, quam habebat, prorogatum in annum imperium est. Item P. Licinio, ut Brutios cum duabus legionibus obtineret, quoad eum in prouincia cū imperio morari consuli è republica uisum esset. Et M. Liuius, & Sp. Lucretius cum binis legionibus, quibus aduersus Magonē Galliaē praesidio fuissent, prorogatum imperium est. Et Cn. Octauio, ut cum Sardiniam, legionemq; T. Claudio tradidisset, ipse nauibus longis XL maritimam oram, quibus finibus senatus censuisset, tutaretur. M. Pomponio praetori in Sicilia cannensis exercitus duae legiones decretae. T. Quintius Tarentum, C. Hostilius Tubulus Capuam, praetores, sicut priore anno, cum uetere uterq; praesidio obtinerent. De Hispaniaē imperio, quos in eam prouinciam duos proconsules mitti placeret, latum ad populum est. Omnes tribus eisdem L. Cornelium Lentulum, & L. Manlium Acidinum proconsules, sicut priore anno tenuissent, obtinere eas prouincias iusserunt. Consules delectum habere instituerunt, & ad nouas scribendas in Brutios legiones, & caeterorum (ita enim iussi ab senatu erant) exercituum supplementū. Quanquam nondum aperte Africa prouincia decreta erat, occultantibus id credo patribus, ne praesciscerent Carthaginenses: tamē in eam spē erecta ciuitas erat, in Africa eo anno debellatū iri, finemq; bello punico adesse. Impleuerat ea res superstitione animos: proniq; & ad nuntianda, & ad credenda prodigia erant. ea plura uulgabantur: duos soles uisos: & nocte interluxisse: & facem Setiaē ab ortu solis in occidentem porrigi uisam. Tarracinaē portam, Anagninaē & portam, & multis locis murum de caelo tactum. in aede Iunonis Sospitae Lanuuij cum horrendo fragore strepitum editum. Eorum procurandorum causa diem unum supplicatio fuit: & nouendiale sacrum, quod de caelo lapidatum esset, factū. Eo accessit consultatio de matre Idaea accipienda, quam praeterquam quod M. Valerius unus ex legatis regressus, actutum in Italia fore nunciauerat, recens nuntius aderat, Tarracinaē iam esse. Haud paruā rei iudicium senatum tenebat, qui uir optimus in ciuitate esset. ueram certe uictoriam eius rei sibi quisque mallet, quam ulla imperia, honores ue suffragio seu patrū, seu plebis delatos. P. Scipionem, Cn. filium, eius qui in Hispania ceciderat, adolescentem nondum quaestorium, iudicauerunt in tota ciuitate uirum optimum esse. Id quibus uirtutibus inducti ita iudicauerint, sicut proditum memoriae à primis temporum illorum scriptoribus libens posteris tradiderim: ita meas opiniones, cōiectando rem uetustate obrutam, nō interponā. P. Cornelius cū omnibus matronis Ostiam obuiam ire deae iussus: isq; eam de naue acciperet, & in terram elatam traderet ferendam matronis. Postq; nauis ad ostiū amnis tyberini accessisset, sicut erat iussus, in salum naue euectus ab sacerdotibus deam accepit, extulicq; in terram. Matronae primores ciuitatis, inter quas unius Claudiae Quintiae insigne est nomen, acceperunt: cui dubia (ut traditur) ante fama clariorem ad posteros tam religioso ministerio pudicitiam fecit. Ee per manus succedentes deinceps aliq; alijs, omni effusa ciuitate obuiam, thuribus ante ianuas positis, qua praeferebatur, atq; accenso thure, precantibus ut uolēs propitiaq; urbem Romam iniret, in aedem Victoriae, qua est in palatio, pertulere deam pridie idus Aprilis, isq; dies festus fuit. populus frequens dona deae in palatiū tulit, lectisterniumq; & ludi fuere, Megalesia appellata. Cum de supplemento legionum, qua in prouincijs erant, ageretur, tempus esse, à quibusdam senatoribus subiectum est, qua dubijs in rebus utrunque tolerata essent, ea dempto iam tandem deū benignitate metu, non ultra pati. Erectis expectatione patribus, subiecerunt: colonias latinas duodecim, qua Q. Fabio & Q. Fuluius consulibus abnuissent milites dare, eas annum iam ferme sextum uacationem militiae, quasi honoris & beneficij causa habere: cum interim boni, obediensq; socij pro fide atq; obsequio imperij Romani continuis omnium annorum delectibus exhausti essent. Sub hanc uocem non memoria magis patribus renouata rei propè iam oblitteratae, quam ira irritata est. Itaque nihil prius referre consules passi, decreuerunt, ut consules magistratus, denosq; principes Nepete, Sutrio, Ardea, Calibus, Alba, Carsolis, Sora, Suessa, Setia, Circeis, Narnia, Interamna (eae nanque coloniae in ea causa erant) Romam excirent: ipsi imperarent, quantum quaeque earum coloniarum militum plurimum dedisset populo Romano, ex quo hostes in Italia essent, duplicatum eius summæ numerū peditum daret, & equites centenos uicenos. si qua cum numerum

numerum equitum explere non posset, pro equite uno tres pedites liceret dare. pedites, equitesque quam locupletissimi legerentur, mitterenturque, ubicunque extra Italiam supplemento opus esset. si qui ex his recusarent, retineri eius coloniarum magistratus, legatosque placere: neque, si postularent, senatum dari, priusquam imperata fecissent. stipendium præterea his coloniis tria millia æris, asses singulos imperari, exigique quotannis: censumque in his coloniis agi ex formula ab Romanis censoribus data. dari autem placere eandem, quam populo Romano: de ferrique Romam ab iuratis censoribus coloniarum, priusquam magistratu abirent. Ex hoc senatus consulto accitis Romam magistratibus, primoribusque earum coloniarum, consules cum milites stipendiumque imperassent, alij alijs magis recusare ac reclamare. negare tantum militum effici posse: uix, si simplum ex formula imperetur, enixuros. orare, atque obsecrare, ut sibi senatum adire ac deprecari liceret. nihil se, quare perire merito deberent, admisisse. sed si per eundem etiam foret, neque suum delictum, neque iram populi Romani, ut plus militum darent, quam haberet, posse efficere. Consules obstinati manere legatos Romæ iubent, magistratus ire domos ad delectus habendos. nisi summa militum, quæ imperata esset, Romam adducta, neminem his senatum daturum. Ita præcisa spe senatum adeundi, deprecandi que, delectus in his duodecim coloniis, per longam uacationem numero iuniorum aucto, haud difficulter est perfectus. Altera itidem res, propè æque longo neglecta silentio, relata à M. Valerio Leuino est: qui priuatis collatas pecunias, se ac M. Claudio consule, reddi tandem æquum esse dixit. nec mirari quenquam debere, in publica obligata fide suam præcipuam curam esse. nam præterquam quod aliquid proprie ad consulem eius anni, quo collata pecuniæ essent, pertineret, etiam se authorem ita conferendi fuisse inopi ærario, nec plebe ad tributum sufficiente. Grata ea patribus admonitio fuit. iussisque referre consulibus, decreuerunt: ut tribus pensionibus ea pecunia solueretur: primam præsentem his, qui tum essent, duas tertij, & quinti consules numerarent. Omnes deinde alias curas una occupauit, postquam Locrensi clades, quæ ignotæ ad eam diem fuerant, legatorum aduentu uulgatæ sunt. nec tam Q. Pleminij scelus, quam Scipionis in eo aut ambitio, aut negligentia iras hominum iritauit. Decem legati Locrensiu obfiti squallore & sordibus, in comitio sedentibus consulibus, uelamenta supplicum, ramos oleæ (ut Græcis mos est) porrigentes, ante tribunal cum flebili uociferatione humi procubuerunt. Quærentibus consulibus Locrenses se dixerunt esse, ea passos à Q. Pleminio legato, Romanisque militibus, quæ pati ne Carthaginenses quidem uelit populus Romanus. orare, uti sibi patres adeundi, deplorandi que erumnas suas potestatem facerent. Senatu dato, maximus natus ex his. Scio, inquit, quanti æstimentur nostræ apud uos querelæ patres conscripti plurimum in eo momenti esse, si probe sciatis, & quomodo proditi Locri Annibali sint, & quo modo pulso Annibalis præsidio, restituti in ditionem uestram. quippe si & culpa defectionis procul à publico consilio absit, & reditum in uestram ditionem appareat, non uoluntate solum, sed ope etiam ac uirtute nostra, magis indignemini bonis ac fidelibus socijs tam atroces atque indignas iniurias ab legato uestro, militibusque fieri. Sed ego causam utriusque defectionis nostræ in aliud tempus differendam arbitror esse, duarum rerum gratia: unius, ut coram P. Scipione, qui Locros recepit, quique omnium nobis recte perperamque factorum est testis, agatur: alterius, quod qualescunque sumus, tamen hæc, quæ passi sumus, pati non debuimus. Non possumus dissimulare per nos, cum præsidium punicum in arce nostra habemus, multa fœda indigna & à præfecto præsidij Amilcare, & ab Numidis Afrisque passos esse. sed quid illa sunt, collata cum his, quæ hodie patimur? Cum bona uenia quæso audiatis per eum id, quod inuitus eloquar. In discrimine est nunc humanum omne genus, utrum uos, an Carthaginenses principes orbis terrarum uideat. sed si ex his, quæ Locrenses aut ab illis passi sumus, aut à uestro præsidio nunc cum maxime patimur, æstimandum Romanum ac punicum imperium sit, nemo non illos sibi quam uos dominos præoptet. Et tamen uidete quemadmodum Locrenses in uos animati sint. cum à Carthaginensibus iniurias multo minores acciperemus, ad uestrum imperatorem confugimus: cum à uestro præsidio plusquam hostilia patiamur, nusquam aliò, quam ad uos querelas detulimus. Aut uos respicietis perditas res nostras

P C, aut ne ab dijs quidem immortalibus quod precemur, quicquam superest. Q. Pleminius legatus missus est cum præsidio ad recuperandos à Carthaginiensibus Locros, & cum eodem ibi relictus est præsidio. in hoc legato uestro (dant enim animum ad loquendū libere ultimæ miseræ) nec hominis quicquam est P C præter figuram & speciem, neq; Romani ciuis, præter habitum, & sonum latinæ linguæ. pestis, ac belua immanis, qualem fretum quondam, quo ab Sicilia diuidimur, ad perniciem nauigantium circumfedissee fabulæ ferunt. Ac si scelus, libidinem, & auaritiam solus ipse exercere in socios uestros satis haberet, unam profundam quidem uoraginem tamē patientia nostra expleremus. nunc omnes centuriones militesq; uestros (adeo in promiscuo licentiam atq; improbitatem esse uoluit) Pleminius fecit: omnes rapiunt, spoliant, uerberant, uulnerant, occidunt, constuprant matronas, uirgines, ingenuos, raptos ex complexu parentum. quotidie capitur urbs nostra, quotidie diripitur, dies noctesq; omnia passim mulierum, puerorumq; qui rapiuntur, atq; asportantur, plorantibus sonant. Mirretur, qui sciat, quomodo aut nos ad patiendum sufficiamus: aut illos, qui faciunt, nondum tantarum iniuriarum satietas ceperit. Neq; ego exequi possum, nec uobis operæ est audire singula, quæ passi sumus. communiter omnia complectar. Nego domum ullam Locris, nego quemquam hominem expertem iniuriæ esse: nego ullum genus, sceleris, libidinis, auaritiæ superesse, quod in ullo, qui pati potuerit, prætermisum sit. Vix ratio iniri potest, uter casus ciuitatis sit detestabilior: cum hostes bello urbem cepere, an cū exitiabilis tyrannus ui atq; armis oppressit. omnia, quæ captæ urbes patiuntur, passi sumus, & nunc cum maxime patimur P C. omnia quæ crudelissimi atq; importunissimi tyrāni scelera in oppressos ciues edūt, Pleminius in nos, liberosq; nostros, & coniuges edidit. Vnum est, de quo nominatim & nos queri religio infixata animis cogat: & uos audire, & exoluere temp. uestram religionem, si ita uobis uidebitur, uelimus P C. uidimus enim cum quanta cærimonia non uestros solum colatis deos, sed etiam externos accipiatis. Fanum est apud nos Proserpinæ, de cuius sanctitate templi credo aliquam famam ad uos peruenisse Pyrrhi bello. qui cum ex Sicilia rediens Locros classe præteruehertur, inter alia fœda, quæ propter fidem nostram erga uos in ciuitatem nostrā facinora edidit, thesauros quoq; Proserpinæ intactos ad eam diem spoliavit: atq; ita pecunia in naues imposita, ipse terra est profectus. Quid ergo euenit P C. classis postero die fœdissima tempestate lacerata: omnesq; naues, quæ sacram pecuniam habebant, in litora nostra eiectæ sunt. quæ tanta clade edoctus tandem deos esse superbissimus rex, pecuniam omnem inquisitam in thesauros Proserpinæ referri iussit. nec tamen illi unquam postea prospere quicquā euenit: pulsusq; Italia, ignobili atq; inhonesta morte temere nocte ingressus Argos occubuit. Hæc cum audisset legatus uester, tribunusq; militum: & mille alia, quæ non augendæ religionis causa, sed præsentis deæ numine sæpe comperta nobis maioribusq; nostris, referebātur: ausi sunt nihilo minus sacrilegas admouere manus intactis illis thesauris: & nefanda præda scipso, ac domos contaminare suas, & milites uestros. quibus per uos fidemq; uestram P C priusquam eorum scelus expietis, neq; in Italia, neq; in Africa quicq; rei gesseritis: ne quod piaculi commiserunt, nō suo solū sanguine, sed etiam publica clade luant. quanq; ne nūc quidem P C aut in ducibus, aut in militibus uestris cessat ira deæ. aliquoties iam inter se signis collatis concurrerūt. dux alterius partis Pleminius, alterius duo tribuni militum erant. nō acrius cum Carthaginiensibus, q̄ ipsi inter se ferro dimicauerūt. præbuisentq; occasionē furore suo Locros recipiendi Annibali: ni accitus à nobis Scipio interuenisset. At Hercule milites cōtactos sacrilegio furor agitatur, in ducibus ipsis puniēdis nullū deæ numen apparuit. imò ibi præsens maxime fuit. uirgis cæsi tribuni ab legato sunt. legatus deinde insidijs tribunorum interceptus, præterquam quod toto corpore laceratus, naso quoq; auribusq; decisis exanguis est relictus. recreatus deinde legatus ex uulneribus tribunos militū in uincula cōiectos, dein uerberatos, seruilibusq; omnibus supplicijs cruciando occidit: mortuos deinde prohibuit sepeliri. Has dea pœnas à tēpli sui spoliatoribus habet: nec ante desinet omnibus eos agitare furijs, quàm reposita sacra pecunia in thesauris fuerit. Maiores quondam nostri graui Crotoniensium bello, quia extra urbem tēplum est, transferre in urbem eam pecuniam uoluerūt. nocte audita ex delubro uox est, abstinerent manus

manus, deam sua templa defensuram. quia mouendi inde thesauros incussa erat religio, muro circundare templum uoluerunt. ad aliquantum iam altitudinis excitata erant mœnia, cum subito collapsa ruina sunt. Sed & nunc, & sæpe aliàs dea suam sedem, suumq; templum aut tuta-
 ta est, aut à uiolatoribus grauià piacula exegit. nostras iniurias nec potest, nec possit alius ulci-
 sci, quàm uos P. C. ad uos, uestramq; fidem supplices confugimus. nihil nostra interest, utrum
 sub illo legato, sub illo præsidio Locros esse sinatis, an irato Annibali & Pœnis ad supplicium
 dedatis. Nò postulamus ut extemplo nobis, ut de absente, ut indieta causa credatis. ueniat, cor-
 ram ipse audiat, ipse diluat. si quicquam sceleris, quod homo in homines edere potest, in nos
 prætermisit, non recusamus quin & nos omnia eadem iterum, si pati possumus, patiamur, &
 ille omni diuino humanoq; liberetur scelere. Hæc cum ab legatis dicta essent, quæsiitq; ab
 ijs Q. Fabius, detulissent ne eas querelas ad P. Scipionem, responderunt: missos legatos esse, sed
 cum belli apparatu occupatum esse: & in Africam aut iam traiecisse, aut intra paucos dies tra-
 iecturum. & legati gratia quanta esset apud imperatorem, expertos esse: cū inter eum & tribu-
 nos cognita causa, tribunos in uincula coniecerit: legatum æque fontem, aut magis etiam, in ea
 potestate reliquerit. Iussis excedere è templo legatis, non Pleminius modo, sed etiam Scipio
 principum orationibus lacerari. ante omnes Q. Fabius natum ad corrupendam disciplinam
 militarem arguere. sic & in Hispania plus propè per seditionem militū, quàm bello amissum.
 externo & regio more & indulgere licentiæ militum, & sæuire in eos. Sententiam deinde tru-
 cem orationi adiecit. Pleminium legatum uinctum Romam deportari placere, & ex uinculis
 causam dicere: ac si uera forent, quæ Locrenses quererentur, in carcere necari, bonaq; eius pu-
 blicari. P. Scipionem, quod de prouincia decesserit iniussu senatus, reuocari: agiq; cū tribunis
 plebis, ut de imperio eius abrogādo ferrēt ad populū. Locrensibus coram senatū respondere:
 quas iniurias sibi factas quererentur, neq; senatum neq; populū Romanū factas uelle. uiros
 bonos, sociosq; & amicos eos appellari. liberos, coniuges, quæq; alia erepta essent, restitui. pe-
 cuniam, quanta ex thesauris Proserpine sublata esset, conquiri: duplamq; pecuniam in thesau-
 ris reponi: & sacrū piacularare fieri: ita ut prius ad collegium pontificū referretur: quod sacri the-
 sauri moti, aperti, uiolatiq; essent, quæ piacula quibus dijs, quibus hostijs fieri placeret. milites
 qui Locris essent, omnes in Siciliam transportari: quatuor cohortes sociorum latini nominis in
 præsidium Locros adduci. Perrogari eo die sententiæ accensis studijs pro Scipione, & aduersus
 Scipionem, nò potuere. Præter Pleminij facinus, Locrensiūq; cladem, ipsius etiam imperato-
 ris nò Romanus modo, sed ne militaris quidem cultus iactabatur. cū pallio crepidisq; inam-
 bulare in gymnasio, libellis etiam palæstræq; operam dare. æque segniter, molliterq; cohortem
 totam Syracusarū amœnitate frui: Carthaginem, atq; Annibalem excidisse de memoria:
 exercitum omnem licentiā corruptū, qualis Sucrone in Hispania fuerit, qualis nunc Locris, so-
 cius magis quàm hosti metuendus. Hæc quanq; partim uera, partim mista, eorūq; similia ueris
 iactabantur, uicit tamen Q. Metelli sententiā: qui de cæteris Maximo assensus, de Scipionis
 causa dissensit. Qui enim conuenire, quem modo ciuitas iuuenem admodū unum recuperan-
 dæ Hispaniæ delegerit ducem, quæ recepta ab hostibus Hispania ad imponendū punico bel-
 lo finem creauerit consulē, spe destinauerit Annibalem ex Italia retracturū, Africam subactu-
 rum: cū repente, tanq; Q. Pleminium, indieta causa præter damnatū ex prouincia reuocari: cum
 ea, quæ in se nefarie facta Locrenses quererentur, ne præsentem quidem Scipione facta dicerēt:
 neq; aliud, quàm patientia, aut pudor, quod legato pepercisset, insimulari possit. Sibi placere,
 M. Pomponium prætorem, cui Sicilia prouincia sorte euenisset, triduo proximo in prouinci-
 am proficisci: consules decem legatos, quos ijs uideretur, ex senatu legere, quos cum prætore
 mitterent, & duos tribunos plebis, atq; ædilem. cum eo cōsilio prætorem cognoscere. si ea, quæ
 Locrenses facta quererentur, iussu aut uoluntate P. Scipionis facta essent, ut cum de prouin-
 cia decedere iuberent: si P. Scipio iam in Africam traiecisset, tribuni plebis, atq; ædilis cum duo-
 bus legatis, quos maxime prætor idoneos censuisset, in Africam proficiscerentur: tribuni atq;
 ædilis, qui reducerent inde Scipionem: legati, qui exercitui præsentent, donec nouus imperator
 ad eum exercitum uenisset. sin M. Pomponius, & decem legati comperissent, neq; iussu neq;
 uoluntate

uoluntate P. Scipionis ea facta esse, ut in exercitu Scipio maneret, bellumq; ut proposuisset, gereret. Hoc facto s c cum tribunis plebis actum est, aut compararent inter se, aut sorte legerent, qui duo cum prætor ac legatis irent. Ad collegium pontificum relatum de expiandis, quæ Locris in templo Proserpinæ tacta, uiolata, elataq; inde essent. Tribuni plebis cum prætor & decem legatis profecti, M. Claudius Marcellus, & M. Cincius Alimentus, ijsq; ædilis plebis datus est: quem, si aut in Sicilia prætoris dicto audiens nō esset Scipio, aut iam in Africam traiecisset, cōprehendere tribuni iuberent, ac iure sacrosanctæ potestatis reducerent. Prius Locros ire, quàm Messanam consilium erat. Cæterum duplex fama est, quod ad Pleminium attinet. alij, auditis quæ Romæ acta essent, in exiliū Neapolim euntem forte in Q. Metellum unum ex legatis incidisse, & ab eo Rhegyum ui retractum. alij, ab ipso Scipione legatum cum triginta nobilissimis equitum missum, qui Q. Pleminium in catenas, & cum eo seditionis principes conijcerent. si omnes, seu ante Scipionis, seu tum prætoris iussu traditi in custodiam Rhegynis sunt. Prætor legatiq; Locros profecti primam, sicuti mandatum erat, religionis curam habuere. omnem enim sacram pecuniam, quæq; apud Pleminium, quæq; apud milites erat, conquisitam cum ea, quam ipsi secum attulerant, in thesauris reposuerunt, ac piaculare sacrum fecerunt. tum uocatos in contionem milites prætor signa extra urbem efferre iuberet: castraq; in campo locat, cū graui edicto, si quis miles aut in urbe restitisset, aut secū extulisset quod suum non esset. Locrensibus se permittere, ut quod suū quisq; cognosceret, prehenderet: si quid non cōpareret, repeteret. ante omnia libera corpora placere sine mora Locrensibus restitui: non leui defunctorum pœna, qui non restituisset. Locrensiū deinde contionem habuit, atq; ijs libertatem, legesq; suas populum Romanum senatumq; restituere dixit. si qui Pleminium, alium ue quem accusare uellet, Rhegyum sequeretur. si de P. Scipione publice queri uellent, ea, quæ Locris nefarie in deos hominesq; facta essent, iussu aut uoluntate P. Scipionis facta esse, legatos mitteret Messanam. ibi se cum consilio cogniturum. Locrenses prætori legatisq; & senatui ac populo Romano gratias egere. se ad Pleminium accusandum ituros. Scipionem, quanquam parum iniurijs ciuitatis suæ doluerit, cum esse uirum, quem amicū sibi quàm inimicū malint esse. pro certo se habere, neq; iussu neq; uoluntate P. Scipionis tot tam nefanda cōmissa: sed aut Pleminio nimium, au sibi parū creditum. natura insitum quibusdam esse, ut magis peccari nolint, quàm satis animi ad uindicanda peccata habeant. Et prætori & consilio haud mediocre onus demptum erat de Scipione cognoscendi. Pleminiū, & ad duos & triginta homines cum eo damnauerūt, atq; in catenis Romam miserunt. ipsi ad Scipionem profecti sunt, ut ea quoq; quæ uulgata sermonibus erāt de cultu ac desidia imperatoris, solutaq; militiæ disciplina, comperta oculis perferrēt Romā. Venientibus ijs Syracusas, Scipio res nō uerba ad purgandum se parauit. exercitum omnem eō conuenire, classem expediri iussit, tanquam dimicandum eo die terra mariq; cum Carthaginensibus esset. Quo die uenerunt, hospitio comiter accepti. postero die terrestrem naualemq; exercitus non instructos modo, sed hos decurrenteis, classem in portu simulachrum & ipsam edentem naualis pugnae ostendit: tum circa armamentaria & horrea aliumq; belli apparatus uisendum prætor legatiq; ducti. tantaq; admiratio singularū uniuersarumq; rerum incussa, ut satis crederent, aut illo duce atq; exercitu uinci Carthaginensem populum, aut nullo alio posse: iuberentq; quod dij bene uerterent, trañceret, & spei conceptæ quo die illum omnes centuriæ priorem consulem dixissent, primo quoq; tempore compotem populum Romanū faceret. adeoq; lætis inde animis profecti sunt, tanquam uictoriam, non belli magnificum apparatus nuntiaturi Romam essent.

Pleminius, quiq; in eadem causa erant, postquam Romam est uentum, extemplo in carcerem conditi. ac primo producti ad populum ab tribunis apud præoccupatos Locrensiū clade animos nullum misericordiæ locum habuerunt. postea cum sæpius producerentur, iam senescente inuidia molliabatur ira: & ipsa deformitas Pleminij, memoriaq; absentis Scipionis fauorem ad uulgum conciliabat. mortuus tamen prius in uinculis est quàm iudicium de eo perficeretur. Hunc Pleminium Clodius Licinius in libro tertio rerū Romanarū refert ludis uotiuus, quos Romæ Africanus iterū consul faciebat, conatum per quosdam, quos pretio corruerat, aliquot

aliquot locis urbem incendere, ut frangendi carceris fugiendiq; haberet occasionem: patefacto dein scelere, delegatum in Tullianum ex s. c. De Scipione nusquam, nisi in senatu actum. ubi omnes legatiq; & tribuni classem, exercitum, ducemq; uerbis extollentes, effecerunt, ut senatus censeret primo quoque tempore in Africam traiciendum: Scipioniq; permetteretur, ut ex ijs exercitibus, qui in Sicilia essent, ipse eligeret, quos in Africam secum traiceret, quos provincia relinqueret praesidio. Dum haec apud Romanos geruntur, Carthaginienes quoq; cum speculis per promontoria omnia positis, percunctantes pauentesq; ad singulos nuntios sollicitam hanc egissent, haud paruum & ipsi tuendae Africae momentum adiecerunt societatem Syphacis regis, cuius maxime fiducia traiecturum in Africam Romanum crediderunt. Erat Asdrubali Gisgonis filio non hospitium modo cum rege, de quo ante dictum est, cum ex Hispania forte in idem tempus Scipio atq; Asdrubal conuenerunt: sed mentio quoq; inchoatae affinitatis, ut rex duceret filiam Asdrubalis. Ad eam rem confirmandam, tempusq; nuptijs statuendum (iam enim nubilus erat uirgo) profectus Asdrubal, ut accensum cupiditate (& sunt ante omnes barbaros Numidae effusi in uenerem) sensit, uirginem ab Carthagine accersit, maturatq; nuptias: & inter aliam gratulationem, ut publicum quoq; foedus priuato adijceretur, societas inter populum Carthaginiensem regemq;, data ultro citroq; fide eosdem amicos inimicosq; habituros, iureiurando affirmatur. Caeterum Asdrubal memor & cum Scipione in ita regi societatis, & quam uana & mutabilia barbarorum ingenia essent: ueritus ne, si traiceret in Africam Scipio, paruum uinculum eae nuptiae essent: dum accensum recenti amore Numidam habet, perpellit, blanditijs quoq; puellae adhibitis, ut legatos in Siciliam ad Scipionem mittat, per quos moneat cum, ne prioribus suis promissis fretus in Africam traiciat. se & nuptijs ciuis Carthaginensis filiae Asdrubalis, quem uiderit apud se in hospitio, & publico etiam foedere cum populo Carthaginensi iunctum. hortari primum, ut procul ab Africa, sicut adhuc fecerint, bellum Romani cum Carthaginensibus gerant, ne sibi interesse certaminibus eorum, armaq; aut haec, aut illa abnuentem alteram societatem sequi necesse sit. si non abstineat Africa Scipio, & Carthagini exercitum admoueat, sibi necessarium fore, & pro terra Africa, in qua & ipse sit genitus, & pro patria coniugis suae, proq; parente, ac penatibus dimicare. Cum his mandatis ab rege legati ad Scipionem missi, Syracusis cum conuenerunt.

Scipio quanquam magno momento rerum in Africa gerendarum, magnaq; spe destitutus erat, legatis propere, priusquam res uulgaretur, remissis in Africam literas dat ad regem. quibus etiam atq; etiam monet eum, ne iura hospitij secum, neu cum populo Romano in ita societatis, neu fas, fidem, dexteras, deos testes atq; arbitros conuentorum fallat. Caeterum quando neq; caelari aduentus Numidarum poterat (uagati enim in urbe, obuersatiq; praetorio erant) & si sileretur quid petentes uenissent, periculum erat, ne uera eo ipso, quod caelarentur, sua sponte magis emanarent: timorq; in exercitum incideret, ne simul cum rege, & Carthaginensibus foret bellandum: auertit à uero falsis praecipiendo mentes hominum. Et uocatis ad contionem militibus, non ultra esse cunctandum ait. instare ut in Africam quamprimum traiciat, socios reges. Masanissam prius ipsum ad Laelium uenisse, querentem, quod cunctando tempus tereretur. nunc Syphacem mittere legatos, idem admirantem, quae tam diturnae morae sit causa: postulantemq;, ut aut traiciatur tandem in Africam exercitus: aut, si mutata consilia sint, certior fiat: ut & ipse sibi, ac regno possit consulere. Itaq; iam satis omnibus instructis apparatusq;, & re iam non ultra recipiente cunctationem, in animo sibi esse, Lilybaeum classe traducta, eodemq; omnibus peditum equitumq; copijs contractis, quae prima dies cursum nanibus daret, deis bene iuuantibus in Africam traicere. Literas ad M. Pomponium mittit, ut si ei uideretur, Lilybaeum ueniret: ut communiter consulerent, quas legiones potissimum, & quantum militum numerum in Africam traiceret. item circum oram omnem maritimam misit, ut naues onerariae comprehensae Lilybaeum omnes contraherentur. Quicquid militum, nauiumq; in Sicilia erat, cum Lilybaeum conuenissent, & nec urbs multitudinem hominum, nec portus naues caperet, tantus omnibus ardor erat in Africam traiciendi, ut non ad bellum duci uiderentur, sed ad certa uictoriae praemia. praecipue qui superabant ex cannensi exercitu milites, illo non alio duce credebant

credebant nauata reipub. opera finire se militiam ignominiosam posse. Et Scipio minime id genus militum aspernabatur, ut qui neq; ad Cannas ignauia eorum cladem acceptam sciret, neq; ullos æque ueteres milites in exercitu Romano esse, expertosq; non uarijs prælijs modo, sed urbibus etiam oppugnandis. Quinta & sexta cannenses erant legiones. eas se traiecturum in Africam cum dixisset, singulos milites inspexit: relictisq; quos non idoneos credebat, in locum eorum subiecit quos secum ex Italia adduxerat: suppleuitq; ita eas legiones, ut singulae sena millia & ducentos pedites, trecentos haberent equites. sociorum item latini nominis pedites equitesq; de exercitu cannensi legit. Quantum militum in Africam transportatum sit: non paruo numero inter autores discrepat. alibi decem millia peditem, duo millia & ducentos equites: alibi xv millia peditem, mille & quingentos equites: alibi parte plus dimidia rem auctam v & xxx millia peditem equitumq; in naues imposita inuenio. quidam non adiecere numerum, inter quos me ipse in re dubia poni malim. Cælius ut abstinet numero, ita ad immensum multitudinis speciem auget. uolucres ad terram delapsas clamore militum ait: tantamq; multitudinem conscendisse naues, ut nemo mortalium aut in Italia, aut in Sicilia relinqui uideretur. Milites ut in naues ordine ac sine tumultu conscenderent, ipse eam sibi curam sumpsit. nauticos C. Lælius, qui classis præfectus erat, nauibus ante conscendere coactos cõtinuit. comæatus imponendi M. Pomponio prætori cura data. v & xl dierum cibaria, è quibus xv dierum cocta, imposita. ut omnes iam in nauibus erant: scaphas circummisit, ut ex omnibus nauibus gubernatoresq; & magistri nauium, & bini milites in forum conuenirent ad imperia accipienda. Posteaquam conuenerunt, primum ab ijs quæsiuit: si aquam hominibus, iumentisq; in totidem dies, quot frumentum, imposuissent. ubi responsum est, aquam dierum v & xl in nauibus esse: tum edixit militibus, ut silentium quieti nautis sine certamine ad ministeria exequenda bene obedientes præstarent. cum xx rostratis se ac L. Scipionem ab dextro cornu: ab læuo totidem rostratis C. Lælium præfectum classis cum M. Porcio Catone (quæstor tum is erat) onerarijs futurum præsidio. lumina in nauibus singula rostrata, bina onerariæ haberent: in prætoria naue insigne nocturnum trium luminum fore. Emporia ut peterent gubernatoribus edixit. Fertilissimus ager eoq; abundans omnium copia rerum est regio, & imbelles (quod plerunq; in ubere agro euenit) barbari sunt: priusq; quam à Carthagine subueniretur, opprimi uidebantur posse. Iis editis imperijs, redire ad naues iussi: & postero die dijs bene iuuantibus signo dato soluere naues. Multæ classes Romanæ è Sicilia, atq; ipso illo portu profectæ erant. cæterum non eo bello solum, (nec id mirum, prædatum enim tantum modo pleræq; classes ierant) sed ne priore quidem ulla profectio tanti spectaculi fuit. quantq; si magnitudine classes æstimares: & bini consules cum binis exercitibus ante traicerat: & prope totidem rostrata in illis classibus fuerant, quot onerarijs Scipio tum traiciebat. nam præter xl longas naues, quadringentis ferme onerarijs exercitum transiuit. sed & bellum bello, secundum priore ut atrocius Romanis uideretur, cum quod in Italia bellabatur, tum ingentes strages tot exercituum simul cæsis ducibus effecerat. & Scipio dux partim factis fortibus, partim suapte fortuna quadam ingenti, ad incrementa gloriæ celebratus conuerterat animos simul & mens ipsa traiciendi, nulli ante eo bello duci tentata, quod ad Annibalem detrahendum ex Italia, transferendumq; & finiendum in Africa bellum, se transire uulgauerat. Concurrerat ad spectaculum in portum omnis turba non habitantiu modo Lilybæi, sed legationum omnium ex Sicilia: quæ & ad prosequendum Scipionem officij causa conuenerant, & prætorum rem prouinciæ M. Pomponiu secuta fuerant. ad hoc legiones, quæ in Sicilia relinquebantur, ad prosequendos commilitones processerant. nec classis modo prospectantibus è terra, sed terra etiam omnis circa referta turba spectaculo nauigantibus erat. Vbi illuxit: Scipio è prætoria naue, silentio per præconem facto. *Dijs deæq;*, inquit, qui maria terrasq; colitis, uos precor, quæsoq;, quæ in meo imperio gesta sunt, geruntur, postq; gerentur: ea mihi, populo plebiq; Romanæ, locijs nominiq; latino, qui populi Romani, quiq; meam sectam imperium auspiciuq; terra, mari, amnibusq; sequuntur, bene uertant: eaq; uos omnia bene iuuetis: bonis autibus auxitis: saluos incolumesq; uictis perduellibus uictores spolijs decoratos, præda onustos

stos, triumphantesq; mecum domos reduces sistatis: inimicorum hostiumq; ulciscendorum copiam faxitis: quæq; populus Carthaginienſis in ciuitatem noſtram facere molitus eſt, ea ut mihi populoq; Ro. in ciuitatem Carthaginienſium exempla edendi facultatem detis. Secunduſ eas preces cruda exta caeſa uictima (uti mos) in mare proiecit, tubaq; ſignum dedit proficiſcendi. Vento ſecundo uehemēti ſatis profecti, celeriter conſpectu terræ ablati ſunt. & à meridie nebula ocepit, ita ut uix cōcurſus nauium inter ſe uitarent. lenior uentus in alto factus; noctem inſequentem eadem caligo obtinuit: ſole orto eſt diſcuſſa, & addita uis uento. Iam terram cernebant. haud ita multo poſt gubernator Scipioni ait: non plus quinq; millia paſſuum Africā abeſſe, Mercurij promontoriū ſe cernere. ſi iubeat eò dirigi, iam in portu fore omnem claſſem. Scipio ut in conſpectu terra fuit, precatus deos, uti bono reipub. ſuoq; Africam uiderit, dare uela, & alium infra nauibus acceſſum petere iubet. uento eodem ferebantur. cæterum nebula ſub idem ſermē tempus, quo pridie, exorta conſpectū terræ ademit, & uentus premente nebula cecidit. nox deinde incertiora omnia fecit. itaq; anchoras, ne aut inter ſe concurrerent naues, aut terræ inferrentur, iccere. ubi illaxit, uentus idem coortus, nebula diſiecta aperuit omnia Africæ litora. Scipio quod eſſet proximū promontoriū percūctatus, cū Pulchri promontoriū id uocari audiret: placet omen, inquit, huc dirigitæ naues. eò claſſis decurrit: copię omnes in terram expoſitæ ſunt. Prosperam nauigationem ſine terrore ac tumultu fuiſſe, permultiſ græcis latinisq; autoribus credidi. Cœlius unus præterquam quod non merſas fluctibus naues, cæteros omnes cœleſtes maritimosq; terrores, poſtremo abreptam tempeſtate ab Africa claſſem ad inſulam Ægimurum, inde ægre correctum curſum exponit: & propè obrutis nauibus, iniuſſu imperatoris ſcaphis haud ſecus quàm naufragos milites ſine armis cum ingēti tumultu in terram euaiſſe. Expoſitis copijs Romani caſtra in proximis tumulis metant. Iam non in maritimos modo agros cōſpectu primum claſſis, dein tumultu egredientiū in terram; pauor terrorq; peruenerat, ſed in ipſas urbes. neq; enim hominum modo turba mulierū puerorumq; agminibus immiſta omnes paſſim compleuerat uias, ſed pecora quoq; præ ſe agreſtes agebant, ut relinqui ſubito Africam diceret. urbibus uero ipſis maiorem quàm quem ſecum attulerant, terrorem inferebant. Præcipue Carthagini propè ut captæ tumultus fuit. nam poſt M. Attilium Regulum & L. Manlium coſſ. annis propè quinquaginta nullum romanum exercitum uiderant, præter prædatorias claſſes, quibus excenſiones in agros maritimos factæ erant: raptisq; quæ obuia fors fecerat, prius recurſum ſemper ad naues quàm clamor agreſtes conciret, fuerat. eo maior tum fuga pauorq; in urbe fuit. Et Hercule neq; exercitus domi ualidus, neq; dux quem opponerēt, erat. Aſdrubal Giſgonis filius, genere, fama, diuitijs, regia tum etiam affinitate longe primus ciuitatis erat. ſed cum ab illo ipſo Scipione aliquot prælijs fuſum, pulſumq; in Hiſpania meminert: nec magis ducem duci parem, quàm tumultuarium exercitū ſuum romano exercitū eſſe, itaq; uelut ſi urbem extemplo aggreſſurus Scipio foret, ita ad arma eſt conclamatum: porteq; raptim clauſæ, & armati in muris, uigiliæq; & ſtationes diſpoſitæ, ac nocte inſequenti uigilatum eſt. Poſtero die quingenti equites ſpeculatum ad mare, turbadosq; egrediētes ex nauibus miſſi, in ſtationes Romanorū inciderūt. iam enim Scipio claſſe Vticam miſſa, ipſe haud ita multum progreſſus à mari tumulos proximos ceperat, & equites in ſtationibus locis idoneis poſuerat, & per agros miſerat prædatum. Ii cum Carthaginienſi equitatu prælium cum commiſſent, paucos in ipſo certamine, pleroſq; fugientes perlecuti, in quibus præfectū quoq; Hannonē nobilē iuuenē, occiderunt. Scipio nō agros modo circa uaiſtauit, ſed urbem etiam proximam Afrorum ſatis opulentam cepit. ubi præter cætera quæ extemplo in naues onerarias impoſita, miſſaq; in Siciliam erant: octo millia liberorum capitū ſeruorumq; ſunt capta. Latiſſimus tamen Romanis in principio rerum gerendarum aduentus Maſaniſſæ fuit. quem quidam cum cc haud amplius equitibus, plerique cum duum millium equitatu tradūt ueniſſe. Cæterum cum longe maximus omnium gratis ſuæ regum hic fuerit, plurimumq; rem romanam iuuerit: operæpretium uidetur excedere paululum ad enarrādum quàm uaria fortuna uſus ſit in amittendo recuperandoq; paterno regno. Militante eo pro Carthaginienſibus in Hiſpania, pater eius moritur: (Galæ nomen erat) re-

gnum ad fratrem regis Desalcem pergrandē natu(mos ita apud Numidas est)peruenit.haud multo post Desalce quoq; mortuo, maior ex duobus filijs eius Capusa,puero admodum altero, paternum imperium accepit.cæterum cum magis iure gentis quàm autoritate inter suos, uiribus obtineret regnum:extitit quidam Mezetullus nomine, non alienus sanguine regibus, familiæ semper inimicæ, ac de imperio uaria fortuna cum ijs qui tum obtinebant, certantis. Is concitatis popularibus, apud quos inuidia regum magnæ autoritatis erat, castris palàm positis, descendere regem in aciem, ac dimicare de regno coegit. in eo prælio Capusa cum multis principum cecidit, gens Masæfulorum omnis in ditionem imperiumq; Mezetulli concessit. regio tamen nomine abstinuit:contentusq; nomine modico tutoris, puerū Lacumacen, qui stirpis regiæ supererat, regem appellat. Carthaginiensem nobilem fœminam, sororis filiam Annibalís, quæ proxime Desalci regi nupta fuerat, matrimonio sibi iūgit, spe Carthaginensium societatis: & cum Syphace hospitium uetustum legatis missis renouat, omnia ea auxilia præparans aduersus Masanissam. Et Masanissa audita morte patruí, dein nece fratris patruelis, ex Hispania in Mauritaniam (Bocchar ea tempestate rex Maurorū erat) trañcit.ab eo supplex infimis precibus auxilium itineri, quoniam bello non poterat, quatuor millia Maurorum impetrauit. Cum ijs, præmissis nuntio ad paternos suosq; amicos, cum ad fines regni peruenisset, quingenti fermè Numidæ ad eum conuenerunt. Igitur Mauris inde, sicut conuenerat, retro ad regem remissis, quanquam aliquanto minor spe multitudo, nec cum qua tantam rem aggredi satis auderet, conueniret:ratus agendo ac moliendo uires quoq; ad agendum aliquid collecturum, proficiscenti ad Syphacem Lacumaci regulo ad Tapsum occurrit.trepidum agmen cum in urbem refugisset, & urbē Masanissa primo impetu capit, & ex regijs alios tradentes se recepit, alios vim parantes occidit. pars maxima cum ipso puero inter tumultum ad Syphacem, quò primum intenderant iter, peruenerunt. Fama huius modicæ rei in principio rerum prospere actæ conuertit ad Masanissam Numidas. affluabantq; undiq; ex agris uicisq; ueteres milites Galæ, & incitabant iuuenem ad recuperandum paternum regnum. Numero militum aliquantum Mezetullus superabat. nam & ipse eum exercitum quo Capusam uicerat, & ex receptis post cædem regis aliquot habebat, & puer Lacumaces ab Syphace auxilia ingentia adduxerat, quindecim millia peditum. Mezetullo decem millia equitum erant. Quibuscum Masanissa nequaquam tantum peditum equitum ue habēs acie conflixit. uicit tamen & ueterum militum uirtus, & prudentia inter romana & punica arma exercitati ducis. Regulus cum tutore & exigua Masæfulorum manu in Carthaginensium agrum perfugit. Ita recuperato regno paterno Masanissa, quia sibi cum Syphace haud paulo maiorem restare dimicationem cernebat:optimum ratus cum fratre patruale gratiam reconciliare, missis qui & puero spem facerēt: si in fidem Masanissæ sese permisisset, futurum in eodem honore, quo apud Galam Desalces quondam fuisset: & qui Mezetullo præter impunitatem sua omnia cum fide restitui sponderent:ambos præoptanteis exilio modicam domi fortunam, omnia, ne id fieret, Carthaginensibus de industria agentibus, ad sese perduxit. Asdrubal tum forte cum hæc gerebantur, apud Syphacem erat. qui Numidæ haud sanè multum ad se pertinere credenti, utrum penes Lacumacen, an Masanissam regnum Masæfulorum esset, falli eum magnopere ait: si Masanissam eisdem contentum fore, quibus patrem Galam, aut patruum eius Desalcem, credat. multo maiorem indolem in eo animi ingenijq; esse, quàm in ullo gentis eius unquam fuisset. sæpe eum in Hispania raræ inter homines uirtutis specimen dedisse socijs pariter hostibusq;. & Syphacem & Carthaginenses, nisi orientem illum ignem oppressissent, ingenti mox incendio, cum iam nullam opem ferre possent, arsueros. adhuc teneras et fragiles eius uires esse:uixdum coalescere fouenti regnum. Instando stimulandoq; perucit, ut exercitum ad fines Masæfulorum admoueat: atq; in agro de quo sæpe cum Gala nō uerbis modo disceptatum, sed etiam armis certatum fuerat, tanquam haud dubie iuris sui castra locet: si quis arceat, quod maxime opus sit, acie dimicaturum. sin per metum agro cedatur, in medium regni eundum. aut sine certamine concessuros in ditionem eius Masæfulos, aut nequaquã pares futuros armis. His uocibus incitatus Syphax Masanissæ bellū infert: & primo certamine Masæfulos fundit fugatq;. Ma-

sanissa

saniffa cum paucis equitibus ex acie in montem (Balbum incolæ uocant) perfugit. familiæ aliquot cum mapalibus pecoribusq; suis (ea pecunia illis est) persecuti sunt regem. cætera Masæfulorum multitudo in ditionem Syphacis concessit. Quem ceperant exules montem, herbidus aquosusq; est: & quia pecori bonus alendo erat, hominum quoque carne ac lacte uescerentium abunde sufficiebat alimētis. Inde nocturnis primo ac furtiuis incurfionibus, deinde aperto latrocinio infesta omnia circa esse: maxime uri Carthaginienfis ager, quia & plus prædæ q̄ inter Numidas & latrocinium tutius erat. iamq; adeo licenter eludebāt, ut ad mare deuectam prædam uenderent mercatoribus, appellentibus naues ad id ipsum, pluresq; quam iusto sæpe in bello Carthaginienfium cæderentur caperenturq;. Deplorabant ea apud Syphacem Carthaginienfes, infensumq; & ipsum ad reliquias belli persequendas instigabant. sed uix regium uidebatur, latronem uagum in montibus cōfectari. Bocchar ex præfectis regis, ult acer & impiger ad id delectus. ei data quatuor millia peditum, duo equitum: præmiorumq; ingentium spe oneratus, si caput Masaniffæ retulisset, aut uiuum (id uero inæstimabile gaudium fore) cepisset. Palatos incuriososq; agentes improviso adortus, pecorum hominumq; ingenti multitudine à præsidio armatorum exclusa, Masaniffam ipsum cum paucis in uerticem montis compellit. inde propè ut iam debellato, nec præda modo pecorum hominumq; captorum mita ad regem, sed copiis etiam ut aliquanto maioribus, quam pro reliquijs belli remissis, cum quingentis haud amplius peditibus, ducētisq; equitibus degressum iugis Masaniffam psecutus in ualle arcta, faucibus utrinque obsessis, inclusit. ibi ingens cædes Masæfulorum facta, Masaniffa cum quinquaginta haud amplius equitibus per amfractus montis ignotos sequentibus se eripuit. Tenuit tamen uestigia Bocchar: adeptusq; cum patentibus prope Clupeam urbem campis ita circumdedit, ut præter quatuor equites, omnes ad unum interfecit. cum ijs ipsum quodque Masaniffam faucium propè è manibus inter tumultum amisit. In conspectu erant fugientis alæ equitum dispersæ lato campo, quibusdam ut occurrerent per obliqua tendētib; quacunq; hostis flectebat. amnis ingens fugientes accepit, (neq; enim cunctanter, ut quos maior metus urgeret, immiserant equos) raptiq; gurgite, & in obliquum relati. duobus in conspectu hostium in præruptum gurgitem haustis, ipse perisse creditus. duo reliqui equites cum co uirgulta interioris ripæ tenuerunt. Is finis Bocchari sequendi fuit, nec ingredi flumen auso, nec habere credēti se iam quem sequeretur. inde uanus autor absumpti Masaniffæ ad regem redit: missiq; qui Carthaginem gaudium ingens nuntiarent: totaq; Africa fama mortis Masaniffæ repleta uarie animos affecit. Masaniffa in spelunca occulta cum herbis curaret uultus; duorum equitum latrocinio per dies aliquot uixit. ubi primum ducta cicatrix, patiq; posse uisus est iactationē, audacia ingenti pergit ire ad regnū repetendum. atq; in ipso itinere haud plus x l. equitibus collectis, cum in Masæfulos palam iam quis esset ferens uenisset, tantū motum cum fauore pristino, tum gaudio insperato, quod quem perisse crediderant, incolumem cernebant, fecit: ut intra paucos dies vi millia peditum armatorum, quatuor equitum ad eum conuenirent: atq; non in possessione modo paterni regni esset, sed etiam socios Carthaginienfium populos, Masæfulorumq; fines (id Syphacis regnum erat) uastaret. irritato ad bellum Syphacem, inter Cirtham Hipponemq; in iugis opportunorum ad omnia montium confedit. Maiorem igitur eam rem Syphax ratus, q̄ ut per præfectos ageret, cum filio iuvene (nomen Verminæ erat) parte exercitus missa, illum circumducto agmine in se intentum hostem ab tergo inuadere iubet. Nocte profectus Vermina, qui ex occulto aggressurus erat. Syphax autem interdū aperto itinere, ut qui signis collatis acie dimicaturus esset, mouit castra. Vbi tempus uisum est, quo peruenisse iam circummissi uideri poterant: & ipse leni cliuo ferente ad hostem cum multitudine fretus, tum præparatis à tergo insidijs, per aduersum montem erectam aciem ducit. Masaniffa fiducia maxime loci, quo multo æquiore pugnaturus erat, & ipse dirigit suos. Atrox prælium & diu anceps fuit: loco & uirtute militum Masaniffam, multitudinis quæ nimio maior erat, Syphacem iuuante. Ea multitudo diuisa, cum pars à fronte urgeret, pars ab tergo se circūfudisset, uictoriam haud dubiam Syphaci dedit. & ne effugium quidem patebat, hinc à fronte hinc à tergo inclusis. itaq; cæteri pedites equitesq; cæsi. Ducentos ferme

equites Masaniffa circa se conglobatos, diuisosq; turmatim in treis partes erumpere iubet, loco prædicto in quem ex dissipata conuenirent fuga. ipse quâ intenderat, inter media tela hostium euasit. duæ turmæ hælere. altera metu dedita hosti, altera pertinacior in repugnando telis obruta & confixa est. Verminam propè uestigijs instantem in alia atq; alia flectendo itinera eludens, tædio & desperatione tandem fessum abistere sequendo coegit. ipse cum LXX equitibus ad minorem Syrtim peruenit. ibi cum conscientia egregie sæpe repetiti regni patet/ni inter punica emporia, gentemq; Garamantum omne tempus usq; ad C. Lælij, classisq; romanæ aduentû in Africam consumpsit. Hæc animû inclinant, ut cum modico potius, q̄ cum magno præsidio equitum ad Scipionem quoq; postea uenisse Masaniffam credam. quippe illa regnanti multitudo, hæc paucitas exulis fortunæ conueniens est. Carthaginenses ala equitû cum præfecto amissa, alioq; equitatu per nouû delectum cõparato, Hannonẽ Amilcaris filium præficiunt. Asdrubalem subinde ac Syphacem per literas nütiosq;, postremo etiam per legatos accersunt. Asdrubalem opem ferre propè circûfessæ patriæ iubent: Syphacẽ orât, ut Carthagini & uniuersæ Africæ subueniat. Ad Vticã tum castra Scipio, fermè mille passus ab urbe habebat, translata à mari, ubi paucos dies statua coniuncta classi fuerant. Hannon nequaq; satis ualido non modo ad lacessendû hostem, sed ne ad tuendos quidem à populationibus agros equitatu accepto, id omniû primum egit, ut per cõquisitionem numerû equitum augetet. nec aliarum gentium aspernatus, maxime tamẽ Numidas (id longe primû equitum in Africa est genus) conducit. Iam ad quatuor millia equitû habebat, cum Saleram nomine urbem occupauit, xv fermè millia ab romanis castris. Quod ubi Scipioni relatû est, æstiuã sub tectis agere equitatus: sint, inquit, uel plures, dum talem ducem habeant. eoq; minus sibi cessandum ratus, quo illi segnius rem agerent: Masaniffam cum equitatu præmissum portis obequitare, atq; hostem ad pugna elicere iubet. ubi omnis multitudo se effudisset, grauiorq; iam in certamine esset, q̄ ut facile sustineri posset, cedere paulatim. se in tempore pugnae uenturum. Tantum moratus, quantum satis temporis prægresso uisum ad eliciendos hostes, cum romano equitatu secutus, regentibus tumultis, qui opportune circa uia flexus oppositi erant, occultus processit. Masaniffa ex composito nunc terrentis, nunc timentis modo, aut ipsis obequitabat portis, aut cedendo cum timoris simulati specie audaciam hosti faceret, ad insequendum temere eliciebat. Nondum omnes egressi erât, uarietq; dux fatigabat: alios uino & somno graues arma capere, & frenare equos cogendo: alijs, ne sparsi & incõditi sine ordine, sine signis omnibus portis excurrerent, obsistendo. Primo incaute se inuehentes Masaniffa excipiebat: mox plures simul conferti porta effusi æquauerant certamen: postremo iam omnis equitatus prælio cum adesset, sustineri ultra nequiueret. Non tamen effusa fuga Masaniffa, sed cedendo sensim impetus eorum excipiebat, donec ad tumulos regentes romanum equitatum pertraxit. Inde exorti equites & ipsi integris uiribus, & recentibus equis Hannoni Afrisq; pugnando ac sequendo fessis se circumfudere: & Masaniffa flexis subito equis in pugnam redijt. Mille fermè qui primi agminis fuerant, ut quibus haud facilis receptus fuit, cum ipso duce Hannone interclusi atq; interfecti sunt. cæteros ducis præcipue territos cæde effuse fugientes per triginta millia passuum uictores secuti, ad duo præterea millia equitum aut ceperû, aut occiderunt. inter eos satis constabat non minus ducentos Carthaginensium equites fuisse, & diuitijs quosdam & genere illustres. Eodem forte quo hæc gesta sunt die naues quæ prædam in Siciliam uexerant, cum com meatu rediete, uelut ominatæ ad prædam alteram repetendã sese uenisse.

Duos eodem nomine Carthaginensium duces duobus equestribus prælijs interfectos, non omnes auctores sunt: ueriti credo ne falleret bis relata eadem res. Cælius quidem & Valerius captum Hannonem tradunt. Scipio præfectos equitesq;, prout cuiusq; opera fuerat, & ante omneis Masaniffam insignibus donis donat, & firmo præsidio Saleræ imposito, ipse cum cætero exercitu profectus, non agris modo quacunque incedebat populatis, sed urbibus etiam quibusdam uicisq; expugnatis, late fuso terrore belli, septimo die quàm profectus erat, magnam uim hominum & pecoris & omnis generis prædæ trahens, in castra redit: grauesq; iterum hostium spolijs naues dimittit. inde ommissis expeditionibus paruis populationibusq; ad oppu/

ad oppugnandam Vticam omnes belli vires conuertite:eam deinde si cepisset, sedem ad cætera exequenda habiturus. Simul & à classe nauales focij, qua ex parte urbs mari alluitur: simul & terrestris exercitus ab imminente propè ipsis mœnibus tumulto est admotus. tormenta machinasq; & aduexerat secum, & ex Sicilia cum cômteu missæ erât: & nouè in armamentario multis talium operû artificibus de industria inclusis, fiebant. Vticensibus tâta undiq; mole circumfessis in Carthaginiensi populo, Carthaginiensibus in Asdrubale, ita si is mouisset Syphacem, spes omnis erat. sed desyderio indigentiu auxiliij tardius cuncta mouebantur. Asdrubal intētissima conquisitione cum ad xxx millia peditum, tria equitum effecisset: nō tamen ante aduētum Syphacis castra propius hostem mouere est ausus. Syphax cum quinquaginta millibus peditum, decem equitum aduenit: confestimq; motis ab Carthagine castris, haud procul Vtica munitionibusq; Romanis confedit. Quorum aduentus hoc tamen momenti fecit, ut Scipio, cum quadraginta fermè dies nequicquam omnia experiens obsedisset Vticam: abscederet inde irritò incepto. iam enim hyems instabat. castra hyberna in promontorio, quod tenui iugo continenti adhærens in aliquantum maris spatium extenditur, cōmunit: uno uallo & naualia castra amplectitur. iugo medio legionum castris impositis, litus ad septentrionem uersum subductæ naues naualesq; focij tenebant, meridianam uallem ad alterum litus deuexam equitatus. Hæc in Africa usq; ad extremum autumnus gesta. Præter cōuectum undiq; ex populatis circa agris frumentū, cômteatusq; ex Sicilia atq; Italia aduectos, Cn. Octauius Propr. ex Sardinia ab T. Claudio Pr. cuius ea prouincia erat, ingenti uim frumenti aduexit: horreaq; nō solū ea quæ iam facta erant, repleta, sed noua ædificata. Vestimenta exercitui deerant. id mandatum Octauio ut cum prætore ageret, si quid ex ea prouincia comparari, ac mitti posset, ea quoque haud segniter curata res. mille ducentæ togæ breui spatio, duodecim millia tunicarum missa. Æstate ea qua hæc in Africa gesta sunt, P. Sempronius c o s. cui Brutij prouincia erat, in agro Crotoniensi cum Annibale in ipso itinere tumultuario præliò conflixit. agminibus magis quàm acie pugnatum est. Romani pulsi: & tumultu uerius quàm pugna ad mille & c c. de exercitu consulis interfectis, in castra trepidi rediere. neq; oppugnare tamen ea hostes ausi. Cæterum silentio proximæ noctis profectus inde consul, præmissò nuntio ad P. Licinium proconsulem, ut suas legiones admoueret, copias coniunxit. ita duo duces, duo exercitus ad Annibalem redierunt. nec mora dimicandi facta est, cum consuli duplicatæ uires: Pœno recens uictoria animos faceret. In primâ aciem suas legiones Sempronius induxit: in subsidijs locatæ P. Licinij legiones. Consul principio pugnae ædem Fortunæ Primi genia: uouit, si eo die hostes fudisset: cōposq; eius uoti fuit. fusi ac fugati Pœni, supra quatuor millia armatorum cæsa: paulo minus trecenti uiui capti: equi quadraginta, & undecim militaria signa. Percussus aduerso præliò Annibal Crotonem exercitum abduxit. Eodem tempore M. Cornelius c o s. altera parte Italiae non tam armis, quàm iudiciorum terrore Hetruriam continuit, totam fermè ad Magonem, ac per eum ad spem nouandi res uersam. Eas quaestiones ex senatusconsulto minime ambitiose habuit. multiq; nobiles Hetrusci, qui aut ipsi ierant, aut miserant ad Magonem de populorum suorum defectione, primo erant præsentis condemnati: postea conscientia sibimet ipsi exilium consciscentes, cum absentes damnati essent, corporibus subtractis, bona tantum quæ publicari poterant, pigneranda pœnæ præbebant. Dum hæc consules diuersis regionibus agunt, censores interim Romæ M. Lilius & C. Claudius senatū recitarunt. princeps iterum lectus Q. Fabius Maximus. notati septem, nemo tamen qui sella curuli sedisset. facta tecta acriter, & cum summa fide exegerunt. uiam è foro Boario ad Veneris, & circa foros publicos, & ædem Matris magnæ in palatio faciendam locauerunt. uectigal etiam nouum ex salaria annona statuerunt. sextante sal & Romæ, & per totam Italiam erat. Romæ pretio eodem, pluris in foris & cōciliabulis, & alio alibi pretio præbendum locauerunt. Id uectigal commentum alterum ex censoribus satis credebant, populo iratum, quod iniquo iudicio quondam damnatus esset. & in pretio salis maxime oneratas tribus, quarum opera damnatus erat, credebant. Inde Salinatori Lilius inditum cognomen. Lustrum conditum ferius, quia per prouincias dimiserunt censores, ut ciuiū romanorum in exer-

tt ; citibus

citibus, quantus ubiq; esset, referretur numerus. Censa cum ijs c c x v millia hominum. condidit iustrum C. Claudius Nero. Duodecim deinde coloniarum, quod nunquam antea factum erat, deferentibus censoribus, censum receperunt: ut quantum numero militum, quantum pecunia ualere, in publicis tabulis monumenta extarent. Equitum deinde census agi coeptus est. & ambo forte censores equum publicum habebant. cum ad tribum Polliam uentum est, in qua M. Liuij nomen erat: & praeo cunctaretur citare ipsum censorem: cita, inquit Nero, M. Liuium. & siue ex residua & uetere similitate, siue intempestiua iactatione seueritatis inflatus, M. Liuium, quia populi iudicio esset condemnatus, equum uendere iussit. Item M. Liuius cum ad tribum Narniensem & nome collegae uentum est, uendere equum C. Claudium iussit, duarum rerum causa: unius, quod falsum aduersus se testimonium dixisset: alterius, quod non sincera fide secum in gratiam redisset. Itaq; ibi foedum certamen inquinandi famam alterius cum suae famae damno factum est. Exitu censurae cum in leges iurasset C. Claudius, & in aerarium ascendisset, inter nomina eorum quos aerarios relinquebat, dedit collegae nomen. Deinde M. Liuius in aerarium uenit, & praeter Metiam tribum, quae se nec condemnasset, neque condemnatum consulem aut censorem fecisset: populum romanum omnem, quatuor & triginta tribus, aerarios reliquit: quod & innocentem se condemnasset, & condemnatum consulem & censorem fecissent: neq; inficiari possent, aut iudicio semel, aut comitijs bis ab se peccatum esse, inter quatuor & triginta tribus & C. Claudium aerarium fore. quod si exemplum haberet bis eundem aerarium relinquendi, C. Claudium nominatim se inter aerarios fuisse relicturum. Prauum certamen notarum inter censores, castigatio inconstantiae populi censoria grauitate temporum illorum digna. In inuidia censores cum essent, crescendi ex his ratus esse occasionem Cn. Bebius tribunus plebis, diem ad populum utrique dixit. Ea res consensu patrum discussa est, ne postea obnoxia populari aurae censura esset. Eadem aestate in Brutijs iam Petilia a consule ui capta, Consentia & Pandosia, & ignobiles aliae ciuitates uoluntate in deditioem uenerunt. Et cum comitorum iam appeteret tempus Cornelium potius ex Hetruria, ubi nihil belli erat, Romam acciri placuit. Is consules Cn. Seruilius Cepionem, & Cn. Seruilius Geminum creauit. Inde praetoria comitia habita. Creati P. Cornelius Lentulus, P. Quintilius Varus, P. Aelius Pætus, P. Villius Tappulus. Hi duo cum ediles plebis essent praetores creati sunt. Consul comitijs perfectis ad exercitum in Hetruriam rediit. Sacerdotes eo anno mortui, atque in locum eorum successi. T. Veturius Philo flamen Martialis in locum M. Aemilij Regilli, qui priore anno mortuus erat, creatus inauguratusq;. & in M. Pomponij Mathonis auguris, & decemuir locum creati, decemuir M. Aurelius Cotta, augur Tib. Sempronius Gracchus admodum adolecens, quod tunc perratum in mandandis sacerdotijs erat. Quadrigae aureae eo anno in Capitolio positae ab aedilibus curulibus C. Liuius & M. Seruilio Gemino. Et ludi romani biduum instaurati. item per biduum plebeij ab aedilibus P. Aelio, P. Villio. & Iouis epulum fuit ludorum causa.

D E C A D I S T E R T I A E L I B E R X



N. SERUILIUS Cepio & Cn. Seruilius Geminus coss. (sexto decimo is annus belli punici erat) cum de republica belloq; & prouincijs ad senatum retulissent, censuerunt patres, ut consules inter se copararent sortirentur ue: uter Brutios aduersus Annibalem, uter Hetruriam ac Ligures prouinciam haberet. cui Brutijs euenissent, exercitum a P. Sempronio acciperet. P. Sempronius (ei quoq; enim proconsuli imperium in annum prorogabatur) P. Licinio succederet, is Romam reuerteretur. Bello quoq; bonus habitus ad cetera, quibus nemo ea tempestate instructior ciuis habebatur, congeitis omnibus humanis a natura fortunaq; bonis, nobilis idem ac diues erat: forma uiribusq; corporis exellebat, facundissimus habebatur, seu causa oranda, seu in senatu & ad populum suadendi ac dissuadendi locus esset, iuris pontificij peritissimus. super hac bellicae quoque laudis consularatus compotem fecerat. Quod in Brutijs prouincia, idem in Hetruria ac Liguribus decre-

tum

tum. M. Cornelius nouo consuli tradere exercitū iussus: ipse prorogato imperio Galliam prouinciam obtineret cum legionibus ijs, quas prætor L. Scribonius priore anno habuisset. Sortiti deinde prouincias. Cepioni Bruti, Seruilio Gemino Hetruria euenit. Tum prætorum prouinciæ in sortem coniectæ. Iurisdictionē urbanam P. Aelius, Sardiniam P. Lentulus, Siciliam P. Villius, Ariminū cum duabus legionibus (sub Spurio Lucretio eæ fuerant) Quintilius Varus est sortitus. Et Lucretio prorogatū imperium, ut Genuam oppidum à Magone Pœno dirutum exædificaret. P. Scipioni non temporis, sed rei gerendæ sine, donec debellatum in Africa foret, prorogatū imperium est. decretumq; ut supplicatio fieret, quod is in Africam prouinciam traicisset, ut ea res salutaris populo Ro. ipsiq; duci atq; exercitui esset. In Sicilia tria milia militum sunt scripta. & quia quod roboris ea prouincia habuerat, in Africā transuectū fuerat, ne qua classis ex Africa traiceret, XL nauibus custodiri placuerat Siciliae maritimā oram. Tredecim nouas naues Villius secum in Siciliam duxit: cæteræ in Sicilia ueteres resectæ. Huic classi M. Pomponius prioris anni prætor prorogato imperio præpositus, nouos milites ex Italia aduectos in naues imposuit. Parem nauium numerū Cn. Octauio Pr. item prioris anni cum pari iure imperij ad tuendam Sardinia oram patres decreuerunt. Lentulus Pr. duo milia militum dare in naues iussus. Et Italiae ora, quia incertum erat, quò missuri classem Carthaginenses forent: uidebantur autem quicquid nudatum præsidij esset petitori. M. Marcio Pr. prioris anni cum totidem nauibus tuenda data est. tria milia militum in eam classem ex decreto patrum consules scripserunt, & duas legiones urbanas ad incerta belli. Hispania cum exercitibus imperioq; ue teribus imperatoribus, L. Lentulo & L. Manlio Acidino decretæ. Viginti omnino legionibus, & CLX nauibus longis res romana eo anno gesta. Prætores in prouincias ire iussi. Consulibus imperatum, ut priusquam ab urbe proficiscerentur, ludos magnos facerent, quos T. Manlius Torquatus dictator in quintum annum uouisset, si eodem statu res publica staret. Et nouas religiones excitabant in animis hominum prodigia ex pluribus locis nuntiata. Aurum in Capitolio corui non lacerasse tantum rostris crediti, sed etiam edisse. Mures Antij coronam auream arroserunt. Circa Capuā omnem agrum locustarū uis ingens, ita ut unde aduenissent parum constaret, compleuit. Equuleus Reate cum quinque pedibus natus. Anagnia sparsi primum ignes in cælo, dein fax ingens arsit. Frusinone arcus solem tenui linea amplexus: circulū deinde ipsum maior solis orbis extrinsecus inclusit. Arpini terra campestri agro in ingentem sinum confedit. Consulū alteri primam hostiam immolanti caput iecinori defuit. Ea prodigia maioribus hostijs procurata. editi à collegio pontificū dii quibus sacrificaretur. Iis transactis, consules prætoresq; in prouincias profecti. omnibus tamen, uelut eam sortitis, Africae cura erat: seu quia ibi summam rerum belliq; uerti cernebant, seu ut Scipioni gratificarent, in quem tum omnis uersa ciuitas erat. itaq; non ex Sardinia tantum, (sicut ante dictum) sed ex Sicilia quoq; & Hispania uestimēta frumentūq;, & arma etiam ex Sicilia & omne genus cōmeatus eò portabant. Nec Scipio ullo tempore hyemis belli opera remiserat, quæ multa simul undiq; eum circūstabant. Uticā obsidebat, castra in cōspectu Asdrubalis erant. Carthaginenses deduxerant naues, classem paratam instructamq; ad cōmeatus interceptiendos habebāt. inter hæc ne Syphacis quidem recōciliandi curam ex animo dimiserat: si forte iam satias amoris in uxore ex multa copia eum cepisset. Ab Syphace magis pacis cū Carthaginensibus cōditiones, ut Romani Africa, Pœni Italia excederent, q̄ si bellaretur, spes ulla desciturū afferebatur. Hæc per nuntios magis equidem acta crediderim (& ita pars maior autores sunt) quàm ipsum Syphacem, ut Antias Valerius prodit, in castra romana ad colloquium uenisse. Primo eas cōditiones imperator romanus uix auribus admisit. postea ut causa probabilis suis commeandi foret in castra hostium, mollius eadem illa abnuere: ac spem facere, sæpius ultro citroq; agitantibus rem conuenturam. Hybernacula Carthaginensium, cōgesta temere ex agris materia exædificata, lignea fermè tota erant. Numidæ præcipue arundine textis storiæq; pars maxima tectis passim nullo ordine, quidā ut sine imperio occupatis locis, extra fossam etiam uallumq; habitabāt. Hæc relata Scipioni spem fecerant castra hostiū per occasionem incēdendi. Cum legatis quos mitteret ad Syphacem, calonum loco primos or-

et 4 dinis

dinis spectatæ uirtutis atq; prudentiæ seruili habitu mittebat: qui dum in colloquio legati essent, uagi per castra alius alia, aditus exitusq; omnes, situm formamq; & uniuersorum castrorum & partium, qua Pœni, qua Numidæ haberent, quantum interualli inter Asdrubalis ac regia castra esset, specularentur: moremq; simul noscerent stationum uigiliarumq; nocte, an interdiu opportuniore insidiantibus essent. & inter crebra colloquia alij atque alij de industria, quo pluribus omnia nota essent, mittebantur. Cum sæpius agitata res certiores spes pacis in dies & Syphaci & Carthaginensibus per eum faceret: legati romani uictos se reuerti ab imperatore aiunt, nisi certum responsum detur, proinde seu ipsi staret iam sententia, seu consulendus Asdrubal & Carthaginenses essent, consuleret tempus esse, aut pacem componi, aut bellum nauiter geri. Dum consulitur Asdrubal ab Syphace, ab Asdrubale Carthaginenses: & speculatores omnia uisendi, & Scipio ad comparanda quæ in rem opus erant, tempus habuit: & ex mentione ac spe pacis negligentia, ut sit, apud Pœnos Numidasq; orta cauendi, ne quid hostile interim pateretur. Tandem relatum responsum, quibusdam, quia nimis cupere Romanus pacem uidebatur, iniuris per occasionem adiectis: quæ peropportune cupienti tollere inducias Scipioni causam præbuere, ac nuntio regis, cum relaturum se ad consilium dixisset: postero die respondit, se uno frustra tendente nulli alij pacem placuisse. renuntiaret igitur, nullam aliam spem pacis, quam relictis Carthaginensibus, Syphaci cum Romanis esse. Ita tollit inducias, ut libera fide incepta exequeretur. deductisq; nauibus (& iam ueris principium erat) machinas tormentaq;, uelut à mari aggressurus Vticam, imponit. duo millia militum ad capiendum quem antea tenuerat, tumultum super Vticam mittit: simul ut ab eo quod parabat, in alterius rei curam conuerteret hostium animos: simul nequa, cum ipse ad Syphacem Asdrubalemq; profectus esset, eruptio ex urbe & impetus in castra sua relicta cum leui præsidio fieret. His præparatis, aduocatoq; consilio, & dicere exploratoribus iussis quæ comperta afferrent, Masanissæ, cui omnia hostium nota erant: postremo quid ipse pararet in proximam noctem proponit. tribunis edicit, ut ubi prætorio dimisso signa concinissent, extemplo educerent à castris legiones. Ita, ut imperauerat, signa sub occasum solis efferri sunt coepta. ad primam ferme uigiliam agmen explicauerunt: media nocte (septem enim millia itineris erant) modico gradu ad castra hostium peruentum. Ibi Scipio partem copiarum Lælio Masanissamq; ac Numidas attribuit: & castra Syphacis innadere, ignesq; conijcere iubet. singulos deinde separatim, Lælium ac Masanissam seductos obtestatur, ut quantum nox prouidentia adimat, tantum diligentia explicant curaq;, se Asdrubalem punicaq; castra aggressurum. cæterum non ante cepturum, qm igne in regis castris conspexisset. Neq; ea res morata diu est. nam ut proximis castris iniectus ignis hæsit, extemplo proxima quæq;, & deinceps continua amplexus totis se passim dissipauit castris. & trepidatio quidem, quanta necesse erat in nocturno effuso tam late incendio, orta est. ceterum fortuitum, non hostilem ac bellicum ignem rati esse, sine armis ad restinguendum incendium effusi in armatos inciderunt hostes, maxime Numidas ab Masanissa notitia regionum castrorum ad exitus itinerum idoneis locis dispositos. Multos in ipsis cubilibus semisomnes hausit flamma: multi in præcipiti fuga ruentes super alios alij in angustijs portarum obruti sunt. Relucentem flammam primo uigiles Carthaginensium, deinde excitati alij nocturno tumultu cum conspexissent, ab eodem errore credere & ipsi sua sponte incendium ortum. & clamor inter cædem & uulnera sublatus, an ex trepidatione nocturna esset confusus, sensum ueri adimebat. Igitur pro se quisq; inermes, ut quibus nihil hostile suspectum esset, omnibus portis quæ cuiq; proximum erat, ea modo quæ restinguendo igni forent portantes, in agmen romanum ruebant. Quibus cæsis omnibus, præterquam hostili odio, etiam nequis nuntius effugeret: extemplo Scipio neglectas, ut in tali tumultu, portas innadit. ignibusq; in proxima tecta coiectis, effusa flamma primo ueluti sparsa pluribus locis reluxit: dein per continua serpens uno repente omnia incendio hausit. Ambusti homines iumentaq; fœda primam fugam, dein strage obruerant itinera portarum. quos non oppresserat ignis, ferro absumpti. binæq; castra clade una deleta. duces tamen ambo, & ex tot millibus armatorum M M peditum, & quingenti equites semiermes, magna pars sauci, afflictiq; incendio effugerunt. Cæsa, aut hausta flammis ad XL
millia

millia hominum sunt: capti supra VI millia: multi Carthaginiensium nobiles, XI senatores, signa militaria CLXXVIII: equi numidici supra II millia DCC, elephantum sex capti: octo flamma ferroque absumpti, magnaque uis armorum capta. Ea omnia imperator Vulcano sacrata incendit. Asdrubal ex fuga cum paucis Afrorum urbem proximam perierat: eoque omnes qui supererant, uestigia ducis sequentes se contulerant. metu deinde ne dederetur Scipioni, urbe excessit. Mox eodem patentibus portis Romani accepti, nec quicquam hostile, quia uoluntate concesserant in deditioem, factum. duae subinde urbes captae direptaeque. ea praeda & quae castris incensis ex igne rapta erat, militi concessa est. Syphax octo millium ferme inde spatio loco munito confedit. Asdrubal Carthaginem contendit, ne quid per metum ex recenti clade mollius consuleretur. quod tantus primo terror est allatus, ut omnia Utica Carthaginem crederent extemplo Scipionem oppressurum. Senatum itaque Suffetes, quod uelut consulare imperium apud eos erat, uocauerunt. ibi tribus dictis sententijs, una de pace legatos ad Scipionem decernebat: altera Annibalem ad tuendam ab exitiabili bello patriam reuocabat: tertia romanae in aduersis rebus constantiae exemplo reparandum exercitum, Syphacemque orandum, ne bello abisteret, censebat. Haec sententia, quia Asdrubal praesens, barchinamque omnes factionis bellum malebant, uicit. Inde defectus in urbe agrisque haberi coeptus: & ad Syphacem legati missi, summa ope & ipsum reparantem bellum: cum uxor iam non ut ante blanditijs satis potentibus ad animum amantis, sed precibus & misericordia ualisset, plena lachrymarum obstitans: ne patrem suum patriamque proderet: iisdemque flammis Carthaginem, quibus castra conflagrarent, absumi sineret. Spem quoque opportune oblatam afferebant legati: quatuor millia Celtiberorum circa urbem nomine Olbam ab conquistoribus suis conducta in Hispania, egregiae iuuentutis sibi occurrisset: & Asdrubalem propediem affore cum manu haudquaquam contemnenda. Is non benigne modo legatis respondit, sed ostendit etiam multitudinem Numidarum agrestium, quibus per eosdem dies arma equosque dedisset, & omnem iuuentutem affirmat exciturum ex regno. scite incendio, non praelio cladem acceptam. cum bello inferiorem esse, qui armis uincatur. Haec legatis responsa. Et post dies paucos rursus Asdrubal & Syphax copias iunxerunt. is omnis exercitus fuit XXX ferme millium armatorum. Scipionem uelut debellato iam, quod ad Syphacem Carthaginiensesque attineret: Uticae oppugnatione intentum, iamque machinas admouentem muris auertit fama redintegrati belli. modicisque praesidijs ad speciem modo obsidionis terra marique relictis, ipse cum robore exercitus ite ad hostes pergit. Primo in tumulto quatuor ferme millia distante ab castris regijs confedit. postero die cum equitatu in Magnos (ita uocant) campos subiectos ei tumulto degressus, succedendo ad stationem hostium, lacessendoque leuibus praелиjs diem absumpsit. & per insequens biduum tumultuosus hinc atque illinc excursionibus inuicem nihil dictu satis dignum fecerunt. quarto die utrinque in aciem descensum est. Romanus post principes hastatorum prima signa in subsidijs triarios constituit: equitatum italicum ab dextro cornu, ab laevo Numidas, Masanissamque opposuit. Syphax Asdrubalque Numidis aduersus italicum equitatum, Carthaginiensibus contra Masanissam locatis, Celtiberos in mediam aciem in aduersa signa legionum accipere. Ita instructi concurrunt. Primo impetu simul utraque cornua & Numidae & Carthaginienses pulsati. nam neque Numidae, maxima pars agrestis, romanum equitatum: neque Carthaginienses, & ipse nouus miles, Masanissam recentem supra caetera uictoria terribilem sustinere. Nudata utrinque cornibus Celtiberorum acies stabat: quod nec in fuga salus ulla ostendebat locis ignotis: neque spes ueniae ab Scipione erat, quae benemeritum de se & gente sua mercenarijs armis in Africam oppugnatum uenissent. Igitur circumfusis undique hostibus, alij super alios cadentes obstinati moriebantur. omnibusque in eos uersis, aliquantum ad fugam temporis Syphax & Asdrubal praecerunt. fatigatos caede diutius, quam pugna uictores nox oppressit. Postero die Scipio Laelium Masanissamque cum omni romano & numidico equitatu, expeditissimisque militum ad persequendos Syphacem atque Asdrubalem mittit. ipse cum robore exercitus urbes circa omnes quae Carthaginiensium ditionis erant: partim ui, partim metu subegit. Carthagini quidem erat ingens terror, & circumferentem arma Scipionem, omnibus finitimis raptim perdomitis,

ipsam

ipsam Carthaginem repente aggressurum credebant, itaque & muri reficiebantur, propugnaculisque armabantur: & pro se quisque quæ diutinæ obsidioni tolerandæ sunt, ex agris conuehebatur. Rara mentio est pacis, frequentior legatorum ad Annibalem accersendum mittendorum. pars maxima classem, quæ ad commeatus excipiendos parata erat, mittere iubent ad opprimendam stationem nauium ad Uticam incaute agentem: forsitan etiam naualia castra relicta cum leui præsidio oppressuros. In hoc consilium maxime inclinant, legatos tamen ad Annibalem mittendos censent. quippe classe ut felicissime geratur res, parte aliqua leuari Uticæ obsidionem: Carthaginem ipsam qui tueantur, neque imperatorem alium quàm Annibalem, neque exercitum alium quàm Annibalis superesse. Deductæ ergo postero die naues, simul & legati in Italiam profecti. raptimque omnia stimulante fortuna agebantur: & in quo quisque cessasset, prodi ab se salutem omnium rebatur. Scipio grauem iam spolijs multarum urbium exercitum trahens, captiuis aliisque præda in uetera castra ad Uticam missis, iam in Carthaginem intentus occupat relictum fuga custodum Tuneta (abest ab Carthagine x i i millia ferme passuum) locum cum operibus, tum suapte natura tutum, & qui ab Carthagine cõspici, & præbere ipse prospectum cum ad urbem, tum ad circumfusum mare urbi posset. Inde cum maxime uallum Romani iacerent, conspecta classis hostium est Uticam Carthagine petens. Igitur omisso opere, pronuntiatum iter, signaque raptim ferri sunt cœpta, ne naues in terram & obsidionem uersæ, ac minime nauali prælio apte opprimerentur. qui enim restitissent agili & nauatico instrumento aptæ & armatæ classi, naues tormenta machinasque portantes: & aut in onerarium usum uersæ: aut ita appulsæ muris, ut pro aggere ac pontibus præbere ascensum possent. Itaque Scipio, postquam eò uentum est, contra que in nauali certamine solet, rostratis quæ præsidio alijs esse poterant, in postremam aciem receptis prope terram, onerariarum quadruplimum ordinem pro muro aduersus hostem opposuit: easque ipsas, ne in tumultu pugne turbari ordines possent, malis antennisque de naue in nauem traiecit, ac ualidis funibus uelut uno inter se uinculo illigatis comprehendit: tabulas que superstrauit, ut peruius in totum nauium ordo esset: & sub ipsis pontibus interualla fecit, quæ procurrere speculatiuæ naues in hostem, ac tuto recipi possent. His raptim pro tempore instructis, mille ferme delecti propugnatores onerarijs imponuntur: telorum maxime missilium, ut quàm uis longo certamine sufficerent, uis ingens congeritur. ita parati atque intenti hostium aduentum operiebantur. Carthaginenses, qui, si maturassent, omnia permista turba trepidantium primo impetu deprehendissent: percussi terrestribus cladibus, atque inde ne in mari quidem, ubi ipsi plus poterant, satis fidentes, die segni navigatione absumpto, sub occasum solis in portum (Rufinona Africam uocant) classem appulere. postero die sub ortum solis instruxere ab alto naues uelut ad iustum prælium nauale, & tanquam exituris contra Romanis. Cum diu stetissent, postquam nihil moueri ab hostibus uiderunt, tum demum onerarias aggrediuntur. Erat res minime certamini nauali similis, proxime speciem muros oppugnantium nauium. altitudine aliquantum onerariæ superabant. ex rostratis Pœni uana pleraque, utpote supino iactu, tela in locum superiorem mittebant. grauior ac pondere ipso librator superne ex onerarijs ictus erat. speculatiuæ naues ac leuia ipsa nauigia, quæ sub constratis pontium per interualla excurrerant: primo ipso tantum impetu ac magnitudine rostratarum obruebantur: deinde & propugnatoribus quoque incommodè erant, quod permistæ cum hostium nauibus inhibere sæpe tela cogebant, metu ne ambiguo ictu suis inciderent. postremo asses ferreo unco præfixi (harpagones uocant milites) ex punicis nauibus iniecti in romanas cœpti. quos cum neque ipsos neque catenas quibus suspensi iniectebantur, incidere possent: ut quæque retro inhibita rostrata onerariam hærentem unco traheret, scindi uideres uincula, quibus alijs innexa erat: feriemque aliam simul plurium nauium trahi. Hoc maxime modo lacerati quidem omnes pontes, & uix transiliendi in secundum ordinem nauium spatium propugnatoribus datum est. Sex ferme onerariæ puppibus abstractæ Carthaginem sunt. maior quàm pro re lætitia, sed eo gratior, quod inter assiduas clades ac lachrymas unum quantūcunque ex insperato gaudium affullerat cum eo, ut appareret haud procul exitio fuisse romanam classem, ni cessatum à præfectis suarum nauium foret

foret, & Scipio in tempore subuenisset. Per eosdem forte dies cū Lælius & Masanissa quin-
 todecimo ferme die in Numidiam peruenissent, Masæsulī regnum paternum Masanissæ læti,
 ut ad regem diu desyderatum, concessere. Syphax, pulsus inde præfectis præsidijisq; suis, ue-
 tere se cōtinebat regno, neutiq; quieturus. Stimulabant ægrum amore uxor Iocercq; & ita uiris
 equisq; abundabat, ut subiecte oculis regni per multos florentis annos uires etiam minus bar-
 baro atq; impotenti animo spiritus possent facere. Igitur omnibus qui bello apti erāt, in unum
 coactis, equos, arma, tela, diuidit: equites in turmas, pedites in cohortes, sicut quōdā ab roma-
 nis centurionibus didicerat, distribuit. Exercitu haud minore quā quem prius habuerat, cæ-
 terum omni propè nouo atq; incondito ire ad hostes pergit. Et castris in propinquo positis,
 primo pauci equites ex tuto specularantes ab stationibus progredi, inde iaculis summoti recurre
 re ad suos: inde excursions inuicē fieri, et cum pulsos indignatio accēderet, plures subire: quod
 irritamentū certaminum equestrium est, cum aut uincētib; spes, aut pulsus ira aggregat suos.
 Ita tum à paucis prælio accenso, omnes utrinq; postremo equitum certaminis studium effu-
 dit. ac dum equestre prælium erat, multitudo Masæsulorum, ingentia agmina Syphace emit-
 tente, sustineri uix poterat. deinde ut pedes romanus repentino per turmas suas uiam danteis
 intercursum stabilem aciem fecit, absterruitq; effuse inuehens se hostem: primo barbari se-
 gnus permittere equos, dein stare ac propè turbari nouo genere pugnae: postremo non pedi-
 ti solum cedere, sed ne equitem quidem sustinere peditis præsidio audentem. Iam signa quoq;
 legionum appropinquabant. tum uero Masæsulī non modo primum impetum, sed ne cōspe-
 ctum quidem signorum atque armorum tulerunt. tantum seu memoria priorum cladum, seu
 præsens terror ualuit. Ibi Syphax, dum obequitat hostiū turmis: si pudore, si periculo suo fu-
 gam sistere posset: equo grauiter ictō effusus opprimitur capiturq; & uiuus, lætū ante omnes
 Masanissæ præbiturus spectaculū, ad Lælium attrahitur. Cirtha caput regni Syphacis erat:
 eoq; se ingens uis hominum ex fuga cōtulerat. Cædes in eo prælio minor quā uictoria fuit,
 quia equestri tantummodo prælio certatum fuerat. non plus quinque millia occisa, minus dimi-
 dium eius hominum captū est: impetu in castra factō, quō perculsa rege amisso multitudo se
 contulerat. Masanissa Lælio dicere, sibi quidem nihil esse in præsentia pulchrius, quā uictō-
 rem recuperatū tanto post interuallo inuisere receptum patrium regnum. sed tam secundis, q̄
 aduersis rebus non dari spatium ad cessandū. si se Lælius cum equitatu uictōq; Syphace Cir-
 tham præcedere sinat, trepida omnia metu se oppressurum. Lælium cum peditibus subsequi
 modicis itineribus posse. Assentiente Lælio prægressus Cirtham, euocari ad colloquium prin-
 cipes Cirthenis iubet. sed apud ignaros regis casus, neq; quæ acta essent promendo, nec mi-
 nis, nec suadendo ante ualuit, q̄ rex uinctus in conspectum datus est. Tum ad spectaculum
 tam scædum comploratio orta: & partim pauore mœnia sunt deserta, partim repentino cōsen-
 su gratiam apud uictorem quærentium patefactæ portæ. Et Masanissa præsidio circa portas
 opportunaq; mœnium dimisso, ne cui fugæ pateret exitus, ad regiam occupandam citato uadit
 equo. Intransi uestibulū in ipso limine Sophonisba uxor Syphacis, filia Asdrubalis Pœni oc-
 currit: & cum in medio agmine armatorū Masanissam insignem cum armis, tum cætero habi-
 tu conspexisset, regem esse (id quod erat) rata, genibus aduoluta eius. Omnia quidem, in-
 quit, ut posses in nos, dñi tibi dederunt, uirtusq; & felicitas tua. sed si captiua apud dominū ui-
 tæ necisq; suæ uocem supplicem mittere licet: si genua, si uictricem attingere dextram, precor
 quæsoq; per maiestatem regiam, in qua paulo ante nos quoq; fuimus: perq; gentis Numida-
 rum nomen, quod tibi cum Syphace commune fuit: per huiusce regiae deos, qui te melioribus
 ominibus accipiant, quā Syphacem hinc miserunt: hanc ueniā supplicem des, ut ipse quodcum-
 que feret animus, de captiua statuas: neq; in cuiusq; Romani superbum ac crudele arbitrium
 uenire sinas. si nihil aliud quā Syphacis uxor fuisset, tamen Numidæ atq; in eadē mecum
 Africa geniti, q̄ alienigenæ & externi fidē experiri malle. quid Carthaginiesi ab Romano,
 quid filia Asdrubalis timendū sit, uides. si nulla alia re potes, morte me uindictæ ab Romano-
 rum arbitrio, oro obtestorq;. Forma erat insignis & florentissima ætas. itaque cum modo dex-
 tram amplectens in id, ne cui Romano traderet, fidem exposceret: propiusq; iam blanditias

oratio

oratio esset quàm preces: nō in misericordiam modo prolapsus est animus uictoris, sed (ut est genus Numidarū in uenerem præceps) amore captiuæ uictor captus, data dextera in id quod perebatur obligandæ fidei, in regiam cōcedit. Institit deinde reputare secum ipse, quemadmodum promissi fidem præstaret. quod cum expedire non posset, ab amore temerarium atq; impudens mutuatur cōsiliū. nuptias in eum ipsum diem repente parari iubet, ne quid relinqueret integri aut Lælio, aut ipsi Scipioni cōsulendi uelut in captiuam, quæ Masanissæ iam nupta foret. Factis nuptijs superuenit Lælius: & adeo non dissimulauit improbare factum, ut primo etiam cum Syphace & cæteris captiuis detractam eam thoro geniali mittere ad Scipionem conatus sit. uictus deinde precibus Masanissæ orantis, ut arbitrium, utrius regum duorum fortunæ accessio Sophonisba esset, ad Scipionem reijceret: misso Syphace & cæteris captiuis, cæteras urbes Numidiæ quæ præsidijs regijs tenebantur, adiuuante Masanissa recipit. Syphacem in castra adduci cum esset nuntiatum, omnis uelut ad spectaculum triumphi multitudo effusa est. Præcedebat ipse uinctus, sequebatur grex nobilium Numidarū. tum quantū quisq; plurimum posset magnitudini Syphacis famæq; gentis, uictoriam suam augendo, addebat.

Illum esse regem cuius tantum maiestati duo potentissimi in terris tribuerint populi, romanus Carthaginensisq; ut Scipio imperator suus ad amicitiam eius petendam, relicta prouincia Hispania exercituq; duabus quinqueremibus in Africam nauigarit: Asdrubal Pœnorū imperator non ipse modo ad eum in regnum uenerit, sed etiam filiam ei nuptū dederit. habuisse eum tempore uno in potestate duos imperatores, pœnum romanumq;. sicut ab dijs immortalibus pars utraq; hostijs maectādīs pacem petisset, ita ab eo utrinq; pariter amicitia petita. iam tantas habuisse opes, ut Masanissam regno pulsum eō redegerit: ut uita eius fama mortis & latebris, ferarum modo in syluis rapto uiuentis tegeretur. His sermonibus circumstantium celebratus rex in prætorium ad Scipionem est perductus. Mouit & Scipionem cum fortuna pristina uiri præsentī fortunæ collata: tum recordatio hospitij dextræq; datæ, & fœderis publice ac priuatim iuncti. Eadem hæc & Syphaci animū dederunt in alloquendo uictore. nam cum Scipio quid sibi uoluisset quæreret, qui non societatem solum abnuisset romanam, sed ultro bellum intulisset: tum ille peccasse quidem sese, atq; insanisse fatebat. sed tum demum, cum arma aduersus populum Ro. cepisset, exitum sui furoris fuisse, non principium. tunc se insanisse, cum hospitia priuata & publica fœdera omnia ex animo eiecisset: cum Carthaginensē matronam domum acceperit. illis nuptialibus facibus regiam conflagrasse suam: illam furiam pestemq; omnibus delinimentis animum suum auertisse atq; alienasse: nec quieuisse, donec ipsa manibus suis nefaria sibi arma aduersus hospitem atq; amicum induerit. perditō tamen atque afflicto sibi hoc in miserijs solatiū esse, quod in omnium hominum inimicissimi sibi domum ac penates eandem pestem ac furiam transisse uideat. neq; prudentiorem, neq; constantiorem Masanissam quàm Syphacem esse, etiam ab iuuenta incautiorem. certe stultius illum atq; intemperatius eam, quàm se duxisse. Hæc non hostili modo odio, sed à nouis etiā stimulis, armatam apud æmulum cernens cum dixisset: non mediocri cura Scipionis animum pepulit. & fidem criminibus factæ propè inter arma nuptiæ, neq; consulto neq; expectato Lælio, faciebant: tamq; præceps festinatio, ut quo die captam reginam uidisset, eodem matrimonio iunctam acciperet: & apud penates hostis sui nuptiale sacrum conficeret. Et eo fœdiora hæc uidebatur Scipioni, quod ipsum in Hispania iuuenē nullius forma pepulerat captiuæ. Hæc secum uoluntanti Lælius ac Masanissa superuenerunt, quos cum pariter ambos & benigno uultu excepisset, & egregijs laudibus frequenti prætorio celebrasset, abductū in secretum Masanissam sic alloquitur. Aliqua te existimo Masanissa intuentem in me bona, & principio in Hispaniam ad iungēdam mecum amicitiam uenisse, & postea in Africa te ipsum, spesq; omneis tuas in fidem meam commisisse. atqui nulla earum uirtus est, propter quas appetendus tibi uisus sim, qua ego æque atq; temperantia & continentia libidinum gloriatus fuerim. Hanc te quoque ad cæteras tuas eximias uirtutes Masanissa adiecisse uelim. nam non est (mihi crede) tantum ab hostibus armatis ætati nostræ periculi, quantum ab circumfusis undiq; uoluptatibus. qui eas sua temperantia frenauit ac domuit, multo maius decus maioremq; uictoriam sibi peperit

perit, quàm nos Syphace uicto habemus. Quæ me absente strenue ac fortiter fecisti, libenter & commemorauit, & memini, cætera te ipsum reputare tecum, quàm me dicente erubescere malo. Syphax populi Romani auspicijs uictus captusq; est. itaq; ipse, coniunx, regnum, ager, oppida, homines qui incolunt, quicquid deniq; Syphacis fuit, præda populi Romani est: & regem, coniugemq; eius, etiam si non ciuis Carthaginienſis eſſet, etiam si non patrem eius imperatorem hostiũ uideremus, Romam oporteret mitti: ac senatus populiq; Romani de ea iudicium atq; arbitrium eſſe, quæ regem nobis socium alienaſſe, atq; in arma coegiſſe præcipitem dicatur. Vince animum, caue deformes multa bona uno uitio, & tot meritorum gratiam maiore culpa, quàm cauſa culpæ eſt, corrũpas. Maſaniſſæ hæc audienti non rubor ſolum ſuffuſus, ſed lachrymæ etiam obortæ. & cum ſe quidem in poteſtate futurum imperatoris dixiſſet, oraffetq; eum, ut quantum res ſineres, fidei ſuæ temere obſtrictæ conſuleret (promiſiſſe enim ſeſe in nullius poteſtatem eam traditurum) ex prætorio in tabernaculum ſuum conſuſus conſeſſit. Ibi arbitris remotis cum crebro ſuſpirio, & gemitu, quod facile à circumſtantibus tabernaculum exaudiri poſſet, aliquantum temporis conſumpſiſſet, ingenti ad poſtremum edito gemitu, fido ex ſeruis uno accito, ſub cuius cuſtodia regio more ad incerta fortunæ uenenu erat, ei miſtum in poculo ferre ad Sophoniſbam iubet ac ſimul nuntiare: Maſaniſſam libenter primam ei fidem præſtaturum fuiſſe, quam uir uxori debuerit. quoniam arbitrium eius, qui poſſint, adimant: ſecundam fidem præſtare, ne uiua in poteſtatem Romanorum ueniat. memot patris imperatoris, patriæq; & duorũ regum, quibus nupta fuiſſet, ſibi ipſa conſuleret. Hunc nuntium, ac ſimul uenenum ferens miniſter cum ad Sophoniſbam ueniſſet: accipio, inquit, nuptiale munus, nec ingratum: ſi nihil maius uir uxori præſtare potuit. hoc tamen nuntia: melius me morituram fuiſſe, ſi non in funere meo nupſiſſem. nec locuta eſt ferocius, quàm acceptum poculum nullo trepidationis ſigno dato impauide hauſit. Quod ubi nuntiatum eſt Scipioni: ne quid æger animo ferox iuuenis grauius conſuleret: accitũ eum extemplo nunc ſolatur: nunc quod temeritatem temeritate alia luerit, triſtiorẽq; rem quàm neceſſe fuit fecerit, leniter caſtigat. Poſtero die ut à præſenti motu auerteret animũ eius, in tribunal aſcendit: & contionem aduocari iuſſit. ibi Maſaniſſam primum regem appellatum, eximiũq; ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, ſella curuli, & ſcipione eburneo, toga piãta, & palmata tunica donat. addit uerbis honorem, neq; magnificẽtius quicquam triumpho apud Romanos, neq; triumphantibus ampliorem eo ornatu eſſe, quo unum omnium externorum dignum Maſaniſſam populus Ro. ducat. Lælium deinde & ipſum collaudatum aurea corona donat. & alij militares uiri, prout à quoq; nauata opera erat, donati. ſis honorib. mollitus regis animus, erectusq; in ſpem propinquam ſublato Syphace omnis Numidiæ potiundæ. Scipio C. Lælio cum Syphace alijsq; captiuis Romam miſſo, cum quibus & Maſaniſſæ legati proſecti ſunt, ipſe ad Tuneta ruſſum caſtra refert: & quæ munimenta inchoauerat, permunãt. Carthaginienſes non breui ſolum, ſed propè uano gaudio ab ſatis proſpera in præſens oppugnatione claſſis perfuſi, poſt ſamam capti Syphacis, in quo plus propè, quàm in Aſdrubale atq; exercitu ſuo ſpei repoſuerant: percuſi, iam nullo autore belli ultro audito, oratores ad pacem petendam mittunt xxx ſeniorum principes. id erat ſanãtius apud illos conſilium, maximaq; ad ipſum ſenatum regendum uis. Qui ubi in caſtra Romana & prætorium peruenerunt, more adorantium (accepto credo ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant) procubuerunt. Conueniens oratio tam humili adorationi fuit, non culpam purgantium, ſed transferentium initium culpæ in Annibalem, impotentiaq; eius fautores. ueniam ciuitati petebant, ciuium temeritate bis iam ante euerſæ, incolumi futuræ iterum hoſtium beneficio. imperiũ ex uictis hoſtibus populum Romanum, non perniciem petere. paratis obedienter ſeruire, quæ uellet imperaret. Scipio & ueniſſe ea ſpe in Africam ſe ait, & ſpem ſuam proſpero belli euentu auãtam, uictoriam ſe non pacem domum reportaturum eſſe. tamen cum uictoriam propè in manibus habeat, pacem non abnuere: ut omnes gentes ſciant, populum Romanum & ſuſcipere iuſte bella, & finire. Leges pacis ſe has dicere. Captiuos & perfugas & fugitiuos reſtituant. exercitus ex Italia & Gallia deducant. Hiſpania abſtineant. inſulis omnibus, quæ inter Italiam & Africam ſunt,

uu decedant

decedant. naues longas, præter uiginti, omnes tradant. tritici quingenta, hordei CCC millia modium. Pecuniæ summâ quantam imperauerit, parû conuenit. alibi quinq; millia talentum, alibi quinq; millia pondo argenti, alibi duplex stipendium militibus imperatû inuenio. His conditionibus, inquit, placeat ne pax, triduum ad consultandum dabitur. si placuerit, mecum inducias facite, Romam ad senatum mittite legatos. Ita dimissi Carthaginenses nullas recusandas condiciones pacis cum censuissent: quippe qui moram temporis quærerent, dum Annibal in Africam trañceret: legatos alios ad Scipionem, ut inducias facerët: alios Romam ad pacem petendam mittunt, ducentes paucos in speciem captiuos, perfugasq; & fugitiuos, quo impetrabilior pax esset. Multis ante diebus Lælius cum Syphace primoribusq; Numidarum captiuus Romam uenit: quæq; in Africa gesta essent, omnia exposuit ordine patribus, ingenti omnium & in præsens lætitiâ, & in futurum spe. Consulti inde patres regem in custodiam Albam mittendum censuerunt, Lælium retinendû, donec legati Carthaginenses uenirent. Supplicatio in quatrimum decreta est. P. Aelius prætor senatu missus, & contione inde aduocata, cum C. Lælio in rostra ascendit. Ibi uero audientes, fusos Carthaginensium exercitus, deuictum & captum ingentis nominis regem, Numidiam omnem egregia uictoria peragratam, tantum continere gaudium non poterant, quin clamoribus, quibusq; alijs multitudo solet, lætitiâ immodicâ significarent. Itaq; prætor extemplo edixit, uti æditui ædes sacras omnes tota urbe aperirent, circumeundi, salutandiq; deos, agendiq; gratias per totum diem populo potestas fieret. Postero die legatos Masanissæ in senatum introduxit. Gratulati primum senatui sunt, quod P. Scipio prospere res in Africa gessisset: deinde gratias egerût, quod Masanissam non appellasset modo regem, sed fecisset, restituendo in paternum regnum: in quo post Syphacem sublatum, si ita patribus uisum esset, sine metu & certamine esset regnaturus. deinde, quod collaudatum pro contione amplissimis decorasset donis: quibus ne indignus esset, & de disse operam Masanissam, & porrò daturû esse, petere, ut regium nomen, cæteraq; Scipionis beneficia & munera senatus decreto confirmaret: & nisi molestû esset, illud quoq; petere Masanissam, ut Numidas captiuos, qui Romæ in custodia essent, remitterent. id sibi amplû apud populares futurum esse. Ad ea responsum legatis. Rerum gestarum in Africa prospere cõmunem sibi cum rege gratulationem esse, Scipionẽ recte atq; ordine uideri fecisse, quod eum regem appellasset: & quicquid aliud fecisset, quod honori foret Masanissæ, ea patres comprobare atq; laudare. Munera, quæ legati ferrent regi, decreuerût: sagula purpurea duo cum fibulis aureis singulis, & lato clauo tunicis: equos duos phaleratos, bina equestria arma cû lorice: & tabernacula, militaremq; suppellectilem, qualem præberi consuli mos est. Hæc regi prætor mittere iussus. legatis in singulos dona ne minus quinûm millium, comitibus eorum millibus æris, & uestimenta bina legatis, singula comitibus, Numidisq; qui ex custodia missi redderentur regi. ad hoc ædes, libera loca, lautia legatis decreta. Eadem ætate, qua hæc decreta Romæ, & in Africa gesta sunt, P. Quintilius Varus prætor, & M. Cornelius procos. in agro Insu-
brium Gallorum cum Magone pœno signis collatis pugnauerût. Prætoris legiones in prima acie fuerunt: Cornelius suas in subsidijs tenuit, ipse ad prima signa equo aduectus, proq; duobus cornibus prætor ac proconsul milites ad inferenda in hostes signa summa ui hortabantur. posteaquam nihil commouebant, tum Cornelio Quintilius: lentior, ut uides, sit pugna, inquit: & induratus præter spem resistendo hostium timor: ac ne uertat in audaciam, periculum est. equestrẽ procellam excitemus oportet, si turbare ac statu mouere uolumus. itaq; uel tu ad prima signa præliû sustine, ego inducam in pugnam equites: uel ego hic in prima acie remgeram, tu quatuor legionû equites in hostem emittito. Vtram uellet prætor muneris partem proconsule accipiente, Quintilius prætor cum filio, cui Marco prænomen erat, impigro iuue-
ne, ad equites pergit, iustosq; ascendere in equos, repente in hostem emittit. Tumultum eque-
stem auxit clamor ab legionibus additus: nec stetit hostium acies, ni Mago ad primû equi-
tum motum paratos elephantos extemplo in prælium induxisset. ad quorum stridorem odo-
rem q; & aspectum territi equi uanum equestre prælium fecerunt. & ut permixtus, ubi cuspi-
de uti & cõminus gladio posset, roboris maioris Romanus eques erat: ita in ablatum pauertibus

tibus procul equis melius ex interuallo Numidæ iaculabantur. simul & peditum legio duodecima magna ex parte cæsa pudore magis quàm uiribus tenebat locum: nec diutius tenuisset, ni ex subsidijs terdecima legio in primam aciem inducta prælium dubium excepisset, Magoq; ex subsidijs Gallos integrè legioni opposuisset. quibus haud magno certamine fufis, ha statim legionis undecimæ conglobât sese, atq; elephantos iam etiam peditum aciem turbantes inuadunt. in quos cum pila confertos coniecissent: nullo fermè frustra emisso, omnes retro in aciem suorum auerterunt. quatuor grauati uulneribus corruerunt. Tum prima commota hostium acies, simul omnibus peditibus, ut auersos uidere elephantos, ad augendû pauorem ac tumultû effufis. sed donec stetit ante signa Mago, gradum sensim referentes ordines tenorem pugnae seruabant. posteaquam scemine transixo cadentem, auferriq; ex prælio propè exanguem uidere: extemplo in fugam omnes conuersi. Ad v millia hostium eo die cæsa, & signa militaria duodeuiginti capta. nec Romanis incruenta uictoria fuit. 11 millia & ccc de exercitu prætoris, pars multo maxima ex legione XII amissa. inde & tribuni militum duo, M. Cosconius, & M. Menius: tertiæ decimæ quoq; legionis, quæ postremo prælio affuerat, Cn. Heluius tribunus militum in restituenda pugna cecidit, & duodeuiginti fermè equites illustres obruti ab elephantis cum centurionibus aliquot perierunt. & longius certamen fuisset, ni uulnere ducis concessa uictoria esset. Mago proximæ noctis silentio profectus, quantum pati uix per uulnus poterat, itineribus extensis, ad mare in Ligures Ingaunos peruenit. ibi eû legati ab Carthagine paucis ante diebus in sinum Gallicû appulsis nauibus adierunt: iubetes primo quoq; tempore in Africam transire. idem & fratrem eius Annibalẽ (nam ad eum quoq; isse legatos eadem iubentes) facturum. nõ in eo esse Carthaginensium res, ut Galliam, atq; Italiam armis obtineant. Mago non imperio modo senatus periculoq; patriæ motus, sed metuens etiam, ne uictor hostis moranti instaret: Liguresq; ipsi relinqui Italiã à Pœnis cernentes, ad eos, quorum mox in potestate futuri essent, deficerent: simul sperans leuiorem in navigatione quàm in uia iactationem uulneris fore, & curationi omniã comodiora: impositis copijs in naues profectus, uix dum superata Sardinia ex uulnere moritur. naues quoq; aliquot Pœnorum disiectæ in alto à classe Romana, quæ circa Sardiniam erat, capiuntur. Hæc terra maricq; in parte Italiæ, quæ iacet ad Alpes, gesta. Consul Cn. Seruilius nulla memorabili re in prouincia Hetruria, & Gallia (nam eò quoq; processerat) gesta, patre Cn. Seruilio, & C. Lucretio patruo ex seruitute post decimum sextum annum receptis, qui ad uicum Tanctum à Boijs capti fuerant: hinc patre, hinc patruo latera circûdantibus, priuato magis, quàm publico decore insignis Romam redijt. Latum ad populum est, ne Cn. Seruilio fraudi esset, quod patre, qui sella curuli sedisset: uiuo, cum id ignoraret: tribunus pl. atq; ædilis pl. fuisset: contra quàm sancitum legibus erat. Hac rogatione perlata, in prouinciam redijt. Ad Cn. Seruilium consulem, qui in Brutijs erat, Cõsentia, Vffugum, Vergæ, Besidia, Hetriculum, Syphcum, Argentanum, Dampe tia, multiq; alij ignobiles populi senescere punicum bellum cernentes, defecere. Idem consul cum Annibale in agro crotonensi acie conflixit. Obscura eius pugnae fama est. Valerius Antias quinque millia hostium cæsa ait. quæ tanta res est, ut aut impudenter ficta sit, aut negligenter prætermissa. Nihil certe ultra rei in Italia ab Annibale gestum. nam ad eum quoq; legati ab Carthagine uocantes in Africam ijs forte diebus, quibus ad Magonem, uenerunt. Frendens gemensq; ac uix lachrymis temperans dicitur legatorû uerba audisse. Posteaquam edita sunt mandata: iã non perplexe, inquit, sed palàm reuocant, qui uetando supplementum & pecuniam mitti, iam pridem retrahebant. Vicit ergo Annibalem nõ populus Romanus toties cæsus fugatusq; sed senatus Carthaginensis obtreccatione, atq; inuidia. neq; hac deformitate relictus mei tam P. Scipio exultabit, atq; efferet sese, q̃ Hanno: qui domum nostram, quando alia re non potuit, ruina Carthaginis oppressit. Iam hoc ipsum præfagiens animo præparauerat ante naues. itaq; inutili militum turba præsidij specie in oppida brutij agri, quæ pauca magis metu, q̃ fide cõtinebatur, dimissa, quod roboris in exercitu erat, in Africã transiit: multis italici generis, quia in Africã secuturos abnuetes concesserant in Iunonis Laciniæ delubrum, inuiolatum ad eam diem, in templo ipso foede interfectis. Raro quenquam alium

uu 2 patriam

patriam exiliij causa relinquentem magis moestum abisse ferunt, quàm Annibalem hostium terra excedentem. respexisse sæpe Italiæ litora, & deos hominesq; accusantē, se quoq; ac suū ipsius caput execratum, quod non cruentum ab Cannensi uictoria militem Romam duxisset. Scipionem ire ad Carthaginem ausum, qui consul hostem in Italia Pœnū non uidisset: se centum millibus armatorum ad Trasymenum & Cannas cæsis, circa Casilinū, Cumas, Nolam, que consenuisse. Hæc accusans, querensq; ex diutina possessione Italiæ est detractus. Romā per eosdem dies, & Magonem & Annibalem profectos allatum est. cuius duplicis gratulationis minuit lætitiā: & quod parum duces in retinendis ijs, cum id mandatum ab senatu esset, aut animi, aut uirium habuisse uidebantur: & quod solliciti erant, omni belli mole in unum ducem exercitumq; inclinata, quò euasura esset res. Per eosdem dies legati saguntini uenerunt, comprehensos cū pecuniā adducentes Carthaginenses, qui ad conducenda auxilia in Hispaniam traiecissent. ducenta & quinquaginta auri, octingenta pondo argenti in uestibulo curiæ posuerunt. Hominiibus acceptis, & in carcerem conditis, auro argentoq; reddito, gratiæ legatis actæ: atq; in super munera data, ac naues, quibus in Hispaniam reuerterentur. Mentio deinde ab senioribus facta est, segnius homines bona quàm mala sentire. transitus Annibalis in Italiam quantum terroris pauorisq; inieciisset, sese meminisse, quas deinde clades, quos luctus incidisse: uisa castra hostium è muris urbis: quæ uota singulorum, uniuersorumq; fuisse: quoties in concilijs uoces manus ad cœlum porrigentium auditas: en unquam ille dies futurus esset, quo uacuum hostibus Italiam bona pace florentem uisuri essent: dedisse tandem id deos sextodecimo demum post anno: nec esse qui dijs gratias agendas censeat. adeo ne aduenientem quidem gratiam homines benigne accipere, nedum ut præteritæ satis memores sint.

Conclamatū deinde ex omni parte curiæ est, uti referret P. Aelius prætor: decretumq; ut v dies circa omnia puluinaria supplicaretur, uictimæq; maiores immolarentur cxx. Iam dimisso Lælio, legatisq; Masanissæ, cum Carthaginensiu legatos de pace ad senatum uenientes Puteolis uisos, inde terra uenturos allatum esset: reuocari C. Læliū placuit, ut coram eo de pace ageretur. Q. Fuluius Gillo legatus Scipionis Carthaginenses Romam adduxit: quibus uicinis ingredi urbem, hospitium in uilla publica, senatus ad ædem Bellonæ datus est. Orationem eandem fermè, quam apud Scipionem, habuerunt, culpam omnem belli à publico consilio in Annibalem uertentes. Eum iniussu senatus nō Alpes modo, sed Iberū quoq; transgressum: nec Romanis solum, sed ante etiam Saguntinis priuato consilio bellum intulisse. senatū ac populo Carthaginensi, si quis uera æstimet, foedus ad eam diem inuiolatum esse cum Romanis. itaq; nihil aliud sibi mandatū esse uti peterent, quàm ut in ea pace, quæ postremo cum consule Luctatio facta esset, manere liceret. Cum more tradito à patribus potestatem interrogandi, si quis quid uellet, legatos prætor fecisset: senioresq; qui foederibus interfuerant, alii alij interrogarent: nec meminisse se per ætatem (etenim omnes fermè iuuenes erant) dicerent legatis: conclamatum ex omni parte curiæ est, punica fraude electos, qui ueterem pacem repererent, cuius ipsi non meminissent. Emotis deinde curia legatis, sententiæ interrogari cœptæ. M. Liuius Cn. Seruiliū cōs. qui propior esset, accersendū, ut coram eo de pace ageretur, ceñsebat. cum de re maiore, quàm quanta esset, consultatio incidere non posset: non uideri sibi absente consulū altero, ambobus ue eam rem agi satis ex dignitate populi Ro. esse. Q. Metellus, qui triennio ante consul, dictatorq; fuerat: cum P. Scipio cædendo exercitus, agros populando, in eam necessitatem compulisset hostes, ut supplices pacem peterent: & nemo omnium uerius existimare posset, qua mente ea pax peteretur, quàm is, qui ante portas Carthaginis bellum gereret: nullius alterius consilio, quàm Scipionis accipiendam, abnuendamq; pacem esse. M. Valerius Leuius, qui bis consul fuerat, speculatores, non legatos uenisse arguebat: iubendosq; eos Italia excedere, & custodes cū ijs usq; ad naues mittendos, Scipioniq; scribendum, ne bellū remitteret. Lælius Fuluiusq; adiecerunt, & Scipionem in eo positam habuisse spem pacis, si Annibal & Mago ex Italia nō reuocarentur. cæterū omnia simulæuros Carthaginenses, duces eos exercitusq; expectantes: deinde quàm uis recentium foederū, & deorum omnium oblitos, bellum gesturos. Eo magis in Leuii sententiam discessum. Legati pace in
fecta

fecta, ac propè sine responso dimissi. Per eos dies Cn. Seruilus consul, haud dubius quin patratæ Italiæ penes se gloria esset, uelut pulsum ab se Annibalem persequens, in Siciliam, inde in Africam transiturus, traiecit. Quod ubi Romæ uulgatum est, primo censuerunt patres, ut prætor scriberet consuli, senatum æquum censere in Italiam reuerti eum: deinde, cum prætor specturum eum literas suas diceret, dictator ad id ipsum creatus P. Sulpicius pro iure maioris imperij consulem in Italiam reuocauit. reliquum anni cum M. Seruilio magistro equitum circumeuntis in Italia urbibus, quæ bello alienatæ fuerant, noscendisq; singularum causis consumpsit.

Per induciarum tempus & ex Sardinia ab Lentulo prætore centum onerariæ naues cû comætu & uiginti rostratarum præsidio, & ab hoste, & ab tempestatibus mari tuto in Africam transmiserunt. Cn. Octauio cc onerarijs, xxx longis nauibus ex Sicilia traicienti non eadem fortuna fuit. In conspectû fermè Africæ prospero cursu uectum primo destituit uentus, dein uersus in Africum turbauit, ac passim naues disiecit. ipse cum rostratis per aduersos fluctus ingenti remigum labore enixus Apollinis promontorium tenuit. onerariæ pars maxima ad Aegimurum insulam (ea sinum ab alto claudit, in quo sita Carthago est) xxx fermè millia ab urbe, alia aduersus urbem ipsam ad Calidas Aquas delatæ sunt. Omnia in conspectu Carthaginis erant. itaq; ex tota urbe in forum concursus est. magistratus senatû uocare, populus in curiæ uestibulo fremere, ne tanta ex oculis manibusq; amitteretur præda. Cum quidam pacis petita, alij induciarû (necdum enim dies exierat) fidem opponerent, postremo permisso penè senatus populiq; consilio, cõsensum est, ut classe quinquaginta nauium Asdrubal Aegimurum traiceret, inde per litora portusq; dispersas Romanas naues colligeret. Desertæ fuga nautarû primû ab Aegimuro, dein ab Aquis onerariæ Carthaginem puppibus tractæ sunt. Nondû reuerterant ab Roma legati, neq; sciebatur quæ senatus Romani de bello, aut pace sententia esset: necdum induciarum dies exierat. eo indigniorem iniuriam ratus Scipio, ab ijs qui petissent pacem & inducias, spem pacis & fidem induciarum uiolatam esse, legatos Carthaginem L. Bebius, M. Seruilius, L. Fabius extemplo misit. Qui cum multitudinis concursu propè uiolati essent, nec reditum tutiorem futurum cernerent: petierunt à magistratibus, quorum auxilio uis prohibita erat, ut naues mitterent, quæ se prosequerentur. Datæ triremes duæ cum ad Bagradam flumen peruenissent, unde castra Romana conspiciebantur, Carthaginem redire. Classis punica ad Uticam stationem habebat: ex ea tres quadriremes, seu clam misso à Carthagine nuntio, uti fieret, seu Asdrubale qui classi præerat, sine publica fraude aufo facinus, quinqueremem Romanâ superantem promontoriû ex alto repente aggressæ sunt. sed neq; rostro ferire celeritate subterlabentem poterant, neq; transilire armati ex humilioribus in altiorem nauem, & defendebatur egregie, quoq; tela suppeditarû. quibus deficientibus, cum iam nulla alia res eam, quàm propinquitas terræ, multitudoq; à castris in litus effusa tueri potuisset, concitatam remis quanto maximo impetu poterant, in terram cum immisissent, nauis tantum iactura facta, incolumes ipsi euaserû. Ita alio super aliud scelere cum haud dubie induciæ ruptæ essent, Lælius Fuluiusq; ab Roma cû legatis Carthaginensibus superuenerunt. quibus Scipio, etsi nō induciarû modo fides à Carthaginensibus, sed etiam ius gentium in legatis suis uiolatum esset, tamen se nihil nec institutis populi Romani, nec suis moribus indignum in ijs facturû esse cum dixisset, legatis dimissis, bellum parabat. Annibale iam terræ appropinquante iussus è nautis unus ascendere in malû, ut specularetur quam tenerent regionem, cum dixisset sepulchrû dirutum proram spectare, abominatus, præteruehi iusso gubernatore, ad Leptim appulit classem, atq; ibi copias exposuit. Hæc eo anno in Africa gesta. Insequentia excedunt in eum annum, quo M. Seruilus Geminus, qui tum magister equitum erat, & T. Claudius Nero consules facti sunt. Cæterum exitu superioris anni cum legati sociarum urbium ex Græcia questi essent, uastatos agros ab regijs præsidijs, missosq; in Macedoniam legatos ad res repetendas, nō admissos ad Philippum regem: simul nunciassent, quatuor millia militum cum Sopatro duce traiccta in Africam duci, ut essent Carthaginensibus præsidio, & pecuniæ aliquantum unâ missum: legatos ad regem, qui hæc aduersus fœdus facta uideri patribus nuntiarent, mittendos censuit senatus. Missi C. Terentius Varro, Cn. Manlius

uu ; lius

lius, M. Aurelius. r̄s tres quinqueres datae. Annus insignis incendio ingenti, quo diuus publicus ad solū exustus est, & aquarū magnitudine, & annonæ uilitate fuit, præterquam quod pace omnis Italia erat aperta, etiam quod magnā uim frumenti ex Hispania missam M. Valerius Falco, & M. Fabius Buteo ædiles curules quaternis æris uicatim populo descriperunt.

Eodem anno Q. Fabius Maximus moritur, exactæ ætatis, si quidē uerū est, augurem duos & quadraginta annos fuisse, quod quidam autores sunt. Vir certe fuit dignus tanto cognomine, uel si nouum ab eo inciperet. superauit paternos honores, auitos æquauit. pluribus uictoribus, & maioribus præliis auus insignis Rullus, sed omnia æquare unus hostis Annibal potest. cautior tamē, quā promptior hic habitus fuit. & sicut dubites, utrum ingenio cunctator fuerit, an quia ita bello proprie, quod tum gerebatur, aptum erat: sic nihil certius est, quā unum hominem nobis cunctando rem restituisse, sicut Eonius ait. Augur in locum eius inauguratus Q. Fabius Maximus, filius. in eiusdem locum pontifex (nam duo sacerdotia habuit) Seruius Sulpicius Galba. Ludi Romani diem unum, plebei ter toti instaurati ab ædilibus M. Sestio Sabino, & Cn. Tremellio Flacco. Ii ambo prætores facti, & cū r̄s C. Liuius Salinator, & C. Aurelius Cotta. Comititia eius anni utrum Cn. Seruilius consul habuerit, an quia eum res in Hetruria tenuerint, quæstiones ex socijs de coniurationibus principū habentem, dictator ab eo dictus P. Sulpicius, incertū diuersi autores faciunt. Principio insequentis anni M. Seruilius, T. Claudius senatu in capitolium uocato de prouincijs retulerunt. Italiam, atq; Africam in sortem conijci, Africam ambo cupientes, uolebant. cæterum Q. Metello maxime annitente, neq; data, neq; negata est Africa. Consules iussi cum tribunis plebis agere: ut, si r̄s uideretur, populum rogarent, quem uellet in Africa bellum gerere. omnes tribus P. Scipionem iusserunt. nihilominus consules prouinciam Africam (ita enim senatus decreuerat) in sortem coniecerunt. T. Claudio Africa euenit, ut quinquaginta nauium classem, omnes quinqueres, in Africam tranjeret, paricq; imperio cū Scipione imperator esset. M. Seruilius Hetruriam sortitus. In eadem prouincia & Cn. Seruilio prorogatum imperium, si consulem remorari ad urbem senatus placuisset. Prætores, M. Sestius Galliam est sortitus, ut duas legiones, prouinciamq; traderet ei P. Quintilius Varus: C. Liuius Brutios cum duabus legionibus, quibus P. Sempronius proconsul priore anno præfuerat: Cn. Tremellius Siciliam, ut ab P. Villio Tappulo prætore prioris anni prouinciam, & duas legiones acciperet. Villius proprætor cū xx nauibus longis, militibus mille oram Siciliæ tutaretur: inde M. Pomponius uiginti nauibus reliquis mille & quingentos milites Romam deportaret. C. Aurelio Cottæ urbana euenit. cæteris ita, uti quisque obtinebant prouincias, exercitusq; prorogata imperia. Sexdecim non amplius eo anno legionibus defensum imperium est. Et ut placatis dijs omnia inciperēt, agerentq; quos ludos M. Claudio Marcello T. Quintio cōsulibus T. Manlius dictator, quasq; hostias maiores uouerat, si per quinquennium illud res publica eodem statu fuisset: ut eos consules, prius quā ad bellū proficiscerentur, facerent. Ludi in circo per quatrimum facti: hostiæq; quibus uotæ erant dijs, cæse. Inter hæc simul spes, simul cura in dies crescebat: nec satis certū constare apud animos poterat: utrum gaudio dignius esset, Annibalem post sextumdecimum annum ex Italia decedentem uacua possessionem eius reliquisse populo Romano: an magis metuendum, quod incolumi exercitu in Africam traiecisset. Locum nimirum, non periculum mutatum. cuius tantæ dimicationis uatem, qui nuper decepsisset, Q. Fabium haud frustra canere solitum, grauiorem in sua terra futurum hostem Annibalem, quā in aliena fuisset. nec Scipioni aut cum Syphace, incondita barbariæ rege, qui statarios semilixas ducere exercitus solitus sit, aut cum socero eius Asdrubale, fugacissimo duce rem futuram, aut tumultuarijs exercitibus, ex agrestium semerum turba subito collectis: sed cū Annibale, propè nato in prætorio patris fortissimi ducis, alito atq; educto inter arma, puero quondam milite, uix dum iuene imperatore: qui senex uincendo factus, Hispanias, Gallias, Italiam ab Alpibus ad fretum monumentis ingentium rerum compleisset. ducere exercitum æqualem stipendijs suis, duratum omnium rerum patientia, quas uix fides fiat homines passos, perfusum milies cruore Romano, exuias non militum modo, sed etiam imperatorum portantem. multos occurosos Scipioni in acie, qui

qui prætores, qui consules Romanos sua manu occidissent, muralibus uallaribusq; insignes coronis, peruagatos capta castra captas urbes Romanas. non esse hodie tot fasces magistratibus populi Romani, quot captos ex cæde imperatorum præ se ferre posset Annibal. Has formidines agitando animis, ipsi curas & metus augebant. & iam quod, cum assuessent per aliquot annos bellum ante oculos alijs atque alijs in Italiæ partibus lenta spe in nullum propinquum debellandi finem gerere, erexerant omnium animos Scipio & Annibal, uelut ad supremum certamen comparati duces. ij quoq; quibus ingens erat in Scipione fiducia, & uictoriæ spes, quo magis in propinquam eam imminebant animis, eo curæ intentioris erant. Haud dispar habitus animorum Carthaginensibus erat: quos modo petisse pacem, intuentes Annibalem ac rerum gestarum eius magnitudinem, pœnitebat: modo, cum respicerent, bis sese acie uictos, Syphacem captū, pulsos se Hispania, pulsos Italia, atq; ea omnia unius uirtute & consilio Scipionis facta, uelut fatalem eum ducem in exitiū suum natum horrebant. Iam Adrumetum peruenerat Annibal. unde ad reficiendum ex iactatione maritima militem paucis diebus sumptis, excitus pauidis nuntijs omnia circa Carthaginem obtineri armis afferentiū, magnis itineribus Zamam contendit. Zama quinq; dierum iter ab Carthagine abest. inde præmissi speculatores cum excepti à custodibus Romanis deducti ad Scipionem essent: traditos eos tribunis militum, iussosq; omisso metu uisere omnia, per castra, quæ uellent, circumduci iussit: percunctatusq; satim percommode omnia explorassent, datis qui prosequerentur, retro ad Annibalem dimisit. Annibal nihil quidem eorum, quæ nuntiabantur (nam & Masanissam cum sex millibus peditum, quatuor equitum uenisse eo ipso forte die afferebant) læto animo audiuit, maxime hostis fiducia, quæ nõ de nihilo profecto concepta est, perculsus. itaq; quamquam & ipse causa belli eius erat, & aduentu suo turbauerat pactas inducias, & spem fœderum: tamē, si integer, quàm si uictus peteret pacem, æquiores impetrari posse ratus, nuntium ad Scipionem misit, ut colloquendi secum potestatem faceret. Id utrum sua sponte fecerit, an publico consilio, neutrum cur affirmem, habeo. Valerius Antias primo prælio uictum eum à Scipione, quo duodecim millia armatorum in acie sunt cæsa, mille & septingenti capti, legatum cum alijs decem legatis tradit in castra ad Scipionem uenisse. Cæterum Scipio cum colloquium haud abnuisset, ambo ex composito duces castra protulerunt, ut coire ex propinquo possent. Scipio haud procul Nadagara urbe, tum ad cetera loco opportuno, tum quod aquatio intra teli coniectum erat, confedit. Annibal tumulum à quatuor millibus inde, tutum commodumq; alioqui, nisi quod longinquæ aquationis erat, cepit. ibi in medio locus conspectus undiq; ne quid insidiarum esset, delectus. Summotis pari spatio armatis, cum singulis interpretibus congressi sunt non suæ modo ætatis maximi duces, sed omnis ante se memoriam omnium gentium cuilibet regum imperatorum ue pares. Paulisper alter alterius conspectu admiratione mutua propè attoniti conticuere. Tum Annibal prior. Si hoc ita fato datum erat, ut qui primus bellum intuli populo Romano, quicq; toties propè in manibus uictotiam habui, is ultro ad pacem petendam uenirem, lætor te mihi potissimum datum, à quo peterem. Tibi quoq; inter multa egregia non in ultimis laudum hoc fuerit, Annibalem, cui de tot Romanis ducibus uictoriam dii dedissent, tibi celsisse: tecq; huic bello uestris prius quàm nostris cladibus insigni finem imposuisse. hoc quoq; ludibrium fortunæ casus ediderit, ut cum patre tuo consule ceperim arma, cum eodem primum Romano imperatore signa cõtulerim, ad filium eius inermis ad pacem petendam ueniam. Optimum quidem fuerat, eam patribus nostris mentē datam ab dijs esse, ut & uos Italiæ, & nos Africæ imperio cõtenti essemus. neq; enim ne uobis quidem Sicilia atq; Sardinia satis digna pretia sunt pro tot classibus, tot exercitibus, tot tamq; egregijs amissis ducibus. Sed præterita magis reprehendi possunt, quàm corrigi. Ita aliena appetuimus, ut de nostris dimicaremus. nec in Italia solum uobis bellum, nobis in Africa est: sed & uos in portis uestris propè, ac mœnibus signa armaq; hostium uidistis: & nos ab Carthagine fremitum castrorū Romanorū exaudiuimus. Quod igitur nos maxime abominaremur, uos ante omnia optaretis, in meliore uestra fortuna de pace agitur: agimusq; ij, quorum & maxime interest pacem esse, & qui quodcunque egerimus, ratū ciuitates nostræ

habituæ sint. animo tantum nobis opus est non abhorrente à quietis consilijs: Quod ad me attinet, iam ætas senem in patriam reuertentem, unde puer profectus sum, iam secundæ, iam aduersæ res ita erudierunt, ut rationem sequi quàm fortunam malim. tuam & adolescentiam, & perpetuam felicitatem, ferociora utraq; quàm quietis opus est consilijs, metuo. Non temere incerta casuum reputat, quem fortuna nunquam decepit. Quod ego fui ad Trasymenum, ad Cannas, id tu hodie es. uixdum militari ætate imperio accepto, omnia audacissime incipientem nusquam fefellit fortuna. patris & patruj persecutus mortem, ex calamitate uestræ domus decus insigne uirtutis pietatisq; eximie cepisti: amissas Hispanias recuperasti, quatuor inde punice exercitibus pulsis. consul creatus, cum cæteris ad tutandam Italiam parum animi esset, transgressus in Africam, duobus hic exercitibus cæsis, binis eadem hora captis simul incensisq; castris, Syphace potentissimo rege capto, tot urbibus regni eius, tot nostri imperij creptis, me sextumdecimum iam annum hærentem in possessione Italiæ detraxisti. Potest uictoriam malle, quàm pacem animus. Noui uobis spiritus magnos magis quàm utiles. & mihi talis aliquando fortuna affulsi. Quod si in secundis rebus bonam quoq; mentem darent dñj, non ea solum, quæ euenissent, sed etiam ea, quæ euenire possent, reputarem. Vt omniū obliuiscaris aliorum, satis ego documenti in omnes casus sum. quem modo castris inter Anicnem atq; urbem uestram positus, ac iam propè scandentē mœnia Romana uideras, hic cernis duobus fortissimis uiris fratribus, clarissimis imperatoribus orbatum ante mœnia propè obsessæ patriæ, quibus terrui uestram urbem ea pro mea deprecantem. Maximæ cuiq; fortunæ minime credendum est. In bonis tuis rebus, nostris dubijs, tibi ampla ac speciosa danti est pax: nobis petentibus magis necessaria, quàm honesta. Melior tutiorq; est certa pax, quàm sperata uictoria. hæc in tua, illa in deorum manu est. Ne tot annorum felicitatem in unius horæ dederis discrimen. cum tuas uires, tum uim fortunæ, martemq; belli cōmunem propone animo. utrinque ferrum, corpora humana erunt. nusquam minus, quàm in bello euentus respondet. Non tantum ad id, quod data pace iam habere potes, si prælio uincas, gloriæ adieceris: quantum ademeris, si quid aduersi eueniat. simul parta ac sperata decora unius horæ fortuna euertere potest. omnia in pace iungenda tuæ potestatis sunt. P. Corneli. tunc ea habenda fortuna erit, quam dñj dederint. Inter pauca felicitatis uirtutisq; exempla M. Atilius quondam in hac eadem terra fuisset, si uictor pacem petentibus dedisset patribus nostris: sed non statuendo tandem felicitati modū, nec cohibendo efferentem se fortunam, quanto altius elatus erat, eo scedius corruit. Est quidem eius, qui dat, non qui petit, condiciones dicere pacis. sed forsitan non indigni simus, qui nobismetipsis mulctam irrogemus. nō recusamus quin omnia, propter quæ bellum initum est, uestra sint, Sicilia, Sardinia, Hispania, quicquid insularum toto inter Africam Italiamq; continetur mari: Carthaginenses inclusi Africæ litoribus, uos, quando ita dñjs placuit, externa etiam terra mariq; uideamus regentes imperia. Haud negauerim, propter nō nimis sincere petitam aut expectatam nuper pacem, suspectam esse uobis punicam fidem. multum, per quos petita sit, ad fidem tuendæ pacis pertinet Scipio, uestri quoq; (ut audio) patres non nihil etiam ob hoc, quia parum dignitatis in legatione erat, negauerunt pacem. Annibal peto pacem: qui neq; peterem, nisi utilem crederem: & propter eandem utilitatem tuebor eam, propter quam petij. & quemadmodū, quia à me bellum cœptum est, ne quem eius poeniteret, quoad ipsi inuidere dei, præstiti: ita annitar, ne quem pacis per me partæ poeniteat.

Aduersus hæc imperator Romanus in hanc ferè sententiam respondit. Non me fallebat Annibal aduentus tui spe Carthaginenses & præsentem induciarum fidem, & spem pacis turbasse: neq; tu id sanè dissimulas, qui de cōditionibus superioribus pacis omnia subtrahas, præter ea, quæ iam pridem in nostra potestate sunt. cæterum sicut tibi curæ est, sentire ciues tuos quanto per te onere leuentur: sic mihi laborandum est, ne quæ tunc pepigerunt, hodie subtracta ex conditionibus pacis præmia perfidiæ habeant. indigni, quibus eadem pateat conditio, ut etiam profit uobis fraus, petitis. Neq; patres nostri priores de Sicilia, neq; nos de Hispania fecimus bellum. & tunc Mamertinorum sociorum periculum, & nunc Sagunti excidiū nobis pia ac iusta inducunt arma. uos lacelsisse, & tu ipse fateris, & dñj testes sunt: qui & illius belli exitum

exitum secundum ius fasque dederunt, & huius dant & dabunt. Quod ad me attinet, & humanæ infirmitatis memini, & uim fortunæ reputo, & omnia quæcunq; agimus, subiecta esse mille casibus scio. cæterum quemadmodum superbe, & uiolenter me faterer facere: si, priusquam in Africam traiecissem, te tua uoluntate cedentem Italia, & imposito in naues exercitu ipsum uenientem ad pacem petendam aspernarer: sic nunc, cum propè manu conferta restitantiem ac tergiuersantem in Africam traduxerim, nulla sum tibi uerecundia obstrictus. proinde si quid ad ea, in quæ tum pax cõuentura uidebatur (quæ sunt, nosti) mulctæ nauium cum commeatu per inducias expugnaturû, legatorumq; uiolatorum, adijcitur, est quod referam ad cõsiliu. si illa quoq; grauiâ uidentur, bellum parate, quoniam pacem pati non potuistis. Ita infecta pace ex colloquio ad suos cum se recepissent, frustra uerba pacata renuntiant: armis decernendum esse, habendamq; eam fortunam, quam dii dedissent. In castra ut est uentû, pronuntiant ambo, arma expedirent milites animosq; ad supremum certamen, non in unum diem, sed in perpetuum, si felicitas adesset, uictores. Roma, an Carthago iura gentibus daret, ante crastinam noctem scituros. neq; enim Africam, aut Italiam, sed orbem terrarum uictoriæ præmium fore: par periculum præmio, quibus aduersæ pugnæ fortuna fuisset. Nam neq; Romanis effugiû ullum patebat in aliena ignotaq; terra, & Carthagini supremo auxilio effuso adesse uidebatur præfens excidium. Ad hoc discrimen procedunt postero die duorû opulentissimorum populorum duo longe clarissimi duces, duo fortissimi exercitus, multa ante parta decora aut cumulaturî eo die, aut euerfuri. Anceps igitur spes & metus miscebant animos: contemplantibusq; modo suam, modo hostium aciem, cum oculis magis, quàm ratione pensarēt uires, simul læta, simul tristia obuersabantur. quæ ipsis sua sponte non succurrebant, ea duces admonendo atq; hortando subiiciunt. Pœnus xvi annorum in terra Italia res gestas, tot duces Romanos, tot exercitus occisione occisos, & sua cuiq; decora, ubi ad insignē alicuius pugnæ memoria militem uenerat, referebat. Scipio Hispanias, & recentia in Africa prælia, & confessionem hostium, quod neq; non petere pacem propter metum, neq; manere in ea præ insita animis perfidia potuissent. ad hoc, colloquium Annibalis in secreto habitû, ac liberum fingenti, quâ uelit flecti. ominatur, quibus quondam auspicijs patres eorum pugnauerint ad Aegateis insulas, ea illis exeuntibus in aciem portendisse deos. adesse finem belli, ac laboris: in manibus esse prædam Carthaginis, reditum domum in patriam ad parentes, liberos, coniuges, penatesq; deos. Adeo celsus hæc corpore, uultuq; ita læto, ut uicisse iam crederes, dicebat. Instruit deinde primos hastatos, post eos principes, triarijs postremam aciem clausit. non confertas autem cohortes ante sua quenq; signa instruebat, sed manipulos aliquantum inter se distantes, ut esset spatium, quo elephantum hostium accepti nihil ordines turbarent. Lælium, cuius ante legati, eo anno quæstoris extra sortem ex senatusconsulto opera utebatur, cû italico equitatu ab sinistro cornu, Masanissam Numidasq; ab dextro opposuit. uias patentes inter manipulos antesignanorum uelitibus (ea tunc leuis armatura erat) compleuit: dato præcepto: ut ad impetum elephantorum aut post rectos refugerēt ordines, aut in dextram leuamq; discursu applicantes se antesignanis, uiam, quâ irruerent in anticipata tela, beluis darent. Annibal ad terrorem primum elephantos (LXXX autem erant, quot nulla unquam in acie ante habuerat) instruxit: deinde auxilia Ligurum Gallorumq; Balcaribus Maurisq; admittis: in secunda acie Carthaginenses Afrosq; & Macedonû legionē: modico deinde interuallo relicto subsidiariam aciem italicorum militum (Brutijs pleriq; erant, uic ac necessitate plures quàm sua uoluntate decedentem ex Italia secuti) instruxit. equitatum etiam ipsum circumdedit cornibus. dextrum Carthaginenses, sinistram Numidæ tenuerunt. Varia adhortatio erat in exercitu inter tot homines, quibus non lingua, non mores, non lex, non arma, non uestitus habitusq; non causa militandi eadem esset. auxiliaribus & præfens, & multiplicata merces ex præda ostentatur. Galli proprio atq; insito in Romanos odio accenduntur. Liguribus campi uberes Italiæ deductis ex asperrimis montibus in spem uictoriæ ostentantur. Mauros Numidasq; impotenti Masanissæ futuro dominatu terret. alijs aliæ spes ac metus iactantur. Carthaginensibus moenia patriæ, dii penates, sepulchra maiorum, liberi cum parentibus, coniugesq; pauidæ,

uu s aut

aut excidium scruiumq̄, aut imperium orbis terrarum, nihil aut in metum, aut in spem mer-
 dium ostentatur. Cū maxime hæc imperator apud Carthaginenses duces suarum gentiū,
 inter populares pleraq̄ p̄ interpretes intermistos alienigenis ageret, tubæ cornuaq̄ ab Roma-
 nis cecinerunt: tantusq̄ clamor ortus, ut elephanti in suos, sinistro maxime cornu, uerterent,
 Mauros ac Numidas. addidit facile Masaniſſa percussis terrorē: nudauitq̄ ab ea parte aciem
 equestri auxilio. pauca tamē bestiarum intrepidæ in hostem actæ inter uelutum ordines cum
 multis suis uulneribus ingentem stragem edebant. resiliētes enim ad manipulos uelites, cum
 uiam elephantis ne obtererentur fecissent, in ancipites ad ictum utrinq̄ conijciebant hastas:
 nec pila ab antesignanis cessabant: donec undique incidentibus telis exacti ex Romana acie
 hi quoq̄ in suo dextro cornu ipsos Carthaginensium equites in fugam uerterunt. Lælius ut
 turbatos uidit hostes, addit percussis terrorē. Vtrinq̄ equite nudata erat punica acies, cum pe-
 des concurrat, nec spe, nec uiribus iam par. ad hoc, dictu parua, sed magni eadem in re geren-
 da momenti res, congruēs clamor à Romanis, eorūq̄ maior & terribilior: dissonæ illis, ut gen-
 tium multarum discrepantibus linguis, uoces. pugna Romana stabilis & suo & armorum
 pondere incumbentium in hostem: concursatio & uelocitas illinc maior, quàm uis. Igitur pri-
 mo impetu extemplo mouere loco hostium aciem Romani: ala deinde, & umbonibus pulsan-
 tes, in summos gradu illato, aliquantum spatij, uelut nullo resistente, incessere: urgentibus &
 nouissimis primos, ut semel motam aciem sensere, quod ipsum uim magnam ad pellendum
 hostem addebat. Apud hosteis auxiliares cedentis secunda acies Afri & Carthaginenses
 adeo non sustinebant, ut contra etiam, ne resistentes pertinaciter primos cedendo ad se perue-
 niret hostis, pedem referrent. Igitur auxiliares terga dant repente: & in suos uersi, partim refu-
 gere in secundam aciem: partim non recipientes cadere, uti paulo ante non adiuti, & tunc ex-
 clusi. & propè duo iam permista prælia erāt: cum Carthaginenses simul cum hostibus, simul
 cum suis cogentur conferere manus. non tamen ita percussos, iratosq̄ in aciem acceperunt, sed
 densatis ordinibus, in cornua, uacuumq̄ circa campum extra prælium eiecere: ne pavidos fu-
 ga uulneribusq̄ milites in certam & integram aciem miscerent. Cæterum tanta strages homi-
 num armorumq̄ locum, in quo steterant paulo ante auxiliares, compleuerat: ut propè diffi-
 cilior transitus esset, quàm per confertos hostes fuerat: itaq̄ qui primi erant hastati, per cumu-
 los corporum armorumq̄, & labem sanguinis, quæ quisq̄ poterat, sequentes hostem, & signa
 & ordines confuderunt. principum quoq̄ signa fluctuare cœperant, uagam ante se cernentes
 aciem. Quod Scipio ubi uidit, receptui prope canere hastatis iussit: & saucijs in postremam
 aciem subductis, principes triariosq̄ in cornua inducit, quo tutior firmiorq̄ media hastato-
 rum acies esset. Ita nouum de integro prælium ortum est: quippe ad ueros hostes peruentum
 erat, & armorum genere, & usu militiæ, & fama rerum gestarum, & magnitudine uel spei uel
 periculi pares. sed numero Romanus superior erat, & animo: quod iam equites, iam elephan-
 tos fuderat: iam prima acie pulsa, in secundam pugnabat. In tempore Lælius ac Masaniſſa
 pulsos per aliquantum spatij secuti equites, reuertentes in auersam hostium aciem incurere.
 Is demum impetus percussit hostem. multi circumuenti in acie cæsi: multi per patentem circa
 campum fuga sparsi, tenente omnia equitatu, passim interierunt. Carthaginensium so-
 ciorumq̄ cæsa eo die supra millia uiginti. par fermè numerus captus est, cum signis militari-
 bus centum trigintatribus, elephantis undecim. Victores ad decem millia cecidere. Anni-
 bal cum paucis equitibus inter tumultum elapsus Adrumetum perfugit, omnia & in prælio,
 & ante aciem, priusquàm excederet pugna expertus: & confessione etiam Scipionis, omniumq̄
 peritorum militiæ illam laudem adeptus, singulari arte aciem eo die instruxisse. elephantos
 in prima fronte: quorū fortuitus impetus, atq̄ intolerabilis uis signa sequi, & seruare ordines,
 in quo plurimum spei ponerent, Romanos prohiberet. deinde auxiliares ante Carthaginen-
 sium aciem, ne homines misti colluione omnium gentium, quos non fides teneret, sed
 merces, liberum receptum fugæ haberent: simul primum ardorem hostium excipientes fati-
 garent: ac si nihil aliud, uulneribus suis ferrū hostile hebetarent. tum, ubi omnis spes esset mili-
 tes Carthaginenses afrosq̄, ut omnibus rebus alijs pares, eo quod integri cum fessis ac saucijs
 pugnant

pugnarent, superiores essent. italicos interuallo quoque diremptos, incertos socij an hostes essent, in postremam aciem summos. Hoc edito uelut ultimo uirtutis opere Annibal cum Adrumetū refugisset: accitusq; inde Carthaginem sexto ac trigesimo post anno, quā puer inde profectus erat, redisset: factus in curia est, nō praelio modo se, sed bello uictum: nec spem salutis alibi, quā in pace impetrata esse. Scipio confestim à praelio expugnatis hostium castris, direptisq; cum ingenti praeda ad mare ac naues redijt, nuntio allato: P. Lentulum cum L. rostratis, c. onerarijs omni genere cōmeatus, ad Uticam accessisse. Admouendum igitur undiq; terrorem percussæ Carthagini ratus, misso Lælio Romam cum uictorię nuntio, Cn. Octauium terrestri itinere ducere legiones Carthaginem iubet. ipse ad suam ueterem noua Lentuli classe adiuncta, profectus ab Utica portum Carthaginis petit. Haud procul aberat, cum uelata infulis ramisq; oleæ Carthaginensium occurrit nauis. decem legati erant principes ciuitatis, autore Annibale missi ad petendam pacem. qui cum ad puppim prætoriae nauis accessissent, uelamenta supplicum porrigentes, orantes, implorantesq; fidem & misericordiam Scipionis, nullum rjs aliud responsum datum, quā ut Tunetem uenirent. eò se moturum castra. ipse ab contemplato situ Carthaginis non tam noscendi in præsentiā, quā terrendi hostis causa, Uticam, eodem & Octauio reuocato, redijt. Inde procedentibus ad Tunetem nuntius allatus: Verminam Syphacis filiū cum equitibus pluribus, quā peditibus uenire Carthaginensibus auxilio. Pars exercitus cum omni equiratu missa, turmalibus primis in agmine, aggreffa Numidas leui certamine fudit. exitu quoque fugæ intercluso, à parte omni circumdatis equitibus, xv millia hominum cæsa, mille & CC uiui capti sunt, & equi numidici mille & D, signa militaria duo & septuaginta. Regulus ipse inter tumultū cum paucis effugit. Tum ad Tunetem eodem, quo antea, loco castra posita. legatiq; xxx Carthagine ad Scipionem uenerunt. & illi quidem multo miserabilius quā ante, quo magis cogebat fortuna, cegerunt: sed aliquanto minore cum misericordia ab recenti memoria perfidiæ auditi sunt. In consilio quam iusta ira omneis ad delendam. Stimulabat Carthaginem: tamen cum & quanta res esset, & quā longi temporis obsidio tam munitæ & ualidæ urbis, reputarent: & ipsum Scipionem expectatio successoris, uenturi ad paratam alterius labore ac periculo finiti belli famam, sollicitaret: ad pacem omnium animi uersi sunt. Postero die reuocatis legatis, & cum multa castigatione perfidiæ monitis, ut tot cladibus edocti tandem deos & iusiurandū esse crederent, conditiones pacis dictæ. Ut liberi legibus suis uiuerent. quas urbes, quosq; agros, quibusq; finibus ante bellum tenuissent, tenerent, populandiq; finem eo die Romanus faceret. perfugas, fugitiosq; & captiuos omneis, & naues rostratas, præter decem triremes, traderent, elephantosq; quos haberent domitos, neq; domarent alios. bellum ne ue in Africa, ne ue extra Africam iniussu populi Romani gererent. Masanissæ res redderent, fœdusq; cum eo facerent. frumentum, stipendiumq; auxilijs, donec ab Roma legati redissent, præstarent. decem millia talentū argenti descripta pensionibus æquis in annos quinquaginta soluerēt. obsides centū arbitratu Scipionis darent: ne minores XIII annis, neu xxx maiores. inducias ita se daturū, si per priores inducias naues onerariæ captæ, quæq; fuissent in nauibus, restituerentur. aliter nec inducias, nec spem pacis ullam esse. Has conditiones legati cum domū ferre iussi in contione ederent, & Gisgo ad dissuadendam pacem processisset, audireturq; à multitudine inquieta eadem & imbelli, indignatus Annibal dici ea in tali tempore, audiriq; arreptum Gisgonem manu sua ex superiore loco detraxit. quæ insueta liberę ciuitati species cum fremitum populi mouisset, perturbatus militaris uir urbana libertate: nouem, inquit, annorum à uobis profectus post sextum & tricesimum annum redij. militares artes, quas me à puero fortuna nunc priuata nunc publica docuit, probe uideor scire: urbis ac fori iura, leges, mores uos me oportet doceatis. Excusata imprudentia, de pace multis uerbis differuit, quā nec iniqua, & necessaria esset. Id omnium maxime difficile erat, quod ex nauibus per inducias captis nihil, præter ipsas comparebat naues: nec inquisitio erat facilis. Cum aduersantes paci arguerentur, placuit naues reddi, & homines utique inquiri: cætera, quæ abessent, æstimanda Scipioni permitti: atq; ita pecunia luere Carthaginenses. Sunt qui Annibalem ex acie ad mare peruenisse, inde
preparata

præparata naue ad regem Antiochum extemplo profectum tradant: postulantique ante omnia Scipioni, ut Annibal sibi traderetur, responsum esse, Annibalem in Africa non esse.

Posteaquam redierunt ad Scipionem legati: quæ publica in nauibus fuerant, ex publicis descripta rationibus quaestores: quæ priuata, proheri domini iussi: pro ea summa pecuniæ xxxv millia pondo argenti præsentia exacta. induciæque Carthaginensibus datæ in tres menses. additum: ne per induciarum tempus aliò usquam, quàm Romam mitterent legatos: & qui cunq; legati Carthaginem uenissent, ne ante dimitterent eos, quàm Romanum imperatorem, qui, & quæ petentes uenissent, certiores facerent. Cum legatis Carthaginensibus Romam missi L. Veturius Philo, & M. Marcius Ralla, & L. Scipio imperatoris frater. Per eos dies sommeatus ex Sicilia Sardiniaque tantam uilitatem annonæ effecerunt, ut pro uectura frumentum mercator nautis relinqueret. Romæ ad nuntium primum rebellionis Carthaginensium trepidatum fuerat: iustusque erat T. Claudius mature in Siciliam classem ducere, atque inde in Africam traicere: & alter consul M. Seruilius ad urbem morari, donec quo statu res in Africa essent, sciretur. Segniter omnia in comparanda deducendaque classe ab T. Claudio consule facta erant, quod patres de pace Scipionis potius arbitrium esse, quibus legibus daretur, quàm consulis censuerant. Prodigia quoque nuntiata sub ipsam famam rebellionis terrorem attulerant. Cum solis orbis minui uisus, & pluit lapideo imbri. & in ueliterno agro terra ingentibus cauernis confedit, arboresque in profundum haustæ. Aritiæ forum, & circa tabernæ, Frusinone murus aliquot locis, & porta de cælo tacta: & in palatio lapidibus pluuit. Id prodigium more patrio nouendiali sacro, cætera hostijs maioribus expiata. Inter quæ etiã aquarum insolita magnitudo in religionem uersa. nam ita abundauit Tyberis: ut ludi apollinares, circo inundato, extra portam Collinam ad ædem Erycinæ Veneris parati sint. cæterum ludorum ipso die serenitate subita orta, pompa duci cæpta ad portam Collinam, reuocata, deductaque in circum est, cum decessisse inde aquam nuntiatum esset: lætitiãque populo, & ludis celebritatem addidit sedes sua solenni spectaculo reddita. Claudium cos. profectum tandem ab urbe inter portus cossanum laurætinumque atrox uis tempestatis adorta in metum ingentem adduxit. Populonios inde cum peruenisset, stetitque ibi dum reliquum tempestatis exsaueret: Iluam insulam, & ab Ilua Corsicam, à Corsica in Sardiniam traiecit. ibi superantem Infaunos mōtes multo & sæuior & infestioribus locis tēpesta adorta disiecit classem. multæ quasata, armamentisque spoliatae naues: quædam fractæ. ita uexata, ac lacerata classis Carales tenuit. ubi dum subductæ reficiuntur naues, hiems oppressit: circūactumque anni tempus. & nullo prorogante imperium, priuatus T. Claudius classem Romam reduxit. M. Seruilius, ne comitiorum causa ad urbem reuocaretur: dictatore dicto Cn. Seruilio Gemino, in prouinciam est profectus. Dictator magistrum equitum P. Aelium Pætum dixit. Sæpe comitia indicta perfici tempestates prohibuerunt. itaque cum præter idus martias ueteres magistratus abissent, noui suffecti non essent, respub. sine curulibus magistratibus erat. L. Manlius Torquatus pontifex eo anno mortuus. in locum eius suffectus C. Sulpicius Galba. Ab L. Licinio Lucullo, & Q. Fuluio ædil. curul. ludi Romani tertio instaurati. Pecuniam ex ærario scribæ, uiatoresque ædilitij clam egressisse per indicem comperti, damnati sunt, non sine infamia Luculli ædilis. P. Aelius Tubero, & L. Lectorius ædiles plebis uitio creati magistratu se abdicarunt, cum ludos, ludorumque causa epulum Ioui fecissent, & signa tria ex mulætatitio argæto facta in Capitolio posuissent. Cerealia ludos dictator, & magister equitum ex senatusconsulto fecerunt.

Legati ex Africa Romani simul carthaginensesque cum uenissent Romam: senatus ad ædem Bellonæ habitus est. ubi cum L. Veturius Philo pugnatum cum Annibale esse suprema Carthaginensibus pugna, finemque tandem lugubri bello impositum, ingenti læticia patrum exposuisset, adiecit: Verminam etiam Syphacis filium, quæ parua bene gestæ rei accessio erat, deuictum. in contione inde prodire iussus, gaudiumque id populo impertire. Tum patefacta gratulatione omnia in urbe repleta, supplicationesque in triduum decretæ. Legatis Carthaginensium & Philippi regis (nam ij quoque uenerat) petentibus ut senatus sibi daretur, responsum iussu patrum à dictatore est, cōsules nouos eis senatum duros esse.

Cn. Cornelius

Cn. Cornelius Lentulus, P. Aelius Pætus. prætores M. Iunius Pænus, cui fors urbana euenit. M. Valerius Falco Brutios, M. Fabius Buteo Sardiniam, P. Aelius Tubero Siciliam est sortitus. De prouincijs consulum nihil ante placebat agi, quàm legati Philippi regis, & Carthaginensium auditi essent. belli finem alterius, principium alterius prospiciebant animis. Cn. Lentulus consul cupiditate flagrabat prouinciæ Africæ: seu bellum foret, facilem uictoriam: seu iam finiretur, finiti tanti belli se cōsule gloriam petens. negare itaq; prius quicquam agi passurum, quàm sibi Africa decreta esset: concedente collega, moderato uiro & prudenti: qui gloriæ eius certamen cum Scipione, præterquam quod iniquum esset, etiam impar futurum cernebat. Q. Minucius Thermus & M. Acilius Glabrio tribuni plebis rem priore anno nequicquã tentatam ab T. Claudio consule Cn. Cornelium tentare aiebant. ex autoritate patrum latum ad populum esse, cuius uellent imperium in Africa esse. omnes v & xxx tribus P. Scipioni id imperium decreuisse. Multis contentionibus & in senatu, & ad populū acta res, postremo eò deducta est, ut senatui permitterent. Patres igitur iurati (ita conuenerat) censuerunt, uti cōsules prouincias inter se cōpararent, sortirentur uel, uter Italiam, uter classem nauium L. haberet. cui classis obuenisset, in Siciliam nauigaret. si pax cum Carthaginensibus componi nequisset, in Africam trañceret: consul mari, Scipio eodem, quo adhuc, iure imperij terra rem gereret. si conditiones conuenirent pacis, tribuni pl. populum rogarent, utrum consulem, an P. Scipionē iuberent pacem dare: & quē, si deportandus exercitus uictor ex Africa esset, deportare. si pacem per P. Scipionem dari, atq; ab eodem exercitū deportari iussissent, ne consul ex Sicilia in Africam trañceret. alter consul, cui Italia euenisset, duas legiones à Sestio prætore acciperet. P. Scipioni cum exercitibus, quos haberet, in prouincia Africa prorogatū imperiū. Prætori M. Valerio Falconi duæ legiones in Brutijs, quibus C. Liuius priore anno præfuerat, decreta. P. Aelius prætor duas legiones in Sicilia ab Cn. Tremellio acciperet. Legio una M. Fabio in Sardinia, quam P. Lentulus proprætor habuisset, decernitur. M. Seruilio prioris anni consuli cū suis duabus item legionibus in Hetruria prorogatum imperium est. Quod ad Hispanias attineret, aliquot iam annos ibi L. Cornelium Lentulum, & L. Manlium Acidinum esse, ut ij consules cum tribunis agerent, si eis uideretur, ut plebem rogarent, cui iuberet in Hispania imperium esse. is ex duobus exercitibus in unam legionem conscriberet Romanos milites, & in xv cohortes socios latini nominis, quibus prouinciam obtineret. ueteres milites L. Cornelius, & L. Manlius in Italiam deportarent. Cornelio cōsuli L. nauium classis ex duabus classibus, Cn. Octauij, quæ in Africa esset, P. Villij, quæ Siciliæ orā tuebatur, decreta: ut quas naues uellet, deligeret. P. Scipio L. longas naues haberet, quas habuisset, quibus si Cn. Octauium, sicut præfuisset, præesse uellet, Octauio proprætori in eum annū imperium esset: si Lælium præficeret, Octauius Romanam decederet: reduceretq; naues, quibus proconsuli usus non esset. Et M. Fabio in Sardiniam decem longæ naues decreta. Et consules duas legiones urbanas scribere iussi, ut quatuordecim legionibus eo anno, centum nauibus longis respublica administraretur. Tum de legatis Philippi, & Carthaginensium actum. priores Macedonas introduci placuit. quorum uaria oratio fuit: partim purgantium, quæ questi erant missi ad regem à Roma legati de populatione sociorum: partim ultro accusantium quidem & socios populi Romani, sed multo infestius M. Aurelium: quem ex tribus ad se missis legatis delectu habito substituisse, & se bello lacepsisse contra fœdus, & sæpe cum præfectis suis signis collatis pugnasse: partim postulantium, ut Macedones, duxq; eorum Sopater, qui apud Annibalem mercede militassent, captiq; in uinculis essent, sibi restituerentur. Aduersus ea M. Furius, missus ad idipsum ab Aurelio ex Macedonia, disseruit. Aurelium relictum, ne socij populi Romani fessi populationibus, atq; iniuria ad regem deficerent, finibus sociorum non excessisse. dedisse operam, ne impune in agros eorum transcenderent populatores. Sopatrū ex purpuratis, & propinquis regis esse, cum quatuor millibus Macedonum & pecunia missum nuper in Africam esse, Annibali Carthaginensibusq; auxilio. De his rebus interrogati Macedones cum perplexe responderēt, ipsi ante responsum tulerunt. Bellum quærere regem, & si pergat, propediem inuenturum. dupliciter ab eo fœdus uiolatum: & quod socijs populi Ro. iniurias fecerit, bello armisq; lacepsuerit:

& quod hostes auxilijs & pecunia iuuerit. & P. Scipionem recte, atq; ordine uideri fecisse, & facere, quod eos, qui arma contra populum Rom. ferentes capti sunt, hostium numero in uinculis habeat. & M. Aurelium è republica facere, gratumq; id senatui esse, quod socios populi Romani, quando iure foederis non posset, armis tueatur. Cum hoc tam tristi responso dimissis Macedonibus, legati Carthaginenses uocati. quorū ætatibus, dignitatibusq; inspectis (nam longe primi ciuitatis erant) tum pro se quisq; dicere, uere de pace agi. Insignis tamen inter cæteros Asdrubal erat (Hædū populares cognomine appellabant) pacis semper autor, aduersusq; factioni barchinæ. eo tum plus illi autoritatis fuit, belli culpam in paucorum cupiditatem à re publica transferenti. Qui cum uaria oratione usus esset, nunc purgando crimina, nunc quædam fatendo, ne impudenter certa negantibus difficilior uenia esset: nunc monendo etiam patres conscriptos, ut rebus secundis modeste ac moderate uterentur: Si se atq; Hannonem audissent Carthaginenses, & tempore uti uoluissent, duros fuisse pacis condiciones, quas tunc peterent. Raro simul hominibus bonam fortunam, bonamq; mentem dari. populum Rom. eo inuictum esse, quod in secundis rebus sapere, & cōsulere meminerit. & Hercule mirandum fuisse, si aliter facerent. ex insolentia, quibus noua bona fortuna sit, impotentes lætitiæ insanire: populo Rom. usitata. ac propè iam obsoleta ex uictoria gaudia esse, ac plus penè parcendo uictis, quàm uincendo imperium auxisse. Cæterorum miserabilior oratio fuit, commemorantium, ex quantis opibus quò recidissent Carthaginensium res. nihil eis, qui modo orbem propè terrarum obtinuissent armis, superesse, præter Carthaginis mœnia. nō inclusos nō terra, nō mari quicquam sui iuris cernere. urbem quoq; ipsam, ac penates ita habituros, si nō in ea quoque, quo nihil ulterius sit, særeire populus Rom. uelit. Cum flecti misericordia patres apparet, senatorum unum infestum perfidiæ Carthaginensium succlamasse ferunt: per quos deos foedus icturi essent, cum eos, per quos ante ictum esset, fefellissent: Per eosdem, inquit Asdrubal, qui tam infesti sunt foedera uiolantibus. Inclinatīs omnium ad pacem animis, Cn. Lentulus consul, cui clāsis prouincia erat, s. c. intercessit. Tum M. Attilius & Q. Minucius tribuni pl. ad populum tulerūt: uellent, iuberent ne senatū decernere, ut cum Carthaginensibus pax fieret: & quem eam pacem dare, quemq; ex Africa exercitus deportare iuberent: De pace uti rogata omnes tribus erant, iusserunt pacem dare P. Scipionem, eundem exercitus deportare. Ex hac rogatione senatus decreuit, ut P. Scipio ex x legatorū sententia pacem cum populo Carthaginensi, quibus legibus ei uideretur, faceret. Gratias deinde patribus egere Carthaginenses: petieruntq; , ut sibi in urbem introire, & colloqui cū ciuibus suis liceret, qui capti in publica custodia essēt. esse in nō partim propinquos, amicosq; suos, nobiles homines, partim ad quos mandata à propinquis haberent. Quibus conuentis cum rursus peterent, ut sibi quos uellent ex nō redimendi potestas fieret, iussi nomina edere. & cū cc fermè ederent, senatusconsultum factum est, ut legati Romani ducentos ex captiuis, quos Carthaginenses uellēt, ad P. Cornelium Scipionem in Africam deportarent: nuntiarentq; ei, ut si pax conuenisset, sine pretio eos Carthaginensibus redderet. Fœciales cū in Africam ad foedus ferendum ire iuberentur, ipsis postulantibus senatusconsultum in hæc uerba factum est. Ut priuos lapides silices, priuasq; uerbenas secum ferrent: uti prætor Romanus his imperaret ut foedus ferirent, illi prætorem sagmina poscerent. Herba id genus ex arce sumptum dari fœcialibus solet. Ita dimissi ab Roma Carthaginenses cum in Africam uenissent ad Scipionem, quibus ante dictū est legibus pacem fecerūt. Naues longas, elephantos, perfugas, fugitiuos, captiuorum quatuor millia tradiderunt. inter quos Q. Terentius Culleo senator fuit. Naues prouectas in altum incendi iussit. Quingentas fuisse omnis generis, quæ remis agerentur, quidam tradūt. quarū conspectum repente incendium tam lugubre fuisse Pœnis, quàm si ipsa Carthago arderet. De perfugis grauius, quàm de fugitiuis consultum. nominis latini qui erant, securi percussi, Romani in crucem sublati. Annis ante XL pax cum Carthaginensibus postremo facta erat, Q. Luctatio A. Manlio consulibus. bellum initum annis post tribus & xx, P. Cornelio T. Sempronio consulibus, finitum est septimodecimo anno Cn. Cornelio P. Aelio Peto consulibus. Sæpe postea ferunt Scipionem dixisse: T. Claudij primum cupiditatem, deinde Cn. Cornelij fuisse

in

in mora, quo minus id bellum exitio Carthaginis finiret. Carthaginensibus cum prima collatio pecunię diutino bello exhaustis difficilis uideretur, in cęstitiis & fletus in curia esset, ridentem Annibalem ferunt conspectum. cuius cum Asdrubal Hædus risum increparet in publico fletu, cum ipse lachrymarum causa esset: Si quemadmodum oris habitus cernitur oculis, inquit, sic & animus intus cerni posset, facile uobis appareret, non læti, sed propè amentis malis cordis hunc, quem increpatis, risum esse. qui tamē nequaquam adeo est intemptiuus, quàm uestrę istę absurdę atq; abhorrentes lachrymę sunt. tunc flecte decuit, cum adempta nobis arma, incensę naues, interdictum externis bellis. illo enim uulnere concidimus. Nec esse in uos odio uestro consultum ab Romanis credatis. Nulla magna ciuitas diu quiescere potest. si foris hostē nō habet, domi inuenit: ut præualida corpora ab externis causis tuta uidentur, sed suis ipsa uiribus onerantur. Tantum nimirū ex publicis malis sentimus, quantum ad priuatas res pertinet: nec in eis quicquam acius, quàm pecunię dānum stimulat. Itaq; cum spolia uictę Carthagini detrahebantur, cum inermem iam ac nudam destitui inter tot armatas gentes Africę cerneretis, nemo ingemuit. nunc quia tributum ex priuato conferendum est, tanquam in publico funere comploratis. quàm uereor, ne propediem sentiat leuissimo in malo uos hodie lachrymasse. Hęc Annibal apud Carthaginenses. Scipio contione aduocata Masanißam ad regnum paternū Cirtha oppido, & cęteris urbibus agrisq; quę ex regno Syphacis in populi Romani potestatem uenissent, adiectis donauit. Cn. Octauium classem in Siciliam ductam Cn. Cornelio consuli tradere iussit. legatos Carthaginensium Romam proficisci, ut quę ab se ex decem legatorum sententia acta essent, ea patrum autoritate, populiq; iussu confirmarentur. Pace terra marisq; parta, exercitu in naues imposito, in Siciliam Lilybeū traiecit. inde magna parte militum in nauibus missa, ipse per lætam pace non minus, quàm uictoria Italię, effusis nō urbibus modo ad habendos honores, sed agrestiuū etiā turba obsidente uias, Romam peruenit, triumphoq; omniū clarissimo urbem est inuectus. Argenti tulit in ærarium pondo centū millia **xxiii.** militibus ex præda quadragenos æris diuisit. Morte subtractus spectaculo magis hominū, quàm triumphantis glorię Syphax est, Tybure haud ita multo ante mortuus, quō ab Alba traductus fuerat. conspecta mors tamen eius fuit, quia publico funere est elatus. Hunc regem in triumpho ductum Polybius haudquaquam spernendus autor tradit. Secutus Scipionem triumphantem est pileo capiti imposito Q. Terentius Culleo, omniq; deinde uita, ut dignum erat, libertatis autorem coluit. Africanum cognomen militaris prius fauor, an popularis aura celebrauerit, an sicuti Felicis Syllę, Magnicę Pompeij patrum memoria cęptum ab assentatione familiari sit, parum compertū habeo. Primus certe hic imperator nomine uictę ab se gentis est nobilitatus: exemplo deinde huius nequaquam uictoria pares, insignes imaginum titulos, claraq; cognomina familię fecere.

FINIS

TITI LIVII PATA
VINI DECAS
Q. VARTA



BELLI ADVERSVS Philippum Macedoniae regem, quod intermissum erat: repetiti causae feruntur haec. Tempore initiorum duo iuvenes Acarnanes, qui non initiati erant, Athenas uenerunt, & in sacrarium Cereis cum alijs pluribus suis intrauerunt. ob hoc, tanquam nefas summum commisissent, ab Atheniensibus caesi sunt. Acarnanes mortibus suorum commoti ad uindicandum illos auxilium a Philippo petierunt. Paucis mensibus post pacem Carthaginensibus datam, quingentesimo quadragesimo anno ab urbe condita, cum Atheniensium, qui obsidebantur a Philippo: legati auxilium a senatu petissent, & senatus id censuisset ferendum, plebe, quod tot bellorum continuus labor grauis erat, dissentiente, tenuit autoritas patrum, ut sociam ciuitati ferri opem populus quoque iuberet. Bellum id P. Sulpicio consuli mandatū est, qui exercitu in Macedonia ducto, equestribus praefectis cum Philippo prospere pugnavit. Abydeni a Philippo obsessi ad exemplum Saguntinorum, suos seque occiderunt. L. Furius praetor Gallos Insubres rebellantes, & Amilcarem Pœnum bellum in ea parte molientem acie uicit. Amilcar eo in bello occisus est, & millia hominum xxxv. Praeterea expeditiones Philippi regis, & Sulpicij consulis, expugnationesque urbium ab utroque factas continet. Sulpicius c o s. adiuuantibus rege Attalo, & Rhodijs bellum gerebat. Triumphauit de Gallis L. Furius praetor.

LIBRI II

Complura prodigia ex diuersis regionibus nuntiata referuntur, inter quae, in Macedonia in puppi longae nauis lauream esse natam. T. Quintius Flamininus c o s. aduersus Philippum feliciter pugnavit in faucibus Epiri, fugatumque cogit in regnum reuerti. Ipse Thessaliam, quae est uicina Macedoniae, socijs Aetolis & Athamanibus, uexauit. L. Quintius Flamininus consulis frater nauali praefectio, Attalo rege, & Rhodijs adiuuantibus, Euboeam, & maritimam oram cepit. Achaeni in amicitiam recepti sunt. Coniuratio seruorum facta de soluendis Carthaginensibus obsidibus oppressa est. Praetorum numerus ampliatus est, ut seni crearentur.

Cornelius c o s. Gallos Insubres praefectio fudit. Cum Lacedaemonijs, & tyranno eorum Nabide amicitia iuncta est. Praeterea expugnationes urbium in Macedonia referuntur.

LIBRI III

Titus Quintius Flamininus proconsul cum Philippo ad Cynoscephalas in Thessalia acie uictus debellauit. L. Quintius Flamininus frater proconsulis, Acarnanes, Leucade urbe, quae caput est Acarnaniae: expugnata, in ditionem accepit. C. Sempronius Tuditanus praetor a Celtiberis cum exercitu caesus est. Attalus a Thebis ob subitam ualitudinem translatus decessit. Pax petenti Philippo, Graeciae libertas data est. L. Furius, & Claudius Marcellus consules Boios, & Insubres Gallos subegerunt. Marcellus triumphauit. Annibal frustra in Africa bellum molitus, & ob hoc Romanis per epistolas aduersae factionis principum delatus, propter metum Romanorum, qui legatos ad Carthaginensium senatum de eo miserant: profugus ad Antiochum regem Syriae se contulit, bellum contra Romanos parantem.

LIBRI IIII

Lex Oppia, quam C. Oppius tribunus plebis bello Punico de stringendis cultibus matronarum tulerat, cum maxima contentione abrogata est: cum Porcius Cato autor fuisset, ne ea lex aboleretur. Is in Hispaniam profectus bello, quod Emporijs orsus est, citeriorem Hispaniam pacauit. T. Quintius Flamininus bellum aduersus Lacedaemonios, & tyrannum eorum Nabidem prospere gestum, data ijs pace, qualem ipse uoluit: liberatisque Argis, qui sub ditione tyranni erant, finiuit. Senatus tunc primum secretus a populo ludos spectauit. ut id fieret, Sex. Aelius Pætus, & L. Cornelius Cethegus censores interuenerunt cum indignatione plebis

bis. Coloniae pleraque deductae sunt. M. Porcius Cato de Hispania triumphauit. Res praeterea aduersus Boios & Insubres Gallos feliciter gestae referuntur. T. Quintius Flamininus qui Philippum Macedonum regem, & Nabidem Lacedaemoniorum tyrannum uicerat, Graeciamque omnem liberauerat: ob hanc rerum gestarum multitudinem triduo triumphauit. Legati Carthaginensium nuntiauerunt: Annibalem qui ad Antiochum confugerat, bellum cum eo moliri. tentauerat autem per Aristonem Tyrium sine literis Carthaginem missum ad rebellandum Pœnos concitare.

LIBRI V

P Scipio Africanus legatus missus ad Antiochum, Ephesi cum Annibale, qui se Antiocho iunxerat, collocutus est: ut, si fieri posset, metum uitae, quem ex populo Romano conceperat, eximeret. Inter alia cum quaereret ab Annibale, quem fuisse maximum imperatorem Annibal crederet: respondit, Alexandrum Macedonum regem, quod parua manu innumerabiles exercitus fudisset: quodque ultimas oras, quas uisere supra fidem humanam esset, peragrasset. quaerenti deinde quem secundum poneret, inquit, Pyrrhum, eo quod castra metari docuisset: ad haec neminem elegantius loca cepisse, praesidia disposuisse. exequenti quem tertium diceret: se met dixit. ridens Scipio, quidnam tu diceres: si me, inquit, uicisses: tunc uero, inquit, me & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante alios posuissem. Inter ea prodigia, quae plurima fuisse traduntur: bouem, Cn. Domitio consule, locutum: Roma caue tibi, refertur. Apparant in Antiochum bellum Romani. Nabis Lacedaemoniorum tyrannus incitatus ab Aetolis, qui & Philippum, & Antiochum ad inferendum bellum populo Romano sollicitabant: a populo Romano desciuit: & bello aduersus Philopœmenem Achaeorum praetorem gesto, ab Aetolis interfectus est. Aetoli quoque ab amicitia populi Romani defecerunt. cum quibus societate iuncta Antiochus Syriae rex cum bellum Graeciae intulisset, complures urbes occupauit, inter quas Chalcidē & totam Eubœam. Res praeterea in Liguriis gestas, & apparatus belli ab Antiocho continet.

LIBRI VI

M Arcus Acilius Glabrio cos. Antiochum apud Thermopylas, Philippo rege adiuuante, uictum Graecia expulit: idemque Aetolos subegit. P. Cornelius Scipio Nasica cos. aedem matris deum, quam ipse in Palatium intulerat, uir optimus a senatu iudicatus, dedicauit. idemque Boios Gallos uictos in deditiōem accepit, & de his triumphauit. Praeterea naualia certamina prospera aduersus praefectos Antiochi regis referuntur.

LIBRI VII

L Cornelius Scipio cos. legato P. Scipione Africano, qui se fratris legatum futurum dixerat: si ei Graecia, & Asia prouincia decerneretur: cum C. Laelio, qui multum in senatu poterat, ea prouincia dari uideretur: profectus ad bellum aduersus Antiochum gerendum, in Asiam primus omnium Romanorum ducum traiecit. Aemilius Regillus aduersus regiam classē Antiochi feliciter pugnauit ad Myonesum, Rhodijs adiuuantibus. Filius Africani ab Antiocho captus patri remissus est. M. Acilius Glabrio de Antiocho, quem Graecia expulerat, & de Aetolis triumphauit. Victo deinde Antiocho a L. Cornelio Scipione, adiuuante Eumene rege Attali Pergameni filio, pax data, ea conditione, ut omnibus prouincijs citra Taurum montem cederet. Eumeni, quo iuuante Antiochus uictus erat, regnum ampliatum. Rhodijs quoque, qui & ipsi iuuerant, quaedam ciuitates concessae. Colonia deducta est Bononia. Aemilius Regillus, qui praefectos Antiochi nauali certamine uicerat: naualem triumphum duxit. L. Cornelius Scipio, qui cum Antiocho bellauerat: cognomine fratri coaequatus, Asiaticus appellatus est.

LIBRI VIII

M Arcus Fuluius cos. in Epiro Ambracenses obsessos, per deditiōem accepit: Cephaleniam subegit: Aetolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manlius cos. collega eius Gallograecos Tolistobogios Tectosagos, & Trocmos, qui Brenno duce in Asiam transierant, cum soli citra Taurum montem minime parerent, uicit. Eorum origo, & cum eo loca, quae tenent, occupauerantque, referuntur. Exemplum quoque uirtutis, & pudicitiae in foemina traditur. Quae cum

cum regis Gallogræcorū uxor fuerit, capta centurionē qui ei uim intulerat, occidit. Lustrum à censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita *c c l v i i i* millia, & *c c c x v i i i*. Cum Ariarathe rege Cappadociæ amicitia iuncta est. Cn. Manlius, contradicentibus decem legatis, ex quorū consilio fœdus cum Antiocho conscripserat: de Gallogræcis, acta per se causa in senatu triumphauit. Scipio Africanus, die ei dicta, ut quidam aiunt, à Petilio Acteo trib. plebis, ut quidā, à Næuio, quod præda cum Antiocho capta ærarium fraudasset: postea quā is dies uenit: euocatus in rostra, hac die, inquit, Quirites Carthaginē uici: & prosequēte populo, Capitoliū ascendit: inde, ne amplius tribunitijs iniurijs uexaretur, in uoluntariū exiliū Litrinum cōcessit, incertū ibi an Romæ defunctus. nam eius monumentū utrobique fuit. L. Scipio Asiaticus, frater Africani, eodē peculatus crimine accusatus, damnatusque, cū in uincula & carcerem duceret: Tib. Sempronius Gracchus tribunus pleb. qui antea Scipionibus inimicus erat, intercessit: & ob id beneficiū Africani filiam duxit. Cum populus quæstores in bona eius publice possidenda misisset: non modo in ijs nullum uestigiū pecuniæ regiæ apparuit: sed nequam tantum in ærarium redactum, quantæ summæ, erat damnatus. collatam à cognatis, & amicis innumerabilem pecuniam accipere noluit. quæ necessitati ei erat ad cultum, retenta.

LIBRI IX

AEmylius c o s. Liguribus subactis, uiam à Placentia usque Ariminū perductā Flaminiaē iunxit. Initia luxuriæ introducta ab exercitu Asiatico referuntur. Ligures quicumque citra Appenninū erant, subacti sunt. Bacchanalia sacrū Græcū, & quidem nocturnū, scelerum omnium maximū seminariū, cum ad ingentis turbæ coniurationem peruenisset: à cōsule inuestigatum: & multorū pœna sublatū est. A censoribus L. Valerio Flacco, & M. Porcio Catone, uir & belli & pacis artibus maximus motus est senatu L. Quintius Flamininus T. Quintij frater: eo quod cum Galliā prouinciā c o s. obtinuerat: rogatus à Philippo Pœno, quē amabat, scotto nobili: Gallū quendam sua manu occiderat: siue, ut quidā tradiderunt, unum damnatorum securi percusserat, rogatus à meretrice Placentina, cuius amore deperibat. Extat in eum M. Catonis oratio. Scipio Litrini decessit. Et, tanquā iungente fortuna circa id tempus duo funera maximorū uirorū, Annibal à Prusia Bithyniæ rege, ad quem uicto Antiocho confugerat, cum dederetur Romanis, qui ad exposcendū illum T. Quintium Flamininū miserant: ueneno sibi mortem cōsciuit. Philopœmen quoque, dux Achæorum uir maximus est à Messenijs interemptus ueneno, cum ab ijs bello captus esset. Colonia Pollentia, & Pisaurū, & Mutina, & Parma, deductæ sunt. Præterea res aduersum Celtiberos prospere gestas, & initia causasque belli Macedonici continet. cuius origo inde uenit, quod Philippus ægre ferebat regnum suum minui à Romanis, eo quod cogeret à Thracibus, alijsque locis prælidia deducere.

LIBRI X

Cum Philippus liberos eorū, quos in uinculis nobilissimorū quidem hominū habebat, conquiri ad mortem iussisset: Theoxena pro liberis suis & sororis admodū pueris uerita regis libidinem, prolatis in medium gladijs, & poculo, in quo erat uenenum, suasic ijs: ut imminens ludibrium morte effugerent: & cum persuasisset, ipsa etiam se interemit. Certamina inter Philippi Macedoniae regis liberos Perseum & Demetrium referuntur: & ut fraude fratris sui Demetrius confectis criminibus, inter quæ accusatione parricidij, & affectati regni, primum petitus, ad ultimum, quoniā populi Romani amicus erat, ueneno necatus est: regnumque Macedoniae mortuo Philippo ad Perseum deuenit. Item res in Liguribus, & Hispania contra Celtiberos à compluribus feliciter gestas continet. Libri Numæ Pompilij in agro L. Petilij scribæ sub Ianiculo à cultoribus agri in arca lapidea clausi & græci & latini inuenti sunt. in quibus plura, quæ dissoluendarū religionum erāt, prætor ad quem delati erant, cum legisset, iurauit senatui contra rempub. esse, ut legerentur, seruarieturque: & ex s c in comitio exusti sunt. Colonia Aquileia deducta est. Philippus egritudine animi cōfectus, quod Demetrium filium falsis alterius filij in eundem delationibus impulsus ueneno sustulisset: & de pœna Persei cogitauit: uoluitque Antigonum potius amicum suum successorem regni sui relinquere. sed in hac cogitatione morte raptus est. regnum Perseus accepit.



ME QV O QV E iuuat, uelut ipse in parte laboris ac periculi fuerim, ad finem belli punici peruenisse. nam etsi profiteri ausum, perscrip-
pturum res omnes Romanas, in partibus singulis tãti operis fati-
gari minime cõuenit: tamen cum in mentem uenit, tres & L X an-
nos (tot enim sunt à primo punico ad secundum bellum finitum)
æque multa uolumina occupasse mihi, quàm occuparint quadrin-
genti L X X V I I I anni à cõdita urbe ad Appium Claudiũ con-
sulem, qui primus bellum Carthaginensibus intulit: iam prouideo
animo, uelut qui proximis litori uadis inducti mare pedibus ingre-
diuntur: quicquid progredior, in uastiore me altitudinem, ac uelut profundum inuehi, & cre-
scere penè opus, quod prima quæq; perficiendo minui uidebat. Pacem punicam bellum Ma-
cedonicum excepit, periculo haudquaquã comparandum aut uirtute ducis, aut militum robo-
re: claritate regum antiquorũ, uetustetq; fama gentis, & magnitudine imperij, quo multa quon-
dam Europæ, maiorem partem Asiæ obtinuerant armis, propè nobilior. Cæterum cœptum
bellum aduersus Philippum decem fermè ante annis, triennio prius depositũ erat: cum Ætoli
& belli, & pacis fuissent causæ. uacuos deinde pace punica iam Romanos, & infensos Philip-
po, cum ob infidam aduersus Ætolos, aliosq; regionis eiusdem socios pacem, tum ob auxilia
cum pecunia nuper in Africam missa Annibali, Pœnensiq; preces Atheniensium, quos agro per-
uastato in urbem compulerat: excitauerunt ad renouandũ bellum. Sub idem ferè tempus
& ab Attalo rege, & Rhodijs legati uenerunt, nuntiantes: Asiæ quoq; ciuitates sollicitari. His
legationibus responsum est: curæ Asianam rem senatui fore. Consultatio de Macedonico
bello integra ad C. C. qui tunc in prælio cum Boijs erant, reiecta est. Interim ad Ptolemæum
Ægypti regem legati tres missi, C. Claudius Nero, M. Æmylius Lepidus, P. Sempronius Tu-
ditanus: ut & annuntiarent uictum Annibalem, Pœnosq; & gratias agerent regi, quod in re-
bus dubijs, cum finitimi etiã socij Romanos desererent, in fide mansisset: & peterent, ut si coa-
cti iniurijs bellum aduersus Philippũ suscepissent: pristinum animum erga populum Roma-
num conseruaret. Eodem ferè tempore P. Ælius C. C. in Gallia cum audisset à Boijs ante
suum aduentũ incursionem in agros sociorũ factas: duabus legionibus subitarijs tumultus eius
causa scriptis, additisq; ad eas quatuor cohortibus de exercitu suo, C. Appium præfectum so-
ciũm hac tumultuaria manu per Umbriam, quam tribum Sappiniã uocant, agrum Boiorum
inuadere iussit. ipse eodem aperto itinere per montes duxit. Appius ingressus hostiũ fines pri-
mo populationes satis prospere, ac tuto fecit. delecto deinde ad castrũ Mutilum satis idoneo
loco ad demetenda frumenta (iam enim maturæ erant segetes) profectus neq; explorato cir-
ca, nec stationibus satis firmis, quæ armatæ incermes, atq; operi intentos tutarentur, positis, im-
prouiso impetu Gallorum cum frumentatoribus est circumuentus. inde pauor, fugaq; etiã ar-
matos cepit. ad septem millia hominũ palata per segetes sunt cæsa: inter quos ipse C. Appius
præfectus. cæteri in castra metu compulsi, inde sine certo duce consensu militari proxima no-
cte, relicta magna parte rerum suarum, ad consulem per saltus propè inuios peruenere. qui, ni-
si quod populatus est Boiorum fines: & cum Ingaunis Liguribus fœdus icit: nihil, quod esset
memorable, aliud in prouincia cum gessisset, Romam redijt. Cum primum senatum habuit,
uniuersis postulãtibus, ne quam prius rem, quàm de Philippo, sociorumq; querelis ageretur, re-
latum extemplo est, decreuitq; frequens senatus, ut P. Ælius C. C. quem uideretur ei, cum im-
perio mitteretur: qui classe accepta, quam ex Sicilia Cn. Octauius reduceret, in Macedoniã traj-
ceret. M. Valerius Leuinus proprætor missus, circa Vibonem duodequadraginta nauibus ab
Cn. Octauio acceptis in Macedoniam transmisit. ad quem cum M. Aurelius legatus uenisset,
aaa 4 edocuisse

edocuiſſetq; cum quantos exercitus, quantum nauium numerum comparaffet rex: & quem admodum circa omnes non continentis modo urbes, ſed etiam inſulas, partim ipſe adeundo, partim per legatos conciret homines ad arma: maiore conatu Romanis id capeſſendum bellum eſſe, ne cunctatibus ijs auderet Philippus, quod Pyrrhus prius auſus ex aliquanto minore regno eſſet: hæc eadem ſcribere Aurelium conſulibus, & ſenatu placuit. Exitu huius anni cum de agris ueterum militum relatum eſſet: qui ductu atq; auspicio proconſulis Scipionis in Africa bellum perfeciffent: decreuerunt patres, ut M. Iunius prætor urb. ſi ei uideretur, decem uiros agro ſamniti, apuloq; quod eius publicum populi Ro. eſſet: metiendo, diuidendoq; crearet. Creati P. Seruilius, Q. Cæcilius Metellus, Cn. & M. Seruili (Geminis ambobus cognomen erat) L. & A. Hoſtilij Catones, P. Villius Tappulus, M. Fuluius Flaccus, P. Aelius Petus, Q. Flaminius. Per eos dies P. Aelio conſulum comitia habere, creati coſſ. P. Sulpicius Galba, C. Aurelius Cotta. Prætores exinde facti Q. Minucius Rufus, L. Furius Purpurio, Q. Fuluius Gillo, Cn. Sergius Plancus. Ludi Romani ſcenici eo anno magnifice, apparatusq; facti ab ædilibus curulibus L. Valerio Flacco, & T. Quintio Flaminio, biduum inſtaurati ſunt. frumeti q; uim ingentem, quod ex Africa proconſul Scipio miſerat: quaternis æris populo cum ſumma fide & gratia diuiferunt. Et pleberij ludi ter toti inſtaurati ab ædilibus plebis L. Apuſtio Fullone, & Q. Minucio Rufo: qui ex ædilitate prætor creatus erat. & Iouis epulum fuit ludorum cauſa.

Anno quingentiſimo quadrageſimo ab urbe cõdita, P. Sulpicio Galba, C. Aurelio coſſ. bellum cum rege Philippo initum eſt, paucis meſibus poſt pacem Carthaginiẽſibus datam. Omnium primũ eam rem idibus Martijs, quo die tum conſulatus inibat: P. Sulpicius coſ. retulit, ſenatusq; decreuit: uti coſſ. maioribus hoſtibus rem diuinam facerent quibus dijs ipſis uideretur, cum precatione ea. Quam rem ſenatus populusq; Romanus de republica, decq; incundo nouo bello in animo haberet: ea res uti populo Romano, ſocijsq;, ac nomini latino bene, ac feliciter eueniret. ſecundum rem diuinam, precationemq; ut de republica, decq; prouincijs ſenatum conſulerent. Per eos dies opportune irritandis ad bellum animis & literæ a M. Aurelio legato, & M. Valerio Leuino proprætoris allatæ: & Athenienſium noua legatio uenit, quæ regem appropinquare finibus ſuis nuntiaret: breuiq; nõ agros modo, ſed urbem etiam in ditione eius futuram, niſi quid in Romanis auxiliij foret. Cum pronuntiaſſent coſſ. rem diuinam rite perfectam eſſe, & precationi annuiſſe deos, aruſpices reſpondere: lætæq; exta fuiſſe: & prolationem finium, uictoriamq;, & triumphum portendi: tum literæ Valerij, Aurelijq; lectæ, & legati Athenienſium auditi. Senatus inde cõſultum factum eſt: ut ſocijs gratiæ agerentur, quod diu ſollicitati ne obſidionis quidem metu fide deceſſiſſent. de auxilio mittendo tum reſpondere placere: cum conſules prouincias ſortiti eſſent: atque is coſ. cui Macedonia prouincia eueniſſet, ad populum tuliſſet, ut Philippo regi Macedonum indiceretur bellum. P. Sulpicio prouincia Macedonia ſorte euenit. iſq; rogationem promulgauit: uellent, iuberent Philippo regi, Macedonibusq;, qui ſub regno eius eſſent: ob iniurias, armaq; illata ſocijs populi Romani bellum indici. Alteri conſuli Aurelio Italia prouincia obtingit. Prætores exinde ſortiti ſunt: Cn. Sergius Plancus urbanam: Q. Fuluius Gillo Siciliam: Q. Minucius Rufus Brutios: L. Furius Purpurio Galliam. Rogatio de bello Macedonico primis comitijs ab omnibus ferme centurijs antiquata eſt. id cum feſſi diuturnitate & grauitate belli ſua ſponte homines tædio laborum, periculorumq; fecerant: tum Q. Bebius tribunus plebis uiam antiquam criminandi patres ingreſſus inculauerat bella ex bellis ſeri, ne pacem unquam frui plebs poſſet. Aegre eam rem paſſi patres: laceratusq; probris in ſenatu tribunus plebis: & conſulem pro ſe quiſque hortari: ut de integro comitia rogationi ſerendæ ediceret, caſtigaretq; ſegnitiã populi: atque doceret quanto damno, dedecoriq; dilatio ea belli futura eſſet. Conſul in campo Martio comitijs habitis, priuſquam centurias in ſuffragium mitteret concione aduocata, Ignorare, inquit, uide mini mihi Quirites: non utrum bellum, an pacem habeatis, uos conſuli: (neque enim liberum id uobis permittet Philippus: qui terra marique ingens bellum molitur) ſed utrum in Macedoniam legiones transportetis: an hoſtem in Italiam accipiat. hoc quantum interſit, ſi unq; ante aliã, punico certe proximo bello experti eſtis.

Quis

Quis enim dubitat: quin, si Saguntinis obsessis fidemque nostram implorantibus impigre tulissemus opem, sicut patres nostri Mamertinis tulerant: totum in Hispaniam auersuri bellum fuerimus, quod cunctando cum summa clade nostra in Italiã accepimus: Ne illud quidem dubium est, quin hunc ipsum Philippum pactum iam per legatos, literasque cum Annibale in Italiam transire, misso cum classe Leuino, qui ultro ei bellum inferret: in Macedonia continuerimus. & quod tunc fecimus, cum hostem Annibalem in Italia haberemus: id nunc pulso Italia Annibale, deuictis Carthaginensibus, cunctamur facere: Patiamur expugnandis Athenis, sicut Sagunto expugnando Annibalem passi sumus, segnitie nostrã experiri regem. nõ quinto inde mense, quemadmodũ ab Sagunto Annibal, sed quinto inde die, quã ab Corintho soluerit naues, in Italiam perueniet. Ne æquaueritis Annibali Philippum: ne Carthaginensibus Macedonas: Pyrrho certe æquabitis: dico quantum uel uir uiro, uel gens genti præstat. Minima accessio semper Epirus regno Macedonię fuit, & hodie est. Peloponnesum totam in ditione Philippus habet, Argosque ipsos, non uetere fama magis, quã morte Pyrrhi nobilitatos. Nostra nunc compara. quãto magis florentem Italiã, quanto magis integras res, saluis duabus, saluis tot exercitibus, quos punice postea bellum absumpsit: aggressus Pyrrhus tamen concussit, & uictor prope ad ipsam urbem Romam uenit. nec Tarentini modo, oraque illa Italia, quam maiorem Græciã uocant: ut linguã, ut nomen secutos crederes: sed Lucanus, & Brutius, & Samnis à nobis defecerunt. hæc uos, si Philippus in Italiã transierit, quietura aut manfura in fide creditis: manserunt enim punice postea bello. nunquã isti populi, nisi cum decit ad quem desciscant, à nobis non deficient. Si piguisset uos in Africam transire, hodie in Italia Annibalẽ & Carthaginenses hostes haberetis. Macedonia potius, quã Italia bellũ habeat: hostium urbes agrisque ferro atque igni uastentur. experti iam sumus foris nobis, quã domi feliciora, potentioraque arma esse. Ite in suffragiũ bene iuuantibus dijs: & quæ patres censuerunt, uos iubere. Huius uobis sententiæ non consul modo autor est, sed etiam dij immortales, qui mihi sacrificanti, precanti que, ut hoc bellũ mihi, senatui, uobisque, & socijs ac nomini latino, classibus exercitibusque nostris bene ac feliciter eueniret: læta omnia, prosperaque portendere. Ab hac oratione in suffragium missi, uti rogarat bellum iusserunt. Supplicatio inde à coss. in triduum ex sc. indicta est, obsecrati que, circa omnia puluinaria dij, quod bellũ cum Philippo populus iussisset, id bene ac feliciter eueniret. consultique fœciales ab coss. Sulpicio, bellũ quod in diceretur regi Philippo, utrum ipsi utique nuntiari iuberet: an satis esset, in finibus regni quod proximum præsidium esset, eod nuntiari. fœciales decreuerunt, utrum eorum fecisset, recte facturum. Consuli à patribus permissum, ut quem uideretur ex ijs, qui extra senatum essent, legatum mitteret ad bellum regi indicendũ. Tum de exercitibus consulum, prætorumque actum. consules binas legiones scribere iussi: ueteres dimittere exercitus. Sulpicio, cui nouum, ac magni nominis bellum decretum erat, permissum: ut de exercitu, quem proconsul Scipio ex Africa deportasset: uoluntarios quos posset, duceret: inuitum ne quem militem ueterem ducendi ius esset. Prætoribus L. Furio Purpurioni, & Q. Minucio Rufo quina millia socium latini nominis consul daret: quibus præsidijs alter Galliam, alter Brutios prouinciam obtineret. Q. Fuluius Gillo & ipse iussus ex eo exercitu, quem P. Aelius coss. habuisset: ut quisque minime multa stipendia haberet, legere donec & ipse quinque millia socium ac nominis latini effecisset: id præsidio Siciliae prouinciæ esset. M. Valerio Falconi qui prætor priore anno Campaniam prouinciam habuerat: prorogatum in annum imperium est: uti proprætor in Sardiniam transiret: quoque de exercitu, qui ibi esset, quinque millia socium nominis latini, quorum minime multa stipendia haberet, legeret. Et consules duas urbanas legiones scribere iussi: quæ si quod res posceret, multis in Italia contactis gentibus punice belli societate itaque inde tumentibus, mitterentur. Sex legionibus Romanis eo anno usura respublica erat. In ipso apparatu belli legati ab rege Ptolemæo uenerunt, qui nuntiarunt, Athenienses aduersus Philippum petisse ab rege auxilium. cæterum etsi communes socij sint: tamen nisi ex autoritate populi Romani, neque classem, neque exercitum defendendi, aut oppugnandi cuiusquam causa regem in Græciam missurum esse, uel quieturũ eum in regno, si populo Romano

focios

focios defendere liceat: uel Romanos quiescere, si malint, passurum: atq; ipsum auxilia, quæ facile aduersus Philippum tueri Athenas possent: missurum. Gratia regi ab senatu acta, responsumq; tutari focios populo Romano in animo esse, si qua re ad id bellum opus sit: indicatur regi. regniq; eius opes scire subsidia firma ac fidelia suæ reipub. esse. Munera deinde legatis in singulos quinum millium æris ex s c missa. Cum delectum consules haberent: pararentq; quæ ad bellum opus essent: ciuitas religiosa, in principijs maxime nouorum bellorum, supplicationibus habitis iam, & obsecratione circa omnia puluina facta, ne quid prætermitteretur, quod aliquando factum esset: ludos Ioui, donumq; uouere consulem, cui prouincia Macedonia euenisset, iussit. Moram uoto publico Licinius pontifex maximus attulit: qui negauit ex incerta pecunia uouere debere. si ea pecunia non posset in bellum usui esse: reponi statim debere: nec cum alia pecunia misceri. quod nisi factum esset: uotum rite solui non posse. Quanquam & res, & autor mouebat: tamen ad collegium pontificum referre consul iussit: si posset recte uotum incertæ pecuniæ suscipi. posse, rectiusq; etiam esse, pontifices decreuerunt. Vouit in eadem uerba c o s. præeunte maximo pontifice: quibus antea quinquennialia uota suscipi solita erant: præterquam quod tanta pecunia, quantam tum, cum solueretur, senatus censuisset: ludos, donaq; facturū uouit. toties ante ludi magni de certa pecunia uoti erant: n̄ primi de incerta. Omnium animis in bellum Macedonicum uersis, repente nihil minus eo tempore timentibus gallici tumultus fama exorta est. Insubres, Cenomaniq;, & Boij, exciuitis Sallyis, Iluatibusq;, & cæteris Ligusticis populis, Amilcare Pæno duce, qui in ijs locis de Asdrubalis exercitu substiterat: Placentiam inuaserant: & direpta urbe, ac per iram magna ex parte incensa, uix duobus millibus hominum inter incendia, ruinasq; relictis, traiecto Pado ad Cremonam diripiendam pergunt. Vicinæ urbis audita clades spatium colonis dedit ad claudendas portas, præsidiaq; per muros disponenda: ut obsiderentur tamen prius quam expugnarentur: nuntiosq; mitterent ad populum Romanum. L. Furius Purpurio, tum prouinciæ præerat, cætero ex s c exercitu dimisso, præter quinque millia socium ac latini nominis: cum ijs copijs in proxima regione prouinciæ circa Ariminum substiterat. is tum senatui scripsit, quo in tumultu prouincia esset. duarum coloniarum, quæ ingentem illam tempestatem punici belli subterfugissent: alteram captam, ac direptam ab hostibus: alteram oppugnari. nec in exercitu suo satis præsidij colonis laborantibus fore: nisi quinque millia socium x l milibus hostium (tot enim in armis esse) trucidanda obijcere uelit, & tanta sua clade iam inflatos excidio coloniarum Romanarum augeri hostium animos. His literis recitatis decreuerunt: ut C. Aurelius c o s. exercitum cui in Hetruriam ad conueniendum diem edixerat: Arimini eadem die adesse iuberet: & aut ipse, si per commodum reipublicæ posset, ad opprimendū gallicum tumultum proficisceretur: aut L. Furio prætori scriberet: ut cum ad eum legiones ex Hetruria uenissent: missis in uicem earum quinque millibus sociorum, qui interim Hetruriæ præsidio essent: proficisceretur ipse ad coloniam liberandam obsidione. Legatos item mittendos in Africam censuerunt: eosdem Carthaginem, eosdem in Numidiam ad Masanissam. Carthaginem, ut nuntiarent, ciuem eorum Amilcarem relictū in Gallia, haud satis scire ex Asdrubalis prius, an ex Magonis postea exercitu, bellum contra fœdus facere. exercitus Gallorum, Ligurumq; exciuisse ad arma contra populum Romanum. eum si pax placeret: reuocandum illis, & dedendū populo Romano esse. simul nuntiare iussi: perfugas sibi non omnes redditos esse: magnam partem eorum palam Carthagini obuersari dici: quos comprehendi conquirique debere: ut sibi ex fœdere restituantur. Hæc ad Carthaginenses mandata. Masanissæ gratulari iussi: quod non patrium modo recuperasset regnum, sed parte florentissima Syphacis finium adiecta etiam auxisset. Nuntiare præterea iussi, bellum cum rege Philippo susceptum, quod Carthaginenses auxilijs iuuisset, iniuriasq; inferendo socijs populi Romani, flagrante bello Italia coegisset classes exercitusq; in Græciam mitti, & distinendo copias causa in primis fuisset serius in Africam trañciendi. peterent, ut ad id bellum mitteret auxilia Numidarum equitum. Dona ampla data, quæ ferrent regi: uasa aurea argenteaq;e, toga purpurea, & palmata tunica cum eburneo scipione, & toga prætexta cum curuli sella. iussiq; polliceri

ceri: si quid ei ad firmandū augendumq; regnum opus esse iudicasset, enixe id populum Romanum merito eius præstaturum. Verminæ quoq; Syphacis filij legati per eos dies senatum adierunt, excusantes errorem adolescentiamq;, & culpam omnem in fraudem Carthaginensium auertentes. Et Masanissam Romanis ex hoste amicum factum: Verminam quoq; annixurum: ne officijs in populum Romanum aut à Masanissa, aut ab ullo alio uincatur. petere, ut rex, sociusq;, & amicus ab senatu appellaretur. Responsum legatis est: & patrem eius Syphacem sine causa ex socio & amico hostem repente populi Ro. factū: & cum ipsum rudimentum adolescentiæ bello laceissentem Romanos posuisse. itaq; pacem illi prius petendam à populo Romano esse, quàm ut rex, sociusq; & amicus appelletur. nominis eius honorem pro magnis erga se regum meritis dare populum Romanum consueisse. legatos Romanos in Africa fore: quibus mandaturum senatum: ut Verminæ pacis dent leges: liberum arbitriū eis populo Romano permittente. si quid ad eas addi, demi, mutariue uellet: rursus ab senatu ei postulandum fore. Legati cum ijs mandatis in Africam missi, C. Terentius Varro, Sp. Lucretius, Cn. Octavius. quinqueremes singulis datæ. Literæ deinde in senatu recitatæ sunt Q. Minucij prætoris: cui Brutij prouincia erat: pecuniam Locris ex Proserpinæ thesauris nocte clam sublatam: nec ad quos pertineat facinus, uestigia ulla extare. Indigne passus senatus non cessari ab sacrilegis: & ne Pleminium quidem, tam clarum recensq; noxæ simul ac pœnæ exemplum, homines deterrere. C. Aurelio consuli negotium datum, ut ad prætorem in Brutios scriberet: senatui placere quæstionem de expilatis thesauris eodem exemplo haberi: quo M. Pomponius prætor triennio ante habuisset. quæ inuenta pecunia esset, reponi. si quo minus inuentum foret, expleri: ac piacularia, si uideretur, sicut ante pontifices censuissent: fieri, causa expiandæ uiolationis eius templi. Prodigia etiam sub idem tempus pluribus locis nuntiata acciderunt. In Lucanis cælum arsisse afferebāt. Priuerni fereno per diem totum rubrum solem fuisse: Lanuuij templo Sospitæ Iunonis nocte strepitum ingentem exortum. iam animalium obsceni fetus pluribus locis nuntiabantur. in Sabinis incertus infans natus, masculus an fœmina esset. alter sexdecim iam annorum item ambiguo sexu inuentus. Frusinone agnus cum suillo capite, Sinuessæ porcus cum capite humano natus: in Lucanis in agro publico equuleus cum quinque pedibus. Fœda omnia & deformia, errantisq; in alienos fetus naturæ uisa. ante omnia abortiuati semimares: iussiq; in mare extemplo deportari: sicut proxime C. Claudio, M. Liuius Coss. deportatus similis prodigij fetus erat. nihilominus decē uiros adire libros de portento eo iusserunt. decem uiri ex libris res diuinas easdem, quæ proxime secundū id prodigium factæ essent, imperarunt. carmen præterea ab ter nouenis uirginibus cani per urbem iusserunt: donumq; Iunoni reginæ ferri. Ea uti fierent, C. Aurelius Coss. ex decem uirorū responso curauit. carmen sicut patrū memoria Liuius, ita tum cōdidit P. Licinius Tegula. Expiatis omnibus religionibus (nam etiam Locris sacrilegiū peruestigatū à Q. Minucio erat, pecuniaq; ex bonis noxiorum in thesauris reposita) cum consules in prouincias proficisci uellent: priuati frequentes, quibus ex pecunia, quam M. Valerio & M. Claudio Coss. mutuam dederant, tertia pensio debebatur eo anno, adierunt senatum: quia consules, cum ad nouum bellum, quod magna classe magnisq; exercitibus gerendū esset, uix ærarium sufficeret: negauerant esse, unde ijs in præsentia solueretur. Senatus querentes eos non sustinuit: si in punicum bellum pecunia data in Macedonicum quoq; bellum uti respublica uellet: alijs ex alijs orientibus bellis, quid aliud quàm publicā pro beneficio tanquā ob noxam suam pecuniā fore? Cum & priuati æquum postularent: nec tamen soluendo ære alieno respublica esset: quod medium inter æquum, & utile erat, decreuerunt: ut, quoniam magna pars eorum agros uulgo uenales esse diceret: & sibi met emptis opus esse: agri publici, qui intra quinquagesimum lapidem esset: copia ijs fieret. consules agrum æstimaturos: & in iugera asses uectigales, testandi causa publicum agrum esse, imposituros: ut si quis, cum soluere posset populus, pecuniam habere quàm agrum mallet: restitueret agrum populo. Læti eam conditionē priuati acceperunt. Trientius, Tabuliusq; is ager, quia pro tertia parte pecuniæ datus erat, appellatus. Tum P. Sulpicius secundum uota in Capitolio nuncupata paludatus cum lictoribus profectus ab urbe, Brundisium uenit: & ueteribus

ueteribus militibus uoluntarijs ex Africano exercitu in legiones descriptis, nauibusq; ex classe consulis Cornelij lectis: altera die, quàm à Brundisio soluit, in Macedoniam traiecit. ibi ei præsto fuere Atheniensiu legati, orantes, ut se obsidione eximeret. Missus extemplo Athenas est C. Claudius Cento cum x x longis nauibus, & militum copijs. neq; enim ipse rex Athenas obsidebat. eo maxime tempore Abydū oppugnabat, iam cum Rhodijs, & Attalo naualibus certaminibus, neutro feliciter prælio uires expertus. sed animos ei faciebat præter ferociam insitam, scædus ictum cum Antiocho Syriæ rege: diuifæq; iam cum eo Aegypti opes: cui morte audita Ptolemæi regis ambo imminebant. Contraxerant autem cum Philippo bellū Athenienses haudquaquã digna causa: dum ex uetere fortuna nihil præter animos seruant. Acarnanes duo iuuenes per initorū dies non initiati templum Cereris imprudentes religionis cum cætera turba ingressi sunt. facile eos sermo prodidit absurde quædã percunctantes. deductiq; ad antistites templi, cum palàm esset per errorem ingressos, tanquam ob infandū scelus interfecti sunt. Id tam scæde atq; hostiliter factum gens Acarnanū ad Philippum detulit: impetrauitq; ab eo, ut datis Macedonū auxilijs, bellum se inferre Atheniensibus pateretur. Hic exercitus primo terram Atticam ferro igniq; depopulatus, cum omnis generis præda in Acarnaniam redijt. & irritatio animorū ea prima fuit. postea iustum bellum decretis ciuitatis ultro indicendo factum. Attalus enim rex Rhodijq; secuti cedentem in Macedoniam Philippū, cum Aeginam uenissent: rex Piræcum renouandæ firmandæq; cum Atheniensibus societatis causa traiecit. Ciuitas omnis obuiam effusa cum coniugibus ac liberis, sacerdotes cum insignibus suis intransent urbem, ac dii prope ipsi exciti sedibus suis exceperunt. In concionem extemplo populus uocatus: ut rex quæ uellet, coràm ageret. deinde ex dignitate magis uisum, scribere eum, de quibus uideretur: quàm præsentem aut referendis suis in ciuitatem beneficijs erubescere, aut significationibus acclamationibusq; multitudinis, assentatione immodica pudorē onerantis. In literis autē, quæ missæ in concionem, recitatæq; sunt: cōmemoratio erat beneficiorum primum in ciuitatem suam: deinde rerum, quas aduersus Philippum gessisset: ad postremum adhortatio. capeffendum bellum dum se, dum Rhodios, tum quidem dum etiam Romanos haberent. nequicquã postea, si tum cessassent, prætermittam occasionem quæsituros. Rhodij deinde legati auditi sunt, quorū recens erat beneficiū, quod naues longas quatuor Atheniensium captas nuper à Macedonibus, recuperatasq; remiserant. Itaq; ingenti consensu bellū aduersus Philippum decretū. Honores regi primum Attalo immodici, deinde & Rhodijs habitum. tum primum mentio illata de tribu, quam Attalida appellarent, ad decem ueteres tribus addenda. & Rhodiorum populus corona aurea uirtutis ergo donatus, ciuitasq; Rhodijs data: quemadmodū Rhodij prius Atheniensibus dederant. Secundum hæc rex Attalus Aeginam ad classem se recepit. Rhodij Ceam ab Aegina, inde per insulas Rhodum nauigarunt: omnibus, præter Andrum, Parumq;, & Cythnum, quæ præsidijs Macedonum tenebantur: in societatem acceptis. Attalum Aeginæ missi in Aetoliam nuntij, expectatiq; inde legati aliquandiu nihil agentem tenuere. & neq; illos excire ad arma potuit, gaudentes utcuq; composita cum Philippo pacc: & ipse, Rhodijq;, cum, si institissent Philippo: egregium liberatæ per se Græciæ titulum habere potuissent: patiēdo rursus, eum in Hellepontū trañcere, occupantemq; Græciæ opportuna loca uires colligere, bellū aluere: gloriamq; eius gesti, perfectiq; Romanis concesserunt. Philippus magis regio animo est usus: qui cum Attalum Rhodiosq; hostes non sustinuisset: ne Romano quidem quod imminebat, bello territus, Philocle quodam ex præfectis suis cum duobus millibus peditum, equitibus ducētis ad populandos Atheniensiu agros misso, classe tradita Heraclidi, ut Maroneam peteret: ipse terra eodem cum expeditis duobus millibus peditum, equitibus ducentis pergit. & Maroneam quidem primo impetu expugnauit. Anum inde cum magno labore, postremo per proditionem Ganymedis præfecti Ptolemæi cepit. deinceps alia castella, Cypsela, & Doriscon, & Serrheum occupat. inde progressus ad Chersonesum, Eleūnta, & Alopeconnesum, tradentibus ipsis, recipit. Callipolis quoque, & Madytos dedita, & castella quædã ignobilia. Abydeni ne legatis quidem admissis, regi portas clauserunt. ea oppugnatio diu Philippum tenuit. eripiq; ex obsidione, ni cessatum ab Attalo

talo, & Rhodijs foret: potuerunt. Attalus trecentos tantum milites in præsidium, Rhodijs quadriremem unam ex classe, cum ad Tenedum staret: miserunt. eodem postea cum iam uix sustinerent obsidionem, & ipse Attalus cum traiecisset: spem tantum auxilij ex propinquo ostendit, neque terra, neque mari adiutis socijs. Abydeni primo tormentis per muros dispositis, non terra modo aduenteis aditu arcebant: sed nauium quoque stationem infestam hosti faciebant. postea cum & muri pars strata ruinis, & ad interiorē raptim oppositum murum cuniculis iam peruentum esset: legatos ad regem de conditionibus tradendæ urbis miserunt. Paciscebantur autem: ut rhodiam quadriremem cum socijs naualibus, Attalique præsidium emitti liceret: atque ipsis urbe excedere cum singulis uestimentis. quibus cum Philippus nihil pacati, nisi omnia permittentibus respondisset: adeo renuntiata hæc legatio ab indignatione simul ac desperatione iram accendit: ut ad Saguntinam rabiem uersi matronas omnes in templo Dianæ, pueros ingenuos uirginesque, infantes etiam cum suis nutricibus in gymnasium includi iuberent: aurum & argentum in forum deferri: uestem pretiosam in naues, rhodiam cyzicenamque, quæ in portu erant, coniici: sacerdotes, uictimasque adduci: & altaria in medio poni. ibi delecti primum: qui ubi cæsam aciem suorum pro diruto muro pugnantem uidissent: extemplo coniuges, liberosque interficerent: aurum, argentum, uestemque quæ in nauibus esset: in mare deicerent: tectis publicis priuatisque quamplurimis locis possent, ignes subicerent: & se facinus perpetraturos, præeuntibus execrabile carmen sacerdotibus, iureiurando adacti: tum militaris ætas iurare, neminem uiuum, nisi uictorem, acie excessurum. Hi memores deorum adeo pertinaciter pugnauerunt: ut cum nox prælium diremptura esset: rex prior territus rabie eorum, pugna abstiterit. Principes, quibus atrocior pars facinoris delegata erat: cum paucos, & cõfectos uulneribus ac lassitudine superesse prælio cernerent: luce prima sacerdotes cum infulis ad urbem dedendam Philippo mittunt. Ante deditiōem ex ijs legatis Romanis, qui Alexandriam missi erant: M. Æmylius duorum consensu, minimus natus, audita obsidione Abydenorum ad Philippum uenit. qui questus Attalo, Rhodijsque arma illata, & quod tum maxime Abydum oppugnaret: cum rex ab Attalo, & Rhodijs ultro se bello lacesitum diceret: num Abydeni quoque, inquit, ultro tibi intulerunt arma? Insueto uera audire ferocior oratio uisa est, quam quæ habenda apud regem esset. Ætas, inquit, & forma, & super omnia Romanum nomen te ferociorem facit. ego autem primum uelim uos fœderum memores seruare mecum pacem. si bello lacesitis: mihi quoque in animo est facere, ut regnum Macedonum nomenque, haud minus quam Romanum, nobile bello sentiat. Ita dimisso legato Philippus auro, argentoque, quæ coaceruata erant: accepto, hominum prædam omnem amisit. tanta enim rabies multitudinem inuasit: ut repente proditos rati, qui pugnantes mortem occubuissent: periuriumque alijs alij exprobrantes, & sacerdotibus maxime, qui quos ad mortem deuouissent: eorum deditiōem uiuorum hosti fecissent: repente omnes ad cædem coniugum liberorumque discurrerent: seque ipsi per omnes uias lethi interficerent. Obstupefactus eo furore rex suppressit impetum militum: & triduum se ad moriendum Abydenis dare dixit: quo spatium plura facinora in se uicti ediderunt, quam infesti edidissent uictores. nec nisi quem uincula, aut alia necessitas mori prohibuit: quisquam uiuus in potestatem uenit. Philippus imposito Abydi præsidio, in regnum redijt. Cum uelut Sagunti excidium Annibali, sic Philippo Abydenorum clades ad Romanum bellum animos fecisset: nuntij occurrerunt: consulem iam in Epiro esse: & Apolloniam terrestres copias, nauales Corcyram in hyberna deduxisse. Inter hæc legatis, qui in Africam missi erant de Amilcare Gallici exercitus duce, responsum à Carthaginensibus est: nihil ultra se facere posse: quam ut exilio cum mulctarent: bonaque eius publicarent. perfugas & fugitiuos, quos inquirendo uestigare potuerint, reddidisse. & de ea re missuros legatos Romam, qui senatui satisfacerent. Ducenta millia modium tritici Romam, ducenta ad exercitum in Macedoniam miserunt. Inde in Numidiam ad reges profecti legati. dona data Masanissæ: mandataque edita. Equites M Numidæ, cum M M daret, accepti. ipse in naues imponendos curauit: & cum ducetis millibus modium tritici, ducentis hordei in Macedoniam misit. Tertia legatio ad Verminam erat. Is ad primos fines regni legatis obuiam progressus, ut scriberent ipsi quas uellent pacis cõditiones

b b b permisit

permisit. omnem pacem bonā iustamq; fore sibi cum populo Romano. datæ leges pacis, iusq; ad eam cōfirmandam mittere legatos Romam. Per idem tempus L. Cornelius Lentulus proconsul ex Hispania redijt, qui cum in senatu res ab se per multos annos fortiter feliciterq; gestas exposuisset, postulassetq; ut triumphanti sibi inuehi liceret in urbem: res triumpho dignas esse censēbat senatus: sed exemplum à maioribus non accepisse: ut qui neq; dictator, neq; consul, neq; prætor res gessisset: triumpharet. proconsulem illum Hispaniam prouinciam, non consulem, aut prætorem obtinuisse. decurrebatur tamen eò, ut ouans urbem iniret: intercedente T. Sempronio Longo tribuno pl. qui nihilo magis id more maiorū, aut ullo exemplo futurum diceret. postremo uictus consensu patrum tribunus cessit: & ex s c L. Lentulus ouans urbem est ingressus. Argenti tulit ex præda quadragintaquatuor millia pondo: auri duo millia quadringenta L: militibus ex præda centum x x asses diuisit. Iam exercitus cōsularis ab Arretio Ariminum traductus erat: & quinque millia sociū Latini nominis ex Gallia in Hetruriam transferant. itaq; L. Furius magnis itineribus ab Arimino aduersus Gallos Cremonam tum obsidentes profectus, castra mille quingentorum passuum interuallo ab hoste posuit. Occasio egregie rei gerendæ fuit: si protinus de uia ad castra oppugnanda duxisset, palati passim uagabantur per agros, nullo satis firmo relicto præsidio. lassitudini militum timuit: quod raptim ductum agmen erat. Galli clamore suorum ex agris reuocati, omnia præda, quæ in manibus erat: castra repetuere. & postero die in aciem progressi. nec Romanus moram pugnandi fecit. sed uix spatium instruendi fuit: eo cursu hostes in prælium uenerunt. Dextera ala (in alas diuisum socialem exercitum habebat) in prima acie locata est: in subsidiis duæ Romanæ legiones. M. Furius dextræ alæ, legionibus M. Cæcilius, equitibus L. Valerius Flaccus (legati omnes erant) præpositi. Prætor secum duos legatos, Cn. Lectorium, & P. Titinium habebat: cum quibus circumspicere, & obire ad omneis hostium subitos conatus posset. Primo Galli omni multitudine in unum locum connixi, obruere, atq; obterere scē dextram alam, quæ prima erat: sperarunt posse. ubi id parum procedebat: circumuenire à cornibus & amplecti hostium aciem, quod multitudini aduersus paucos facile uidebatur: conati sunt. Id ubi uidit prætor: ut & ipse dilataret aciem, duas legiones ex subsidijs dextra læuæq; alæ quæ in prima acie pugnabat, circumdat: ædemq; deo Ioui uouit: si eo die hostes fudisset. L. Valerius imperat: ut altera parte duarum legionum equites, altera sociorum equitatum in cornua hostium emittat: nec circumuenire eos aciem patiatur. simul & ipse, ut extenuatam mediam diductis cornibus aciem Gallorum uidit: signa in ferre confertos milites, & perumpere ordines iubet. & cornua ab equitibus, & medijs a pedite pulsī: ac repente, cum omni parte cæde ingenti sternerentur: Galli terga uertunt: fugaq; effusa repetūt castra. fugientes persecutus eques: mox & legiones insecutæ in castra impetum fecerunt. Minus sex milia hominum inde effugerunt. cæsa & capta supra quinque & x x x millia cum signis militarijs L x x, carpentis Gallicis multa præda oneratis plus ducentis. Amilcar dux Pœnus eo prælio cecidit: & tres imperatores nobiles Gallorū. Placentini captiui ad duo millia liberorum capitum redditi colonis. Magna uictoria, lætaq; Romæ fuit literis allatis: supplicatio in triduū decreta est. Romanorum, sociorumq; ad duo millia eo prælio ceciderunt: plurimi dextræ alæ: in quam primo impetu uis ingens hostium illata est. Quantū à prætore propè debellatū erat: consul quoq; C. Aurelius perfectis quæ Romæ agenda fuerant, profectus in Galliam uictorem exercitū à prætore accepit. Consul alter, cum autumnno fermè exacto in prouinciam uenisset: circa Apolloniam hibernabat. ab classe, quæ Corcyræ subducta erat: C. Claudius, triremesq; Romanæ (sicut ante dictum est) Athenas missæ cum Pyræeum peruenissent: despondentibus iam animos socijs spem ingentem attulerāt. nam & terrestres ab Corintho, quæ per Megaram incursiones in agros fieri solitæ erant, non fiebant: & prædonū à Chalcide naues, quæ non mare solū infestum, sed etiam omnes maritimos agros Atheniensibus fecerant: nō modo Sunium superare, sed nec extra fretum Euripi committere aperto mari se audebant. Superuenerunt his tres Rhodiæ quadriremes: & erant Atticæ tres apertæ naues ad tuendos maritimos agros cōparate. Hac classe si urbs, agriq; Atheniensium defenderentur: satis in præsentia existimanti Claudio esse, maioris etiam

etiam rei fortuna oblata est. Exules ab Chalcide regionum iniurijs pulsi attulerunt: occupari Chalcidem sine certamine ullo posse. nam & Macedonas, quia nullus in propinquo sit hostium metus, uagari passim: & oppidanos praesidio Macedonum fractos custodiam urbis negligere. His autoribus profectus, quanquam Sunium ita mature peruenerat: ut inde prouehi ad primas angustias Euboeae posset: ne superato promontorio conspiceretur: classem in statione usque ad noctem tenuit, primis tenebris mouit: & tranquillo prouectus Chalcidem paulo ante lucem, qua infrequentissima urbis sunt: paucis militibus turrim proximam, murumque circa scalis cepit: alibi sopitis custodibus, alibi nullo custodiente. progressi inde ad frequentia aedificijs loca, custodibus interfectis, refractaque porta, caeteram multitudinem armatorum acceperunt. inde in totam urbem discursum est: aucto etiam tumultu: quod circa forum ignis tectis iniectus erat. conflagrarunt & horrea regia, & armentarium cum ingenti apparatu machinarum, tormentorumque. caedes inde passim fugientium pariter ac repugnantium fieri coepta est. nec ullo iam, qui militaris aetatis esset: non aut caeso, aut fugato: Sopatro etiam Acarnane praefecto praesidij interfecto: praeda omnis primo in forum collata: deinde in naues imposita. carcer etiam ab Rhodijs refractus: emissique captiui: quos Philippus tanquam in tutissimam custodiam condiderat. statuis inde regis deiectis, truncatisque, signo receptui dato, conscenderunt naues: & Piraeum, unde profecti erant, redierunt. Quod si tantum militum Romanorum fuisset: ut & Chalcis teneri, & non deserui praesidium Athenarum potuisset: magna res principio statim belli, Chalcis & Euripus adempta regi forent. nam ut terra Thermopylarum angustiae Graeciam, ita mari fretum Euripi claudit. Demetriade tum Philippus erat. quo cum esset nuntiata clades sociae urbis: quanquam seruum auxilium perditis erat: tamen quae proxima auxilio est, ultionem petens, cum expeditis quinque millibus peditum, & ccc equitibus extemplo profectus, cursu propere Chalcidem contendit, haudquaquam dubius opprimi Romanos posse. a qua destitutus spe, nec quicquam aliud, quam ad deforme spectaculum semirutae ac fumantis sociae urbis cum uenisset: paucis uix qui sepelirent bello absumptos, relictis, eque raptim ac uenerat, transgressus ponte Euripum per Boeotiam Athenas ducit, pari incepto haud disparerem euentum ratus responsurum. & respondisset: ni speculator (hemerodromos uocant Graeci, ingens die uno cursu emetientes spatium) contemplatus regium agmen est specula quadam, praegressus nocte media Athenas peruenisset. idem ibi somnus, eademque negligentia erat: quae Chalcidem dies ante paucos prodiderat. Excitati nuntio trepido & praetor Atheniensium, & Dioxippus praefectus cohortis mercede militantium auxiliorum, conuocatis in forum militibus, tuba signum ex arce dari iubent: ut hostes adesse omnes scirent. ita undique ad portas, ad muros discurrunt. Paucas post horas Philippus, aliquanto tamen ante lucem appropinquans urbi, conspectis luminibus crebris, & fremitu hominum trepidantium (ut in tali tumultu) exaudivo, sustinuit signa: & considere, ac coquiescere agmen iussit, ut aperta propalam usurus: quando parum dolus profuerat. ad Dipylon accessit. Porta ea, uelut in ore urbis posita, maior aliquanto, patentiorque, quam caeterae, est: & intra eam extraque latae sunt uiae: ut & oppidani dirigere aciem a foro ad portam possent: & extra limes mille ferme passus in Academiae gymnasium ferens, pediti equitibus hostium liberum spatium praerberet. Eo limite Athenienses cum Attali praesidio, & cohorte Dioxippi, acie intra portam instructa, signa extulerunt. Quod ubi Philippus uidit: habere se hostes in potestate ratus, & diu optata caede (neque enim ulli Graecarum ciuitatum infestior erat) expleturum, cohortatus milites, ut se intuentes pugnarent: scirentque ibi signa, ibi aciem esse debere, ubi rex esset: concitat in hostes equum, non ira tantum, sed etiam gloria elatus: quod ingenti turba completis etiam ad spectaculum muris, conspici se pugnantem egregium ducebat. Aliquantum ante aciem cum equitibus paucis euectus in medios hostes, ingentem cum suis ardorem tum pauorem hostibus iniicit. plurimos manu sua comminus eminusque uulneratos, compulsosque in portam consecutus & ipse, cum maiorem in angustijs trepidantium edidisset caedem, in temerario incepto tutum tamen receptum habuit, quia qui in turribus portae erant, sustinebant tela, ne in permistos hostibus suos conijcerent. intra muros deinde tenentibus milites Atheniensibus, Philippus signo receptui dato, castra

ad Cynosarges (templū Herculis, gymnasiumq; & lucus erat circuniectus) posuit. sed & Cynosarges, & Lyceum, & quicquid sancti amœniue circa urbē erat, incensum est: dirutaq; non tecta solum, sed etiam sepulchra: nec diuini humaniue iuris quicquam præ impotenti ira est seruatum. Postero die cum primo clausæ fuissent portæ: deinde subito apertæ: quia præsidium Attali ab Ægina, Romaniq; ab Piræo intrauerant urbem: castra ab urbe retulit rex tria ferme millia passuum. inde Eleusinem profectus, spe improviso templi, castelliq;, quod & imminet & circumdatum est templo: capiendi, cum haudquaquam neglectas custodias animaduertisset: & classem à Piræo subsidio uenire: omisso incepto, Megaram, ac protinus Corinthum ducit. & cum Argis Achæorum concilium esse audisset: inopinantibus Achæis concioni ipsi superuenit. Consultabant de bello aduersus Nabin tyrannum Lacedæmoniorum: qui translato imperio à Philopœmene ad Cycliaden nequaquam parem illi ducem dilapsa cernens Achæorum auxilia, redintegruerat bellum: agrosq; finitimorum uastabat: & iam urbibus quoq; erat terribilis. Aduersus hunc hostem cum quantum ex quaq; ciuitatū militum conscriberetur consultarent: Philippus dempturum se eis curam, quod ad Nabin & Lacedæmonios attineret, pollicitus: nec tantum agros sociorum populationibus prohibitorū: sed terrorem omnem belli in ipsam Laconicam, ducto eò ex templo exercitu, translaturum: hæc oratio cum ingenti hominum assensu acciperetur: ita tamen æquum est, inquit, me uestra meis armis tutari: ne mea interim nudentur præsidijs. itaq;, si uobis uideretur: tantum parate militum: quantum ad Oreum, & Chalcidem, & Corinthum tuenda satis sint: ut meis ab tergo tutis, securus bellum Nabidi inferam & Lacedæmonijs. Non sefellit Achæos, quò spectasset tam benigna pollicitatio, auxiliumq; oblatum aduersus Lacedæmonios. id quæri, ut obsidem Achæorum iuuentutem educeret ex Peloponneso ad illigandam Romano bello gentem. & id quidem coarguere Cycliades prætor Achæorum nihil attinere ratus, id modo cum dixisset: non licere legibus Achæorum de alijs rebus referre: quàm propter quas conuocati essent: decreto de exercitu parando aduersus Nabin facto, concilium fortiter ac libere habitum dimisit, inter assentatores regios ante eam diem habitus. Philippus magna spe depulsus, uoluntarijs paucis militibus conscriptis, Corinthum, atq; in Atticam terram redijt. Per eos ipsos dies, quibus Philippus in Achaia fuit: Philocles præfectus regius ex Eubœa profectus cum duobus millibus Thracum Macedonumq; ad depopulandos Atheniensium fines, è regione Eleusinis saltum Cithæronis transcendit. inde dimidia parte militum ad prædandum passim per agros dimissa, cum parte ipse occultus loco ad insidias opportuno confedit: ut si ex castello ab Eleusine in prædantes suos impetus fieret: repente hostes effusos ex improviso adoriretur. Non sefellere insidiæ. itaq; reuocatis, qui discurrerant ad prædandum, militibus, instructisq;, ad oppugnandum castellum Eleusinem profectus cum multis inde uulneribus recessit: Philippoq; se uenienti ex Achaia cõiunxit. Tentata & ab ipso rege oppugnatio eius castelli est. sed naues Romanæ à Piræo uenientes, intromissumq; præsidium ablistere incepto coegerunt. Diuiso deinde exercitu rex cum parte Philoclem Athenas mittit: cum parte ipse Piræum pergit: ut dum Philocles subeundo muros, & comminanda oppugnatione contineret urbe Atheniensis: ipsi Piræum leui cum præsidio relictum expugnandi facultas esset. Ceterum nihilo ei Piræci, quàm Eleusinis facilius, iisdem ferè defendentibus, oppugnatio fuit. A Piræo Athenas repente duxit. inde eruptione subita peditū equitumq; inter angustias semirutu muri, qui brachijs duobus Piræum Athenis iungit: repulsus, omissa oppugnatione urbis, diuiso cum Philocle rursus exercitu, ad uastandos agros profectus, cum priorem populationē sepulchris circa urbem diruendis exercuisset, nequid inuiolatum relinqueret: templa deum, quæ pagatim sacra habebant, dirui atq; incendi iussit. Exornata eo genere operum eximie terra Attica, & copia domestici marmoris, & ingenijs artificum præbuit huic furori materiam. neq; enim diruere modo ipsa templa, ac simulacra euertere satis habuit: sed lapides quoq;, ne integri cum larent ruinas: frangi iussit. & posteaquã non tam ira satiata, quàm iræ exercendæ materia hæc decrat: agro hostium in Bœotiam excessit: nec aliud quicquam dignum memoria in Græcia egit. Consul Sulpicius eo tempore inter Apolloniam ac Dyrrachium ad Apsum flumen habebat

habebat castra: quò accersitum T. Apustium legatum cum parte copiarum ad depopulandos hostium fines mittit. Apustius extrema Macedoniae populatus, Corrhago, & Gerrhunio, & Orgesso castellis primo impetu captis, ad Antipatriam, in faucibus angustis sitam urbem, uenit. ac primo euocatos principes ad colloquium, ut fidei Romanorum se committerent, perlicere est conatus: deinde ubi magnitudine ac mœnibus, situq; urbis freti dicta aspernabantur: ui atq; armis adortus expugnauit: puberibusq; interfectis, præda omni militibus concessa, diruit muros, atq; urbem incendit. Hic metus Codrionem, satis ualidum & munitum oppidum, sine certamine ut dederetur Romanis, effecit. præsidio ibi relicto, Ilion (nomen propter alteram in Asia urbem, quàm oppidum, notius) ui capitur. Reuertentem legatum ad c o s. cum satis magna præda Athenagoras quidam regius præfectus in transitu fluminis à nouissimo agmine adortus postremos turbauit. ad quorum clamorem, & trepidationem cum reuectus equo prope legatus signa conuertisset: coniectisq; in medium sarcinis aciem direxisset: non tulere impetum Romanorum militum regij. multi ex ijs occisi: plures capti. Legatus incolumi exercitu reducto ad c o s. remittitur inde extemplo ad classem. Hac satis felici expeditione bello commisso, reguli ac principes accolæ Macedonum in castra Romana ueniunt, Pleuratus Scerdileti filius, & Aminander Athamânium rex, & ex Dardanibus Bato, Longari filius. Bellum suo nomine Longarus cum Demetrio Philippi patre gesserat. Pollicentibus auxilia respondit c o s. Dardanorum & Pleurati opera, cum exercitum in Macedonia induceret, se usurum. Aminandro Aetolos concitandos ad bellum attribuit. Attali legatis (nam ij quoq; per id tempus uenerant) mandat: ut Aeginæ rex, ubi hibernabat: classem Romanam operiretur. qua adiuncta, bello maritimo, sicut ante, Philippum urgeret. Ad Rhodios quoque missi legati: ut capefferent partem belli. Nec Philippus segnus (iam enim in Macedonia peruenerat) apparabat bellum. filium Persea, puerum admodum, datis ex amicorum numero, qui ætatem eius regerent: cum parte copiarum ad obsidendas angustias, quæ ad Pelagoniam sunt, mittit. Sciathum, & Peparèthum, haud ignobiles urbes, ne classi hostium præda ac præmio essent, diruit. Ad Aetolos mittit legatos: ne gens inquieta aduentu Romanorum fidem mutaret. Concilium Aetolorum statuta die, quod Panætolum uocant: futurum erat. huic ut occurrerent: & legati regis iter accelerarunt: & ab c o s. missus L. Furius Purpurio legatus uenit. Atheniensium quoque legati ad id concilium occurrerunt. Primi Macedones, cum quibus recentissimum foedus erat: auditi sunt. qui nulla noua re nihil se noui habere, quod afferrent, dixerunt. quibus enim de causis, experta inutili societate Romana, pacem cum Philippo fecissent: compositam semel seruare eos debere. An imitari, inquit unus ex legatis, Romanorum, licentiam an leuitatem dicam, mauultis? qui cum legatis uestris Romæ responderi ita iussissent: quid ad nos uenitis Aetoli, sine quorum autoritate pacem cum Philippo fecistis? ijdem nunc, ut bellum secum aduersus Philippum geratis, postulant: & antea propter uos, & pro uobis arma sumpta aduersus eum simulabant: nunc uos in pace esse cum Philippo prohibent. Messanæ ut auxilio essent, primo in Siciliam conscenderunt: iterum, ut Syracusas oppressas ab Carthaginensibus in libertatem eximerent. Et Messanam, & Syracusas, & totam Siciliam ipsi habent: uectigalemq; prouinciam securibus & fascibus subiecerunt. Scilicet sicut uos Naupacti legibus uestris per magistratus à uobis creatos concilium habetis, socium hostemq; libere, quem uelitis, lecturi, pacem ac bellum arbitrio habituri uestro: sic Siculorum ciuitatibus Syracusas, aut Messanam aut Lilybæum indicitur concilium. prætor Romanus conuentus agit: eo imperio euocati conueniunt: excelso in suggestu superba iura reddentem, stipatum licitoribus uident: uirgæ tergo, secures ceruicibus imminent: & quotannis alium atq; alium dominum sortiuntur. Nec id mirari debent, aut possunt: cum Italiae urbes, Rhegium, Tarentum, Capuam, ne finitimas nominem, quarum ruinis creuit urbs Roma: eiusdem subiectas uideant imperio. Capua quidem sepulchrum ac monumentum Campani populi, elato & extorri eiecto ipso populo superest urbs trunca, sine senatu, sine plebe, sine magistratibus, prodigium, relicta crudelius habitanda quàm si deleta foret. Furor est, si alienigenæ homines plus lingua & moribus & legibus, quàm maris terrarumq; spatio discreti, hæc tenuerint: spe-

rare quicquam eodem statu mansurum. Philippi regnum officere aliquid uidetur libertati uestræ: qui cum merito uestro uobis infestus esset: & nihil à uobis ultra quàm pacem petijt, fidemq; hodie pacis pactæ desiderat. Assuefacite ijs terris legiones externas, & iugum accipite: sero ac nequicquam, cum dominum Romanum habebitis, socium Philippum quaeritis. Ætolos, Acarnanas, Macedonas eiusdem linguæ homines leues ad tempus ortæ causæ disungūt coniunguntq;: cum alienigenis, cum barbaris æternum omnibus Græcis bellum est, eritq; natura enim, quæ perpetua est: non mutabilibus in diem causis hostes sunt. Sed unde cœpit oratio mea, ibi desinet. Hoc eodem loco iisdem homines de eiusdem Philippi pace triennio ante decreuistis, iisdem improbantibus eam pacem Romanis, qui nunc pactam & cõpositam turbare uolunt. in qua consultatione nihil fortuna mutauit, cur uos muteris non uideo. Secundum Macedonas, ipsis Romanis ita cõcedentibus iubentibusq;, Athenienses, qui scæda passi iustius in crudelitæte sæuitiamq; regis inuehi poterant, introducti sunt. Deplorauerunt uastationem populationemq; miserabilem agrorū. Neq; id se queri, quod hostilia ab hoste passi forent. esse enim quædã belli iura: quæ ut facere, ita pati sit fas. sata exuri, dirui tecta, prædas hominum pecorumq; agi, misera magis, q̃ indigna patienti esse. uerum enim uero id se queri: quod is qui Romanos alienigenas, & barbaros uocet: adeo omnia simul diuina humanaq; iura polluerit: ut priore populatione cum infernis dijs, secūda cum superis bellū nefarium gesserit. omnia sepulchra monumentaq; diruta esse in finibus suis, omniū nudatos manes, nullius ossa terra regi. delubra sibi fuisse: quæ quondam pagatim habitantes in paruis illis castellis uicisq; consecrata, ne in unam urbem quidem contributi maiores sui deserta reliquerint. circa ea omnia templa Philippum infestos circumtulisse ignes: semusta & truncata simulacra deū inter prostratos iacere postes templorum. Qualem terram Atticam fecerit, exornatã quõdam, opulentamq;: talem cum, si liceat, Ætoliam, Græciamq; omnem facturū. Urbis quoq; suæ similem deformitatem futuram fuisse, nisi Romani subuenissent. eodem enim scelere urbem cõlentem hos deos, præsidemq; arcis Mineruam petitam: eodem Eleusinæ Cereris templū: eodem Piræci Iouem Mineruamq;. sed ab eorū non templis modo, sed etiam mœnibus ui atq; armis repulsum, in ea delubra, quæ sola religione tuta fuerint, sæuisse. Itaq; se orare atq; obsecrare Ætolos: ut miseri Atheniensiu, ducibus dijs immortalibus, deinde Romanis, qui secundum deos plurimum possint, bellum susciperent. Tum Romanus legatus. Totam orationis meæ formam Macedones primum, deinde Athenienses mutarunt. nam & Macedones, cum ad cõquerendas Philippi iniurias in tot socias nobis urbes uenisset: ultro accusando Romanos, defensionem ut accusatione potiozem haberem, effecerunt. & Athenienses in deos superos inferosq; nefanda atq; inhumana scelera eius referendo, quid mihi aut cuiquã reliquerunt, quod obijcere ultra possim. Eadem Chios, Abydenos, Ænecos, Maronitas, Thasios, Parios, Samios, Larissenses, Messenios, hinc ex Achaia existimate queri grauiora etiam acerbioraq; eos, quibus nocendi maiorem facultatē habuit. Nam quod ad ea attinet, quæ nobis obiecit: nisi gloria digna sunt, fateor ea defendi non posse. Rhegium, & Capuam, & Syracusas nobis obiecit. Rhegiū Pyrrhi bello legio à nobis, Rheginis ipsis ut mitteremus orantibus, in præsidium missa, urbem ad quam defendendam missa erat, per scelus possedit. comprobauimus ergo id facinus: an bello persecuti sceleratam legionem in potestatē nostram redactam tergo & ceruicibus pœnas socijs pendere cum coegissemus, urbem, agros, suaq; omnia cum libertate, legibusq; Rheginis reddidimus: Syracusanis oppressis ab externis tyrannis, quo indignius esset, cum tulissemus opem, & fatigati propè per triennium terra marisq; urbe munitissima oppugnanda effemus: cum iam ipsi Syracusani seruire tyrannis, quàm capi à nobis mallent: captam iisdem armis, & liberatam urbem reddidimus. neq; inficias imus: Siciliã prouinciam nostram esse: & ciuitates quæ in parte Carthaginensium fuerunt: & uno animo cum illis aduersus nos bellū gesserunt: stipendiarias nobis, ac uectigales esse. quin cõtra, hoc & uos, & omnes gentes scire uolumus: pro merito cuiq; erga nos fortunã esse. An Campanorū pœnæ, de qua neq; ipsi quidem queri possunt: nos pœniteat. Hi homines, cum pro ijs bellum aduersus Samnites per annos propè septuaginta cū magnis nostris cladibus gessissemus: ipsos scedere

primum

primum, deinde conubio, atque inde cognationibus, postremo ciuitate nobis coniunxissemus: tempore nostro aduerso primi omnium Italiae populorum, praesidio nostro foede interfecto, ad Annibalem defecerunt: deinde indignati se obsideri a nobis, Annibalē ad oppugnandam Romam miserunt. Horum si neque urbs ipsa, neque homo quisquam superesset: quis durius, quam pro merito ipsorum statutum indignari posset? Plures sibi met ipsi conscientia scelerum mortem consciuerunt: quam a nobis supplicio affecti sint. caeteris ita oppidum, ita agros ademimus: ut agrum locumque ad habitandum daremus: urbem innoxiam stare incolumem pateremur: ut qui hodie uideat eam, nullum oppugnatae captae uel ibi uestigium inueniat. Sed quid ego Capuam dico? cum Carthagini uictae pacem ac libertatem dederimus? magis illud est periculum: ne nimis facile uictis ignoscendo, plures ob id ipsum ad experiendam aduersus nos fortunam belli incitemus. Haec pro nobis dicta sint, haec aduersus Philippum: cuius domestica parricidia, & cognatorum amicorumque caedes, & libidinem inhumaniorem propere quam crudelitatem, uos, quo propiores Macedoniae estis: melius nostis. Quod ad uos attinet Aetolites nos pro uobis bellum suscepimus aduersus Philippum: uos sine nobis cum eo pacem fecistis. & forsitan dicatis: bello punico occupatis nobis, coactos metu uos leges pacis ab eo, qui tum plus poterat accepisse. & nos cum alia maiora urgerent, depositum a uobis bellum & ipsi omnes simus. Nunc & nos deum benignitate punico perfecto bello, totis uiribus nostris in Macedonia incubuimus: & uobis restituendi uos in amicitiam societatemque nostram fortuna oblata est: nisi perire cum Philippo, quam uincere cum Romanis mauultis. Haec dicta ab Romano cum essent: inclinatis omnium animis ad Romanos, Damocritus praetor Aetolorum, pecunia, ut fama est, ab rege accepta, nihil aut huic, aut illi parti assensus, rem magni discriminis consilijs nullam esse tam inimicam, quam celeritatem, dixit. celerem enim poenitentiam, sed eandem seram atque inutile sequi: cum praecipitata raptim consilia neque reuocari, neque in integrum restitui possint. deliberationis autem eius, cuius ipse maturitatem expectandam putaret: tempus ita iam nunc statui posse. cum legibus cautum esset: ne de pace belloue, nisi in panætolico, & pylaico concilio ageretur, decernerent extemplo: ut praetor sine fraude, cum de bello, aut de pace agere uelit, aduocet concilium: & quod tum referatur decernaturque: ut perinde ius ratumque sit: ac si in panætolico, aut pylaico concilio actum esset. Dimissis ita suspensa re legatis, egregie consultum genti aiebat. nam utrius partis melior fortuna belli esset, ad eius societatem inclinatuos. Haec in concilio Aetolorum acta. Philippus impigre terra marique parabat bellum. nauales copias Demetriadem in Thessalia contrahebat: Attalum, Romanamque classem principio ueris ab Aegina ratus moturos. nauibus maritimisque orae praefecit Heraclidam, quem & ante praefecerat. ipse terrestres copias comparabat: magna se duo auxilia detraxisse Romanis credens: ex una parte Aetolos, ex altera Dardanos, faucibus ad Pelagoniam a filio Perseo interclusis. Ab eos non parabatur, sed gerebatur iam bellum. per Dassaretiorum fines exercitum ducebat: frumentum quod ex hibernis extulerat, integrum uelens: quod in usum militi satis esset, praebentibus agris. oppida uicique partim uoluntate, partim metu se tradebant. quaedam uel expugnata. quaedam deserta, in montes propinquos refugientibus barbaris, inueniebantur. Ad Lingum statua posuit prope flumen Beuum: inde frumentum circa horrea Dassaretiorum mittebat. Philippus consternata quidem omnia circa, pauoremque ingentem hominum cernebat: sed parum gnarus quam partem petisset eos. alam equitum ad explorandum, quoniam hostes iter intendissent, misit. Idem error apud eos. erat. mouisse ex hibernis regem sciebat, quam regionem petisset ignorans. is quoque speculatum miserat equites. Haec duae alae ex diuerso, cum diu incertis itineribus uagatae per Dassaretios essent: tandem in unum iter conuenerunt. neutros sefellit, ut fremitus procul hominum equorumque exauditus est, hostes appropinquare. itaque prius quam in conspectum uenirent, equos armaque expedierant. nec mora, ubi primum hostem uidere, concurrenti facta est. Forte & numero, & uirtute, utpote lecti utrinque, haud impares, aequis uiribus per aliquot horas pugnarunt, fatigatio ipsorum equorumque incerta uictoria diremit praedium. Macedonum XL equites, Romanorum quinque & XXX ceciderunt. Neque eo magis explorati quicquam, in qua regione ca-

stra hostium essent, aut illi ad regem, aut hi ad eos retulerunt. per transfugas cognitum est: quos leuitas ingeniorum ad cognoscendas hostium res in omnibus bellis præbet. Philippus aliquid & ad caritatem suorum, & ut promptius pro eo periculum adirent, ratus profecturum se, si equitum, qui ceciderant in expeditione, sepeliendorum curam habuisset: afferri eos in castra iussit: ut conspiceretur ab omnibus funeris honos. Nihil tam incertum, nec tam inæstimabile est, quàm animi multitudinis. quod promptiores ad subeundam omnem dimicationem uidebatur facturū, id metum pigritiamq; incussit. nam qui hastis sagittisq; & rara lanceis uulnera facta uidissent, cum Græcis Illyrijsq; pugnare assueti: posteaquã gladio hispaniensi detruncata corpora brachijs abscisis, aut tota ceruice defecta, diuisa à corpore capita, patentiaq; uiscera, & fœditatem aliam uulnerum uiderunt: aduersus quæ tela, quosq; uiros pugnandum esset, puidi uulgo cernebant. ipsum quoq; regem terror cepit: nondum iusto prælio cum Romanis congressum. itaq; reuocato filio præsidioq; quod in Pelagoniæ faucibus erat: ut ijs copijs suas augetet: Pleurato Dardanisq; iter in Macedoniam patefecit. Ipse cum xx millibus peditum, quatuor millibus equitum, ducibus transfugis ad hostem profectus, paulo plus ducentis passibus à castris Romanis tumulum propinquum Athaco fossa ac uallo communiuit. ac subiecta cernēs Romana castra, admiratus esse dicitur, & uniuersam speciem castrorum, & descripta suis quæq; partibus, tum tendentium ordine, tum itinerū interuallis: & negasse barbarorum ea castra ulli uideri posse. Biduum eos & rex, alter alterius conatus expectātes, continuere suos intra uallum. tertio die Romanus omneis copias in aciem eduxit. Rex uero tam celerem aleam uniuersi certaminis timens: quadringentos Tribalos (Illyriorum id, sicut alio diximus loco, est genus) & Cretenses ccc, addito ijs peditibus pari numero equitum cum duce Athenagora, uno ex purpuratis, ad laceffendos hostiū equites misit. Ab Romanis cum aberat acies eorum paulo plus quingentos passus, uelites & equitum duæ fermè altæ emissæ: ut numero quoq; eques pedesq; hostem æquarent. Credidere regij genus pugnae, cui assueuerant: fore, ut equites inuicem insequentes refugientesq;, nunc telis uterentur, nunc terga darent: Illyriorum uelocitas ad excursiones, & impetus subitos usui esset: Cretenses in inuentionem se effuse hostem sagittas conijcerent. Turbauit hunc ordinem pugnandi non acrior, quàm pertinacior impetus Romanorum. nam haud secus, quàm si tota acie dimicarent: & uelites emissis hastis comminus gladijs rem gerebant: & equites, ut semel in hostem euecti sunt: statim tibus equis partim ex ipsis equis partim desilientes immiscentesq; se peditibus pugnabant. ita nec eques regius equiti par erat, insuetus ad stabilem pugnam: nec pedes concursator, & uagus, & propè seminudus genere armorum ueluti Romano parmam gladiumq; habenti, pariterq; & ad se tuendum, & ad hostem petendum armato. non tulere itaq; dimicationem: nec alia re quàm uelocitate turantes se, in castra refugerunt. Vno deinde intermisso die, cum omnibus copijs equitum leuisq; armaturæ pugnaturus rex esset: nocte cetratos, quos peltastas uocant: loco opportuno inter bina castra in insidijs abdiderat. præceperatq; Athenagoræ & equitibus, ut si aperto prælio procederet res, uterentur fortuna: si minus, cedendo sensim ad insidiarū locum hostem pertraherent. & equitatus quidem cessit. duces cetratæ cohortis, non satis expectato signo ante tempus excitatis suis, occasionem bene gerendæ rei amisere. Romanus & aperto prælio uictor, & tutus à fraude insidiarum in castra sese recepit. Postero die omnibus copijs eos in aciem descendit, ante prima signa locatis elephantis. quo auxilio tum primum Romani, quia captos aliquot bello punico habebant, usi sunt. ubi latentem intra uallum sensit, exprobrans metum successit. Posteaquam ne tum quidem potestas pugnandi dabatur: quia ex tam propinquis statuis parum tuta frumentatio erat, dispersos milites per agros equitibus extemplo inuasuris: octo fermè inde millia interuallo tutiorem frumentationem habiturus, castra ad Octolophum (id est loco nomen) mouit. Cum in propinquo agro frumentarentur Romani: primo rex intra uallum suos tenuit: ut cresceret simul & negligentia cum audacia hosti. ubi effusos uidit: cum omni equitatu, & Cretensium auxiliaribus, quantum equitem uelocissimi pedites cursu æquare poterant, citato profectus agmine, inter castra Romana & frumentatores constituit signa. inde copijs diuisis, partem ad consecrandos uagos frumentatores emisit

emisit, dato signo nequem uiuum relinquerent: cum parte ipse substitit: itineraq; quibus ad castra recursuri uidebantur hostes, obsedit. Iam passim cædes ac fuga erat: nec dum quisquam in castra Romana nuntius claudis peruenerat: quia refugiētes in regiam stationem incidebant: & plures ab obsidentibus uias, q̄ ab emissis ad cædem interficiebantur. tandem inter medias hostium stationes elapsi quidam trepidi tumultum magis, quàm certum nuntium intulerunt castris. Consul equitibus iussis quâ quisq; posset, opem ferre laborantibus, ipse legiones è castris educit: & agmine quadrato ad hostem ducit. Dispersi equites per agros quidam aberrarunt, decepti clamoribus alijs ex alio existentibus loco: pars obuios habuerunt hostes. pluribus locis simul pugna cœpit. Regia statio atrocissimum prælium edebat. nam & ipsa multitudine equitum peditumq; propè iusta acies erat: & Romanorum, quia medium obsederat iter: plurimi in eam inferebantur. Eo quoq; superiores Macedones erant: quod & rex ipse hortator aderat: & Cretensium auxiliares multos ex improviso uulnerabant, conferti præparatiq; in dispersos & effusos pugnantes. Quod si modum in insequendo habuissent: non in præsentis modo certaminis gloriam, sed in summâ etiam belli profectum foret. nunc auditate cædis intemperantius insecuti, in prægressas cum tribunis militū cohortes Romanas incidere. & fugiens eques ut primo signa suorū uidit: conuertit in effusum hostem equos: uersaq; momento temporis fortuna pugnae est, terga dantibus qui modo secuti erant. multi cōminus congressi, multi fugientes interfecti: nec ferro tantū periere: sed in paludes quidā cōiecti profundo limo cum ipsis equis hausti sunt. Rex quoq; in periculo fuit. nam ruente saucio equo præceps ad terram datus, haud multū abfuit quin iacens opprimeretur. saluti fuit eques: qui raptim ipse desiluit, pauidumq; regem in equū subiecit. ipse cum pedes æquare cursu fugientes non posset equites: ab hostibus ad casum regis concitatis cōfossus perijt. Rex circūuectus paludes peruias inuiasq; trepida fuga, in castra tandē, iam desperantibus plerisq; incolumem euasurū, peruenit. Ducenti Macedonū equites eo prælio periere: centū fermè capti: LXXX admodum ornati equi, spolijs simul armorū relatis, abducti. Fuerunt, qui hoc die regem temeritatis, consulem segnitiae accusarent. nam & Philippo quiescendum fuisse: cum paucis diebus hostes exhausto circa omni agro ad ultimū inopiae uenturos sciret: & cōsulem, cum equitatū hostium, leuemq; armaturā fudisset: ac propè regem ipsum cepisset: protinus ad castra hostium ducere debuisse. nec enim mansuros ita perculsos hostes fuisse: debellariq; momento temporis potuisse. Id dictū, quàm re, ut pleraq; facilius. nam si omnibus peditū quoq; copijs rex cōgressus fuisset: forsitan inter tumultū, cum omnes uicti, metuq; perculsi ex prælio intra uallum, protinus inde superuadentem munimenta uictorē hostem fugerent: exui castris potuerit rex. cum uero integræ copiae peditū in castris mansissent: stationes ante portas, præsidiaq; disposita essent: quid, nisi ut temeritatē regis effuse pauloante secuti perculsos equites imitaretur, profecisset: neq; enim ne regis quidē primum consilium, quo impetum in frumentatores palatos per agros fecit: reprehendendū foret: si modū prosperæ pugnae imposuisset. Eo quoq; minus est mirum, tentasse eum fortunā: quod fama erat: Pleuratū, Dardanosq; ingentibus copijs profectos domo iam in Macedoniā transcendisse: quibus si undiq; circūuentus copijs foret: sedentem Romanum debellaturū credi poterat. Itaq; secundum duas aduersas equestris pugnas multo minus tutam moram in ipsdem statiuis fore Philippus ratus, cum abire inde, & fallere abiens hostem uellet: caduceatore sub occasum solis ad cōsulem misso, qui inducias ad sepeliendos equites peteret: frustratus hostē secunda uigilia, multis ignibus per tota castra relictis, silenti agmine abiit. Corpus iam curabat eos. cum uenisse caduceatorē, & quid uenisset, nuntiatum est. Responso tantum dato, mane postero die fore copiam conueniendi, id quod quaesitum erat, nox, dieiq; insequentis pars ad præcipiendū iter Philippo data est. montes, quam uiam non ingressurum graui agmine Romanum sciebat, petit. eos. prima luce caduceatore datis inducijs dimisso, haud ita multo post abisse hostem cum sensisset: ignarus quâ seque retur, ipsdem statiuis frumentando dies aliquos consumpsit. Stuberam deinde petit, atque ex Pelagonia frumentum, quod in agris erat, conuexit. inde ad Pluuiam est progressus nondum comperto, quam regionem hostes petissent. Philippus cum primo ad Bruannam sta

tium

tiua habuisset: profectus inde transuersis limitibus terrorem præbuit subitum hosti. mouere itaq; ex Pluuina Romani:& ad Osphagum flumen posuerunt castra. Rex haud procul inde & ipse uallo super ripam amnis ducto (Erigonum incolæ uocant) confedit. inde satis comper- to Erduæam petituros Romanos, ad occupandas angustias, ne superare hostes arctis fauci- bus inclusum aditum possent, præcessit. ibi alia uallo, alia fossa, alia lapidum congerie, ut pro muro essent: alia arboribus obiectis, ita ut locus postulabat, aut materia suppeditabat: opere perfunxit: atq; (ut ipse rebatur) uiam suapte natura difficilē, obiectis per omnes transitus ope- ribus inexpugnabilem fecit. Erant pleraq; syluestria circa, incōmoda phalangi maxime Macc- donum: quæ, nisi ubi prælongis hastis uelut uallum ante clypeos obiecit: (quod ut fiat, libero campo opus est) nullius admodū usus est. Thracas quoq; rump hæc, ingentis & ipse longitu- dinis, inter obiectos undiq; ramos impediabant. Cretensium una cohors non inutilis erat. sed ea quoq; ipsa, ut si quis impetū faceret: in patentem uulneri equū, equitemq; sagittas conijcere poterat: ita aduersus scuta Romana nec ad traijciendū satis magnam uim habebat: nec aperti quicquā erat, quod peteret. Itaq; id ut uanū teli genus senserunt esse: saxis passim tota ualle ia- centibus incessabant hostem. ea maiore cum sonitu, q̄ uulnere ullo, pulsatio scutorum parum- per succedentes Romanos tenuit. Deinde ijs quoq; spretis, partim testudine facta per aduer- sos uadunt hostes: partim breui circuitu cum in iugum collis euassissent: trepidos ex præsidijs stationibusq; Macedonas deturbant:& ut in locis impeditis difficili fuga, plerosq; etiam ob- truncant. ita angustie minore certamine, quàm quod animis propofuerant, superata:& in Er- duæam peruentum: ubi peruastratis passim agris, in Elimeam se recepit. inde impetum in Ore- stidem fecit: & oppidum Celetrum est aggressus, in peninsula situm. lacus mœnia cingit: an- gustis faucibus unum ex continenti iter est. Primo situ ipso freti, clausis portis imperiū abnue- re: deinde postquam signa ferri, ac testudine succedi ad portam, obsessasq; fauces agmine ho- stium uiderunt: priusquam experirentur certamen: metu in deditionem uenerunt. Ab Celetro in Dassaretios processit: urbemq; Pelium ui cepit. seruitia inde cum cætera præda abduxit: & libera capita sine pretio dimisit: oppidumq; ijs reddidit, præsidio ualido imposito: nam & sita opportune urbs erat ad impetus in Macedoniam faciendos. Ita peragratis hostium agris consul in loca pacata ad Apolloniam, unde orsus bellum erat, copias reduxit. Philippum auerterant Actoli, & Athamænes, & Dardani, & tot bella repente alia ex alijs locis exorta. Aduersus Dardanos iam recipientes ex Macedonia sese Athenagoram cum expeditis pedi- tibus, ac maiore parte equitatus misit, iussum instare ab tergo abeuntibus, & carpendo postre- mum agmen segniores eos ad mouendos domo exercitus efficere. Actolos Damocritus prætor, qui moræ ad decernendum bellum ad Naupactum autor fuerat: idem proximo con- cilio ad arma conciuerat, post famam equestris ad Octolophum pugnae, Dardanorumq;, & Pleurati cum Illyrijs transitum in Macedoniam, ad hæc classis Romanæ aduentum in Ore- um, & super circumfusas tot Macedoniae gentes maritimam quoque instantem obsidionem. Hæc causæ Damocritum Actolosq; restituerant Romanis:& Aminandro rege Athamanum adiuncto profecti Cercinium obsedere. Clauferant portas: incertum ui, an uoluntate: quia regium habebant præsidium. cæterum intra paucos dies captum est Cercinium, atque incen- sum. qui superfuerant è magna clade, liberi seruiq; inter cæteram prædam abducti. Is timor omniscis, qui circūcolunt Bœben paludem: relictis urbibus montes cogit petere. Ætoli inopia prædæ inde auersi in Perræbiam ire pergunt. Cyretias ibi ui capiunt: scedeq; diripiunt, qui Mallœam incolunt, uoluntate in deditionē societatemq; accepti. Ex Perræbia Gomphos pe- rendi Aminander autor erat: (& imminet Athamania huic urbi, uidebaturq; expugnari sine magno certamine posse.) Ætoli campos Thessaliae opimos ad prædā petiere: sequente, quan- quam non probante Aminandro nec effusas populationes Actolorū, nec castra quo fors tu- lisset loco, sine ullo discrimine ac cura muniendi posita. itaq; ne temeritas eorū, negligentiaq; sibi ac suis etiam cladis alicuius causa esset: cum campestribus locis subiicientes eos castra Phe- cado urbi uideret, ipse paulo plus quingentorum passuum inde tumultum suis, quamuis le- ui munimento tutum, cepit. Cum Actoli, nisi quod populabatur: uix meminisse uideretur se in
hostium

hostium agro esse: alij palati semerme uagarētur: alij in castris sine stationibus per somnum uinumq; dies noctibus equarent: Philippus inopinantibus aduenit. quem cum adesse refugientes ex agris quidam pauidi nuntiaissent: trepidare Damocritus, cæteriç duces. & erat forte meridianū tempus: quo pleriq; graues cibo sopiti iacebant. excitare igitur alij alios: iubere arma capere: alios dimittere ad reuocandos qui palati per agros prædabantur. tantaç trepidatio fuit: ut sine gladijs quidam equitum exirent: loricas pleriq; non induerent. ita raptim educti, cum uniuersi sexcentorum ægre simul equites peditesç numerum expleissent: incidunt in regium equitarum, numero, armis animisç præstantem. itaq; primo impetu fusi, uix tentato certamine turpi fuga repetūt castra. cæsi, captiç quidam: quos equites ab agmine fugientium interclusere. Philippus suis iam uallo appropinquantibus receptui cani iussit. fatigatos enim equos, uirosç non tam prælio, quàm itineris simul longitudine, simul præpropere celeritate habebat. itaq; turmatim equites, inuicemç manipulos leuis armaturæ aquatum ire, & prandere iubet: alios in statione armatos retinet, opperiens agmen peditum tardius ductum propter grauitatem armorū. quod ubi aduenit: & ipsis imperatum: ut statutis signis, armisç ante se positis, raptim cibum caperent: binis, ternisue summum ex manipulis aquandi causa missis, interim eques cum leui armatura paratus, instructusç stetit: siquid hostis moueret. Aetoli (iam enim & quæ per agros multitudo sparsa fuerat, receperat se in castra) ut defensuri munimenta, circa portas, uallumç armatos disponunt: dum quietos hostes ipsi feroces ex tuto spectabant. posteaquam mota signa Macedonum sunt: & succedere ad uallū parati atq; instructi cœpere: omnes repente relictis stationibus per auersam partem castrorū ad tumulum, ad castra Athamānum perfugiunt. multi in hac quoq; tam trepida fuga capti, cæsiç sunt Aetolorum. Philippus, si satis diei superesset, non dubius quin Athamānes quoq; exui castris potuissent: die per prælium, deinde per direptionem castrorum absumpto, sub tumulo in proxima planitie confedit, prima luce insequentis diei hostem aggressurus. Sed Aetoli eodem pauore, quo sua castra reliquerant, nocte proxima dispersi fugerunt. Maxime usui fuit Aminander: quo duce Athamānes itinerū periti summis montibus per calles ignotos sequentibus eos hostibus in Aetoliam perduxerunt. non ita multos in dispersa fuga error intulit in Macedonum equites: quos luce prima Philippus, ut desertum tumulū uidit: ad carpandū hostium agmen misit. Per eos dies & Athenagoras regius præfectus Dardanos recipientes se in fines adeptus: postremum agmen primo turbauit. dein posteaquam Dardani conuersis signis direxere aciem: æqua pugna iusto prælio erat. ubi rursus procedere Dardani cœpissent: equite & leui armatura regij nullum talis auxiliij genus habētes Dardanos, oneratos immobilibus armis uexabant. & loca ipsa adiuuabant. Occisi perpauci sunt: plures uulnerati: captus nemo: quia non excedunt temere ordinibus suis: sed confertim & pugnant, & cedunt. Ita damna Romano accepta bello, duabus per opportunas expeditiones coercitis gentibus, restituerat Philippus incepto forti, non prospero solum cuentu. Minuit deinde ei forte oblata res hostiū Aetolorum numerum. Scopas princeps gentis ab Alexandria magno cum pondere auri ab rege Ptolemæo missus sex millia peditum, & equites mercede conductos Aegyptum auexit. nec ex iuuentute Aetolorum quenquam reliquisset, ni Damocritus nunc belli quod instaret, nunc futuræ solitudinis admonens (incertum cura gentis, an ut aduersaretur Scopæ, parum donis cultus) partem iuniorum castigando domi continuisset. Hæc ea æstate ab Romanis, Philippoç gesta erant. Classis à Coreyra eiusdem principio cætatis cum L. Apustio legato profecta, Malea superata, circa Scyllæū agri Hermionici Attalo regi cōiuncta est. Tum uero Atheniensium ciuitas cui odio in Philippum per metum iam diu moderata erat: id omne in auxiliij præsentis spem effundit. Nec unquam ibi desunt linguæ promptæ ad plebem concitandam. quod genus cum in omnibus liberis ciuitatibus, tum præcipue Athenis, ubi oratio plurimum pollet: fauore multitudinis alitur. Rogationem extemplo tulerunt: plebesç sciuit: ut Philippi statuar, imagines omnes, nominaç earum, item maiorum eius uirilis, ac muliebris sexus omnium tollerentur delerenturç: dies festi, sacra, sacerdotes, quæ ipsius maiorūue eius honoris causa instituti essent, omnia profanarentur. loca quoq; in quibus positū aliquid inscriptūue honoris

honoris eius causa fuisset, detestabilia esse: neque in his quicquam postea poni dedicarique place-
 re, eorum que in loco puro poni dedicarique fas esset. sacerdotes publicos, quotiescunque pro po-
 pulo Atheniensi, sociisque, & exercitibus, & classibus eorum precarentur: toties detestari, atque
 execrari Philippum, liberos eius, regnumque, terrestres naualesque copias, Macedonum genus
 omne, nomenque. additum decreto: si quis quid postea, quod ad notam, ignominiamque Philip-
 pi pertineret: ferret: id omne populum Atheniensem iussurum. si quis contra ignominiam, proue-
 honore eius dixisset: fecissetque: qui occidisset eum, iure caesurum. postremo inclusum: ut omnia
 que aduersus Pisisstratidas decreta quondam erant: eadem in Philippo seruantur. Athe-
 nenses quidem literis, uerbisque, quibus solis ualent: bellum aduersus Philippum gererent. At-
 talus, Romanique cum Pyraeum primo ab Hermione petissent: paucos ibi morati dies, onera-
 tique aequae immodicis ad honores sociorum, ac que in iram aduersus hostem fuerant, Atheni-
 ensium decretis, nauigant a Pyraeo Andrum. & cum in portu, quem Gaureleon uocant, con-
 stitissent: missis, qui tentarent oppidanorum animos: si uoluntate tradere urbem, quam uim
 experiri mallent: postquam praesidio regio arcem teneri, nec se potestatis suae esse responde-
 bant: expositis copiis, omnique apparatu urbium expugnandarum, diuersis partibus rex, & le-
 gatus Romanus ad urbem subeunt. Plus aliquanto Graecos Romana signa, armaque non ante
 uisa, animique militum tam prompte succedentium muro terruere, itaque fuga extemplo in ar-
 cem facta est: urbe hostes potiti. & in arce cum biduum loci se magis, quam armorum fiducia
 tenuissent: tertio die pacti ipsi praesidiumque: ut cum singulis uestimentis Delium Boeotiae trans-
 ueherentur. Ea ab Romanis regi Attalo concessa: praedam ornamentoque urbis ipsi auexerunt.
 Attalus ne desertam haberet insulam: & Macedonum ferè omnibus, & quibusdam Andrio-
 rum ut manerent, persuasit. postea & ab Delio, qui ex pacto transfugit eò fuerant: promissis
 regis cum desiderium quoque patriae facilius ad credendum inclinaret animos: reuocati. Ab An-
 dro Cythnum traiecerunt. ibi dies aliquot oppugnanda urbe nequicquam absumpti: & quia
 uix operae pretium erat, abscessere. Ad Prasias (continentis Atticae is locus est) Issaeorum x x
 lembi classis Romanorum adiuncti sunt. ij missi ad populandos Carystiorum agros. caetera
 classis Gerastum nobilem Euboeae portum, dum a Carysto Issaei redirent: tenuit. Inde omnes
 uelis in altum datis, maris medio praeter Scyrum insulam Icum peruenere. ibi paucos dies sa-
 uiente borea retenti, ubi prima tranquillitas data est: Sciathum traiecere, uastatam urbem, dire-
 ptamque nuper a Philippo. Per agros palati milites frumentum, & si qua alia usui esse ad uescen-
 dum poterant: ad naues retulere. praedae nec erat quicquam: nec meruerant Graeci, cur diripe-
 rentur. Inde Casandream petentes primo ad Mendin, maritimum ciuitatis eius uicium, tenuerunt.
 inde cum superato promontorio ad ipsa moenia urbis circumagere classem uellent: saeva co-
 orta tempestate prope obruti fluctibus, dispersi magna ex parte amissis armamentis in terram
 effugerunt. Omen quoque ea maritima tempestas ad rem terra gerendam fuit. nam collectis
 in unum nauibus, expositisque copiis aggressi urbem, cum multis uulneribus repulsi, (& erat ua-
 lidum ibi regium praesidium) irrito incepto regressi Canastrum Pallenes traiecere. inde supe-
 rato Toronae promontorio, nauigantes Acanthum petiere. ibi primo ager uastatus: deinde
 ipsa urbs uel capta, ac direpta. nec ultra progressi, (iam enim & graues praeda naues habebant)
 retro, unde uenerant, Sciathum, & ab Sciatho Euboeam repetunt. Ibi relicta classe, decem nau-
 uibus expeditis sinum maliacum intrauere ad colloquendum cum Aetolis de ratione gerendi
 belli. Sipyrrhicas Aetolus princeps legationis eius fuit: qui ad communicanda consilia Hera-
 cleam cum rege, & cum Romano legato uenit. Petitum ex foedere ab Attalo est: ut mille mili-
 tes praestaret. tantum enim numerum bellum gerentibus aduersus Philippum debebat. Id ne-
 gatum Aetolis: quod illi quoque grauati prius essent ad populandam Macedoniam exire: quo
 tempore Philippo circa Pergamum urente sacra profanaque, abstrahere cum inde respectu re-
 rum suarum potuissent. Ita Aetoli cum spe magis, Romanis omnia pollicentibus, quam cum
 auxilio dimissi. Apustius cum Attalo ad classem redijt. inde consultari de Oreo oppugnando
 coeptum. Valida ea ciuitas & moenibus, & quia ante fuerat tentata, firmo erat praesidio. Con-
 iunxerant se his post expugnationem Andri cum praefecto Agesimbrotto x x Rhodiae naues,
 rectae

tectæ omnes. eam classem in stationem ad Zelasium miserunt (Isthmiæ id super Demetriadem promontoriū est peropportune obiectum) ut si quid inde mouerent Macedonū naues, in præsidio essent. Heraclides præfectus regius classem ibi tenebat: magis per occasionem, si quam negligentia hostium dedisset: quàm aperta ui quicquā ausurus. Oreum diuersi Romani, & rex Attalus oppugnabant: Romani à maritima arce, regij aduersus uallem inter duas iacentem arces, quàm & muro intersepta urbs est. & ut loca diuersa, sic dispari modo etiam oppugnabant: Romani testudinibus, & uineis, & ariete admouēdo muris: regij balistis, catapultisq; & alio omni genere tormentorū tela ingerentes, & pondere ingenti saxa iaciebant: & cuniculos, & quicquid aliud priore oppugnatione expertum profuerat. Ceterum non plures tantum Macedones, quàm ante tuebantur urbem, sed etiam præsentioribus animis, & castigationibus regis in admissa culpa, & simul minarum, simul promissionum in futurum memores: ita ut parum in expugnatione celeri spei esset. Interim & aliud agi posse ratus legatus, relictis quod satis uidebat ad opera perficienda, trañcit in proxima cōtinentis: Larissamq; non illā in Thesalia nobilem urbem, sed alteram, quam Cremasten uocant, subito aduentu, præter arcem, cepit. Attalus quoq; Aeglecon, nihil minus, quàm tale quicquam in alterius oppugnatione urbis timentibus, oppressit. Et iam cum opera in effectu erant circa Oreum: tum præsidium, quod intus erat, labore assiduo, uigilijs diurnis pariter nocturnisq; & uulneribus confectum. muri quoq; pars ariete incusso subruta multis iam locis prociderat. perq; apertum ruina iter nocte Romani, quodq; super portum est, in arcem peruerunt. Attalus luce prima, signo ex arce dato ab Romanis, & ipse urbem inuasit, stratis magna ex parte muris: præsidium, oppidanicq; in alteram arcem perfugere: unde biduo post deditio facta. urbs regi, captiua corpora Romanis cessere. Iam autumnale æquinoctiū instabat: & est sinus Euboicus, quem Cœla uocant, suspectus nautis. itaq; ante hyemales motus euadere cupiētes, Piræcū, unde profecti ad bellum erant, repetunt. Apustius triginta nauibus ibi relictis, super Maleam nauigat Corcyrā: regem spatium initorum Cereris, ut sacris interesset, tenuit. secundum initia & ipse in Asiam se recepit, Agesimbroti & Rhodijs domū remissis. Hęc ea æstate terra maricq; aduersus Philippum, sociosq; eius à consule & legato Romanis, adiuuātibus rege Attalo, & Rhodijs gesta. Consul alter C. Aurelius ad confectum bellum cum in prouinciā uenisset: haud clam tulit iram aduersus prætorem, quod absente se rem gessisset. misso igitur eo in Hetruriam, ipse in agrum hostium legiones induxit: populandoq; cum præda maiore, quàm gloria bellum gessit. L. Furcius, simul quod in Hetruria nihil erat rei, quod gereret: simul gallico triumpho imminens, quem absente consule irato atque inuidente facilius impetrari posse ratus, Romam inopinatum cum uenisset, senatum in æde Bellonæ habuit: expositisq; rebus gestis, ut triumphanti sibi in urbem inuehi liceret, perit. Apud magnam partem senatus, & magnitudine rerum gestarum ualebat, & gratia. maiores natu negabāt triumphum: & quod alieno exercitu rem gessisset, & quod prouinciā reliquisset auiditate rapiendi per occasionem triumpho: id uero eum nullo exemplo fecisse. cōsulares præcipue expectandum fuisse consulem dicebant. potuisse enim castris prope urbem positis, tutanda colonia, ita ut acie non decerneret: in aduentum eius rem extrahere. & quod prætor non fecisset, senatui faciendum esse. consulem expectarent. ubi coram disceptantes consulem & prætorem audissent, uerius de causa existimatuos esse. Magna pars senatus nihil, præter res gestas, & an in magistratu suisq; auspicijs gessisset, censebāt spectare senatū debere. Ex duabus colonijs, quæ uelut claustra ad cohibendos gallicos tumultus oppositæ fuissent, cum una direpta & incensa esset: traiecturumq; id incendium uelut ex continentibus tectis in alteram tam propinquam coloniam esset: quid tandem prætori faciendum fuisse? nam si sine consule geri nihil oportuerit, aut senatum peccasse, qui exercitū prætori dederit: (potuisse enim, si non cum prætoris, sed consulis exercitu rem geri uoluerit: ita finire s c ne per prætorem, sed per cōsulem gereretur:) aut consulem, qui non, cum exercitum ex Hetruria transire in Galliam iussisset: ipse Arimini occurrerit, ut bello interesset, quod sine eo geri fas non esset. Non expectare belli tempora motas, & dilationes imperatorum. & pugnandum esse interdum: non quia uelis, sed quia hostis cogat. pugnam ipsam, euentumq; pu

gnæ spectari oportere. fusos, cæsosq; hosteis: castra capta, ac direpta: coloniam liberatam ob-
 sidione: alterius colonie captiuos recuperatos, restitutosq; suis: debellatum uno prælio esse.
 non homines tantum ea uictoria lætatos, sed dijs quoq; immortalibus per triduum supplica-
 tiones habitas: quod bene ac feliciter, non quod male ac temere respublica à L. Furio prætorè
 gesta esset. data fato etiam quodam Furie genti gallica bella. Huius generis orationibus
 ipsius amicorūq; uicta est præsentis gratia prætoris, absentis consulis maiestas: triumphumq;
 frequentes L. Furio decreuerūt. Triumphauit de Gallis in magistratu L. Furius prætor. In æra-
 rium tulit trecenta uiginti millia æris, argenti c l x x millia pondo. neq; captiuu ulli ante cur-
 rum ducti: neq; spolia prælata, neq; milites secuti. omnia, præter uictoriam, penes consulem
 esse apparebat. Ludi deinde à P. Cornelio Scipione, quos consul in Africa uouerat: magno
 apparatu facti. Et de agris militum eius decretum, ut quot quisq; eorum annos in Hispania,
 aut in Africa militasset: in singulos annos bina iugera acciperet. eum agrum decemuiri assigna-
 rent. Triumuiri inde creati ad supplendum Venusinis colonorū numerum, quod bello Anni-
 balis attenuatæ uires eius colonie erant: C. Terentius Varro, T. Quintius Flamininus, P. Cor-
 nelius Cn. F. Scipio. ij colonos Venusiam ascripserunt. Eodem anno C. Cornelius Cethe-
 gus, qui proconsul Hispaniam obtinebat: magnum hostium exercitum in agro Sederano fu-
 dit. quindecim millia Hispanorū eo prælio dicuntur cæsa, signa militaria capta octo & l x x.
 C. Aurelius c o s. cum ex prouincia Romam comitorum causa uenisset, nō id, quod animis
 præceperat: questus est non expectatum se ab senatu: neq; disceptandi cum prætorè consuli
 potestatem factam: sed ita triumphum decreuisse senatum, ut nullius, nisi eius, qui triumphar-
 turus esset: haud eorum, qui bello interfuissent, uerba audiret. maiores ideo instituisse ut lega-
 ti, Tr. mil. centuriones, milites deniq; triumpho adessent, ut uirtutes rerum gestarum eius, cui
 tantus honos haberetur. publice uiderentur. eque ex eo exercitu, qui cum Gallis pugnaue-
 rit, si non militē lixam saltem fuisse, quem percunctari posset senatus quid ueri prætor uaniue
 referret: Comitjs deinde diē indixit. quibus creati sunt cōsules L. Cornelius Lentulus, P. Vil-
 lius Tappulus. Prætores inde facti L. Quintius Flamininus, L. Valerius Flaccus, L. Villius Tap-
 pulus, C. Bebius Pamphilus. Annona quoq; eo anno peruilis fuit. frumenti uim magnam ex
 Africa aduectā ædiles curules M. Claudius Marcellus, & Sex. Aelius Pætus binis æris in mo-
 dios populo diuiserunt: & ludos Romanos magno apparatu fecerunt: diem unum instaura-
 runt: signa aenea quinque ex multatitio argento in ærario posuerunt. Plebeij ludi ab ædilibus
 L. Terentio Massaliota, & C. Bebio Pamphilo, quem prætorè designauerant, ter toti instau-
 rati. Et ludi funebres eo anno per quatrimum in foro mortis M. Valerij Leuini causa à P. &
 M. filijs eius facti: & munus gladiatorū datum ab ijs. paria quinq; & uiginti pugnarūt. M. Au-
 relius Cotta decemuir factorum mortuus: in eius locum M. Acilius Glabrio susceptus. Comi-
 tjs ædiles curules creati sunt forte ambo, qui statim accipere magistratum non possent. nam
 C. Cornelius Cethegus absens creatus erat, cum Hispaniam obtineret prouinciam: C. Vale-
 rius Flaccus, quem præsentem creauerant: quia flamen Dialis erat, iurare in leges non poterat:
 magistratum autem plus quinq; dies, nisi qui iurasset in leges, non licebat gerere. Petente Flac-
 co, ut legibus solueretur, senatus decreuit, ut si ædilis qui pro se iuraret, arbitrato consulum da-
 ret: consules, si eis uideretur, cum tribunis plebis agerent, uti ad plebem ferrent. Datus, qui iura-
 ret pro fratre: L. Valerius Flaccus prætor designatus. tribuni ad plebem tulerunt, plebesq; sci-
 uit, ut perinde esset, ac si ipse ædilis iurasset. Et de altero ædile plebiscitum est factum, rogan-
 tibus tribunis, quos duos in Hispaniā cum imperio ad exercitus ire iuberent, ut C. Cor-
 nelius ædilis curulis ad magistratum gerendum ueniret, & L. Manlius Acidius
 nus decederet de prouincia multos post annos. plebes Cn. Cornelio
 Lentulo, & L. Stertino proconsulibus imperium esse
 in Hispania iussit.



CONSULES, prætoresq; cum Idibus Martijs magistratū inissent, pro-
 uincias sortiti sunt. L. Lentulo Italia, P. Villio Macedonia: prætoribus,
 L. Quintio urbana, C. Bebio Ariminū, L. Valerio Sicilia, L. Villio Sardi-
 nia euenit. Lentulus cos. nouas legiōes scribere iussus: Villius à P. Sul-
 picio exercitum accipere. in supplementum eius quantum militum uideretur
 ut scriberet, ipsi permissum. Prætori Bebio legiones, quas C. Aurelius
 cos. habuisset: ita decretæ, ut retineret eas, donec cōsul nouo cum exercitu succederet in Gal-
 lia. ubi is uenisset, omnes milites exautorati domum dimitterent, præter quinque millia sociūm.
 his obtineri circa Ariminū prouinciam satis esse, prorogato imperio prætoribus prioris annis
 Cn. Sergio, ut militibus qui in Hispania, Sicilia, Sardinia stipēdia per multos annos fecissent,
 agrum assignandum curaret: Q. Minucio, ut in Brutijs idem de coniurationibus quæstiones,
 quas prætor cum fide curaq; exercuisset, perficeret: & eos, quos sacrilegij compertos in uinculis
 Romam misisset, Locros mitteret ad supplicium: quæq; sublata ex delubro Proserpinæ es-
 sent, reponenda cum piaculis curaret. Feriæ Latinæ pontificū decreto instauratæ sunt: quod le-
 gati ab Ardea questi in senatu erāt, sibi in monte Albano Latinis carnem, ut assolet, datā non
 esse. Ab Sueffa nuntiatū est, duas portas, quodq; inter eas muri erat, de cœlo tactum. & For-
 miani legati, ædem Iouis: Item Ostienses, ædem Iouis: & Veliterni, Apollinis & Sangi ædes: &
 in Herculis æde capillum enatum. & ex Brutijs ab Q. Minucio proprætoře scriptum, equu-
 leum cum quinque pedibus, pullos gallinacos tres cum ternis pedibus natos esse. inde à P. Sul-
 picio proconsule ex Macedonia literæ allatæ, in quibus inter cætera scriptum erat, lauteam in
 puppi nauis longæ enatam. Priorum prodigiorum causa senatus censuerat, ut consul maioribus
 hostijs quibus dijs uideretur, sacrificaret. ob hoc unum prodigium aruspices in senatū uo-
 cati, atq; ex responso eorum supplicatio populo in dicm unum edicta, & ad omnia puluinaria
 res diuinæ factæ. Carthaginenses eo anno argentum in stipendium impositū primum Ro-
 mam aduexerunt. id quia probum non esse quæstores renuntiauerant, experientibusq; pars
 quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua sumpta intertrimentū argenti suppleuerunt. Peten-
 tibus deinde, ut si iam uideretur senatus: obsides sibi redderentur, centum redditi obsides. de cæ-
 teris, si in fide permanerent, spes facta. Petentibus iisdem, qui non reddebantur obsides, ut ab
 Norba, ubi parum commode essent: aliò traducerentur, cōcessum ut Signiam & Ferentinum
 trāsirent. Gaditanis item petentibus remissum, ne præfectus Gadeis mitteret, aduersus quod
 ijs in fidem populi Romani uenientibus cū L. Martio Septimio conuenisset. Et Narniensium
 legatis querentibus ad numerum sibi colonos non esse, & immistos quosdam non sui generis
 pro colonis se gerere, earum rerum causa triumuiros creare L. Cornelius cos. iussus. creati P.
 & Sex. Aeli (Partis fuit ambobus cognomen) & C. Cornelius Lentulus. Quod Narniensibus
 datum erat, ut colonorum numerus augetur, id Cossani petentes non impetrauerunt. Re-
 bus, quæ Romæ agendæ erant, perfectis, consules in prouincias profecti. P. Villium, in Ma-
 cedoniam cum uenisset: atrox seditio militum iam ante irritata, nec satis in principio compres-
 sa, excepit. **M M** ca militum fuere, quæ ex Africa post deuictum Annibalem in Siciliam, inde
 anno ferè post in Macedoniam pro uoluntarijs transportata erant. id uoluntate factum nega-
 bant. ab tribunis recusantes in naues impositos. sed utcunq; seu inuita, seu suscepta foret mili-
 tia, & eam exhaustam, & finem aliquem militandi fieri æquum esse. multis annis sese Italiam
 non uidisse, cōsenuisse sub armis in Sicilia, Africa, Macedonia: confectos iam se labore & ope-
 re, exangues tot acceptis uulneribus esse. Consul causam postulandæ missionis probabilem,
 si modeste peteretur, uideri dixit: seditionis nec eam, nec ullam aliam satis iustam causam esse.
 itaq; si manere ad signa, & dicto parere uelint, se de missione eorum ad senatū scripturum. mo-
 destia facilius quàm pertinacia quod uelint impetraturos. Thaumacos eo tempore Phi-
 lippus summa ui oppugnabat aggeribus, uincisq; & iam arietem muris admoturus erat. cæte-
 rum incepto abstinere eum coegit subitus Ætolorū aduentus, qui Archidamo duce inter custo-
 dias Macedonum mœnia ingressi, nec die nec nocte finem ullum erumpendi nunc in statio-

nes, nunc in opera Macedonum faciebant. & adiuuabat eos natura ipsa loci. namq; Thaumaci à Pylis, sinuq; Maliaco per Lamiam cuncti loco alto siti sunt, ipsis faucibus imminentes, quam Cœlen uocant: Thessaliq; transcuntis confragosa loca, implicatasq; flexibus uallium uias, ubi uentum ad hanc urbem est: repente uelut maris uasti, sic immensa panditur planities, ut subiectos campos terminare oculis haud facile queas. ab eo miraculo Thaumaci appellati. nec altitudine solum tuta urbs, sed quod saxo undiq; abscisso rupibus imposita est. Hæ difficultates, & quod haud satis dignum tanti laboris periculiq; pretium erat, ut absisteret incepto Philippus, effecerunt. hyems quoq; iam instabat, cum inde abscessit, & in Macedoniam in hyberna copias reduxit. Ibi ceteri quidem data quantacunq; quiete temporis, simul animos, corporaq; remiscent: Philippum, quantum ab assiduis laboribus itinerum pugnarumq; laxauerat animum, tanto magis intentum in uniuersum euentû belli curæ angunt: non hostes modo timentem, qui terra mariq; urgebant, sed nunc sociorum, nunc etiam popularium animos, ne & illi ad spem amicitiae Romanorum deficerent, & Macedonas ipsos cupido nouandi res caperet. itaq; & in Achaiam legatos misit, simul qui iusiurandû (ita enim pepigerant quotannis iuratos in uerba Philippi) exigerent: simul qui redderent Achæis Orchomenon, & Hereâ, & Triphyliam: Elcis Alipheram contendentibus, nunquam eam urbem fuisse ex Triphylia, sed sibi debere restitui: quia una esset ex ijs, quæ ad condendam Megalopolim ex concilio Arcadum contributæ forent. Et cum Achæis quidem per hæc societate firmabat. Macedonum animos sibi conciliauit cum Heraclide. nam cum eum maximæ inuidiæ sibi esse cerneret, multis criminibus oneratum in uincla coniecit ingenti populariû gaudio. Bellum, si quando unquam ante alias, cû magna cura apparauit, exercuitq; in armis & Macedonas & mercenarios milites: principioq; ueris cum Athenagora omnia externa auxilia, quodq; leuis armaturæ erat, in Choniam per Epirû ad occupandas, quæ ad Antigoniam fauces sunt (Stena uocant Græci) misit. ipse post paucis diebus grauiore secutus agmine, cum situm omnem regionis aspexisset: maxime idoneum ad muniendum locum credidit esse præter amnem Aoum. Is inter montes, quorum alterum Æropum, alterû Asnaum incolæ uocant, angusta ualle fluit, iter exiguum super ripam præbens. Asnaum Athenagoram cum leui armatura tenere ac cõmunire iubet: ipse in Æropo posuit castra. quæ abscissæ rupes erant, statio paucorum armatorum tenebat: quæ minus tuta erant, alia fossis, alia uallis, alia turribus munebat. magna tormentorû etiam uis, ut missilibus procul arcerent hostem, idoneis locis disposita est. tabernaculû regium pro uallo in conspecto maxime tumulo, ut terrorem hostibus, suisq; spem ex fiducia faceret, positum. Consul per Charopum Epiroten certior factus, quos saltus cum exercitu insedisset rex: & ipse cum Corcyræ hybernasset: uere primo in continentem trabecatus ad hostem ducere pergit. quinque millia ferme ab regijs castris cum abisset, loco munito relictis legionibus, ipse cû expeditis progressus ad speculanda loca, postero die consiliû habuit, utrum per insessum ab hoste saltû, quam labor ingens periculumq; proponeret, transitum tentaret, an eodem itinere, quo prior anno Sulpicius Macedoniam intrauerat, circûduceret copias. Hoc consiliû per multos dies agitantis nuntius uenit: T. Quintium consulem factum, sortitumq; prouinciam Macedoniam, maturato itinere iam Corcyrâ traiecisse. Valerius Antiâs intrasse saltum Villiû tradit, quia recto itinere nequirit, omnibus à rege insessis, secutû uallem, per quam mediam fertur Aous amnis: ponte raptim facto in ripam, in qua erant castra regia, transgressum acie conflixisse: sum, fugatumq; regem, castris exutum. xii millia hostium eo prælio cæsa, capta duo millia, & ducentos: & signa militaria centum xxxii, equos ccxxx. ædem etiam Ioui in eo prælio uotâ, si res prospere gesta esset. Cæteri Græci Latiniq; autores, quorum quidẽ ego legi annales, nihil memorabile à Villio actum, integrûq; bellum insequentẽ consulẽ T. Quintium accepisse tradunt. Dum hæc in Macedonia geruntur, consul alter L. Lentulus, qui Romæ substiterat, comitia censoribus creandis habuit. multis claris petentibus uiris, creati censes P. Cornelius Scipio Africanus, & P. Ailius Pætus. Hi magna inter se cõcordia, & senatum sine ullius nota legebant: & portoria uenalicium Capuæ, Putcolisq; item castrorû portorium, quo in loco nunc oppidû est, fruendum locarunt: colonosq; eò trecentos (is enim numerus finitus

nitus

nitus ab senatu erat) ascripserunt, & sub Tifatis Capuæ agrum uendiderūt. Sub idem tempus L. Manlius Acidinus ex Hispania decedens, prohibitus à M. Porcio Lecca tribuno plebis ne ouans rediret, cum ab senatu impetrasset, priuatus urbem ingrediens M C C pondo argenti, x x x pondo ferre àuri in ærarium tulit. Eodem anno C. Bebius Pamphilus, qui ab C. Aurelio consule anni prioris prouinciam Galliam acceperat, temere ingressus Gallorū Insubrium fines propè cum toto exercitu est circumuentus. supra sex millia, & sexcentos milites amisit. tanta ex eo bello, quod iam timeri desierat, clades accepta est. Ea res L. Lentulum consulem ab urbe exciuit. qui ut in prouinciam uenit plenam tumultus, trepido exercitu accepto, prætorem multis probris increpitum prouincia decedere, atq; abire Romam iussit. neq; ipse consul memorabile quicquam gessit, comitiorū causa Romam reuocatus, quæ ipsa per M. Fuluium, & M. Curium tribunos plebis impediabantur: quod T. Quintium Flaminium consulatum ex quæstura petere non patiebantur. Iam ædilitatem, præturamq; fastidiri: nec per honorum gradus documentum sui dantes nobiles homines tendere ad consulatum, sed transcendendo media, summa imis cōtinuare. Res ex campestri certamine in senatum uenit. patres censuerunt, qui honorem, quem sibi capere per leges liceret, peteret: in eo populo creandi quem uelit, potestatem fieri equum esse. In autoritate patrum fuere tribuni. creati C O S S. Sex. Aelius Pætus, & T. Quintius Flamininus. Inde prætorum comitia habita. creati L. Cornelius Merula, M. Claudius Marcellus, M. Porcius Cato, C. Heluius, qui ædiles plebis fuerant. Ab ijs ludi plebeij instaurati. & epulū Iouis fuit ludorum causa. Et ab ædilibus curulibus C. Valerio Flacco flamine Diali, & C. Cornelio Cethego ludi Romani magno apparatu facti. Ser. Sulpicius, & L. Galba pontifices eo anno mortui sunt. in eorū locū M. Aemilius Lepidus, & Cn. Cornelius Scipio pontifices suffecti sunt. Sex. Aelius Pætus, T. Quintius Flamininus consules magistratu inito senatum in Capitolio cum habuissent, decreuerunt patres, ut prouincias Macedoniam atq; Italiā consules compararent inter se, sortirenturūe. utri eorum Macedonia euenisset, in supplementum legionum tria millia militum Romanorum scriberet, & CCC equites: item sociorum latini nominis quinq; millia peditum, quingentos equites. alteri consuli nouus omnis exercitus decretus. L. Lentulo prioris anni consuli prorogatum imperium est: uctusq; aut ipse prouincia decedere prius, aut ueterem exercitū deducere, quàm cum legionibus nouis consul uenisset. Sortiti consules prouincias. Aelio Italia, Quintio Macedonia euenit. Prætores, L. Cornelius Merula urbanam, M. Claudius Siciliam, M. Porcius Sardiniam, C. Heluius Galliā est sortitus. Delectus inde haberi est cœptus. nam præter consulares exercitus prætores quoq; iussi scribere milites erant. Marcello in Siciliam quatuor millia peditum socium latini nominis, & CCC equites: Catoni in Sardiniam ex eodem genere militum tria millia peditum, C C equites: ita ut hi prætores ambo cum in prouincias uenissent, ueteres dimitterent pedites, equitesq;. Attali deinde regis legatos in senatum cōsules introduxerunt. Hi regem classe sua, copijsq; omnibus terra maricq; Romanam rem iuuare, quæq; imperarent Romani consules, impigre atq; obedienter ad eam diem fecisse cum exposuissent, uereri dixerunt, ne id præstare ei per Antiochum regem ultra non liceret. uacuum nanq; præsidijs naualibus, terrestribusq; regnum Attali Antiochū inuasisse. itaq; Attalum orare p c si sua classe, suaq; opera uti ad Macedonicum bellum uellent: mitterent ipsi præsidium ad regnum eius tutandum: si id nollent, ipsum ad sua defendenda cum classe, ac reliquis copijs redire paterentur. Senatus legatis ita responderi iussit, quod rex Attalus classe, copijsq; alijs duces Romanos iuisset, id gratum senatui esse. auxilia nec ipsos missuros Attalo aduersus Antiochum, socium & amicum populi Romani: nec Attali auxilia retenturos ultra, quàm regi commodum esset. Semper populum Romanum alienis rebus arbitrio alieno usum. & principium, & finem in potestate ipsorum, qui ope sua uelint adiutos Romanos, esse. Legatos ad Antiochum missuros, qui nuntient, Attali, nauiumq; eius, & militum opera aduersus Philippum communem hostem uti populum Romanum. gratum eum facturum senatui, si regno Attali abstineat, belloq; absistat. æquum esse, socios, & amicos populi Romani reges inter se quoque ipsos pacem seruare. Consulem T. Quintium, ita habito delectu, ut eos ferè legeret, qui in Hispania, aut Afri

frica meruissent spectatæ uirtutis milites, properantem in prouinciam prodigia nuntiata, atq; eorum procuratio Romæ retinuerunt. De cælo tacta erant, uia publica Veijs, forum & ædes Iouis Lanuij, Herculis ædes Ardeæ, Capuæ murus, & turres, & ædes quæ Alba dicitur. cœlum ardere uisum erat Arretij. terra Velitris trium iugerum spatium cauerna ingenti descenderat. Sueffæ Auruncæ nuntiabāt agnum cum duobus capitibus natum: & Sinuessæ porcum humano capite. Eorum prodigiorum causa supplicatio unum diem habita. & consules rebus diuinis operam dederunt: placatisq; dijs profecti in prouincias sunt. Aelius cum C. Heluio prætor in Galliam: exercitumq; ab L. Lentulo acceptum, quem dimittere debebat, prætori tradidit, ipse nouis legionibus, quas secum adduxerat, bellum gesturus: neque memorabilis rei quicquam gessit. Et T. Quintius alter c o s. maturius, quam priores soliti erant c o s s. à Brundisio cum transmisisset, Corcyram tenuit cum octo millibus peditum, equitibus quingentis. à Corcyra in proxima Epiri quinqueremi traiecit: & in castra Romana magnis itineribus contendit. inde Villio dimisso paucos moratus dies, dum se copiæ à Corcyra assequerentur, consilium habuit: utrum recto itinere per castra hostium uiam facere conaretur: an ne tētata quidem re tāti laboris ac periculi, per Dassaretios potius, Lingumque tuto circuitu Macedoniam intraret. uicissetque ea sententiā, ni timuisset: ne, cum à mari longius recessisset, misso è manibus hoste, si (quod antea fecerat) solitudinibus syluisq; se tutari rex uoluisset: sine ullo effectu æstas extraheretur. utcumq; esset igitur, illo ipso tam iniquo loco aggredi hostem placuit. sed magis fieri id placebat, quam quo modo id fieret, satis expediebant: diesq; x l sine ullo conatu sedentes in conspectu hostium absumpserant. inde spes data Philippo est per Epirotarum gentem tentandæ pacis. habitoq; concilio delecti ad eam rem agendam, Pausanias prætor & Alexander magister equitum, consulem & regem, ubi in arctissimas ripas Aous congitur amnis, in colloquium adduxerunt. Summa postulatorum consulis erat, præsidia ex ciuitatibus rex deduceret: ijs, quorum agros, urbesq; populatus esset, redderet res, quæ compararent: cæterorum æquo arbitrio æstimatio fieret. Philippus aliam aliarum ciuitatum conditionem esse respondit, quas ipse cepisset, eas liberaturum. quæ sibi traditæ à maioribus essent: earum hæreditaria ac iusta possessione non excessurum. si quas quererentur belli clades eæ ciuitates, cum quibus bellatum foret: arbitrio quo uellent, populorum, cum quibus pax utrisque fuisset, se usurum. Consul nihil ad id quidem arbitro aut iudice opus esse dicere. cui enim non apparere, ab eo qui prior arma intulisset, iniuriam ortam? nec Philippum ab ullis bello lacessitum, priorem uim omnibus fecisse. Inde cum ageretur, quæ ciuitates liberandæ essent, Thesalos primos omnium nominauit consul. ad id uero adeo accensus indignatione est rex, ut exclamaret. quid uictō grauius imperares T. Quinti? atque ita se ex colloquio proripuit. & temperatum ægre est: quin missilibus, quia dirempti medio amne fuerant, pugnam inter se consererent. Postero die per excursiones ab stationibus primo in planitie satis ad id patenti multa leuia commissa prælia sunt: deinde recipientibus se regijs in arcta & confragosa loca, auuiditate accensi certaminis eò quoque Romani penetrauerunt. pro his ordo, & militaris disciplina, & genus armorum erat, aptum urgendis regijs: pro hoste loca, & catapultæ balistæq; in omnibus propè rupibus, quasi in muris dispositæ. multis hinc atque illinc uulneribus acceptis, cum etiam, ut in prælio iusto, aliquot cecidissent: nox pugnae finem fecit. Cum in hoc statu res esset, pastor quidam à Charopo principe Epirotarum missus deducitur ad consulem. is se in eo saltu, qui regijs tunc oneratus castris erat, armentum pascere ait: omnes montium eorum anfractus callesq; nosse. si secum aliquot mittere uelit, non iniquo, nec perdifficili aditu supra caput hostium deducturum. hæc, Charopus renuntiari iubet, ita crederet, ut suæ potius omnia, quam illius potestatis essent. Cum magis uellet credere quam auderet consul, mistumq; gaudio ac metu animum gereret, autoritate motus Charopi, experiri spem oblatam statuit. & ut auerteret rem à suspitione, biduo insequenti laceffere hostem, dispositis ab omni parte copijs, succedentibusq; integris in locum defessorum, nō destitit. quatuor millia inde lecta peditum, & trecentos equites tribuno militum tradit. equites, quoad loca patiantur, ducere iubet: ubi ad inuia equiti uentum sit, in planitie aliqua locari equitatum. pedites quæ dux monstraret uiam ire

ire: ubi, ut polliceatur, super caput hostium peruentum sit, fumo dare signum: nec ante clamorem tollere, quàm ab se signo accepto pugnam cœptam arbitrari posset. nocte itinera fieri iubet: (& pernox forte luna erat) interdium cibi, quietisq; sumeret tempus. ducem promissis ingentibus oneratum, si fides extet, uinctum tamen tribuno tradit. His copijs ita dimissis, eo intentius Romanus undiq; instat capere stationes. Interim die tertio cum uerticem, quem petierat: Romani cepisse, ac tenere se fumo significarent: tum uero trifariam diuisis copijs, consul ualle media cum militum robore succedit: cornua dextra læuaq; admouet castris. nec segnus hostes obuiam eunt. & dum auditate certaminis prouecti extra munitiones pugnant, haud paulo superior est Romanus miles & uirtute & scientia & armorum genere. Posteaquam multis uulneratis interfectisque receperunt se regem in loca aut munimento aut natura tuta, uerterat periculum in Romanos, temere in loca iniqua, nec faciles ad receptum angustias progressos. neq; impunita temeritate inde recepissent sese, ni clamor primùm à tergo auditus, dein pugna etiam cœpta amentes repentino terrore regios fecisset. Pars in fugam effusi sunt, pars quia magis locus fugæ deerat, quàm quod animi satis esset ad pugnam, cum substitissent: ab hoste & à fronte & à tergo urgente circumuenti sunt. Deleri totus exercitus potuit, si fugientes persecuti uictores essent: sed equitem angustiarum locorumq; asperitas, peditem armorum grauitas impediunt. Rex primo effuse ac sine respectu fugit: dein quinque millium spatium progressus, cum ex iniquitate locorum, id quod erat, suspicatus esset sequi non posse hostem, substitit in tumulo quodam, dimisitq; suos per omnia iuga uallesq;, qui palatos in unum colligerent. Non plus duobus millibus hominum amissis, cætera omnis multitudo, uelut signum aliquot secuta, in unum cum conuenisset, frequenti agmine petunt Thessaliam. Romani quoad tutum fuit insecuti, cædentes, spoliantesq; cæcos, castra regia, etiam sine defensoribus difficili aditu, diripiunt: atq; ea nocte in suis castris manserunt. Postero die consul per ipsas angustias, quæ se inter ualles flumen insinuat, hostem sequitur. Rex primo die ad castra Pyrrhi peruenit. locus quem ita uocant, est in Triphylia terræ Melotidis. inde postero die ingenti itinere agminis (& metus urgebat) in montem Lingon perrexit. Ipsi montes Epiri sunt, interiecti Macedonia, Thessaliæq;: latus quod uergit in Thessaliam, oriens spectat: septentrio à Macedonia obijcitur. uestiti frequentibus syluis sunt, iuga summa campos patentes, aquasq; perennes habent. Ibi statius rex per aliquot dies habitis, fluctuatus animo est, utrum protinus in regnum se reciperet, an reuerti in Thessaliam posset. inclinauit sententia, suum in Thessaliam agmen dimitteret: Triccamq; proximis limitibus petit: inde obuias urbes raptim peragrauit. homines qui sequi possent, sedibus excibat: oppida incendebat: rerum suarum, quas possent, ferendarum secum dominis ius fiebat: cætera militis præda erat. nec quod ab hoste crudelius pati possent, reliqui quicquid fuit: quàm quæ ab socijs patiebantur. Hæc etiam facienti Philippo acerba erant, sed è terra mox futura hostium corpora saltem eripere sociorum uolebat. ita euastata sunt oppida, Phacium, Iresia, Euhydriū, Eretria, Palæpharus. Pheras cum peteret, exclusus: quia res egebat mora, si expugnare uellet, nec tempus erat: omissa incepto, in Macedonia transiit. nam etiã Aetolos appropinquare fama erat. qui audito prælio, quod circa amnem Aoum factum erat, proximis prius euastatis circa Sperchias & Macran (quam uocant) comen, transgressi inde in Thessaliam Cymines & Angeas primo impetu potiti sunt. à Metropoli dum uastant agros, concursu oppidanorum ad tuenda mœnia facto, repulsi sunt. Callithera inde aggressi similem impetum oppidanorum pertinacius sustinuerunt: compulsisque intra mœnia qui eruperant, contenti ea uictoria, quia spes nulla admodum expugnandi erat, abscesserunt. Theuma inde, & Calathana uicos expugnant, diripiuntq;. Acharras per deditionem receperunt. Xynia simili metu à cultoribus desertæ sunt. Hoc sedibus suis extorre agmen in præsidium incidit, quod Athamânium, quo tutior frumentatio esset, ducebatur. incondita inermisque multitudo, mista imbelli turba, ab armatis cæsa est. Xynia desertæ diripiuntur. Cyphara inde Aetoli capiunt, opportune Dolopie imminens castellum. Hæc raptim intra paucos dies ab Aetolis gesta. Nec Aminander atq; Athamânes post famam prosperæ pugnae Romanorum quieuerunt. Cæterum Aminander quia suo militi parum fidebat, petito ab consule modico præsidio, cum Gomphos peteret: oppidum protinus nomi

ne Phecam, situm inter Gomphos, faucesque angustas, quæ ab Athamania Thessaliam dirimunt, uicinitate inde Gomphos adortus: & per aliquot dies summa uicinitate urbem tuentes, cum scyllas ad moenia erexisset, eodem metu perpulit ad deditioem. Hæc deditio Gomphorum ingentem terrorem Thessalis intulit. dedidit deinceps sese, qui Argenta, quique Pherinum, & Thimarum, & Lisinas, & Stimonem, & Lampsum habet, aliaque castella iuxta ignobilia. Dum Athamane, Aetolicque summoto Macedonum metu, in aliena uictoria suam prædā faciunt: Thessalique à tribus simul exercitibus, incerta quem hostem, quem uicinitate socium crederet, uastatur: consilium faucibus, quas fuga hostium aperuerat, in regionem Epiri transgressus, etsi probe scit cui parti, Charopo principe excepto, Epirotæ fauissent: tamen quia ab satisfaciendi quoque cura imperata enixe facere uidet: ex præsentibus eos potius, quam ex præterito aestimat habitu, & ipsa facilitate ueniam animos eorum in posterum conciliat. Missis deinde nuntiis Corcyram, ut onerariæ naues in sinum uenirent Ambracium: ipse progressus modicis itineribus quarto die in monte Cercetio posuit castra, eodem Aminandro cum suis auxiliis accito, non tam uirium eius egens, quam ut duces in Thessaliam haberet. ab eodem consilio & plerique Epirotarum uoluntarij inter auxilia accepti. Primam urbem Thessaliæ Phaleriam est aggressus. duo millia Macedonum in præsidio habebat. qui primo summa uicinitate restiterunt, quantum arma, quantum moenia tueri poterant. sed oppugnatio continua non die non nocte remissa, cum consul in eo uerti crederet cæterorum Thessalorum animos, si primi uicinitate Romanam non sustinuissent, uicit pertinaciam Macedonum. Capta Phaleria, legati à Metropoli & à Pira dedentes urbes uenerunt. ueniam eisdem petentibus datur. Phaleria incensa ac direpta est. Inde Aeginium petit. quem locum cum uel modico præsidio tutum, ac propè inexpugnabilem uidisset, paucis in stationem proximam telis coniectis, ad Gomphorum regionem agmen uertit. digressusque in campos Thessaliæ, cum iam omnia exercitui deessent: quia Epirotarum pepercerat agris: explorato ante, utrum Leucadem, an sinum Ambracium onerariæ tenuissent, frumentatum Ambraciam inuicem cohortes misit. & est iter à Gomphis Ambraciam sicut impeditum ac difficile, ita spatio perbreui. intra paucos itaque dies, transuectis à mari comitatibus, repleta omni rerum copia sunt castra. Inde ad Rhagen est profectus. Decem ferme millia à Larissa abest, ex Perrebia oriundi sunt: sita est urbs super Pencum amnem. Nihil trepidauere Thessali ad primum aduentum Romanorum. Et Philippus sicut in Thessaliam ipse progredi non audebat, ita intra Tempe stationis positus, ut quisque locus ab hoste tentabatur, præsidia per occasiones submittebat. Sub idem ferè tempus, quo consul aduersus Philippum primum in Epiri faucibus castra posuit: & L. Quintius frater consulis, cui classis cura, maritimæque oræ imperium mandatum ab senatu erat, cum duabus quinqueremibus Corcyram transuectus, postquam profectam inde classem audiuit, nihil morandum ratus, cum ad Zammam insulam assecutus esset, dimisso L. Apustio, cui successerat: tarde inde ad Maleam trahendis plerumque remulco nauibus, quæ cum commatu sequebantur, peruenit. A Malea, iussis cæteris quantum maxime possent maturate sequi, ipse tribus quinqueremibus expeditis Piræum præcepit, accepitque naues ibi relictas ab L. Apustio legato ad præsidium Athenarum. Eodem tempore duæ ex Asia classes profectæ, una cum Attalo rege: (eæ quatuor & uiginti quinqueremes erant) Rhodia altera xx nauium tectarum. Agelimbrotus præerat. hæc circa Andrum insulam classes coniunctæ, Eubœam inde exiguo distantem freto traiecerunt. Carystiorum primum agros uastarunt: deinde ubi Carystus præsidio à Chalcide raptim misso, firma uisa est: ad Eretriam accesserunt. Eodem & L. Quintius cum his nauibus quæ Piræi fuerant, Attali regis aduentu audito uenit, iussitque, ut quæ ex sua classe uenissent naues, Eubœam peterent. Eretria summa uicinitate oppugnabatur: nam & trium iunctarum classium naues omnis generis tormenta, machinasque ad urbem excidia secum portabant: & agri affatim materiæ præbebant ad noua molienda opera. Oppidani primo haud impigre tuebantur moenia: deinde fessi uulneratique aliquot, cum & muri partem euersam operibus hostium cernerent, ad deditioem inclinarunt. sed præsidium erat Macedonum, quos non minus, quam Romanos metuebant: & Philocles regius præfectus à Chalcide nuntios mittebat: se in tempore affuturum, si sustinerent obsidionem. Hæc mixta metu spes ultra quam uellent aut

aut quàm possent, trahere eos tempus cogebat. deinde posteaquam Philoclem repulsum, trepidantemq; refugisse Chalcidem acceperunt: oratores extemplo ad Attalum ueniam, fidemq; eius petentes miserunt. Dum in spem pacis intenti segnius munera belli obeunt: & ea modo parte, qua murus dirutus erat, cæteris neglectis, stationes armatas opponunt: Quintius noctu ab ea parte, quæ minime suspecta erat, impetu facto, scalis urbem cepit. oppidanorum omnium multitudo cum coniugibus ac liberis in arcem confugit: deinde in deditioem uenit. pecuniarum, aurique & argenti haud sanè multum fuit: signa, tabulae priscæ artis, ornamentaque eius generis plura, quàm pro urbis magnitudine, aut opibus cæteris inuenta. Carystus inde recepta. unde, priusquam è nauibus copiæ exponerentur, omnis multitudo urbe deserta in arcem confugit. inde ad fidem ab Romano petendam oratores mittunt. oppidanis extemplo uita ac libertas concessa est: Macedonibus treceni nummi in capita statutum est pretium: & ut armis traditis abirent. hac summa redempti in Bœotiam inermes traieci. Nauales copiæ duabus claris urbibus Eubœæ intra dies paucos captis, circuectæ Sunium Atticæ terræ promontorium, Cenchræas Corinthiorum emporium petierunt. Consul interim omnium spe longiorem atrociorémq; oppugnationem habuit: & eà, quæ minimum credidisset, resistebant hostes. nam omnem laborem in muro diruendo crediderat fore. si aditum armatis in urbem parafecisset: fugam inde, cædemq; hostium fore: qualis captis urbibus fieri solet. cæterum posteaquam parte muri arietibus decussa per ipsas ruinas transcenderunt in urbem armati: illud principium uelut noui atq; integri laboris fuit. nam Macedones, qui in præsidio erant & multi & delecti, gloriam etiam egregiam rati, si armis potius & uirtute, quàm mœnibus urbem tuerentur: conferti pluribus intorsus ordinibus acie firmata, cum transcendere ruinas sensissent Romanos: per impeditum ac difficilem ad receptum locum expulerunt. Id cōsul ægre passus, nec eam ignominiam ad unius modo expugnandæ moram urbis, sed ad summam uniuersi belli pertinere ratus, quod ex momentis paruorum plerunq; rerum penderet: purgato loco, quæ strage semirutum muri cumulus erat: turrim ingentis altitudinis, magnam uim armatorum multiplici tabulato portantem, promouit: & cohortes inuicem sub signis, quæ cuncum Macedonum (phalangē ipsi uocant) si possent, ui perumperent, mittebat. Sed ad loca angusta, haud late patente interuallo diruti muri, genus armorum pugneq; hosti aptius erat. ubi conferti hastas ingentis longitudinis præ se Macedones obiecissent, uelut in constructam densitate clypeorum testudinem Romani pilis nequicquam emissis cum strinxissent gladios: neque congregari propius, neque præcidere hastas poterant: & si quæ incidissent aut præfregissent, hostile fragmento ipso acuto inter spicula integrarum hastarum uelut uallum explebat. ad hoc & muri pars adhuc integra utraq; tuta præstabat latera: nec ex longo spatio aut cedendum, aut impetus faciendus erat: quæ res turbare ordines solet. accessit etiam fortuita res ad animos eorum firmandos. nam cum turris per aggerem parum densati soli ageretur, rota una in altiore orbitam depressa ita turrim inclinauit, ut speciem ruentis hostibus, trepidationemq; insanam superstantibus armatis præbuerit. Cum parum quicquam succederet: consul minime æquo animo comparationem militum generis armorumq; fieri patiebatur: simul nec maturam expugnandi spem, nec rationem procul à mari, & in euastatis belli cladibus locis hybernandi ullam cernebat. itaq; relicta obsidione, quia nullus in tota Acarnaniæ atq; Ætolia ora portus erat, qui simul & omnes onerarias, quæ cōmeatum exercitui portabant, caperet: & tecta ad hybernandum legionibus præberet: Anticyra in Phocide in Corinthiū uersa sinum ad id opportunissime sita uisa: quia nec procul Thessalia, hostiumq; locis abibant: & ex aduerso Peloponnesum exiguo maris spatio diuisam, ab tergo Aetoliâ Acarnaniamq;, ab lateribus Locridem ac Bœotiâ habebant. Phocidis primo impetu Phanoteam sine certamine cepit. Anticyra haud multum in oppugnando præbuit moræ. Ambrysus inde, Hyampolisq; receptæ. Daulis, quia in tumulo excelso sita est: nec scalis, nec operibus capi poterat. laessendo missilibus eos, qui in præsidio erant, cum ad excursions elucissent: refugiendo inuicem, insequendoq;, & leuibus sine effectu certaminibus, eò negligentiæ & cōtemptus adduxerunt, ut cū refugietibus in portam permissi impetum Romani facerent. & alia ignobilia castella Phocidis terrore magis, q; armis in potestatem

testatem uenerunt. Elatia clausit portas: nec, nisi ui cogerentur, recepturi mœnibus uidebatur aut ducem, aut exercitū Romanum. Elatiam obsidentē consuli rei maioris spes affulsit, Achæorum gentem ab societate regia ad Romanam amicitiam auertendi. Cycliadam principem factionis ad Philippum trahentiū res, expulerant. Aristhenus, qui Romanis gentem iungi uolebat, prætor erat. Classis Romana cum Attalo & Rhodijs Cenchreis stabat, parabantq; communi omnes consilio Corinthū oppugnare. Optimum igitur ratus est, priusquā eam rem aggrederent, legatos ad gentem Achæorū mitti, pollicentes: si ab rege ad Romanos defecissent, Corinthū ijs contributuros in antiquum gentis concilium. Autore consule legati à fratre eius L. Quintio, & Attalo, & Rhodijs, & Atheniensibus ad Achæos missi. Sicyone datum ijs est conciliū. Erat autem non admodum simplex habitus animorū inter Achæos. terrebat eos Lacedæmonius, grauis & assiduus hostis, horrebant Romana arma: Macedonum beneficijs & uereribus & recentibus obligati erant: regem ipsū suspectum habebant: pro eius crudelitate perfidiaq; ex ijs, quæ tum ad tempus faceret: æstimantes, grauiorem post bellum dominum futurum cernebant: neq; solum quid in senatu quisq; ciuitatis suæ, aut in communibus concilijs gentis pro sententia dicerent, ignorabāt: sed ne ipsis quidem secum cogitantibus, quid uellent, aut quid optarent, satis constabat. Ad homines ita incertos introductis legatis potestas dicendi facta est. Romanus primū legatus L. Calpurnius, deinde Attali regis legati, post eos Rhodij differuerunt. Philippi deinde legatis dicendi potestas facta est. postremi Atheniēses, ut refellerent Macedonum dicta, auditi sunt. ij ferè atrocissime in regem, quia nulli nec plura, nec tam acerba passi erant, inuecti sunt. Et illa quidem concio sub occasum solis, tot legatorum perpetuis orationibus die absumpto, dimissa est. Postero die aduocatur cōcilium. ubi cum per præconem, sicut Græcis mos est, suadendi, si quis uellet, potestas à magistratibus facta esset: nec quisquam prodiret: diu silentium aliorum alios intuentium fuit. neq; mirum, si, quibus sua sponte uoluantibus res inter se pugnātes obtorpuerant quodammodo animi: eos orationes quoq; insuper turbauerant, utrinq; quæ difficilia essent, promendo, admonendoq; per totum diem habitæ. Tandem Aristhenus prætor Achæorum, ne tacitum cōcilium dimitteret. Vbi, inquit, illa certamina animorum Achæi sunt, quibus in conuiujs, & circulis, cum de Philippo, & Romanis mentio incidit: uix manibus temperatis? nunc in concilio ad eam rem unam indicto, cum legatorū utrinque uerba audieritis, cum referant magistratus, cum præco ad suadendum uocet, obmutuistis. si non cura communis salutis, ne studia quidem, quæ in hanc aut illam partem animos uestros inclinarunt, uocem cuiquam possunt exprimere? cum præsertim nemo tam hebes sit, qui ignorare possit, dicendi ac suadendi quod quisque aut uelit, aut optimum putet, nūc occasionem esse, priusquam quicquam decernamus: ubi semel decretum erit, omnibus id, etiam quibus ante displicuerit: pro bono atq; utili fœdere defendendum. Hæc adhortatio prætoris non modo quenquam unum elicuit ad suadendum: sed ne fremitum quidem, aut murmur concionis tantæ, ex tot populis cōgregate, mouit. Tum Aristhenus prætor rursus. Non magis consilium uobis principes Achæorum deest, quàm lingua. sed suo quisque periculo in commune consultum non uult. forsitan ego quoq; tacerem, si priuatus essem. nunc prætor uideo aut non dandum concilium legatis fuisse: aut inde sine responso eos dimitteudos non esse. respondere autē nisi ex uestro decreto qui possum? & quādo nemo uestrum, qui in hoc concilium aduocati estis: pro sententia quicquam dicere uult, aut audet: orationes legatorum hesterni die dictas pro sententijs percenseamus: perinde ac non postulauerint quæ e re sua essent: sed suaserint quæ nobis cēserent utilia esse. Romani Rhodijq; & Attalus societatem amicitiamq; nostrā petunt: & in bello quod aduersus Philippum gerunt, se à nobis adiuuari æquum censent. Philippus societatis secum admonet, & iurisiurandi: & modo postulat ut secum stemus: modo ne intersimus armis, contentum ait se esse. Nulli ne uenit in mentem: cur qui nondum socij sunt, plus petunt, quàm socius? Non fit hoc neque modestia Philippi, neq; impudentia Romanorū. Achæi portus & dant fiduciam postulantibus, & demunt. Philippi præter legatum uidemus nihil. Romana classis ad Cenchreas stat, urbium Eubœæ spolia præ se ferens: consulem, legionesq; eius exiguo maris spatio disiunctas Phocidem ac Locridem

eadem peruagantes uidemus. Miramini cur diffidenter Cleomedon legatus Philippi, ut pro rege arma caperemus aduersus Romanos, modo egerit. qui si ex eodem foedere ac iureiurando, cuius nobis religionem iniiciebat: rogemus eum, ut nos Philippus & ab Nabide ac Lacedæmonijs, & ab Romanis defendat: non modo præsidium, quo nos tueatur, sed ne quid respondeat quidem nobis, sit inuenturus: non Hercle magis, quàm ipse Philippus priore anno: qui pollicendo se aduersus Nabidem bellum gesturum, cum tentasset nostram iuuentutem hinc in Eubœam extrahere, posteaquam nos neque decernere id sibi præsidium, neque uelle illigari Romano bello uidit, oblitus societatis eius quam nunc iactat, uastandos depopulandosq; Nabidi ac Lacedæmonijs reliquit. Ac mihi quidem minime conueniens inter se oratio Cleomedontis uisa est. Eleuabat Romanum bellum, euentumq; eius eundem fore, qui prioris belli, quod cum Philippo gesserint, dicebat. Cur igitur nostrum ille auxilium absens petit potius, quàm præsens nos ueteres socios simul ab Nabide ac Romanis tueatur? nos dico? quid ita passus est Eretriam, Carystumq; capi? quid ita tot Thessaliæ urbes? quid ita Locridem, Phocidemq;? quid ita nunc Elatiam oppugnari patitur? cur excessit faucibus Epiri, claustrisq; illis inexpugnabilibus super Aoum amnem aut ui, aut metu, aut uoluntate? relictoq; quem insidebat, saltu, penitus in regnum abiit: si sua uoluntate tot socios reliquit hostibus diripiendos: quid recusare potest quin & focj sibi consulant? si metu, nobis quoque ignoscant timentibus. si uictus armis cessit, Achæi nos arma Romana sustinebimus Cleomedone: quæ uos Macedones non sustinuisistis? An tibi potius credamus: Romanos non maioribus copijs, nec uiribus nunc bellum gerere, quàm antea gesserint: potius quàm res ipsas intueamur? Actolos tum classe adiuuerunt. nec duce consulari, nec exercitu bellum gesserunt. sociorū Philippi maritimæ urbes in terrore ac tumultu erant. mediterranea adeo tuta ab Romanis armis fuerunt, ut Philippus Actolos nequicquam opem Romanorum implorantes depopularetur. nunc autem defuncti bello punico Romani, quod per sexdecim annos uelut intra uiscera Italiae tolerauerunt: non præsidium Actolis bellantibus miserunt, sed ipsi duces belli arma terra marisq; simul Macedoniae intulerunt. tertius iam consul summa ui gerit bellum. Sulpicius in ipsa Macedonia congressus fudit fugauitq; regem, partem opulentissimam regni eius depopulatus. nunc Quintius tenentem claustra Epiri, natura loci, munimentis, exercituq; fretum castris exiit: fugientem in Thessaliam persecutus, præsidia regia, fociasq; eius urbes propè in conspectu regis ipsius expugnauit. Ne sint uera quæ Athenienses modo legati de crudelitate, auaritia, & libidine regis dixerunt: nihil ad nos pertineant quæ in terra Antica scelerata in superos inferosq; deos sint admitta: multo minus, quàm quæ Elæuntij, Abydeniq;, qui procul à nobis absunt, passi sunt: nostrorum ipsi uulnerum, si uultis, obliuiscamur: cædes, direptionesq; bonorum Messenæ in media Peloponneso factas, & hospitem Cyparissia Garitenem contra ius omne ac fas inter epulas propè ipsas occisum, & Aratum patrem filiumq; Sicyonios, cum senem infelicem parentem etiam appellare solitus esset, interfectos: filij etiam uxorem libidinis causa in Macedonia asportatam: cætera supra uirginum, matronarumq; obliuioni dentur. ne sint cum Philippo res, cuius crudelitatis metu obmutuistis omnes: (nam quæ alia tacendi aduocatis in concilium causa est?) cum Antigono mitissimo, ac iustissimo rege, & de nobis omnibus optime merito existimemus disceptionem esse: num id postulare facere nos, quod tum fieri nõ posset? Peninſula est Peloponnesus angustis Isthmi faucibus continenti adhærens, nulli apertior atq; opportunior quàm nauali bello. si centum tredecim naues & quinquaginta leuiores aperte, & triginta Iſſaici lembi maritimam oram uastare, et expositas propè in ipsis litoribus urbes coeperint oppugnare, in mediterraneas scilicet nos urbes recipiemus: tanquàm non intestino, & hærente in ipsis uisceribus uramur bello: cum terra Nabidis, & Lacedæmonij, mari Romana classis urgebunt: unde regiam societatem, & præsidia Macedonum implorem: an ipsi nostris armis ab hoste Romano tutabimur urbes, quæ oppugnabunt? egregie enim Dymas priore bello sumus tutati. Satis exemplorū nobis alienæ clades præbent, ne quæramus quæadmodum cæteris ex cæplo simus. nolite, quia ultro Romani petunt amicitiam, id quod optandum uobis ac summa ope petendum erat, fastidire. metu enim uidelicet compulsi in aliena terra,

quia

quia sub umbra auxiliij uestri latere uolunt, in societatem uestram confugiunt, ut portibus uestris recipiantur, ut cōmeatibus utantur. Mare in potestate habent: terras quascunq; adeunt, extemplo ditionis suæ faciunt. quod rogant, cogere possunt. quia pepercisse uolunt, cōmittere uos cur pereatis, non patiuntur. Nam quod Cleomedon modo tanquam mediam, & tutissimam uobis uiam consilij, ut quiesceretis, abstineretisq; armis, ostendebat, ea non media, sed nulla uia est. etenim præterquam quod aut accipienda, aut aspernanda uobis Romana societas est: quid aliud quam nusquam gratia stabili, uelut qui euentum expectauerimus, ut fortunæ applicaremus nostra consilia: præda uictoris erimus? Nolite, si quod omnibus uotis petendum erat, ultro offertur, fastidire. non quemadmodum hodie utrunq; uobis licet, sic semper liciturū est. nec sæpe, nec diu eadem occasio erit. Liberare uos à Philippo iam diu magis uotis, quam armis audetis. sine uestro labore & periculo qui uos in libertatem uindicarent, cum magnis classibus exercitibusq; mare traiecerunt. hos si socios aspernamini, uix sanæ mentis estis. sed aut socios, aut hostes habeatis oportet. Secundū orationem prætoris murmur ortum aliorum cum assensu, aliorum inclementer assentientes increpantiū: & iam nō singuli tantum, sed populi uniuersū inter se altercabantur: tum inter magistratus gentis (Damiurgos uocant: decem numero creantur) certamen nihilo segnus, quam inter multitudinem esse. quinq; relaturos se de societate Romana aiebant: suffragiumq; duros. quinq; lege cautum testabantur: nequid, quod aduersus Philippi societatem esset, aut referre magistratibus, aut decernere concilio ius esset. Hic quoq; dies iurgij est consumptus. Supererat unus iusti concilij dies: (tertio enim lex iubebat decretū fieri) in quē adeo exarsere studia, ut uix parentes à liberis temperauerint. Rhisiasus Pellenēsis erat, filium Damiurgum, nomine Memnonem habebat, partis eius, quæ decretum recitari, perrogariq; sententias prohibebat. is diu obtestatus filium, ut consuleret Achæos cōmuni saluti pateretur: neu pertinacia sua gentem uniuersam perditū irer: posteaquam parum proficiebāt preces: iuratus se eum sua manu interempturū: nec pro filio, sed pro hoste habiturum, minis peruicit, ut postero die coniungeret ijs se, qui referebant. qui cum plures facti referrent: omnibus ferè populis haud dubie approbantibus relationem, ac præ se ferentibus quid decreturi essent: Dymæi, ac Megalopolitani, & quidam Argiuorū, prius quam decretum fieret, consurrexerunt, ac reliquerunt concilium: neq; mirante ullo, neq; improbante. nam Megalopolitanos auorum memoria pulsos ab Lacedæmonijs restituerat in patriam Antigonus. & Dymæis captis nuper, direptisq; ab exercitu Romano, cum redimi eos, ubicunque seruirent, Philippus iussisset: non libertatem modo, sed etiam patriam reddiderat. iam Argiui præterquam quod Macedonum reges ab se oriundos credunt, priuatis etiam hospitij, familiarisq; amicitia pleriq; illigati Philippo erant. ob hæc concilio, quod inclinauerat ad Romanam societatem ineundā, excefferunt. ueniaq; ijs huius secessionis fuit, & magnis & recentibus obligatis beneficijs. Ceteri populi Achæorum, cum sententiæ perrogarentur: societatem cum Attalo ac Rhodij præsentī decreto confirmarunt. cum Romanis, quia iniussu populi non poterat rata esse: in id tempus, quo Romam mitti legati possent, dilata est. in præsentia tres legatos ad L. Quintium mitti placuit, & exercitū omnem Achæorum ad Corinthum admoueri, captis Cencreis, iam urbem ipsam Quintio oppugnante. Et ij quidem è regione portæ, quæ fert Sicyonem, posuerunt castra. Romani ad Cencreas uersam partem urbis, Attalus traducto per Isthmum exercitu, ab Lechæo alterius maris portu, oppugnabant primo segnus, sperantes seditionem intus fore inter oppidanos, ac regium præsidium. posteaquā uno animo omnes, & Macedones tanquam cōmunem patriam tuebant: & Corinthij ducem præsidij Androsthenum haud secus, quam ciuem, & suffragio creatum suo, imperio iusto patiebantur: omnis inde spes pugnantibus in ui, & armis, & operibus erat: undiq; aggeres haud facili aditu ad mœnia admouebantur. Aries ex ea parte, quam Romani oppugnabant: aliquantum muri diruerat. in quem locum, quia nudatus munimento erat, protegendum armis cum Macedones concurrissent: atrox prælium inter eos ac Romanos ortum est. ac primo multitudine facile expellebantur Romani, assumptis deinde Achæorum, Attalicq; auxilijs, æquabant certamen: nec dubium erat, quin Macedonas Græcosq; facile loco pulsuri fuerint. Transfugarū Italicorum

magna

magna multitudo erat: pars ex Annibalis exercitu metu pœnæ à Romanis Philippum secuti: pars nauales socij relictis nuper classibus ad spem honoratioris militiæ transfressi. hos desperata salus, si Romani uicissent, ad rabiem magis, quàm audaciam accendebat. Promontorium est aduersus Sicyonem Iunonis, quam uocant Acræam, in altum excurrens: traiectus inde Corinthum, septem millia fermè passuum. eò Philocles regius & ipse præfectus, mille & quingentos milites per Bœotiam duxit. præsto fuere à Corintho lembi, qui præsidium id acceptum Lechæum traicerent. Auctor erat Attalus incensis operibus omittendæ extemplo oppugnationis. pertinacius Quintius in incepto perstabat. is quoq;, ut pro omnibus portis disposita uidit præsidia regia: nec facile erumpentium impetus sustineri posse: in Attali sententiam concessit. ita irritò incepto, dimissis Achæis, reditum ad naues est. Attalus Piræum, Romani Corcyram petierunt. Dum hæc à nauali exercitu geruntur: cōs. in Phocide ad Elatiam castris positus, primo colloquijs rem per principes Elatiensium tentauit. posteaquam nihil esse in manu sua, & plures ualidioresq; esse regios, quàm oppidanos respondebatur: tum simul ab omni parte operibus armisq; urbem est aggressus. Ariete admoto quantum inter turres muri erat prorutum cum ingenti fragore ac strepitu nudasset urbem: simul & cohors Romana per apertum recenti strage iter inuasit: & ex omnibus oppidi partibus, relictis suis quisq; stationibus, in eum, qui premebatur impetu hostium, locum concurrerunt. Eodem tempore Romani & ruinas muri superuadebant: & scalas ad stantia mœnia inferebant. & dum in unam partem oculos animosq; hostium certamen auerterat: pluribus locis scalis capitur murus, armatisq; in urbem transcenderunt. quo tumultu audito territi hostes, relicto, quem confecti tuebantur, loco, in arcem omnes metu, inermi quoq; sequente turba, cōfugerunt. ita urbe potitur cōs. qua direpta, missis in arcem, qui uitam regijs, si abire uellent inermes: libertatem Elaticnsibus pollicerentur: fideq; in hæc data, post paucos dies arcem recipit. Cæterum aduentu in Achaiam Philoclis regij præfecti non Corinthus tantum liberata obsidione: sed Argiuorum quoq; ciuitas per quosdam principes Philocli prodita est, tentatis prius animis plebis. Mos erat, comitiorum die primo uelut omnis causa prætores pronuntiare Iouem Apollinemq; & Herculem. additum legi erat, ut ijs Philippus rex adijceretur. cuius nomen post pactam cum Romanis societate quia præco non adiecit, fremitus primo multitudinis ortus, deinde clamor subijcientium Philippi nomen, iubentiumq; legitimum honorem usurpare: donec cum ingenti assensu nomen recitatum est. Huius fiducia fauoris Philocles accersitus nocte occupat collem imminentem urbi: (Latissam eam arcem uocant) positoq; ibi præsidio, cum lucis principio signis infestis ad subiectum arci forum uaderet: instructa acies ex aduerso occurrit. præsidium erat Achæorum nuper impositum, quingenti ferè iuuenes delecti omnium ciuitatum. Ænesidemus Dymæus præerat. Adhortator à præfecto regio missus, qui excedere urbe iuberet: (neq; enim pares eos oppidanis solis, qui idem quod Macedones sentirent, nedum adiunctis Macedonibus esse: quos ne Romani quidē ad Corinthum sustinuissent) primo nihil nec ducem, nec ipsos mouit. post paulo ut Argiuos quoq; armatos ex parte altera uenientes magno agmine uiderunt: certam perniciem cernentes, omnē tamen casum, si pertinacior dux fuisset: uidebantur subituri. Ænesidemus, ne flos Achæorum iuuentutis simul cum urbe amitteretur: pactus cum Philocle ut abire illis liceret, ipse quo loco steterat, armatus cum paucis clientibus non excessit. missus à Philocle, qui quæreret, quid sibi uellet: nihil fatus, tantūmodo cum proiecto præ se dypeo staret: in præsidio credite urbis moriturum se armatū respondit. tum iussu præfecti à Thracibus coniecta tela, interfectiq; omnes. Et post pactam inter Achæos & Romanos societatem duæ nobilissimæ ciuitates, Argi & Corinthus, in potestate regis erant.

Hæc ab Romanis ea æstate in Græcia terra marisq; gesta. In Gallia nihil sanè memorabile ab Sex. Ælio cōs. gestum. cum duos exercitus in prouincia habuisset: unum retentum, quem dimitti oportebat: cui L. Cornelius procos. præfuerat (ipse ei C. Aelium prætorem præfecit) alterum, quem in prouinciam adduxit: totum propè annum Cremonensibus Placentinisq; cogendis redire in colonias, unde belli casibus dissipati erant, consumpsit. Quemadmodum Gallia præter spem quieta eo anno fuit: ita circa urbem seruilis propè tumultus exci-

d d d tatus est

tatus est. Obsides Carthaginensium Setiæ custodiebantur: cum ijs, ut principum liberis, magna uis seruorum erat. augebant eorum numerum, ut ab recenti Africo bello, & ab ipsis Setinis captiua aliquot nationis eius ex præda empta mancipia. Cum coniuratione fecissent: missis ex eo numero, qui in Setino agro, deinde circa Norbam, & Circeios seruitia sollicitarent: satis iam omnibus preparatis, ludis, qui Setiæ propediem futuri erant: spectaculo intentum populum aggredi statuerant. Setia per eadem & repentinum tumultum capta, Norbam & Circeios occupare. Huius rei tam fœdæ indicium Romam ad L. Cornelium Lentulum prætorem urb. delatum est. Serui duo ante lucem ad eum uenerunt, atq; ordine omnia, quæ acta, futuraq; erant, exposuerunt. quibus domi custodiri iussis, prætor senatu uocato, edoctoq; quæ indices afferrent, proficisci ad eam coniurationem quærendam atq; opprimendam iussus. cum quinque legatis profectus, obuios in agris sacramento rogatos arma capere, & sequi cogebat. Hoc tumultuario delectu duobus millibus ferme hominum armatis, Setiam, omnibus quod pergeret ignaris, uenit. ibi raptim principibus coniurationis comprehensis, fuga seruorum ex oppido facta est. dimissi deinde per agros, qui uestigarent. Egregia duorum opera seruorum indicum, & unius liberi fuit. ei centum millia grauis æris dari patres iusserunt: seruis uicena quina millia æris, & libertatem. pretium eorum ex ærario solutum est dominis. Haud ita multo post ex eiusdem coniurationis reliquijs nuntiatum est seruitia Præneste occupatura. Eò L. Cornelius prætor profectus de quingentis ferè hominibus, qui in ea noxa erant, supplicium sumpsit. In timore ciuitas fuit, obsides captiuosq; Pœnorum ea moliri. itaq; & Romæ uigiliæ per uicos seruata: iussiq; circumire eas minores magistratus: & triumuirum carceris latomiarum intentiorem custodiam habere iussi. & circa nomen Latinum à prætore literæ missæ: ut & obsides in priuato seruantur, neq; in publicum prodeundi facultas daretur: & captiui ne minus decem pondo compedibus uincti in nulla alia, quam in carceris publici custodia essent. Eodem anno legati ab rege Attalo coronam auream c c x l v i pondo in Capitolio posuerunt: gratiasq; senatui egerunt: quod Antiochus legatorum Romanorum autoritate motus finibus Attali exercitum deduxisset. Eadem æstate equites duceti, & elephantum decem, & tritici modium c c millia ab rege Masanissa ad exercitum, qui in Græcia erat, peruenierunt. Item ex Sicilia Sardiniaq; magni commeatus, & uestimenta exercitui missa. Siciliam M. Marcellus, Sardiniam M. Porcius Cato obtinebat, sanctus & innocens, asperior tamen in scœnore coercendo habitus. fugatiq; ex insula fœneratores, & sumptus, quos in cultum prætorum scœni facere soliti erant, circumcisi, aut sublati. Sex. Aelius cos. ex Gallia comitorum causa Romam cum redisset, creauit c o s s. Cn. Cornelium Cethegum, & Q. Minucium Rufum. Biduo post prætorum comitia habita. Sex prætores illo anno primum creati: crescentibus iam prouincijs, & latius patefcente imperio. creati autem hi: L. Manlius Volso, Cn. Sempronius Tuditanus, M. Sergius Silus, M. Heluius, M. Minucius Rufus, L. Acilius. Sempronius, & Heluius ex ijs ædiles plebis erant. ædiles curules Q. Minucius Thermus, & T. Sempronius Longus. Ludi Romani eo anno quater instaurati. Cn. Cornelio, & Q. Minucio c o s s. omnium primum de prouincijs consulum prætorumq; actum. prius de prætoribus transacta res, quæ transigi forte poterat. urbana Sergio, peregrina iurisdictio Minucio obtigit. Sardiniam Acilius, Siciliam Manlius, Hispaniam Sempronius citeriorem, Heluius ulteriorem est sortitus. Consulibus Italiam Macedoniamq; sortiri parantibus L. Oppius, & Q. Fuluius Tr. pl. impedimento erant: quod longinqua prouincia Macedonia esset: neq; ulla alia res maius bello impedimentum ad eam diem fuisset, quam quod uixdum inchoatis rebus in ipso conatu gerendi belli prior c o s s. reuocaretur. Quartum iam annum esse ab decreto Macedonico bello. querendo regem, & exercitum eius, Sulpicium maiorem partem anni absumpsisse. Villium congregentem cum hoste re infecta reuocatum. Quintium rebus diuinis Romæ maiorem partem anni retentum, ita gessisse tamen res: ut si aut maturius in prouinciam uenisset, aut hyems magis serua fuisset, potuerit debellare. nunc propè in hyberna profectum ita comparare dici bellum, ut nisi successor impediatur, profecturus estate proxima uideatur. His orationibus peruicerunt: ut cōsules in senatus autoritate fore dicerent se, si idem tribuni facerent. Permittentibus utrisq; liberam

liberam consultationē, patres consulibus ambobus Italiā prouinciā decreuerunt: T. Quintio prorogarunt imperium: donec successor ei uenisset. Consulibus binæ legiones decretæ: & ut bellum cum Gallis cisalpinis, qui defecissent à populo Romano, gererent. Quintio in Macedoniam supplementum decretum peditum quinq; millia, & ccc equites, & sociorum naualium tria millia. Præesse idem, qui præerat, classi L. Quintius Flamininus iussus. Prætoribus in Hispanias octona millia peditum sociū ac Latini nominis data: & quadringeni equites, ut dimitterent ueterem ex Hispanijs militem. & terminare iussi: quā ulterior citeriōrue prouincia seruarietur. Macedoniae legatos P. Sulpiciū, & P. Villium, qui coss. in ea prouincia fuerant, adiecerunt. Prius quā coss. prætoresq; in prouincias proficiscerentur, prodigia procurari placuit: quod ædes Vulcani Summaniꝫ Romæ, quod & Fregellis murus, & porta de cælo tacta erant: & Frusinone inter noctem lux orta: & Asculo agnus biceps cum quinq; pedibus natus: & Formijs duo lupi oppidum ingressi obuios aliquot lanauerant: Romæ nō in urbem solum, sed in Capitolium penetrauerat lupus. C. Acilius Tr. pl. tulit, ut quinq; coloniæ in oram maritimam deducerentur: duæ ad ostia fluminum Vulturni Literniꝫ: una Puteolos, una ad castrum Salerni. his Buxentum adiectū. tricenæ familiæ in singulas colonias iubebantur mitti. triumuirī deducendis ijs, qui per triennium magistratum haberent, creati: M. Seruilius Geminus, Q. Minucius Thermus, T. Sempronius Longus. Delectu rebusq; alijs diuinis humanisq; quæ per ipsos agenda erant, perfectis, coss. ambo in Galliam profecti. Cornelius recta ad Insubres uia, qui tum in armis erant, Cenomanis assumptis: Q. Minucius in læua Italiæ ad inferum mare flexit iter: Genuamq; exercitu abducto, ab Liguribus ortus est bellum. Oppida Clastidium & Litubium, utraq; Ligurum, & duę gentis eiusdem ciuitates, Celelates, Cerdiciatesq; sese dediderunt. Et iam omnia cis Padum, præter Gallorum Boios, Iluates Ligurum, sub ditione erant. quindecim oppida, hominum uiginti millia esse dicebantur, quæ se dediderant. inde in agrum Boiorum legiones duxit. Boiorum exercitus haud ita multo ante traiecerat Padum, iunxeratq; se Insubribus & Cenomanis: quod ita acceperant, coniunctis legionibus coss. rem gesturos, ut & ipsi collatas in unum uires firmarent. posteaquam fama accidit: alterum coss. Boiorum urere agros: seditio extemplo orta est. postulare Boij, ut laborantibus opem uniuersi ferrent. Insubres negare se sua deserturos. ita diuisæ copię, Boijsq; in agrum suum tutandum profectis, Insubres cum Cenomanis super amnis Mincij ripas confederunt. Infra eum locum quinq; millia passuum & coss. Cornelius eidem flumini castra applicuit. inde mittendo in uicos Cenomanorum Brixiamq; quę caput gentis erat, ut satis comperit, non ex autoritate seniorum iuuentutem in armis esse: nec publico cōsilio Insubrium defectioni Cenomanos se adiunxisse: excitis ad se principibus, id agere ac moliri cœpit, ut desciscerēt ab Insubribus Cenomani, & signis sublati aut domos redirēt aut ad Romanos transirent. & id quidem impetrari nequijt. in id data fides coss. est, ut in acie aut quiescerent, aut si qua etiam occasio fuisset, adiuuarent Romanos. Hæc ita conuenisse Insubres ignorabant: supererat tamen quædam suspicio animis, labare fidem sociorum. itaq; cum in aciem eduxissent, neutrum ijs cornu committere ausi, ne si dolo cessissent, rem totā inclinarent: post signa in subsidij eos locauerunt. coss. principio pugnæ uouit ædem Sospitæ Iunoni, si eo die hostes fusi fugatiq; essent: à militibus clamor sublatus, compotem uoti coss. se facturos, & impetus in hostes est factus. non tulerunt Insubres primum concursum. Quidam & à Cenomanis terga repente in ipso certamine aggressis tumultum ancipitem iniectum autores sunt: cæsaq; in medio v & xxx millia hostium, quinq; millia & dcc uiuos captos: in ijs Amilcarem Pœnorum imperatorem, qui belli causa fuisset: signa militaria cxxx: & carpenta supra cc. Oppida, quæ defectionem secuta erant: dediderunt se Romanis. Minucius coss. primo effusis populationibus peragrauerat fines Boiorum: deinde ut relictis Insubribus ad sua tuenda receperant sese, castris se tenuit, acie dimicandum cum hoste ratus. Nec Boij detestarentur pugnam: ni fama uictos Insubres allata animos fregisset. itaq; relicto duce castrisq; dissipati per uicos, sua ut quisq; defenderent, rationem gerendi belli hosti mutarunt. omnia enim spe per unam dimicationē rei decernendæ, rursus populari agros, & urere tecta, uicosq;

ddd 2 expu

expugnare cœpit. Per eosdem dies Clastidium incensum. inde in Ligustinos Iluates, qui soli non parebāt: legiones ductæ. Ea quoq; gens, ut Insubres acie uictos, Boios, ita ut tentare spem certaminis non auderent, territos audiuit: in deditioem uenit. Literæ consulum à Gallia de gestis prospere sub idem tempus Romam allatæ. M. Sergius Pr. urb. in senatu eas, deinde ex autoritate patrum ad populum recitauit. supplicatio in quatrimum decreta. Hyems iam eo tempore erat. Cum T. Quintius capta Elatia, in Phocide ac Locride hyberna disposita haberet: Opunte seditio orta est. Factio una Aetolos, qui propiores erant: altera Romanos accersebat. Aetoli priores uenerunt. sed opulentior factio exclusis Aetolis, missocq; ad imperatorem Romanum nuntio, usq; ad aduentum eius tenuit urbem. arcem regium tenebat præsidium: neq; ut discederent inde, aut Opuntiorum minis, aut autoritate imperantis eos. Romani percelli potuerunt. Mora cur non extemplo oppugnarentur, ea fuit: quod caduceator ab rege uenerat, locum ac tempus petens colloquio. id grauate concessum regi est. non quin cuperet Quintius per se partim armis, partim conditionibus confectum uideri bellum. necdum enim sciebat, utrū successor sibi alter ex nouis consulibus mitteretur: an, quod summa uis ut tenderent, amicis & propinquis mandauerat, imperium prorogaretur. aptum autem fore colloquium credebat, ut sibi liberum esset, uel ad bellum manenti, uel ad pacem decedenti rem inclinare. In sinu Maliaco propè Niccam littus elegere. eò rex ab Demetriade cum quinque lembis, & una naue rostrata uenit. Erant cum eo principes Macedonum, & Achæorum exul uir insignis Cyliadas. Cum imperatore Romano rex Aminander erat, & Dionysodorus Aetoli legatus, & Agesimbrotus præfectus Rhodiæ classis, & Phaneas princeps Aetolorum, & Achæi duo, Aristhenus & Xenophon. Inter hos Romanus ad extremum littus progressus, cum rex in proram nauis in anchoris stantis processisset: commodius, inquit, si in terram egrediaris, ex propinquo dicamus inuicem, audiamusq;. Cum rex facturum se id negaret: quem tandem, inquit Quintius, times? Ad hoc ille superbo & regio animo. Neminem equidem timeo, præter deos immortales, non omnium autem credo fidei, quos circa te uideo, atq; omnium minime Aetolis. Istud quidem, ait Romanus, par omnibus periculum est, qui cum hoste ad colloquium congregiuntur: ut nulla fides sit. Non tamen, inquit rex, T. Quinti par perfidiæ præmium est, si fraude agatur, Philippus & Phaneas. neq; enim æque difficulter Aetoli prætorem alium, ac Macedones regem in meum locum substituant. Secundum hæc silentium fuit. Cum Romanus cum æquum censeret priorem dicere, qui petisset colloquium: rex, eius esse priorem orationem, qui daret pacis leges, non qui acciperet: tum Romanus. simplicem suam orationem esse. ea enim se dicturū, quæ ni fiant, nulla sit pacis conditio. Deducenda ex omnibus Græciæ ciuitatibus regi præsidia esse. captiuos & transfugas socijs populi Romani reddendos, restituenda Romanis ea Illyrici loca, quæ post pacem in Epiro factam occupasset. Ptolemæo regi Aegypti reddendas urbes, quas post Philopatoris Ptolemæi mortem occupasset. Suas populicq; Romani condiciones has esse: cæterum & sociorum audiri postulata uerū esse. Aetoli regis legatus naues captiuosq;, quæ ad Chium nauali prælio capta essent, & Nicephorium, Venerisq; templum, quæ spoliasset euastassetq;, pro incorruptis restitui: Rhodij Peræam (regio est continentis aduersus insulam, uetustæ eorum ditionis) repetebant: postulabantq; præsidia deduci ab Iasso, & Bargyllis, & Euromensium urbe, & in Helleponto Sesto atque Abydo, & Panopolin Byzantijs in antiqui formulam iuris restitui, & liberati omnia Asiæ emporia portusq;. Achæi Corinthum & Argos repetebant. Prætor Aetolorum Phaneas cum eadem ferè quæ Romani, ut Græcia decederetur, postulasset: reddereturq; Aetolis urbes, quæ quondam iuris aut ditionis eorū fuissent: excepit orationem eius princeps Aetolorum Alexander, uir (ut inter Aetolos) facundus. Iamdudum se reticere, ait: non quo quicquam agi putet eo colloquio, sed ne quem sociorum dicentem interpellat. Neq; de pace cum fide Philippum agere, neq; bella uera uirtute unquam gessisse. in colloquijs insidiari & captare: in bello non congregi æquo campo, neq; collatis signis dimicare: sed refugientem incendere ac diripere urbes, & uincientium præmia uictum corrumpere. At non antiquos Macedonum reges: sed acie bellare solitos: urbibus parcere, quantum possent, quo opulentius imperium

imperium habrent. Nam de quorum possessione dimicetur tollentem, nihil sibi præter bellum relinquere, quod consilium esse? Plures priore anno sociorum urbes in Thessalia euastasse Philippum: quàm omnes qui unquam hostes Thessaliæ fuerint. ipsis quoq; Ætolis cum plura socium, quàm hostem ademisse. Lyfimachiam pulso Prætorè & præsidio Ætolorum occupasse cum. Chium item suæ ditionis urbem funditus euertisse, ac deleisse. eadem fraude habere cum Thebas Phthias, Echinum, Larissam & Pharsalum. Motus oratione Alexandri Philippus nauem, ut exaudiretur, propius terram applicuit. Orsum eum dicere in Ætolos maxime uiolenter, Phaneas interfatus, non in uerbis rem uerti, ait. aut bello uincendum, aut melioribus parendum esse. Apparet id quidem, inquit Philippus, etiam cæco: iocatus in ualitudinem oculorum Phaneæ. & erat dicacior natura, quàm regem decet: & ne inter feria quidem risu satis temperans. Indignari inde cœpit: Ætolos, tanquam Romanos decedi Græcia iubere: qui, quibus finibus Græcia sit, dicere non possint. ipsius enim Ætoliæ Agræos Apodeotasq; & Amphilochos, quæ permagna eorum pars sit, Græciam non esse. An quod à socijs eorum non abstinuerim, iustam querelam habent? cum ipsi pro lege hunc morè antiquitus seruent: ut aduersus socios ipsi suos publica tantum autoritate dempta iuuentutem suam militare sinant: & contrariæ per sepe acies in utraq; parte ætolica auxilia habeant? Neq; ego Chium expugnaui: sed Prusiam socium & amicum oppugnantem adiuui: & Lyfimachiam ab Thracibus uindicaui. sed quia me necessitas ad hoc bellum à custodia eius auertit, Thraces habent.

Et Ætolis hæc. Attalo autem Rhodijsq; nihil iure debeo. non enim à me, sed ab illis principium belli ortum est. Romanorum autem honoris causa Peræam Rhodjs, & naues Attalo cum captiuis, qui comparcebunt, restituiam. nam quod ad Nicephorium Venerisq; templi restitutionem attinet: quid ea restitui postulantibus respondeam? nisi quo uno modo luci syluæq; cæsæ restitui possunt, curam impensamq; sationis me præstaturum: quoniam hæc inter se reges postulare & respondere placet. Extrema eius oratio aduersus Achæos fuit: in qua orsus ab Antigoni primum, suis deinde erga eam gentem meritis, recitari decreta eorum iussit, omneis diuinos humanosq; honores complexa. atq; ad ea adiecit recens de exercitu, quod ab se desciuisset. inuectusq; grauius in perfidiam eorum, Argos tamen se redditurum eis dixit. de Corintho cum imperatore Romano deliberaturum esse, quæsiturumq; simul ab eo, utrum, si ne urbibus decedere se æquum censeat, quas à seipso captas iure belli habeat? an ijs etiam, quas à maioribus suis accepisset? Parantibus Achæis Ætolisq; ad ea respondere, cum prope occasum sol esset: dilato in posterum diem colloquio, Philippus in stationem, ex qua profectus erat: Romani socijsq; in castra redierunt. Quintius postero die ad Nicæam (is enim locus placuerat) ad constitutum tempus uenit. Philippi nullus usquam nec nuntius ab eo per aliquot horas ueniebat: & iam desperantibus uenturum repente apparuerunt naues. atq; ipse quidem, cum tam graua & indigna imperarentur: inopem consilij diem se consumpsisse deliberando aiebat. Vulgo credebatur de industria rem in serum tractam, ne tempus dari posset Achæis Ætolisq; ad respondendum. & eam opinionem ipse affirmauit, petendo, ut summotis alijs, ne tempus altercando tereretur, & aliquis finis rei imponi posset: cum ipso imperatore Romano liceret sibi colloqui. Id primo non acceptum, ne excludi colloquio uiderentur socij. deinde cum haud abisteret petere, ex omnium consilio Romanus imperator cum Ap. Claudio Tr. mil. cæteris summotis, ad extremum litus processit. Rex cum duobus, quos pridie adhibuerat, in terram est egressus. Ibi cum aliquandiu secreto locuti essent: quæ acta ad suos Philippus retulerit, minus compertum est. Quintius hæc retulit ad socios. Romanis eum cedere tota Illyrici ora, per fugas remittere, ac si qui essent captiui. Attalo naues, & cum ijs captos nauales socios: Rhodjs regionem, quam Peræam uocant, reddere: Iasso & Bargyllis non cessurum. Ætolis Pharsalum Larissamq; reddere: Thebas non reddere. Achæis non Argis modo, sed etiam Corintho cessurum. Nulli omnium placere partium, quibus cessurus aut non cessurus esset, destinatio. plus enim amitti in ijs, quàm acquiri: nec unquam, nisi tota deduxisset Græcia præsidia, causas certaminum deponere. Cum hæc toto ex cœcilio certatim omnes uociferarentur: ad Philippum quoq; procul stantem uox est perlata. itaq; à Quintio petit, ut rem totam

ddd 3 in po

in posterum diem differret. profecto aut persuasurum se, aut persuaderi sibi passurum. Littus ad Thronium colloquio destinatur. eò mature conuentum est. Ibi Philippus primo & Quintium, & omnes, qui aderant, rogare, ne spem pacis turbare uellent. postremo petere tempus: quo legatos Romam ad senatū mittere posset. aut his conditionibus se pacem impetraturum, aut quascunq; senatus dedisset, leges pacis accepturū. Id cæteris haudquaquam placebat. nec enim aliud, quàm moram & dilationem ad colligendas uires quæri. Quintius uerum id futurum fuisse, dicere: si æstas, & tempus rerum gerendarū esset. nunc hyeme instante nihil amitti dato spacio ad legatos mittendos. nam neq; sine autoritate senatus quicquam eorum ratum fore, quæ cum rege ipsi pepigissent: & explorari, dum bello necessariam quietem ipsa hyems daret, senatus auctoritatem posse. In hanc sententiam & cæteri sociorum principes cōcesserunt: inducensq; datis in duos menses, & ipsos mittere singulos legatos ad edocendum senatum, ne fraude regis caperetur, placuit. additum induciarum pacto, ut regia præsidia Phocide ac Locride extemplo deducerētur. Et ipse Quintius cum sociorum legatis Aminandrum Athamānum regem, utq; speciem legationis adijceret, Q. Fabium (uxoris Quintij sororis filius erat) & Q. Fuluium, & P. Claudium misit. Ut uentum Romam est, prius sociorum legati, q̄ regis auditi sunt. cætera eorum oratio cōuicij regis cōsumpta est. mouerunt eo maxime senatum, demonstrando maris terrarumq; regionis eius situm, ut omnibus appareret: si Demetriadem in Thessalia, Chalcidem in Eubœa, Corinthū in Achaia rex teneret: non posse liberam Græciam esse: & ipsum Philippum non cōtumeliosius, quàm uerius cōpedes eas Græciæ appellare. Legati deinde regis intronissi. quibus longiorem exorsis orationē breuis interrogatio, cessurus ne ijs tribus urbibus esset, sermonem incidit: cum mandatum sibi de his nominatim negarent quicq;. Sic infecta pace regij dimissi. Quintio liberū arbitriū pacis ac belli permissum.

Quod ut satis apparuit, nō tædere belli senatum: & ipse uictoriæ quàm pacis audior, neq; colloquium postea Philippo dedit, neq; legationem aliam, quàm quæ omni Græcia decedi nuntiaret, admissurum dixit. Philippus cum acie decernendum uideret, & undiq; ad se contrahendas uires, maxime de Achaia urbibus, regionis ab se diuersæ, & magis tamen de Argis, quàm de Corintho sollicitus, optimum ratus Nabidi eam Lacedæmoniorum tyranno uelut fiduciarium dare, ut uictori sibi restitueret: si quid aduersi accidisset, ipse haberet: Philocli, qui Corintho Argisq; præerat, scribit, ut tyrannum ipse conueniret. Philocles præterquam quod iam ueniebat cum munere: adijcit ad pignus futuræ regi cum tyranno amicitia: filias suas regem Nabidis filijs matrimonio cōiungere uelle. Tyrannus primo negare aliter urbem eam se accepturum, nisi Argiuorum ipsorum decreto accersitus ad auxiliū urbis esset. deinde, ut frequenti cōtione non aspernatos modo, sed abominatos etiam nomen tyranni audiuit: causam se spoliandi eos nactum ratus, tradere ubi uellet, urbem, Philoclem iussit. Nocte ignaris omnibus acceptus in urbem est tyrannus. prima luce occupat superiora omnia loca, portæq; clausæ, paucis principum tumultum inter primum elapsis. eorum absentiu direptæ fortunæ. præsentibus aurum atq; argentum ablatum: pecuniæ imperatæ ingentes. qui nō cunctanter contulere, sine contumelia & laceratione corporum sunt dimissi. quos oculere aut retrahere aliquid suspicio fuit: in seruillem modum lacerati atq; extorti. Contione inde aduocata, rogationem promulgauit: unam de tabulis nouis, alteram de agro uiritim diuidendo, duas faces nouantibus res ad plebem in optimates accendendam. Posteaquam in potestate Argiuorum ciuitas erat: nihil eius memor tyrannus, à quo eam ciuitatem, & quam in conditionem accepisset: legatos Elatiam ad Quintium & Attalum Æginae hybernantem mittit, qui nuntiarēt, Argos in potestate sua esse: eò si ueniret Quintius ad colloquium, non diffidere sibi omnia cum eo cōuentura. Quintius, ut eo quoq; præsidio Philippum nudaret: cum annuisset se uenturum, mittit ad Attalum, ut ab Ægina Sicyonem sibi occurreret. ipse ab Anticyra decem quinqueremibus: quas ijs forte ipsis diebus L. Quintius frater eius adduxerat ex hybernis Corcyra: Sicyonem transmisit. Iam ibi Attalus erat. qui cum tyranno ad Romanum imperatorem, nō Romano ad tyrannū eundem diceret: in sententiā suam Quintium traduxit: ne in urbem ipsam Argos iret. Haud procul urbe Mycenica uocatur. in eo loco ut cōgrederentur, cōuenit.

Quintius

Quintius cum fratre & Tr. mil. paucis, Attalus cum regio comitatu, Nicostratus Achæorum Pr. cum auxiliaribus paucis uenit. tyrannū ibi cum omnibus copijs opperientem inuenerunt. progressus armatus cum satellitibus armatis est in medium ferē interiacentis campi: inermis Quintius cum fratre & duobus Tr. militū, inermes item regi Pr. Achæorū, & unus ex purpura tis latus cingebant. Initium sermonis ab excusatione tyranni ortum: quod armatus ipse armatisq; septus, cum inermes Romanū imperatorem regemq; cerneret: in colloquiū uenisset. neq; enim se illos timere dixit: sed exules Argiuorum. Inde ubi de conditionibus amicitiae ceptum agi est: Romanus duas postulare res: unam, ut bellū cum Achæis finiret: alteram, ut aduersus Philippum mitteret secum auxilia. Auxilia se missurum dixit. pro pace cum Achæis induciæ impetratæ, donec bellum cum Philippo finiretur. De Argis quoq; disceptatio ab Attalo rege est nata: cum fraude Philoclis proditam urbem ui ab eo teneri argueret: ille, ab ipsis Argiuis, ut se defenderet, accitum. Contionem Argiuorum rex postulabat: ut id sciri posset. nec tyrannus abnuere. sed deductis ex urbe præsidijs liberam cōtionem, non immittis Lacedæmonijs declaraturam quid Argiui uellent, præberi debere dicebat rex. tyrannus negauit deducturum. Hæc disceptatio sine exitu fuit. de colloquio discessum: sexcentis Cretensibus ab tyranno datis Romano: inducijsq; inter Nicostratum Pr. Achæorum & Lacedæmoniorum tyrannum in quatuor menses factis. Inde Quintius Corinthum est profectus: & ad portā cum Cretensium cohorte accessit: ut Philocli præfecto urbis appareret tyrannum à Philippo descisse. Philocles & ipse ad imperatorem Romanum in colloquium uenit: hortantiq; ut extemplo transiret urbemq; traderet, ita respondit: ut distulisse rem magis, quàm negasse uideretur. A Corintho Quintius Anticyram traiecit: inde fratrem ad tentandam Acarnanum gentem misit. Attalus ab Argis Sicyonē est profectus. Ibi & ciuitas nouis honoribus ueteres regis honores auxit: & rex ad id, quod sacrum Apollinis agrum grandi quondā pecunia redemerat eis, tum quoq; ne sine aliqua munificentia præteriret ciuitatem sociam atq; amicam: decem talenta argenti dono dedit: & decem millia medimnūm frumenti. atq; ita Cenchreas ad naues redijt. Et Nabis firmato præsidio Argis Lacedæmonem regressus, cum ipse uiros spoliasset: ad fœminas spoliandas uxorem Argos remisit. Ea nunc singulas illustres, nunc simul plures genere inter se iunctas domum accersendo blandiendocq; ac minando, non aurum modo ijs, sed postremo uestem quoq; mundumq; omnem muliebrem ademit.

DECADIS QUARTAE LIBER TERTIVS ACEPHALVS.

*

ijs partibus cohærens Acarnaniæ. quingentos fermè passus longæ fauces erant: latæ haud amplius centum & uiginti. in his angustijs Leucas posita est, colli applicata uerso in orientem, & Acarnaniam. ima urbis plana sunt, iacentia ad mare: quo Leucadia ab Acarnania diuiditur. inde terra mariq; expugnabilis est. nam & uada sunt stagno similia, quàm mari: & campus terrenus omnis operiq; facilis. itaque multis simul locis aut subruti aut ariete decussi ruebant muri. Sed quàm urbs ipsa opportuna oppugnantibus erat: tam inexpugnabiles hostium animi. die ac nocte intenti reficere quassata muri: obstruere quæ patefacta ruinis erant: prælia impigre inire: & armis magis muros, quàm seipsos mœnibus tutari. diutiusq; spe Romanorum obsidionem eam extraxissent: ni exules quidam Italici generis Leucade habitantes ab arce milites accepissent. eos tamen ex superiore loco magno cum tumultu decurrentes, acie in foro instructa iusto prælio aliquandiu Leucadij sustinuerunt. interim & scalis capta multis locis mœnia: & per stragem lapidum ac ruinas transcensum in urbem. iamq; ipse legatus magno agmine circunuenerat pugnantes. pars in medio cæsi. pars armis abiectis dederunt sese uictori. Et post dies paucos audito prælio, quod ad Cynoscephalas pugnatum erat: omnes populi Acarnanię in deditiōe legati uenerūt. Iisdem diebus, omnia simul inclināte fortuna, Rhodij quoq; ad uindicandam à Philippo continentem regionem (Peræam uocant) possessam à maioribus suis, Paulistratum prætorem cum octingentis Achæis peditibus, mille & noningentis ferè armatis ex uario genere auxiliorum collectis, miserūt. Galli, & Nisuetæ, & Pisuetæ,

ddd 4 & Tamiani

& Tamiani, & Arei ex Africa, & Laodicensi ex Asia erant. cum his copijs Pausistratus tendebat in Stratonicensi agro. locum peropportunum, ignavis regijs qui tenuerant, occupauit. In tempore & ad idipsum excitum auxiliū mille Achæi pedites cum centum equitibus superuenierunt. Theoxenus ijs præerat. Dinocrates regius præfectus recuperandi castelli causa primo castra ad ipsa tendebat. mouit inde ad alterum castellum, item Stratonicensis agri. Astragon uocant. omnibusq; ex præsidijs, quæ multifariâ disiecta erant, deuocatis, & ab ipsa Stratonicea Thessalorum auxiliariis, Alabanda, ubi hostes erāt, ducere pergit. Nec Rhodij pugnam detrectauerunt. atq; castris in propinquum collatis, extemplo in aciem descensum est. Dinocrates quingentos Macedonas dextro cornu, læuo Agrianos locat: in mediū accipit contractos ex castellorum (Cares maxime erant) præsidijs, equites cornibus circumdat. Cretensium auxiliares Thracumq; Rhodia cohors dextro cornu, sinistro mercenarios milites, lectam peditum manum habuere: medios mista ex pluribus gentibus auxilia. equites leuisq; armaturæ quod erat, cornibus circuniecctum. Eo die steterunt tantum acies utræq; super ripam, qui tenui aqua interfluebat torrentis: paucisq; telis emissis, in castra receperunt sese. Postero die eodem ordine instructi maius aliquanto prælium quàm pro numero edidere pugnantium. nec enim plus terna millia peditum fuere: & centeni fermè equites. cæterum non numero tantum, nec armorum genere, sed animis quoq; paribus, & æqua spe pugnarunt. Achæi primi torrēte superato in Agrianos impetū fecere. deinde tota propè cursu transgressa amnem acies est. diu anceps pugna stetit. numero Achæi mille & ipsi quadringentos loco expulere. inclinat dein dextrum omne cornu. Macedones, usque dum ordine & uelut stipata phalanx consistebat: moueri nequiuērunt. postquam læuo latere nudato circuniacere hastas in uenientem extransuerso hostem conati sunt: turbati extemplo tumultū primo inter se fecerūt: terga deinde uertunt: postremo abiectis armis, in præcipitē fugam effusi, Bargyllas petentes fugerunt. Eodem & Dinocrates perfugit. Rhodij quantum diei superfuit secuti, receperunt sese ad castra. Satis constat: si confestim uictores Stratoniceam petissent, recipi eam urbem sine certamine potuisse. Prætermissa eius rei occasio est: dum in castellis uicisq; Perææ recipiendis tempus teritur. interim animi eorum, qui Stratoniceam præsidio obtinebant, cōfirmati sunt. mox & Dinocrates cum ijs, quæ prælio supererant, copijs intrauit muros. nequicquam inde obseffa oppugnataq; urbs est. recipi nisi aliquanto post per Antiochum non potuit. Hæc in Thessalia, hæc in Achaia, hæc in Asia per eosdem dies fermè gesta. Philippus cum audisset Dardanos transgressos fines regni, superiora Macedoniæ euastare: quāuis toto propè orbe terrarum undiq; se suosq; profligante fortuna urgebatur: tamen morte tristius ratus Macedoniæ etiā possessione pelli, delectu raptim per urbes Macedonū habito, cum sex millibus peditum & quingentis equitibus circa Stobos Pæoniæ improuiso hosteis oppressit. Magna multitudo hominū in prælio, maior prædādi cupidine palata per agros cæsa est. quibus fuga expeditior fuit, ne tentato quidem casu pugnae, in fines suos redierunt. Ea una expeditione non pro reliquo statu fortunæ facta, refectis suorū animis, Thessalonicam sese recepit. Non tam in tempore punicum bellū terminatū erat: ne simul & cum Philippo foret bellandū: q̄ opportune, iam Antiocho in Syria moliente bellū, Philippus est superatus. nam præterq; quod facilius cum singulis q̄ si in unum ambo simul cōtulissent uires, bellatū est: Hispania quoq; sub idem tempus magno tumultu ad bellū cōsurrexit. Antiochus cum priore ætate omnibus, quæ in Cœle Syria sunt, ciuitatibus Ptolemæi in suā potestate redactis, in hyberna Antiochiā concessisset: nihilo quietiores postea res habuit. omnibus enim regni uiribus cōnixus cum ingentes copias terrestres maritimasq; cōparasset: principio ueris præmissis terra cum exercitu filijs duobus, Ardue ac Mithridate, iussisq; Sardibus se opperiri, ipse cum classe centū tectarum nauium, ad hoc leuioribus nauigijs cercurisq; ac lembis ducentis proficiscitur: simul per omnem oram Ciliciæq; & Cariæ tentaturus urbes, quæ in ditione Ptolemæi essent: simul Philippum (nec dum enim debellatū erat) exercitu nauibusq; adiuturus. Multa egregia Rhodij pro fide erga P. R. proq; uniuerso nomine Græcorum terra marisq; ausi sunt, nihil magnificentius q̄ quod ea tempestate non territi tanta mole imminentis belli legatos ad regem miserunt: ne

Helicinas

Helicinas (promontorium Ciliciæ est, inclytum fœdere antiquo Atheniensium) superaret. si eo non contineret copias suas, se obuiã ituros: non ab odio ullo, sed ne cõiungi cum Philippo paterentur, & impedimento esse Romanis liberantibus Græciam. Coracesium eo tempore Antiochus operibus oppugnabat: Zephyrio, & Solis, & Aphrodisiade, & Coryco, & superato Anemurio (promontoriũ id quoq; Ciliciæ est) Selinunte recepto. omnibus his alijsq; eius oræ castellis aut metu, aut uoluntate sine certamine in deditiõne acceptis, Coracesium præter spem clausis portis tenebat eum. ibi legati Rhodiorum auditi. & quanquam ea legatio erat, quæ accendere regium animum posset, temperauit iræ: & legatos se Rhodũ missurum respondit: r̄sq; mandaturum, ut renouarent uetusta iura cum ea ciuitate, sua maiorumq; suorum: & uetarent eos aduentum pertimescere regis, nihil his aut socijs eorum noxæ futurum fraudiue. nam Romanorum amicitiam se non uiolaturum, argumento & suam recentem ad eos legationem esse, & senatus honorifica in se decreta responsaq;. tum forte legati redierãt ab Roma, comiter auditi dimissi: ut tempus postulabat, incerto adhuc aduersus Philippũ euentu belli. Cum hæc legati regis in concione Rhodiorum agerent: nuntius uenit, debellatum ad Cynoscephalas esse. Hoc nuntio accepto Rhodij, dempto metu à Philippo omni, erat consilium obuiam eundi classe Antiocho. illam alteram curam non omiserunt tuendæ libertatis ciuitatum sociarum Ptolemæi: quibus bellũ ab Antiocho imminebat. nam alias auxilijs iuuerunt: alias prouidendo ac præmonendo conatus hostis: causaq; libertatis fuerunt Caunijs, Myndijs, Halicarnassensibus, Samijsq;. Non operæ est persequi ut quæq; acta in his locis sint, cum ad ea, quæ proprie Romani belli sunt, uix sufficiam. Eodẽ tempore & Attalus rex eger Thebis Pergamum aduectus moritur, altero & septuagesimo anno: cum quatuor & quadraginta annos regnasset. Huic uiro præter diuitias nihil ad spem regni fortuna dederat. his si mul prudenter, simul magnifice utendo effecit: primum ut sibi, deinde ut alijs non indignus uideretur regno. uictis deinde prælio uno Gallis, quæ tum gens recenti aduentu terribior Asiæ erat, regium asciuit nomen: cuius magnitudini semper animum æquauit. summa iustitia suos rexit: unicam fidem socijs præstitit. uxorem, ac liberos duos superstites habuit. mitis ac munificus amicus fuit. regnum adeo stabile ac firmum reliquit, ut ad tertiam stirpem possessio eius descenderit. Cum is status rerũ in Asia Græciãq; & Macedonia esset, uixdum terminato cum Philippo bello, pace certe nondum perpetrata, ingens in Hispania ulteriore cohortum est bellum. M. Heluius eam prouinciã obtinebat. is literis senatũ certiolem fecit: Culcam & Luscinum regulos in armis esse: cum Culca decem & septem oppida, cum Lusino ualidas urbes, Cardonem & Bardonem: & maritimã oram omnem, quæ nondũ animos nudauerat, ad finitimorũ motus consurrecturam. His literis à M. Sergio Pr. cuius iurisdicctio inter ciues & peregrinos erat, recitatis, decreuerunt patres: ut comitijs prætorũ perfectis, cui prætori prouincia Hispania obuenerat, is primo quoq; tempore de bello Hispaniæ ad senatũ referret. Sub idem tempus coss. Romam uenerunt. quibus in æde Bellonæ senatum habentibus postulantibusq; triumphum ob res prospere bello gestas, C. Atinius Labeo, & C. Vrsanius Tr. pl. ut separatim de triumpho agerent coss. postularunt. communem se relationem de ea re fieri non passuros: ne par honos in dispari merito esset. Cumq; Minucius utriq; prouinciã Italianam obtigisse diceret, communi animo consilioq; se & collegam res gessisse, Cornelius adijceret: Boios aduersus se transgredientes Padum, ut Insubribus Cenomanisq; auxilio essent, depopulante uicos eorum atq; agros collega, ad sua tuenda auersos esse: tribuni res tantas bello gessisse Cornelium fateri, ut non magis de triumpho eius, quàm de honore dijs immortalibus habendo dubitari posset. nõ tamen nec illum, nec quenquam alium ciuem, tantum gratia atq; opibus ualuisse: ut cum sibimet triumphum impetrasset, collegæ eundem honorem impudenter petenti daret. Q. Minucium in Liguribus leuia prælia, uix digna dictu fecisse, in Gallia magnum numerum militum amisisse. nominabant etiam tribunos militum T. Iuuentium, & Cneum Labeonis fratres: qui aduersa pugna cum multis alijs uiris fortibus, ciuibus ac socijs cecidissent. oppidorum paucorum ac uicorum falsas, & in tempus simulatas, sine ullo pignore deditiõnes factas esse. Hæ inter consules tribunosq; altercationes biduum tenuerunt

nuerunt, uicti q̄ perseverantia tribunorum consules separatim retulerunt. Cn. Cornelio omnium consensu decretus triumphus. & Placentini Cremonensesq̄ addiderunt fauorem consuli, gratias agentes commemorantesq̄, obsidione se esse ab eo liberatos, plerosq̄ etiam, cum apud hostes essent, seruitute exceptos. Q. Minucius tentata tantum relatione, cum aduersum omnem senatum uideret: in monte Albano se triumphaturum & iure imperij consularis, & multorum clarorum uirorum exemplo dixit. Cn. Cornelius de Insubribus Cenomanisq̄ in magistratu triumphauit. multa signa militaria tulit: multa Gallica spolia captiuis carpentis transuexit. multi nobiles Galli ante currū traducti. inter quos quidā Amilcarem ducē Pœnorum fuisse autores sunt. ceterū magis in se conuertit oculos Cremonensem Placentinorumq̄ colonorum turba pileatorum currum sequētium. Tulit in triumpho ducenta triginta septem millia quingentos, argenti bigati septuaginta nouem millia. septuagenos æris militibus diuisit: duplex equiti, triplex centurioni. Q. Minucius coss. de Liguribus Boijsq̄ Gallis in monte Albano triumphauit. is triumphus ut loco, & fama rerum gestarum, & quod sumptū non erogatum ex æratio omnes sciebāt, inhonoratior fuit: ita signis carpentisq̄, & spolijs fermè æquabat. pecuniæ etiā propè par summa fuit. æris translata ducenta & quinquaginta quatuor millia, argenti bigati quinquaginta tria millia, & ducenti. militib. centurionibusq̄ & equitibus item in singulos datum, quod dederat collega. Secundum triumphum consularia comitia habitata. creati coss. L. Furius Purpurio, & M. Claudius Marcellus. Prr. postero die facti Q. Fabius Buteo, T. Sempronius Longus, Q. Minucius Thermus, M. Acilius Glabrio, L. Apustius Fullo, C. Lælius. Exitu eius anni literæ à T. Quintio uenerunt: se signis collatis cum rege Philippo in Thessalia pugnasse: hostium exercitum fufum fugatumq̄. Hæc. eræ prius in senatu à Sergio Pr. deinde ex autoritate patrum in concione sunt recitata. Ob res prospere gestas in dies quinque supplicationes decretæ. Breui post legati & à T. Quintio, & ab rege uenerunt. Macedones deducti extra urbem in uillam publicam: ibiq̄ ips locus, & lautia præbita: & ad ædem Bellonæ senatus est habitus. haud multa uerba facta: cum Macedones quæcunq̄ senatus censuisset, id regem facturum esse dicerent. Decem legati more maiorum, quorum ex consilio T. Quintius imperator leges pacis Philippo daret, decreti: adiectumq̄, ut in eo numero legatorum P. Sulpicius, & P. Villius essent: qui coss. prouinciam Macedoniam obtinuisent. Cofanis eo die postulantibus ut sibi colonorum numerus augetur, mille ascribi iussu: dum ne quis in eorum numero esset, qui post L. Cornelium & T. Sempronium coss. hostis fuisset. Ludi Romani eo anno in circo scenaq̄ ab ædilibus curulibus Cornelio Scipione, & Cn. Manlio Volsone & magnificentius quàm aliàs facti, & lætius propter res bello bene gestas spectati, totiq̄ ter instaurati. Plebeij septies instaurati. Acilius Glabrio, C. Lælius eos ludos fecerunt. ex argento mulctatitio tria signa ænea, Cereri Liberocq̄ & Liberæ posuerunt.

L. Furius, & M. Claudius Marcellus consulatu inito, cum de prouincijs ageretur: & Italiam utriq̄ prouinciam senatus decerneret: ut Macedoniam cum Italia sortirentur, petebant. Marcellus prouinciæ cupidior, pacem simulatam ac fallacem dicendo, & rebellaturum, si exercitus inde deportatus esset, regem, dubios sententia patres fecerat. & forsitan obtinuissent coss. ni Q. Marcius Rex, & C. Atinius Labeo Tr. pl. se intercessuros dixissent: ni prius ipsi ad plebem tulissent, uellent, iuberentne cum rege Philippo pacem esse? Ea rogatio in Capitolio ad plebem lata est. omnes quinque & triginta tribus uti rogatae iusserunt. Et quo magis pacem ratam esse in Macedonia uulgo lætarentur, tristis ex Hispania nuntius allatus effecit, uulgatq̄ literæ: C. Sempronium Tuditanum procos. in citeriore Hispania prælio uictum, exercitum eius fufum fugatumq̄: & illustres uiros in acie cecidisse. Tuditanum cum graui uulnere latum ex prælio haud ita multo post expirasse. coss. ambobus Italia prouincia cum his legionibus, quas superiores coss. habuissent, decreta, & ut quatuor legiones nouas scriberent: duas quæ quò senatus censuisset, mitterentur. & T. Quintius Flaminius cum duabus legionibus prouinciam eodem exercitu obtinere iussus, imperium ei prorogatum. Prr. deinde prouincias sortiti: L. Apustius Fullo urbanā iurisdictionem, M. Acilius Glabrio inter ciues & peregrinos: Q. Fabius Buteo Hispaniā ulteriorem, Q. Minucius Thermus citeriorē: C. Lælius Siciliam, T. Sempro-

T. Sempronius Longus Sardiniam. Q. Fabio Buteoni, & Q. Minucio, quibus Hispaniæ provinciæ euenerant: eos. legiones singulas ex quatuor ab se scriptis quas uiderentur uti darent, decretum est: socium ac nominis Latini quaterna millia peditum, trecenos equites. hiq; primo quoq; tempore in prouincias ire iussi. Bellum in Hispania quinto post anno exortum est, quàm simul cum punico bello fuerat finitum. Priusquam hi prætores ad bellum propè nouum, quia tum primum suo nomine, nullo punico exercitu aut duce ad arma ierant, proficiscerentur: aut ipsi co. ss. ab urbe mouerent, procurare, ut assolet, prodigia, quæ nuntiabantur, iussi.

L. Iulius equestris in Sabinos proficiscens fulmine ipse equusq; exanimati fuerant. ædes Feroniæ in Capenate de cælo tacta erat, ad Monetæ duarum hastarum spicula arserant. lupo Esquilina porta ingressus frequentissima parte urbis cum in forum decurrisset, Tusco uirco atq; inde Melio per portam Capenam propè intactus euaserat. Hæc prodigia maioribus hostijs sunt procurata. Iisdem diebus Cn. Cornelius Lentulus, qui ante Sempronium Tuditanum citeriorem Hispaniã obtinuerat: cum ex se urbem esset ingressus, tulit præ se aurum mille & quingenta pondo quindecim, argenti uiginti millia, signati denarios trigintaquatuor millia, & quingentos quinquaginta. L. Sertinius ex ulteriore Hispania, ne tentata quidem triumphispe, quinquaginta millia pondo argenti in ærarium tulit: & de manubijs duos fornices in foro Boario ante Fortunæ ædem, & matris Matutæ, unum in maximo circo fecit: & his fornibus signa aurata imposuit. Hæc per hyemem feruè acta. Hybernabat eo tempore Athenis Quintius. à quo cum multa socij peterent, Bœoti petierunt impetraueruntq;: ut hi, qui suæ gentis militassent apud Philippum, sibi restituerentur. id à Quintio facile impetratum: non quia satis dignos eos credebat: sed quia Antiocho rege iam suspecto fauor conciliandus nomini Romano apud ciuitates erat. Restitutis, confestim apparuit: quàm nulla inita apud Bœotos gratia esset. nam & ad Philippum gratias agentes pro redditis hominibus, perinde atq; id ipsi à Quintio & Romanis datum esset, miserunt: & comitijs proximis Bœotarchen nullam aliam ob causam Barcillam quendam, quàm quod præfectus Bœotorum apud regem militantium fuisset, fecerunt, præteritis Zeusippo & Pisistrato, alijsq; qui Romanæ societatis auctores fuerunt. Id ægre & in præsentia hi passi, & in futurum etiam metum ceperunt: cum ad portas propè sedente exercitu Romano ea fierent: quidnam se futurum esset profectis in Italiam Romanis, Philippo ex propinquo socios adiuuante, & infesto his, qui partis aduersæ fuissent. Dum Romana arma propinqua habebant: tollere Barcillam principem fautorum regis statuerunt. & tempore ad eam rem capto, cum in publico epulatus reuerteretur domum temulentus, prosequentibus mollibus uiris, qui ioci causa conuiuio celebri interfuerant: ab sex armatis, quorum tres Italici, tres Aetoli erant: circumuentus occiditur. Fuga comitum, & quiritatio facta: & tumultus tota urbe discurrentium cum luminibus, percussores proxima porta euaserunt. Luce prima concio frequens, uelut extante indicio, ad uocem præconis conuocata in theatro erat. palàm ab suo comitatu, & obscœnis illis uiris fremebant interfectum: animis autem Zeusippum autorem destinabant cædis. in præsentia placuit comprehendi eos, qui simul fuissent, quæstionemq; ex his haberi. Qui dum quærentur, Zeusippus consimili animo auertendi ab se criminis causa in concionem progressus, errare ait homines, qui tam atrocem cædem pertinere ad illos semiuiros crederent. multaq; in eam partem probabiliter argumentatus: quibus fidem apud quosdam fecit: nunquam, si conscius esset, oblaturum se multitudini, mentionemue cædis nullo laceffente facturum fuisse. alij non dubitare: obuiam eundo impudenter criminis suspicionem auerti. Torti post paulo insontes, cum scirent ipsi opinionem omnium: ea pro indicio usi Zeusippum & Pisistratum nominauerunt, nullo adiecto, cur scire quicquam uiderentur, argumēto. Zeusippus tamen cum Stratonida quodam nocte perfugit Tanagram, suam magis conscientiam, quàm indicium hominum nullius rei consciorum metuens. Pisistratus spre-tis indicibus Thebis mansit. Seruus erat Zeusippo, totius internuntius & minister rei. quem indicem Pisistratus timens, eo ipso timore ad indicium protraxit. literas ad Zeusippum mittit: seruum conscium tolleret. non tam idoneum ad celandam rem cum uideri sibi, quàm ad agendam fuerit. Has qui tulit literas, iussit Zeusippo dare quàm primum. is, quia non sibi conueniendi

endi eius copia fuit: ipsi illi seruo, quem ex omnibus domino fidissimum credebat, tradidit: & adiecit, à Pisistrato de re magnopere pertinente ad Zeussippum esse. Conscientia ictus, cum extemplo traditurum eas affirmasset, aperit. perlectis literis pauidus Thebas refugit. Et Zeussippus quidem fuga serui motus Athenas, tutiorem exilio locum ratus, concessit. De Pisistrato aliquæ quæstiones tormētis habitæ: & sumptum supplicium est. Efferauit ea cædes Thebanos Bœotosq; omnes ad execrabile odium Romanorum: Zeussippum principem gentis id facinus conscisse. ad rebellandum neq; uires, neq; ducem habebant. proximum bello quod erat: in latrocinium uersi, alios hospites, alios uagos per hyberna milites ad uarios com meates usus excipiebant. quidam in ipsis itineribus ad notas latebras insidiantibus, pars in deserta per fraudem diuersoria deuecti deductiq; opprimebantur. postremo non tantum odio, sed etiam auuiditate prædæ ea facinora faciebant: quia negotiandi fermè causa argentum in zonis habentes in com meatibus erant. Cum primo pauci, deinde in dies plures desiderarentur infamis esse Bœotia omnis cœpit: & timidius quàm in hostico egredi castris miles. tum Quintius legatos ad querendum de latrocinij per ciuitates mittit. Plurimi pedites circa Copaidem paludem inuenti. ibi ex limo eruta, extractaq; ex stagno cadauera, saxi aut amphoris, ut pondere traherentur in profundum, adnexa. multa facinora Acræphiæ, & Coronæ facta inueniebantur. Quintius primo noxios tradi sibi iussit: & pro quingentis militibus (tot enim intercepti erant) quingenta talenta Bœotos conferre. quorum neutrum cum fieret, uerbis tantum ciuitates excusarent: nihil publico consilio factum esse: missis Athenas, & in Achaiam legatis, qui testarentur focijs: iusto pioq; bello se persecuturum Bœotos: & cum parte copiarum P. Claudio Acræphiam ire iusso, cum parte Coronæam circumfedit: euastatis prius agris, quæ ab Elartia duo diuersa agmina iere. Hac perculsi clade Bœoti, cum omnia terrore ac fuga cõplessent: legatos mittunt. qui cum in castra non admitterentur: Achæi Atheniensesq; superuenerunt. Plus autoritatis Achæi habuerunt deprecantes. ac ni impetrassent pacem Bœotis, bellum simul gerere decreuerunt. Per Achæos & Bœotis copia adeundi alloquendiq; Romanum facta est. iussisq; tradere noxios, & multæ nomine triginta talenta conferre, pax data: & ab oppugnatione recessum. Post paucos dies decem legati ab Roma uenerunt. quorum ex consilio pax data Philippo in has leges est. Omnes Græcorum ciuitates, quæ in Europa, quæq; in Asia essent, libertatem, ac suas leges haberent. quæ earum sub ditione Philippi fuissent: præsidia ex his Philippus deduceret: his, quæ in Asia essent: Euromo Pedasisq; & Bargyllis, & Iasso, & Myrina, & Abydo, & Thaso, & Perintho. eas quoq; enim placere liberas esse Decianorum libertate. Quintius Prusiæ Bithyniorum regi scriberet: quid senatui & decem legatis placuisset. captiuos, transfugasq; reddere Philippum Romanis: & naues omnes tectas tradere: quin & regiam unam inhabilis propè magnitudinis, quam sexdecim uersus remorum agebant. ne plus quingentis armatorum haberet: neue elephantum ullum. bellum extra Macedoniæ fines ne iniussu senatus gereret. mille talentum daret populo Romano: dimidium præsens: dimidium pensionibus decem annorum. Valerius Antiàs quaternum millium pondo argenti uectigal in decem annos, triginta quaterna millia pondo, & ducenta, præsens uiginti millia pondo: idem nominatim adiectum scribit, ne cum Eumene Attali filio (nouus is tum rex erat) bellum gereret. In hæc obsides accepti: inter quos Demetrius Philippi filius. Adiecit Valerius Antiàs: Attalo absenti Æginam insulam elephantosq; dono datos: & Rhodijs Stratoniceam Cariæ, atq; alias urbes, quas Philippus tenuisset: Atheniensibus insulas datas, Paron, Imbrum, Delum, Scyrum. Omnibus Græciæ ciuitatibus hanc pacem approbantibus, soli Ætoli id decretum decem legatorum clam mussantes carpebant. literas inanes uana specie libertatis adumbratas esse. cur enim alias Romanis tradi urbes: nec nominari casus alias nominari, & sine traditione iubere liberas esse? nisi ut quæ in Asia sint, liberentur longinquitate ipsa tutiores: quæ in Græcia sint, ne nominatæ intercipiãtur, Corinthus, & Chalcis, & Oreum, cum Eretria & Demetriade. Nec tota ex uano criminatio erat. dubitabatur enim de Corinθο, & de Chalcide, & Demetriade, quia in sc quo missi decem legati ab urbe erant: cæteræ Græciæ, atq; Asiæ haud dubie liberabantur: de his tribus urbibus legati, quod tempora Reip. postu-

lassent

lassent, id è repub. fideq; sua facere statuere iussi erant. Antiochus rex erat: quem transfressu
 rum in Europam, cum primum ei res suæ placuissent: non dubitabant. ei tam opportunas ad
 occupandum patere urbes nolebant. Ab Elatia Anticyram cum decem legatis, inde Corin-
 thum traiecit. ibi consilia decem legatorum tractabantur. Identidem Quintius: liberandam o-
 mnem Græciam, si Actolorum linguas retundere: si ueram caritatē, maiestatem apud omnes
 nominis Romani uellent esse: si fidem facere, ad liberandam Græciam, non ad transferendū à
 Philippo ad se imperium se mare traiecisse. Nihil contra ea de libertate urbium alij dicebāt.
 cæterum ipsis tutius esse, manere paulisper sub tutela præsidij Romani, quàm pro Philippo
 Antiochum dominum accipi. Postremo ita decretum est: Corinthus redderetur Achæis, ut in
 Acrocorintho tamen præsidium esset: Chalcidem ac Demetriadem retineri, donec cura de
 Antiocho decessisset. Isthmiorum statum ludicrū aderat, semper quidem & aliàs frequens,
 cum propter spectaculi studium insitum gēti, quo certamina omnis generis artium, uiriumq;
 ac pernicitatis uisuntur: tum quia propter opportunitatē loci per duo diuersa maria omnium
 græcorū undiq; cōuentus erat. Sed expectatiōe erecti, qui deinde status futurus Græciæ, quæ
 sua fortuna esset: alij non taciti solum opinabātur, sed sermonibus etiam ferebant. Romani ad
 spectaculum confederunt. & præco cum tubicine, ut mos est, in mediam arnam, unde solen-
 ni carmine ludicrum indici solet, processit: & tuba silentio facto ita pronunciat. Senatus Ro-
 manus, & T. Quintius imperator, Philippo rege, Macedonibusq; deuictis, liberos, immunes
 suis legibus esse iubet Corinthios, Phocenses, Locrensesq; omnes, & insulā Eubœam: & Ma-
 gnetas, Thessalos, Perrebios, Achæos Phthiotas. Percensuerat omnes gentes, quæ sub di-
 tione Philippi regis fuerant. Audita uoce præconis, maius gaudium fuit, quàm quod uniuer-
 sum homines caperent. uix satis credere se quisq; audisse: alij alios intueri mirabundi, uelut so-
 mnij uanam speciem: quod ad quenq; pertineret, suarum aurium fidei minimum credentes,
 proximos interrogabant. Reuocatus præco, cum unusquisq; non audire, sed uidere libertatis
 suæ nuntium aueret: iterum pronuntiaret eadem. tum ab certo iam gaudio tantus cum clamo-
 re plausus est ortus, totiesq; repetitus, ut facile appareret: nihil omnium bonorū multitudini
 gratius, quàm libertatem esse. Ludicrum deinde ita raptim peractum est: ut nullius nec animi,
 nec oculi spectaculo intenti essent. adeo unum gaudium præoccupauerat omnium aliarū sen-
 sum uoluptatū. Ludis uero dimissis, cursu propè omnes tendere ad imperatorem Romanum:
 ut ruente turba in unū, adire, contingere dextram cupientiū, coronas lemmiscosq; iacientium,
 haud procul periculo fuerit, sed erat trium fermè & triginta annorum: & cum robur iuuentæ,
 tum gaudium ex tam insigni gloriæ fructu uires suppeditabant. nec præsens omnium modo
 effusa lætitia est, sed per multos dies gratis & cogitationibus & sermonibus reuocata. Esse
 aliquā in terris gentē, quæ sua impēsa, suo labore ac piculo bella gerat pro libertate aliorū. nec
 hoc finitimis, aut propinquæ uicinitatis, hominibus, aut terris continenti iunctis præstet. maria
 traiciat: ne quod toto orbe terrarū iniustum imperiū sit: & ubiq; ius, fas, lex potētissima sint.
 una uoce præconis liberatas omnes Græciæ atq; Asiæ urbes. hoc spe concipi audacis animi
 fuisse: ad effectum adducere uirtutis & fortunæ gentis. Secundum ista iam Quintius, & de-
 cem legati legationes regum, gētiū, ciuitatumq; audiuerunt. Primi omnium regis Antiochi co-
 cati legati sunt. his eadem quæ ferè Romæ erant uerba sine fide rerum iactantibus, nihil iam
 perplexe, ut ante, cum dubiæ res incolumi Philippo erant: sed aperte pronuntiatū, ut excede-
 ret Asiæ urbibus: quæ aut Philippi, aut Ptolemæi regum fuissent. abstineret liberas, omnesq;
 Græcas. ante omnia denuntiatum: ne in Europam aut ipse transiret, aut copias trañceret. Di-
 missis regis legatis, conuentus gentium ciuitatumq; est haberi cœptus. eoq; maturius perage-
 batur, quod decreta decem legatorum ciuitates nominatim pronuntiabant. Orestis, (Macedo-
 num ea gens est) quod primi ab rege defecissent: suæ leges reddita. Magnetes, & Perrebi, &
 Dolopes liberi quoque pronuntiat. Thessalorum genti præter libertatem concessam Achæi
 Phthiotæ dati, Thebis Phthioticis & Pharfalo excepto. Actolos de Pharfalo & Leucade
 postulantes, ut ex fœdere sibi restituerent, ad senatum reiecerūt. Phocenses, Locrenses, & quæ
 sicut ante fuerant adiecta decreti autoritate his contribuerunt. Corinthus & Triphylia & He-

rea (Peloponnesi & ipsa urbs est) reddita Achæis. Oreum & Eretriam decem legati Eumeni regi Attali filio dabāt: dissentiente Quintio, uenit res in arbitrium senatus: senatus libertatem his ciuitatibus dedit, Caristo adiecto. Pleurato Lingus & Partheni dati. Illyriorum utraque gens sub ditione Philippi fuerat. Aminandrū tenere iusserunt castella, quæ per belli tempus Philippo capta ademisset. Dimisso cōuentu decem legati partiti munia inter se, ad liberandas suæ quisq; regionis ciuitates discesserūt: P. Lentulus Bargyllas: L. Stertinius Hephæstiam & Thasum & Thraciæ urbes: P. Villius & L. Terentius ad regem Antiochum: Cn. Cornelius ad Philippum. Cui de minoribus rebus editis mandatis, percunctatus si consiliū non utile solum, sed etiam salutare admittere auribus posset: cum rex gratias quoq; se acturum diceret, si quid quod in rem suam esset, expromeret: magnopere ei suasisit, quoniam pacem impetrasset, ad societatem amicitiamq; petendam mitteret Romam legatos: ne si quid Antiochus moueret, expectasse, & temporum opportunitates captasse ad bellandū uideri posset. Ad Tempe Thessalica Philippus est cōuentus, qui cum se missurum extemplo legatos respondisset: Cornelius Thermopylas, ubi frequens Græciæ stas diebus esse solet conuentus: (Pylaicum appellant) uenit. Ætolos præcipue monuit: ut cōstanter & fideliter in amicitia populi Romani permanerent. Ætolorum principes alij interquesti sunt, quod non idem erga sua gentē Romanorum animus esset post uictoriam, qui in bello fuisset: alij ferocius incusarunt, exprobraruntq;: nō modo uinci sine Ætolis Philippum, sed ne transire quidem in Græciam Romanos potuisse. Aduersus ea respōdere, ne altercationem excederet res, cum superedisset Romanus: omnia eos æqua impetraturos, si Romam misissent, dixit. itaq; ex autoritate eius decreti legati sunt. Hunc finem bellum cum Philippo habuit. Cum hæc in Græcia Macedoniaq; & Asia gererentur: Hetruriam infestam propè coniuratio seruorum fecit. Ad quærendam opprimendamq; eam M. Acilius prætor: cui inter ciues peregrinosq; iurisdictio obtigerat: cum una ex duabus legione urbana missus, alios iam cōgregatos pugnādo uicit. ex his multi occisi, multi capti. alios uerberatos crucibus affixit, qui principes cōiurationis fuerant. alios dominis restituit. Consules in prouincias profecti sunt. Marcellum Boiorum ingressum fines, fatigato per diem totum milite uia facienda, castra in tumulo quodam ponentem Corolamus regulus Boiorum cum magna manu adortus, ad tria millia hominū occidit. & illustres uiri aliquot in illo tumultuario prælio ceciderunt. inter quos præfecti sociūm T. Sempronius Gracchus, M. Iunius Syllanus, & tribuni militum de legione secunda A. Ogulnius & P. Claudius. castra tamen ab Romanis impigre permunita retentaq;, cum hostes à prospera pugna nequicquam oppugnassent. Statiuis deinde eisdem per dies aliquot sese tenuit, dum & faucios curaret, & tanto terrore animos militum reficeret. Boij, ut est gens minime ad moræ tædiū patiens, in castella sua uicosq; dilapsi sunt. Marcellus Pado confestim traiecto in agrum comensem, ubi Insubres comensibus ad arma excitis castra habebant, ducit. legiones in ipso itinere præliū committunt. & primo adco acriter inuasert, ut antesignanos impulerint. quod ubi animaduertit: ueritus ne moti semel pellerentur, cohortē Marforum opposuit: & equitum latinorum omnes turmas in hostem emisit. quorum cum primus secūdusq; impetus retudisset inferentē se ferociter hostem, confirmata & reliqua acies Romana restitit primo, deinde signa acriter intulit. nec ultra sustinuerūt certamen Galli, quin terga uerterent, atq; effuse fugerent. In eo prælio supra quadraginta millia hominum cæsa Valerius Antias scribit: & quingenta septem signa militaria capta, & carpenta quadringenta triginta duo, & aureos torques multos. ex quibus unum magni ponderis Claudius in Capitolio Ioui donū in æde positum scribit. Castra eo die Gallorum expugnata direptaq;. & Comum oppidum intra dies paucos captum. castella inde duodetriginta ad consulem defecerunt. Id quoq; inter scriptores ambigitur: utrum in Boios prius, an Insubres consul exercitum induxerit: aduersamq; prospera pugna obliterauerit, an uictoria ad Comum parata deformata clade in Boijs accepta sit.

Sub hæc tam uaria fortuna gesta, L. Furius Purpurio alter consul per tribum Sappiniam in Boios uenit. Iam castro Mutilo appropinquabat, cū ueritus ne intercluderet simul à Boijs Liguribusq;, eadem uia qua adduxerat, reduxit: & magno circuitu per aperta, eaq; tuta loca
ad col

ad collegam peruenit. Dein iunctis exercitibus primum Boiorum agrum usq; ad Felsinā oppidum populantes peragrauerunt. Ea urbs cæteraq; castella, & Boij serè omnes, præter iuuentutem, quæ prædandi causa in armis erat (tunc in deuias syluas recesserat) in deditionem uenerunt. In Ligures deinde traductus exercitus. Boij negligētius coactum agmen Romanorum, quia ipsi procul abesse uiderētur, improuiso aggressuros se rati, per occultos saltus secuti sunt. quos non adcepti Pado repente nauibus traiccto Leuos Libuosq; cum peruastassent: redeuntes inde Ligurum extremo sine cum agresti præda in agmen incidunt Romanum. Celerius prælium acriusq; commissum: quàm si tempore locoq; ad certamen destinatis, præparatis animis concurrissent. Ibi quantam uim ad stimulandos animos ira haberet, apparuit. nam ita cædis magis quàm uictoriæ auidi pugnarunt Romani: ut uix nuntium cladis hosti relinquerēt.

Ob eas res gestas, consulum literis Romam allatis, supplicatio in triduum decreta est. Breui post Marcellus Romam uenit, triumphusq; ei magno consensu patrum est decretus.

Triumphauit in magistratu de Insubribus Comensibusq;. Boiorum triumphum spem collegæ reliquit: quia ipsi proprie aduersa pugna in ea gente euenerat, collegæ secunda. Multa spolia hostium captiuis carpentis traducta: multa militaria signa lata: æris trecenta uiginti millia: argenti bigati ducenta triginta quatuor millia. in pedites singulos dati octingenti æris: triplex equiti centurioniq;. Eodem anno Antiochus rex cum hybernasset Ephesi, omnes Asiæ ciuitates in antiquam imperij formulã redigere est conatus: reliquas quidem, aut quia locis planis positæ erant: aut quia parum mœnibus armisq; ac iuuentuti fidebant, haud difficulter iugum accepturas. Smyrna & Lampfacus libertatē usurpabant. periculumq; erat, ne si cōcessum his foret quos metuebat, Smyrnam in Aeolide Ioniaq;, Lampfacum in Helle ponto, aliæ urbes sequerentur. Igitur & ipse ab Epheso ad Smyrnam obsidendam misit: & quæ Abydi copiarum erant, præsidio tantū modico relicto, duci ad Lampfacum oppugnandū iussit. nec uix tantum terrebat: sed per legatos leniter alloquendo, castigandoq; temeritatē & pertinaciam, spem conabatur facere: breui quæ peterent habituros. & tum satis & ipsis, & omnibus alijs apparere: ab rege impetratam eos libertatem, non per occasionem raptam habere. Aduersus quæ respondebant, nihil neq; mirari, neq; succensere Antiochū debere: si spem libertatis differri non satis æquo animo paterentur. Ipse initio ueris nauibus ab Epheso profectus Hellepontū petit. terrestres copias ab Abydo traicit Chersonesi urbem. terrestri naualem exercitum iunxit. & quia clausuram portas, circumdedit mœnia armatis. & iam opera admouenti deditio est facta. Idem metus tum incolentes alias Chersonesi urbes in deditionem dedit. Lysimachiam inde omnibus simul naualibus terrestribusq; copijs uenit. quam cum desertam ac stratam propè ruinis inuenisset: (ceperant autem, direptamq; incenderant Thraces paucis ante annis) cupidus eum restituēdi nobilem urbem, & loco sitam opportuno, cepit. itaq; omni cura simul est aggressus & tecta, murosq; restituere: & partim redimere seruientis Lysimachienfes, partim fuga sparfos per Hellepontum Chersonesumq; conquirere contrahereq;: partim nouos colonos, spe commodorum proposita, ascribere: & omni modo frequentare. simul ut Thracum summoueretur metus: ipse parte dimidia terrestrium copiarum ad depopulandum proxima Thraciæ est profectus: partem, naualesq; socios omnes reliquit in operibus reficiendæ urbis.

Sub hoc tempus & L. Cornelius, missus ab senatu ad dirimenda inter Antiochum Ptolemæumq; reges certamina, Selymbriæ substitit: & decem legatorum P. Lentulus à Bargyllis, P. Villius & L. Terētius à Thasso Lysimachiam petierunt. eodem & à Selymbria L. Cornelius, & ex Thracia post paucos dies Antiochus conuenerunt. Primus congressus cum legatis, & deinceps inuitatio benigna & hospitalis fuit. ut de mandatis statuq; præsentis Asiæ agi cceptum est: animi exasperati sunt. Romani omnia acta eius, ex quo tempore è Syria classe soluisset: displicere senatui non dissimulabant: restituiq; Ptolemæo ciuitates omnes, quæ ditionis eius fuissent, æquum censebant. nam quod ad eas ciuitates attineret, quas à Philippo possessas Antiochus per occasionem, auerso Philippo in Romanum bellum interceptisset: id uero ferendum non esse, Romanos per tot annos terra marisq; tanta pericula ac labores exhaustisse: Antiochum belli præmia habere. Sed ut in Asiam aduentus eius dissimulari ab Romanis, tanquam nihil

ad eos pertinens, potuerit: quod iam etiam in Europam omnibus naualibus terrestribusq; copijs transferit, quantum à bello aperto Romanis abesse: illum quidem etiam si in Italiam traiciat negaturū. Ad ea rex: Satis iam ante uidere se, Romanos inquirere quid regi Antiocho faciendum, at quousq; terra maricq; progrediendum fuerit ipsis, nō cogitare. Asiam nihil ad populum Romanum pertinere: nec magis illis inquirendum esse, quid Antiochus in Asia, quàm Antiocho, quid in Italia populus Romanus faciat. Quod ad Ptolemæum attineat: cui ademptas ciuitates querantur: sibi cum Ptolemæo & amicitiam esse: & id agere se, ut breui etiam affinitas iungatur. Nec ex Philippi quidem aduersa fortuna spolia ulla se petisse: aut aduersus Romanos in Europam traiecisse. fuerit, quo uicto omnia, quæ illius fuissent, iure belli Seleuci facta sint: existimare suæ ditionis esse. occupatis maioribus suis rerum aliarū alia cura, primo quædam ex his Ptolemæū, deinde & Philippum usurpando aliena possedisse: sicut quædam ex proxima Thracia, quæ indubitate Lysimachi fuerint. ad ea faciēda in antiquū uenisse: & Lysimachiam deletam Thracum impetu de integro condere: ut Seleucus filius eam sedem regni habeat. His disceptationibus per dies aliquot habitis, rumor sine ullo satis certo autore alatus de morte Ptolemæi regis: ut nullus exitus imponeretur sermonibus. nam dissimulabat pars utraque se audisse. & L. Cornelius, cui legatio ad duos reges, Antiochum Ptolemæumq; mandata erat: spatium modici temporis ad cōueniendum Ptolemæum petebat: ut priusquam moueretur aliquid in noua possessione regni, perueniret in Ægyptum. & Antiochus suam fore Ægyptum, si tum occasio esset, cēsebat. itaq; dimissis Romanis, relictoq; Seleuco filio cum terrestribus copijs ad restituendā, ut instituerat, Lysimachiam: ipse omni classe nauigās Ephesum, legatis ad Quintium missis, qui ad fidem de societate agerent: oram Asiæ legens peruenit in Lyciam. Patarsicq; cognito uiuere Ptolemæū, nauigandi quidem in Ægyptum omissum cōsiliū est. Cyprum nihilo minus tendens cum Chelidonium promontoriū superasset, paulisper seditione remigum est retentus in Pamphylia circa Eurymedontem amnem. Inde profectum cum ad capita (quæ uocant) Sari fluminis fœda tempestas oborta propè cum omni classe demersit. multæ naues eiectæ: multæ ita haustæ mari, ut nemo in terrā enauerit. magna uis hominum ibi interijt, non remigum tantum, militumq; ignotorum, sed etiam insignium amicorū. Collectis reliquijs naufragij, cum res nō in eo esset ut Cyprum tentaret, minus opulento agmine quàm profectus erat, Seleuciam redit. ibi subduci nauibus iussis (iam em̄ hyems instabat) ipse in hyberna Antiochiā processit. In hoc statu regum erant res. Romæ eo primū anno triuiri epulones facti, C. Licinius Lucullus, T. Romuleius qui legē de creādis his tulerat: & P. Porcius Lecca. His triumuiris item ut pontifici lege datum togæ prætextæ habendæ ius. Sed magnum certamen cum omnibus sacerdotibus eo anno fuit quæstoribus urbanis, Q. Fabio Labeoni & L. Aurelio. Pecunia opus erat: quod ultimā pensionem pecuniæ in bellum collatæ persoluere placuerat priuatis. quæstores ab auguribus, pontificibus, quod stipendium per bellum non contulissent, petebant. ab sacerdotibus tribunū nequicquā appellati: omniumq; annorum, per quos non dederant, exactum est. Eodem anno duo mortui pontifices: nouiq; in eorum locum suffecti: M. Marcellus cōsul in locum T. Sempronij Tudiatani, qui prætor in Hispania decesserat: & L. Valerius in locum M. Cornelij Cethegi. Et Q. Fabius Maximus augur mortuus est, admodum adolescens, priusquam ullum magistratum caperet: nec eo anno augur in eius locū est suffectus. Comitia inde cōsularia habita à M. Marcello consule. creati cōs. L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato. Prætores inde facti C. Fabricius Lucinus, C. Atinius Labeo, C. Manlius Volfo, Ap. Claudius Nero, P. Manlius, P. Porcius Lecca. Aediles curules, M. Fuluius Nobilior & C. Flaminius, tritici decies centum millia binis gris populo diuiserunt. id C. Flamini honoris causa, ipsius patrisq; aduexerant Siculi Romanam. Flaminius gratiam eius communicauerat cum collega. Ludi Romani & apparatus magnifice sunt: & ter toti instaurati. Aediles pl. Cn. Domitius Aenobarbus, & C. Scribonius curio maximus multos pecuarios ad populi iudicium adduxerunt. tres ex his condemnati sunt. ex eorum multatitia pecunia ædem in insula Fauni fecerunt. Ludi plebei per biduum instaurati: & epulum fuit ludorū causa. L. Valerius Flaccus, & M. Porcius quo die magistratū ini-

runt

runt, de provincijs cum ad senatum retulissent: patres censuerunt cum in Hispania tantum glisceret bellum, ut iam consulari & duce & exercitu opus esset: placere: consules Hispaniam citeriorem & Italiam provincias aut comparare inter se, aut fortiri. utri Hispania provincia euenisset, eum duas legiones & quinque millia socium latini nominis, & quingentos equites secum portare: & naues longas uiginti ducere. alter *c o s.* duas legiones scriberet. his Galliam prouinciam obtineri satis esse, fractis proximo anno Insubrium & Boiorum animis. Cato Hispaniam, Valerius Italiam est fortitus. Prætores deinde provincias fortiti: C. Fabricius Luscinus urbanam: C. Atinius Labeo peregrinam: C. Manlius Volso Siciliam: Ap. Claudius Nero Hispaniam ulteriorem: P. Porcius Lecca Pisas, ut ab tergo Liguribus esset: P. Manlius in Hispaniam citeriorem adiutor consuli datur. T. Quintio, suspectis non solum Antiocho & Aetolis, sed etiam Nabide Lacedæmoniorum tyranno, prorogatum in annum imperium est: duas legiones ut haberet. in eas si quid supplementi opus esset: consules scribere, & mittere in Macedoniam iussi. Ap. Claudio præter legionem, quam Q. Fabius habuerat: duo millia peditum & ducentos equites novos conscribere permissum. Par numerus peditum equitumque uorum P. Manlio in citeriorem Hispaniam decretus: & legio eadem, quæ fuerat sub Minucio prætor, data. Et P. Porcio Leccæ ad Hetruriam circa Pisas ducenti peditum, & quingenti equites ex gallico exercitu decreti. In Sardinia prorogatum imperium Sempronio Longo. Prouincijs ita distributis, consules priusquam ab urbe proficiscerentur: uer sacrum ex pontificum iussu fecere: quod C. Cornelius Mammula prætor uouerat de senatus sententia, populique iussu Cn. Seruilio, C. Flaminio *c o s s.* annis post uno & uiginti factum est, quam uotum. Per eosdem dies C. Claudius, Appij filius, Pulcher augur in Q. Fabij Maximi locum, qui priore anno mortuus erat: lectus, inauguratusque est. Mirantibus iam uulgo hominibus quod Hispania mouisset bellum negligi: literæ à Q. Minucio allatæ sunt, se ad Turbam oppidum cum Budare & Befaside imperatoribus Hispanis signis collatis prospere pugnassee: duodecim millia hostium cæsa: Budarem imperatorem captum: ceteros suos fugatosque. His literis lectis minus terroris ab Hispanis erat: unde ingens bellum expectatum fuerat. Omnes curæ post aduentum utique decem legatorum in Antiochum regem conuersæ. Hi expositis prius quæ cum Philippo acta essent: & quibus legibus data pax: non minorem belli molem restare ab Antiocho docuerunt. Ingenti classe, egregio terrestri exercitu in Europam eum traiecisse. nisi auertisset uana spes ex uaniore rumore orta Aegypti inuadenda, mox bello Græciam arsuram fuisse. neque enim ne Aetolos quidem quieturos, cum ingenio inquietam, tum iratam Romanis gentem. hæere & aliud in uisceribus Græciæ ingens malum, Nabin nunc Lacedæmoniorum, mox si liceat, uniuersæ Græciæ futurum tyrannum, auaritia & crudelitate omnibus fama celebratos tyrannos æquantem. cui si Argos uelut arcem Peloponneso impositam tenere liceat: deportatis in Italiam Romanis exercitibus, nequicquam liberatam à Philippo Græciam fore: pro rege, si nihil aliud, longinquo uicinum tyrannum dominum habituram.

Hæc cum iam ab grauibus autoribus, tum qui omnia per se ipsos explorata referrent, audirent maiores, quod ad Antiochum attineret: maturanda his, cum rex quacunque de causa in Syriam concessisset, de tyranno consultatio uisa est. Cum diu disceptatum esset, utrum iam causæ satis uideretur, cur decerneretur: an permetterent T. Quintio quod ad Nabin Lacedæmonium attineret, faceret quæ è repub. censeret esse, permiserunt: eam rem esse rati, quæ maturata dilataste non tam magni momenti ad summam rem populi Romani esset: magis id animaduertendum esse, quid Annibal & Carthaginenses, si cum Antiocho ortum foret bellum, acturi essent. Aduersæ Annibali factionis homines principibus Romanis, amicis quisque suis, identidem scribebant: nuntios literasque ab Annibale ad Antiochum missas: & ab rege ad eum clam legatos uenisse. ut feras quasdam nunquam mitescere: sic immitem, implacabilem eius uiri animum esse. marcescere otio situque ciuitate, queri eum, & inertia operis: nec sine armorum sonitu excitari posse. Hæc probabilia memoria prioris belli per unum illum non magis gestis quam moti faciebat. Irritauerat etiam recenti facto multorum potentium animos. Iudicium ordo Carthagine ea tempestate dominabatur eo maxime, quod iidem perpetui iudices

c e e } erant

erant. res, fama, uitaq; omnium in illorum potestate erat. qui unum eius ordinis, & omneis aduersos habebat. nec accusator apud iudices infensos deerat. Horum in tam impotenti regno (neq; enim ciuilitate nimis opibus utebatur) prætor factus Annibal uocare ad se quæstorem. Idem pro nihilo habuit. nam & aduersæ factionis erat: & quia ex quæstura in iudices, potentissimum ordinem referebantur: iam pro futuris mox opibus animos gerebat. Enimvero indignum id ratus Annibal uiatorem adprehendendum quæstorem misit: subductumq; in contionem non ipsum magis quam ordinem iudicum, præ quorum superbia atq; opibus nec leges quicquam essent nec magistratus, accusauit. & ut secundis auribus accipi orationem animaduertit: & infirmorum quoq; libertati grauem esse superbiam eorum: legem extemplo promulgauit pertulitq;: ut in singulos annos iudices legerentur, ne quis biennium continuum iudex esset. Cæterum quantam eo facto ad plebem inierat gratiam: tantum magnæ partis principum offendebat animos. Adiecit aliud, quod bono publico sibi proprias similitates irritauit. Vectigalia publica partim negligentia dilabebantur: partim prædæ ac diuisi principum quibusdam & magistratibus erant. quin & pecunia, quæ in stipendium Romanis suo quoq; anno penderetur, deerat: tributumq; graue priuatis imminere uidebatur. Annibal postquam uectigalia quanta terrestria maritimaq; essent, & in quas res erogarentur, animaduertit: & quid eorum ordinarij reipub. usus consumerent, quantum peculatus auerteret: omnibus residuis pecunijs exactis, tributo priuatis remisso, satis locupletem reipub. fore ad uectigal præstandum Romanis, pronuntiauit in contione, & præstitit promissum. Tum uero isti, quos pauerat per aliquot annos publicus peculatus, uelut bonis ereptis, non furto eorum manibus extorto, infensi & irati Romanos in Annibalem, & ipsos causam odij quærentes, instigabant. Itaq; diu repugnante Scipione Africano, quia parum ex dignitate sua ducebat subscribere odij accusationibusq; Annibalis, & factionibus Carthaginiensium inferere publicam auctoritatem: nec satis habere bello uicisse Annibalem, nisi uelut accusatores calumniam in eum iurarent, ac nomen deferrent: tandem peruicerunt, ut legati Carthaginem mitterentur: qui apud senatum eorum arguerent Annibalem cum Antiocho rege consilia belli faciendi inire. Legati tres missi, C. Seruilius, M. Claudius Marcellus, Q. Terentius Culleo. qui cum uenissent, ex consilio inimicorum Annibalis, quærentibus causam aduentus dici iusserunt: uenisse ad controuersias, quæ cum Masinissa rege Numidarum Carthaginiensibus essent, dirimendas. id creditum uulgo. Annibalem unum se peti ab Romanis non fallebat: & ita pacem Carthaginiensibus datam esse, ut inexpiable bellum aduersus se unum maneret. itaq; cedere tempori & fortunæ statuit. & præparatis iam omnibus ante ad fugam, obuersatus eo die in foro auertendæ suspicionis causa, primis tenebris uestitu forensi ad portam cum duobus comitibus ignaris consilij est egressus. Cum equi quo in loco fuerant præsto fuissent, nocte uia cita regionem quandam agri Vocani transgressus, postero die mane inter Adrumetum & Tapsum ad suam turrinam peruenit. ibi eum parata, instructaq; remigio excepit nauis. ita Africa Annibal excessit, sepius patriam quam suorum euentus miseratus. Eo die in Cercinam insulam traiecit. ubi cum in portu naues aliquot Pœni onerarias cum mercibus inuenissent: & ad egressum eum è naue cõkursus salutantium esset factus: percontantibus legatum se Tyrum dici iussit. ueritus tamen ne qua earum nauis nocte profecta Tapsum aut Adrumetum nuntiaret, se Cercinæ uisum: sacrificio apparari iusso, magistris nauium mercatoresq; inuitari iussit: & uela cum antennis ex nauibus corrogari, ut umbra (etenim media æstas forte erat) cœnantibus in littore fieret. quantum res & tempus patiebatur, apparatus celebrataq; eius dici epulæ sunt: multoq; uino in serum noctis conuiuium productum. Annibal quamprimùm fallendi eos qui in portu erant, tempus habuit: nauem soluit. cæteri sopiti cum postero die tandem ex somno pleni crapulæ surrexissent, id quod serum erat, aliquot horas remis in naues collocandis & aptandis armamentis absumpserunt. Carthagine & multitudinis assuetæ domum Annibalis frequentare concursus ad uestibulum ædium est factus: & ut non comparere eum uulgatum est, in forum turba conuenit principem ciuitatis quærentium. & alij fugam conscisse: (id quod erat) alij fraude Romanorum interfectum, idq; magis ferebant: uariosq; uultus cerneret, ut in ciuitate aliorum alias partes fouentium factionibus. uisum

sum deinde Cercinæ eum tandem allatum est. Romani legati cum in senatu exposuissent, compertū patribus Romanis esse, & Philippum regem ante ab Annibale maxime accensum, bellū populo Romano fecisse: & nunc literas nuntiosq; ab eo ad Antiochū regem profectos, haud quieturū ante quā bellū toto orbe terrarū cōcisset: ne his debere impune esse, si satisfacere Carthaginienes populo Romano uellent: nihil eorum sua uoluntate, nec publico consilio factum esse, Carthaginienes responderunt. quicquid æquū censuissent Romani, facturos esse. Annibal prospero cursu Tyrum peruenit: exceptusq; à conditoribus Carthaginis ut alia patria uir tam clarus omni genere honorū, paucos moratus dies Antiochiā nauigat. ibi profectum iam regem cum audisset: filium eius solenne ludorum ad Daphnen celebrantem conuenisset: comiter ab eo exceptus, nullam moram nauigandi fecit. Ephesi regem est consecutus, fluctuantem adhuc animo, incertumq; de Romano bello. sed haud paruum momentum animo eius ad moliendū aduentus Annibalis fecit. Ætolorum quoq; eodem tempore alie nati ab societate Romana animi sunt: quorum legatos Pharsalum & Leucadem, & quasdam alias ciuitates ex primo fœdere petentes senatus ad Quintium reiecit.

DECADIS QUARTAE LIBER QUARTVS



INTER bellorum magnorū, aut uixdum finitorum, aut imminentiū curas intercessit res parua dictu: sed quæ studijs in magnū certamen excesserit. M. Fundanius, & L. Valerius tribuni plebis ad plebem tulerunt de Oppia lege abroganda. Tulerat eam C. Oppius tribunus plebis, Q. Fabio, T. Sempronio coss. in medio ardore punici belline qua mulier plus se muncia auri haberet: neu uestimento uersicolori uteretur: neu iuncto uehiculo in urbe oppidoue, aut propius inde mille passus, nisi sacrorum publicorum causa ueheretur. M. & P. Iunij Bruti tribuni plebis legem Oppiam tuebātur: nec eam se abrogari passuros aiebant. Ad suadendum dissuadendumq; multi nobiles prodibant. Capitolium turba hominum fauentiū aduersantiumq; legi complebat. matronæ nulla nec autoritate, nec uerecundia, nec imperio uitorū cōtineri limine poterant: omnes uias urbis, aditusq; in forū obsidebant, uiros descendentes ad forum orantes: ut florente republica, crescente in dies priuata omniū fortuna, matronis quoq; pristinum ornatum reddi paterentur. augebatur hæc frequentia mulierum in dies: nam etiam ex oppidis conciliabulisq; conueniebant. iam & consules prætoresq; & alios magistratus adire & rogare audebant. cæterū minime exorabilem alterum utiq; consulem M. Porciū Catonem habebant. qui pro lege quæ abrogabatur, ita disseruit. Si in sua quisq; nostrum matrefamiliās Quirites ius & maiestatem uiri retinere instituisset, minus cum uniuersis fœminis negotij haberemus. nunc domi uicta libertas nostra impotentia muliebri hic quoq; in foro obteritur & calcatur: & quia singulas sustinere non potuimus, uniuersas horremus. Equidem fabulā & fictam rem ducebā esse, uitorū omne genus in aliqua insula conuiratione muliebri à stirpe sublatū esse. Ab nullo genere nō summū periculū est, si cœtus & concilia, & secretas cōsultationes esse sinas. Atq; ego uix statuere apud animū meū possum: utrum peior ipsa res, an peiore exemplo agatur. quorū alterum ad nos coss. reliquosq; magistratus, alterū ad uos Quirites magis pertinet. nam utrū è repub. sit, nec ne, id quod ad uos fertur uestra existimatio est, qui in suffragiū ituri estis. Hæc cōsternatio muliebris, siue sua sponte, siue autoribus uobis M. Fundani & L. Valeri facta est, haud dubie ad culpā magistratuū pertinet, nescio uobis tribuni, an coss. magis sit deformis. uobis si fœminas ad cōcitandas tribunitias seditiones iam adduxistis: nobis si ut plebis quondam, sic nunc mulierū secessione leges accipiendæ sunt. Equidem non sine rubore quodam paulo ante per mediū agmen mulierum in forū perueni. quod nisi me uerecundia singularū magis maiestatis & pudoris, quā uniuersarum tenuisset: ne compellatæ à consule uiderent: dixissem. qui hic mos est in publicū procurandi & obsidendi uias, & uiros alienos appellandi: istud ipsum suos quæq; domi rogare non
eee 4 potuistis:

potuistis: an blandiores in publico quàm in priuato, & alienis quàm uestris estis: quanquã ne domi quidem uos, si sui iuris finibus matronas cõtineret pudor: quæ leges hic rogarentur abrogarentur, curare decuit. Maiores nostri nullam ne priuatam quidẽ rem agere scẽminas sine autore uoluerunt: in manu esse parentũ, fratrum, uirorum. nos (si dijs placet) iam etiam remp. capeßere eas patimur: & foro propè, & cõtitionibus & comitijs immisceri. quid enim nunc aliud per uias & cõpita faciunt, quàm quod aliæ rogationes tribunorum plebis suadent: aliæ legem abrogandã censent: Date frenos impotenti naturæ, & indomito animali: & sperate ipsas modum licentiæ facturas, nisi uos faciatis. Minimũ hoc eorum est, quæ iniquo animo scẽminæ si bi aut moribus aut legibus iniunctum patiuntur. omnium rerum libertatem, imò licentiam, si uera dicere uolumus, desyderant. quid enim, si hoc expugnauerint, non tentabunt: Recensete omnia muliebria iura, quibus licentiã earum alligauerint maiores nostri: per quæq; subiccerint uiris: quibus omnibus cõstrictas uix tamen continere potestis. quid si carpere singula & extorquere, & exæquari ad extremum uiris patiimini: tolerabiles uobis eas fore creditis: extemplo simul pares esse cõeperint, superiores erũt. At Hercule ne quid nouũ in eas roget recusant: non ius, sed iniuriã deprecãtur. imò ut quam accepistis, iussistis suffragijs uestris legem, quam usu tot annorum & experiendo comprobastis, hanc ut abrogetis: id est, ut unam tollendo legem cæteras infirmetis. Nulla lex satis commoda omnibus est. id modo quæritur: si maiori parti, & in summam prodest. si quod cuiquam priuatim officit ius, id destruet ac demolietur: quid attinebit uniuerfos rogare leges, quas mox abrogare, in quos latæ sunt, possint: Volo tamen audire quid sit, propter quod matronæ consternatæ procurrant in publicum: ac uix foro se & contione abstineant. ut captiui ab Annibale redimantur, parentes, uiri, liberi, fratres earum: procul abest, absitq; semper talis fortuna reipub. sed tamẽ cũ fuit, negastis hoc pñs precibus earum. At non pietas, nec sollicitudo pro suis, sed religio congregauit cas. matrem Idæam Pefinunte ex Phrygia ueniẽtem accepturę sunt. Quid honestũ dictu saltem seditioni prætenditur muliebris: ut auro & purpura fulgeamus, inquit: ut carpẽtis profestis quoq; diebus, uelut triũphantibus de lege uicta & abrogata, & captis & ereptis suffragijs uestris per urbem uectemur: ne ullus modus sumptibus, nec luxuriæ sit. Sæpe me querentem de scẽminarum, sæpe de uirorum, nec de priuatorum modo, sed etiam magistratuum sumptibus audistis: diuersisq; duobus uirtijs, auaritia & luxuria ciuitatem laborare: quæ pestes omnia magna imperia cuerterunt. Hęc ego quo melior lætiorq; in dies fortuna reipub. est, quo magis imperium crescit: & iam in Græciam Asiamq; transcendimus, omnibus libidinum illecebris repletas: & regias etiam attrectamus gazas: eo plus horreo: ne illæ magis res nos ceperint, quàm nos illas. Infesta, mihi credite, signa ab Syracusis illata sunt huic urbi. iam nimis multos audio Corinthi & Athenarũ ornamenta laudanteis miranteisq;, & ante fixa ficitilia deorum Romanorũ ridenteis. ego hos malo propitios deos, & ita spero futuros, si in suis manere sedibus patiemur. Patrum nostrorum memoria per legatũ Cyneam Pyrrhus nõ uirorũ modo, sed etiam mulierũ animos donis tentauit. nondũ lex Oppia ad coercendam luxuriã muliebrẽ lata erat: tamẽ nulla accepit. quam causam fuisse censetis: eadem fuit, quæ maioribus nostris nihil de hac re lege sancienti. nulla erat luxuria quæ coerceret. Sicut ante morbos necesse est cognitos esse, quàm remedia eorum: sic cupiditates prius natæ sunt quàm leges, quæ ijs modũ facerent. Quid legem Liciniam excitauit de quingentis iugeribus: nisi ingens cupido agros cõtinuandi: quid legem Cincianã de donis & muneribus, nisi quia uectigalis iam & stipendiaria plebs esse senatui cõperat: Itaq; minime mirum est: nec Oppiam, nec aliam ullam tum legem desyderatã esse: quæ modũ sumptibus mulierũ faceret: cum aurum & purpurã data & oblata ultro nõ accipiebãt. Si nunc cum illis donis Cyneas urbem circumiret: stantes in publico inuenisset quæ acciperent. Atq; ego nõ nullarũ cupiditatũ ne causam quidẽ, aut rationẽ inire possum. nam ut quod alij liceat, tibi non licere, aliquid fortasse naturalis aut pudoris, aut indignationis habeat: sic æquato omniũ cultu, quid unaquæq; uestrum ueretur, ne in se cõspiciatur: Pessimus quidem pudor est uel parsi moniæ uel paupertatis, sed utrunq; lex uobis demit: cum id quod habere non licet, non habetis. Hanc inquit ipsam exequationem non fero, illa locuples. cur non insignis auro & purpura cõspicior:

conspicior: cur paupertas aliarum sub hac legis specie latet: ut quod habere non possunt: habituræ, si liceret, fuisse uideantur. Vultis hoc certamen uxoribus uestris iniicere Quirites: ut diuites id habere uelint, quod nulla alia possit: pauperes, ne ob hoc ipsum cōtemnantur: supra uires se extendant? Ne simul pudere, quod nō oportet, cœperit: quod oportet, nō pudebit. quæ de suo poterit, parabit: quæ nō poterit, uirum rogabit. Miserrum illum uirum, & qui exoratus, & qui non exoratus erit: cum quod ipse non dederit, datum ab alio uidebit. Nunc uulgo alienos uiros rogant, & quod maius est, legem & suffragia rogant: & à quibusdam impetrant aduersus te, & rem tuam, & liberos tuos inexorabiles. simul lex modū sumptibus uxoris tuæ facere desierit: tu nunquā facies. Nolite eodem loco existimare Quirites futurā rem: quo fuit, antequam lex de hoc ferret. & hominē improbū non accusari tutius est quàm absolui: & luxuria nō mota tolerabilior esset, quàm erit nūc ipsis uinculis, sicut fera bestia, irritata, deinde emissa. Ego nullo modo abrogandā legem Oppiam censeo. uos quod faxitis, deos omnes fortunare uelim. Post hæc tribuni quoq; plebis, qui se intercessuros professi erant, cum pauca in eandem sententiā adiecissent: tum L. Valerius pro rogatione ab se promulgata ita disseruit. Si priuati tantummodo ad suadendum dissuadēdumq; id, quod à nobis rogatur, processissent: ego quoq; cum satis dictum pro utraq; parte existimarem: tacitus suffragia uestra expectassem. nunc cum uir grauissimus cos. M. Porcius nō autoritate solum, quæ tacita satis momenti habuisset: sed oratione etiam longa, & accurata insectatus sit rogationem nostram, necesse est paucis respondere. qui tamen plura uerba in castigandis matronis, quàm in rogatione nostra dissuadenda consumpsit. & quidē ut in dubio poneret: utrum id quod reprehenderet, matronæ sua sponte, an nobis autoribus fecissent. Rem defendam, non nos: in quos iecit magis hoc cos. uerbotenus, quàm ut te insimularet. Cœtum & seditiones, & interdū secessionē muliebrem appellauit: quod matronæ in publico uos rogassent: ut legem in se latam per bellum temporibus duris, in pace & florēte ac beata repub. abrogaretis. Verba magna, quæ rei augendæ causa conquirant, & hæc & alia esse scio: & M. Catonem oratorē nō solum grauem, sed interdum etiā trucem esse scimus omnes, cum ingenio sit mitis. Nam quid tandē noui matronæ fecerunt, quod frequētes in causa ad se pertinēte in publicū processerunt? nunquam ante hoc tempus in publico apparuerunt? tuas aduersus te Origines reuoluam. accipe quoties id fecerint, & quidē semper bono publico. Iam à principio regnante Romulo, cum Capitolio ab Sabinis capto medio in foro signis collatis dimicaretur: nōne intercursum atronarū inter acies duas prælium sedatū est? Quid regibus exactis, cum Coriolano Martio duce legiones Volscorum castra ad quintum lapidem posuissent: nōne id agmen, quo obruta hæc urbs esset, matronæ auerterunt? Iam urbe capta à Gallis aurum, quo urbs redempta est: nempe matronæ consensu omnium in publicum contulerunt. Proximo bello (ne antiqua repetam) nonne & cum pecunia opus fuit, uiduuarū pecuniæ adiuerūt ærarium? & cum dii quoq; noui ad opem ferendā dubijs rebus accerferent: matronæ uniuersæ ad mare profectæ sunt ad matrē Idæam accipiendam. Dissimiles, inquit, causæ sunt. nec mihi causas æquare propositum est. nihil noui factum purgare satis est. Cæterum quod in rebus ad omnes pariter uiros fœminasque pertinentibus fecisse eas nemo miratus est: in causa proprie ad ipsas pertinente miramur fecisse? quid autem fecerunt? superbas medijsfidius aures habemus: si cum domini seruatorum nō fastidiant preces, nos rogari ab honestis fœminis indignamur. Venio nūc ad id de quo agitur: in quo duplex cōsulis oratio fuit. nam & legē ullam omnino abrogari est indignatus: & eam præcipue legem, quæ luxuriæ muliebris coercendæ causa lata esset. & illa cōmunis pro legibus uisa consularis oratio est: & hæc aduersus luxuriam seuerissimis moribus cōueniebat. Itaq; periculum est, nisi quid in utraq; uani sit, docuerimus: ne quis error uobis offundatur. Ego enim quemadmodū ex his legibus, quæ nō in tempus aliquod, sed perpetuæ utilitatis causa in æternū latae sunt: nullam abrogari debere fateor, nisi quam aut usus coarguit, aut status aliquis reipub. inutile fecit: sic quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales (ut ita dicā) & temporibus ipsis mutabiles esse uideo. quæ in pace latae sunt, plerunq; bellum abrogat: quæ in bello, pax: ut in nauis administratiōe alia in secunda, alia in aduersa tempestate usui sunt. Hæc cū ita

natura

natura distincta sint: ex utro tãdem genere ea lex esse uidetur: quam abrogamus: quid, uetus regia lex, simul cum ipsa urbe nata: aut (quod secundũ est) à decemuiris ad cõdenda iura creatis in xii tabulis scripta: sine qua cum maiores nostri nõ existimarint matronale decus seruari posse: nobis quoq; uerendum sit: ne cum ea pudorem sanctitatemq; fœminarũ abrogeamus: Quis igitur nescit, nouam istam legem esse, Q. Fabio, T. Sempronio cõsulibus xx annis ante latam: sine qua cum per tot annos matronæ optimis moribus uixerint: quod tãdem, ne abrogata ea effundantur ad luxuriam, periculũ est: nam si ista lex ideo lata esset, ut finiret libidinem muliebrem, uerendum foret: ne abrogata incitaret. cur sit autem lata, ipsum indicauit tempus. Annibal in Italia erat uictor ad Cannas: iam Tarẽtum, iam Arpos, iam Capuam habebat: ad urbem Romam admoturus exercitum uidebatur: defecerant socij: non milites in supplementum, nõ socios nauales ad classem tuendam, non pecuniam in ærario habebamus: serui, quibus arma darentur, ita ut pretium pro ijs bello perfecto dominis solueretur, emebantur: in eandem diem frumentum & cætera quæ belli usus postulabant, præbenda publicani se conducturos professi erant: seruos ad remum, numero ex censu constituto, cum stipendio nostro dabamus: aurum & argentum omne, à senatoribus eius rei initio orto, in publicum conferabamus: uiduæ & pupilli pecunias suas in ærarium deferebant: cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quo ne plus signati argenti & æris domi haberemus. Tali tempore in luxuria & ornatu matronæ occupatæ erant: ut ad eam coercendam lex Oppia desiderata sit: cum, quia Cereris sacrificium lugētibus omnibus matronis intermissum erat: senatus finiri luctũ triginta diebus iussit. Cui non apparet, inopiam & miseriam ciuitatis, quia omnium priuatorum pecuniæ in usum publicum uertendę erant: istam legem scripsisse, tandiu mansuram, quãdiu causa scribendæ legis mansisset: nam si quæ tunc temporis causa aut decreuit senatus, aut populus iussit: in perpetuũ seruari oportet: cur pecunias reddimus priuatis: cur publica præsentis pecunia locamus: cur serui, qui militent, non emuntur: cur priuati non damus remiges: sicut tunc dedimus: Omnes alij ordines, omnes homines mutationem in meliorem statum reipublicæ sentient: ad cõiuges tantũ nostras pacis & tranquillitatis publicæ fructus non perueniet: Purpura uiri utemur, prætextati in magistratibus, in sacerdotijs: liberi nostri prætextis purpura togis utentur: magistratibus in colonijs municipijsq; hic Romæ infimo genere magistris uicorum, togæ prætextæ habendæ ius permittemus: nec id ut uiui solũ habeant tantũ insignis, sed etiam ut cum eo crement mortui: fœminis duntaxat purpuræ usu interdicemus: & cum tibi uiro liceat purpura in ueste stragula uti: matrem familiã tuã purpureum amiculũ habere non sinet: & equus tuus speciosus instratus erit, quàm uxor uestita: Sed in purpura, quæ terit, absumitur, iniustam quidẽ, sed aliquã tamen causam tenacitatis uideo: in auro uero, in quo præter manus pretiũ nihil intertrimẽti fit, quæ malignitas est: præsidium potius in eo est & ad publicos, & ad priuatos usus: sicuti experti estis. Nullam æmulationem inter se singularũ, quando nulla haberet: esse aiebat. At Hercule uniuersis dolor & indignatio est: cum sociorũ latini nominis uxoribus uident ea cõcessa ornãmẽta, quæ sibi adempta sint: cum insignes eas esse auro & purpura: cum illas uehi per urbem, se pedibus sequi: tanquã in illarum ciuitatibus, non in sua imperium sit. Virorũ hoc animos uulnerare posset: quid muliercularũ censetis, quas etiã parua mouent: Non magistratus, nec sacerdotia, nec triumphi, nec insignia, nec dona aut spolia bellica his cõtingere possunt: munditiæ & ornatus, & cultus, hæc fœminarũ insignia sunt: his gaudent & gloriant: hunc mundũ muliebrẽ appellarũt maiores nostri. Quid aliud in luctu, quàm purpuram atq; aurum deponũt: quid cum eluxerũt, sumunt: quid in gratulationibus supplicationibusq; nisi excellentiorẽ ornatũ adñciunt: Scilicet si legem Oppiã abrogaueritis: nõ uestri arbitrij erit: siquid eius uetare uolueritis, quod nunc lex uetat. minus filia, uxores, sorores etiam quibusdã in manu erunt. Nunquã saluis suis exiit seruitus muliebris. & ipsæ libertatẽ quam uiduitas & orbitas facit, detestantur. In uestro arbitrio suum ornatum, quàm in legis malunt esse. & uos in manu & tutela, non in seruitio debetis habere eas, & malle patres uos aut uiros, quàm dominos dici. Inuidiosis nominibus utebatur modo c o s. seditionem muliebrẽ & secessionem appellãdo. id enim periculum est: ne Sacrum montem, sicut quondam irata plebs,

aut

aut Auentinū capiant. Patiendum huic infirmitati est quodcunq; uos censueritis. quo plus potestis, eo moderatius imperio uti debetis. Hæc cum cōtra legem, proq; lege dicta essent: aliquanto maior frequentia mulierum postero die scse in publicū effudit: unoq; agmine omnes Brutorum ianuas obsederunt, qui collegarum rogationi intercedebant: nec ante abstiterunt, quàm remissa intercessio à tribunis est. nulla deinde dubitatio fuit, quin omnes tribus legem abrogarent. annis x x post abrogata est, quàm lata. M. Porcius cos. posteaquam abrogata est Oppia lex: extemplo x x v nauibus longis, quarum quinq; sociorū erant: ad Lunæ portum profectus, eodem exercitu conuenire iussit: & edicto per oram maritimā misso nauibus omnis generis contractis, à Luna proficiscens edixit, ut ad portum Pyrenei sequerent: inde se frequenti classe ad hostes iturum. Præteruerti Ligustinos montes, sinumq; gallicum, ad diem quam edixerat, conuenerunt. inde Rhodam uentum, & præsidium Hispanorū, quod in castello erat, ui deiectum. ab Rhoda secundo uento Emporias peruentum. ibi copiarū omnes, præter socios nauales, in terram expositæ. Iam tunc Emporiæ duo oppida erant muro diuisa. unum Græci habebant à Phocæa, unde & Massilienses, oriundi: alterum Hispani. sed Græcum oppidum in mare expositum totum orbem muri minus quadringentos passus patetē habebat: Hispanis retractior à mari trium millium passuum in circuitu murus erat. Tertium genus Romani coloni ab diuo Cæsare post deuictos Pompeij liberos adiecti. nunc in corpus unum confusi omnes: Hispanis prius, postremo & Græcis in ciuitatem Romanam ascitis. Miraretur quis, cum cerneret aperto mari ab altera parte, ab altera Hispanis, tam feræ & bellicosæ genti obiectos, quæ res eos tutaretur. disciplina erat custos infirmitatis, quam inter ualidiores optime timor continet. Partem muri uersam in agros egregie munitam habebant, una tantum in eam regionem porta imposita: cuius assiduus custos semper aliquis ex magistratibus erat. nocte pars tertia ciuium in muris excubabat: neque moris tantum, aut legis causa: sed quanta si hostis ad portas esset, obseruabant uigilias & circumibant cura. Hispanum neminem in urbem recipiebant, ne ipsi quidem temere urbe excedebant. ad mare patebat omnibus exitus. porta ad Hispanorum oppidum uersa nunquam nisi frequentes, pars tertia ferè, cuius proxima nocte uigilia in muris fuerant, egrediebantur. causa exeundi hæc erat. commercio eorum Hispani imprudentes maris gaudebant: mercariq; & ipsi ea, quæ externa nauibus inucherentur: & agrorum exhibere fructus uolebant. huius mutui usus desiderium ut Hispana urbs Græcis pateret, faciebat. Erant etiam eo tutiores: quod sub umbra Romanæ amicitie latebāt, quam sicut minoribus uiribus, quàm Massilienses, ita pari colebant fide. tunc quoque consulem exercitumq; comiter ac benigne acceperunt. Paucos ibi moratus dies Cato, dum exploraret, ubi & quantæ hostium copiarū essent, ut ne mora quidem segnitas esset: omne id tempus exercendis militibus consumpsit. Id erat forte tempus anni, ut frumentum in areis Hispani haberent. itaq; redemptoribus uictis frumentū parare, ac Romam dimissis, bellum, inquit, seipsum alet. profectus ab Emporijs agros hostium urit, uastatq;: omnia fuga & terrore cōplet. Eodem tempore M. Heluius decedenti ex ulteriore Hispania cum præsidio sex millium dato ab Ap. Claudio prætore Celtiberi agmine ingenti ad oppidū Iliturgi occurrerunt. Viginti millia armatorum fuisse Valerius scribit: duodecim millia ex ijs cæsa: oppidum Iliturgi receptum, & puberes omnes interfectos. Inde ad castra Catonis Heluius peruenit. & quia tuta iam ab hostibus regio erat: præsidio in ulteriorem Hispaniā remisso, Romam est profectus: & ob rem feliciter gestam ouans urbem est ingressus. Argenti infecti tulit in ærarium quatuordecim millia pondo septingenta triginta duo: & signati bigatorum xvii millia xxiii, & oscensis argententi cxx millia ccccxxviii. Causa triumphi negandi senatui fuit: quod alieno auspicio, & in aliena prouincia pugnasset. Cæterum biennio post redierat, cum prouincia successoris Q. Minucio tradita, annum insequentem retentus ibi longo & graui morbo fuisset. itaque duobus modo mensibus ante Heluius ouans urbem est ingressus: q; successor eius Q. Minucius triumpharet. Hic quoque tulit argenti pondo triginta quatuor millia octingenta: bigatorum lxxviii millia, & oscensis argenti cclxxviii millia. In Hispania interim consul haud procul Emporijs castra habebat. eò legati tres ab Iltergetum regulo Bilistage, in quibus

quibus unus filius erat: uenerunt, querentes castella sua oppugnari: nec spem ullā esse resistendi, nisi præsidio Romanus miles esset. v millia militum satis esse: nec hostes, si tanta manus uenisset, mansuros. Ad ea consul, moueri quidem se uel periculo eorum, uel metu dicere: sed sibi nequaquā tantum copiarū esse, ut cum magna uis hostiū haud procul absit: cum qua mox signis collatis dimicandū sibi in dies expectet: diuidendo exercitum, minuere tuto uires posset. Legati ubi hæc audiuerunt, flentes ad genua consulis prouoluuntur. Orant, ne se in rebus tam trepidis deserat. quò em se repulsos ab Romanis ituros: nullos se socios, nihil usquam in terris aliud spei habere. potuisse se extra id periculum esse: si decedere fide, si coniurare cum cæteris uoluissent. nullis minis, nullis terriculis se motos, sperātes satis opis & auxiliij sibi in Romanis esse. id si nullum sit, si sibi à consule negetur: deos hominesq; se testes facere, inuitos & coactos se, ne eadem quæ Saguntini passi sunt patiant: defecturos, & cum cæteris potius Hispanis, quàm solos perituros esse. Et illo quidem die sic sine responso dimissi. Consulem nocte quæ infecuta est, anceps cura agitare. nolle deserere socios, nolle minuere exercitum, quod aut moram sibi ad dimicandū, aut in dimicando periculum afferre posset. stat sententia nō minuere copias, ne quid interim hostes inferant ignominia: socijs spem pro re ostendendam censet. Sepe uana pro ueris, maxime in bello ualuisse: & credentē se aliquid auxiliij habere, per inde atq; haberet, ipsa fiducia & sperādo atq; audendo seruatū. Postero die legatis respondit: quanquā uereatur ne suas uires, alijs eas cōmodando minuat, tamen illorū se temporis ac periculi magis quàm sui rationem habere. denuntiari militum parti tertie ex omnibus cohortibus iubet: ut cibum quem in naues imponant, mature coquant: nauesq; in diem tertium expe-
diri iussit. duos ex legatis Bilistagi, atq; Ilergetibus nuntiare ea iubet: filium reguli comiter habendo, & muneribus apud se retinet. Legati non ante profecti, quàm impositos in naues milites uiderunt: id pro haud dubio iam nuntiantes, nō suos modo, sed etiam hostes fama Romani auxiliij aduentantis impleuerunt. Consul ubi satis quod in speciem fuit, ostentatū est, reuocari ex nauibus milites iubet. ipse cum iam id tempus anni appeteret, quo geri res possent: castra hyberna mille passuum ab Emporijs posuit. inde per occasiones nunc hac parte, nunc illa, modico præsidio castris relicto, prædatū milites in hostium agros educebat. Nocte ferme proficiscebantur, ut & quālongissime à castris procederent, & inopinantes opprimerēt. & exercebat ea res novos milites, & hostium magna uis excipiebat: nec iam egredi extra munimenta castellorum audebāt. Vbi satis admodum & suorum & hostium animos est expertus: conuocari tribunos præfectosq; & equites omnes, & centuriones iussit. Tempus, inquit, quod sæpe optastis, uenit: quo uobis potestas fieret uirtutē uestram ostendendi. adhuc prædonum magis quàm bellantium militastis more. nunc iusta pugna hostes cum hostibus cōferetis manus. non agros inde populari, sed urbiū opes haurire licebit. Patres nostri cum Hispania Carthaginiensium & imperatores ibi & exercitus essent: ipsi nullum imperatorem, nullos in ea milites haberent: tamen addere hoc in foedere uoluerunt, ut imperij sui Iberus fluuius esset finis. nunc cum duo prætores, cum cos. cum tres exercitus Romani Hispaniam obtineant: Carthaginensium iam propè x annis nemo in his prouincijs sit: imperium nobis citra Iberum amissum est. hoc armis & uirtute recuperetis oportet: & nationem rebellantem magis temere, quàm constanter bellantem, iugum quo se exiit accipere rursus cogatis. In hunc modum maxime adhortatus pronuntiat, se nocte ad castra hostium ducturū. ita ad corpora curanda dimissi. Nocte media, cum auspicio operā dedisset, profectus, ut locum quem uellet, priusquam hostes sentirent, caperet: præter castra hostiū circūducit: & prima luce acie instructa sub ipsum uallum tres cohortes mittit. Mirātes barbari à tergo apparuisse Romanum, discurrere ipsi ad arma. interim consul apud suos, Nusquam, nisi in uirtute spes est milites, inquit, & ego sedulo, ne esset, feci. inter castra nostra & nos, medijs hostes: ab tergo hostium ager est. quod pulcherrimum idem tutissimū est: in uirtute spem positam habere. Sub hæc cohortes recipi iubet, ut barbaros simulatione fugæ eliceret. Id quod crediderat, euenit. pertimuisse & cedere rati Romanos, porta erumpunt: & quātum inter castra sua & hostium aciem relicto erat loci, armatis complent. Dum trepidant acie instruenda, consul iam paratis ordinatisq; omnibus, incompositos

positos aggreditur. equites primos ab utroque cornu in pugnam induxit. sed in dextro exemplo pulsus, cedentesque trepidi etiam pedites terrorem intulere. Quod ubi uidit C. S. duas cohortes delectas ab dextro latere hostium circumduci iubet: & ab tergo se ostendere: prius quam concurrerent peditem acies. Is terror obiectus hosti rem metu Romanorum equitum inclinam æquauit. tamen adeo turbati erant dexteræ alæ equites peditesque, ut quosdam C. S. manu ipse reprehenderit, & aduersos in hostem uerterit. ita & quandiu missilibus pugnatum est, anceps pugna erat: & iam ab dextera parte, unde terror & fuga cœperat, ægre Romanus resistebat. à sinistro cornu, & ab fronte urgebantur barbari: & cohortes ab tergo instantes pauidi respiciebant. Vt emissis soliferreis falaricisque gladios strinxerunt, tum uelut redintegrata est pugna. non cæcis ictibus procul ex improviso uulnerabantur: sed pede collato, tota in uirtute ac uiribus spes erat. Fessos iam suos C. S. ex secunda acie subsidiarijs cohortibus in pugnam inductis, accendit: noua acies facta, integri recentibus telis fatigatos adorti hostes primū acri impetu uelut cuneo perculerūt: deinde dissipatos in fugam auerterunt: effusoque per agros cursu castra repetebantur. Vbi omnia fuga completa uidit Cato: ipse ad secundam legionem, quæ in subsidio posita erat, equo reuehitur: & signa præ se ferri, plenoque gradu ad castra hostium oppugnanda succedere iubet. si quis extra ordinem auidius procurrat, & ipse interequitans sparo percutit, & tribunos centurionesque castigare iubet. Iam castra hostium oppugnabantur: saxisque & sudibus & omni genere telorum summouebantur à uallo Romani. ubi recens admotæ legio est, tum & oppugnatis animus creuit, & infensus hostes pro uallo pugnant. C. S. omnia oculis perlustrat: ut qua minima uis resistatur, ea parte irrumpat. ad sinistram portam infrequentes uidet: eò secundæ legionis principes hastatosque inducit. Non sustinuit impetum eorum statio quæ portæ apposita erat. & cæteri posteaquam intra uallum hostes uident, ipsis castris exuti signa armaque abiciunt. cæduntur in portis suomet ipsi agmine in arcto hærentes. secundani terga hostium cædunt, cæteri castra diripiunt. Valerius Antias supra XL millia hostium cæsa eo die scribit. Cato ipse haud sanè detrectator laudum suarū multos cæsos ait, numerum non scribit. Tria eo die laudabilia fecisse putatur. unum, quod circumducto exercitu, procul nauibus suis castrisque, ubi spem nisi in uirtute haberet, inter medios hosteis prælium commisit. alterum, quod cohortes ab tergo hostibus obiecit. tertium, quod secundam legionem, cæteris omnibus effusis ad sequendos hostes, pleno gradu sub signis compositam instructamque subire ad portam castrorum iussit. Nihil deinde à uictoria cessatum: cum receptui signo dato suos spolijs onustos in castra reduxisset, paucis horis noctis ad quietem datis, ad prædandum in agros duxit. effusus, ut sparsis hostibus fuga, prædati sunt. quæ res non minus, quam pugna pridie aduersa Emporitano Hispano accolasque eorum in deditioem compulsi. multi & aliarum ciuitatum, qui Emporias perfugerant, dediderunt se. quos omnes appellatos benigne, uinoque & cibo curatos, domos dimisit. Confestim inde castra mouit. & quacunque incedebat agmen, legati dedentium ciuitates suas occurrebant. & cum Tarraconem uenit, iam omnis cis Iberum Hispania perdomita erat, captiuisque & Romani & socium ac Latini nominis uarijs casibus in Hispania oppressi, donum C. S. à barbaris reducebantur. Fama deinde uulgatur, C. S. in Turditaniam exercitum ducturum. & ad deuos montanos profecturum etiam falso perlaturum est. Ad hunc uanum, & sine autore ullo rumorem Bergistanorum ciuitatis septem castella defecerunt. eos deducto exercitu C. S. sine memorando prælio in potestatem redegit. Haud ita multo post eundem, regresso Tarraconem C. S. priusquam inde quoquam procederet, defecerunt. Iterum subacti. sed non eadem uenia uictis fuit. sub corona uenire omnes, ne sæpius pacem sollicitarent. Interim P. Manlius Pr. exercitu uetere à Q. Minucio, cui successerat, accepto, adiuncto & Ap. Claudij Neronis ex ulteriore Hispania uetere exercitu, in Turdetaniam proficiscitur. Omnium Hispanorum maxime imbelles habentur Turdetani. freti tamen multitudine sua obuiam ierunt agmini Romano. Eques immixtus turbauit exemplo aciem eorum. pedestre prælium nullius ferme certaminis fuit. milites ueteres periti hostium bellique haud dubiam pugnam fecerunt. Nec tamen ea pugna debellatum est. X millia Celtiberum mercede Turduli conducunt, alienisque armis parabant bellum. C. S. interim

fff rebellionem

rebellione Bergistanorum ictus, cæteras quoque ciuitates ratus per occasionem idem facturam, arma omnibus cis Iberum Hispanis ademit. quam rem adeo egre passi, ut multi mortem sibi metipsi consciscerent: ferox gens nullam uitam rati sine armis esse. Quod ubi cos. renuntiatum est, senatores omnium ciuitatum ad se uocari iussit. atque ijs, Non nostra, inquit, magis, quam uestra refert uos non rebellare. siquidem id maiore Hispanorum malo, quam exercitus Romani labore semper adhuc factum est. id ut ne fiat, uno modo arbitror caueri posse, si effectum erit ne possitis rebellare. uolo id quam mollissima uia consequi. uos quoque in ea re consilio me adiuuate. nullum libentius sequar, quam quod uosmetipsi attuleritis. Tacentibus spatium se ad deliberandum dierum paucorum dare dixit. cum reuocati secundo quoque concilio tacuissent: uno die muris omnium dirutis, ad eos, qui nondum parebant, profectus, ut in quamque regionem uenerat: omnes, qui circa incolabant, populos in deditioem accepit. Segesticam tantum grauem atque opulentam ciuitatem uineis & pluteis cepit. Eo maiorem habebat difficultatem in subigendis hostibus, quam qui primi uenerant in Hispaniam: quod ad illos tædio imperij Carthaginensium Hispani deficiebant: huic ex usurpata libertate in seruitutem uelut astricti erant. & ita mota omnia accepit, ut alij in armis essent, alij obsidione ad defectionem cogentur: nec, nisi in tempore subuentum foret, ultra sustentaturi fuerint. Sed in cos. ea uis animi atque ingenij fuit, ut omnia maxima minimaque per se adiret atque ageret: nec cogitaret modo imperaretque, quæ in rem essent, sed pleraque ipse per se transigeret: nec in quenquam omnium grauius seueriusque, quam in semetipsum imperium exerceret: parsimonia & uigilijs & labore cum ultimis militum certaret: nec quicquam in exercitu suo precipui, præter honoræ atque imperium haberet. Difficilius bellum in Turdetania prætori P. Manlio Celtiberi mercede exenti ab hostibus, sicut ante dictum est, faciebant. itaque eò cos. accersitus literis prætoris legiones duxit. Vbi eò uenit, (castra separatim Celtiberi & Turdetani habebant) cum Turdetanis extemplo leuia prælia incurstantes in stationes eorum, Romani facere: semperque uictores ex quam uis temere cepto certamine abire. Ad Celtiberos in colloquium tribunos militum ire cos. atque ijs trium conditionum electionem ferre iubet. primam, si transire ad Romanos uelint, & duplex stipendium accipere, quam quantum à Turdetanis pepigissent. alteram, si domos abire, publica fide accepta, nihil eam rem noxæ futuram, quod hostibus se Romanorum iunxissent. tertiam, si utique bellum placeat, diem locumque constituent, ubi secum armis decernant. A Celtiberis dies ad consultandum petita. concilium immistis Turdetanis habitum magno cum tumultu: eo minus decerni quicquam potuit. Cum incertum bellum an pax cum Celtiberis esset, comæatus tamen haud secus quam in pace, ex agris castellisque hostium Romani portabant: dein sæpe munimenta eorum, uelut communi pacto commercio priuatis inducijs ingredienti. cos. ubi hostes ad pugnam elicere nequit: primum prædatum sub signis aliquot expeditas cohortes in agrum integræ regionis ducit: deinde audito, Seguntia Celtiberum omnis farcinas impedimentaque relicta, eò pergit ducere ad oppugnandum. Posteaquam nulla mouentur re, persoluto stipendio non suis modo, sed etiam prætoris militibus, relictoque omni exercitu in castris prætorianis, ipse cum septem cohortibus ad Iberum est regressus. Ea tam exigua manu oppida aliquot cepit. defecere ad eum Sedetani, Ausetani, Suessetani. Lacetanos, deuian & syluestrem gentem, cum insita feritas continebat in armis: tum conscientia, dum cos. exercitusque Turdulo bello est occupatus, depopulorum subitis incursionibus sociorum. Igitur ad oppidum eorum oppugnandum cos. ducit non Romanas modo cohortes, sed iuuentutem etiam merito infensorum ijs sociorum. Oppidum longum in latitudinem haudquam tantundem patens habebant. quadringentos inde ferme passus constituit signa. ibi delectarum cohortium stationem relinquens, præcepit eis, ne se ex eo loco ante mouerent: quam ipse ad eos uenisset. cæteras copias ad ulteriorem partem urbis circumducit. maximum ex omnibus auxilijs numerum Suessetanæ iuuentutis habebat. eos ad murum oppugnandum subire iubet. Quorum ubi arma signaque Lacetani cognouere: memores, quam sæpe in agro eorum impune perfulsissent: quoties ipsos signis collatis fudissent fugassentque: patefacta repete porta uniuersi in eos erumpunt. Vix clamorem eorum, nedum impetum Suessetani tulere. quod posteaquam

posteaquam sicut futurum ratus erat, cos. fieri etiam uidit, equo citato subter murum hostium ad cohortes aduehitur: atque eas arreptas, effusis omnibus ad sequendos Suesetanos, quæ silentium ac solitudo erat, in urbem inducit: priusque omnia cepit, quam se reciperent Lacetani. mox ipsos nihil præter arma habentes in deditioem accepit. Confestim inde uictor ad Vergium castrum ducit. Receptaculum id maxime prædonum erat: & inde incursiones in agros pacatos prouinciæ eius fiebant. Transfugit inde ad cos. princeps Vergestanus: & purgare se ac populares cepit. non esse in manu ipsis Remp. prædones receptos totum suæ potestatis id castrum fecisse. cos. eum domum redire, conficta aliqua probabili cur absuisset causa, iussit. cum se muros subisse cerneret, intentosque prædones ad tuenda mœnia esse: tum uti cum suæ factionis hominibus meminisset arcem occupare. Id uti præceperat, factum. repente anceps terror, hinc muros ascendentibus Romanis, illinc arce capta, barbaros circumuasit. Huius potitus loci cos. eos, qui arcem tenuerant, liberos esse cum cognatis, suaque habere iussit: Vergestanos cæteros quæstori ut uenderet imperauit: de prædonibus supplicium sumpsit. Pacata prouincia, uectigalia magna instituit ex ferrarijs argentarijsque, quibus tum institutis locupletior in dies prouincia fuit. Ob has res gestas in Hispania supplicatione in triduum patres decreuerunt. Eadem ætate alter cos. L. Valerius Flaccus in Gallia cum Boiorum exercitu propter Litanam syluam signis collatis secundo prælio conflixit. Octo millia Gallorum cæsa traduntur. cæteri omisso bello in uicos suos atque agros dilapsi. cos. reliquum ætatis circa Padum Placentiæ & Cremonæ exercitum habuit, restituitque quæ in his oppidis bello diruta fuerant. Cum hic status rerum in Italia Hispaniaque esset, T. Quintio, in Græcia ita hybernis actis, ut exceptis Ætolis, quibus nec pro spe uictoriæ præmia contigerant, nec diu quies placere poterat, uniuersa Græcia simul pacis libertatisque perfruens bonis, egregie statu suo gauderet: nec magis in bello uirtutem Romani ducis, quam in uictoria temperantiam iustitiamque & moderationem miraretur: senatusconsultum, quo bellum aduersus Nabin Lacedæmoniū decretum erat, affertur. quo lecto Quintius, conuentu Corinthum omnium sociarum ciuitatum legationibus in diem certam edicto, ubi frequentes undique principes conuenerunt, ita ut ne Ætoli quidem abessent, tali oratione est usus. Bellum aduersus Philippum non magis communi animo consilioque Romani & Græci gesserunt, quam utriusque suas causas belli habuerunt. nam & Romanorum amicitiam, nunc Carthaginenses hostes eorum iuuando, nunc hic focis nostris oppugnandis uiolauerat: & in uos talis fuit, ut nobis, etiam si nostrarum obliuisceremur iniuriarum, uestræ iniuriæ satis digna causa belli fuerint. Hodierna consultatio tota ex uobis pendet. refero enim ad uos, utrum Argos, sicut scitis ipsi, ab Nabide occupatos pati uelitis subditiōe eius esse: an equum censcatis nobilissimam uetustissimamque ciuitatem in media Græcia sitam repeti in libertate: & eodem statu, quo cæteras urbes Peloponnesi & Græciæ esse. Hæc consultatio, ut uidetis, tota de re pertinente ad uos est: Romanos nihil contingit, nisi quatenus liberatæ Græciæ unius ciuitatis seruitus non plenam nec integram gloriam esse sinit. Cæterum si uos nec cura eius ciuitatis, nec exemplum, nec periculum mouet, ne serpat latius cõtagio eius mali: nos æqui bonique facimus. de hac re uos consulo, staturus eo, quod plures censueritis.

Post orationem Romani imperatoris percerferi aliorum sententiæ ceptæ sunt. Cum legatus Atheniensium quantum poterat gratiis agendis Romanorum in Græciam merita extulisset, imploratos auxilium aduersus Philippum tulisse opem: non rogatos ultro aduersus tyrannum Nabin offerre auxilium: indignatusque esset hæc tanta merita sermonibus tamen aliorum carpi futura calumniarum, cum fateri potius præteritorum gratiam deberent, appetebat incesse Ætolos. Igitur Alexander princeps gentis inuectus primum in Athenienses, qui libertatis quondam duces & autores, assentationis propriæ gratia communem causam proderent: questus deinde Achæos Philippi quondam milites, postremum ab inclinata eius fortuna transfugas, & Corinthum recepisse, & id agere, ut Argos habeant: Ætolos primos hostes Philippi, semper socios Romanorum, pactos in foedere suas urbes agrosque fore deuicto Philippo, fraudari Echino & Pharsalo: insimulauit fraudis Romanos, quod uano titulo libertatis ostentato, Chalcidem & Demetriadem præsidij tenerent: qui Philippo cunctanti dedu

cere inde præsidia obijcere semper soliti sunt: nunquã, donec Demetrias Chalcisq; & Corinthus tenerentur, liberam Græciam fore: postremo, manendi in Græcia, retinendiq; exercitus Argos & Nabin causam facerent. Deportarent legiones in Italiam: Ætolos polliceri, aut conditionibus & uoluntate sua Nabin præsidium Argis deducturum, aut ui atq; armis coacturos in potestate consentientis Græciæ esse. Hac uaniloquentia primum Aristænum prætorem Achæorum excitauit. Ne istuc, inquit, Iuppiter Opt. Max. siuerit Iunoq; regina: cuius in tutela Argi sunt, ut illa ciuitas inter tyrannum Lacedæmonium & latrones Ætolos præmium sit posita in eo discrimine, ut miserius à nobis recipiatur, quàm ab illo capta est. Mare interiectum ab istis prædonibus non tuetur nos T. Quinti. quid, si in media Peloponneso arcem sibi fecerint, futurum nobis est? Linguam tantum Græcorum habent, sicut speciem hominum, moribus ritibusq; efferationibus quàm ulli barbari, imò q; rapacis. beluæ utuntur. Itaq; uos rogamus Romani, ut & ab Nabide Argos recuperetis: & ita res Græciæ cõstituatis, ut à latrocinio quoque Ætolorum satis pacata hæc relinquatis. Romanus cunctis undiq; increpantibus Ætolos, responsurum se fuisse ijs dixit, nisi ita inensos omnes in eos uideret, ut sedandi potius, q; irritandi essent. contentum itaq; opinione ea, quæ de Romanis Ætolisq; esset, referre se dixit: quid de Nabidis bello placeret, nisi redderet Achæis Argos. Cum omnes bellum decreissent, auxilia ut pro uiribus suis quæq; ciuitates mitterent, est hortatus. Ad Ætolos legatum etiam misit, magis ut nudaret animos, id quod euenit, quàm spe impetrari posse. Tribunis militum ut exercitum ab Elatia accerferent, imperauit. Per eodem dies & Antiochi legis de societate agentibus respondit, nihil se absentibus decem legis sententiæ habere, Romam eundem ad se natum ijs esse. Ipse copias eductas ab Elatia ducere Argos pergit. atq; ei circa Cleonas Aristænus Pr. cum x millibus Achæorum, equitibus mille occurrit. & haud procul inde iunctis exercitibus posuerunt castra. Postero die in campum Argiuorum descenderunt: & quatuor ferè milia ab Argis locum castris capiunt. Præfectus præsidio Laconum erat Pythagoras, gener idem tyranni, & uxoris eius frater. qui sub aduentum Romanorum, & utraq; arces, (nam duas habent Argi) & loca alia, quæ aut opportuna, aut suspecta erant: ualidis præsidijs firmauit. sed inter agenda hæc pauorem iniectum aduentu Romanorum dissimulare haudquam poterat: & ad externum terrorem intestina etiam seditio accessit. Damocles erat Argiuus, adolescens maioris animi, quàm consilij: qui primo, iureiurando interposito, de præsidio expellendo cum idoneis collocutus, dum uires adijcere cõiurationi studet, incautior fidei æstimator fuit. colloquentem eum cum suis satelles à præfecto missus cum accerferet, sensit proditum consilium esse: hortatusq; coniuratos qui aderant, ut potius quàm extorti morerentur, arma secum caperent: atq; ita cum paucis in forum ire pergit, clamitans, ut qui saluam Rempuellent, autorem & ducem se libertatis sequerentur. Haud sanè mouit quenquam, quia nihil usquam spei propinquæ, nedum satis firmi præsidij cernebant. Hæc uociferantem cum Lacedæmonij circumuentum cum suis interfecerunt. comprehensi deinde quidam & alij: ex ijs occisi plures, pauci in custodiam coniecti. multi proxima nocte funibus per murum demissi ad Romanos transfugerunt. Quintius affirmantibus ijs, si ad portas Romanus exercitus fuisset, non sine effectu futurum eum motum fuisse: & si propius castra admoueretur, non quietos Argiuos: misit expeditos pedites equitesq;. qui circa Cylarabin (gymnasium id est minus trecentos passus ab urbe) cum erumpentibus à porta Lacedæmonijs prælium commiserunt, atq; eos haud magno certamine compulerunt in urbem. & castra eo ipso loco, ubi pugnatum erat, imperator Romanus posuit. Diem inde unum in speculis fuit, siquid noui motus oriretur. posteaquam oppressam metu ciuitatem uidit, aduocat concilium de oppugnandis Argis. Omnium principum Græciæ, præter Aristænum, eadem sententia erat, cum causa belli non alia esset, inde potissimum ordiendum bellum. Quintio id nequaquam placebat, sed Aristænum contra omnium consensum differentem cum haud dubia approbatione audiuit. & ipse adiecit: cum pro Argiuis aduersus tyrannum bellum susceptum sit, quid minus conueniens esse, quàm omisso hoste Argos oppugnari? se uero caput belli Lacedæmonem & tyrannum petiturum. Et dimisso concilio, frumentatum expeditas cohortes misit, quod maturi erat

circa

circa demessum & conuectum est. uiride, ne hostes mox haberent, protritum & corruptum. castra deinde mouit, & Parthenio monte superato, præter Tegeam tertio die ad Caryas posuit castra. ibi, priusquã hostium intraret agrum, sociorũ auxilia expectauit. Venerũt Macedones à Philippo mille quingenti, & Thessalorum equites quadringenti. nec iam auxilia, quorum affatim erat, sed comitatus finitimis urbibus imperati morabatur Romanum. Nauales quoque magnæ copię conueniebant. iam ab Leucade L. Quintius cum XL nauibus uenerat: iam Rhodiæ X & octo tectæ naues: iam Eumenes rex circa Cycladas insulas erat cum X tectis nauibus, triginta lembis mistisq; alijs minoris formæ nauigijs. ipsorum quoq; Lacedæmoniorum exules permulti tyrannorum iniuria pulsī, spe recuperandæ patriæ in castra Romana conuenerant. Multi autem erant iam per aliquot ætates, ex quo tyranni tenebant Lacedæmonem, alij ab alijs pulsī. princeps erat exulum Agesipolis, cuius iure gentis regnum Lacedæmone erat: pulsus infans ab Lycurgo tyranno post mortem Cleomenis, qui primus tyrannus Lacedæmone fuit. Cum terra marisq; tantum belli circumstaret tyrannum, & propè nulla spes esset uires suas hostiumq; æstimanti, non tamen omisit bellum. sed & à Creta mille delectos iuuentutis eorum exciuit, cum mille iam haberet: & tria millia mercenariorum militum, X millia popularium cum castellanis agrestibus in armis habuit: & fossa ualloq; urbem communiuit. & nequid intestini motus oriretur, metu & acerbitate pœnarũ tenebat animos. Quoniam ut saluum uellent tyrannum, sperare non poterat, cum suspectos quosdam ciuium haberet: ductis in campum omnibus copijs, (Dromon ipsi uocant) positis armis ad contionem uocari iussit Lacedæmonios, atq; eorum contioni satellites armatos circumdedit. & pauca præfatus cur sibi omnia timenti cauentiq; ignoscendum in tali tempore foret: & ipsorum referre, si quos suspectos status præsens rerum faceret, prohiberi potius nequid moliri possint, quàm puniri molientes. itaq; quosdam se in custodia habiturũ, donec ea quæ instet tempestas prætereat. hostibus repulsis, à quibus, si modo proditio intestina satis caueatur, minus periculi esse, extemplo eos emissurũ. Sub hæc citari nomina octoginta fermè principum iuuentutis iussit: atq; eos, ut quisq; ad nomen responderat, in custodiam tradidit: & nocte insequenti omnes interfecit. Ilotarũ deinde quidam (hi sunt iam inde antiquitus castellani, agreste genus) transfugere uoluisse insimulati, per omnes uicos sub uerberibus acti necantur. Hoc terrore obstupuerant multitudinis animi ab omni conatu nouorũ consiliorũ. Intra munitiones copias continebat, nec parem se ratus, si dimicare acie uellet: & urbem relinquere tam suspensis & incertis omnium animis metuens. Quintius satis iam omnibus paratis profectus ab statuis, die altero ad Sellasiam super Oenunta fluuium peruenit: quo in loco Antigonus Macedonũ rex cum Cleomene Lacedæmoniorum tyranno signis collatis dimicasse dicebatur. inde, cum audisset ascensum difficilis & arctæ uia esse, breui per monteis circuitu præmissis, qui munirent uiam: lato satis & patenti limite ad Eurotam amnem sub ipsis propè fluentem moenibus, peruenit. ubi castra metantes Romanos, Quintiumq; ipsum cum equitibus atq; expeditis prægressum auxiliares tyranni adorti, in terrorem ac tumultũ coniecerunt nihil tale expectantes: quia nemo his obuius toto itinere fuerat, ac ueluti pacato agro transferant. Aliquandiu, pedibus equites, equitibus pedites uocãtib; cum in se cuiq; minimum fiduciæ esset, trepidatum est. tandem signa legionum superuenerunt: & cum primi agminis cohortes inductæ in prælium essent, qui modo terrori fuerant, trepidantes in urbem compulsi sunt. Romani cum tantum à muro recessissent, ut extra ictum teli essent, acie directa paulisper steterũt. posteaquam nemo hostium contra exhibat, redierunt in castra. Postero die Quintius prope flumen præter urbem sub ipsas Mænali montis radices ducere copias instructas pergit. primæ legionariæ cohortes ibant: leuis armatura & equites agmen cogebant. Nabis intra murum instructos paratosq; sub signis habebat mercenarios milites, in quibus omnis fiducia erat, ut ab tergo hostem aggrediretur. posteaquam extremum agmen præterijt, tum ab oppido eodem, quo pridie eruperant, tumultu pluribus simul locis erumpunt. Ap. Claudius agmen cogebat: qui ad id quod futurum erat, ne inopinatum accideret, præparatis suorum animis, signa extemplo conuertit, totumq; in hostem agmen circumegit. itaq; uelut rectæ acies concurrissent, iustum

fff ; aliquan

aliquandiu prælium fuit. tandem Nabidis milites in fugam inclinarunt. quæ minus infida ac trepida fuisset, ni Achæi locorum prudentes institissent. hi & cædem ingentem ediderunt, & dispersos passim fuga plerosq; armis exuerunt. Quintius prope Amyclas posuit castra. inde cum perpopulatus omnia circumiecta urbi frequentis & amœni agri loca esset, nullo iam hostium porta excedente, mouit castra ad flumen Eurotam. inde uallem Taygeto subiectam, agrosq; ad mare pertinentes euastat. Eodem ferè tempore L. Quintius maritimæ oræ oppida partim uoluntate, partim metu aut ui recepit. certior deinde factus, Gyttheum oppidum omnium maritimarum rerum Lacedæmonijs receptaculum esse: nec procul à mari castra Romana abesse, omnibus id copijs aggredi constituit. Erat eo tempore ualida urbs & multitudine ciuium incolarumq; , & omni bellico apparatu instructa. In tempore Quintio rem haud facilem aggredienti rex Eumenes & classis Rhodiorum superuenerunt. ingens multitudo naualium sociorum è tribus contracta classibus intra paucos dies omnia, quæ ad oppugnationem urbis terra marisq; munitæ faciendæ opera erant, effecit. Iam testudinibus admotis murus subruebatur: iam arictibus quatiebatur. itaq; una crebris ictibus euersa est turris: quodq; circa mari erat, casu eius prostratum. & Romani simul à portu, unde aditus planior erat, ut distenderent ab apertiore loco hostes: simul per patefactum ruina iter irrumpere conabatur. nec multum absuit, quin quæ intenderant, penetrarent. sed tardauit impetum eorum spes obiecta defendæ urbis, mox deinde eadem turbata. Dexagoridas & Gorgopas pari imperio præerant urbi. Dexagoridas miserat nuntium ad legatum Romanum, traditurum se urbem. & cum ad eam rem tempus & ratio conuenisset: à Gorgopa proditor interficitur. intentiusq; ab uno urbs defendebatur: & difficilior facta oppugnatio erat, ni T. Quintius cum quatuor millibus delectorum militum superuenisset. Is cum supercilio haud procul distantis tumuli ab urbe instructam aciem ostendisset: & ex altera parte L. Quintius ab operibus suis terra marisq; instaret: tum uera desperatio Gorgopam quoq; coegit id consilij, quod in altero morte uindicauerat, capere. & pactus ut abducere inde milites, quos præsidij causa habebat, liceret, tradidit Quintio urbem. Priusquam Gyttheum traderetur, Pythagoras præfectus Argis relictus, tradita custodia urbis Timocrati Pellenensi, cum mille mercenarijs militibus, & duobus millibus Argiuorum Lacedæmonem ad Nabis uenit. Nabis sicut primo aduentu Romanæ classis, & traditione oppidorum maritimæ oræ conterritus erat: sic parua spe cum acquieuisset, Gyttheo ab suis retento: posteaquam id quoq; traditum Romanis audiuit esse: cum ab terra omnibus circa hostibus, nihil spei esset: à mari quoq; toto se interclusum: cedendum fortunæ ratus, caduceatorem primum in castra misit ad explorandum: si paterentur legatos ad se mitti. qua impetrata re, Pythagoras ad imperatorem uenit nullis cum alijs mandatis, quam ut tyranno colloqui cum imperatore liceret. Concilio aduocato, cum omnes dandum colloquium censuissent: dies locusq; constituitur. In mediæ regionis tumulos modicis copijs sequentibus cum uenissent: relictis ibi in statione conspecta utrinq; cohortibus, Nabis cum delectis custodibus corporis, Quintius cum fratre & Eumene rege, & Sosilao Rhodio, & Aristæno Achæorum prætore tribunisque militum paucis descendit. Ibi permissio ut seu dicere prius, seu audire mallet, ita cœpit tyrannus. Si ipse per me T. Quinti uosq; qui adestis, causam excogitare, cur mihi aut indixissetis bellum, aut inferretis, possem: tacitus euentum fortunæ meæ expectassem: nunc imperare animo nequii, quin priusquam perirem, cur periturus essem scirem. & Hercule si tales essetis, quales esse Carthaginenses fama est: apud quos nihil societatis fides sancti haberet: in me quoq; uobis quid faceretis minus pensi esse, non mirarer. nunc cum uos intueor, Romanos esse uideo, qui rerum diuinarum fœdera, humanarum fidem socialem sanctissimam habeatis: cum me ipse respexi, eum esse spero: cui & publice, sicut cæteris Lacedæmonijs, uobiscum uetustissimum fœdus sit: & meo nomine priuatim amicitia ac societas nuper Philippi bello renouata. At enim ego eam uiolauit & euerit, quod Argiuorum ciuitatem tenco. Quo modo hoc tuear? re, an tempore? Res mihi duplicem defensionem præbet. nam & ipsi uocantibus ac tradentibus urbem eam accepi, non occupauit: & accepi, cum Philippi partium, non in uestra societate esset. Tempus autem eo me liberat, quod cum iam Argos haberem,

societas

societas mihi uobiscum conuenit: & ut uobis mitterem ad bellum auxilia, non ut Argis præsidium deducerem, pepigistis. At Hercle in ea controuersia, quæ de Argis est, superior sum, & æquitate rei: quod non uestram urbem, sed hostium, quod uolentem, non ui coactam accepit: & uestra confessione, quod in conditionibus societatis mihi Argos reliquistis. Cæterum nomen tyranni, & facta me premunt, quod seruos ad libertatē uoco, quod in agros inopem plebem deduco. De nomine hoc respondere possum: me, qualiscunq; sum, eundem esse, qui cum tu ipse mecum T. Quinti societatem pepigisti. tum me regem appellari à uobis meministi: nunc tyrannum uocari uideo. itaq; si ego nomen imperij mutassem, mihi meæ inconstantiæ, cum uos muteris, uobis uestre reddenda ratio est. Quod ad multitudinem seruis liberatis auctam, & egentibus diuisum agrum attinet: possum quidem & in hoc me iure temporis tutari. iam feceram hæc, qualiacunq; sunt, cum societatem mecum pepigistis, & auxilia in bello aduersum Philippum accepistis. sed si nunc ea fecissem, non dico, quid in eo uos læsissem, aut uestram amicitiam uiolasset: sed illud, me more atq; instituto maiorū fecisse. Nolite ad uestras leges atq; instituta exigere ea, quæ Lacedæmone fiunt. nihil cōparare singula necesse est. uos à censu equitem, à censu peditem legitis: & paucos excellere opibus, plebem subiectam esse illis uultis. noster legum lator non in paucorum manu Remp. esse uoluit: quem uos senatū appellatis: nec excellere unum aut alterum ordinem in ciuitate: sed per æquationē fortunæ ac dignitatis fore credidit, ut multi essent, qui arma pro patria ferrent. Pluribus me ipse egisse, q̄ pro patriæ sermone breuitatis, fateor. & breuiter peroratum esse potuit: nihil me, posteaquam uobiscum amicitiam institui: cur eius uos pœniteret, commisisse. Ad hæc imperator Romanus, Amicitia & societas nobis nulla tecum, sed cum Pelope rege Lacedæmoniorum iusto ac legitimo facta est. cuius ius tyranni quoq; qui postea per uim tenuerunt Lacedæmone imperium: quia nos bella nunc Punica, nunc Gallica, nunc alia ex alijs occupauerant, usurparunt, sicut tu quoq; hoc Macedonico bello fecisti. nam quid minus conuestiret, quàm nos qui pro libertate Græciæ aduersus Philippum gereremus bellum, cum tyranno instituere amicitiam: & eo tyranno, quàm qui unquam fuit, læuissimo & uiolentiſſimo in suos? Nobis uero, etiam si Argos nec cepisses per fraudē nec teneres, liberantibus omnē Græciam Lacedæmon quoq; uindicanda in antiquam libertatem erat, atq; in leges suas: quarum modo, tanquam æmulus Lycurgi, mentionem fecisti. An ut ab Iasso & Bargyllis præsidia Philippi deducatur, curæ erit nobis: Argos & Lacedæmonem, duas clarissimas urbes, lumina quondam Græciæ, sub pedibus tuis relinquemus: quæ titulum nobis liberatæ Græciæ seruietes deforment? At enim cum Philippo Argiui fenserunt. Remittimus hoc tibi, ne nostram uicem irascaris. satis compertum habemus, duorum, aut summum trium in ea re nō ciuitatis culpam esse: tam Hercle, quam in te tuoq; præsidio accersendo accipiendocq; in arcem, nihil sit publico consilio actum. Theſtalos & Phocenses & Locrenses consensu omnium scimus partium Philippi fuisse. tamen cum cæteram liberauerimus Græciam: quid tandem censes in Argiuis, qui in fontes publici consilij sint, facturos? Seruorum ad libertatem uocatorum, & egentibus hominibus agri diuisi crimina tibi obijci dicebas: non quidem nec ipsa mediocria. sed quid ista sunt præ ijs, quæ à te, tuisq; quotidie alia super alia facinora eduntur? exhibe liberam contionē uel Argis, uel Lacedæmone: si audire iuuat uera dominationis impotētissimæ crimina. Ut omnia alia uetustiora omittam: quam cædem Argis Pythagoras iste gener tuus penè in oculis meis edidit: quam tu ipse, cum iam propè in sinibus Lacedæmoniorum essem? Agedum, quos in contione comprehensos, omnibus audientibus ciuibus tuis, in custodia te habiturū esse pronuntiaſti: iube uinctos produci, ut miseri parentes, quos falsò lugēt, uiuere sciant. At enim ut iam ita sint hæc, quid ad uos Romani? hoc tu dicas liberantibus Græciam: hoc ijs, qui ut liberare possent, mare traiecerunt, terra mariq; gesserunt bellum? Vos tamen, inquis, uestramq; amicitiam ac societatem proprie nō uiolauī. Quoties uis te id arguam fecisse? sed nolo pluribus: summā rem complectar. Quibus igitur rebus amicitia uiolatur? nempe his maxime duabus, si socios meos pro hostibus habeas, si cum hostibus te cōiungas. Virunq; à te factum est. nam & Messenen uno atq; eodem iure fœderis, quo & Lacedæmonem, in amicitiam nostram acceptam socius ipse sociam

nobis urbem uel atque armis cepisti: & cum Philippo hoste nostro non societatem solum, sed, si deus placet, affinitatem etiam per Philoclem praefectum eius pepigisti: & bellum aduersum nos gerens mare circa Maleam infestum nauibus piraticis fecisti: & plures prope ciues Romanos, quam Philippus, cepisti atque occidisti: tutiorque Macedoniae ora, quam promontorium Maleae comitatus ad exercitus nostros portantibus nauibus fuit. Proinde parce sic fidem ac iura societatis iactare: & omissa populari oratione, tanquam tyrannus & hostis loquere. Sub haec Aristaeus nunc monere Nabin, nunc etiam orare: ut dum liceret, dum occasio esset, sibi, ac fortunis suis consulere. referre deinde nominatim tyrannos ciuitatum finitimarum coepit: qui deposito imperio, restitutaque libertate suis, non tutam modo, sed etiam honoratam inter ciues senectutem egissent. His dictis inuicem, auditisque, nox prope diremit colloquium. postero die Nabis Argis se cedere ac deducere praesidium, quando ita Romanis placeret: & captiuos & perfugas redditurum dixit. aliud si quid postularent, scriptum ut ederet petire: ut deliberare cum amicis posset. Ita & tyranno ad consultandum tempus datum est: & Quintius sociorum etiam principibus adhibitis, habuit consilium. Maximae partis sententia erat, perseuerandum in bello esse, & tollendum tyrannum: nunquam aliter tutam libertatem Graeciae fore. satius multo fuisse non moueri bellum aduersus eum, quam omitti motum. & ipsum uelut comprobata dominatione firmiorem futurum, autore iniusti imperii assumpto PR: & exemplo multos in alijs ciuitatibus ad insidiandum libertati ciuium suorum incitaturum. Ipsius imperatoris animus ad pacem inclinior erat. uidebat enim, compulso intra moenia hoste, nihil praeter obsidionem restare: eam autem fore diuturnam. non enim Gytheum, quod ipsum tamen traditum, non expugnatum esset: sed Lacedaemonem ualidissimam urbem uiris armisque oppugnaturus. unam spem fuisse, si qua admoventibus exercitum dissensio inter ipsos ac seditio excitari posset: cum signa portis prope inferri cernerent, neminem se mouisse. Adiecit & cum Antiocho infidam pacem Villium legatum inde redeuntem nuntiare. multo maioribus, quam ante, terrestribus naualibusque copijs in Europam eum transisse. si occupasset obsidio Lacedaemonis exercitum, quibus alijs copijs aduersus regem tam ualidum ac potentem bellum gesturos: Haec propalam dicebat. illa tacita suberat cura, ne nouus cos. Graeciam prouinciam fortiretur: & inchoati belli uictoria successori tradenda esset. Cum aduersus tendendo nihil moueret socios: simulando se transire in eorum sententiam, omnes in assensum consilij sui traduxit. Bene uertat, inquit, obsideamus Lacedaemonem, quando ita placet. caeterum cum res tam lenta, quam ipsi scitis, oppugnatio urbium sit: & obsidentibus prius saepe, quam obsessis tedium afferat: iam nunc hoc ita proponere uos animis oportet: hybernandum circa Lacedaemonis moenia esse. quae mora si laborem tantum, ac periculum haberet, ut & animis & corporibus ad sustinenda ea parati essetis, hortarer uos. nunc impensa quoque magna eget in opera, in machinationes & tormenta, quibus tanta urbs oppugnanda est: in comitatus uobis nobisque in hyemem expediendos. Itaque ne aut repente trepidetis, aut rem inchoatam turpiter destituatis, scribendum ante uestris ciuitatibus censeo, explorandumque: quid quaeque animi, quid uirium habeat. Auxiliorum satis superque habeo. sed quo plures sumus, pluribus rebus egebimus. nihil iam praeter nudum solum ager hostium habet: ad hoc hyems accedit, ad comportandum ex longinquo difficilis. Haec oratio primum animos omnium ad respicienda cuique domestica mala conuertit: seignitiam, inuidiam & obtreptionem domi manentium aduersus militantes: libertatem difficilem ad consensum, inopiam publicam, malignitatem conferendi ex priuato. uersis itaque subito uoluntatibus, facere quod est Rep. populi Romani, sociorumque esse crederet, imperatori permiserunt. Inde Quintius adhibitis legatis tantum, tribunisque militum, condiciones, in quas cum tyranno pax fieret, has conscripsit. Sex mensium induciae ut essent Nabidi, Romanisque, & Eumeni regi, & Rhodijs. Legatos extemplo mitterent Romam T. Quintius, & Nabis, ut pax ex autoritate senatus confirmaretur. Ex qua die scriptae condiciones pacis editae Nabidi forent: ea dies ut induciarum principium esset: & ut ex ea die intra decimum diem ab Argis caeterisque oppidis, quae in Argiuorum agris essent, praesidia omnia deducerentur: uacuaque & libera traderentur Romanis: & ne quod inde mancipium regium publicumue aut priuatum educeretur: & si qua ante educta forent, dominis

dominis recte restituerentur. Naues, quas ciuitatibus maritimis ademisset, redderet: neue ipse nauem ullam, præter duos lembos, qui non plus quàm sexdecim remis ageretur, haberet. Per fugas & captiuos omnibus socijs populi Romani ciuitatibus redderet. & Messenijs omnia, quæ comparerent, quæq; domini cognosceret. Exulibus quoq; Lacedæmonijs liberos, & coniuges restitueret: quæ earum uiros sequi uoluissent. inuita ne qua exulis comes esset. Mercenariorum militum Nabidis, qui aut in ciuitates suas, aut ad Romanos transissent, ijs res suæ omnes recte redderentur. In Creta insula ne quam urbem haberet: quas habuisset, redderet Romanis. ne quam societatem cum ullo Cretensium, aut quoquam alio institueret, neu bellum gereret. Ciuitatibus omnibus, quas ipse restituisset: quæq; se suaq; in fidem ac ditionem populi Romani tradidissent, omnia præsidia deduceret: seq; ipse suosq; ab his abstineret. Ne quod oppidum, ne quod castellum in suo alieno agro conderet. Obsides ea ita futura, daret quinque: quos imperatori Romano placuisset: filium in his suum: & talenta centum argenti in præfenti, & quinquaginta talenta in singulos annos per annos octo. Hæc cõscripta castris proprius urbem motis Lacedæmonem mittuntur. nec sanè quicquam eorum satis placebat tyranno: nisi quod præter spem reducendorum exulum mentio nulla facta erat. maxime autem omnium ea res offendebat: quod & naues & maritimæ ciuitates ademptæ erant. fuerat autem ei magno fructui mare, omnem oram à Malea prædatorijs nauibus infestam habenti. iuuentutem præterea ciuitatum earum ad supplementum longe oprimi generis militum habebat. Hæc conditiones, quanq; ipse in secreto uolutauerat cum amicis: uulgo tamen omnes fama ferebant: uanis, ut ad cæteram fidem, sic ad secreta tegenda satellitum regionum ingenijs. Non tam omnia uniuersi, quàm ea, quæ ad quenq; pertinerent, singuli carpebant. qui exulum coniuges in matrimonio habebant, aut ex bonis eorum aliquid possederant, tanquam amissuri, non redditori, indignabantur. seruis liberatis à tyranno non irrita modo futura libertas, sed multo fœdior quàm fuisset ante, seruitus, redeuntibus in iratorum dominorum potestatem, ante oculos obuersabatur. mercenarij milites & pretia militiæ casura in pace ægre ferebant, & reditum sibi nullum esse in ciuitates uidebant, infensas non tyrannis magis, quàm satellitibus eorum. Hæc inter se primo in circulis ferentes fremere: deinde ad arma subito discurrerunt, quo tumultu cum per se satis irritatam multitudinem cerneret tyrannus, contionem aduocari iussit. ibi cum ea, quæ imperaretur à Romanis, exposuisset: & grauiora atq; indigniora quædam falso affinxisset: & ad singula nunc ab uniuersis, nunc à partibus cõtionis acclamaretur, interrogauit: quid se respondere ad ea, aut quid facere uellent: propè una uoce omnes nihil respondere, bellum geri iusserunt: & pro se quisq;, qualia multitudo solet, bonum animum habere, & bene sperare iubentes, fortes fortunam adiuuare aiebant. His uocibus incitatus tyrannus, & Antiochum Ætolosq; adiuturos pronuntiat: & sibi ad obsidionem sustinendam copiarum affatim esse. Exciderat pacis mentio ex omnium animis, & in stationes non ultra quieturi discurrunt. Paucorum laceissentium excursio, & emissa iacula extemplo Romanis dubitatione, quin belandum esset, exemerunt. leuia inde prælia per quadriduum primum sine ullo satis certo euentu commissa. quinto die propè iusta pugna adeo pauentes in oppidum Lacedæmonij compulsi sunt, ut quidam milites Romani terga fugientium cædentes per intermissa, ut tunc erant, moenia urbem intrarint. Et tunc quidem Quintius satis eo terrore coercitis excursionibus hostium, nihil præter ipsius oppugnationem urbis superesse ratus: missis qui omnes nauales socios à Gytheo accerferent, ipse interim cum tribunis militum ad uisendum urbis situm moenia circumuehitur. Fuerat quondam sine muro Sparta. tyranni nuper locis patentibus planisq; obiecerant murum: altiora loca, & difficiliora aditu stationibus armatorum pro munimento obiectis tutabantur. Vbi satis omnia inspexit, corona oppugnandum ratus, omnibus copijs (erant autem Romanorum sociorumq;, simul peditum equitumq;, simul terrestriumq; ac naualium copiarum ad quinquaginta millia hominum) urbem cinxit. Alij scalas, alij ignem, alij alia quibus non oppugnarent modo, sed etiam terrent, portabant. iussi clamore sublato subire undiq; omnes, ut quæ primum occurreret, quæue opem ferrent, ad omnia simul pauentes Lacedæmonij ignoraret. Quod roboris in exercitu erat, trifariam diuisum, parte una à Phœ

beo

beo, altera à Dictynneo, tertia ab eo loco, quem Heptagonias appellant: (omnia autem hæc aperta sine muro loca sunt) aggredi iubet. Cum tantus undiq; terror urbem circunuasisset: primo tyrannus & ad clamores repentinos, & ad nuntios trepidos motus, ut quisq; maxime laboraret locus, aut ipse occurrebat, aut aliquos mittebat. deinde circumfuso undiq; pauore ita obtorpuit, ut nec dicere quod in rem esset, nec audire posset: nec inops modo consilij, sed uix mentis compos esset. Romanos primo sustinebant in angustijs Lacedæmonij, ternæq; acies tempore uno locis diuersis pugnabant. deinde crescente certamine nequaq; erat prælium par. missilibus enim Lacedæmonij pugnabant, à quibus se & magnitudine scuti perfacile Romanus tuebatur miles, & quod alij uani alij leues admodum ictus erant. nam propter angustias loci, confertamq; turbam non modo ad emittenda cum procursum, quo plurimum concitantur tela, spatium habebant: sed ne ut de gradu quidem libero ac stabili conarentur. itaq; ex aduerso missa tela nulla in corporibus, rara in scutis hærebant. à circumstantibus ex superioribus locis quidam uulnerati sunt: mox progressos iam etiam ex tectis non tela modo, sed tegulæ quoq; inopinantes perculerunt. sublatis deinde supra capita scutis, continuatisq; ita inter se: ut non modo ad cæcos ictus, sed ne ad inferendum quidem ex propinquo telum loci quicquam esset: testudine facta subibant. & primo angustia paulisper sua hostiumq; refertæ turba tenuerunt, posteaquam in patentiorem uiam urbis paulatim urgentes hostem processere: non ultra uis eorum atq; impetus sustineri poterant. Cum terga uertissent Lacedæmonij, & effusa fuga superiora peterent loca: Nabis quidem, ut capta urbe trepidans, qua nam ipse eua deret, circumspectabat. Pythagoras cum ad cætera animo officioq; ducisungebatur: tum uero unus ne caperetur urbs, causa fuit. succedi enim ædificia proxima muro iussit. quæ cum momento temporis arsisent, ut adiuuantibus ignem, qui aliàs ad extinguendum opem ferre solent, ruete in Romanos tecta: nec tegularum modo fragmèta, sed etiam ambusta tigna ad armatos peruenire, & flamma late fundi, fumus terrorem etiam maiorem quàm periculum facere. Itaq; & qui extra urbem erant Romanorū, tum maxime impetus facientes recessere à muro: & qui iam intrauerant, ne incendio à tergo oriente intercluderentur à suis, receperunt sese. & Quintius posteaquam quid rei esset, uidit: receptui canere iussit. ita iam à capta propè urbe reuocati redierunt in castra. Quintius plus ex timore hostium quàm ex re ipsa spei nactus, per triduū insequens territauit eos, nūc prælijs laceffendo, nunc operibus interfepiendo quædam, ne exitus ad fugam esset. His comminationibus compulsus tyrannus Pythagoram rursus oratorem misit. quem Quintius primo aspernatus excedere castris iussit: deinde suppliciter orantem, aduolutumq; genibus tandè audiuit. Prima oratio fuit omnia permittentis arbitrio Romanorum. dein cum ea uelut uana & sine effectu nihil proficerent, eò deducta res est, ut his conditionibus, quæ ex scripto paucis ante diebus editæ erant, induciæ fierent, pecuniæq; & obsides accepti. Dum oppugnatur tyrannus, Argiui nuntijs alijs propè super alios afferentibus, tantum non iam captam Lacedæmonem esse, erecti & ipsi, simul eo quod Pythagoras cum parte ualidissima præsidij excesserat, contempta paucitate eorum, qui in arce erant, duce Archippo quodam præsidium expulerunt. Timocratem Pellenensem, quia clementer præfuerat: uiuū fide data emiserunt. Huic lætitiæ Quintius superuenit, pace data tyranno, dimissisq; ab Lacedæmone Eumene & Rhodij, & L. Quintio fratre ad classem. Læta ciuitas celeberrimum festorum dierum ac nobile ludicrum Nemeorum, die stata propter belli mala prætermissum, in aduentum Romani exercitus ducisq; indixerunt: præfeceruntq; ludis ipsum imperatorem. Multa erāt, quæ gaudiū cumularent. reducti ciues ab Lacedæmone erāt, quos nuper Pythagoras, quosq; ante Nabis abduxerant. redierant, qui post cōpertam à Pythagora coniurationem, & cæde iam cœpta effugerant. libertatem ex longo interuallo, libertatisq; auctores Romanos, quibus causa bellandi cum tyranno ipsi fuissent, cernebāt. testata quoq; ipso Nemeorū die uoce præconis libertas est Argiuorū. Achæis quantū restituti Argi in cōmune Achaia conciliū lætitiæ afferebant: tantū serua Lacedæmon relicta, & lateri adhærens tyrannus, non syncerū gaudiū præbebāt. Ætoli uero eam rem omnibus cōcilijs lacerare. Cum Philippo non ante desitum bellari, quàm omnibus excederet Græciæ urbibus. tyranno relictam

Lacedæ-

Lacedæmonem: regem autem legitimum, qui in Romanis fuerat castris, cæterosq; nobilissimos ciues in exilio uicturos. Nabidis dominantis satellitem factum populum Ro. Quintius ab Argis Elatiam, unde ad bellum Spartanum profectus erat, copias reduxit. Sunt, qui non ex oppido proficentem bellum gessisse tyrannum tradant: sed castris aduersus Romana castra positis: diuq; cunctatum, cum Actolorum auxilia expectasset, coactum ad extremum acie configere, impetu in pabulatores suos ab Romanis facto. eo prælio uictum, castrisque exutum pacem petisse, cum cecidissent quindecim millia militum, capta plus quatuor millia essent. Eodem ferè tempore & à T. Quintio de rebus ad Lacedæmonem gestis, & ab M. Porcio cos. ex Hispania literæ allatæ. utriusq; nomine ternos in dies supplicatio à senatu decreta est. L. Valerius cos. cum post fusos circa Litanam syluam Boios quietam prouinciam habuisset, comitiorum causa Romam redijt: & creauit cos s. P. Cornelium Scipionem Africanum iterum, & T. Sempronium Longum. Horum patres primo anno secundi punici belli cos s. fuerat. Prætoria inde comitia habita. creati P. Cornelius Scipio, & duo Cn. Cornelij, Merenda & Blasio, & Cn. Domitius Aenobarbus, & Sex. Digitius, & T. Iuuentius Talua. Comitibus perfectis cos. in prouinciam redijt. Nouum ius eo anno à Ferentinatibus tentatum, ut Latini, qui in coloniam Romanam nomina dedissent, ciues Romani essent. Puteolos Salernumq; & Buxentum ascripti coloni qui nomina dederant, cum ob id se pro ciuibus Romanis ferrent, senatus iudicauit non esse eos ciues Romanos. Principio anni, quo P. Scipio Africanus iterum, & T. Sempronius Longus cos s. fuerunt, legati Nabidis tyranni Romam uenerunt. his extra urbem in æde Apollinis senatus datus est. pax, quæ cum T. Quintio conuenisset, ut rata esset, petierunt impetraueruntq; De prouincijs cum relatum esset, senatus frequens in eam sententiã ibat: ut, quoniam in Hispania & Macedonia debellatum foret, consulibus ambobus Italia prouincia esset. Scipio satis esse Italiæ unum consulem censebat: alteri decernendã Macedoniam esse. Bellum graue ab Antiocho imminere. iam ipsum sua sponte in Europam transgressum, quid deinde facturum censerent: cum hinc Actoli haud dubie hostes uocarent ad bellum, illinc Annibal Romanis cladibus insignis imperator stimulare. Dum de prouincijs consulum discerpatur, prætores sortiti sunt. Cn. Domitio urbana iurisdictio, T. Iuuentio peregrina cuenit: P. Cornelio Hispania ulterior, Sex. Digitio citerior: duobus Cn. Cornelijs, Blasio Sicilia, Merendæ Sardinia. In Macedoniam nouum exercitum transportari nõ placuit: eum, qui esset ibi, reduci in Italiam à Quintio, ac dimitti. item eum exercitum dimitti, qui cum M. Porcio Catone in Hispania esset. consulibus ambobus Italiam prouinciam esse, & duas urbanas eò legiones scribere: ut dimissis, quos senatus censuisset, exercitibus, VIII omnino Romanæ legiones essent. Ver sacrum factum erat priore anno, M. Porcio, & L. Valerio cos s. id cum P. Licinius pontifex non esse recte factum collegio primũ, deinde ex autoritate collegij patribus renuntiaisset: de integro faciendum arbitrato pontificum censuerunt: ludosq; magnos, qui unã uoti essent: tanta pecunia, quanta assoleret, faciendos. Ver sacrum uideri pecus, quod natum esset inter Cal. Martias, & pridie Cal. Maias, P. Cornelio Scipione, & T. Sempronio Lõgo cos s. Censurum inde comitia habita sunt. creati censes Sex. Aelius Prætor, & C. Cornelius Cethegus, principem senatus P. Scipionem cos. quem & priores censes legerat, legerunt. treis omnino senatores, neminem curuli honore usum, præterierunt. gratiam quoq; ingentem apud eum ordinem pepererunt: quod ludis Romanis ædilibus curulibus imperarunt, ut loca senatoria secernerent à populo. nam antea in promiscuo spectabant. equitibus quoq; per paucis adempti equi, nec in ullum ordinem sæuitum. atrium Libertatis, & uilla publica ab eisdem refecta, amplificataq;. Ver sacrum, ludicq; uotiui, quos uouerat Ser. Sulpicius Galba cos. facti. Cum spectaculo eorum occupati animi omnium essent, Q. Pleminius, qui propter multa in deos hominesq; scelera Locris admissa in carcerem coniectus fuerat, comparauerat homines, qui pluribus simul locis urbis nocte incendia facerent, ut in consternata nocturno tumultu ciuitate refringi carcer posset. ea res indicio consciorum palam facta delataq; ad senatum est. Pleminius in inferiorem demissus carcerem est necatusq;. Colonia ciuium Romanorum eo anno deductæ sunt Puteolos, Vulturum, Linternum, treceni homines in singulas. Item Salernum, Buxentumq;

tumq; coloniæ ciuiū Ro. deductæ sunt. deduxere triumuiiri, T. Sempronius Longus, qui tum
 cos. erat: M. Seruilius, Q. Minucius Thermus. Ager diuisus est, qui Campanorū fuerat. Si-
 pontum item, in agrum qui Arpinorum fuerat, coloniam ciuium Romanorum alij triumuiiri,
 D. Iunius Brutus, M. Bæbius Pamphilus, M. Heluius deduxerunt. Tempfam item, & Croto-
 nem ciuium Romanorum coloniæ deductæ. Tempfanus ager de Brutijs captus erat. Brutij
 Græcos expulerant. Crotonem Græci habebant. Triumuiiri, Cn. Octauius, L. Aemilius Pau-
 * lus, C. Pletorius Crotonem: Tempfam L. Cornelius Merula, & C. Salonijs deduxerūt. Pro-
 digia quoq; alia uisa eo anno Romæ sunt, alia nuntiata. in foro & comitio & Capitolio san-
 guinis guttæ uisæ sunt. & terra aliquoties pluuit. & caput Vulcani arsit. nūtiatum est, Interam-
 næ lac fluxisse, pueros ingenuos Arimini sine oculis ac naso, & in Piceno agro nō manus, non
 pedes habentem natum. Eā prodigia ex pontificum decreto procurata, & sacrificium nouen-
 diale factum, quod Adriani nuntiauerant, in agro suo lapidibus pluuisse. In Gallia L. Va-
 lerius Flaccus procos. circa Mediolanum cum Gallis, Insubribus & Boijs, qui Dorulaco duce
 ad concitandos Insubres Padum transgressi erant, signis collatis depugnauit. x millia hosti-
 um sunt cæsa. Per eos dies collega eius M. Porcius Cato ex Hispania triumphauit. tulit in
 eo triumpho argenti infecti x x v millia pondo, bigati centum uiginti tria millia, oscensis
 quingenta quadraginta auri pondo mille quadringēta. militibus ex præda diuisit, in singulos
 ducenos septuagenos æris, triplex equiti. T. Sempronius cos. in prouinciam profectus, in
 Boiorum primum agrum legiones duxit. Boiorix tum regulus eorum cum duobus fratribus
 tota gente concitata ad rebellandum, castra locis idoneis posuit: ut appareret dimicatu-
 ros, si hostis fines intrasset. cos. ubi quantæ copiæ, quanta fiducia esset hosti, sensit: nuntium ad col-
 legam mittit, ut si uideretur ei, maturaret uenire: se tergiuersando in aduentum eius rem extra-
 cturum. Quæ causa cos. cunctandi, eadem Gallis, præterquam quod cunctatio hostiū ani-
 mos faciebat, rei maturandæ erat, ut priusquam coniungerentur consulum copiæ, rem transi-
 gerent. per biduum tamen nihil aliud, quàm steterunt parati ad pugnam, si quis contra egre-
 deretur. tertio subiere ad uallū, castraq; ab omni simul parte aggressi sunt. cos. extemplo ar-
 ma capere milites iussit. armatos inde paulisper continuit, ut & stolidam fiduciam hosti auge-
 ret: & disponderet copias, quibus quæq; portis erumperēt. duæ legiones duabus principalibus
 portis signa efferre iussæ. sed in ipso exitu ita conferti obstitere Galli, ut clauderent uiam. Diu
 in angustijs pugnatū est: nec dextris magis gladijsq; gerebatur res, quàm scutis corporibusq;
 ipsis obnixi urgebant: Romani, ut signa foras efferrent: Galli, ut aut ipsi in castra penetratēt,
 aut exire Romanos prohiberent. nec ante in hanc aut illam partem moueri acies potuerunt,
 quàm Q. Victorius primi pili centurio, & C. Atinius Tr. mil. quartæ hic, ille secundæ legionis
 (rem in asperis prælijs sepe tentatam) signa adempta signiferis in hostes iniecerunt. dum repe-
 tunt enixe signum, priores secundani se porta eiecere. Iam hi extra uallum pugnant, quarta
 legione in porta hæcēte, cum alius tumultus ab auersa parte castrorum est exortus. in portam
 quæstoriā irruerant Galli: resistentesq; pertinacius occiderant L. Posthumiū quæstorem,
 cui Tympano fuit cognomen: & M. Atinium, & P. Sempronium præfectos sociūm, & ducen-
 tos ferme milites. Capta ab ea parte castra erāt, donec cohors extraordinaria missa à cos. ad
 tuendam quæstoriā portam, & eos, qui intra uallum erant, partim occidit, partim expulit ca-
 stris, & irrupentibus obstitit. Eodem ferè tempore & quarta legio cum duabus extraordina-
 rijs cohortibus porta erupit. ita simul tria prælia circa castra locis distantibus erant: clamoresq;
 dissoni ad incertos suorum euentus à præsentī certamine animos pugnantū auertebāt. Usq;
 ad meridiem æquis uiribus, ac propè pari spe pugnatū est. labor & æstus mollia & fluida cor-
 pora Gallorum, & minime patientia sitis, cum decedere pugna coegisset: in paucos restantes
 impetum Romani fecerunt, fusosq; cōpulerunt in castra. Signum inde receptui à cos. datum
 est. ad quod pars maior receperūt sese, pars certaminis studio, & spe potiundi castris hostium
 perstitit ad uallum. eorum paucitate contempta Galli uniuersi ex castris erumpunt. fusi inde
 Romani, quæ imperio cos. noluerant, suo pauore ac terrore castra repetūt. ita uaria hinc atq;
 illinc nunc uictoria, nunc fuga fuit. Gallorum tamen ad x i millia, Romanorum v millia
 sunt

sunt occisa. Galli recepere in intima finium sese. Consul Placētiam legiones duxit. Scipio ncm alij cōiuncto exercitu cum collega, Boiorū Ligurūq; agros populatū ille, quoad progredi syluæ paludesq; passæ sint, scribunt: alij, nulla memorabili re gesta comitorum causa rediisse Romam. Eodem hoc anno T. Quintius Elatiæ, quò in hyberna reduxerat copias: totum hyemis tempus iure dicundo cōsumpsit: mutandisq; ijs quæ aut ipsius Philippi, aut præfectorum eius licentia in ciuitatibus facta erant, cum suæ factionis hominum uires augendo, ius ac libertatem aliorum deprimeret. Veris initio Corinthum, conuentu edicto, uenit. ibi omnium ciuitatum legationes in contionis modum circumfusas est allocutus, orsus ab inita primum Romanis amicitia cum Græcorum gente, & imperatorū qui ante se in Macedonia fuissent, suisq; rebus gestis. Omnia cum approbatione ingenti sunt audita, præterquã cum ad mentionem Nabidis uentum esset. id minime conueniens liberanti Græciam uidebatur, tyrannū reliquisse, non suæ solum patriæ grauem, sed omnibus circa ciuitatibus metuendū, hērētem uisceribus nobiliss. ciuitatis. Nec ignarus huius habitus animorū Quintius, si sine excidio Lacedæmonis fieri potuisset, fatebatur pacis cum tyranno mentionem admittendam auribus non fuisse: nūc cum aliter quàm ruina grauissima ciuitatis opprimi non posset, satius uisum esse: tyrannū debilitatum, ac totis propè uiribus ad nocendum cuiquam ademptis, relinquere: quàm intermori uehementioribus, quàm quæ pati posset, remedijs ciuitatem sinere, in ipsa uindicta libertatis perituram. Præteritorum cōmemorationi subiecit: proficisci sibi in Italiam atq; omnem exercitum deportare in animo esse. Demetriadis Chalcidiscq; præsidia intra decimum diem audituos deducta: Acrocorinthum ipsis extemplo uidentibus uacuam Achæis traditutum: ut omnes scirent, utrum Romanis an Aetolis mentiri mos esset: qui male commissam libertatē populo Ro. sermonibus distulerint: & mutatos pro Macedonibus Romanos dominos. Sed illis nec quid dicerent, nec quid facerent, quicquam unquam pensi fuisse. Reliquas ciuitates moneat: ut ex factis nō ex dictis amicos pensent: intelligantq; quibus credendum, & à quibus cauendum sit. libertate modice utantur. temperatam eam salubrem & singulis & ciuitatibus esse: nimiam & alijs grauem, & ipsis qui habeant effrenatam & præcipitem esse. concordia in ciuitatibus principes, & ordines inter se, & in commune omnes ciuitates consulerent. aduersus cōsentientes nec regem quenquam satis ualidum, nec tyrannum fore. discordiam & seditionē omnia opportuna insidiatibus facere: cum pars quæ domestico certamine inferior sit, externo potius se applicet, quàm ciui cedat. alienis armis partam, externa fide redditam libertatē, sua cura custodirent seruarentq;: ut populus Romanus dignis datam libertatē, ac munus suum bene positum sciret. Has uelut parentis uoces cum audirent, manare omnibus gaudio lachrymæ: adeo ut ipsum quoq; confunderent dicentem. Paulisper fremitus approbantiū dicta fuit: momentumq; aliorum alios, ut eas uoces uelut oraculo missas in pectora animosq; demitterent. silentio deinde facto petijt ab ijs, ut ciues Romanos, si qui apud eos in seruitute essent: cōquisitos intra duos menses mitterent ad se in Thessaliam. ne ipsis quidem honestū esse: in liberata terra liberatores eius seruire. Omnes acclamarunt: gratias se inter cætera etiam ob hoc agere, quod admoniti essent, ut tam pio ac necessario officio fungerent. Ingens numerus erat bello punico captorum: quos Annibal, cum à suis nō redimerentur, uenundederat. Multitudinis eorum argumentum est, quod Polybius scribit centum talentis eam rem Achæis stetisse: cum quingenos denarios pretium in capita, quod redderet dominis, statuissent. mille enim ducentos ea ratione Achaia habuit. adhuc nūc pro portione quot uerisimile sit totam Græciam habuisse. Nondum conuentus dimissus erat, cum respiciunt præsidium ab Acrocorintho descendens protinus ad portam duci atq; abire. Quorum agmen imperator secutus, prosequentibus cunctis, seruatorem liberatoremq; acclamantibus, salutatis dimissisq; eis, eadem qua uenerat uia Elatiam redijt. inde cum omnibus copijs Ap. Claudium legatum dimittit. per Thessaliam atq; Epirum ducere Oricum iubet: atq; ibi se opperiri. inde nanq; in animo esse exercitū in Italiam trajicere. & L. Quintio fratri legato & præfecto classis scribit: ut onerarias ex omni Græciæ ora eodem contraheret. Ipse Chalcidem profectus, deductis non à Chalcide solum, sed etiam ab Oreo atq; Eretria præsidijs, conuentū ibi Euboicarum ciuitatum habuit: communi

tosq; in quo statu rerum accepisset eos, & in quo relinqueret, dimisit. Demetriadem inde proficiscitur: deductoq; præsidio, prosequentibus cunctis, sicut Corinthi & Chalcide, pergit ire in Thessaliam: ubi nõ liberandæ modo ciuitates erant: sed ex omni colluione & cõfusione in aliquam tolerabilẽ formam redigendæ. Nec enim temporũ modo uitrijs, ac uolentia, & licentia regia turbati erant: sed inquieto etiam ingenio gentis: nec comitia, nec conuentũ, nec conciliũ ullum, nõ per seditionem ac tumultum, iam inde à principio ad nostram usq; ætatem traudentes. A censu maxime & senatum & iudices legit: potentiorẽq; eam partem ciuitatum fecit: cui salua tràquillãq; omnia magis esse expediebat. Ita cum percensuisset Thessaliam, per Epirum in Oricum, unde erat traiecturus, uenit. Ab Orico copiæ omnes Brundisium transportatæ, inde per totam Italiam ad urbem propè triumphantes nõ minore agmine rerum captarum, quàm suo præse acto uenerunt. Posteaquam Romam uentum est, senatus extra urbem Quintio ad res gestas edisserendas datus est: triumphusq; meritis ab lubentibus decretus. Triduũ triumphauit. die primo arma, tela, signaq; ærea & marmorea transtulit, plura Philippo adempta quàm quæ ex ciuitatibus ceperat. secundo die aurum argentumq;, factum infectumq; & signatum. infecti argenti fuit decem & octo millia pondo, & ducenta LXX. facti uasa multa omnis generis, cælata pleraq;, quædam eximie artis: & ex ære multa fabre facta: ad hoc clypea argentea X. signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum. tetradrachmam uocant. trium ferè denariorum in singulis argenti est pondus. auri pondo fuit tria millia septingenta quatuordecim, & clypeum unum ex auro totum: & Philippei nummi auri quatuordecim millia, quingenti XIII. tertio die coronæ aureæ, dona ciuitatum, translatae CXIII, & hostiæ ductæ, & ante currum multi nobiles captiui obsidesq;, inter quos Demetrius regis Philippi filius fuit: & Armenes Nabidis tyranni filius, Lacedæmonius. ipse dein de Quintius in urbem est inuectus. milites secuti currum frequẽtes, ut omni ex prouincia exercitu deportato. his duceni quinquageni æris in pedites diuisi: duplex centurioni, triplex equiti. præbuerunt speciẽ triumpho capitibus rasis secuti, qui seruitute exempti fuerant. Exitu huius anni Q. Aelius Tubero trib. pleb. ex sc tulit ad plebem, plebesq; sciuit: ut latinæ duæ colonie, una in Brutios, altera in Thurinum agrum deduceretur. his deducendis triumuiri creati, quibus in triennium imperium esset: in Brutios Q. Næuius, M. Minucius Rufus, M. Furius Crassipes: in Thurinum agrum A. Manlius, P. Aelius, L. Apustius. ea bina comitia Cn. Domitius prætor urbanus in Capitolio habuit. Aedes eo anno aliquot dedicatæ sunt. una Iunonis Matutæ in foro olitorio, uota locataq; quadriennio ante à C. Cornelio consule gallico bello. censor idem dedicauit. altera Fauni. ædiles eam biennio ante ex mulctatitio argẽto faciendam locarant, C. Scribonius, & Cn. Domitius: qui prætor urbanus eam dedicauit. & ædem Fortunæ Primigeniæ in colle Quirinali dedicauit Q. Martius Ralla, duumuir ad idipsum creatus. uouerat eam decem annis ante punico bello P. Sempronius Sophus: locauerat idem censor. & in insula Iouis ædem C. Seruilius duumuir dedicauit. uota erat sex annis ante gallico bello ab L. Furio Purpurione prætoris: ab eodem postea consule locata. Hæc eo anno acta.

P. Scipio ex prouincia Gallia ad consules subrogandos redijt. Comitia cõsulum fuere. quibus creati sunt L. Cornelius Merula, & Q. Minucius Thermus. Postero die creati sunt prætores L. Cornelius Scipio, M. Fuluius Nobilior, C. Scribonius, M. Valerius Messala, L. Porcius Licinius, & C. Flaminius. Megalesia, ludos scenicos, C. Attilius Seranus, L. Scribonius Libo ædiles curules primi fecerunt. Horum ædiliũ ludos Romanos primum senatus à populo secretus spectauit: præbuitq; sermones (sicut omnis nouitas solet) alijs tandem quod multo ante debuerit, tributum censentibus amplissimo ordini: alijs demptum ex dignitate populi quicquid maiestati patrũ adiectum esset interpretantibus: & omnia discrimina talia, quibus ordines discernentur, & concordie & libertati æque minuendæ esse. Ad quingentesimum octauum annum in promiscuo spectatum esse. quid repente factũ: cur immisceri sibi in cauea patres plebem nollent: cur diues pauperem confessorẽ fastidiret: nouam & superbam libidinem ab nullius ante gentis senatu neq; desyderatã neq; institutam. Postremo ipsum quoque Africanum, quod cõsul autor eius rei fuisset, pœnituisse ferunt. Adeo nihil motum ex antiquo

tiquo probabile est. ueteribus, nisi quæ usus euidenter arguit, stari malunt. Principio anni, quo L. Cornelius, Q. Minucius coss. fuerunt: terræ motus ita crebri nuntiabantur: ut non rei tantum ipsius, sed feriarum quoq; ob id indictarum homines tæderet. nam neq; senatus haberi, neq; respublica administrari poterat, sacrificando expiandoq; occupatis consulibus. postremo decemuiris adire libros iussis, ex responso eorum supplicatio per triduum fuit. coronati ad omnia puluinaria supplicauerunt. edictumq; est, ut omnes qui ex una familia essent, pariter supplicarent. item ex autoritate senatus cōsules edixerunt: ne quis, quo die terræ motu nuntiato feriarum indictæ essent, eo die alium terræ motū nuntiaret. Prouincias deinde cōsules prius tum prætores sortiti. Cornelius Galliā, Minucius Ligures, sortiti sunt. C. Scribonius urbanam, M. Valerius peregrinam. L. Cornelius Siciliam, L. Porcius Sardiniam, C. Flaminius Hispaniam citeriorem, M. Fuluius Hispaniam ulteriorem. Nihil belli eo anno expectantibus cōsulibus litteræ M. Cincij (præfectus is Pisis erat) allatæ: Ligurum xx millia armatorū, cōiuratione per omnia cōciliabula uniuersæ gentis facta, lunensem primum agrum depopulatos, Pisanū deinde finem transgressos, omnem oram maris peragrassæ. Itaq; Minucius coss. cui Ligures prouincia euenerat, ex autoritate patrū in rostra ascendit: & edixit, ut legiones duæ urbanæ, quæ superiore anno cōscriptæ essent, post diem decimum Arretij adessent. in earum locum se duas legiones urbanas scripturū. item socijs & latini nominis magistratibus, legatisq; eorum qui milites dare debebant, edixit: ut in Capitolio se adirent. ex ijs xv millia peditū, & quingentos equites pro numero cuiusq; iuniorum descripsit: & inde è Capitolio protinus ire ad portam, & ut maturaretur res, proficisci ad delectū iussit. Fuluius Flaminioq; terna millia Romanorum peditum, & centeni equites in supplementum, & quina millia sociū latini nominis, & ducenti equites decreti: mandatūq; prætoribus, ut ueteres dimitterent milites, cum in prouinciam uenissent. Cum milites qui in legionibus urbanis erant: frequētes tribunos plebeios adissent: uti causas cognoscerēt eorum, quibus aut emerita stipendia, aut morbus causæ essent, quo minus militarent: eam rem litteræ T. Sempronij discussæ. in quibus scriptum erat: Ligurum x millia in agrum Placētinum uenisse: & cum usq; ad ipsa coloniarum mœnia, & Padis ripas cum cædijs & incendijs perpopulatos esse. Boiorū quoq; gētem ad rebellionem spectare: ob eas res tumultum esse. Deceuit senatus, tribunos plebeij nō placere causas militares cognoscere, quo minus ad edictum conueniret. adiecerunt etiam: ut socij nominis latini, qui in exercitu P. Cornelij, T. Sempronij fuissent: & dimissi ab ijs consulibus essent, ad quā diem L. Cornelius coss. edixisset: & in quem locum edixisset Hetruriam, conuenirent: & ut L. Cornelius coss. in prouinciam proficiscens in oppidis agrisq; quā iturus esset: si quos ei uideretur, milites scriberet armaretq;, & duceret secum: dimittendiq; ei, quos eorum, quādoq; uellet, ius esset. Posteaquam cōsules delectu habito profecti sunt in prouincias: tum T. Quintius postulauit: ut de his quæ cum decem legatis ipse statuisset: senatus audiret: eaq; si uideretur, autoritate sua cōfirmaret. id eos facilius facturos, si legatorum uerba, qui ex uniuersa Græcia & magna parte Asiæ, quicq; ab regibus uenissent, audissent. Hæ legationes à C. Scribonio Pr. urbano in senatum introductæ sunt: benigneq; omnibus responsum. cum Antiocho quia longior disceptatio erat: decem legatis, quorum pars in Asia, aut Lysimachiarum apud regem fuerant, delegata est. Quintio mandatum, ut adhibitis ijs legatorum regis uerba audiret: responderetq; ijs, quæ ex dignitate atq; utilitate populi Romani responderi possent. Menippus & Hegesianax principes regie legationis erant. ex ijs Menippus ignorare se dixit: quidnam perplexi sua legatio haberet: cum simpliciter ad amicitiam petendam, iungendamq; societatem uenissent. esse autem tria genera fœderum, quibus integre pacifcerentur amicitias ciuitates regesq;. unum: cum bello uictis dicerentur leges. ubi enim omnia ei, qui armis plus posset, dedita essent: quæ ex ijs habere uictos, quibus mulctari eos uelit, ipsius ius atq; arbitrium esse. alterū, cum pares bello æquo fœdere in pacem atq; amicitiam uenirent. tūc enim repeti, reddiq; per cōuentionem res: & si quarum turbata bello possessio sit, eas aut ex formula iuris antiqui, aut ex partis utriusq; commodo componi. tertium esse genus, cum qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam sociali fœdere inter se iungendam coeant. eos neq; dicere, neq; accipere leges. id enim uictoris & uicti esse.

ex eo genere cum Antiochus esset: mirari se, quod Romani æquum censeant ei leges dicere, quas Asiæ urbium liberas & immunes, quas stipendiarias esse uelint: quas intrare præsidia regia regemque uentent. cum Philippo enim hoste pacem, non cum Antiocho amico societatis fœdus ita sancendum esse. Ad ea Quintius. Quoniam uobis distincte agere libet, & genera iungendarum amicitiarum enumerare: ego quoque duas conditiones ponam, extra quas nullam esse regi nuntietis amicitiam cum populo Romano iungendam. unam, si nos nihil, quod ad urbes Asiæ attinet, curare uelit, ut & ipse omni Europa abstineat. alteram, si se ille Asiæ finibus non contineat, & in Europam transcendat: ut & Romanis ius sit Asiæ ciuitatum amicitias & tueri quas habeant, & nouas complecti. Enimuero id auditu etiam dicere indignum esse Hegesianax, Thraciæ & Chersonesi urbibus arceri Antiochum, quæ Seleucus proauus eius, Lysimacho rege bello uicto & in acie cæso, per summum decus parua liquerit: pari cum laude eadem ab Thracibus possessa partim armis receperit Antiochus: partim deserta, sicut ipsam Lysimachiam, & reuocatis cultoribus frequentauerit: & quæ strata ruinis atque incendijs erant, ingentibus impensis ædificauerit. Quid igitur simile esse, ex ea possessione ita parua, ita recuperata deduci Antiochum, & Romanos abstinere Asia, quæ nunquam eorum fuerit? Amicitiam Romanorum expetere Antiochum: sed quæ impetrata gloriæ sibi, non pudori sit. Ad hæc Quintius, Quandoquidem, inquit, honesta pensamus: sic, ut aut sola, aut prima certe pensari dect principi orbis terrarum populo & tanto regi: utrum tandem uideatur honestius, liberas uelle omnibus, quæ ubique sunt Græciæ urbes: an seruas & uectigales facere? Si sibi Antiochus pulchrum esse censet, quas urbes proauus belli iure habuerit, auus patereque nunquam usurpauerint, pro suis eas repetere in seruitutem: & populus Romanus susceptum patrociniū libertatis Græcorum non deserere, fidei constantiamque suam ducit esse: sicut à Philippo Græciam liberauit: ita ab Antiocho Asiæ urbes, quæ Græci nominis sint, liberare in animo habet. neque enim in Æolidem Ioniamque coloniam in seruitutem regiam missæ sunt: sed stirpis augendæ causa, gentisque uetustissimæ per orbem terrarum propagandæ. Cum hesitaret Hegesianax, nec incipere possit, honestiorem causam libertatis quam seruitutis prætexi titulo: quin mittimus ambas, inquit P. Sulpicius, qui maximus natus ex decem legatis erat. alteram ex duabus conditionibus quæ modo diserte à Quintio datæ sunt, legite: aut supersedete de amicitia agere. Nos uero, inquit Menippus, nec uolumus, nec possumus pacisci quicquam, quo regnum Antiochi minuatur. Postero die Quintius legationes uniuersas Græciæ Asiæque cum in senatum introduxisset, ut scirent quali animo populus Romanus, qualisque Antiochus erga ciuitates Græciæ essent: postulata & sua & regis exposuit. Renuntiarent ciuitatibus suis, populum Romanum qua uirtute quaque fide libertatem eorum à Philippo uindicauerit: eadem ab Antiocho, nisi decedat Europa, uindicaturum. Tum Menippus deprecari & Quintium & patres institit, ne festinarent decernere: quo decreto turbaturum orbem terrarum essent. tempus & sibi sumeret, & regi ad cogitandum darent. cogitaturum cum renuntiatione conditiones essent, & impetraturum aliquid: aut pacis causa consensurum. Ita integra dilata res est. legatos mitti ad regem eosdem, qui Lysimachiam apud eum fuerant, placuit: P. Sulpicium, P. Villium, P. Aclium. Vix dum non profecti erant, cum à Carthagine legati bellum haud dubie parare Antiochum Annibale ministro attulerunt: inieceruntque curam, ne simul & punicum bellum excitaretur. Annibal patria profugus peruenerat ad Antiochum, sicut ante dictum est: & erat apud regem in magno honore, nulla alia arte, nisi quod uoluerat diu consilia de Romano bello nemo aptior super tali re particeps sermonis esse poterat. Sententia eius una atque eadem semper erat, ut in Italia bellum gereretur. Italiam & comitatus & militem præbituram externo hosti. si nihil ibi moueretur: licet atque populo Romano uiribus & copijs Italiæ extra Italiam bellum gerere: neque regem neque gentem ullam parem Romanis esse. Sibi centum tectas naues, xv i millia peditum, mille equites deposcebat. ea se classe primum Africam petiturum. magnopere confidere, & Carthaginenses ad rebellandum ab se compelli posse. si illi cunctent, se aliqua parte Italiæ bellum excitaturum Romanis. Regem cum cæteris omnibus transire in Europam debere, & in aliqua parte Græciæ copias continere: neque transigentem, & quod in speciem famamque belli satis sit, paratum

tum trañcere. In hanc sententiã cum adduxisset regem, præparandos sibi ad id populariũ animos ratus, literas, ne quo casu interceptæ palàm facerent conata, scribere non est ausus. Aristonem quendam Tyrium nactus Ephesi, expertusq; solertiam leuioribus ministerijs, partim donis, partim spe præmiorum oneratum, quibus etiam ipse rex annuerat: Carthaginem cum mandatis mittit. edit nomina eorum, quibus conuentis opus esset. instruit etiam secretis notis: per quas haud dubie agnoscerent sua mandata esse. Hunc Aristonem Carthagine obuersantem non prius amici quàm inimici Annibalis, qua de causa uenisset, cognouerunt. & primo in circulis conuiujsq; celebrata sermonibus res est. deinde in senatu quidam nihil actum esse dicere exilio Annibalis: si absens quoq; nouas moliri res, sollicitandoq; animos hominum turbare statum ciuitatis posset. Aristonem quendam Tyrium aduenam, instructum mãdatis ab Annibale & ab Antiocho rege, uenisse: certos homines quotidie cum eo secreta colloquia serere & in occulto colloqui: quod mox in omnium perniciem erupturum esset. Conclamaucere omnes, uocari Aristonem debere, & quæri quid uenisset: & nisi expromeret, cum legatis Romam mitti. satis pro temeritate unius hominis suppliciorum pensum esse. priuatos suo periculo peccaturos. rem publicam nõ extra noxam modo, sed etiam extra famam noxæ conseruandam esse. Vocatus Ariston purgare sese, et firmissimo propugnaculo uti: quod nihil literarum ad quenquam attulisset. cæterum nec causam aduentus satis expediebat, & in eo maxime hæsitabat: quod cum barchinæ solum factionis hominibus collocutum eum arguebant. Orta de inde altercatio est, alijs pro speculatore comprehendi iam & custodiri iubentibus: alijs negantibus tumultuandi causam esse. mali rem exempli esse, de nihilo hospites corripiti. idem Carthaginensibus & Tyri, & in alijs emporijs in quæ frequenter commeent, euentutum. Dilata eo die res est. Ariston punico ingenio inter Pœnos usus, tabellas conscriptas celeberrimo loco supra sedem quotidianam magistratus prima uespera suspendit. ipse de tertia uigilia nauem cõscendit & profugit. postero die cum suffetes ad ius dicendum consedisent: conspectæ tabellæ, dem præq; & lectæ. scriptum erat: Aristonem priuatim ad neminem, publice ad seniores (ita senatum uocabant) mandata habuisse. Publicato crimine minus intenta de paucis quæstio erat. mitti tamen legatos Romam, qui rem ad c o s s. & senatum deferrent, placuit: simul qui de iniurijs Masanissæ quererentur. Masanissa posteaquam & infames Carthaginenses, & inter seipso discordes sensit, principibus propter colloquia Aristonis senatui, senatu propter indicium eiusdẽ Aristonis populo suspecto, locũ iniuriæ esse ratus, agrũ maritimũ eorum & de populatus est, & quasdam urbes uectigales Carthaginensium sibi coegit stipendium pendere. Emporia uocant eam regionem. ora est minoris syrtis & agri uberis. una ciuitas eius Leptris: ea singula in dies talenta uectigal Carthaginensibus dedit. Hanc tum regionem & totam infestam Masanissa, & ex quadam parte dubiæ possessionis, sui regni an Carthaginensium esset, effecerat. & quia simul ad purganda crimina, & questum de se Romam eos ituros comperit, qui & illa onerarent suspicionibus, & de iure uectigalium disceptarẽt, legatos & ipse Romam misit. Auditi de Tyrio aduena primum Carthaginenses curam iniecere patribus, ne cum Antiocho simul & Pœnis bellandũ esset. maxime ea suspicio crimẽ urgebat: quod quem comprehensum Romam mitti placuisset, nec ipsum nec nauem eius custodissent. De agro deinde cum regis legatis disceptari cœptum. Carthaginensēs iure finium causam tutabant, quod intra eos terminos esset, quibus P. Scipio uictor agrum, qui iuris esset Carthaginensium finisset: & confessione regis, qui cum Aphirem profugum ex regno suo cum parte Numidarũ uagantem circa Cyrenas persequeretur: precario ab se iter per eum ipsum agrum, tãquam haud dubie Carthaginensium iuris, petisset. Numidæ & de terminatione Scipionis mentiri eos arguebant: & si quis ueram originem iuris exigere uellet, quem proprium agrum Carthaginensium in Africa esse: aduenis, quantum secto bouis tergo amplecti loci potuerint: tantum ad urbem communiendam precario datum. quicquid Byrsam sedem suam excesserint, ui atq; iniuria partum habere. Neque enim de quo agatur, probare eos posse: non modo semper, ex quo cœperint, sed ne diu quidem eos possedisse. per opportunitates nunc illos nunc reges Numidarum usurpasse ius: semperq; penes eum possessionẽ fuisse, qui plus armis potuisset. Cu-

ius conditionis res fuerit, priusquam hostes Romanis Carthaginienses, socius atque amicus rex Numidarum esset: eius sinerent esse: nec se interponerent, quo minus qui possent, tenerent.

Responderi legatis utriusque partis placuit: missuros se in Africam, qui inter populum Carthaginiensem, & regem in re presentis disceptarent. Missi P. Scipio Africanus & C. Cornelius Cethegus & M. Minucius Rufus, audita inspectaque re suspensa omnia, neutro inclinatis sententiarum, reliquere. Id utrum sua sponte fecerint, an quia mandatū ita fuerit, non tam certū est, quam uideretur tempori aptum fuisse: integro certamine eos relinqui. nam ni ita esset, unus Scipio uel notitia rei, uel autoritate ita de utrisque meritis, finire nutu disceptationem potuisset.

D E C A D I S Q V A R T A E L I B E R Q V I N T V S



PRINCIPIO anni, quo hæc gesta sunt: Sex. Digitius prætor in Hispania citeriore cum ciuitatibus istis, quæ post profectiōem M. Catonis permultæ rebellauerant: crebra magis quàm digna dictu prælia fecit: & adeo pleraque aduersa: ut uix dimidium militum quàm quod acceperat, successori tradiderit. nec dubium est, quin omnis Hispania sublatūra animos fuerit: ni alter prætor P. Cornelius Cn. F. Scipio, trans Iberum multa secunda prælia fecisset: quo terrore non minus quinquaginta oppida ad eum defecerunt. Prætor hæc gesserat Scipio. Idem proprætor Lusitanos peruastata ulteriori prouincia cum ingenti præda domum redeuntēs in ipso itinere aggressus, ab hora tertia diei ad octauam incerto euentu pugnavit, numero militum impar, superior alius. nam & acie frequenti armatis aduersus longum & impeditum turba pecorum agmen, & recenti milite aduersus fessos longo itinere concurrerat. tertia nanque uigilia exierant hostes: huic nocturno itineri tres diurnæ horæ accesserant: nec ulla quiete data, laborem uix prælium exceperat. itaque principio pugnae uigoris aliquid in corporibus animisque fuit. & turbauerant primo Romanos. deinde æquata paulisper pugna est. In hoc discrimine ludos Ioui, si ui sudisset cecidissetque hostes, proprætor uouit. tandem gradum acius intulere Romani, cessitque Lusitanus: deinde prorsus terga dedit. & cum institissent fugientibus uictores, ad xix millia hostium sunt cæsa: capti quingenti quadraginta, omnes ferme equites, & signa militaria capta centum triginta quatuor. De exercitu Romano septuaginta & tres amissi. Pugnatum inde haud procul Iliipa urbe est. eò uictorem opulentum præda exercitum P. Cornelius reduxit. ea omnis ante urbem exposita est: potestasque dominis suas res cognoscendi facta. cætera uendenda quaestori data. quod inde effectum est, militi diuisum. Nondum ab Roma profectus erat C. Flaminius prætor: cum hæc in Hispania gerebant. itaque tam aduersæ quàm secundæ res per ipsum amicosque eius magnis sermonibus celebrabantur. & tentauerat: quoniã bellum ingens in prouincia exarsisset: & exiguas reliquias exercitus ab Sex. Digitio, atque eas ipsas plenas paucis ac fugæ accepturus esset, ut unam sibi ex urbanis legionibus decernerent: ad quam cum militem ab se ipso scriptum ex senatus consulto adiecisset: eligeret ex omni numero sex millia & quingentos pedites, & equites trecentos. ea se legione (nam in Sex. Digitij exercitu haud multum spei esse) rem gesturum. Seniores negare: ad rumores à priuatis temere in gratiam magistratuum confictos senatus consulta facienda esse. nisi quod aut prætores ex prouincijs scriberent aut legati renuntiarent: nihil ratum haberi debere. si tumultus in Hispania esset, placeat: tumultuarios milites extra Italiam scribi à prætore. Mens ea senatus fuit, ut in Hispania tumultuarij milites legerentur. Valerius Antias & in Siciliam nauigasse delectus causa C. Flaminium scribit: & ex Sicilia Hispaniã petentem tempestate in Africam delatū, uagos milites de exercitu P. Africani sacramento rogasse: his duarum prouinciarū delectibus tertium in Hispania adiecisse. Nec in Italia segnus Ligurū bellum crescebat. Pisas iam quadraginta milibus hominū, affluente quotidie multitudine ad famam belli spemque prædæ, circumledebant.

Minucius eos. Arretium die, quem edixerat ad conueniendū militibus, uenit. inde quadrato

drato agmine ad Pisas duxit. & cum hostes mille passuū ab oppido trans fluuium mouissent castra, consul urbem haud dubie seruatam aduentu suo est ingressus. Postero die & ipse trans fluuium quingentos serè passus ab hoste posuit castra. inde leuibus prælijs à populationibus agrum sociorū tutabatur. in aciem exire nō audebat, nouo milite & ex multis generibus hominum collecto, necdū noto satis inter se, ut fidere alijs alijs possent. Ligures multitudine freti & in aciem exhibāt, parati de summa rerū decernere: & abundantes militū numero passim multas manus per extrema finium ad prædandū emittebant: & cum coacta uis magna pecorum prædæq; esset, paratū erat præsidium per quod in castella eorum uicosq; ageretur. Cum bellum Ligustinum ad Pisas cōstitisset, consul alter L. Cornelius Merula per extremos Ligurum fines exercitū in agrum Boiorum induxit. ubi longe alia belli ratio quā cum Liguribus erat. consul in aciem exhibat: hostes pugnam detrectabant: prædatumq; ubi nemo obuiam exiret, discurrebant Romani: Boij diripi sua impune quā tuendo ea conferere certamen malebant. Posteaquam omnia ferro igniq; satis euastata erant, consul agro hostium excessit, & ad Mutinam agmine incauto, ut inter pacatos ducebat. Boij ubi egressum è finibus suis hostem sentire: sequebantur silenti agmine, locum insidijs quærentes. nocte prætergressi castra Romana saltum, quā transeundum erat Romanis, infederunt. Id cum parum occulte fecissent, consul qui multa nocte solitus erat mouere castra, ne nox terrorem in tumultuario prælio auget, lucem expectauit. & cum luce moueret, tamē turmam equitū exploratū misit. Posteaq; relatum est, quantæ copiae & in quo loco essent, totius agminis sarcinas in mediū conijci iussit: & triarios uallum circūijcere: cætero exercitu instructo ad hostem accessit. Idem & Galli fecerunt, posteaquā apertas esse insidias, & recto ac iusto prælio, ubi uera uirtus uinceret, dimicandum uiderunt. Hora secunda fermè concursus est. sinistra sociorū equitū ala, & extraordinarij prima in acie pugnant. præerant duo cōsulares legati, M. Marcellus & T. Sempronius prioris anni cōsul. Nouus eos. nunc ad prima signa erat: nunc legiones cōtinebat in subsidijs, ne certaminis studio prius procurrerent: quā datum signū esset. equites earū extra aciem in locū patientem Q. & P. Minucios tribunos militū educere iussit: inde cum signū dedisset, impetum ex aperto facerent. Hæc agenti nuntius uenit à T. Sempronio Longo, nō sustinere extraordinarios impetū Gallorū: & cæsos permultos esse: & qui supersint, partim labore, partim metu remississe ardorē pugnae. legionem alteram ex duabus, si uideretur, summitteret, priusquā ignominia acciperetur. Secunda legio missa est, & extraordinarij recepti. tum redintegrata est pugna: cum & recens miles & frequēs ordinibus legio successisset: & sinistra ala ex prælio subducta est, dextera in primā aciem subiit. Sol ingētū ardore torcebat minime patientia æstus corpora Gallorū. densis tamē ordinibus nūc alijs in alios, nunc in scuta incūbentes sustinebāt impetus Romanorū. Quod ubi animaduertit eos. ad perturbādos ordines eorū C. Liviū Salinatorum, qui præerat alarijs equitibus: quā concitatissimos equos immittere iubet: & legionarios equites in subsidijs esse. Hæc procella equestris primo confudit & turbauit, deinde dissipauit aciem Gallorū, non tamen ut terga darent. obstabant duces, hastilibus cedētes terga trepidantium, & redire in ordines cogentes: sed interequitantes alarij nō patiebantur. Consul obtestabatur milites, ut paululū adniterentur. uictoriā in manibus esse. dum perturbatos & trepidantes uiderent, instarent. si restitui ordines fuissent, integro rursus eos prælio & dubio dimicatos. Inferre uexillarios iussit signa. omnes cōnixi tandē auerterunt hostem. postquā terga dabant & in fugā passim effundebant: tum ad persequēdos eos legionarij equites immissi. Quatuordecim millia Boiorū eo die cæsa sunt: uiui capti mille nonaginta duo: equites ducēti uigintiunus: tres duces eorum, signa militaria ducenta XII, carpēta LXIII. Nec Romanis incruenta uictoria fuit. supra quinq; millia militū ipsorū, aut sociorū sunt amissa: cēturiōes tres & XX, præfecti sociū quatuor, & M. Genucius & M. Marcius trib. militū secundæ legionis. Eodē ferè tempore duorū consulū literæ allatæ sunt: L. Cornelij de prælio ad Mutinā cum Boijs factō & Q. Minucij à Pisis. Comitia suę fortis esse. cæterū adeo suspensa omnia in Liguribus se habere, ut abscedi inde sine perniciē sociorū & damno reip. nō possit. si ita uideretur patribus, mitterent ad collegam: ut is qui profligatū bellum haberet, ad comitia Romam rediret. si id facere

grauaretur, quod nō suæ fortis id negotium esset: se quidem facturū, quodcunq; senatus censisset, sed etiam atq; etiā uiderent: si magis è repub. esset interregnū iniri, q̄ ab se in eo statu relinqui prouinciam. Senatus C. Scribonio negotiū dedit, ut duos legatos ex ordine senatorio mitteret ad L. Corneliū consulem, qui literas collegē ad senatum missas deferrent ad eum: & nuntiarent, senatum, ni is ad magistratus subrogandos Romā ueniret, potius quàm Q. Minucius à bello integro auocaret, interregnum iniri passurū. Missi legati renuntiarūt, L. Cornelium ad magistratus subrogandos Romam uenturū. De literis L. Cornelij, quas scripserat secundū prælium cum Bonis factū: disceptatio in senatu fuit, quia priuātim pleriq; senatoribus legatus M. Claudius scripserat: fortunę populi Ro. & militum uirtuti gratiā habendam: quod res bene gesta esset. consulis opera & miliū aliquantū amissum: & hostium exercitū, cuius delendi oblata fortuna fuerat, non deletū. milites eo plures perisse, quod tardius ex subsidijs qui laborātibus opem ferret, successissent. hostes è manibus emissos, quod equitibus legionarijs & tardius datum signum esset, & persequi fugientes nō licuisset. De ea re nihil temere decerni placuit: ad frequentiores consultatio delata est. instabat enim cura alia, quod ciuitas scœnore laborabat: & cum multis scœnebris legibus constricta auaritia esset, uia fraudis inuicta erat, ut in socios qui non tenerentur hīs legibus, nomina transcriberent. ira libero scœnore obruebant debitores. cuius coercendi cum ratio quæreret, diem finiri placuit, Feralia quæ proximè fuissent: ut qui post eam diē socij ciuibus Romanis credidissent pecunias, profiterent: & ex ea die pecuniæ creditę, quibus debitor uellet legibus, ius creditori dicere. Deinde posteaq; professionibus detecta est magnitudo æris alicui per hanc fraudem cōtracti: M. Sempronius tribunus ple. ex autoritate patrū plebem rogauit: plebesq; sciuit, ut cum socijs ac nomine latino pecunię creditę ius idem, quod cum ciuibus Romanis, esset. Hæc in Italia domi militięq; acta. In Hispania nequaq; tantum belli fuit, quantū auxerat fama. C. Flaminius in citeriori Hispania oppidum Iluciam in Oretanis cepit: deinde in hyberna milites deduxit, & per hyemem prælia aliquot nulla memoria digna aduersus latronū magis q̄ hostium excursiones, uario tamen euentu, nec sine militū iactura sunt facta. Maiores res gestæ à M. Fulvio. Is apud Toletū oppidū cum Vaceis Vectonibusq; & Celtiberis signis collatis dimicauit: exercitū eorum gentiū fudit fugauitq;: regem Hilermū uiuū cepit. Dum hæc in Hispania gerebant, comitiorū iam appetebat dies. itaq; L. Cornelius c o s. relicto ad exercitū M. Claudio legato, Romam uenit. Is in senatu cum de rebus à se gestis differuisset: quoq; in statu prouincia esset: questus est cū patribus cōscriptis, quod tanto bello una secūda pugna tam feliciter perfectō, nō esset habitus dijs immortalib. honos. postulauit deinde, ut supplicationē simul triūphūq; decernerent. Prius tamen quàm relatio fieret, Q. Metellus, qui consul dictatorq; fuerat, literas eodem tempore dixit & cōsulis L. Cornelij ad senatū, & M. Marcelli ad magnam partem senatorum allatas esse inter se pugnantes: eoq; dilatam esse consultationem, ut præsentibus autoribus earum literarum disceptaretur. itaque expectasse sese, ut consul qui sciret ab legato suo aduersus se scriptum aliquid, cum ipsi ueniendum esset, duceret cum secum Romam: cum etiam uerius esset, T. Sempronio imperium habenti tradi exercitum, quàm legato. nunc uideri esse amotum de industria, ne ea quæ scripsisset, præsens diceret, aut argueret coram: & si quid uani afferret, argui posset, donec ad liquidum ueritas explorata esset. itaque nihil eorum quæ postularet c o s. decernendum in præsentia censere. Cum pergeret nihilo segnius referre, ut supplicatio decerneretur: triumphantiq; sibi in urbem inuehi liceret: M. & C. Titinij tribuni plebis se intercessuros, si de ea re fieret senatus consultum, dixerunt. Censores erant priore anno creati Sex. Ailius Pætus, & C. Cornelius Cethegus: Cornelius lustrum condidit. censa sunt ciuium capita c x l i i i millia septingenta quatuor. Aquæ ingentes eo anno fuerunt: & Tyberis loca plana urbis inundauit. circa portam Flumentanam etiam collapsa quedam ruinis sunt. & porta Cœlimontana fulmine icta est, murusq; circa multis locis de cœlo tactus. & Aritiæ & Lanuij & in Auentino lapidibus pluuit. & à Capua nuntiatum est: examen uesparum ingens in forum aduolasse, & in Martis æde consedissee. eas collectas cum cura, & igni crematas esse. Horum prodigiorum causa decemuiri libros adire iussi, & nouendiale

diale factū factum, & supplicatio indicta est atq; urbs lustrata. Iisdem diebus ediculam Victoriæ uirginis prope ædem Victoriæ M. Porcius Cato dedicauit, biennio postquã uouit. Eodem anno coloniam latinam in castrum ferentinum triumuiro deduxerunt, A. Manlius Volfo, L. Apustius Fullo, P. Aelius Tubero, cuius lege deducebantur tria millia peditum ferè, ccc equites: numerus exiguus pro copia agri. Dari potuere quadragena iugera in pedites, sexagena in equites. Apustio autore tertia pars agri dempta est: quò postea si uellent, nouos colonos ascribere possent. uicena iugera pedites, quadragena equites acceperunt. In exitu iam annus erat, & ambitio magis quàm unquam aliàs exarserat consularibus comitijs. multi & potentes petebāt patritij plebeijsq;: P. Cornelius, Cn. filius, Scipio, qui ex Hispania prouincia nuper decesserat magnis rebus gestis: & L. Quintius Flamininus, qui classi in Græcia præfuerat: & Cn. Manlius Volfo: hi patritij. plebeijs autem, C. Lælius, Cn. Domitius, C. Liuius Salinator, M. Acilius. sed omnium oculi in Quintium Corneliumq; coniecti. nam et in unum locum petebant ambo patricij, & rei militaris gloria recens utrunque commendabat. Cæterum ante omnia certamen accendebāt fratres candidatorum, duo clarissimi ætatis suæ imperatores. maior gloria Scipionis, & quo maior, eo propior inuidiæ: Quintij recentior, ut qui eo anno triumphasset. Accedebat quod alter decimum iam propè annum assiduus in oculis hominū fuerat: quæ res minus uerendos magnos homines ipsa satietate facit: cōsul iterum post denictum Annibalem censorq; fuerat. in Quintio noua & recentia omnia ad gratiam erant. nihil nec petierat à populo post triumphum, nec adeptus erat. Pro fratre germano, non patruelis se petere aiebat: pro legato & particeps administrandi belli. se terra, fratrem mari rem gessisse. Is obtinuit, ut præferretur candidato, quem Africanus frater ducebat: quem Cornelia gens, Cornelio consule comitia habente: quem tantum præiudiciū senatus uirum è ciuitate optimum iudicatum, qui matrē Idæam Pessinunte uenientem in urbem acciperet. L. Quintius & Cn. Domitius Anobarbus coss. facti. adeo ne in plebcio quidē consule, cū pro C. Lælio niteretur, Africanus ualuit. Postero die prætores creati L. Scribonius Libo, M. Fuluius Cætimalus, A. Atilius Serranus, M. Bebius Pamphilus, L. Valerius Tappus, Q. Salonius Sarra. Aedilitas insignis eo anno fuit M. Aemylij Lepidi & L. Aemylij Pauli. Multos pecuarios damnarūt: ex ea pecunia clypea inaurata in fastigio Iouis ædis posuerunt. porticū unam extra portā Trigeminam, emporio ad Tyberim adiecto: alterā à porta Fontinali ad Martis aram, quā in campum iter esset, perduxerunt. Diu nihil in Liguribus dignū memoria gestū erat. extremo eius anni bis in magnum periculū res adducta est. nam & castra consulis oppugnata ægre sunt defensa: & nō ita multo post per saltum angustū cum duceret agmen Romanū: ipsas fauces exercitus Ligurum infedit. quā cum exitus non pateret, conuerso agmine redire institit consul. & à tergo fauces saltus occupatæ à parte hostiū erant: caudinaeq; cladis memoria nō animis modo, sed propè oculis obuersabat. Numidas octingentos fermè equites inter auxilia habebat. Eorum præfectus consuli pollicet: se parte utra uellet cum suis erupturū. tantum uti diceret: utra pars frequentior uicis esset. in eos se impetum facturum: & nihil prius quàm flammam tectis iniecturum, ut is pavor cogeret Ligurès excedere saltu, quem obsiderent: & discurrere ad opem ferendam suis. Collaudatū eum consul spe præmiorū onerat. Numidæ equos cōscendunt, & obequitare stationibus hostiū neminē laceffentes cœperūt. Nihil primo aspectu cōtemptius, equi hominesq; paululi & graciles: discinctus & inermis eques, præterquā quod iacula secum portat: equi sine frenis, deformis ipse cursus rigida ceruice & extento capite currentium. Hunc contemptū de industria augentes labi ex equis, & per ludibriū spectaculo esse. Itaq; qui primo intenti paratiq; si lacefferentur, in stationibus fuerant: iam inermes, sedentesq; pars maxima spectabant. Numidæ ad equitare, dein refugere: sed propius saltū paulatim euchi: uelut quos impotentes regendi equi inuitos efferrent. postremo subditis calcaribus per medias stationes hostium erupere, & in agrum latiore euecti omnia propinqua uicæ tecta incendunt: proximo deinde uico inferunt ignem: ferro flammæq; omnia peruaflant. Fumus primo cōspectus, deinde clamor trepidantiū in uicis auditus, postremo seniores pueriq; refugientes tumultum in castris fecerūt. itaq; sine consilio, sine imperio pro se quisq; currere ad sua rutanda: momen-

toq;

toꝝ temporis castra relicta erant, & obsidione liberatus c o s. quò intenderat, peruēnit. Sed neq; Boiꝝ, neq; Hispani, cum quibus eo anno bellatum erat: tam inimici infestiq; erāt Romanis, quàm Aetolorū gens. Ii post deportatos ex Græcia exercitus primo in spe fuerant, & Antiochum in uacuam Europæ possessionem uenturū: nec Philippum aut Nabin quieturos. ubi nihil usquam moueri uiderunt: agitandū aliquid miscendumq; rati, ne cunctando se nescerent consilia: cōcilium Naupaetum indixerunt. Ibi Thoas prætor eorum conquestus iniurias Romanorū statumq; Actoliæ, quod omnium Græciæ gentium ciuitatumq; inhonoratissimi post eam uictoriā essent, cuius causa ipsi fuissent: legatos censuit circa reges mittendos: qui nō solum tentarent animos eorum, sed suis quenq; stimulis mouerent ad Romanum bellum. Damocritus ad Nabin, Nicander ad Philippum, Dicæarchus frater prætoris ad Antiochum est missus. Tyranno Lacedæmonio Damocritus ademptis maritimis ciuitatibus eneruatam tyrannidem dicere: inde militem, inde naues, naualesq; socios habuisse: inclusum suis propè muris Achæos uidere dominantes in Peloponneso, nunquā habiturū recuperandi sua occasionem: si eam quæ tum esset, prætermisisset. nullū exercitum Romanū in Græcia esse: nec propter Gytheū, aut maritimos alios Laconas dignam causam existimatuos Romanos, cur legiones in Græciam rursus transmittant. Hæc ad incitandū animum tyranni dicebantur: ut cum in Græciam Antiochus traiecisset, conscientia uiolatæ per sociorum iniurias Romanæ amicitia coniungeret se cum Antiocho. Et Philippū Nicander haud dissimili oratione incitabat. erat etiam maior orationi materia, quo ex altiore fastigio rex, quàm tyrannus detractus erat: quoq; plures ademptæ res. ad hoc uetusta regum Macedoniæ fama, peragratusq; orbis terrarū uictorijs eius gentis referebat. Et tutum uel incepto, uel euentu se consiliū afferre. nam neq; ut ante se moueat Philippus, quàm Antiochus cum exercitu transferit in Græciā, suadere: & qui sine Antiocho aduersus Romanos Aetolosq; tandiu sustinuerit bellum, ei adiuncto Antiocho, socijs Aetolis, qui tum grauiores hostes quàm Romani fuerint, quibus tandem uiribus resistere Romanos posse? Adiecit de duce Annibale, nato aduersus Romanos hoste, qui plures & duces & milites eorū occidisset, quàm quot superessent. Hæc Philippo Nicander. Alia Dicæarchus Antiocho, & omnium primum prædam de Philippo Romanorum esse dicere, uictoriam Aetolorū. & aditum in Græciam Romanis nullos alios, quàm Aetolos dedisse: & ad uincendū uires eisdem præbuisse. deinde quantas peditum equitumq; copias præbituri Antiocho ad bellū essent: quæ loca terrestribus copijs, quos portus maritimis. Tum de Philippo & Nabide libero mendacio abutebat: paratum utrunq; ad rebellandum esse: & primam quanq; occasionem recuperandi ea quæ bello amisissent, arrepturos. Ita per totum simul orbem terrarum Actoli Romanis concitabant bellum. reges tamen aut non moti, aut tardius moti sunt. Nabis extemplo circa omneis uicos maritimos dimisit ad seditiones in ijs miscendas: & alios principum donis ad suam causam perduxit: alios pertinaciter in societate Romana manentes occidit. Achæis omnium maritimorum Laconum tuendorum à T. Quintio cura mandata erat. itaq; extemplo & ad tyrannum legatos miserunt, qui admouerent fœderis eum Romani, denuntiarentq; ne pacē, quam tantopere petisset, turbaret: & auxilia ad Gytheū, quod iam oppugnabat à tyranno: & Romam qui ea nuntiarent, legatos miserunt. Antiochus rex ea hyeme Raphiæ in Phœnice Ptolemæo regi Aegypti filia in matrimonium data, cum Antiochiā se recepisset: per Ciliciam Tauro monte superato, extremo iam hyemis Ephesum peruenit. inde principio ueris, Antiocho filio missio in Syriā ad custodiam ultimarū partium regni, ne quid absente se à tergo moueret: ipse cum omnibus terrestribus copijs ad Pisidas, qui circa Selgam incolunt, oppugnandos est profectus. Eo tempore legati Romani P. Sulpicius, & P. Villius, qui ad Antiochū (sicut ante dictum est) missi erāt, iussi prius Eumenē adire, Elæā uenere: inde Pergamū (ibi regia Eumenis fuit) ascenderūt. Cupidus belli, aduersus Antiochū Eumenes erat: grauem si pax esset, accolā tanto potentiorē regem credens: eundem si motū bellū esset, nō magis parem Romanis fore, q̃ Philippus fuisset: & aut funditus sublatū iri: aut si pax uicto daretur, multa illi detracta sibi accessura: ut facile deinde se ab eo sine ullo Romano auxilio tueri posset. etiā si quid aduersi casurū foret: satius esse Romanis

manis focijs quamcunq; fortunam subire:quàm solum aut imperiũ pati Antiochi:aut abnuentem ui atq; armis cogi. Ob hæc quantum autoritate, quantum consilio ualebat, incitabat Romanos ad bellum. Sulpicius æger Pergami substitit. Villius cum Pisidiæ bello occupatum esse regem audisset: Ephesum profectus, dum paucos ibi moratur dies, dedit operam, ut cum Annibale, qui tum ibi forte erat, sæpe congregeretur: ut animum eius & tentaret, si qua posset, & metum demeret periculi ei quicquã ab Romanis esse. His colloquijs aliud quidem actum nihil est: secutũ tamẽ sua sponte est, uelut cõsilio petitũ esset: ut uilior ob ea regi Annibal & suspectior ad omnia fieret. Claudius secutus Græcos Acilianos libros, P. Africanũ in ea fuisse legatione tradit: eumq; Ephesi collocutum cum Annibale, & sermonem etiam unum refert: quo quærenti Africano quem fuisse maximum imperatorem Annibal crederet, responderet Alexandrum Macedonũ regem: quod parua manu innumerabiles exercitus fudisset: quodq; ultimas oras, quas uisere supra spem humanã esset, peragrasset. quærenti deinde quem secundum poneret, Pyrrhum dixisse, castra metari primum docuisse: ad hoc neminem elegãtius loca cepisse, præsidia disposuisse: artem etiam conciliandi sibi homines eam habuisse, ut Italicæ gentes regis externi, quàm populi Romani tandiu principis in ea terra imperium esse mallent. exequenti quem tertiu duceret, haud dubie semetipsum dixisse, tum risum obortum Scipioni, & subiecisse, quidnam tu diceres, si me uicisses? tum me uero, inquit, & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante omnes alios imperatores esse, & perplexum punico astu responsum & assentationis genus Scipionem mouisse: quod è grege se imperatorũ uelut inæstimabilem secreuisset. Villius ab Epheso Apameam processit. eò & Antiochus audito Romanorum legatorum aduentu occurrit. Apameæ congressis disceptatio eadem fermè fuit: quæ Romæ inter Quintium, & legatos regis fuerat. mors nuntiata Antiochi filij regis, quem missum paulo ante dixeram in Syriam, diremit colloquia. Magnus luctus in regia fuit, magnũq; eius iuuenis desiderium. id enim iam specimen sui dederat, ut si uita longior cõtigisset, magni iusticq; regis in eo indolẽ fuisse appareret. Quo carior acceptiorq; omnibus erat: eo mors eius suspectior fuit. grauem successorem eum instare senectuti suæ patrem credentem, per spadones quosdam, talium ministerijs facinorum acceptos regibus, ueneno sustulisse. Eam quoq; causam clandestino facinori adijciebant, quod cum Seleuco filio Lysimachiam dedisset: Antiocho quam similem daret sedem, ut procul ab se per honorem eum quoq; ablegaret, non habuisset. Magni tamen luctus species per aliquot dies regiam tenuit: legatusq; Romanus, ne alieno tempore incommodus obuersaretur, Pergamum cõcessit. rex Ephesum omisso quod inchoauerat bello, redijt. ibi per luctum regia clausa cum Minione quodam, qui princeps amicorum eius erat: secreta consilia agitauit. Minio ignarus omnium externorum, uiresq; estimans regis ex rebus in Syria aut Asia gestis, non causa modo superiorem esse Antiochum, quod nihil æqui postularent Romani, sed bello quoq; superaturũ credebat. Fugienti regi disceptationem cum legatis, seu iam experto eam minus prosperam, seu mœrore recenti confuso, professus Minio, se quæ pro causa esset dicturum, persuasit: ut à Pergamo accerferentur legati. Iam conualuerat Sulpicius. itaq; ambo Ephesum uenerunt. rex à Minione excusatus: & absente eo res agi cœpta est. Ibi præparata oratione Minio. Specioso titulo, inquit, uti uos Romani græcarũ ciuitatum liberandarum uideo. sed facta uestra orationi non conueniunt: & aliud Antiocho iuris statutis, alio ipsi utimini. Qui enim magis Smyrnæi Lampfaceniq; Græci sunt, quàm Neapolitani & Rhegini & Tarentini, à quibus stipẽdium, à quibus naues ex fœdere exigitis? Cur Syracusas atq; in alias Siciliae græcas urbes prætorem quotannis cum imperio & uirgis & securibus mittitis? nihil aliud profecto dicatis, quàm armis superatis uos ijs has leges imposuisse. Eandem de Smyrna & Lampfaco, ciuitatibusq; quæ Ioniæ aut Æolidis sunt, causam ab Antiocho accipite. bello superatas à maioribus, & stipendiarias ac uectigales factas, in antiquum ius repetit. itaq; ad hæc ei responderi uelim, si ex æquo disceptatur, & non belli causa quæritur.

Ad ea Sulpicius. Fecit uerecunde, inquit, Antiochus, qui si alia pro causa eius non erant quæ dicerentur, quemlibet ista quàm se dicere maluit. Quid enim simile habet ciuitatũ earum quas comparasti causa? Ab Rheginis & Neapolitanis & Tarentinis, ex quo in nostram uenerunt

runt

runt potestatem: uno & perpetuo tenore iuris semper usurpato, nunquam intermisso, quæ ex
 fœdere debent, exigimus. Potēsne tandem dicere, ut ij populi non per se, non per alium quen-
 quam fœdus mutauerint: sic Asiæ ciuitates, ut semel uenerunt in maiorum Antiochi potesta-
 tem: in perpetua possessione regni uestri permanisse? & non alias earum in Philippi, alias in
 Ptolemæi fuisse potestate: alias per multos annos nullo ambigente libertatē usurpasse? Nam
 si, quod aliquando seruiertur temporum iniquitate pressi: ius post tot secula asserendi eos in
 seruitutē faciet: quid abest quin actum nobis nihil sit, quod à Philippo liberauimus Græciam?
 & repetant posterius eius Corinthum, Chalcidem, Demetriadem, & Thessalorum totam gen-
 tem? Sed quid ego causam ciuitatum ago: quam ipsis agentibus & nos, & regem ipsum co-
 gnoscere æquius est? Vocari deinde ciuitatum legationes iussit, præparatas iam ante & in-
 structas ab Eumene: qui quantumcūq; uirium Antiocho decessisset, suo id accessurum regno
 ducebat. Admissi plures, dum suas quisq; nunc querelas, nunc postulationes inserit, æqua ini-
 quis miscentes, è disceptatione altercationem fecerunt. itaq; neq; remissa ulla re, neq; impetra-
 ta, æque ac uenerant, omnium incerti legati Romam redierunt. Rex dimissis ijs consiliū de
 bello Romano habuit. Ibi alius alio ferocius: quia quo quisq; asperius aduersus Romanos lo-
 cutus esset, eo spes gratiæ maior erat. alius superbiam postulatorū increpare, tanquam Nabidi
 uicto, sic Antiocho, maximo Asiæ regum, imponentium leges. quanquam Nabidi tamen do-
 minationem in patriam suam, & patriam Lacedæmonem remissam: Antiocho si Smyrna &
 Lampfacus imperata faciant, indignum uideri. alij paruas, & uix dictu dignas belli causas tan-
 to regi eas ciuitates esse. sed initium semper per ius iniusta imperandi fieri. nisi crederent: Per-
 fas cum aquam terramq; ab Lacedæmonijs petierunt, gleba terræ & haustu aquæ eguisse. per
 similem tentationem Romanis de duabus ciuitatibus agi. & alias ciuitates, simul duas iugum
 exuisse uidissent, ad liberatorem populū defecturas. si non libertas seruitute potior sit: tamen
 omni præsentis statu spem cuiq; nouandi res suas blandiorem esse. Alexander Acarnan in
 concilio erat, Philippi quondam amicus, nuper relicto eo secutus opulentiorem regiam Antio-
 chi: & tãquam peritus Græciæ, nec ignarus Romanorū, in eum gradum amicitia regis, ut con-
 silijs quoq; arcanis interesset, acceptus erat. Is tanquam nō utrum bellandum esset, nec ne, con-
 suleretur: sed ubi, & qua ratione bellum gereretur, uictoriam se haud dubiam proponere ani-
 mo affirmabat: si in Europam transisset rex, & in aliqua Græciæ parte sedem bello cepisset.
 Iam primum Aetolos, qui umbilicum Græciæ incolerent in armis cum inuenturum, antesigna
 nos, ad asperrima quæq; belli paratos. in duobus uelut cornibus Græciæ, Nabin à Peloponne-
 so concitaturū omnia, repetētē Argiuorū urbem, repetētē maritimas ciuitates: quibus eum
 depulsum Romani Lacedæmonis muris inclusissent: à Macedonia Philippum, ubi primum
 bellicum cani audisset, arma capturum. nosse se spiritus eius, nosse animum: scire ferarum mo-
 do, quæ claustris aut uinculis teneantur, ingentis iam diu iras eum in pectore uoluerit. memi-
 nisse etiam se, quoties in bello precari omnes deos solitus sit, ut Antiochum sibi darent ad-
 iutorem. cuius uoti si compos nunc fiat: nullam moram rebellandi facturum. tantum non cun-
 ctandum neq; cessandum esse. in eo enim uictoriam uerti: si & loca opportuna, & socij præoc-
 cuparentur. Annibalem quoq; sine mora mittendum in Africam esse ad distringendos Ro-
 manos. Annibal non adhibitus est in consilium, propter colloquia cum Villio suspectus re-
 gi, & in nullo postea honore habitus. Primo eam cōtumeliam tacitus tulit: deinde melius esse
 ratus, & percunctari causam repentinæ alienationis, & purgare se tempore apto, quæ sita sim-
 pliciter iracundiæ causa, auditaq;. Pater Amilcar, inquit, Antioche paruum admodum me,
 cum sacrificaret, altaribus admotum iureiurando adegit: nunquam amicum fore populi Ro-
 mani. sub hoc sacramēto sex & xxx annos militaui: hoc me in pace patria mea expulit: hoc
 patria extorrem in tuam regiam adduxit: hoc duce, si tu spem meam destitueris, ubicunq; ui-
 res, ubi arma esse sciam, inueniam toto orbe terrarum quærens aliquos Romanis hostes. itaq;
 si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere libet, aliam materiam crescendi ex me quæ-
 rant. odi odioq; sum Romanis: id me uerum dicere pater Amilcar, & dij testes sunt. proinde
 cum de bello Romano cogitabis, inter primos amicos Annibalem habeto. si qua res te ad pa-
 cem

cem compellet, in id consilium alium cum quo deliberes quærito. Non mouit modo talis oratio regem, sed etiam reconciliauit Annibali. Ex consilio ita discessum est, ut bellum gereretur. Romæ destinabant quidem sermonibus hostem Antiochum, sed nihil dum ad id bellum præter animos parabant. Consulibus ambobus Italia prouincia decreta est: ita ut inter se compararent, sortirenturque: uter comitijs eius anni præesset: ad utrum ea non pertineret cura, ut paratus esset, si quò eum extra Italiam opus esset ducere legiones. Huic consuli permissum, ut duas legiones scriberet nouas, & sociùm ac Latini nominis xx millia, & equites ccc . Alteri $cos.$ duæ legiones decretæ, quas L. Cornelius $cos.$ superioris anni habuisset: & sociùm ac Latini nominis ex eodem exercitu pedites xv millia, & equites quingenti. Q. Minucius cum exercitu, quem in Liguribus habebat: prorogatum imperiũ. additum: in supplementum ut $iiii$ millia peditum Romanorum scriberentur, & cl equites: & socijs eodem v millia peditum imperarentur, cc equites. Cn. Domitio extra Italiam, quò senatus censuisset, prouincia euénit, L. Quintio Gallia & comitia habenda. Prætores deinde prouincias sortiti: M. Fuluius Centimalus urbanam, L. Scribonius Libo peregrinam: L. Valerius Tappus Siciliam, Q. Salonius Sarra Sardiniam: M. Bebius Pamphilus Hispaniam citeriorem, A. Attilius Serranus ulteriorem. Sed his duobus primum $sc.$ deinde plebis etiam scito permutatæ prouinciæ sunt. Attilio classis & Macedonia: Bebio Brutij decreti. Flaminio Fuluiusq; in Hispanijs prorogatum imperium. Bebio Pamphilo in Brutios duæ legiones decretæ: quæ priore anno urbanæ fuissent: ut & socijs eodem millia peditum xv imperarentur, & quingenti equites. A. Attilius triginta naues quinqueremes facere iussus: & ex naualibus ueteres deducere: si quæ utiles essent, & scribere nauales socios. Et consulibus imperatum: ut ei duo millia sociùm ac Latini nominis, & mille pedites darent Romanos. Hi duo Præ. & duo exercitus, terrestres naualisq; aduersus Nabin aperte iam oppugnantem socios pr dicebantur parari. cæterum legati ad Antiochum missi expectabatur: & priusquam ij redissent, uetuerat Cn. Domitium $cos.$ senatus ab urbe discedere. Præ. Fuluius & Scribonio, quibus ut ius dicerent Romæ prouincia erat: negotium datum: ut præter eam classem, cui Attilius præfutura erat, centum quinqueremes pararent. Priusquam $cos.$ prætoresq; in prouincias proficiscerentur: supplicatio fuit prodigiorum causa. Capram sex hædos uno foetu edidisse, ex Piceno nuntiatum est: & Arretij puerum natum unimanum: Amiterni terra pluuisse: Formijs portam murumq; de cælo taeta: & (quod maxime terrebat $cos.$ Cn. Domitium) bouem locutum: Roma caue tibi. Cæterorum prodigiorum causa supplitatum est: bouem cum cura seruari aliq; aruspices iusserunt. Tyberis infestiore, quàm priore impetu illatus urbi duos pontes, ædificia multa, maxime circa portam Flumentanam euertit. saxum ingens, siue imbribus, siue motu terræ leniore quàm ut alioqui sentiretur, labefactatum, in uicum Iugarium ex Capitolio procidit, & multos oppressit. in agris passim inundatis pecua ablata: uillarum strages facta est. Priusquàm L. Quintius $cos.$ in prouinciam perueniret: Q. Minucius in agro Pisano cum Liguribus signis collatis pugnavit: nouem millia hostium occidit: cæteros fusos fugatosq; in castra compulit. ea usq; in noctem magno certamine oppugnata defensaq; sunt. nocte clam profecti Ligures: prima luce Romanus uacua castra inuasit. prædæ minus inuentum est, quod subinde spolia agrorum capta domos mittebant. Minucius nihil deinde laxamenti hostibus dedit. ex agro Pisano in Ligures profectus, castella uicosq; eorum igni ferroq; peruastauit. ibi præda Hetrusca, quæ missa à populatoribus fuerat: repletus est miles Romanus. Sub idem tempus legati ab regibus Romam reuerterunt. qui cum nihil, quod satis maturam causam belli haberet, nisi aduersus Lacedæmonium tyrannum attulissent: quem & Achæi legati nuntiabant contra foedus maritimam oram Laconum oppugnare: Attilius Præ. cum classe missus est in Græciam ad socios tuendos. $cos.$ quando nihil ab Antiocho instaret: proficisci ambo in prouincias placuit. Domitius ab Arimino, quæ proximum fuit: Quintius per Ligures in Boios uenit. Duo consulum agmina diuersa late agrum hostiũ peruastarunt. Primo equites eorum pauci cum præfectis, deinde uniuersus senatus, postremo, in quibus aut fortuna aliqua, aut dignitas erat: ad mille quingenti ad $cos.$ transfugerunt. Et in utraq; Hispania eo anno res prospere gestæ. nam

h h h & C. Fla/

& C. Flaminius oppidum Litabrum munitum opulentumq; uincis expugnauit, & nobilem regulum Corribilonem uiuum cepit: & M. Fuluius procos. cum duobus exercitibus hostium duo secunda praelia fecit: oppida duo Hispanorum, Vesceliam Holonemq; & castella multa expugnauit. alia uoluntate ad eum defecerunt. tum in Oretanos progressus, & ibi duobus potitus oppidis, Noliba & Cusibi, ad Tagum amnem ire pergit. Toletum ibi parua urbs erat: sed loco munita. eam cum oppugnaret: Vectonum magnus exercitus Toletanis subsidio uenit. cum his signis collatis prospere pugnauit: & fuis Vectonibus, operibus Toletum cepit. Ceterum eo tempore minus ea bella quæ gerebantur, curæ patribus erant, quàm expectatio nondum cepti cum Antiocho belli. nam & si per legatos identidem omnia explorabantur: tamen rumores temere sine ullis autoribus orti multa falsa ueris miscebant. inter quæ allatum erat: cum in Ætoliâ uenisset Antiochus, extemplo classem cum in Siciliam missurum. Itaq; senatus & si Pr. Atilium cum classe miserat in Græciam: tamen quia non copijs modo sed etiam auctoritate opus erat ad tuendos sociorum animos, T. Quintium & Cn. Octauium & Cn. Seruilium & P. Villium legatos in Græciam misit: & ut M. Bebius ex Brutijs ad Tarentum & Brundisium promoueret legiones, decreuit: ut inde, si res posceret, in Macedoniam trañceret: & ut M. Fuluius Pr. classem nauium triginta mitteret ad tuendam Siciliæ oram: & ut cum imperio esset, qui classem eam duceret: (duxit L. Oppius Salinator, qui priore anno ædilis plebis fuerat) & ut idem Pr. L. Valerio collegæ scriberet, periculum esse ne classis regis Antiochi ex Ætoliâ in Siciliam trañceret. itaq; placere senatui, ad eum exercitum quem haberet, tumultuariorum militum ad XII millia pedites, & quadringentos equites scribere eum: quibus oram maritimam prouinciæ, quâ uergeret in Græciam, tueri posset. Eum delectum Pr. non ex Sicilia ipsa tantum, sed etiam ex circumiacentibus insulis habuit: oppidaq; omnia maritima, quæ in Græciam uersa erant, præsidijs firmavit. Addidit alimenta rumoribus aduentus Attali, Eumenis fratris, qui nuntiauit: Antiochum regem Hellepontum cum exercitu transisse: Ætolos ita se parare, ut sub aduentum eius in armis essent. Et Eumeni absentis, & præsentis Attalo gratiæ actæ: & ædes liberæ Attalo ac lautia decreta, & munera data, equi duo, bina equestria arma, & uasa argentea centum pondo, & aurea uiginti pondo. Cum alij atq; alij nuntij bellum instare afferrêt, ad rem pertinere uisum est, coss. primo quoq; tẽpore creari. itaq; sc factum est: ut M. Fuluius Pr. literas extemplo ad coss. mitteret, quibus certior fieret senatui placere: prouincia exercituq; tradito legatis, Romam reuerti eum: & ex itinere præmittere edictum, quo comitia coss. creandis ediceret. Paruit his literis coss. & præmissis edicto, Romam uenit. Eo quoq; anno magna ambitio fuit: quod patritij tres in unum locum petierunt: P. Cornelius Cn. F. Scipio, qui priore anno repulsam tulerat: & L. Cornelius Scipio, & Cn. Manlius Volso. P. Scipioni, ut dilatum uiro tali, non negatum honorem appareret: cõsulatus datus est. additus ei de plebe collega, M. Acilius Glabrio. Postero die Prr. creati L. Æmylius Paulus, M. Æmylius Lepidus, M. Iunius Brutus, A. Cornelius Mammula, C. Liuius, & L. Oppius. utriq; eorum Salinator cognomen erat. Oppius is erat, qui classem triginta nauium in Siciliam duxerat. Interim dum noui magistratus sortirentur prouincias, M. Bebius à Brundisio cum omnibus copijs transire in Epirum est iussus, & circa Apolloniam copias continere: & M. Fuluius prætori urbano negocium datum est, ut quinqueremes nouas quinquaginta faceret. Et populus quidẽ Romanus ita se ad omnes conatus Antiochi præparabat. Nabis iam non diserebat bellum, sed summa ui Gytheum oppugnabat: & infestus Achæis, quod miserant obfessis præsidium, agros eorum uastabat. Achæi non antea ausi capeffere bellum, quàm ab Roma reuertissent legati: ut quid senatui placeret, scirent: post reditum legatorum, & Sicyonem concilium edixerunt, & legatos ad T. Quintium miserunt, qui consiliũ ab eo peterent. In concilio omnium ad bellum extemplo capeffendum inclinatæ sententiæ erant: literæ T. Quintij cunctationem iniecerunt: quibus autor erat prætorem classemq; Romanam expectandi. Cum principum alij in sententia permanerent: alij utendũ eius, quẽ ipsi cõsuluissent, consilio censerent: multitudo Philopœmenis sententiam expectabat. Pr. is tum erat, & omnes eo tempore & prudentia & auctoritate anteibat. Is præfatus, bene comparatum apud Ætolos esse, ne Pr. cum de

cum de bello consulisset, ipse sententiam diceret: statuere quàmprimum ipsos quid uellent, iussit. prætorem decreta eorum cum fide & cura executurum: annixurumq; ut quantũ in consilio humano positũ esset: nec pacis eos pœniteret, nec belli. Plus ea oratio momẽti ad incitandos ad bellum habuit: q̃ si aperte suadendo cupiditatem res gerendi ostendisset. itaq; ingenti consensu bellum decretũ est: tempus & ratio administrandi eius libera prætori permessa sunt. Philopœmen præterq; quod ita Quintio placeret, & ipse existimabat classem Romanam expectandam, quæ à mari Gyttheum tueri posset. sed metuens, ne dilationem res nõ pateretur, & non Gyttheum solum, sed præsidium quoq; missum ad tuendam urbem amitteretur: naues Achæorum deduxit. Comparauerat & tyrannus modicam classem ad prohibenda, si qua obsessis mari summitterentur, præsidia, tres tectas naues, & lembos pristisq; tradita uetere classe ex scedere Romanis. harum nouarũ nauium agilitatem ut experiretur: simul ut omnia satis apta ad certamen essent, prouectos in altũ quotidie remigem militemq; simulachris naualis pugnæ exercebat: in eo ratus uerti spem obsidionis, si præsidia maritima interclusisset.

Prætor Achæorum sicut terrestrium certaminũ arte quemuis clarorum imperatorũ uel usu uel ingenio æquabat: ita rudis in re nauali erat: Arcas, mediterraneus homo, externorũ etiam omnium, nisi quod in Creta præfectus auxiliorum militauerat: ignarus. Nauis erat quadriremis uetus, capta annis octoginta ante: cum Crateri uxorẽ Nicæam à Naupacto Corinthum ueheret. huius fama motus (fuerat enim nobile in classe regia quondam nauigium) deduci ab Aegio putrem eam admodum, & uetustate dilabentem iussit. Hac tum prætoria naue præcedente classem, cum in ea Patrensis Tiso præfectus classis ueheretur, occurrerũt à Gyttheo Laconum naues: & primo statim incurſu ad nouam & firmam nauem uetus, quæ per se ipsa omnibus compagibus aquam acciperet, diuisa est: captiq; omnes, qui in nauis erant. cætera classis prætoria naue amissa, quantum quæq; remis ualuit, fugerunt. ipse Philopœmen in leui speculatoria naue fuit: nec ante fugæ finem, quàm Patras uentum sit, fecit. Nihil ea res animum militaris uiri, & multos experti casus imminuit: quin cõtra, si in re nauali, cuius esset ignarus, offensus: eo plus in ea, quorum usu calleret, spei nactus, breue id tyranno gaudium se effecturum affirmabat. Nabis cum prospera elatus re, tum spem etiam haud dubiam nactus, nihil iam à mari periculi fore, & terrestres aditus claudere opportune positus præsidijs uoluit. tertia parte copiarum ab obsidione Gytthei abducta, ad Pleias posuit castra. Imminet is locus & Leucis & Acris: quã uidebantur hostes exercitum admoturi. Cum ibi statua essent: & pauci tabernacula haberent: multitudo alia casas ex arundinibus textas fronde, quæ umbram modo præberet, texissent: priusquam in cõspectum hostium ueniret Philopœmen, nec opinantem eum improviso genere belli aggredi statuit. Nauigia parua in stationem occultam agri Argiui contraxit: in ea expeditos milites, cetratos plerosq; cum fundis & iaculis & alio leui genere armaturæ imposuit. inde littora legens cum ad propinquum castris hostium promontorium uenisset: egressus callibus notis nocte Pleias peruenit: & sopitis uigilibus, ut in nullo propinquo metu, ignem casis ab omni parte castrorum iniecit. Multi prius incendio absumpti sunt, q̃ hostium aduentum sentirent: & qui senserant, nullam opem ferre potuerunt. ferro flammæq; omnia absumpta. perpauci tamen ex tam ancipiti peste ad Gyttheum in maiora castra perfugerunt. Ita percussis hostibus Philopœmen protinus ad depopulandã Tripolim Laconici agri, qui proximus finem Megalopolitarũ est, duxit: & magna ui pecorũ hominumq; inde abrepta, priusquã à Gyttheo tyrannus præsidium agris mitteret, discessit. Idem Tegeam exercitu cõtracto concilioq; eodem & Achæis & socijs indicto, in quo & Epirotarũ & Acarnanum suere principes: statuit, quoniam satis & suorum à pudore maritimæ ignominia restituti animi, & hostium cõterriti essent, ad Lacedæmonem ducere: eo modo uno ratus ab obsidione Gytthei hostem abduci posse. Ad Carias primum in hostiũ terra posuit castra. Eo ipso die Gyttheum expugnatũ est. cuius rei ignarus Philopœmen castra ad Barbothenem (mons est decem millia passuum ab Lacedæmone) promouit. Et Nabis recepto Gyttheo, cum expedito exercitu inde profectus, cum præter Lacedæmonem raptim duxisset: Pyrrhi (quæ uocant) castra occupauit: quẽ peti locum ab Achæis non dubitabat. inde hostibus occurrit. Obtinebant

h h h 2 autem

autem longo agmine propter angustias viæ propè quinq; millia passuum: cogebatur agmen ab equitibus, & maxime à parte auxiliorum: quod existimabat Philopœmen: tyrannum mercenarijs militibus, quibus plurimum fideret, à tergo suos aggressurum. Duæ res simul inopinatæ perculerunt eum: una, præoccupatus quem petebat locus: altera, quod primo agmini occurrisset hostem cernebat: ubi cum per loca confragosa iter esset, sine leuis armaturæ præsidio signa ferri non uidebat posse. Erat autem Philopœmen præcipuè in ducendo agmine locisq; capiendis solertiæ atq; usus: nec belli tantum temporibus, sed etiam in pace ad id maxime animum exercuerat. Vbi iter quopiam faceret, & ad difficilem transitu saltû uenisset, contemplatus ab omni parte loci naturam, cum solus iret, secum ipse agitabat animo: cum comites haberet, ab ijs querebat: si hostis eo loco apparuisset: quid, si à fronte, quid, si ab latere hoc, aut illo, quid si à tergo adoriretur, capiendum consilij foret: posse instructos recta acie, posse inconditum agmen, & tantummodo aptum viæ, occurrere. quem locû ipse capturus esset, cogitando aut quærendo exequebatur: aut quot armatis, aut quo genere armorum (plurimum enim interesse) usus: quò impedimenta, quò sarcinas, quò turbam inermem reijceret, quanto ea, aut quali præsidio custodiret: & utrum pergere qua cœpisset ire, uia, an eam qua uenisset, repetere melius esset: castris quoq; quem locum caperet, quantum munimento amplecteretur loci, quâ opportuna aquatio, quâ pabuli lignorumq; copia esset: quâ postero die castra mouenti tutum maxime iter, quæ forma agminis foret. His curis cogitationibusq; ita ab inuente ætate animû agitauerat: ut nulla ei noua in tali re cogitatio esset. Et tum omniû primum agmen cõstituit: dein Cretenses auxiliares, & quos Tarentinos uocabânt, equites binos secum trahentes equos ad prima signa misit: & iussis equitibus subsequi, super torrentem, unde aquari possent, rupem occupauit: eò impedimenta omnia, & calorum turbam collectam armatis circumdedit: & pro natura loci castra communiuit. tabernacula statuere in aspretis, & inæquali solo difficile erat. Hostes quingentos passus aberant. ex eodem riuo utrinq; cum præsidio leuis armaturæ aquati sunt: & priusquã, qualia in propinquis castris solent, contraheretur certamen: nox interuenit. postero die apparebat pugnandû pro aquatoribus circa riuum esse. nocte in ualle à conspectu hostium auersa, quantam multitudinem locus oculere poterat, condidit cetratorû. Luce orta Cretensium leuis armatura & Tarentini equites super torrentem prælium commiserunt. Letemnastus Cretensis popularibus suis, equitibus Lycortas Megalopolitanus præerat. Cretenses & hostium auxiliares, equitumq; idem genus Tarentini præsidio aquatoribus erant. aliquandiu dubium præliû fuit: ut eodem ex parte utraq; hominû genere, & armis paribus. procedente certamine, & numero uicere tyranni auxiliares: & quia ita præceptum à Philopœmene præfectis erat: ut modico edito prælio in fugam inclinarent, hostemq; ad insidiarum locum pertraherent. effuse secuti fugientes per conuallem pleriq; & uulnerati, & interfecti sunt, priusquã occultum hostem uiderent. Cetrati ita, quantum latitudo uallis patiebatur, instructi sederât: ut facile per interualla ordinû fugientes suos acciperent. cõsurgunt deinde ipsi integri, recentes, instructi: & in hostes inordinatos, effusos, labore etiã & uulneribus fessos impetû faciût. nec dubia uictoria fuit: extemplo terga dedit tyrãni miles: & haud paulo concitatore cursu, quàm secutus erat, fugiens in castra est compulsus. multi cæsi captiq; in ea fuga sunt. & in castris quoq; foret trepidatû: ni Philopœmen receptui cani iussisset: loca magis confragosa, & quacunq; temere processisset, iniqua, quàm hostem metuens. Inde & ex fortuna pugnæ & ex ingenio ducis coniectans, in quo tum is pauore esset, unû de auxiliaribus specie transfugæ mittit ad eum: qui pro cõperto afferret: Achæos statuisse postero die ad Eurotam amnem, qui propè ipsis affluit mœnibus, progredi: ut intercluderët iter: ne aut tyrannus cum uellet, receptû ad urbem haberet: aut cõmeatus ab urbe in castra portarëtur: simul etiam tentaturos, si quorû animi sollicitari ad defectionem à tyranno possent. Non tam fidem dictis perfuga fecit, quàm percusso metu relinquedi castra causam probabilem præbuit. Postero die Pythagoram cum auxiliaribus & equitatu stationem agere pro uallo iussit. ipse tanquam in aciem cum robore exercitus egressus, signa ocyus ferri ad urbem iussit. Philopœmen posteaquam citatum agmen per angustam & procliuem uiam duci raptim uidit: equitatû omnem & Cre-

retensium

tensium auxiliares in stationem hostium, quæ pro castris erat, emittit. Illi ubi hostes adesse, & à suis se desertos uiderunt, primo in castra recipere se conati sunt: deinde posteaquam instructa acies tota Achæorum admouebatur: metu ne cum ipsis castris caperentur, sequi suorum agmen aliquantum prægressum insistant. Extemplo cetrati Achæorum in castra impetum faciunt, & diripiunt: cæteri ad persequendos hostes ire pergunt. Erat iter tale, per quod uix tranquillum ab hostili metu agmen expediri posset. Vt uero ad postremos prælium ortū est, clamorq; terribilis à tergo pauentium ad prima signa est perlatus: pro se quisq; armis abiectis in circumiectas itineri syluas diffugiūt: momentoq; temporis strage armorum septa uia est: maxime hastis: quæ pleræq; adueriæ cadentes, uelut uallo obiecto iter impediebant. Philopœmen utcūq; possent, instare & persequi auxiliariis iussis (utiq; enim equitibus haud facilem futuram fugam) ipse grauius agmen uia patientiore ad Eurotam amnem deduxit. ibi castris sub occasum solis positis, leuem armaturam, quam ad persequendum reliquerat hostem: operiebatur. qui ubi prima uigilia uenerunt, nuntiantes: tyrannum cum paucis ad urbem penetrasse, cæteram multitudinem inermem toto sparsam uagari saltu: corpora curare eos iubet. ipse ex cætera copia militum, qui, quia priores in castra uenerant, refectioni & cibo sumpto & modica quiete erant: delectos, nihil præter gladios secum ferentes extemplo educit: & duarū portarum itineribus, quæ Pheras, quæq; Barbothenem ferunt, eos instruit: quæ ex fuga recepturos sese hostes credebat. Nec cum opinio fessellit. nam Lacedæmonij quoad lucis superfuit quicquam, deuijs collibus medio saltu se recipiebant. primo uespere ut lumina in castris hostium conspexere: è regione eorum occultis semitis se tenuerunt. ubi prætergressi ea sunt: iam tutum rati, in patentis uias descenderunt. ibi excepti ab insidente hoste passim ita multi cæsi captiq; sunt: ut uix quarta pars de toto exercitu euaserit. Philopœmen incluso tyranno in urbem, insequentes dies propè triginta uastandis agris Laconū absumpsit: debilitatisq; ac propè fractis tyranni uiribus, domum redijt: æquantibus cum gloria rerum Achæis imperatori Romano, & quod ad Laconicum bellum attineret, præferentibus etiam. Dum inter Achæos & tyrannum bellum erat: legati Romanorum circumire sociorum urbes solliciti, ne Aetoli partis alicuius animos ad Antiochum auertissent. minimum operæ in Achæis adeundis consumpserunt: quos, quia Nabidi infesti erant: ad cætera quoq; satis fidos censebant esse. Athenas primum, inde Chalcidem, inde in Thessaliam iere: allocutiq; concilio frequenti Thessalos, Demetriadem iter flexere. eò Magnetum concilium indictum est. Accuratior ibi habenda oratio fuit: quod pars principum alienati à Romanis, totiq; Antiochi & Actolorum erant: quia cum reddi filium obsidem Philippo allatum esset: stipendiumq; impositum remitti: inter cætera uana allatum erat: Demetriadem quoq; ei reddituros Romanos esse. id ne fieret, Eurylochus princeps Magnetum, factionisq; eius quidam omnia nouari Actolorum Antiochiq; aduentu malebāt. Aduersus eos ira differendū erat: ne timorem uanū hīs demendo spes incisa Philippum abalienaret: in quo plus ad omnia momenti, quàm in Magnetibus esset. Illa tantum commemorata: cum totam Græciam beneficio libertatis obnoxia Romanis esse: tum eam ciuitatem præcipue. ibi enim non præsidium modo Macedonum fuisse, sed regiam exædificatam: ut præsens semper in oculis habendus esset dominus. cæterum nequicquā ea facta, si Aetoli Antiochum in Philippi regiam adducerent: & nouus & incognitus pro uetere & experto habendus rex esset. Magnetarchen summum magistratum uocant. is tum Eurylochus erat: ac potestate ea fretus negauit dissimulandum sibi & Magnetibus esse, quæ fama uulgata de reddenda Demetriade Philippo foret. id ne fieret, omnia & conanda & audenda Magnetibus esse. & inter dicendi contentionem inconsultius euectus proiecit: tum quoq; specie libertatis Demetriadem esse: re uera omnia ad nutum Romanorum fieri. Sub hanc uocem fremitus uariantis multitudinis fuit, partim assentientium, partim indignantium dicere id ausum eum. Quintius quidem adeo exarsit ira, ut manus ad cælū tendens deos testes ingrati ac perfidi animi Magnetum inuocaret. Hac uoce perterritis omnibus, Zeno ex principibus unus, magnæ cum ob eleganter actam uitam autoritatis, tum quod semper Romanorum haud dubie partis fuerat: ab Quintio legatisq; alijs flens petijt, ne unius amentiam ciuitati assignaret.

h h h 3 suo

suo quæque periculo furere. Magnetæ non libertatem modo, sed omnia quæ hominibus sancta caraque sint, T. Quintio & populo Romano debere. nihil quæquam à dijs immortalibus precari posse, quod non Magnetæ ab illis haberent: & in corpora sua citius per furorem sæuituros, quàm ut Romanam amicitiam uiolarent. Huius orationem subsecutæ multitudinis preces sunt. Eurylochus ex concilio itinere occultis ad portam, atque inde protinus in Aetoliam profugit. Iam enim, & id magis in dies, Aetoli defectionem nudabant: eoque ipso forte tempore Thoas princeps gentis, quem miserant ad Antiochum, redierat: indeque Menippum secum adduxerat, regis legatum, qui, priusquam concilium ijs daretur: impleuerant omnium aures, terrestres naualesque copias commemorando: ingentem uim peditum equitumque uenire: ex India elephantos accitos: ante omnia, quo maxime moueri credebant multitudinis animos: tantum aduehi auri, ut ipsos emere Romanos possit. Apparebat, quid ea oratio in concilio motura esset: nam & uenisse eos, & quæ agerent, omnia Romanis legatis deferebantur. & quanquam propè abscessa res erat, tamen non ab re esse Quintio uisum est, sociorum aliquos legatos interesse ei concilio, qui admonerent Romanæ societatis Aetolos, qui uocem liberam mittere aduersus regis legatum auderent. Athenienses maxime in eam rem idonei uisi sunt, propter & ciuitatis dignitatem, & uetustam societatem cum Aetolis. ab ijs Quintius petijt, ut legatos ad Panætolicum concilium mitterent. Thoas primus in eo concilio renuntiavit legationem. Menippus post eum intromissus, Optimum fuisse omnibus qui Græciam Asiaticam incolerent, ait, integris rebus Philippi potuisse interuenire Antiochum. sua quæque habiturum fuisse: neque omnia sub nutum ditionemque Romanam peruentura. nunc quoque, inquit, si modo uos quæ inchoastis, consilia constanter perducitis ad exitum: poterit dijs iuuantibus, & Aetolis socijs, Antiochus quamuis inclinatus Græciæ res restituere in pristinam dignitatem. ea autem in libertate posita est: quæ suis stat uiribus, non ex alieno arbitrio pendet. Athenienses quibus primis post regiam legationem dicendi quæ uellent potestas facta est: mentione omni regis prætermissa, Romanæ societatis Aetolos, meritorumque in uniuersam Græciam T. Quintij admonuerunt: ne temere eam celeritate nimia consiliorum euerterent. Consilia callida & audacia prima specie læta, tractatu dura, euentu tristia esse. legatos Romanos, & in ijs T. Quintium haud procul inde abesse. dum integra omnia essent, uerbis potius de ijs quæ ambigerentur disceptarent, quàm Asiam Europamque ad funestum armarent bellum. Multitudo uero auda nouandi res, Antiochi tota erat: & ne admittendos quidem in concilium Romanos censebant. principum maxime seniores autoritate obtinere, ut daretur ijs concilium. Hoc decretum Athenienses cum retulissent, eundem in Aetoliâ Quintio uisum est. aut enim moturum aliquid, aut omnes homines testes fore: penes Aetolos belli culpam esse: Romanos iusta ac propè necessaria sumpturos arma. Posteaquam uentum est eò: Quintius in concilio orsus à principio societatis Aetolorum cum Romanis, & quoties ab ijs fides mota fœderis esset, pauca de iure ciuitatum, de quibus ambigeretur, disseruit. Si quid tamen equi se habere arbitrarentur: quanto esse satius, Romam mittere legatos, seu disceptare, seu rogare senatum mallent: quàm populum Romanum cum Antiocho lanistis Aetolis, non sine motu magno generis humani & pernicie Græciæ, dimicare? nec ullos prius cladem eius belli sensuros, quàm qui mouissent. Hæc nequicquam uelut uaticinatus Romanus. Thoas deinde cæteri que factionis eiusdem cum assensu omnium auditi peruicerunt: ut ne dilato quidem concilio, & absentibus Romanis decretum fieret: quo accerseretur Antiochus ad liberandam Græciam, disceptandumque inter Aetolos & Romanos. Huic tam superbo decreto addidit propriam contumeliam Damocritus Prætorum. nam cum id ipsum decretum posceret cum Quintius: non ueritus maiestatem uiri, aliud in præsentia, quod magis instaret, præuertendum sibi esse dixit: decretum responsurumque breui in Italia, castris super ripam Tyberis positis, daturum. tantus furor illo tempore gentem Aetolorum, tantusque magistratus eorum cepit. Quintius legati que Corinthum redierunt. Inde, ut quæque de Antiocho nihil per se ipsi moti, & sedentes expectare aduentum uiderentur regis: concilium quidem uniuersæ gentis post dimissos Romanos non habuerunt: per apocletos autem (ita uocant sanctius concilium: ex delectis constat uiris) id agitabant, quo nam modo res in Græcia nouarentur

uarentur. Inter omnes constabat, in ciuitatibus principes, & optimum quenq; Romanæ societatis esse, & præsentis statu gaudere: multitudinem, & quorū res non ex sententia ipsorum essent, omnia nouare uelle. Ætoli consilium uno die spei quoq; nō audacis modo, sed etiam impudentis ceperunt: Demetriadem, Chalcidem, & Lacedæmonem occupandi. Singuli in singulas missi sunt principes: Thoas Chalcidem, Alexamenus Lacedæmonem, Diocles Demetriadem. Hunc exul Eurylochus, de cuius fuga causaq; fugæ ante dictum est: quia reditus in patriam nulla spes alia erat, adiuuit. Literis Eurylochi admoniti propinqui amiciq;, & qui eiusdem factionis erant, liberos & coniugem eius cum sordida ueste tenentes uelamenta supplicum contionem frequentem adire iubent, singulos uniuersosq; obtestantes: ne infontem, in demnatum consensere in exilio sinerent. Et simplices homines misericordia, & improbos seditiososq; immiscendi res tumultu Ætolico spes mouit. pro se quisq; reuocare iuebant. His præparatis Diocles cum omni equitatu (& erat tunc præfectus equitum) specie reducentis exulem hospitem profectus, die ac nocte ingens iter emensus, cum millia sex ab urbe abesset: luce prima tribus electis turmis, cætera multitudine equitum subsequi iussa, præcessit. posteaq; portæ appropinquabat, desilire omnes ex equis iussit, & loris ducere equos, itineris maxime modo solutis ordinibus: ut comitatus magis præfecti uideretur, quàm præsidium. Ibi una ex turmis ad portam relicta, ne excludi subsequens equitatus posset: media urbe ac per forum manu Eurylochum tenens, multis occurrentibus gratulantibusq;, domum deduxit. mox equitum plena urbs erat, & loca opportuna occupabantur. tum in domos missi, qui principes aduersæ factionis interficerent. Ita Demetrias Ætolorū facta est. Lacedæmone non urbi uis afferenda, sed tyrannus dolo capiendus erat: quem spoliatum maritimis oppidis à Romanis, tunc intra mœnia etiam Lacedæmonis ab Achæis compulsus, qui occupasset occidere, cum totius gratiâ rei apud Lacedæmonios laturum. Causam mittendi ad eum habuerunt: quod fatigabat precibus: ut auxilia sibi, cum illis autoribus rebellasset, mitterentur. Mille pedites Alexameno dati sunt, & triginta delecti ex iuuentute equites. Iis à Pr. Damocrito in concilio arcano gentis, de quo ante dictum est, denuntiatur: ne se ad bellum Achæicū, aut rem ullam, quam sua quisq; opinione præcipere posset: crederent missos esse. quicquid Alexamenū res mouisset subiti consilij capere: ad id quàm uis inopinatur, temerariū, audax, obedienter exequendum parati essent: ac pro eo acciperent, tanq; ad id unum agendum missos à domo se scirent. Cum his ita præparatis Alexamenus ad tyrannum uenit, quem adueniens extemplo spei impleuit.

Antiochum iam in Europam transisse: mox in Græcia fore, terras maria armis uiris completurum. non cum Philippo rem esse credituros Romanos. numerum iniri peditum equitumq;, ac nauium non posse: elephantorū aciem conspectu ipso debellaturam. Ætolos toto suo exercitu paratos esse uenire Lacedæmonem, cum res poscat: sed frequentes armatos ostendere aduenienti regi uoluisse. Nabidi quoq; & ipsi faciendū esse: ut quas haberet copias, non sineret sub tectis marcescere ocio. sed educeret, & in armis decurrere cogeret, simul animos acueret, & corpora exerceret. consuetudine leuiorē laborem fore, & comitate ac benignitate ducis etiam non iniucundum fieri posse. Educi inde frequēter ante urbem in campum ad Eurotam amnem cœpere. Satellites tyranni media ferè in acie consistebant. tyrannus cum tribus summum equitibus, inter quos plerunq; Alexamenus erat, ante signa uectabatur cornua extrema inuisens. in dextero cornu Ætoli erant: & qui ante auxiliares tyranni fuerant: & qui uenerant mille cum Alexameno. Fecerat sibi morem Alexamenus, nunc cum tyranno inter paucos ordines circumeundi, monendiq; cum quæ in rem esse uidebantur: nunc in dextrum cornu ad suos adæquitandi: mox inde, uelut imperato quod res poposcisset, recipiendi se ad tyrannum. Sed quem diem patrando facinori statuerat: eo paulisper cum tyranno uectatus, cum ad suos concessisset: tum equitibus à domo secū missis, Agenda, inquit, res est iuuenes, audēdaq;, quam me duce impigre exequi iussi estis. parate animos dextrasq;: nequis in eo, quod me uiderit facientem, cesset. qui cunctatus fuerit, & suum cōsilium meo interponet, sciat sibi reditum ad penates non esse. Horror cunctos cepit: & meminerant, cum quibus mandatis exissent. Tyrannus ab læuo cornu ueniebat. Ponere hastas equites Alexamenus iubet, & se intueri. colligit &

hhh 4 ipse

ipse animum confusum tantæ cogitatione rei. posteaquam appropinquabat, impetum facit: & transfixo equo tyrannum deturbat. iacentem equites confodiunt: multis frustra in loricam ictibus datis, tandem in nudum corpus uulnera peruenerunt: & priusquam à media acie succurreretur, expirauit. Alexamenus cum omnibus Ætolis citato gradu ad regiam occupandam pergit. Corporis custodes, cum res in oculis gereretur, pauor primo cepit: deinde posteaquã abire Ætolorum agmen uidere, concurrunt ad relictum tyranni corpus: & spectatorum turba ex custodibus uitæ mortisq; ultoribus est facta. nec mouisset se quisquam, si extemplo positis armis uocata in contionem multitudo fuisset, & oratio habita temporis conueniens. Frequentes inde retenti in armis Ætoli, sine iniuria cuiusquam. sed, ut oportuit in consilio fraude cœpto, omnia in maturandam perniciem eorum, qui fecerant, sunt acta. Dux regia inclusus diem ac noctem in scrutandis thesauris tyranni consumpsit: Ætoli uelut capta urbe, quam liberasse uideri uolebant, in prædam uersi. Simul indignitas rei, simul contemptus, animos Lacedæmonijs ad coeundum fecit. alij dicere: exturbandos Ætolos, & libertatem, cum restitui uideretur, interceptam repetendam. alij: ut caput agenda rei esset, regij generis aliquem in speciem assumendum. Laconicus eius stirpis erat puer admodum, educatus cum liberis tyranni. eum in equum imponunt, & armis arreptis Ætolos uagos per urbem cædunt: tum regiam inuadunt: ibi Alexamenum cum paucis resistentem obruncant. Ætoli circa Chalcidæcon (Mineræ est templum arcum) cõgregati cæduntur. pauci armis abiectis, pars Tegeam, pars Megalopolin per fugiunt. ibi comprehensi à magistratibus sub corona uenierunt. Philopœmen audita cede tyranni profectus Lacedæmonem, cum omnia turbata metu inuenisset: euocatis principibus, & oratione habita, qualis habenda ab Alexameno fuerat: societati Achæorum Lacedæmonios adiunxit: eo etiam facilius, quod ad idem forte tempus A. Attilius cum quatuor & uiginti quinquerebus ad Gytthcum accessit. Iisdem diebus circa Chalcidem Thoas per Euthymidam principem pulsum opibus eorum, qui Romanæ societatis erant, post T. Quintij legatorumq; aduentum, & Herodorum Cianum mercatorem, sed potentem Chalcide propter diuitias, præparatis ad proditionem ipsius, qui Euthymidæ factionis erant: nequaquam eandem fortunam, qua Demetrias per Eurylochum occupata erat, habuit. Euthymidas ab Athenis (cum domicilio delegerat locum) Thebas primam, hinc Salganea processit. Herodorus ad Thronium inde haud procul in Maliaco sinu duo millia peditum, & Thoas ducentos equites, onerarias leues ad triginta habebat. eas cum sexcentis peditibus Herodorus traicere in insulam Atalantam iussus: ut inde, cum pedestres copias appropinquare iam Aulidi atq; Euripo sensisset: Chalcidem traiceret. ipsi cæteras copias nocturnis maxime itineribus quanta poterant celeritate, Chalcidem ducebant. Mictio & Xenocides, penes quos tum summa rerum pulso Euthymida, Chalcide erat: seu ipsi per se suspicati, seu indicata re, primo pauidi nihil usquam spei, nisi in fuga ponebant: deinde posteaq; resedit terror, & prodi & deserere non patriam modo, sed etiam Romanorum societatem cernebant, consilio tali animam adiecerunt. Sacrum anniuersariam eo forte tempore Eretriæ Amarynthidis Dianæ erat: quod non popularium modo, sed Carystiorum etiam cœtu celebratur. Eò miserunt qui orarent Eretrioses Carystiosq;: ut & suarum fortunarum in eadem insula geniti misererentur: & Romanam societatem respicerent: ne sinerent Ætolorum Chalcidem fieri. Eubœam habituros, si Chalcidem habuissent. graues fuisse Macedonas dominos, multo minus tolerabiles futuros Ætolos. Romanorum maxime respectus ciuitates mouit, & uirtutem nuper in bello, & in uictoria iustitiæ benignitatemq; expertas. itaq; quod roboris in iuuentute erat, utraq; ciuitas armauit, misitq;. His tuenda mcenia Chalcidis oppidani cum tradidissent: ipsi omnibus copiis transgressi Euripum ad Salganea posuerunt castra. inde caduceator primam, deinde legati ad Ætolos missi percunctati: quo suo dicto factoue, socij atq; amici ad se oppugnandos ueniret. Respondit Thoas dux Ætolorum: non ad oppugnandos, sed ad liberandos ab Romanis uenire sese. splendidiore nunc eos catena, sed multo grauiore uinctos esse: qm̄ cum præsidium Macedonum in arce habuissent. Se uero negare Chalcidenses aut seruire ulli, aut præsidio cuiusquam egere. Ita digressi ex colloquio legati ad suos. Thoas & Ætoli, ut qui spem omnem in eo, ut improuiso opprimerent, habuissent: ad iustum bellum oppugnationemq; urbis

urbis mari ac terra munitæ haudquaquam pares, domum rediere. Euthymidas posteaquam castra popularium ad Salganca esse, profectosq; Aetolos audiuit: & ipse à Thebis Athenas redijt. Et Herodorus cum per aliquot dies intentus ab Atalanta signum nequicq; expectasset: missa speculatoria naue, ut quid moræ esset, sciret: posteaquam rem omisam à socijs uidit: Thronium, unde uenerat, repetit. Quintius quoq; his auditis à Corintho ueniens nauibus, in Chalcidis euripo Eumeni regi occurrit. placuit, quingentos milites præsidij causa relinqui Chalcide ab Eumene rege: ipsum Athenas ire. Quintius quò profectus erat, Demetriadem contendit, ratus Chalcidem liberatam momenti aliquid apud Magnetæ ad repetendam societatem Romanam facturam. & ut præsidij aliquid esset suæ partis hominibus: Eunomo Pr. Thessalorum scripsit, ut armaret iuuentutem. & Villium ad Demetriadem præmisit ad tentandos animos, non aliter, nisi pars aliqua inclinaret ad respectum pristinae societatis: rem aggressurus. Villius quinquere mi naue ostium portus est inuectus. Eò multitudo Magnetum omnis cum se effudisset: quæsiuit Villius, utrum ad amicos, an ad hostes sese uenisse mallet? Respondit Magnetarches Eurylochus: ad amicos uenisse eum. sed abstineret portu, & sineret Magnetæ in concordia & libertate esse: nec per colloquij speciem multitudinē sollicitaret. Altercatio inde, non sermo fuit: cum Romanus ut ingratos increparet Magnetæ, imminentesq; prædiceret clades: multitudo obstreperet, nunc senatum, nunc Quintium accusando. Ita irrito incepto Villius ad Quintium sese recepit. At Quintius nuntio ad Pr. missio, ut reduceret domum copias: ipse nauibus Corinthum redijt. Abstulerunt me uelut de spacio, Græciæ res immixta Romanis: non quia ipsas operæpretiū esset perscribere: sed quia causæ fuerunt cum Antiocho belli. *cos s.* designatis (inde nanq; diuerterā) L. Quintius, & Cn. Domitius *cos s.* in prouincias profecti sunt: Quintius in Ligures: Domitius aduersus Boios. Boij quicuerunt: atq; etiam senatus eorum cum liberis, & præfecti cum equitatu (summa omniū mille & quingenti) *cos.* dederunt sese. Ab altero *cos.* ager Ligurum late est uastatus, castellaq; aliquot capta: unde non præda modo omnis generis cum captiuis parta: sed recepti quoq; aliquot ciues socij, qui in hostium potestate fuerant. Eodem hoc anno Vibonem colonia deducta est ex *s c* plebisq; scito. tria millia & septingenti pedites icrunt, trecenti equites. triumuiri deduxerunt eos, Q. Næuius, M. Minucius, M. Furius Crassipes. quinadena iugera agri data in singulos pedites sunt: duplex equitibus. Brutiorum proxime fuerat ager: Brutij ceperant de Græcis. Romæ per idem tempus duo maximi fuerunt terrores, diutinus alter, sed segni or. terra dies duodequadraginta mouit. per totidem dies serix in solitudine ac metu fuere: in triduum eius rei causa supplicatio habita est. alter non pauor uanus, sed uera multorum clades fuit. incendio à foro Boario orto diem noctemq; ædificia in Tyberim uersa arserunt: tabernæq; omnes cum magni pretij mercibus conflagrauerunt. Iam ferè in exitu annus erat: & in dies magis fama de Antiochi bello, & cura patribus crescebat. itaq; de prouincijs magistratum designatorum, quo intentiones essent omnes: agitari cceptum est. Decreuerunt, ut *cos s.* Italia, & quò senatus censuisset: (iam esse bellum aduersus Antiochū regem omnes sciebant) prouinciæ essent. cuius ea fors esset, quatuor millia peditum ciuium Romanorum & trecenti equites, sex millia socium Latini nominis cum quadringentis equitibus sunt decreta. eorum delectum habere L. Quintius *cos.* iussus: ne quid moraretur, quo minus *cos.* nouus quò senatus censuisset, extemplo proficisci posset. Item de prouincijs prætorum decretum est: prima ut fors duæ, urbanaq; & inter ciues ac peregrinos iurisdicctio esset: secunda Brutij: tertia classis, ut nauigaret, quò senatus censuisset: quarta Sicilia: quinta Sardinia: sexta Hispania ulterior. Imperatum præterea L. Quintio *cos.* est: ut duas legiones ciuium Romanorum nouas conscriberet: & socium ac Latini nominis uiginti millia peditum, & octingentos equites. cum exercitum prætori, cui Brutij prouincia euenisset, decreuerunt. Aedes duæ Iouis eo anno in Capitolio dedicatæ sunt. Vouerat L. Furius Purpurio prætor Gallico bello unam, alteram *cos.* Dedicauit Q. Marcius Ralla duumuir. Iudicia in sceneratores eo anno multa seuerè sunt facta, accusantibus priuatos ædilibus curulibus, M. Tuccio, & P. Iunio Bruto. de multa damnatorum quadrigæ inauratæ in Capitolio positæ in cella Iouis supra fastigiū ædiculæ, & x i i dypca

clypea inaurata. & h̄dem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt. Intentis in apparatus noui belli Romanis, ne ab Antiocho quidem cessabatur. Tres cum ciuitates tenebāt, Smyrna, & Alexandria Troas, & Lampfacus: quas neq; ui expugnare ad eam diem poterat: neq; cōditionibus in amicitiam perlicere: neq; à tergo relinquere trañciens ipse in Europam uolebat. Tenuit cum & de Annibale deliberatio: & primo naues apertæ, quas cum eo missurus in Africam fuerat, moratæ sunt: deinde an omnino mittendus esset, consultiatio mota est: maxime à Thoante Aetolo. qui omnibus in Græcia tumultu completis, Demetriadem afferebat in potestate esse: & quibus mendacijs de rege, multiplicando uerbis copias eius, erexerat multorum in Græcia animos: h̄sdem & regis spem inflabat. omnium uotis eum accersiri. concursum ad littora futurum, unde classẽ regiam prospexissent. Hic idem ausus de Annibale est mouere sententiam propè iam certam regis. nam neq; dimittendam partem nauium à classe regia censebat: neque si mittendæ naues forent, minus quempiam ei classi, quàm Annibalem præficiendum. Exulem illum, & Pœnum esse: cui mille in dies noua consilia uel fortuna sua, uel ingenium possit facere. & ipsam eam gloriam belli, qua uelut dote Annibal concilietur, nimiam in præfecto regio esse. regem conspici, regem unum ducem, unum imperatorem uideri debere. Si classẽ, si exercitum amittat Annibal: idem damni fore, ac si per alium ducem amittantur. si quid prospere eueniat: Annibalis eam, non Antiochi gloriam fore. Si uero uniuerso bello uincendi Romanos fortuna detur, quam spem esse, sub rege uicturum Annibalem uni subiectum, qui patriam propè non tulerit: non ita se à iuuenta eum gessisse, spe animoq; complexum orbis terrarum imperiũ, ut in senectute dominum laturus uideatur. Nihil opus esse regi Annibale duce, comite & consiliario eodem ad bellum uti posse. modicum fructum ex ingenio tali neq; grauem neq; inutilem fore. si summa petantur, & dantem & accipientem prægrauatura. Nulla ingenia tam prona ad inuidiam sunt, quàm eorum qui genus ac fortunam suam animis non æquant: quia uirtutem & bonum alieum oderunt. Extemplo consilium mittendi Annibalis, quod unum in principio belli utiliter cogitatum erat, abiectum est. Demetriadis maxime defectione ab Romanis ad Aetolos clatus, non ultra differre profectionem in Græciam constituit. Priusquam solueret naues, Ilium à mari ascendit, ut Mineruæ sacrificaret. Inde ad classẽ regressus, proficiscitur XL rectis nauibus, apertis LX. & ducentæ onerariæ cum omnis generis comineatu, bellicoq; alio apparatu sequebantur. Imbrum primo insulam tenuit: inde Scyathum traiecit. ubi collectis in alto quæ dissipatæ erant nauibus, ad Pteleum primum continentis uenit. Ibi Eurylochus ei Magnetarches. principesq; Magnetum ab Demetriade occurrerunt. quorum frequentia lætus die postero in urbis portum nauibus est inuectus. Copias haud procul inde exposuit. X millia peditum fuere, & quingenti equites, sex elephanti: uix ad Græciam nudam occupandam satis copiarum, ne dum ad sustinendum Romanum bellum. Aetoli posteaquam Demetriadem uenisse Antiochum allatum est: concilio indicto decretum, quo accerferent eum, fecerunt. Iam profectus ab Demetriade rex, quia ita decreturos sciebat: Phalaram in sinum Maliacum processerat. inde decreto accepto Lamiam uenit, exceptus ingenti fauore multitudinis cū plausibus clamoribusq;, & quibus alijs lætitia effusa uulgi significatur. In concilium ut uentum est: à Phanea prætore principibusq; alijs introductus, facto silentio rex dicere orsus. Prima eius oratio fuit excusantis, quod tanto minoribus spe atq; opinione omnium copijs uenisset. Id suæ impensæ erga eos uoluntatis maximum debere indicium esse: quod nec paratus satis ulla re, & tempore ad nauigandum immaturo, uocantibus legatis eorum haud grauate obsecutus esset: credidissetq;, cum se uidissent Aetoli, omnia uel in se uno posita præsidia existimatueros esse. Cæterum eorum quoq; se, quorum expectatio destituta in præsentia uideatur, spem abunde expleturum. nam simul primũ anni tempus nauigabile præbuisset mare: omnẽ se Græciã armis, uiris, equis, omnẽ oram maritimã classibus cõpleturum, nec impensæ, nec labori, nec periculo parsurum: donec depulso ceruicibus eorũ imperio Romano, liberam uere Græciam, atq; in ea principes Aetolos fecisset. cum exercitibus cõmeatus quoq; omnis generis ex Asia uenturos. in præsentia curæ esse Aetolis debere, ut copia frumẽti suis,

& annona

& annona tolerabilis rerum aliarum suppeditetur. In hanc sententiam rex cum magno omnium assensu locutus discessit. Post discessum regis inter duos principes Ætolorum, Phaneam & Thoantem, contentio fuit. Phaneas reconciliatore pacis, & disceptatore de his, quæ in controversia cum populo Romano essent: utendum potius Antiocho censebat, quàm duce belli. Aduentum eius & maiestatem ad uerecundiam faciendam Romanis uim maiorem habituram, quàm arma. Multa homines, ne bellare necesse sit, uoluntate remittere: quæ bello & armis cogi non possint. Thoas negare, paci studere Phaneam: sed discutere apparatus belli uelle: ut tædio & impetus relanguescat regis, & Romani tempus ad comparandum habeant. Nihil enim æqui ab Romanis impetrari posse, toties legationibus missis Romam, toties cum ipso Quintio disceptando, satis expertum esse. nec nisi abscessa omni spe, auxilium Antiochi impetraturos fuisse. quo celerius spe omnium oblato, non esse elanguendum: sed orandum potius regem: ut quoniam, quod maximum fuerit, ipse uindex Græciæ uenerit: copias quoque terrestres naualesque accersat. armatum regem aliquid impetraturum: inermem non pro Ætolis modo, sed ne pro se quidem ipso momenti ullius futurum apud Romanos. Hæc uicit sententia: imperatoremque regem appellandum censuerunt: & xxx principes, cum quibus, si qua uellet, consultaret, delegerunt. Ita dimisso concilio, multitudo omnis in suas ciuitates dispersa est. Rex postero die cum apocletis eorum unde bellum ordiretur, consultabat. optimum uisum est, Chalcidem frustra nuper ab Ætolis tentatam primū aggredi: & celeritate in eam rem magis, quàm magno conatu & apparatu opus esse. Itaque cum mille peditibus rex, qui ab Demetriade secuti erant, profectus per Phocidem est. & alio itinere principes Ætoli, iuniorum paucis euocatis, ad Chæroniam occurrerunt: & x constratis nauibus secuti sunt. Rex ad Salganea castris positus, nauibus ipse cum principibus Ætolorum Euripū traiecit. & cum haud procul portu egressus esset: magistratus quoque Chalcidensium, & principes ante portam processerunt. pauci utrinque ad colloquium congressi sunt. Ætoli magnopere suadere, ut salua Romanorum amicitia regem quoque assumeret socium atque amicum. Neque enim eum inferendi belli, sed liberandæ Græciæ causa in Europam traiecisse, & re liberandæ, non uerbis & simulatione, quod fecissent Romani. Nihil autem utilius Græciæ ciuitatibus esse, quàm utranque completi amicitiam. ita enim ab utriusque iniuria tutam alterius semper præsidio & fiducia fore. nam si non recepissent regem, uiderent quid patiendum his extemplo foret: cum Romanorum procul auxilium, hostis Antiochus, cui resistere uiribus suis non possent, ante portas esset. Ad hæc Mictio unus ex principibus, mirari se dixit, ad quos liberandos Antiochus relicto regno suo in Europam traiecisset. nullam enim ciuitatem se in Græcia nosse: quæ aut præsidium habeat, aut stipendium Romanis pendat: aut foedere iniquo alligata, quas nolit, leges patiatur. itaque Chalcidenses neque uindice libertatis ullo indigere, cum liberi sint: neque præsidio, cum pacem eiusdem per beneficio & libertatem habeant. Amicitiam regis non aspernari, neque ipsorum Ætolorum. id primum eos pro amicis facturos: si insula excedant, atque abeant. nam ipsis certum esse: non modo non recipere mœnibus: sed ne societatem quidem ullam pacisci, nisi ex auctoritate Romanorum. Hæc renuntiata regi ad naues, ubi restiterat, cum essent: in presentia (neque enim his uenerat copiis, ut ui agere quicquam posset) reuertenti Demetriadem placuit. ibi, quoniam primum inane inceptum euasisset, consultare cum Ætolis rex quid deinde fieret. Placuit, Achæos & Aminandrum regem Athamanum tentare. Bœotiorum gentem auersam ab Romanis iam inde à Barcyllæ morte, & quæ secutæ eam fuerant, censebant. Achæorum Philopœmenem principem æmulatione gloriæ in bello Laconum, infestum inuisumque esse Quintio credebant. Aminander uxorem Apamiam, filiam Alexandri cuiusdam Megalopolitani, habebat: qui se oriundum à Magno Alexandro ferens, filijs duobus Philippum atque Alexandrum, & filia Apamiam nomina imposuerat: quam regis indytam nuptijs maior ex fratribus Philippus secutus in Athamaniam fuerat. Hunc forte ingenio uanum Ætoli & Antiochus impulerant in spem, quod is uere regum stirpis esset, regni Macedonia: si Aminandrum Athamanesque Antiocho coniunxisset. & ea uanitas promissorum non apud Philippum modo, sed etiam apud Aminandrum ualuit. In Achaia legatis Antiochi Ætolorumque coram

T. Quintio

T. Quintio Ægij datum est concilium. Antiochi legatus prior, quàm Aetoli est auditus. Is, ut pleriq; quos opes regiae alunt, uaniloquus maria terras inani sonitu uerborum compleuit. Equitum innumerabilem uim trajici Helleſponto in Europam: partim loricanos, quos cataphractos uocant: partim ſagittis ex equo utentes, & à quo nihil ſatis recti ſit, auerſos refugiente equo certius figentes. His equeſtribus copijs quanq; uel totius Europæ exercitus in unum coacti obrui poſſent, adijciebat multiplices copias peditum: & nominibus quoq; gentium uix ſando auditis terrebat: Dahas, Medos, Elimæosq; & Caduſios appellans. Naualium uero copiarum, quas nulli portus capere in Græcia poſſent: dextrum cornu Sidonios & Tyrios, ſiniſtrum Aradios & ex Pamphylia Sidetas tenere: quas gentes nullæ unquam nec arte, nec uirtute nauali æquaſſent. Iam pecuniam, iam alios belli apparatus referre ſuperuacaneum eſſe. ſcire ipſos, abundaſſe ſemper auro regna Aſiæ. Itaq; non cum Philippo, nec Annibale rem futuram Romanis: principe altero ciuitatis: altero Macedonia tantum regni ſinibus incluſo: ſed cum magno Aſiæ totius, partisq; Europæ rege. Eum tamen, quanquã ab ultimis orientis terminis ad liberandam Græciam ueniat: nihil poſtulare ab Achæis: in quo fides eorum aduerſus Romanos, priores ſocios atq; amicos lædatur. non enim ut ſecum aduerſus eos arma capiant: ſed ut neutri parti ſeſe cõiungant, petere: pacem utriq; parti, quod medios deceat amicos, optent: bello ſe non interponant. Idem fermè & Aetolorum legatus Archidamus petijt: ut quæ facillima & tutiſſima eſſet, quietem præſtarèt: ſpectatoresq; belli fortunarum alienarum euentum ſine ullo discrimine rerum ſuarum operirentur. Prouectus deinde eſt intemperantia linguæ in maledicta, nunc communiter Romanorũ, nunc proprie ipſius Quintij: ingratos appellans & exprobens non uictoriam modo de Philippo uirtute Aetolorum partam, ſed etiam ſalutem: ipſumq; & exercitũ ſua opera ſeruatos. Quo enim illum unquã imperatoris functum officio eſſe? auſpicantẽ immolantemq;, & uota nuncupantem ſacrificuli uatis modo in acie uidiſſe, cum ipſe corpus ſuum pro eo telis hoſtium obijceret. Ad ea Quintius Coram quibus magis, quàm apud quos uerba faceret, dicere Archidamum rationem habuiſſe. Achæos enim probe ſcire: Aetolorũ omnem ferociam in uerbis, non in factis eſſe: & in concilijs magis contionibusq;, quàm in acie apparere. itaq; parui Achæorum exiſtimationem, quibus nos eſſe ſe ſcirent, feciſſe: legatis regis, & per eos abſenti regi eum ſe iactaſſe. Quod ſi quis antea ignoraiſſet: quæ res Antiochum & Aetolos coniunxiſſet: ex legatorum ſermone potuiſſet apparere. mentiẽdo inuicem, iactandoq; uires, quas non haberent, inflaſſe uana ſpe, atque inflatos eſſe: dum ij ab ſe Philippum uictum, ſua uirtute protectos Romanos, & quæ modo audiebatis, narrant: uos, cæterasq; ciuitates & gentes, ſuam ſectam eſſe ſecuturos: rex contra peditum equitumq; nubes iactat, & conſternit maria ſuis claſſibus. Eſt autem res ſimilima cœnæ Chalcidenſis hoſpitis mei, hominis & boni & ſciti conuiuatoris. apud quem ſolſtitiali tempore comiter accepti cum miratẽmur, unde illi eo tempore anni tam multa & uaria uenatio: homo non quàm iſti ſunt glorioſus, renidens condimentis ait uarietatem illam, & ſpeciem ferinæ carnis ex manueto ſue factam. Hoc dici apte in copias regis, quæ paulo ante iactatæ ſint: poſſe. uaria enim genera armorum, & multa nomina gentium inauditarum, Dahas, & Medos, & Caduſios, & Elimæos, Syros omnes eſſe: haud paulo mancipiorum melius, propter ſeruilia ingenia, quàm militum genus. Et utinam ſubiicere oculis ueſtris Achæi poſſem conſolationem regis magni ab Demetriade nunc Lamiam in concilium Aetolorum, nunc Chalcidem. uideretis uix duarum male plenarum legiuncularum inſtar in caſtris regis. uideretis regem nunc mendicantem propè frumentum ab Aetolis, quod militi admetiatur: nunc mutuas pecunias ſcœnore in ſtipendium quærentem: nunc ad portas Chalcidis ſtãntem: & mox inde excluſum, nihil aliud quàm Aulide atq; Euripo ſpectatis, in Aetoliam redeuntem. Male crediderunt & Antiochus Aetolis, & Aetoli regiae uanitati. quo minus uos decipi debetis, ſed expertæ potius ſpectatæq; Romanorum fidei credere. Nam quod optimum eſſe dicant: non interponi uos bello: nihil imò tam alienum rebus ueſtris eſt. quippe ſine gratia, ſine dignitate præmium uictoris eritis. Nec abſurde aduerſus utroſq; reſpondiſſe uiſus eſt: & facile erat orationem apud fauentes æquis auribus accipi. nulla enim nec diſceptatio, nec dubitatio fuit:

quin

quin omnes, eisdē genti Achæorū hosteis & amicos, quos populus Romanus cēfultet, iudicarent: bellumq; & Antiocho & Aetolis nuntiari iuberent. Auxilia etiam quō censuit Quintus, quingentorum militum Chalcidem, quingentorū Piræeum extemplo miserunt. Erat enim haud procul seditione Athenis res, trahentibus ad Antiochum quibusdam spe largitionum uenalem pretio multitudinem, donec ab ijs qui Romanæ partis erant, Quintus est accitus, & accusante Leonte quodam Apollodorus autor defectionis damnatus, atq; in exilium est eiectus. Et ab Achæis quidem cum tristi responso legatio ad regem rediit. Bœoti nīhil certi responderūt. Cum Antiochus in Bœotiam uenisset, tum quid sibi faciendum esset, se deliberaturos esse. Antiochus cum ad Chalcidis præsiidiū & Achæos & Eumenum regem misisse audisset: maturandū ratus, ut & præuenirent sui: & uenientes si possent, exciperent: Menippum cum tribus fermē millibus militum, & cum omni classe Polyxenidam mittit. ipse paucos post dies sex millia suorum militum, & ex ea copia quæ Lamiaē repente colligi potuit, non ita multos Aetolos ducit. Achæi quingenti, ab Eumene rege modicum auxilium missum, duce Xenoclide Chalcidensi nōdum obsessis itineribus tuto transgressi Euripum, Chalcidem peruenerunt. Romani milites quingenti fermē & ipsi, cum iam Menippus castra ante Salganea ad Hermeum, quā transitus ex Bœotia in Eubœam insulam est, haberet: uenerūt. Mictio erat cum ijs legatus à Chalcide ad Quintium ad id ipsum præsidium petendū missus. qui posteaquam obsessas ab hostibus fauces uidit: omissa ad Aulidem itinere, Delium conuertit, ut inde in Eubœam transmissurus. Templum est Apollinis Delium imminens mari: quinque millia passuū a Tanagra abest. minus quatuor millium inde in proxima Eubœæ est mari traiectus. Vbi & in fano lucoq; ea religione & eo iure sancto quo sunt templa quæ asyla Græci appellant: & nondum aut indictō bello aut ita commisso, ut strictos gladios, aut sanguinē usquam factum audissent: cum per magnum otium milites, alij ad spectaculū templi luciūq; uersi, alij in litore inermes uagarētur: magna pars per agros lignatum pabulatumq; dilapsa esset: repente Menippus palatos passim aggressus eos cecidit, ad quinquaginta uiuos cepit, per pauci effugerunt, in quibus Mictio parua oneraria naue exceptus. Ea res Quintio Romanisq; sicut iactura militum molesta, ita ad ius inferendi Antiocho belli adiecit aliquātum uidebatur. Antiochus admoto ad Aulidem exercitu, cum rursus oratores partim ex suis, partim Aetolos Chalcidē misisset: qui eadem illa quæ nuper cum minis grauioribus agerent: nequicquam contra Mictione & Xenoclide tendentibus, facile tenuit, ut portæ sibi aperirentur. Qui romanæ partis erāt, sub aduētum regis urbe excesserunt. Achæorū & Eumenis milites Salganea tenebant. Et in Euripo castellum Romani milites pauci custodiæ causa loci communiebant. Salganea Menippus, rex ipse castellum Euripi oppugnare est adortus. Priores Achæi & Eumenis milites pacti ut sine fraude liceret abire, præsidio excesserūt. pertinacius Romani Euripum tuebantur. Hi quoq; tamen cum terra mariq; obsiderent, & iam machinas tormentaq; comportari uiderent, non tulere obsidionem. Cum id quod caput erat Eubœæ, teneret rex, ne cæteræ quidem eius insulæ urbes imperium abnuerunt. magnoq; principio sibi orsus bellum uidebatur: quod tanta insula & tot opportunæ urbes in suam ditionem uenissent.

DECADIS QVARTÆ LIBER SEXTVS



PVLIVM Cornelium Cn. F. Scipionem & M. Acilium Glabronem consules inito magistratu, patres priusquā de prouincijs agerent, res diuinas facere maioribus hostijs iusserūt in omnibus fanis, in quibus lectisterium maiore parte anni fieri solet: precariq; quod senatus de nouo bello in animo haberet, ut ea res senatui populoq; Romano bene atq; feliciter eueniret. Ea omnia sacrificia læta fuerunt: primisq; hostijs perlicitū est: & ita aruspices responderunt: eo bello terminos populi Romani propagari, uictoriam ac triumphum ostendi. Hæc cum renuntiata essent, solutis religione animis, patres rogationem ad populum ferri iusserūt: uellent iuberent ne cum Antiocho rege, quiq; sectam eius secuti essent, bellum iniri: si ea rogatio perlata esset: tum, si ita uideretur consulibus, rem in

tegram ad senatum referrent. P. Cornelius eam rogationem pertulit. tum senatus decreuit, ut consules Italiam & Græciam prouincias sortirētur: cui Græcia euenisset, ut præter cum numerum militū, quem L. Quintius in eam prouinciā ex autoritate senatus scripsisset imperasset ue, eum exercitum acciperet, quem M. Bebius prætor anno priore ex s c in Macedoniam traiecisset. & extra Italiā permissum, ut si res postulasset, auxilia ab socijs ne supra quinque millium numerum acciperet. L. Quintium superioris anni consulem legari ad id bellum placuit. Alter eos. cui Italia prouincia euenisset, cum Boijs iussus bellum gerere utro exercitu mallet ex duobus, quos superiores c o s s. habuissent: alterum ut mitteret Romam: cæq; urbanae legiones essent paratae, quod senatus censuisset. His ita in senatu ad id, quæ cuius prouincia foret, decretis tum demum sortiri consules placuit. Acilio Græcia, Cornelio Italia euenit. Certa deinde sorte senatusconsultū factum est: quod populus Romanus eo tempore duellum iussisset cum rege Antiocho esse, quiq; sub imperio eius essent, ut eius rei causa supplicationem imperarent consules: utiq; M. Acilius c o s. ludos magnos Ioui uoueret, & dona ad omnia puluinaria. Id uotum in hæc uerba præeunte P. Licinio pontifice maximo cōsul nuncupauit. Si duellū, quod cum Antiocho rege sumi populus iussit: id ex sententia senatus populiq; Romani confectum erit: tum tibi Iupiter populus Romanus ludos magnos dies x continuos faciet: donaq; ad omnia puluinaria dabuntur de pecunia, quantam senatus decreuerit. quisquis magistratus eos ludos quando ubiq; faxit, hi ludi recte facti, donaq; data recte sunt. Supplicatio inde ab duobus c o s s. edicta per biduum fuit. Consulibus sortitis prouincias, extemplo & prætores sortiti sunt. M. Iunio Bruto iurisdicctio utraq; euenit: A. Cornelio Mammule Brutij, M. Aemylio Lepido Sicilia, L. Oppio Salinatori Sardinia, C. Liuius Salinatori classis, L. Aemylio Paulo Hispania ulterior. His ita exercitus decreti. A. Cornelio noui milites, conscripti priore anno ex s c à L. Quintio cōsule dati sunt: iussusq; tueri omnem oram circa Tarentū Brundisiumq;. L. Aemylio Paulo in ulteriorem Hispaniam præter cum exercitum, quem à M. Fuluius propretore accepturus esset: decretum, ut nouorum militum tria millia duceret, & trecetos equites: ita ut in ijs duæ partes sociūm latini nominis, tertia ciuium Romanorū esset. Idem supplemēti ad C. Flaminiū, cui imperium protogabatur, in Hispaniam citeriorem est missum. M. Aemylius Lepidus à L. Valerio, cui successurus esset, simul prouinciam exercitumq; accipere iussus: L. Valerium, si ita uideretur, propretorem in prouincia retinere: & prouinciam ita diuidere, ut una ab Agrigento ad Pachynum esset: altera à Pachyno Tyndarium. eam maritimam oram L. Valerius xx nauibus longis custodiret. Eidem prætori mandatū, ut duas decimas frumenti exigeret: id ad mare comportādum deuehendūq; in Græciam curaret. Idem L. Oppio de alteris decimis exigendis in Sardinia imperatum. cæterum non in Græciam, sed Romam id frumentum portari placere. C. Liuius prætor, cui classis eucnerat, cum xxx nauibus paratis transire in Græciam primo quoque tempore iussus, & ab Attilio naues accipere, ueteres naues quæ in naualibus erant, ut reficeret & armaret, M. Iunio prætori negotium datum est, & in eam classē socios nauales libertinos legret. Legati terni in Africā, ad Carthaginenses & in Numidiā, ad frumentum rogandum, quod in Græciam portaretur, missi: pro quo pretium solueret populus Romanus. Adcoq; in apparatū curamq; eius belli ciuitas intentata fuit, ut P. Cornelius c o s. ediceret, qui senatores essent, quibusq; in senatu sententiam dicere liceret: quiq; minores magistratus essent: ne quis eorū longius ab urbe Roma abiret, quàm unde eo die redire posset: neue uno tēpore quinque senatores ab urbe Roma abessent. In comparanda impigre classe C. Liuium prætorem contentio orta cum colonis maritimis paulisper tenuit. nam cum cogerentur in classē, tribunos plebis appellarunt. ab ijs ad senatum reiecti sunt. senatus ita, ut ad unum omnes consentirent, decreuit: uacationem rei naualis his colonis non esse. Hostia, & Fregena, & Castrum nouum, & Pyrgi, & Antium, & Tarracina, & Minturnæ, & Sinuessa fuerunt, quæ cum prætore de uacatione certauerunt. consul deinde M. Acilius ex s c ad collegium foecialium retulit: ipsi ne utiq; regi Antiocho indiceretur bellum? an satis esset ad præsidium aliquod eius nuntiare? & num Actolis quoq; separatim indici iuberent bellum? & num prius societas eis & amicitia renuntianda esset quàm bellum indicendū? Foeciales

ciales responderunt: iam ante sese, cum de Philippo consulerentur, decreuisse: nihil referre, ipsi coram, an ad præsidium nuntiaret. amicitiam renuntiatam uideri, cum legatis toties repetentibus res nec reddi nec satisfieri æquum censuissent. Aetolos ultro sibi bellum indixisse, cum Demetriadem sociorum urbem per uim occupassent. Chalcidem terra mariq; oppugnatū issent: regem Antiochum in Europam ad bellum populo Romano inferendum traduxissent. Omnibus iam satis comparatis, M. Acilius c o s. edixit: ut quos L. Quintius milites conscripsisset, & quos socijs nominiq; latino imperasset, quos secum in prouinciam ire oporteret, & tribuni militum legionis primæ & tertię, uti omnes Brundisium idibus Maijs cōuenirent. ipse ad quintum nonas maias paludatus urbe egressus est. Per eosdem dies & prætores in prouincias profecti sunt. Sub idem tempus legati ab duobus regibus, Philippo & Ptolemæo Ægypti rege, Romam uenerunt, pollicentes ad bellum auxilia, & pecuniā & frumentū. ab Ptolemæo etiam mille pondo auri, xx millia pondo argenti allata. Nihil est acceptum, gratiæ regibus actæ. & cum uterq; se cum omnibus copijs in Aetoliā uenturum belloq; interfuturū polliceretur: Ptolemæo id remissum. Philippi legatis responsum: gratum eum senatui populoq; Romano facturum, si M. Acilio consuli non defuisset. Item ab Carthaginensibus & Masanissa rege legati uenerunt. Carthaginenses tritici modium mille, hordei quingenta millia ad exercitum, didimum eius Romam apportaturos polliciti sunt: id ut ab se munus Romani acciperent, petere se: & classē suorum suo sumptu comparaturos: & stipendium quod pluribus pensionibus in multos annos deberent, præsens omne daturus. Masanissæ legati quingenta millia modium tritici, trecenta hordei ad exercitum in Græciam: Romam trecenta millia modium tritici, cc quinquaginta hordei: equites quingentos, elephantos xx regem ad M. Acilium consulem missurum. De frumento utrisque responsum: ita usurum eo populum Romanum, si pretium acciperent. De classe Carthaginensibus remissum: præterquā si quid nauium ex fœdere deberent. de pecunia ita responsum: nullam ante diem accepturos. Cum hæc Romæ agebantur: Chalchide Antiochus ne cessaret per hybernorū tempus: partim ipse sollicitabat ciuitatum animos mittendis legatis: partim ultro ad eum ueniebant: sicut Epirotæ cōmuni gentis consensu, & Elei è Peloponneso uenerunt. Elei auxilium aduersus Achæos petebant, quos post bellum non ex sua sententia indictum Antiocho, primum ciuitati suæ arma illaturos credebant. Mille ijs pedites cum duce Cretensi Euphane sunt missi. Epirotarū legatio erat minime in partem ullam liberi aut simplicis animi. apud regem gratiam initam uolebant, cum eo ut cauerent ne quid offenderent Romanos. petebant enim ne se temere in causam deduceret, expositos aduersus Italiā pro omni Græciā, & primos impetus Romanorū excepturos. sed si ipse posset terrestribus naualibusq; copijs præsidere Epiro: cupide cum omnes Epirotas & urbibus & portibus suis accepturos. si id non posset, deprecari: ne se nudos atq; inermes Romano bello obijceret. Hac legatione id agi apparebat: ut siue (quod magis credebant) abstinisset Epiro, integra sibi omnia apud exercitus Romanos essent, conciliata satis apud regem gratia, quod accepturi fuissent uenientē: siue uenisset, sic quoq; spes ueniæ ab Romanis foret, quod non expectato longinquo auxilio ab se, præsentis uiribus succubuissent. Huic tam perplexæ legationi quia non satis in promptu erat quid responderet: legatos se missurum ad eos dixit, qui de ijs quæ ad illos seq; cōmuniter pertinerent, loquerentur. In Bœotiam ipse profectus est, causas in speciem iræ aduersus Romanos eas, quas ante dixi, habentem, Barcillæ necem & bellum à Quintio Coronæ propter Romanorum militum cædes illatum: re uera per multa iam secula publice priuatimq; labente egregia quondam disciplina gentis, & multorum eo statu, qui diuturnus esse sine mutatione rerum non posset. Obuiam effusis undiq; Bœotiæ principibus, Thebas uenit. Ibi in concilio gentis, quanquā & ad Delium impetu in præsidium Romanum facto, et ad Chalcidem cōmiserat nec à paruis nec dubijs principijs bellum: tamen eandem orationem exorsus, qua in colloquio primo ad Chalcidem, quæq; per legatos in concilio Achæorum usus erat, ut amicitiam secum institui, nō bellum indici Romanis postularet, neminem quid ageretur, fallebat. decretum tamen sub leui uerborū prætextu pro rege aduersus Romanos factum est. Hac quoq; gente adiuncta Chalcidem regressus, præmissis inde li-

teris, ut Demetriadem cōuenirent principes Actolorum, cum quibus de summa rerum delibe-
raret: nauibus eò ad diem indictam concilio uenit. Et Aminander accitus ad consultandū ex
Athamania, & Annibal Pœnus iamdiu non adhibitus, interfuit ei consilio. Consultatum de
Thessalorum gente est, quorum omnibus qui aderant, uoluntas tentāda uidebatur. in eo mo-
do diuersæ sententiæ erant: quod alij extemplo agendum, alij ex hycme, quæ tunc sermè me-
dia erat, differendum in ueris principiū: & alij legatos tantummodo mittendos, alij cum omni-
bus copijs eundem censebant: terrendosq; metu, si cunctarentur. Cum circa hanc ferè consul-
tationem disceptatio omnis uerteretur: Annibal nominatim interrogatus sententiā, in uniuersi
belli cogitationem regem, atq; eos qui aderant, tali oratione auertit. Si ex quo traiecimus
in Græciam, adhibitus essem in consilium: cum de Eubœa, de Achæis, de Bœotia agebatur,
eandem sententiam dixissem, quam hodie cum de Thessalijs agitur, dicam. Ante omnia Phi-
lippum & Macedonas in societate belli quacunq; ratione censeo deducendos esse. nam quod
ad Eubœam Bœotosq; & Thessalos attinet, cui dubium est: quin ut quibus nullæ suæ uires
sint, præsentibus adulando semper quem metū in consilio habeant, eodem ad impetrandam
ueniam utantur: simul ac Romanū exercitum in Græcia uiderint, ad consuetum imperium se
auertant: nec rjs noxæ futurum sit: quod cum Romani procul abessent, uim tuam præsentis,
exercitusq; tui experiri noluerint. Quāto igitur prius potiusq; est Philippum nobis coniun-
gere quàm hos: cui si semel in causam descenderit, nihil integri futurū sit: quicq; eas uires affe-
rat, quæ non accessio tantum ad Romanū esse bellum: sed per se ipsæ nuper sustinere potue-
runt Romanos. Hoc ego adiuncto (absit uerbo inuidia) qui dubitare de euentu possim: cum
quibus aduersus Philippum ualuerint Romani, rjs nunc fore uideam ut ipsi oppugnētur. Aeo-
toli qui Philippum (quod inter omnes constat) uicerunt: cum Philippo aduersus Ro. pugna-
bunt. Aminander atq; Athamānum gens, quorum secundum Aetolos plurima fuit opera in
eo bello, nobiscum stabunt. Philippus tum te quieto totam molem sustinebat belli: nunc duo
maximi reges, Asiæ Europæq; uiribus aduersus unum populum, ut meam utranq; fortunam
taceam, patrum certe ætate ne uni quidem Epitotarum regi parem, quicquid tandem erit uo-
biscum comparatus: geretis bellum. Quæ igitur res mihi fiduciā præbet coniungi nobis Phi-
lippum posse: una cōmunis utilitas, quæ societatis maximum uinculum est: altera autores uos
Actoli. uester enim legatus hic Thoas inter cætera, quæ ad exciendū in Græciam Antiochum
dicere est solitus: ante omnia hoc semper affirmauit: fremere Philippum, & ægre pati sub spe-
cie pacis leges seruitutis sibi impositas. ille quidem feræ bestię uinctæ aut clausæ, & refringe-
re claustra cupienti, regis iram uerbis æquabat. cuius si talis animus est, soluamus nos eius uin-
cula & claustra refringamus: ut erumpere diu coercita ira in hostes communes possit. Quod si
nihil eum legatio nostra mouerit: at nos, quoniā nobis cum adiungere non possumus: ne ho-
stibus nostris ille adiungi possit, caueamus. Seleucus filius tuus Lysimachiæ est: qui si eo exer-
citu quem secum habet, per Thraciam proxima Macedoniæ cœperit depopulari: facile ab au-
xilio ferendo Romanis Philippum ad sua potissimū tuenda auertet. De Philippo meam sen-
tentiam habes. De ratione uniuersi belli quid sentirē, iam ab initio non ignorasti. quod si tum
auditus forem: non in Eubœa Chalcidem captam & castellum Euripi expugnatum Romani,
sed Hetruriam Ligurumq; & Galliæ Cisalpinæ oram bello ardere, & qui maximus rjs terror
est: Annibalem in Italia esse audirent. Nunc quoq; accersas ceseo omneis nauales terrestresq;
copias: sequantur classem onerariæ cum com meatibus. nam hic sicut ad belli munera pauci su-
mus: sic nimis multi pro inopia cōmeatum. Cum omneis tuas contraxeris uires: diuisa classe
partem Corcyræ in statione habebis, ne transitus Romanis liber ac tutus pateat: partem ad lit-
tus Italiæ, quod Sardiniam Africamq; spectat, traicies: ipse cum omnibus terrestribus copijs
in Byllinum agrum procedes: inde Græciæ præsidebis, & speciem Romanis traiecturū te præ-
bens, & si res poposcerit, traiecturus. Hęc suadeo, qui ut non omnis peritissimus sim belli: cum
Romanis certe bellare bonis malisq; meis didici. In quæ consiliū dedi: in eadem nec infidelem,
nec segnem operā polliceor. Dñi approbent eam sententiā, quæ tibi optima uisa fuerit. Hęc
fermè Annibalis oratio fuit, quam laudarunt magis in præsentia, qui aderāt, quàm rebus ipsis
executi

executi sunt. nihil enim eorum est factum, nisi quod ad classem copiasq; accersendas ex Asia Polyxenidam misit. Legati Larissam ad conciliū Thessalorum sunt missi. & Aetolis Aminandroq; dies ad conueniendum exercitui Pheras est indictus: eodem & rex cum suis copijs confestim uenit. Ibi dum opperiretur Aminadrum atq; Aetolos: Philippum Megalopolitanum cum duobus millibus hominum ad legenda ossa Macedonū circa Cynoscephalas, ubi debellatum erat cum Philippo, misit: siue ab ipso quærere sibi commendationem ad Macedonum gentem et inuidiam regi, quod insepultos milites reliquisset, monitus: siue ab insita regibus uanitate, ad consilium specie amplum, re inane, animo adiecto. Tumulus est in unum ossibus, quæ passim strata erāt, coaceruatis factus: qui nullam gratiam ad Macedonas, odium ingens ad Philippum mouit. Itaq; qui ad id tempus fortunam esset in cōsilio habiturus, is extemplo ad M. Bebium proprætorem misit: Antiochum in Thessaliam impetum fecisse. si uideretur ei, moueret ex hybernis. se obuiam processurum, ut quid agendum esset, consultarent. Antiocho ad Pheras iam castra habenti, ubi coniunxerant ei se Aetoli & Aminander: legati ab Larissa uenerunt, quærentes: quod ob factum dictum uē Thessalorū bello lacefferet eos: simul orantes, ut remoto exercitu per legatos, si quid ei uideretur, secum disceptaret. Eodem tempore quingentos armatos duce Hippolochō Pheras in præsidium miserūt. hi exclusi aditu, iam omnia itinera obsidentibus regijs, Scotussam se receperunt. Legatis Larissæ rex clementer respondit: non belli faciendi, sed tuendæ & stabilendæ libertatis Thessalorū causa se Thessaliam intrasse. Similia his qui cum Pheræis ageret, missus. cui nullo dato respōso, Pheræi ipsi suum legatū ad regem, principem ciuitatis Paulaniam miserunt. Qui cum haud dissimilia his, ut in causa pari, quæ pro Chalcidensibus in colloquio ad Euripi fretum dicta erant: quædam etiam ferocius egisset: rex etiam atq; etiam deliberare eos iussos, ne id consilij caperent: cuius dum in futurū nimis cauti & prouidi essent, extēplo pœniteret: dimisit. Hæc renūtiata Pheras legatio cum esset, ne paulū quidē dubitarūt, quin pro fide erga Romanos quicquid fors belli tulisset, pateretur. Itaq; & hi summa ope parabant se ad urbem defendendam: & rex ab omni parte simul oppugnare mœnia est aggressus: & ut qui satis intelligeret, (neq; enim dubiū erat) in euentu eius urbis positum esse, quam primam aggressus esset: aut sperni deinde ab uniuersa gente Thessalorum, aut timeri se: omnem undiq; terrorem obsessis iniecit. Primum impetum oppugnationis satis constanter sustinuerunt: deinde cum multi propugnantes caderent aut uulneraretur, labare animi cœpere. reuocati deinde castigationibus principum ad perseuerandum in proposito, relicto exteriori circulo muri deficientibus iam copijs, in interiorē partem urbis concesserunt: cui breuior orbis munitio circumiectus erat. postremo uicti malis cum timerent, ne ui captis nulla apud uictorem uenia esset, dediderūt sese. Nihil inde moratus rex, IIII millia armatorū, dum recens terror esset, Scotussam misit. Nec ibi mora deditio est facta, cernentibus Pheræorum recens exemplum: qui quod pertinaciter primo abnuerant, malo domiti tandem fecissent. cum ipsa urbe Hippolochus Larissæorumq; deditum est præsidium. Dimissi ab rege inuiolati omnes, quod eam rem magni momenti futuram rex ad conciliandos Larissæorum animos credebat. Intra decimum diem quā Pheras uenerat, his perfectis, Cranonem profectus cum toto exercitu primo aduentu cepit. inde Cyerum & Metropolin, & ijs circumiecta castella recepit. omniaq; iam regionis eius, præter Atracē & Gyrtonē, in potestate erant. Tum aggredi Larissam cōstituit: ratus uel terrore cæterarū expugnatarū, uel beneficio præsidij dimissi, uel exemplo tot ciuitatū deditiū sese, nō ultra in pertinacia mansuros. Elephātis agi ante signa terroris causa iussis, quadrato agmine ad urbem incessit: ut incerti fluctuarent animi magnæ partis Larissæorū inter merum præsentē hostiū, & uerecundiam absentiu sociorū. Per eodē dies Aminander cum Athamanū iuuetute occupat Pelinneū: & Menippus cum tribus millibus peditū Aetolorū, & ducentis equitibus in Perræbiā profectus, Malloeam & Cyretias ui cepit: depopulatusq; est agrū Tripolitanū. His raptim peractis Larissam ad regem redcunt. cōsultanti quidnā agendū esset de Larissa, superuenerūt. Ibi in diuersum sententiæ tendebāt: alijs uim adhibendā & non differendū censentibus, quin operibus ac machinis simul undiq; mœnia aggredierent urbis. sitæ in plano, à parte campestri undiq; faci

lis aditu: alijs nūc uires urbis nequaquē Pheris cōferenda memorantibus: nunc hyemem & tempus anni nulli bellicæ rei, minime obsidioni atq; oppugnationi urbium aptum. Incerto regi inter spem metumq; legati à Pharfalo, qui ad dedendam urbem suam forte uenerant: animos auxerunt. M. Bebius interim cum Philippo in Dassaretijs cōgressus Ap. Claudium ex cōmuni consilio ad præsidium Larissæ misit, qui per Macedoniam magnis itineribus in iugum montium, quod super Gonnos est, peruenit. Oppidum Gonni .xx. millia ab Larissa abest, in ipsis faucibus saltus, quæ Tempe appellant, situm. Ibi castra metatus latius quàm pro copijs, et plureis quàm quod satis in usum erant, ignes cum accendisset: speciem quam quæsierat, hosti fecit: omnem ibi Ro. exercitum cum rege Philippo esse. Itaque hyemem instare apud suos causatus rex, unum tantum moratus diem ab Larissa recessit, & Demetriadem rediit. Aetoliq; & Athamænes in suos receperunt se fines. Appius etsi, cuius rei causa missus erat, solutam cernebat obsidionem: tamen Larissam ad cōfirmandos in reliquum sociorum animos descendit: duplexq; lætitia erat, quod & hostes excesserant finibus, & intra moenia præsidium Ro. cernebat. Rex Chalcidem à Demetriade profectus, amore captus uirginis Chalcidensis Cleoptolemi filie: cum patre, primo adlegando, deinde coram ipse rogando fatigasset, inuitum se grauioris fortunæ cōditioni illigantem: tandem impetrata re, tanquam in media pace nuptias celebrat: et reliquum hyemis, oblitus quantas simul duas res suscepisset, bellum Ro. & Græciam liberandam, ommissa omnium rerum cura, in cōuiujs & uinum sequentibus uoluptatibus, ac deinde ex fatigatione magis quàm satietate carum in somno traduxit. Eadem omnes præfectos regios, qui ubiq; ad Bœotiā maxime præpositi hybernis erant, cepit luxuria. in eandem & milites effusi sunt: nec quisquam eorum aut arma induit, aut stationem aut uigilias seruauit: aut quicquam quod militaris operis aut muneris esset, fecit. Itaque principio ueris cum per Phocidem Chæroneam, quod cōuenire omnem undiq; exercitum iusserat, uenisset: facile animaduertit nihilo seueriore disciplina milites quàm ducem hybernasse. Alexandrum inde Acarnanem & Menippum Macedonem Stratum Aetoliæ copias ducere iussit. ipse Delphis sacrificio Apollini factum, Naupectum processit. cōcilio principum Aetoliæ habito, uia quæ præter Calidonem & Lysimachiam fert ad Stratum, suis qui per Maliacum sinum ueniebant, occurrit. Ibi Mnesilochus princeps Acarnanum multis emptus donis, non ipse solum gentem regi conciliabat, sed Clytum etiam prætorē, pernes quem summa potestas erat, in suam sententiam adduxerat. Is cum Leucadios, quod Acarnaniæ caput est, non facile ad defectionem posse cernebat impelli propter metum Romanæ classis, quæ cum Attalo, quæ sit circa Cephaleniā erat, arte eos est aggressus. nam cum in concilio dixisset: tuenda mediterranea Acarnaniæ esse, & omnibus qui arma ferret, exeundum ad Medeonem & Tyrreum, ne ab Antiocho aut Actolis occuparent: fuere qui dicerent: nihil attinere omnem tumultuose concitari: satis esse quingentorum hominum præsidium. eam iuuentutem natus, trecentis Medcone, ducentis Tyrreici in præsidio positus, id agebat, ut pro obsidibus futuri uenirent in potestatem regis. Per eisdem dies legati regis Medeonem uenerunt. quibus auditis, cum in contione quidnam respondendum regi esset, consultaret: & alij manendum in Romana societate, alij non aspernandam amicitiam regis censerent: media uisa est Clyti sententia, eoque accepta est: ut ad regem mitterent legatos, peterentq; ab eo, ut Medeonios super rata reconsultare in concilio Acarnanum pateretur. In eam legationem Mnesilochus, & qui eius factio nis erant, de industria collecti, clam missis qui regem admouere copias iuberent, ipsi terebant tempus. itaque uix dum ipsi egressis legatis, Antiochus in finibus, & mox ad portas erat: & trepidantibus qui expertes prodicionis fuerant, tumultuoseq; iuuentutem ad arma uocantibus, ab Clyto & Mnesilochis in urbem est inductus. & alijs sua uoluntate affluentibus, metu coacti etiam qui dissentiebant, ad regem conuenerunt. quos placida oratione tetricos cum permulisset, ad spem uulgatæ clementiæ aliquot populi Acarnaniæ defecerunt. Tyrreum à Medcone profectus est: Mnesilochis eodem & legatis præmissis. Cæterum detecta Medcone fraus cautiore, non timidiore Tyrrenses fecit: dato ei haud perplexo responso: nullam se nouam societatem, nisi ex autoritate Romanorum imperatorum accepturos: portisque clausis, armatos in muris disposuerunt. Et peropportune ad confirmandos Acarnanum animos Cn. Octavius missus à Quintio, cum præsidium & paucas naues ab A. Posthumio, qui ab Attilio legato Cephaleniæ præpositus

situs fuerat, accepisset: Leucadem uenit, impleuitque spei socios: M. Aciliū cōs. iam cum legio-
 nibus mare traiecisse, & in Thessalia castra Romana esse. Hunc rumorē quia similem ueri tem-
 pus anni maturū iam ad nauigandū faciebat: rex praesidio Medeone imposito, & in quibus-
 dam alijs Acarnaniae oppidis, Tyrtheo abscessit: & per Actolice ac Phocidis urbes Chalcidem
 redijt. Sub idem tempus M. Bebius & Philippus rex iam ante per hyemem in Dassaretis
 congressi, cum Ap. Claudiu, ut obsidione Larissam eximeret, in Thessaliam misissent: quia id
 tempus rebus gerendis immaturū erat, in hyberna regressi, principio ueris coniunctis copijs in
 Thessalia descenderunt. in Acarnania tum Antiochus erat. aduenientes, Philippus Mallceam
 Perræbiae, Bebius Phacium est aggressus. quo primo propè impetu capto, Phestum eadē ce-
 leritate capit. inde Atracem cum se recepisset, Cyretias hinc & Eritiū occupat: praesidijsque per
 recepta oppida dispositis, Philippo rursus obsidenti Mallceam se cōiungit. Sub aduentū Ro-
 mani exercitus seu ad metum uiriū, seu ad spem ueniae cum dedidissent sese, ad ea recipienda
 oppida, quae Athamānes occupauerant, uno agmine ierunt. Erant autem hae: Aeginium, Eri-
 nium, Gomphi, Silana, Tricca, Melibcea, Phaloria. Inde Pelinnæū, ubi Philippus Megalopo-
 litanus cum quingentis peditibus & equitibus XL in praesidio erat, & circumsidunt: & priusque
 oppugnarent, mittunt ad Philippum qui moneret: ne uim ultimam experiri uellet. Quibus il-
 le satis ferociter respondit, uel Romanis uel Thessalis se crediturū fuisse: in Philippi se potesta-
 tem commissurum non esse. Posteaquā apparuit ui agendum, quia uidebat & Limnaeam eo-
 dem tempore oppugnari posse: regem ad Limnaeam ire placuit: Bebius restitit ad Pelinnæum
 oppugnandū. Per eos forte dies M. Acilius cōs. cum X millibus peditū, duobus millibus
 equitum, XV elephantis mari traiecto, pedestres copias Larissam ducere delectos militū tri-
 bunos iussit: ipse cum equitatu Limnaeam ad Philippum uenit. Aduentu consulis deditio sine
 cunctatione est facta: traditumque praesidium regiū & cum ijs Athamānes. Ab Limnaea Pelin-
 naeam consul proficiscit. Ibi primi Athamānes tradiderunt sese: deinde & Philippus Megalo-
 politanus. cui decedenti de praesidio cum obuius forte fuisset Philippus rex: ad ludibriū regem
 eum cōsalutari iussit: ipse cōgressus fratrem haud sanè decoro maiestati suae ioco appellauit. de-
 ductus inde ad cōs. custodiri iussus: & haud ita multo post in uinculis Romam missus. cæte-
 ra multitudo Athamānū aut militum Antiochi regis, quae in praesidijs ditorū per eos dies
 oppidorū fuerat: Philippo tradita regi est. fuere autem ad tria millia hominū. Cōsul Larissam
 est profectus, ibi de summa belli cōsultaturus. in itinere ab Pieria & Metropoli legati tradetes
 urbes suas occurrerunt. Philippus Athamānū praecipue captiuis indulgēter habitis, ut per eos
 cōciliaret gentem: nactus spem Athamaniae potiunde, exercitū eō duxit, praemissis in ciuitates
 captiuis. Et illi magnam autoritatē apud populares habuerunt, clementiā erga se regis munifi-
 centiamque cōmemorantes: & Aminander cuius praesentis maiestas aliquos in fide cōtinuisset:
 ueritus ne traderet Philippo iam pridē hosti, & Romanis merito tum propter defectionē in-
 sensis, cum coniuge ac liberis regno excessit, Ambraciamque se contulit. ita Athamania omnis
 in ius ditionemque Philippi cōcessit. Consul ad reficienda maxime iumenta, quae & nauigatio-
 ne & postea itineribus fatigata erāt: paucos Larissae moratus dies, uelut reparato modica quie-
 te exercitu, Cranonē est profectus. Venienti Pharsalus, Scotussa & Phærae, quaeque in eis praes-
 idia Antiochi erant, deduntur. ex ijs interrogatis qui manere secum uellent, mille uolentes Phi-
 lippo tradit: ceteros inermes Demetriadē remittit. Proernam inde recepit: & quae circa eam ca-
 stella erant. Ducere tum porro in sinū Maliacū cœpit. Appropinquante faucibus, super quas
 sita Thaumaci sunt, deserta urbe iuuentus omnis armata syluas & itinera insedit: & in agmen
 Romanū ex superioribus locis incurfauit. Consul primo mittere, qui ex propinquo colloquen-
 tes deterrerent eos à tali furore. posteaquā perseverare in incepto uidit: tribuno cum duorū si-
 gnorum militibus circummisso, interclusit ad urbem iter armatis, uacuamque eam cepit. tum cla-
 more ab tergo captæ urbis audito, refugientiū undique ex syluis insidiatorū caedes facta est.
 A Thaumacis altero die cōsul ad Sperchiū amnem peruenit: inde Hypateorū agros uastauit.

Cum haec agebant, Chalcide erat Antiochus. qui iam tum cernens, nihil se ex Graecia, praeter
 amœna Chalcide hyberna & infames nuptias petisse, Aetolorū uana promissa incusare &

Thoanem: Annibalem uero nō ut prudentem tantū uirum, sed propè uatem omnium quæ tum euenirent, admirari. ne tamen temere cœpta segnitia insuper euerteret, nuntios in Actoliam mittit, ut omni contracta iuuentute cōuenirent. iam & ipse eò decem millia ferè peditum exijs qui postea uenerāt ex Asia expleta, & equites quingentos duxit. Quò cū aliquanto pauciores quàm unquam antea cōuenissent: & principes tantūmodo cum paucis clientibus essent: atq; ij dicerent, omnia sedulo ab se facta, ut quàm plurimos ex ciuitatibus suis euocarent: nec autoritate nec gratia nec imperio aduersus detrectantes militiam ualuisse: destitutus undiq; & ab suis qui morabantur in Asia: & ab socijs qui ea in quorum spem uocauerant, non præstabant: intra saltum Thermopylarū sese recepit. Id iugum, sicut Apennini dorso Italia diuiditur, ita mediam Græciam dirimit. ante saltum Thermopylarū septentrionem uersus Epirus, & Perræbia & Magnesia & Thessalia est, & Phthiotæ Achæi, & sinus Maliacus. intra fauces ad meridiem uergunt Ætoliæ pars maior, & Acarnania, & cum Locride Phocis, & Bœotia, ad iuncta q; insula Eubœa, & excurrente in altum uelut promontorio Attica terra sita ab tergo & Peloponnesus. Hoc iugum ab Leucade & mari ad occidētem uerso per Actoliam ad alterum mare orienti obiectum tendens, ea aspreta rupesq; interiectas habet: ut non modo exercitus, sed ne expediti quidem facile ullos ad transitū calles inueniant. extremos ad orientem montes Oetam uocant, quorum quod altissimū est, Callidromon appellatur: in cuius ualle ad Maliacum sinum uergente iter est nō latius quàm sexaginta passus. hæc una militaris uia est, quæ traduci exercitus, si non prohibeantur, possunt. ideo Pyle, & ab alijs, quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt, Thermopylæ locus appellatur: nobilis Lacedæmoniorū aduersus Persas morte magis memorabili quàm pugna. Haudquaquā pari tum animo Antiochus intra portas loci eius castris positus, munitionibus insuper saltum impediēbat. & cum duplici uallo fossaq; & muro etiam quæ res postulabat, ex multa copia passim iacentium lapidū permunisset omnia: satis fidens nunquam eā uim Romanum exercitum facturum, Aetolos ex IIII millibus (tot enim conuenerant) partim ad Heracleam præsidio obtinendam, quæ ante ipsas fauces posita est, partim Hypatam mittit: & Heracleam haud dubius consulem oppugnaturū, & iam multis nuntiantibus circa Hypatam omnia euasari. Consul depopulatus Hypatensem primo, deinde Heracleensem agrum, inuili utrobq; auxilio Aetolorū, in ipsis faucibus prope fontes calidarum aquarum aduersus regem castra posuit. Aetolorū utræq; manus Heracleam sese incluserunt. Antiochum, cui priusquā hostem cerneret, satis omnia permunita & præsidijs obsepta uidebantur: timor deinde incessit, ne quos per imminētia iuga calles inueniret ad transitum Romanus. nam & Lacedæmonios quondam ita à Persis circumitos fama erat: & nuper Philippū ab iisdem Romanis. itaq; nuntium Heracleā ad Aetolos mittit, ut hanc saltem sibi operam eo bello præstarent: ut uertices circa montium occuparent obsiderentq;: ne quæ transire Romanus posset. Hoc nuntio audito dissensio inter Aetolos orta est. pars imperio parendum regis, atq; eundem censebant: pars subsistendū Heracleæ ad utranq; fortunam: ut siue uictus à consule rex esset, in expedito haberent integras copias ad opem propinquis ferendam ciuitatibus suis: siue uinceret, ut dissipatos in fugam Romanos persequerent. Vtraq; pars non mansit modo in sententiā sua, sed etiam executā est consiliū. duo millia Heracleæ substiterūt: duo trifariā diuisa, Callidromum & Rhoduntia, & Tichiunta (hæc nomina cacuminibus sunt) occupauere. Consul postea quā infesta superiora loca ab Aetolis uidit: M. Porcium Catonem & L. Valeriū Flaccum consulares legatos cum binis millibus delectorū peditū ad castella Aetolorum, Flaccū in Rhoduntia & Tichiunta, Catonem in Callidromū mittit. ipse priusquam ad hostem copias admoueret, uocatos in contionē milites paucis est allocutus. Plerosq; omnium ordinū milites inter uos esse uideo, qui in hac eadē prouincia T. Quintij ductu auspicioq; militaueritis. Macedonico bello inexuperabilis magis saltus ad amnē Aoum fuit, quàm hic. quippe portæ sunt hæc: & unus inter duo maria clausis omnibus, uelut naturalis trāsitus est. munitiones & locis opportunioribus tunc fuerunt, & ualidiores impostæ. exercitus hostiū ille & numero maior, & militū genere aliquanto melior: quippe illic Macedones Thracesq; & Illyrij erant, ferocissimæ omnes gentes: hic Syri & Asiatici Græci sunt, leuissima genera hominum

num

num & seruituti nata: rex ille bellicosissimus, exercitatus iam inde ab iuuetā finitimis Thracum atq; Illyriorū, & circa omnium accolarū bellis: hic, ut aliam omnem uitā omittā, is est, qui cum ad inferendū populo Ro. bellum ex Asia in Europā trāisset: nihil memorabilius toto tempore hyberrorū gesserit, quā quod amoris causa ex domo priuata & obscuri etiam inter populares generis uxore duxit: & nouus maritus uelut saginatus nuptialibus cœnis, ad pugnam processit. Summa uirū speiꝫ eius in Aetolis fuit, gente uanissima & ingratiſſima, ut uos prius experti estis, nunc Antiochus experitur. nam nec cōuenerunt frequētes, nec cōtineri in castris potuerunt, & in seditione ipsi inter se sunt: & cum Hypatā tuendā Heracleamq; depoposcissent: neutram tutati pars refugerunt in iuga montium: pars Heracleæ incluserunt sese. Rex ipse confusus nusquā equo campo nō modo congregi se ad pugnam audere, sed ne castra quidem in aperto ponere, relicta omni ante se regione ea quam se nobis ac Philippo ademisse gloriabatur, condidit se intra rupes: ne ante fauces quidē saltus, ut quondam Lacedæmonios fama est: sed intra penitus retractis castris. quod quantū interest ad timorem ostendendū: an muris alicuius urbis obsidendum sese incluserit: Sed neq; Antiochum tuebuntur angustia: nec Actolos uertices illi, quos ceperūt. satis undiq; prouisum atq; præcautum est, ne quid aduersus uos in pugna præter hosteis esset. Illud proponere animo uestro debetis: non uos pro Græciæ libertate tantum dimicare, (quanquā is quoq; egregius titulus esset, liberatam à Philippo ante, nunc ab Actolis & ab Antiocho liberare) neque ea tantum in præmium uestrum cessura, quæ nunc in regijs castris sunt: sed illum quoq; omnem apparatus, qui in dies ab Epheso expectatur, prædæ futurū: Asiam deinde Syriamq; & omnia usq; ad ortus solis ditissima regna imperio Ro. aperturos. Quid deinde aberit, quin ab Gadibus ad mare rubrum oceano fincis terminus, qui orbem terrarum amplexu finit? & omne humanum genus secūdem deos nomen Romanū ueneretur? In hæc tanta præmia dignos parate animos, ut crastino die bene iuuantibus dijs acie decernamus. Ab hac contione dimissi milites, priusquā corpora curarent, arma telaq; parant. Luce prima signo pugne proposito, instruit aciem consul arcta fronte, ad naturam & angustias loci. Rex posteaquā signa hostium conspexit, & ipse copias eduxit. Leuis armaturæ partē ante uallum in primo locauit: tum Macedonū robur, quos satissophoros appellabant, uelut firmamentū circa ipsas munitiones cōstituit. his ab sinistro cornu iaculatorum sagittariorumq; & funditorū manum sub ipsis radicibus montis posuit, ut ex altiore loco nuda latera hostium incesserent. ab dextro Macedonibus ad ipsum munimentorū finem, quæ loca usq; ad mare inuia palustri limo & uoraginibus claudunt, elephantos cum assueto præsidio posuit: post eos equites: tum modico interuallo relicto, ceteras copias in secunda acie. Macedones pro uallo locati primo facile sustinebant Romanos tentantes ab omni parte aditus: multum adiuuantibus qui ex loco superiore fundis, uelut nimbum, glandes, & sagittas simul ac iacula ingerebant. deinde, ut maior nec iam toleranda uis hostium inferebat se, pulsī loco intra munimenta subductis ordinibus concesserunt. inde ex uallo propè alterū uallum hastis præ se obiectis fecerunt. & ita modica altitudo ualli erat, ut & locum superiorē ad pugandū suis præberet: & propter longitudinē hastarum subiectū haberet hostem. Multi temere subeuntes uallum transixi sunt: & aut incepto irritō recessissent, aut plures cecidissent: ni M. Porcius ab iugo Callidromi, deiectis inde Aetolis, & magna ex parte cæsis, (incautos enim & plerosq; sopitos oppresserat) super imminentē castris collem apparuisset. Flacco nō eadem fortuna ad Tichiunta & Rhodontiam, nequicquam subire ad ea castella conato, fuerat. Macedones, quiq; alij in castris regijs erant, primo, dum procul nihil aliud quā turba & agmen apparebat: Aetolos credere uisa procul pugna subsidio uenire. cæterum ut primum signaque & arma ex propinquo cognita errorem aperuerunt, tātus repente pavor omneis cepit, ut abiectis armis fugerent. Et munimenta sequentes impedierunt, & angustia uallis, per quam sequendi erant: & maxime omnium quod elephantū nouissimi agminis erant, quos pedes ægre præterire, eques nullo poterat modo, timentibus equis, tumultumq; inter se maiorem quā in prælio edentibus. aliquantum temporis & direptio castrorum tenuit. Scarphiam tamen eo die persecuti sunt hostem. Multis in ipso itinere cæsis captisque, non equis uirisq; tantum, sed

sed etiam elephantis, quos capere non potuerant, interfectis, in castra reuerterunt: quæ tentata eo die inter ipsum pugnae tempus ab Aetolis Heracleam obrinētibus præsidio sine ullo haud parum audacis incepti effectu fuerant. Consul noctis insequentis tertia uigilia præmissis equitatu ad persequendū hostem, signa legionum prima luce mouit. Aliquantum uia præcepit rex, ut qui nō ante quàm Elatiæ ab effuso constiterit cursu, ubi primum reliquīs pugnae & fugæ collectis, cum per exigua manu semermiū militum Chalcidem se recepit. Romanus equitatus ipsum quidem regem Elatiæ affecutus non est, sed magnā partem agminis aut lassitudine subsistētis, aut errore, ut qui sine ducibus per ignota itinera fugerēt, dissipatos oppresserunt. nec præter quingentos, qui circa regem fuerunt, ex toto exercitu quisquā effūgit: etiam ex x millibus militum, quos Polybio autore traiecisse secum regem in Græciam scripsimus, exiguus numerus. Quid si Antiati Valerio credamus, Lx millia militum fuisse in regio exercitu scribētis? xl inde millia cecidisse? supra v millia capta cum signis militaribus ccxxx? Romanorū cl interfecti sunt. Consule per Phocidem & Bœotiam exercitū ducente, consociarum defectionis ciuitates cum uelamentis ante portas stabant, metu ne hostiliter diriperent: cæterum per omnes dies haud secus quàm in pacato agro sine uiolatione ullius rei agmen processit: donec in agrum Coronensem uentū est. ibi statua regis Antiochi posita in templo Mineruæ Itonæ iram accendit: permissumque militi est ut circūiectum templo agrum popularet. deinde cogitatio animū subijt: cum cōmuni decreto Bœotiorum posita esset statua, indignū esse in unum Coronensem agrum sæuire. reuocato extemplo milite finis populandi factus: castigati tantum uerbis Bœoti ob ingrātū in tantis tamque recentibus beneficijs animū erga Romanos. Inter ipsum pugnae tempus x naues regiae cum præfecto Isidoro ad Thronium in sinu Maliaco stabant. cō grauis uulneribus Alexander Acarnan nuntius aduersæ pugnae cum perfugisset, trepidæ inde recenti terrore naues Cencum Eubœæ petierunt. ibi mortuus sepultusque Alexander. Tres, quæ ex Asia profectæ eundem portum tenuerant naues: audita exercitus clade, Ephesum redierunt. Isidorus ab Cenco Demetriadē, si fortè eò deferret fuga regem traiecit. Per eosdem dies A. Attilius præfectus Romanæ classis magnos regios commeatus iam fretum, quod ad Andrum insulam est, præteruectos excepit. alias merfit, alias cepit naues, quæ nouissimæ agminis erant, cursum in Asiam uerterunt. Attilius Piræum, unde profectus erat, cum agmine captiuarū nauium reuectus, magnam uim frumētī & Atheniensibus & alijs eiusdem regionis socijs diuisit. Antiochus sub aduentū consulis à Chalcide profectus, Ternum primo tenuit, inde Ephesum transmisit. Consuli Chalcidem uenienti portæ patuerūt, cum appropinquante eo Aristoteles præfectus regis urbe excessisset. & cæteræ urbes in Eubœa sine certamine traditæ, paucosque per dies omnibus perpacatis, sine ullius noxa urbis exercitus Thermopylas reductus, multo modestia post uictoriā, quàm ipsa uictoria laudabilior.

Inde consul M. Catonē per quem quæ gesta essent, senatus populusque Romanus haud dubio autore sciret: Romam misit. Is à Creusa (Thespiensium emporium est, in intimo sinu corinthiaco retractū) Patras Achaiæ petit: à Patris Corcyrā usque Actoliæ atque Acarnaniæ litora legit: atque ita ad Hydruntū Italiæ traiecit: quinto die inde pedestri itinere Romam ingenti cursu peruēnit. ante lucem ingressus urbem, à porta ad prætorē M. Iunium iter intendit. Is prima luce senatum uocauit. quō L. Cornelius Scipio aliquot diebus ante à consule dimissus cum adueniens audisset prægressum Catonē in senatu esse, superuenit exponenti, quæ gesta essent. Duo inde legati iussu senatus in contionem sunt producti: atque ibi eadem, quæ in senatu de rebus in Actolia gestis exposuerunt. Supplicatio in triduum decreta est: & ut xl hostijs maioribus prætor, quibus dijs ei uideret, sacrificaret. Per eosdem dies & M. Fuluius Nobilior, qui biennio ante prætor in ulteriorē Hispaniam erat profectus, ouans urbem est ingressus. Argenti bigati præ se tulit cxxx millia: & extra numeratū xii millia pondo argenti: auri pondo cxxvii. Acilius consul ab Thermopylis Heracleā ad Aetolos præmisit: ut tunc saltē experti regiam uanitatē respicerent: traditaque Heraclea, cogitarent de petenda ab senatu seu furoris sui, seu erroris uenia. Et cæteras Græciæ ciuitates defecisse eo bello ab optime de se meriti Romanis: sed quia post fugā regis, cuius fiducia ab officio decessissent: nō addidissent pertinaciam

ciam culpæ, in fidem receptas esse. Aetolos quoq; , quanquam non secuti sint regem, sed accer-
 serint, & duces belli non socij fuerint: si pœnitere possint, posse & incolumes esse. Ad ea cum
 pacati nihil responderetur, appareretq; armis rem gerendam: & rege superato bellum Aetoli-
 cum integrum restare, castra ab Thermopylis ad Heracleã mouit: eorq; ipso die, ut situm no-
 sceret urbis, ab omni parte equo mœnia est circũuectus. Sita est Heraclea in radicibus Oe-
 tæ montis: ipsa in campo, arcem imminens loco alto, & undique præcipiti habet. Con-
 templatus omnia quæ noscenda erant, quatuor simul locis aggredi urbem constituit. à flumiv-
 ne Aforo, quæ & gymnasium est, L. Valerium operibus atq; oppugnationi præposuit. arcem
 extra muros, quæ frequentius propè quàm urbs habitabatur, T. Sempronio Longo oppu-
 gnandam dedit. à sinu Maliaco, quæ aditum haud facilem pars habebat, M. Bebius: ab al-
 tero amniculo, quem Melana uocant, aduersus Dianæ templum Ap. Claudium opposuit.
 Horum magno certamine intra paucos dies turres arietesq; , & alius omnis apparatus op-
 pugnandarum urbium perficitur. & cum ager Heracliensis paluster omnis, frequensq; pro-
 ceris arboribus benigne ad omne genus operum materiam suppeditabat: tum quia refugerat
 intra mœnia Aetoli, desertaq; in uestibulo urbis erant tecta, in uarios usus nō tigna modo &
 tabulas, sed laterem quoque & cæmenta & saxa uariæ magnitudinis præbebant. Et Romani
 quidem operibus magis quàm armis urbem oppugnabant, Aetoli contra armis se tuebatur.
 nam cum ariete quaterentur muri, non laqueis, ut solet, exceptos declinabant ictus: sed armati
 frequentes quidam ignes etiam, quos aggeribus iniicerent, ferebant. fornices quoque in muro
 erant apti ad excurrendum: & ipsi cum pro dirutis reficerent muros: crebriores eos, ut pluribus
 erumperetur in hostem locis, faciebant. Hoc primis diebus, dum integræ uires erant, & fre-
 quentes & impigre fecerunt: in dies deinde pauciores & segnius. etenim cum multis urgeren-
 tur rebus, nulla eos res æque ac uigiliæ conficiebant: Romanis in magna copia militum succe-
 dentibus alijs in stationem aliorum, Aetolos propter paucitatem eisdem dies noctesq; assi-
 duo labore urente, per IIII & XX dies, ita ut nullum tempus uacuum dimicatione esset, ad-
 uersus quatuor è partibus simul oppugnantem hostem nocturnus diurno continuatus labor
 est. Cum fatigatos iam Aetolos sciret eos. & ex ratione temporis, & quod ita transfugæ af-
 firmabant, tale consilium iniit. media nocte receptui signum dedit, & ab oppugnatione simul
 omnes milites deductos usque ad tertiam diei horam quietos in castris tenuit: inde cœpta op-
 pugnatio ad mediam rursus noctem perducta est, intermissa deinde usq; ad tertiam diei ho-
 ram. Fatigationem rati causam esse Aetoli non continuandæ oppugnationis, quæ & ipsos af-
 fecerat: ubi Romanis datum receptui signum esset, uelut ipsi quoq; hoc reuocati, pro se quisq;
 ex stationibus decedebant: nec ante tertiam diei horam armati in muris apparebant. Consul
 cum nocte media intermisisset oppugnationem, quarta uigilia rursus ab tribus partibus sum-
 ma ui aggressurus, ab una T. Sempronium tenere intentos milites signumq; expectare iussit:
 ad ea in nocturno tumultu, unde clamor exaudiretur, haud dubie ratus hostes concursuros:
 Aetoli pars sopiti affecta labore ac uigilijs corpora ex somno moliebatur: pars uigilantes ad-
 huc ad strepitum pugnantium in tenebris currunt. Hostes partim per ruinas iacentis muri tran-
 scendere conantur: partim scalis ascensus tentant. aduersus quos undiq; ad openi ferendam con-
 currunt Aetoli. Pars una in qua ædificia extra urbem erant, neq; defenditur neq; oppugnatur:
 sed qui oppugnaret intenti signum expectabant, defensor nemo aderat. Iam dilucescebat, cum
 signum consul dedit: & sine ullo certamine partim per semiruta, partim scalis integros muros,
 transcendere. Simul clamor index capti oppidi est exauditus, undiq; Aetoli desertis stationi-
 bus in arcem fugiunt. Oppidum uictores permissu consulis diripiunt: non tam ab ira, nec ab
 odio, quàm ut miles coercitus in tot receptis ex potestate hostium urbibus aliquo tandem lo-
 co fructum uictoriæ sentiret. Reuocatos inde à medio sermè die milites cum in duas diuisisset
 partes: unam radicibus montium circũduci ad rupem iussit: quæ fastigio altitudinis par, media
 ualle uelut abrupta ab arce erat: sed adeo propè geminata cacumina eorum montium sunt, ut
 ex uertice altero coniici tela in arcem possent: cum dimidia militum parte cōsul ab urbe ascen-
 surus in arcem, signum ab ijs, qui ab tergo in rupem euasuri erant, expectabat. Non tulere qui-

in arce

in arce erant Aetoli primum eorum qui rupem ceperant clamorem, deinde impetum ab urbe Romanorum: & fractis iam animis, & nulla ibi præparata re ad obsidionem diutius tolerandam: utpote congregatis fœminis puerisque, & imbelli alia turba in arcem, quæ uix capere, nedum tueri multitudinem tantam posset. itaque ad primum impetum abiectis armis dederunt sese. Traditus inter cæteros principes Aetolorum & Damocritus est: qui principio belli decretum Aetolorum, quo accersendum Antiochum censuerant, T. Quintio poscenti responderat: in Italia daturum, cum castra ibi Aetoli posuissent. ob eam ferociam maius uictoribus gaudium traditus fuit. Eodem tempore quo Romani Heracleam, Philippus Lamiam ex composito oppugnabat, circa Thermopylas cum consule redeunte ex Bœotia, ut uictoriam ipsi populoque Romano gratularetur, excusaretque quod morbo impeditus bello non interfuisset, congressus. inde diuersi ad duas simul oppugnandas urbes profecti. interfunt septem millia ferme passuum. & quia Lamia cum posita est in tumulo, tum regionem eam maxime despectat oppidum quæ breue interuallum uidetur, & omnia in conspectu sunt: cum enixe uelut proposito certamine Romani Macedonesque diem ac noctem aut in operibus aut in præliis essent: hoc maior difficultas Macedonibus erat, quod Romani aggere & uineis, & omnibus supra terram operibus, subtus Macedones cuniculis oppugnabant: & in asperis locis silex sæpe impenetrabilis ferro occurrebat. & cum parum procederet inceptum, per colloquia principum oppidanos tentabat rex, ut urbem dederent: haud dubius, quin si prius Heraclea capta foret, Romanis se potius quam sibi dedituri essent: suamque gratiam consul in obsidione liberanda facturum esset. Nec cum opinio est frustrata: confestim enim ab Heraclea capta nuntius uenit, ut oppugnatione abstineret. Acquiescere, Romanos milites qui acie dimicassent cum Aetolis, præmia uictoriæ habere. Ita recessum ab Lamia est, & propinquare clade urbis ipsi, ne quid simile paterentur, effugerunt. Paucis priusquam Heraclea caperetur diebus Aetoli concilio Hypatam coacto, legatos ad Antiochum miserunt: inter quos & Thoas idem qui & antea, missus est. mandata erant, ut ab rege peterent primum: ut ipse coactis rursus terrestribus naualibusque corporibus, in Græciam trañceret: deinde si qua ipsum teneret res, ut pecuniam & auxilia mitteret. id cum ad dignitatem eius fidemque pertinere, non prodi socios: tum etiam ad incolumitatem regni, non sincere Romanos omni cura uacuos, cum Aetolorum gentem sustulissent, omnibus copiis in Asiam trañcere. Vera erant quæ dicebantur: eo magis regem mouerunt. itaque in præsentia pecuniam quæ ad usus belli necessaria erat, legatis dedit: auxilia terrestria naualiaque affirmavit missurum. Thoantem unum ex legatis retinuit, & ipsum haud inuitum morantem: ut exactor præsens promissorum adesset. Cæterum Heraclea capta fregit tandem animos Aetolorum: & post paucos dies quam ad bellum renouandum, acciendumque regem, in Asiam miserunt legatos: abiectis belli consiliis, pacis petendæ oratores ad consulem miserunt. Quos dicere exorsos consul interfatus, cum alia sibi præuertenda esse dixisset: redire Hypatam eos, datis dierum x inducijs, & L. Valerio Flacco cum ijs misso, iussit: ei quæ secum acturi fuissent, exponere: & si qua uellent alia. Hypatam ut est uentum, principes Aetolorum apud Flaccum concilium habuerunt, consultantes, quoniam agendum modo apud consulem foret. Parantibus ijs antiqua iura fœderum ordiri, meritaque in populum Romanum, abistere ijs Flaccus iussit, quæ ipsi uiolassent: confessionem ijs culpæ magis profuturam, & totam in preces orationem uersam. nec enim in causa ipsorum, sed in populi Romani clemetia spem salutis positam esse. & se suppliciter agentibus ijs ad futurum & apud consulem & Romæ in senatu. eò quoque enim mittendos fore legatos. Hæc una uia omnibus ad salutem uisa est, ut in fidem se permitterent Romanorum. ita enim & illis uiolandi supplices uerecundiam se imposituros: & ipsos nihilo minus sue potestatis fore, si quid melius fortuna ostendisset. Posteaquam ad consulem uentum est, Phaneas legationis princeps longam orationem, & uarie ad mitigandam iram uictoris compositam ita ad extremum finiuit: ut diceret, Aetolos se suaque omnia fidei populi Romani permittere. Id consul ubi audiuit, etiam atque etiam uidete, inquit, Aetoli, ut ita permittatis. Tum decretum Phaneas, in quo id diserte scriptum erat, ostendit. Quando ergo, inquit, ita permittitis: postulo ut mihi Dicæarchum ciuem uestrum, & Menetam Epirotam, (Naupactum is cum præsidio ingressus

ingressus ad defectionem compulerat) & Aminandrum cum principibus Athamanum, quorum consilio ab nobis defecistis: sine mora dedatis. Propè dicentem interfatus Romanum, non in seruitutem, inquit, sed in fidem tuam nos tradimus: & certum habeo te imprudètia labi: qui nobis imperes, quæ moris Græcorum non sint. Ad hæc eos: nec Hercule, inquit, magnopere nunc curo, quid Aetoli satis ex more Græcorum factum esse censeant: dum ego more Romano imperiū id habeam in dedito modo decreto suo, ante armis uictos. itaq; ni prope fit quod impero, uinciri uos iam iubeo. afferriq; catenas, & circumlisterè lictores iussit.

Tum fracta Phaneæ ferocia, Aetolisq; alijs est: & tandem cuius conditionis essent, sensere. & se quidem Phaneas, & qui adsint Aetolorū, scire faciendā esse quæ imperetur, dixit: sed ad decernendā ea cōcilio Aetolorū opus esse: ad id petere ut x dierum inducias daret. Petente Flacco pro Aetolis, induciæ datæ: & Hypatam reditum est. Vbi cum in cōcilio delectorum, quos apodctos uocant: Phaneas & quæ imperarentur, & quæ ipsis propè accidissent, exposuisset: ingemuerunt quidem principes conditioni suæ: parendū tamen uictori censebant: & ex omnibus oppidis conuocandos Aetolos ad concilium. Posteaquam uero omnis coacta multitudo eadem illa audiuit, adeo sãuitia imperij atq; indignitate exasperati animi sunt: ut si in pace fuissent, illo impetu iræ concitari potuerint ad bellum. Ad iram accedebat & difficultas eorum quæ imperarentur: quoniam modo enim utiq; regem Aminandrum se tradere posse: & spes forte oblata: quod Nicander eo ipso tempore ab rege Antiocho ueniens impleuit expectatione uana multitudinem: terra mariq; ingens parari bellum. Is duodecimo die quàm conscenderat nauem, in Aetoliam perfecta legatione rediens, Phalaram in sinu Maliaco tenuit. inde Lamiam pecuniam cum deuexisset, ipse cum expeditis uespera prima inter Macedonum Romanasq; castra medio agro dum Hypatam notis callibus petit, in stationem incidit Macedonum: deductusq; ad regem est, nondum cōuiuio dimisso. Quod ubi nuntiatum est, uelut hospitis, non hostis aduentu motus Philippus, accumbere eum epulariq; iussit: atq; inde dimissis alijs solum retentum, ipsam quidem de se timere quicquam uctuit. Aetolorum praua consilia, atq; in ipsorum caput semper recidentia accusauit: qui primum Romanos, deinde Antiochum in Græciam adduxissent. sed præteritorum, quæ magis reprehendi quàm corrigi possint, oblitum se non facturum ut insultet aduersis rebus eorum. Aetolos quoq; finire tandem aduersus se odia debere: & Nicandrum priuatim eius diei, quo seruatus à se foret, meminisse. Ita datis qui in tutum eum prosequeretur, Hypatam Nicander consultantibus de pace Romana superuenit. M. Acilius uendita aut concessa militi circa Heracleam præda, posteaquam nec Hypatæ pacata esse consilia, & Naupactum concurrisse Aetolos, ut inde totum impetum belli sustinerent, audiuit: præmisso Ap. Claudio cum IIII millibus militum ad occupanda iuga, quæ difficiles transitus montium erant: ipse Oetam ascendit: Herculiq; sacrificium fecit in eo loco, quem Pyram, quod ibi mortale corpus eius dei sit crematum, appellant. inde toto exercitu profectus reliquū iter satis expedito agmine fecit. Ut ad Coracem est uentum: (mons est altissimus inter Callipolin & Naupactum) ibi & iumenta multa ex agmine præcipitata cum ipsis oneribus sunt, & homines uexati. & facile apparebat, quàm cum incerti hoste res esset, qui tam impeditum saltum nullo præsidio, ut clauderet transitum, insedisset. Tum quoq; uexato exercitu ad Naupactum descendit: & uno castello aduersus arcem posito, cæteras partes urbis, diuisis copijs pro situ mœnium, circumfedit. nec minus operis laborisq; ea oppugnatio, quàm Heracleæ habuit. Eodem tempore & Messene in Peloponneso ab Achæis, quod concilij eorum recusaret esse, oppugnari cœpta est. Etenim duæ ciuitates Messene & Elis, extra concilium Achaicum erant, cum Aetolis sentiebant. Elci tamen post fugatum ex Græcia Antiochum legatis Achæorum lenius responderāt: dimisso præsidio regio cogituros se, quid sibi faciendum esset. Messenij sine responso dimissis legatis mouerāt bellum: trepidiq; rerum suarum, cum iam ager effuso exercitu passim ureretur: castraq; prope urbem poni uiderent: legatos Chalcidem ad T. Quintium autorem libertatis miserunt, qui nuntiarent: Messenios Romanis, non Achæis, & aperire portas, & dedere urbem paratos esse.

Auditis legatis extēplo profectus Quintius, à Megalopoli ad Diaphanem Pr. Achæorum

k k k misit

misit: qui extemplo reducere eum à Messene exercitum, & uenire ad se iuberet. Dicto parue Diaphanes: & soluta obsidione expeditus ipse prægressus agmen, circa Andaniam, paruum oppidum inter Megalopolin Messenensibus positum, Quintio occurrit. & cum causas oppugnationis exponeret, castigatum leniter, quod tantam rem sine autoritate sua conatus esset, dimittere exercitum iussit: nec pacem omnium bono partam turbare. Messenijs imperauit, ut exules reducerent, & Achæorum concilij essent. si qua haberent, de quibus aut recusare, aut imposte- rum cauere sibi uellent: Corinthum ad se uenirent. Diaphanem concilium Achæorum exem- plo sibi præbere iussit. Ibi de Zacyntho intercepta per fraudem insula questus, postulauit ut re- stitueretur Romanis. Philippi Macedonum regis Zacynthus fuerat: eam mercedem Ami- nandro dederat: ut per Athamania ducere exercitum in superiorem partem Aetoliæ liceret: qua expeditione fractis animis Aetolos compulit ad petendam pacem. Aminander Philip- pum Megalopolitanum insulæ præfecit: postea per bellum, quo se Antiocho aduersus Roma- nos coniunxit: Philippo ad munia belli reuocato, Hieroclem Agrigentinum successorem mi- sit. Is post fugam ab Thermopylis Antiochi, Aminandrumque à Philippo Athamania pulsum, missis ultro ad Diaphanem Pr. Achæorum nuntijs, pecunia pactus insulam Achæis tradidit. Id præmium belli suum esse, æquum censebant Romani. non enim M. Acilius eos legionesque Romanas Diaphani & Achæis ad Thermopylas pugnasse. Diaphanes aduersus hæc purga- re interdum sese, gentemque interdum de iure facti differere. Quidam Achæorum & initio eam se rem aspernatos testabantur, & tunc pertinaciam increpitabant prætoris: autoribusque ijs de- cretum est: ut T. Quintio ea res permitteretur. Erat Quintius sicut aduersantibus asper: ita, si cederes, idem placibilis. Omisssa igitur contentione uocis uultusque. Si utilem, inquit, possessi- onem eius insulæ censebam Achæis esse, autor essem senatui populoque Romano: ut eam uos habere sinerent. cæterum sicut testudinem, ubi collecta in suum tegimen est, tutam ad omnes ictus uideo esse: ubi exerit partes aliquas, quodcumque nudauit, obnoxium atque infirmum ha- bere: haud dissimiliter uos Achæi clausos undique mari, quæ intra Peloponnesi sint terminos ea & iungere uobis, & iuncta tueri facile: simul aueritate plura amplectendi hinc excedatis: nuda uobis omnia, quæ extra sint, & exposita ad omnes ictus esse. Assentiente omni concilio, nec Diaphanem ultra tendere auso, Zacynthus Romanis traditur. Per idem tempus Phi- lippus rex proficiscentem eos ad Naupactum percunctatus, si se interim quæ defecissent ab societate Romana urbes, recipere uellet: permittente eo ad Demetriadem copias admouit, haud ignarus, quanta ibi tum perturbatio esset. Destituti enim ab omni spe: cum desertos se ab An- tiocho, spem nullam in Aetolis esse cerneret: dies noctesque aut Philippi hostis aduentum, aut infestiorum etiam, quo iustius irati erant, Romanorum expectabant. Turba erat ibi incondi- ta regionum: qui primo pauci in præsidio relictis, postea plures, plerique inermes ex prælio ad- uerso fuga delati, nec uirium, nec animi satis ad obsidionem tolerandam habebant. itaque præ- missis à Philippo, qui spem impetrabilis ueniæ ostendebant: responderunt patere portas regi. Ad primum eius ingressum principum quidam urbe excesserunt: Eurylochus mortem sibi con- sciuit. Antiochi milites (sic enim pacti erant) per Macedoniam Thraciamque, prosequentibus Macedonibus ne quis eos uiolaret, Lyfimachiam deducti sunt. Erant & paucae naues Deme- triade: quibus præerat Isidorus. ea quoque cum præfecto suo dimissæ sunt. Inde Dolopiam & Aperantiã & Perrabiã quasdam ciuitates recepit. Dum hæc à Philippo geruntur, T. Quin- tius recepta Zacyntho ab Achaico concilio Naupactum traiecit: quæ iam per duos men- ses (sed propè excidium erat) oppugnabatur: & si capta ui foret, omne ibi nomen Aetolorum ad internicionem uidebatur uenturum. Cæterum quanquam merito iratus erat Aetolis, quod solos obtrectasse gloriæ suæ, cum liberaret Græciam, meminerat: & nihil autoritate sua motos esse, cum quæ tum maxime acciderant, casura præmonens, à furioso incepto eos deterreret: ta- men sui maxime operis esse credens, nullam gentem liberatæ à se Græciæ funditus euertri, ob- ambulare muris, ut facile nosceretur ab Aetolis, cepit. Confestim à primis stationibus cogni- tus est, uulgatumque per omnes ordines, Quintium esse. itaque concursu facto undique in muros, manus pro se quisque tendentes consonante clamore nominatim Quintium orare, ut opem ferret

ferret ac seruaret. Et tum quidem, quanquā moueretur his uocibus: manu tamen annuit: quidnam opis in se esset? Cæterum posteaquā ad c o s. uenit: Vtrum fallit, inquit, te M. Acili, quid agatur? an cum satis prouideas, nihil id magnopere ad summam Reip. pertinere censes? Exererat expectatione c o s. & quin expromis, inquit, quid rei sit? Tum Quintius. Ecquid uides te deuicto Antiocho in duabus urbibus oppugnandis tempus terere: cum iam propè annus circumactus sit imperij tui? Philippum autem, qui non aciem, non signa hostium uidit: non solum urbes, sed tot iam gentes, Athamaniam, Perræbiam, Aperantiam, Dolopiam sibi adiunxisse: atqui non tantum interest nostra, Aetolorum opes ac uires minui: quantum non supra modum Philippum crescere: & uictoriæ tuæ præmium te militesq; tuos nondū duas urbes, Philippum tot gentes Græciæ habere. Assentiebatur his c o s. sed pudor, si irrito incepto abscederet obsidione, occurrebat: tota inde Quintio res permissa est. Is rursus ad eam partem muri, qua pauloante uociferati Aetoli fuerant, redijt. ibi cum impensius orarent, ut miseretur gentis Aetolorū: exire aliquos ad se iussit. Phaneas ipse principesq; alij extemplo egressi sunt. quibus prouolutis ad pedes, Fortuna, inquit, uestra facit, ut & iræ meæ & orationi temperem. euenerunt quæ prædixi euentura: & ne hoc quidem reliqui uobis est, ut indignis accidisse ea uideantur: ego tamen sorte quadam nutriendæ Græciæ datus, ne ingratis quidem benefacere abistam. mittite oratores ad c o s. qui inducias tantum temporis petant, ut mittere legatos Romam possitis, per quos senatui de uobis permittatis. ego apud c o s. deprecator defensorq; uobis adero. Ita ut censuerat Quintius, fecerunt: nec aspernatus est legationē c o s. inducijsq; in diem certam datis, qua legatio renuntiari ab Roma posset: soluta obsidio est, & exercitus in Phocidem missus. c o s. cum T. Quintio ad Achaicum concilium Aegium traiecit. ibi de Eleis & de exulibus Lacedæmoniorū restituendis actum: & neutra perfecta res: quia suæ gratiæ referuari eam Achæi, Elei per se ipsi, quàm per Romanos maluerunt Achaico contribui concilio. Epirotarum legati ad c o s. uenerunt: quos non sincera fide in amicitia fuisse satis constabat: militem tamen nullum Antiocho dederant: pecunia iuuisse eum insimulabantur: legatos ad regem ne ipsi quidem misisse inficiabatur. lis petentibus, ut in amicitia pristina esse liceret: respondit c o s. se, utrum hostium, an pacatorum eos numero haberet, nondum scire: senatum eius rei iudicem fore. integram se causam eorum Romam reijcere: inducias ad id dierum x c dare. Epirotæ Romam missi senatum adierunt. ijs magis quæ non fecissent hostilia referentibus, quàm purgantibus ea, de quibus arguebantur: responsum datū est, quo ueniā impetrasse, nō causam probasse uideri possent. Et Philippi regis legati sub idem tempus in senatū introducti gratulantes de uictoria. ijs petentibus, ut sibi sacrificare in Capitolio, donumq; ex auro liceret ponere in æde Iouis OPT. MAX. permissum ab senatu. c ponendo coronam aureā posuerunt. Non responsum solum benigne legatis est: sed Philippi quoq; filius Demetrius, qui obses Romæ erat, ad patrem reducendus legatis datus est. Bellū quod cum Antiocho rege in Græcia gestum est à M. Acilio c o s. hunc finem habuit. Alter c o s. P. Cornelius Scipio Galliam prouinciam sortitus, priusquā ad bellum, quod cum Boijs gerendum erat, proficisceretur: postulauit ab senatu, ut pecunia sibi decerneretur ad ludos, quos Pr. in Hispania inter ipsum discrimen pugnæ uouisset. Nouum atq; iniquum postulare est uisus. censuerunt ergo, quos ludos inconsulto senatu ex sua unius sententia uouisset: eos uel de manubijs, si quam pecuniam ad id seruauisset, uel sua ipse impensa faceret. Eos ludos per dies x P. Cornelius fecit. Per idem ferè tempus ædes matris magnæ Idææ dedicata est: quam deam is P. Cornelius aduectā ex Asia, P. Cornelio Scipione, cui post Africano fuit cognomen: P. Licinio c o s s. in palatiū à mari detulerat. Locauerant ædem faciendā ex s c M. Lilius, C. Claudius censores, M. Cornelio, T. Sempronio c o s s. tredecim annis postquam locata erat, dedicauit eam M. Iunius Brutus: ludicq; ob dedicationē eius facti: quos primos scenicos fuisse Valerius Antiās est autor, Megalesia appellatos. Item Iuuentutis ædem in circo maximo C. Licinius Lucullus duūuir dedicauit. uouerat eam sexdecim annis ante M. Lilius c o s. quo die Afrubalem exercitumq; eius cecidit. idem cenfor eam faciendā locauit, M. Cornelio, T. Sempronio c o s s. Huius quoq; dedicadæ causa ludi facti: & eo omnia cū maiore religione

facta, quod nouū cum Antiocho instabat bellum. Principio eius anni, quo hæc iam profecto ad bellum M. Acilio, manente adhuc Romæ P. Cornelio cos. agebantur: boues duos domitos in Carinis per scalas peruenisse in tegulas ædificij proditum memoriæ est. eos uiuos comburi, cineremq; eorum deijci in Tyberim aruspices iusserunt. Tarracinæ & Amiterni nuntiatum est aliquoties lapidibus pluuisse: Minturnis ædem Iouis, & tabernas circa forū de cælo tactas esse: Vulturni in ostio fluminis duas naues fulmine ictas conflagrassè. Eorum prodigiorum causa libros Sibyllinos ex s c decemuiri cum adissent, renuntiarunt, ieiunium instituendum Cereri esse: & id quinto quoq; anno seruandū: & ut nouendiale sacrū fieret, & unum diem supplicatio esset: coronati supplicarēt: & cos. P. Cornelius quibus dijs quibusq; hostijs edidissent decemuiri, sacrificaret. Placatis dijs nunc uotis rite soluendis, nunc prodigijs expiandis, in prouinciam proficiscitur cos. atq; inde Cn. Domitium procos. dimisso exercitu Romam decedere iussit: ipse in agrum Boiorum legiones induxit. Sub idem ferè tempus Ligures lege sacrata coacto exercitu, nocte improviso castra Q. Minucij procos. aggressi sunt. Minucius usq; ad lucem intra uallum militem instructum tenuit, intentus ne quā transcenderet hostis munimenta: prima luce duabus simul portis eruptionem fecit. nec primo impetu, quod sperauerat, Ligures pulsati sunt: duas amplius horas dubiū certamen sustinuerunt. postremo cum alia atq; alia agmina erumperēt, & integri fessis succederent ad pugnam: tandem Ligures inter cætera etiam uigilijs confecti, terga dederunt. cæsa supra quatuor millia hostiū: ex Romanis, socijsq; minus c c c perierunt. Duobus ferè post mensibus P. Cornelius cos. cum Boiorum exercitu signis collatis egregie pugnauit. Duodeciginta millia hostiū cæsa Antiās Valerius scribit: capta tria millia & quadringentos: signa militaria c x x i i i i: equos mille ducentos triginta: carpenta ducenta quadraginta septē: ex uictoribus mille quadringentos octoginta quatuor cecidisse. Vbi ut in numero scriptori parū fidei sit: quia in augendo eo non alius intemperantior est, magnam tamen uictoriā fuisse apparet, quod & castra capta sunt: & Boij post eam pugnam extemplo dederunt sese, & quod supplicatio eius uictoriæ causa decreta ab senatu, uictimæq; maiores cæsa. P. Cornelius cos. primo obsidibus à Boiorum gente acceptis, agri parte ferè dimidia eos mulctauit: quò si uellet, p r colonias mittere posset. inde Romam, ut ad triumphum haud dubium, decedens exercitum dimisit: & adesse Romæ ad diem triumphi iussit. ipse postero die quàm uenit, senatu in ædē Bellonæ uocato, cum de rebus ab se gestis differuisset, postulauit, ut sibi triumphanti liceret in urbem inuehi. P. Sempronius Blæsus Tr. pl. non negandum Scipioni, sed differendum honorē triumphi censebat. Bella Ligurū Gallicis semper iuncta fuisse: eas inter se gentes mutua ex propinquo ferre auxilia. Si P. Scipio de uictis acie Boijs, aut ipse cum uictore exercitu in agrū Ligurum transisset, aut partē copiarum Q. Minucio misisset: qui iam tertium ibi annū dubio detineretur bello, debellari cum Liguribus potuisse. Nunc ad triumphum frequentandum deductos esse milites, qui egregiam nauare operam Reip. potuissent: possent etiam, si fenatus, quod festinatione triumpho prætermisisset: id restituere differendo triumpho uellet. Iuberent cos. cum legionibus redire in prouinciā: dare operam ut Ligures subigantur. nisi illi cogātur in ius ditionemq; p r: ne Boios quidem quieturos. aut pacem, aut bellū utrobique habenda. de uictis Liguribus paucos post menses procos. P. Cornelium multorum exemplo, qui in magistratu non triumphauerunt, triumphaturum esse. Ad ea cos. neq; se Ligures prouinciam sortitum esse, ait, neq; cum Liguribus bellum gessisse, neq; triumphum de his postulare. Q. Minucium confidere breui subactis his meritum triumphum postulaturum atq; impetraturum esse. se de Gallis Boijs postulare triumphum, quos acie uicerit, castris exuerit: quorum gentem biduo post pugnam totam acceperit in ditionē, à quibus obsides abduxerit, pacis futuræ pignus. Verum enim uero illud multo maius esse, quod tantum numerum Gallorum ceciderit in acie, quod cum tot millibus certe Boiorum nemo ante se imperator pugnauerit. plus partem dimidiam ex quinquaginta millibus hominum cæsam, multa millia capta, senes puerosq; Boijs superesse. Itaq; id quenquam mirari posse, cur uictor exercitus, cum hostem in prouincia neminem reliquisset, Romam uenerit ad celebrandum cos. triumphum: Quorum militum si & in alia prouincia

prouincia opera uti senatus uelit: utro tandem modo promptiores ad aliud periculum, nouumq; laborem ituros credat: si persoluta ijs sine detrectatione prioris periculi laborisq; merces sit: an si spem pro re ferentes dimittat, iam semel in prima spe deceptos? Nam quod ad se attineat, sibi gloriæ in omnem uitam illo die satis quæsitum esse: quo se uirum optimum iudicatum ad accipiendam matrem Idæam misisset senatus. hoc titulo, & si nec consulatus, nec triumphus addatur, satis honestam honoratamq; P. Scipionis Nasicæ imaginem fore. Vniuersus senatus non ipse modo ad decernendum triumphum consensit, sed etiam Tr. pl. auctoritate sua compulsi ad remittendam intercessionem. P. Cornelius c. o. s. triumphauit de Boijs. in eo triumpho Gallicis carpentis arma signaq; & spolia omnis generis transuexit, & uasa ænea Gallica: & cum captiuis nobilibus equorum quoq; captorum gregem traduxit: aureos torques transtulit M C C C L X X: ad hæc auri pondo C C X L V: argenti infecti factiq; in Gallicis uasis non infabre suo more factis, duo millia C C C X L pondo: bigatorum nummorum C C X X X I I I. militibus, qui currum secuti sunt, trecentos uicenos quinos asses diuisit: duplex centurioni, triplex equiti. Postero die contione aduocata de rebus ab se gestis, & de iniuria tribuni bello alieno se illigatis, ut suæ uictoriæ fructu se defraudaret, cum differuisset: milites exautoratos dimisit. Dum hæc in Italia geruntur, Antiochus Ephesi securus admodum de bello Romano erat, tanq; non transituris in Asiam Romanis. quam securitatē ei magna pars amicorum aut per errorem, aut assentando faciebat. Annibal unus, cuius eo tempore maxima apud regem autoritas erat, magis mirari se aiebat, quod non iam in Asia essent Romani, quam uenturos dubitare. Propius esse in Asiam ex Græcia, quam ex Italia in Græciam trajicere: & multo maiorem causam Antiochum, quam Ætolos esse. neq; enim mari minus, q; terra pollere Romana arma. iam pridē classem circa Maleam esse. audire sese nuper nouas naues, nouumq; imperatorem rei gerendæ causa ex Italia uenisse. itaq; desineret Antiochus pacem sibi ipse spe uana facere: in Asia, & de ipsa Asia breui terra mariq; dimicandum ei cum Romanis esse, & aut imperium adimendum orbem terrarū affectantibus, aut ipsi regnum amittendum. Vnus uera & prouidere & fideliter prædicere uisus. itaq; ipse rex nauibus, quæ paratæ instructæq; erant, Chersonesum petit: ut ea loca, si forte terra uenirent Romani, præsidijs firmaret. cæteram classem Polyxenidam parare & deducere iussit: speculatorias naues ad omnia exploranda circa insulas dimisit. C. Liuius præfectus Romanæ classis cum quinquaginta nauibus tectis profectus ab Roma Neapolim, quò ab socijs eius oræ conuenire iusserat apertas naues, quæ ex fœdere debebantur, Siciliam inde petit: fretisq; Messaniam præteruictus, cum sex punicas naues ad auxiliū missas accepisset: ab Rheginis Locrisq;, & eiusdem iuris socijs debitas exegisset naues: lustrata classe ad Lacinium altum petit. Corcyram, quam primam Græciæ ciuitatem adiit, cum uenisset, percunctatus de statu belli (necdum enim omnia in Græcia perpacata erant) & ubi classis Romana esset, posteaquam audiuit circa Thermopylatum saltum in statione c. o. s. ac regem esse, classem Piræei stare, maturandum ratus omniū rerum causa, pergit protinus nauigare Peloponnesum: Samum Zacynthumq;, quia partis Ætolorum maluerant esse, protinus depopulatus, Maleam petit, & prospera nauigatione usus, paucis diebus Piræcum ad ueterē classem peruenit. Ad Scyllæum Eumenes rex cum tribus nauibus occurrit, cum Æginæ diu incertus consilij fuisset, utrum ad tuendū rediret regnum: (audiebat enim Antiochum Ephesi nauales terrestresq; parare copias) an nusquam abscederet ab Romanis, ex quorum fortuna sua penderet. A Piræeo A. Attilius traditis successori quinque & x x nauibus tectis Romam est profectus. Liuius una & l x x x rostratis nauibus, multis præterea minoribus, quæ aut apertæ rostratæ, aut sine rostris speculatoriæ erant, Delū traiecit. Eo ferè tempore c. o. s. Acilius Naupactū oppugnabat. Liuiū Deli per aliquot dies (& est uentosissima regio inter Cycladas, fretis alias maioribus, alias minoribus diuisas) aduersi uenti tenuerunt. Polyxenidas certior per dispositas speculatorias naues factus Deli stare Romanam classem, nuntios ad regem misit. qui omissis, quæ in Helleponto agebat, cum rostratis nauibus, quantum accelerare potuit, Ephesum rediit: & consilium extemplo habuit, faciendumne periculum naualis certaminis foret. Polyxenidas negabat cessandum: &

kkk 3 utiq;

utiq; prius conflagendum, quàm classis Eumenis, & Rhodię naues coniungerentur Romanis. ita numero non fermè impares futuros se, cæteris omnibus superiores, & celeritate nauium, & uarietate auxiliorum. nam Romanas naues, cum ipsas inscite factas immobiles esse, tum etiam, ut quæ in terram hostium ueniant, oneratas comœatu uenire. suas autem, ut pacata omnia circa se relinquentes, nihil præter militem atq; arma habituras. multum etiam adiuturam noticiam maris terrarumq; & uentorum, quæ omnia ignaros turbatura hostes essent. Mōuit omnes autor consilij, qui & re consilium executurus erat. Biduum in apparatu moratis tertio die c nauibus, quarum lxx tectæ, cæteræ apertæ, minoris omnes formæ erant, profecti Phocæam petierunt. inde cum audisset appropinquare iam Romanam classem rex, quia non interfuturus nauali certamini erat: Magnesium, quæ ad Sipylum est, cōcessit ad terrestres copias comparandas. classis ad Cissuntem portum Erythræorum, tanquam ibi aptius expectatura hostem, contendit. Romani ubi primum aquilones (ij nanq; per aliquot dies tenuerant) cecidere, ab Delo Phanas, portum Chiorum in Ægeum mare uersum, petunt: inde ad urbem circumegere naues: comœatuq; sumpto, Phocæam trañciunt. Eumenes Elæam ad suam classem profectus: paucis post inde diebus cum quatuor & xxx nauibus tectis, apertis pluribus, paulo à Phocæa ad Romanos parantes instruensq; se ad nauale certamen redijt. Inde c quiquaginta tectis nauibus, apertis fermè l profecti, primo aquilonibus transuersis cum urgerentur in terram, cogebantur tenui agmine propè in ordinem singulæ naues ire: deinde ut lenita paulum uis uenti est, ad Corycum portum, qui super Cissuntem est, conati sunt trañcere. Polyxenidas, ut appropinquare hostes allatum est, occasione pugnandi lætus, sinistrum ipse cornu in altum extendit: dextrum cornu præfectos nauium ad terram explicare iubet, & æqua fronte ad pugnam procedebat. Quod ubi uidit Romanus, uela contrahit malosq; inclinat, & simul arma componens opperitur insequentes naues. Iam fermè xxx in fronte erant: quibus ut æquaret læuum cornu, dolonibus erectis altum petere intendit: iussis, qui sequebantur, aduersus dextrum cornu prope terram proras dirigere. Eumenes agmen cogebat: cæterum ut demendis armamentis tumultuari primum cceptum est, & ipse quanta maxima celeritate potest, concitat naues. Iam omnibus in conspectu erant: duę punicæ naues antecedeabant Romanam classem. quibus obuic tres fuerunt regiæ naues: & ut in numero impari, duæ regiæ unam circumstunt. & primum ab utroq; latere remos detergunt: deinde transcendunt armati, & deiectis cæsisq; propugnatoribus, nauem capiunt. Vna, quæ compari Marte concurrerat, postquam captam alteram nauem uidit, priusquam à tribus simul circumueniretur, retro ad classem refugit. Liuius indignatione accensus prætoria naue in hostes tendit. aduersus quem eadem spe duæ, quæ punicam unam nauem circumuenerant: cum inferrentur, demittere in aquam remos ab utroq; latere remiges stabiliendæ nauis causa iussit, & in aduenientes hostium naues ferreas manus iniicere: & ubi pugna pedestri similem fecisset, meminisse Romanæ uirtutis, nec pro uiris ducere regia mancipia. Haud paulo facilius, quàm ante duæ unam, tunc una duas naues expugnauit cepitq;. Et iam classes quoq; undiq; concurrerant, & passim permistis nauibus pugnabatur. Eumenes, qui extremus commisso certamine aduenerat, ut animaduertit læuum cornu hostium ab Liuiio turbatum: dextrum ipse, ubi æqua pugna erat, inuadit. Nec ita multo post, primum ab læuo cornu fuga cœpit. Polyxenidas enim ut uirtute militum haud dubie superari se uidit: sublati dolonibus effuse fugere intendit. mox idem & qui prope terram cum Eumene contraxerant certamen, fecerunt. Romani & Eumenes, quoad sufficere remiges potuerunt, & in spe erant extremi agminis uexandi, satis pertinaciter secuti sunt. posteaquam celeritate nauium, utpote leuiù, suas comœatu onustas cludi frustra tendentes uiderunt, tandem substiterunt: xiii captis nauibus cum milite ac remige, x demersis. Romanæ classis una punica nauis in primo certamine ab duabus circumuenta periit. Polyxenidas non priusquam in portu Ephesi fugæ finem fecit. Romani eo die, unde egressa regia classis erat, manserunt: postero die hostem persequi intenderunt. Medio ferè in cursu obuic fuere ijs v & xxx tectæ Rhodiæ naues cum Pausistrato præfecto classis. Iis adiunctis Ephesum hostem persecuti, ante ostium portus acie instructa steterunt.

Posteaquã

Posteaquam confessionem uictis satis exprefferunt, Rhodij & Eumenes domos dimissi: Romani Chium petentes, Phoenicuntum primum portum Erythrææ terræ præteruecti, nocte anchoris iactis, postero die in insulam ad ipsam urbem traiecerunt. ubi paucos dies remige maxime reficiendo morati, Phocæam transmittunt. ibi relictis ad præsidium urbis IIII quinque remibus, ad Canas classis uenit: & cum iam hyems appeteret, fossa ualloq; circumdatis naues subductæ. Exitu anni comitia Romæ habita, quibus creati sunt coss. L. Cornelius Scipio, & C. Lælius: intuentibus cunctis ad finiendum cum Antiocho bellum: Postero die Præ. creati, M. Tuccius, L. Aurunculeius, Cn. Fuluius, L. Æmylius, P. Iunius, C. Atinius Labeo.

DECADIS QUARTAE LIBER SEPTIMVS



VICIO Cornelio Scipione, & C. Lælio coss. nulla prius secundum religiones acta in senatu res est, quàm de Ætolis. & legati eorū insistere: quia breuem induciarum diem habebant: & ab T. Quintio, qui tum Romam ex Græcia redierat, adiuti sunt. Ætoli, ut quibus plus in misericordia senatus, quàm in causa spei esset, suppliciter egerūt, ueteribus benefactis noua pensantes maleficia. cæterum & præsentis interrogationibus undiq; senatorum confessionem magis noxæ, quàm responsa exprimentium fatigati sunt, & excedere curia iussi magnum certamen præbuere. Plus ira, quàm misericordia in causa eorum ualebat: quia non ut hostibus modo, sed tanquam indomitæ & infociabili genti succensebant. Per aliquot dies cum certatum esset, postremo neq; dari, neq; negari paccin placuit. duæ conditiones eis latæ sunt: uel senatui liberum arbitrium de se permitterent: uel mille talentum darent, eosdemq; amicos atq; inimicos haberent. Exprimere cupientibus, quarum rerum in se arbitrium senatui permitterent, nihil certi responsum est. ita infecta pace dimissi, urbe eodem die, Italia intra xv dies excedere iussi. Tum de consulum prouincijs cœptum est agi. Ambo Græciam cupiebant: multum Lælius in senatu poterat. Is, cum senatus aut sortiri aut comparare inter se prouincias cōsules iussisset, elegantius facturos dixit, si iudicio patrum quàm si sorti eam rem permisissent. Scipio respōso ad hoc dato, cogitaturum quid sibi faciendum esset, cum fratre uno locutus iussusq; ab eo permittere audacter senatui, renuntiat collegæ, facturum se, quod is censeret. Cum res aut noua, aut uetustate exemplorū memoriæ iam exoletæ, relata expectatione certaminis senatum erexisset: P. Scipio Africanus dixit: si L. Scipioni fratri suo prouinciã Græciam decreuissent, se legatū iturū. Hæc uox magno assensu audita sustulit certamen. Experiri libebat, utrū plus regi Antiocho in Annibale uicto, an in uictore Africano coss. legionibusq; Romanis auxiliij foret: ac propè omnes Scipioni Græciã, Lælio Italiam decreuerūt. Præ. inde prouincias sortiti: L. Aurunculeius urbanã, Cn. Fuluius peregrinam: L. Æmylius Regillus classem, P. Iunius Brutus Tuscos, M. Tuccius Apuliã & Brutios, C. Atinius Siciliam. Consuli deinde, cui Græcia prouincia decreta erat: ad eum exercitum quem à M. Acilio (duæ autē legiones erant) accepturus esset: in supplementū addita peditum ciuium Romanorū tria millia, equites centum, & sociūm Latini nominis quinque millia, equites cc: & adiectum, ut cum in prouinciã uenisset: si è Rep. uideretur esse, exercitum in Asiam trañceret. Alteri coss. totus nouus exercitus decretus: duæ legiones Romanæ, & sociūm Latini nominis xv millia peditum, equites sexcenti. Exercitū ex Liguribus Q. Minucius (iam enim cōfectam prouinciã scripserat, & Ligurum omne nomen in deditiōne uenisse) traducere in Boios, & P. Cornelio procos. tradere iussus. Ex agro, quo uictos bello multauerat Boios, deductæ urbanæ legiones, quæ priore anno conscriptæ erant, M. Tuccio Præ. datæ, & sociūm Latini nominis peditum xv millia, equites sexcenti, ad Apuliam Brutiosq; obtinendos.

A. Cornelio superioris anni Præ. qui Brutios cum exercitu obtinuerat, imperatum: si ita consuli uideretur, ut legiones in Ætoliã traiectas M. Acilio traderet: si is manere ibi uellet. si Acilius redire Romam mallet, ut A. Cornelius cum eo exercitu in Ætolia remaneret. C. Atinium Labeonem prouinciã Siciliam exercitumq; à M. Æmylio accipere placuit, & in supplementum scribere ex ipsa prouincia, si uellet, peditum duo millia, & centum equites. P. Iu-

kkk 4 nius

nus Brutus in Tuscos exercitum nouum, legionem unam Romanam, & decem millia socium Latini nominis scribere, & quadringētos equites: L. Aemylius, cui prouincia maritima erat, uiginti naues longas, & socios nauales à M. Iunio Pr. superioris anni accipere iussus, & scribere ipse mille nauales socios, duo millia peditum: cum ijs nauibus militibusq; in Asiam proficisci, & classem à C. Liuiō accipere. Duas Hispanias Sardiniamq; obtinentibus prorogatum in annum imperium est: & iisdem exercitus decreti: Siciliæ Sardiniaq; binæ eo anno decimæ frumenti imperatæ: siculum omne frumentum in Aetoliam ad exercitum portari iussum: ex Sardinia pars Romā, pars in Aetoliam, eodem quò Siculum. Priusquā coss. in prouincias proficiscerentur, prodigia per pontifices procurari placuit. Romæ Iunonis Lucinæ templum de cælo tactum erat, ita, ut fastigium ualuaq; deformarentur. Puteolis pluribus locis murus, & porta fulmine iccta, & duo homines exanimati. Nursiæ sereno satis cōstabat nimbium ortum, ibi quoq; duos liberos homines exanimatos. Terra apud se pluuisse Tusculani nuntiabant: & Reatini mulā in agro suo peperisse. Ea procurata: Latinæq; instauratæ, quod Laurentibus carnis, quæ dari debet, data non fuerat. Supplicatio quoq; earum religionum causa fuit, quibus dijs decemuirī ex libris ut fieret, ediderunt. decem ingenui, decem uirgines, patrimi omnes matrimiq; ad id sacrificium adhibiti: & decemuirī nocte lactentibus rem diuinam fecerunt.

P. Cornelius Scipio Africanus, priusquam proficisceretur, fornicem in Capitolio aduersus uiam, qua in Capitolium ascenditur, cum signis septem auratis, duobus equis, & marmorea duo labra ante fornicem posuit. Per eosdem dies principes Aetolorū tres & XL, inter quos Damocritus & frater eius erant, ab duabus cohortibus missis à M. Acilio Romam deducti, & in Latomias coniecti sunt. cohortes inde ad exercitum redire L. Cornelius coss. iussit. Legati ab Ptolemæo & Cleopatra, regibus Aegypti, gratulantes, quod M. Acilius coss. Antiochum regem Græcia expulisset, uenerunt: adhortantesq;, ut in Asiam exercitum trañcerent. omnia perculsa metu non in Asia modo, sed etiam in Syria esse. reges Aegypti ad ea, quæ censuisset senatus, paratos fore. Gratia regibus actæ: legatis munera dari iussa, in singulos quaternum millium æris. L. Cornelius coss. peractis, quæ Romæ agenda erant, pro contione edixit, ut milites, quos ipse in supplementū scripsisset, quicq; in Brutijs cum A. Cornelio prætoris essent: ut hi omnes Idibus Quintilibus Brundisium cōuenirent. item tres legatos nominauit: Sex. Digiuiū, L. Apustium, C. Fabriciū Lusciniū, qui ex ora maritima undiq; naues Brundisium contraherent, & omnibus iam paratis, paludatus ab urbe est profectus. Ad v millia uoluntariorum ex Romanis socijsq;, qui emerita stipendia sub imperatore P. Africano habebant, præsto fuere exeunti coss. & nomina dederunt. Per eos dies, quibus est profectus ad bellum coss. Iudis Apollinaribus, ad Quintū Idus Quintiles cælo sereno interdium obscurata lux est, cum luna sub orbem solis subisset. Et L. Aemylius Regillus, cui naualis prouincia cenerat: eodem tempore profectus est. L. Aurunculeio negotiū ab senatu datū est: ut xxx quinqueremes, uiginti triremes faceret: quia fama erat, Antiochum post præliū nauale maiorem classem aliquāto reparare. Aetoli posteaq; legati ab Roma retulerūt, nullā spem pacis esse: quanq; omnis ora maritima eorū, quæ in Pelopōnesum uersa est, depopulata ab Achæis erat, periculi magis, q̄ damni memores, ut Romanis intercluderent iter, Coracem montem occupauerunt. neq; enim dubitabant, ad oppugnationem Naupaçti eos principio ueris redituros esse. Acilio, qui id expectari sciebat, satius uisum est inopinatā aggredi rem, & Lamiam oppugnare. nam & à Philippo propè ad excidium adductos esse, & tunc eo ipso, quod nihil tale timerent, opprimi incautos posse. Profectus ab Elatia primū in hostium terra circa Sperchium amnem posuit castra: inde nocte motis signis, prima luce corona mœnia est aggressus. Magnus pauor ac tumultus, ut in re improuisa, fuit. constantius tamen, quam quis facturos crederet in tam subito periculo, cum uiri propugnarent, foeminæ tela omnis generis saxaq; in muros gererent, multifariam scalis appositis, urbem eo die defenderunt. Acilius signo receptui dato, suos in castra medio fermè diei reduxit: & tunc cibo & quiete reffectis corporibus, priusquam prætorium dimitteret, denuntiauit, ut ante lucem armati paratiq; essent: nisi expugnata urbe se eos in castra nō reducturū. Eodem tempore quo pridie pluribus locis aggressus

aggressus, cum oppidanos iam vires, iam tela, iam ante omnia animus deficeret, intra paucas horas urbem cepit. Ibi partim diuendita, partim diuisa præda, cōsiliū habitum, quid deinde faceret. Nemini ad Naupaetum iri placuit, occupato ad Coracem ab Ætolis saltu. ne tamen segnia æstiuā essent, & Ætoli non impetratā pacem ab senatu nihilo minus per suam cunctationem haberent, oppugnare Acilius Amphissam statuit. ab Heraclea per Octam exercitus eò ductus. Cum ad mœnia castra posuisset, nō corona, sicut Lamiam, sed operibus oppugnare urbem est adortus. Pluribus simul locis aries admouebatur, & cum quaterentur muri, nihil aduersus tale machinationis genus parare aut cōminisci oppidani conabantur: omnis spes in armis & audacia erat. eruptionibus crebris & stationes hostiū, & eos ipsos, qui circa opera & machinas erant, turbabant. Multis tamen locis murus decussus erat, cum allatum est, successorem Apolloniæ exposito exercitu, per Epirum ac Thessaliam uenire. Cum tribus millibus peditem, & quingentis equitibus cōs. ueniebat. Iam in sinum Maliacū uenerat. & præmissis Hypatam, qui tradere urbem iuberent, posteaquam responsū est: nihil, nisi ex communi Ætolorum decreto facturos: ne teneret se oppugnatio Hypatæ, nondum Amphissa recepta: præmissis fratre Africano, Amphissam ducit. Sub aduentum eorum oppidani relicta urbe (iam enim magna ex parte nudata mœnibus erat) in arcem, quam inexpugnabilem habent: omnes armati atq; inermes concessere. cōs. sex millia fermè passuum inde posuit castra. eò legati Athenienses primum ad P. Scipionem, prægressum agmen (sicut ante dictum est) deinde ad cōs. uenerunt, deprecantes pro Ætolis. Clementius responsū ab Africano tulerunt, qui causam relinquendi honeste Ætolici belli quærens, Asiam & regem Antiochum spectabat: iusseratq; Athenienses non Romanis solum, ut pacem bello præferrent, sed etiam Ætolis persuadere. Celeriter autoribus Atheniensibus frequens ab Hypata legatio Ætolorū uenit. & spem pacis eis sermo etiam Africani, quem priorem adierunt, auxit, commemorantis: multas gentes populoscq; in Hispania prius, deinde in Africa in fidem suam uenisse: in omnibus se maiora clementiæ benignitatisq; quàm uirtutis bellicæ monimenta reliquisse. Perfecta uidebatur res, cum aditus cōs. idem illud responsū retulit, quo fugati ab senatu fuerant. Eo tanq; nouo cum icti Ætoli essent (nihil enim nec legatione Atheniensium, nec placido Africani responsu profectum uidebant) referre ad suos dixerunt uelle. Reditum inde Hypatam est, nec consiliū expediebatur. nam neq; unde mille talentū daretur, erat: & permissis libero arbitrio, ne in corpora sua sæuiretur, metuebāt. redire itaq; eosdem legatos ad cōs. & Africanum iusserunt, & petere: ut, si dare uere pacem, non tantum ostendere, frustrates spem miserorum, uellent: aut ex summa pecuniæ decernerent, aut permissionem extra ciuium corpora fieri iuberent. Nihil impetratū, ut mutaret cōs. & ea quoq; irrita legatio dimissa est. Secuti & Athenienses sunt. & princeps legationis eorum Echedemus fatigatos tot repulsis Ætolos, & complorantes inutili lamentatione fortunam gentis, ad spem reuocauit, autor inducias sex mensium petendi: ut legatos Romam mittere possent. dilationem nihil ad præsentia mala, quæ ultima essent, adiecturam. leuari per multos casus tempore interposito præsentis clades posse. Autore Echedemo idem missi, prius P. Scipione cōuento, per eum inducias temporis eius, quod petebāt à cōs. impetrauerūt. & soluta obsidione Amphissæ, M. Acilius tradito cōsuli exercitu prouincia decessit. & cōs. ab Amphissa Thessaliam reperit, ut per Macedoniā Thraciamq; duceret in Asiam. Tum Africanus fratri. Iter, quod insistis L. Scipio, ego quoq; approbo: sed totum id uertitur in uoluntate Philippi, qui si imperio nostro fidus est: & iter, & commeatus, & omnia quæ in longo itinere exercitus alunt iuuantq;, nobis suppeditabit. si is destitutus, nihil per Thraciam satis tutum habebis. itaq; prius regis animū explorari placet: optime explorabitur, si nihil ex præparato agentem opprimit qui mittetur. T. Sempronius Gracchus longe tum acerrimus iuuenem ad id delectus, per dispositos equos propè incredibili celeritate ab Amphissa (inde enim est dimissus) die tertio Pellam peruenit. In conuiuio rex erat, & in multum uini processerat: ea ipsa remissio animi suspicionem dempsit nouare eum quicquam uelle. Et tum quidem comiter acceptus hospes. postero die commeatus exercitui paratos benigne, pontes in fluminibus factos, uias, ubi transitus difficiles erant, munitas uidit. Hęc referens

referens eadem, qua ierat, celeritate Thaumacis occurrit consuli. Inde certiore & maiore spe lætus exercitus ad præparata omnia in Macedoniam peruenit. Venientes regio apparatu accepit, & profecutus est rex. Multa in eo & dexteritas & humanitas uisa, quæ commendabilia apud Africanum erant, uirum sicut ad cætera egregium, ita à comitate, quæ sine luxuria esset, non auersum. Inde non per Macedoniam modo, sed etiam Thraciam prosequente & præparante omnia Philippo, ad Hellepontum peruentum est. Antiochus post naualem ad Corycum pugnam, cum totam hyemem liberat: in apparatus terrestres maritimosq; habuisset: classi maxime reparandæ, ne tota maris possessione pelleretur, intentus fuerat. Succurrebat, superatum se cum classis abfuisset Rhodiorum: quod si ea quoq; (nec commissuros Rhodios, ut iterum morarentur) certamini adesset: magno sibi nauium numero opus fore, ut uiribus & magnitudine classem hostium æquaret. Itaq; & Annibalem in Syriam miserat ad Phœnicū accersendas naues, & Polyxenidam, quo minus prospere gesta res erat: eo enixius & cas, quæ erant, reficere, & alias parare naues iussit. Ipse in Phrygia hybernauit. Undique auxilia accersens, etiam in Gallogræciâ miserat. Bellicosiores ea tempestate erant, Gallicos adhuc, nondum exoleta stirpe gentis, seruantes animos. Filium Seleucū in Æolide reliquerat cum exercitu ad maritimas continendas urbes, quas illinc à Pergamo Eumenes, hinc à Phocæa Erythrisq; Romani sollicitabant. Classis Romana, sicut ante dictum est, ad Canas hybernabat. cò mediæ fermè hyeme rex Eumenes cum duobus millibus peditum, equitibus centū uenit. Is cum magnam prædam agi posse dixisset ex hostium agro, qui circa Thyatira esset, hortando perpulit Lium, ut quinq; millia militum secum mitteret. missi ingentem prædam intra paucos dies auerterunt. Inter hæc Phocææ seditio orta, quibusdam ad Antiochum multitudinis animos auocantibus. Grauiâ hyberna nauium erant, graue tributū, quod togæ quingentæ imperatæ erant cum quingentis tunicis: grauis etiam inopia frumenti: propter quâ naues quoq; & præsidium Romanum excessit. tum uero liberata metu factio erat, quæ plebem in contionibus ad Antiochum trahebat. senatus & optimates in Romana societate perstandū censebāt: defectio nis autores plus apud multitudinem ualuerunt. Rhodij, quo magis cessatum priore æstate erat, eo maturius equinoctio uerno eundē Pausistratum classis præfectum cum sex & triginta nauibus miserunt. Iam Lius à Canis cum xxx nauibus, & vii quadriremibus, quas secum Eumenes rex adduxerat, Hellepontū petebat, ut ad transitū exercitus, quem terra uenturum opinabatur, præpararet quæ opus essent. In portū, quem uocant Achæorū, classem primum aduertit: inde Ilium ascendit, sacrificioq; Mineruæ facto, legationes finitimas ab Eleunte & Dardano & Rhæteo, tradentes in fidem ciuitates suas benigne audiuit. inde ad Helleponti fauces nauigat: & decem nauibus in statione contra Abydum relictis, cætera classe in Europam ad Seston oppugnandā traiecit. Iam subeuntibus armatis muros fanatici Galli primum cum solenni habitu ante portam occurrūt. iussu se matris deūm famulos deæ uenire memorant ad precandum Romanū, ut parceret mœnibus urbiq;. Nemo eorū uiolatus est. mox uniuersus senatus cum magistratibus ad dedendā urbem processit. Inde Abydum traiecta classis. ubi cum tentatis per colloquia animis nihil pacati responderetur, ad oppugnationē sese expediebant. Dum hæc in Helleponto geruntur, Polyxenidas regius præfectus (erat autem exul Rhodius) cum audisset, profectā ab domo populariū suorum classem, & Pausistratum præfectū superbe quædam & cōtemptiu in se contionantē dixisse, præcipuo certamine animi aduersus eum sumpto, nihil aliud dies noctesq; agitabat animo, q̄ ut uerba magnifica eius rebus cōfutaret. Mittit ad eum hominē & illi notū, qui diceret: & se Pausistrato patriæq; suæ magno usui, si liceat, fore, & à Pausistrato se restitui in patriā posse. Cum quonam modo ea fieri possent, mirabundus Pausistratus percunctaretur, fidem petenti dedit agendæ cōmuniter rei, aut silentio tegendæ. Tum internuntius aperit, regiā classem aut totam aut maiorem eius partem Polyxenidam traditurū ei. pretium tanti meriti nullū aliud pacisci, q̄ reditum in patriam. Magnitudo rei, nec ut crederet, nec ut aspernaretur dicta effecit. Panormum Samiæ terræ petit, ibiq; ad explorandam rem, quæ oblata erat, substitit. Vltro citroq; nuntij cursare, nec fides ante Pausistrato facta est, q̄ coram nuntio eius Polyxenidas sua manu scripsit, se ea

quæ

quæ pollicitus esset, facturum: signoq; suo impressas tabellas misit. eo uero pignore uelut auctoratum sibi proditorem ratus est. neq; enim eum, qui sub rege uiueret, commissurum fuisse, ut aduersus semetipsum indicia manu sua testata daret. Inde ratio simulatæ proditiōis composita. Omnium se rerum apparatus omisurum, Polyxenidas dicere, non remigem, non socios nauales ad classem frequentes habiturum: subducturum per simulationem reficiendi quasdam naues, alias in propinquos portus dimissurum: paucas ante portum Ephesi in salo habiturum: quas, si exire res cogeret, obiecturus certamini foret. Quam negligentiam Polyxenidas in classe sua habiturum Pausistratus audiuit, eam ipse extemplo habuit: partem nauium ad comitatus accersendos Halicarnassum, partem Samum ad urbem misit, ut paratus esset, cum signū aggrediendi à proditore accepisset. Polyxenidas augere simulando errorem. subducit quasdam naues, alias uelut subducturus esset, naualia reficit: remiges ex hybernis non Ephesum accersit, sed Magnesium occulte cogit. Forte quidam Antiochi miles, cum Samum rei priuatæ causa uenisset, pro speculatore comprehensus deducitur Panormū ad præfectum. is percunctanti quid Ephesi ageretur, incertum metu, an erga suos haud sincera fide, omnia aperit: classem instructam paratamq; in portu stare: remigiū omne Magnesium ad Sipylum missum: per paucas naues subductas esse, & naualia tegi: nunquam intentius rem naualem administratam esse. Hæc ne pro ueris audirentur, animus errore & spe uana præoccupatus fecit. Polyxenidas satis omnibus comparatis, nocte remige à Magnesia accersito, deductisq; raptim quæ subductæ erant nauibus, cum diem non tam in apparatu absumpsisset, q̄ quod conspici proficiscentem classem nolbat: post solis occasum profectus LXX nauibus tectis, uento aduerso ante lucem Pygela portum tenuit. ubi cum interdū ob eandem causam quiescisset, nocte in proxima Samiæ terræ traiecit. Hinc Nicandro quodam archipirata cum quinque nauibus tectis Palinurum iusso petere, atq; inde armatos, quæ proximum per agros iter esset, Panormum ad tergum hostium ducere, ipse interim classe diuisa, ut ex utraq; parte fauces portus teneret, Panormum petit. Pausistratus primo, ut in re nec opinata, turbatus parumper, deinde uetus miles celeriter collecto animo, terra melius arceri, q̄ mari hostes posse ratus, armatos duobus agminibus ad promontoria, quæ cornibus obiectis ab alto portum faciunt, ducit: inde facile telis ancipitibus hostem summoturus. id inceptum eius Nicander à terra uisus cum turbasset, repente mutato consilio naues cōscendere omnes iubet. Tum uero ingens pariter militum nautarumq; trepidatio orta, & ueluti fuga in naues fieri, cum se mari terræq; simul cernerent circumuentos. Pausistratus unam uiam salutis esse ratus, si uim facere per fauces portus, atq; erumpere in mare apertum posset: posteaquam conscendisse suos uidit, se qui ceteris iussis, ipse princeps cōcitata naue remis ad ostium portus tendit. Superantem iam fauces nauem eius Polyxenidas tribus quinquereuib; circumsistit. Nauis rostris icta supprimitur: telis obruuntur propugnatores: inter quos & Pausistratus impigre pugnans interficitur. Nauium reliquarum ante portum alia, alia in portu deprehensa: quædam à Nicandro, dum moliuntur à terra, captæ. Quinq; tantum Rhodiæ naues cum duabus Cois effugerunt: terrore flammæ micantis uia sibi inter confertas naues facta. contis enim binis à proa prominentibus trullis ferreis multum cōceptū ignem præ se portabant. Erythrææ trirèmes, cum haud procul à Samo Rhodijs nauibus, quibus ut essent præsidio ueniebant, obuia fugientibus fuissent, in Hellepontum ad Romanos cursum auerterunt. Sub idem tempus Seleucus proditam Phocæam porta una per custodes aperta, recepit: & Cymæ aliaq; eiusdem oræ urbes ad eum metu defecerunt. Dum hæc in Acolide geruntur, Abydus cum per aliquot dies obsidionem tolerasset, præsidio regio tutante mœnia, iam omnibus fessis, Philota quoq; præfecto præsidij permittente, magistratus eorū cum Liuiō de conditionibus tradendæ urbis agebant. rem distinebat, quod utrum armati, an inermes emitterentur regij, parum conueniebat. Hæc agentibus cum interuenisset nuntius Rhodiorum cladis, emissa de manibus res est. metuens enim Liuius, ne successu tantæ rei elatus Polyxenidas classem, quæ ad Canas erat, opprimeret: Abydi obsidione custodiaq; Helleponti extemplo relicta, naues, quæ subductæ Canis erant, deduxit. Et Eumenes Elæam uenit. Liuius omni classe, cui adiunxerat trirèmes

duas

duas Mitylenæas, Phocæam petit. quam cum teneri ualido regio præsidio audisset: nec procul Seleuci castra esse: depopulatus maritimam oram, & præda maxime hominum raptim in naues imposita, tantum moratus, dum Eumenes cum classe assequeretur: Samum petere intendit. Rhodijs primo audita clades simul pauorem, simul luctum ingentem fecit. nam præter nauium militumq; iacturam, quod floris, quod roboris in iuuentute fuerat, amiserant: multis nobilibus secutis inter cætera auctoritatem Pausistrati: quæ inter suos merito maxima erat. deinde quod fraude capti, quod à ciue potissimum suo forent: in iram luctus uertit. Decem ex templo naues, & diebus post paucis decem alias præfecto omnium Eudamo miserunt: quem alijs uirtutibus bellicis haudquaquam Pausistrato parem, cautiorem quo minus animi erat, ducem futurum credebant. Romani & Eumenes rex in Erythræam primum classem applicuerunt: ibi noctem unam morati, postero die Corycum Teiorum promontorium tenuerunt. inde cum in proxima Samiæ uellent traicere: nõ expectato solis ortu, ex quo statum cæli notare gubernatores possent, in incertam tempestatem miserunt. medio in cursu aquilone in septentrionem uerso, exasperato fluctibus mari iactari cœperunt. Polyxenidas Samum petituros ratus hostes, ut se Rhodiæ classi coniungerent: ab Epheso profectus primo ad Myonsum stetit: inde ad Macrin (quam uocant) insulam traiecit: ut præteruentis classis, si quas aberrantes ex agmine naues posset, aut postremum agmen opportune adoriretur. Posteaquam sparsam tempestate classem uidit: occasionem primo aggrediendi ratus, paulo post increbescente uento, & maiores iam uolente fluctus, quia peruenire se ad eos uidebat non posse: ad Aethaliam insulam traiecit: ut inde postero die Samum ex alto petentes naues aggredereur.

Romani pars exigua, primis tenebris portum Samiæ desertum tenuerunt: classis cætera noctem totam in alto iactata in eundem portum decurrit. Ibi ex agrestibus cognito, hostium naues ad Aethaliam stare, consilium habitum, utrum extemplo decernerent, an Rhodiam expectarent classem. dilata re (ita enim placuit) Corycum, unde uenerant, traiecerunt. Polyxenidas quoq; cum frustra stetisset, Ephesum rediit. Tum Romanæ naues uacuo ab hostibus mari Samum traiecerunt. Eodem & Rhodia classis post dies paucos uenit. Quam ut expectatam esse appareret, profecti extemplo sunt Ephesum: ut aut decerneret nauale certamine: aut si detrectaret hostis pugnam, quod plurimum intererat ad animos ciuitatum, timoris confessionem exprimerent. Contra fauces portus instructa in frontem nauium acie steterunt. posteaquã nemo aduersus ibat: classe diuisa, pars in salo ad ostium portus in anchoris stetit: pars in terram milites exposuit. In eos iam ingentem prædam late depopulato agro agentes Andronicus Macedo qui in præsidio Ephesi erat: iam incenibus appropinquantes eruptionem fecit, exutosq; magna parte prædæ ad mare ac naues redegit. Postero die insidijs medio ferme uiaë positis, ad eliciendum extra mœnia Macedonem Romani ad urbem agmine iere. inde, cum ea ipsa suspicio, nequis exiret deterruisset, redierunt ad naues: & terra mariq; fugientibus certamen hostibus, Samum, unde uenerat, classis repetit. inde duas sociorum ex Italia, duas Rhodias triremes cum præfecto Epicrate Rhodiorum ad fretum Cephaleniæ tuendum Præmisit. In festum id latrocinio Lacedæmonius Hybristas cum iuuentute Cephalenum faciebat: clausumq; iam mare comitatibus Italicis erat. Piræci L. Æmylio Regillo succedenti ad nauale imperium Epicrates occurrit. qui audita clade Rhodiorum, cum ipse duas tantum quinqueremes haberet: Epicratem cum quatuor nauibus in Asiam secum reduxit. profectæ etiam apertæ Atheniensium naues sunt. Ægeo mari traiecit. Eodem Timasirates Rhodius cum duabus quadrimibus ab Samo nocte intempesta uenit: deductusq; ad Æmylium, præsidij causa se missum ait: quod eam oram maris infestam onerarijs regiæ naues excursionibus crebris ab Hellesponto atq; Abydo facerent. Traicenti Æmylio à Chio Samum duæ Rhodiæ quadrimeres missæ obuiam à Liuiio, & rex Eumenes cum duabus quinqueremibus occurrit. Samum posteaq; uentum est: accepta à Liuiio classe, & sacrificio, ut assolet, rite facto, Æmylius consilium aduocauit. Ibi C. Liuius (is enim est primus rogatus sententiam) neminem fidelius dare posse consilium dixit, quàm eum, qui id alteri suaderet, quod ipse, si in eodẽ loco esset, facturum fuerit. Se in animo habuisse tota classe Ephesum petere, & onerarias ducere multa saburra grauatas, atq; eas

atq; eas in faucibus portus suppressere. & eo minoris molimenti ea claustra esse: quod in fluminis modum, longū & angustū & uadosum ostiū portus sit. ita adempturū se maris usum hostibus fuisse, inutilēq; classem facturū. Nulli ea placere sententiā. Eumenes rex quæsiuit: quid tandē ubi demersis nauibus frenassent claustra maris: utrū libera sua classe abscelluri inde forent ad opē ferendā socijs, terrorēq; hostibus præbendū? an nihilo minus tota classe portum obsessuri: siue enim abscedāt, cui dubium esse quin hostes extracturi demersas moles sint? & minore molimēto aperturi portum quā obstructurū? sin autem manēdum ibi nihilo minus sit, quid attinere claudi portum? Quin contra, illos tutissimo portu, opulentissima urbe fructus, omnia Asia præbente, quæta æstiuæ acturos: Romanos aperto in mari fluctibus tempestatibusq; obiectos, omnium inopes in assidua statione futuros: ipsos magis alligatos impeditosq;, ne quid eorum quæ agenda sint, possint agere: quā ut hostes clausos habeant. Eudamus præfectus Rhodię classis magis eam sibi displicere sententiā ostendit, quā ipse quid censeret, faciendum dixit. Epicrates Rhodius, omiſsa in præsentia Epheso mittendam nauium partem in Lyciam censuit: & Patara caput gentis, in societate adiungendam. in duas res magnas id usui fore: & Rhodios pacatis contra insulam suam terris, totis uiribus incumbere in unius belli, quod aduersus Antiochum sit, curam posse: & eam classem quæ in Lycia comparatur, intercludi ne Polyxenidæ coniungatur. Hæc maxime mouit sententiā. placuit tamen Regillum tota classe euehi ad portum Ephesi, ad inferendū hostibus terrorem. C. Liuius cum duabus quinqueremibus Romanis, & quatuor quadriremibus Rhodijs, & duabus apertis Smyrnæis in Lyciam est missus, Rhodum prius iussus adire, & omnia cum ijs communicare consilia. Ciuitates quas præteruectus est, Miletus, Myndus, Halicarnassus, Cnidus, Couis, imperata enixe fecerūt. Rhodum ut est uentum: simul & ad quam rem missus esset, ijs exposuit, & consuluit eos. Approbantibus cunctis, & ad eam quam habebat classem assumptis tribus quadriremibus nauigat Patara. Primo secundus uentus ad ipsam urbem ferebat eos: sperabantq; subito terrore aliquid moturos. posteaquā circumagēte se uento fluctibus dubijs uolūceptum est mare: peruicerunt quidem remis, ut tenerent terram: sed neq; circa urbem tuta statio erat: nec ante hostium portus in salo stare poterant, aspero mari & nocte imminētē. præteruecti mœnia portus Phœnicuntæ minus duūm millium spatio inde distantem petiere, nauibus à maritima uī tutum. sed altæ rupes insuper imminebant. quas celeriter oppidani assumptis regijs militibus quos in præsidio habebant, ceperunt. aduersus quos Liuius, quanquā erāt iniqua ac difficilia ad exitus loca, Iſtæos auxiliares, & Smyrnegorum expeditos iuuenes misit. Ii, dum missilibus primo, & aduersus paucos leuibus excursionibus laceſſebatur magis quā conferebatur pugna: sustinuerunt certamen. posteaquam plures ab urbe affluebant, & iam omnis multitudo effundebatur, timor incesſit Liuium, ne & auxiliares circūuenirentur: & nauibus etiam ab terra periculum esset. ita nō milites solum, sed etiam nauales socios, remigum turbam, quibus quisq; poterat telis, armatos in prælium eduxit. Tum quoq; anceps pugna fuit: neq; milites solum aliquot, sed L. Apustius tumultuario prælio cecidit. postremo tamē fusi fugatiq; sunt Lycij, atq; in urbem compulsi. & Romani cum haud incruēta uictoria ad naues redierunt. inde in Telmessicum profecti sinum, qui latere uno Cariam, altero Lyciam cōtingit: omiſsa Patara amplius tentādi spe Rhodię domum dimissi sunt: Liuius præteruectus Asiam, in Græciam transmisiit: ut conuentis Scipionibus, qui tum circa Thessaliam erant, in Italiā traieret. Acmylius posteaquam omiſsas in Lycia res, & Liuium profectum in Italiam cognouit: cum ipse ab Epheso repulſus tempestate irritō incepto Samum reuertisset: turpe ratus, tentata frustra Patara esse, proficisci eō tota classe, et summa uī aggredi urbem statuit. Miletum & cæteram oram sociorum præteruecti, in Bargylletico sinu exſensionem ad Iassum fecerunt. Urbem regium tenebat præſidium: agrum circa Romani hostiliter depopulati sunt. Missis deinde qui per colloquia principum & magistratuū tentarent animos: posteaquam nihil in potestate sua responderunt esse, ad urbem oppugnandam ducit. Erant Iassensium exules cum Romanis: ij frequentes Rhodios orare institerunt, ne urbem & uicinam sibi & cognatam innoxiam perire sicerent. sibi exilij nullam aliam causam esse, quā fidem erga Romanos. eadē

cum classe à Samo ueniret, x i i i à Rhodo naues cum Pamphilida præfecto aduersus eandem syriacam classem missæ, assumptis nauibus quatuor quæ Caria præsidio erant, oppugnantibus regijs Dædala, & quædam alia parua castella obsidione exemerunt. Eudamum confestim exire placuit. additæ huic quoq; sunt ad eam classem quam habebat, sex apertæ naues. Profectus cum quantū accelerare poterat, maturasset: ad portum quem Megisten uocāt, prægressos cōsequitur. inde uno agmine Phaselidem cum uenissent, optimū uisum est ibi hostem opperiri. In confinio Lyciæ & Pamphylia Phaselis est: prominet penitus in altum, conspiciturq; prima terrarū Rhodum à Cilicia perentibus, & procul nauiū præbet prospectū. eo maxime ut in obuio classi hostium essent, electus locus est. Cæterū quod non prouiderunt, & loco graui & tempore anni (mediū enim æstatis erat) adhuc insolito odore ingruere morbi uulgo, maxime in remiges cœperunt. cuius pestilentia metu profecti cum præterueherent Pamphylum sinum, ad Eurymedontē amnem appulsa classe, audiūt ab Aspendijs ad Sidam iam hostes esse. Tardius nauigauerāt regij aduerso tempore etesiarū, quod uelut statū fauonjs uentis esset. Rhodiorū duæ & triginta quadriremes, quatuor triremes fuere. Regia classis v i i & x x x maioris formæ nauium erat, in quibus tres hepteres & quatuor hexeres habebat, præter has decem triremes erant. & ij adesse hostes ex specula quadam cognouere.

Vtraq; classis postero die luce prima, tanquam eo die pugnatura, è portu mouit: & posteaquam superauere Rhodij promontoriū, quod ab Sida prominet in altum, ex templo & cōspecti ab hostibus sunt, & ipsi eos uiderunt. Ab regio sinistro cornu, quod ab alto obiectū erat, Annibal: dextero Apollonius purpuratorū unus præerat. & iam in frontem directas habebāt naues. Rhodij longo agmine ueniebant. prima prætoria nauis Eudami erat: cogebat agmen Chariclitus: Pamphilidas mediæ classi præerat. Eudamus posteaquam hostium aciem instruatam & paratam ad concurrendū uidit, & ipse in altum euehitur: & deinceps quæ sequebatur, seruantes ordinem in frontem dirigere iubet. Ea res primo tumultū præbuit. nam nec sic in altum euectus erat. ut ordo omniū nauium ad terram explicari posset: & festinans ipse præpropere cum quinque solis nauibus Annibali occurrit: cæteri quia in frontē dirigere iussi erant, non sequebant: extremo agmine loci nihil ad terram relictū erat: trepidantibusq; ijs inter se, iam in dextro cornu aduersus Annibalem pugnabat. Sed momento temporis & nauium uirtus & usus rei maritimæ terrorem omnē Rhodijs dempsit. nam & in altum celeriter euectæ naues loco post se quæq; uenienti ad terrā dedere: & si qua concurrerat rostro cum hostiū nauī, aut proram lacerabat, aut remos detergebat, aut libero inter ordines discursu præteruecta in puppim impetū dabat. Maxime exterruit hepteris regia à multo minore Rhodia naue uno ictu demersa. itaque iam haud dubie dexterū cornu hostium in fugam inclinabat. Eudamū in alto multitudine nauium maxime Annibal, cæteris omnibus longe præstantē, urgebat: & circunuenisset, ni signo sublato ex prætoria naue, quo dispersam classem in unum colligi mos erat: omnes quæ in dextero cornu uicerant naues, ad opem ferendā suis concurrissent. tum & Annibal quæcūq; circa eum erant naues, capeffunt fugam: nec insequi Rhodij ex magna parte ægris & ob id celerius fessis remigibus, potuerunt. Cum in alto, ubi substiterāt, cibo reficerent uires, cōtemplatus Eudamus hostes claudas mutilatasq; naues apertis nauibus remulco trahentes, x x paulo amplius integras abscedētes, è turri prætorie nauis silentio facto, exurgite, inquit, & egregiū spectaculū capeffite oculis. Cōsurrexere omnes, cōtemplaticq; trepidationē fugacq; hostiū, propè una uoce exclamauere omnes, ut sequerent. Ipsius Eudami multis ictibus uulnerata nauis erat, Pamphilidā & Chariclitum insequi, quoad putarent tutum, iussit. Aliquandiu secuti sunt: posteaquā terræ appropinquabat Annibal, ueriti ne includerent uento in hostium ora, ad Eudamū reuerti hepterem captā, quæ primo concursu icta erat, egre Phaselidem pertraxerunt. inde Rhodum non tam uictoria læti quàm alius alium accusantes, quod cum potuisset, non omnis summersa aut capta classis hostiū foret, redierunt. Annibal ictus uno prælio aduerso ne tum quidem præteruehi Lyciā audēbat, cum coniungi ueteri regiae classi quam primum cuperet. Et id ne ei facere liberū esset, Rhodij Chariclitū cum x x nauibus rostratis ad Pataram & Megisten portū miserunt. Eudamū cum v i i nauibus maximis ex ea classe

cui

qui præfuerat, Samum redire ad Romanos iusserunt: ut quantū consilio, quantū autoritate ualeret, cōpelleret Romanos ad Patara oppugnandā. Magnam lætitiā Romanis iam prius nuntius uictoriæ, deinde aduentus attulit Rhodiorū. & apparebat, si ea cura Rhodijs dempta esset, uacuos eos tuta eius regionis maria præstaturus. sed profecto Antiocho ab Sardibus, ne opprimerentur urbes maritimæ, abscedere custodia Ionix atq; Aeolidis prohibuerūt. Pamphiliam cum quatuor nauibus tectis ad eam classem quæ circa Patara erat, miserunt. Antiochus non ciuitatū modo quæ circa se erant, cōtrahebat præsidia, sed ad Prusiam Bithyniæ regem miserat legatos literasq; quibus trāsitū in Asiam Romanorū increpabat. Venire eos ad omnia regna tollenda, ut nullū usquam orbis terrarū, nisi Romanū imperiū esset. Philippum & Nabin expugnatos, se tertium peti, ut quisq; proximus ab oppresso sit, per omnes uelut continens incendiū peruasurū. ab se gradum in Bithyniam fore, quando Eumenes in uoluntariam seruitutem cōcessisset. His motum Prusiam literæ Scipionis consulis, sed magis eius fratris Africani, à suspitione tali auerterunt. qui præter consuetudinem perpetuā populi Romani augendi omni honore regum sociorū maiestatem, domesticis ipse exemplis Prusiam ad promouendam amicitia suam compulit: Regulos se acceptos in fidem in Hispania reges reliquisset: Masanissam nō in patrio modo locasse regno, sed in Syphacis à quo ante expulsi fuerat, regnum imposuisse: & esse eum non Africæ modo regum longe opulentissimū: sed toto in orbe terrarū cuius regum uel maiestate uel uiribus parem. Philippū & Nabin hostes & bello superatos ab T. Quintio, tamen in regno relictos: Philippo quidem anno priore etiam stipendium remissum & filium obsidem redditū: & quasdam ciuitates extra Macedoniā, patieribus Romanis imperatoribus, recepisse eum. In eadem dignitate & Nabin futurum fuisse, nisi eum suus primo furor, deinde fraus Aetolorū absumpsisset. Maxime cōfirmatus est animus regis, posteaquā ad eum C. Liuius, qui prætor ante classi præfuerat, legatus ab Roma uenit: & edocuit, quanto & spes uictoriæ certior Romanis quàm Antiocho, & amicitia sanctior firmiorq; apud Romanos futura esset. Antiochus posteaquā à spe societatis Prusix decidit, Ephesum ab Sardibus est profectus ad classem, quæ per aliquot mēses instructa ac parata fuerat, uisendam: magis quia terrestribus copijs exercitū Romanum & duos Scipiones imperatores uidebat sustineri non posse: quàm quod res naualis ipsa per se aut tentata sibi unquā feliciter, aut tunc magnæ & certæ fiducia esset. erat tamen momentū in præsentia spei: quod & magnam partem Rhodiæ classis circa Patara esse, & Eumenem regem cum omnibus nauibus suis consuli obuiam in Hellespontū profectum audierat. aliquid etiam inflabat animos classis Rhodiæ ad Samum per occasionē fraude præparata absumpta. His fretus, Polyxenida cum classe ad tentandā omni modo certaminis fortunā missa, ipse copias ad Notium ducit: (id oppidum colophoniu mari imminēs abest à uetere Colophone duo ferme millia passuum) & ipsam urbem suæ esse potestatis uolebat, adeo propinquā Epheso, ut nihil terra maris ageret: quod non subiectū oculis Colophoniorū ac per eos notum extemplo Romanis esset: quos audita obsidione non dubitabat ad opem ferendā sociæ urbi classem à Samo moturos: eam occasionem Polyxenidæ ad rem gerendā fore. Igitur operibus oppugnare urbē aggressus, & ad mare partibus duabus pariter munitionibus deductis, utrinq; uincas & aggerem muro iniunxit, & testudinibus arietes admouit. Quibus territi malis Colophonij oratores Samum ad L. Aemylium, fidem prætoris populiq; Romani implorantes miserunt. Aemylium & Sami segnis diu mora offendebat, nihil minus opinātem quàm Polyxenidam bis nequicquā ab se prouocatum potestatem pugne facturum esse: & turpe existimabat, Eumenis classem adiquare consulem ad traijciendas in Asiam legiones: se Colophonis obsessæ auxilio incertā finem habituro alligari. Eudamus Rhodius qui & tenuerat eum Sami cupientem proficisci in Hellespontum, cunctiq; instare & dicere: quanto satius esse uel socios obsidione exitmere, uel uictam iam semel classem uincere iterum, totamq; maris possessionem hosti eripere, quàm desertis socijs, tradita Antiocho Asia terra marisq; in Hellespontū, ubi satis esset Eumenis classis, à sua parte belli discedere. Profecti à Samo ad petendos cōmeatus, consumptis iam omnibus, Chium parabant traijcere. Id erat horreum Romanis: eoq; omnes ex Italia missæ onerariæ dirigebant

cursum. Circumuecti ab urbe ad auersa insulæ, obiecta aquiloni, ad Chium & Erythras sunt. Cum pararent transire, literis certior fit prætor, frumenti uim magnam Chium ex Italia uenisse: uinum portantes naues tempestatibus retetas esse. simul allatum est: Teios regie classi bene uigine comitatus præbuisse: quinque millia uasorum uini esse pollicitos. Teium ex medio cursu classem repente auertit: aut uolentibus his uisurus comitatu parato hostibus, aut ipsos pro hostibus habiturus. Cum direxissent ad terram proras, quindecim ferme eis naues circa Myonesum appaerunt. quas primo ex classe regia prætor esse ratus, institit sequi: apparuit inde piraticas celoces & lembos esse. Chiorum maritimam oram depopulati, cum omnis generis præda reuerentes posteaquam uidere ex alto classem, in fugam uerterunt. & celeritate superabant leuioribus & ad id fabricatis nauigijs, & propiores terræ erant. itaque priusquam appropinquaret classis, Myonesum perfugerunt. unde se a portu ratus abstracturam naues ignarus loci sequebatur prætor. Myonesus promontorium inter Teium Samumque est: ipse collis est in modum metæ in acutum cacumen a fundo satis lato fastigiatus: a continenti arctæ semite aditum habet: a mari exesæ fluctibus rupes claudunt: ita ut quibusdam locis superpendentia saxa plus in altum quam quæ in statione sunt naues, promineant. Circa ea appropinquare non aufere naues, ne sub ictu superstantium in rupibus piratarum essent, diem triuere. tandem sub noctem uano incepto cum abstitissent, Teium postero die accessere: & in portu qui a tergo urbis est (Geræsticum ipsi appellant) nauibus constitutis, prætor ad depopulandum circa urbem agrum milites emisit. Teij cum in oculis populatio esset, oratores cum infulis & uelamentis ad Romanum miserunt. Quibus purgationibus ciuitatem omnis facti dictique hostilis aduersus Romanos, & iuuisse eos comitatu classem hostium arguit, & quantum uini Polyxenidæ promississent. quæ si eadem classi Romanæ darent, reuocaturum se a populatione militem: si minus, pro hostibus eos habiturum. Hoc tam triste responsum cum retulissent legati: uocatur in contionem a magistratibus populus, ut quid agerent, consultarent. Eò forte Polyxenidas cum regia classe a Colophone profectus, posteaquam mouisse a Samo Romanos audiuit, & ad Myonesum piratas persecutos Teiorum agrum depopulari, naues in Geræstico portu stare: ipse aduersus Myonesum in insula (Macrin nautici uocant) anchoras portu occulto iecit. inde ex propinquo explorans quid hostes agerent, primo in magna spe fuit, quemadmodum Rhodiam classem ad Samum circumsessis ad exitum faucibus portus expugnasset, sic & Romanam expugnaturum. nec est dissimilis natura loci: promontorium coeuntibus inter se ita clauditur portus, ut uix duæ simul inde naues possint exire. nocte occupare fauces Polyxenidas in animo habebat, & denis nauibus ad promontoria stantibus, quæ ab utroque cornu in latera exeuntium nauium pugnarent: ex cætera classe, sicut ad Panormum fecerat: armatis in littora expositis, terra marique simul hostes opprimere. quod non uanum ei consilium fuisset, nisi cum Teij facturos se imperata promississent, ad accipiendos comitatus aptius uisum esset Romanis in eum portum qui ante urbem est, classem transire. Dicitur & Eudamus Rhodius uitium alterius portus ostendisse, cum forte duæ naues in arcto ostio implicitos remos fregissent. & inter alia id quoque mouit prætorum ut traduceret classem, quod ab terra periculum erat, haud procul inde Antiocho statua habente. Traducta classe ad urbem, ignaris omnibus egressi milites nautæque sunt, ad comitatus & uinum maxime diuidendum in naues, cum medio forte diei agrestis quidam ad prætorem adductus nuntiat: alterum iam diem classem stare ad insulam Macrin: & paulo ante uisas quasdam moueri tanquam ad profectioem naues. Re subita percussus prætor tubicines canere iubet, ut si qui per agros palati essent, redirent. tribunos in urbem mittit ad cogendos milites nautasque in naues. Haud secus quam in repentino incendio aut capta urbe trepidatur: alijs in urbem currentibus ad suos reuocandos: alijs ex urbe naues cursu repetentibus: incertisque clamoribus quibus ipsis tubæ obstreperent, turbatis imperijs, tandem concursum ad naues est. Vix suam quisque noscere aut adire prætumultu poterat: trepidatumque cum periculo & in mari & in terra foret, nisi partibus diuisis Æmylius cum prætoriam naue primus e portu in altum euectus, excipiens insequenteis suo quaque ordine in frontem instruxisset: Eudamus Rhodiamque classis substitissent ad terram, ut & sine trepidatione conscenderent: & ut quæque parata esset, exiret nauis. ita & explicuere ordinem primæ
in conspectu

in conspectu prætoris, & coactum agmen ab Rhodijs est: instructæq; acies uelut cerneret re-
gios, in altum processit. inter Myonesum & Corycum promontoriû erant, cum hostem cõspe-
xere. Et regia classis binis in ordinem nauibus longo agmine ueniens, & ipsa aciem aduersam
explicuit, tantum læuo cuncta cornu, ut amplecti & circumire dexterum cornu Romanorum
posset. quod ubi Eudamus qui cogebat agmen, uidit: non posse æquare ordinem Romanos,
& tantû non iam circumiri à dextero cornu: concitat naues: (& erant Rhodiæ naues longe o-
mnium celerimæ tota classe) æquatoq; cornu, prætorix nauis in qua Polyxenidas erat, suam
obiecit. Iam totis classibus simul ab omni parte pugna conferta erat. Ab Romanis LXXX
naues pugnabant, ex quibus Rhodiæ duæ & XXX erant. Hostium classis undenonaginta na-
uium fuit, & maximæ formæ naues, tres hexeres habebat, duas hepteres. Robore nauium & uir-
tute militum Romani longe Rhodios præstabant: Rhodiæ naues agilitate, & arte gubernato-
rum & scientia remigum. Maximo tamen hostibus terrori fuere, quæ ignes præ se portabant:
& quod unum ijs ad Panormum circumuentis saluti fuerat, id tum maximum momentum ad
uictoriam fuit. nam metu ignis aduersi regix naues, ne prora concurrerët cum declinassent, ne
que ipsæ ferire rostro hostem poterant: & obliquas se ipsæ ad ictus præbebant: & si qua con-
currerat, obruebatur infuso igni, magisq; ad incendium quàm ad prælium trepidabant. Pluri-
mum tamen quæ solet, militum uirtus in bello ualuit. mediam nanque aciem hostium Roma-
ni cum rupissent, circumuecti ab tergo pugnantibus aduersus Rhodios regijs sese obiecere: mo-
mentoq; temporis & media acies Antiochi, & læuo in cornu circumuentæ naues mergebatur.
Dextera pars integra sociorum magis clade quàm suo periculo terrebatur. cæterum postea/
quam alias circumuentas, prætoriam nauem Polyxenidæ relictis socijs uela dantem uidere:
sublatis raptim dolonibus (& erat secundus petentibus Ephesum uentus) cepessunt fugam:
quadraginta duabus nauibus in ea pugna amissis: quarum tredecim captæ in potestatem hos-
tium uenerunt: cæteræ incensæ aut demersæ. Romanorum duæ naues fractæ sunt, uulneratæ
aliquot. Rhodia una capta memorabili casu. nam cum rostro percussisset Sidoniam nauem
anchora ictu ipso excussa è naue sua, unco dente uelut manu ferrea iniecta, alligauit alterius
proram: inde tumultu iniecto cum diuellere se ab hoste cupientes inhiherent Rhodij, tra-
ctum anchorale & implicitum remis latus alterum deterisit: debilitatam ea ipsa quæ icta co-
hæserat, nauim cepit. Hoc maxime modo ad Myonesum nauali prælio pugnatû est. Quo
territus Antiochus, quia possessione maris pulsus longinqua tueri distidebat se posse: præsi-
dium ab Lysimachia, ne opprimeret ibi ab Romanis: deduci prauo, ut res ipsa postea docuit,
consilio iussit. non enim tueri solum Lysimachiam à primo impetu Romanorum facile erat:
sed obsidionem etiam per totam hyemem tolerare, & obsidentes quoque ad ultimam ino-
piam adducere extrahendo tempus: & interim spem pacis per occasiones tentare. Nec Lysi-
machiam tantum hostibus tradidit post aduersam naualem pugnam: sed etiam Colopho-
nis obsidione abcessit, & Sardeis recepit se. atque inde in Cappadociam ad Ariaraten, qui au-
xilia accerferent: & quocunq; aliò poterat ad copias contrahendas, in unum iam consilium, ut
acie dimicaret, intentus misit. Regillus Aemylius post uictoriam naualem profectus Ephe-
sum, direptis ante portum nauibus cum confessionem concessi maris ultimam hosti expressis-
set: Chium, quò ante nauale prælium cursum à Samo intenderat, nauigat. ibi naues in prælio
quassatas cum refecisset, L. Aemylium Scaurum cum XXX nauibus Hellespontû ad exerci-
tum trãnciendum misit. Rhodias parte prædæ & spolijs naualibus decoratas domum redire
iubet. Rhodij impigre præuertere, ad trãnciendasq; copias consulis iere: atq; eo quoq; sancti
officio tum demum Rhodû rediere. Classis Romana ab Chio Phocæam traiecit. In sinu mar-
is intimo posita hæc urbs est, oblonga forma: duum millium & quingentorû passuum spatium
murus amplectit: coit deinde ex utraq; parte in arctiorè uelut cuneum: Lamptera ipsi appel-
lant. mille & ducentos passus ibi latitudo patet: inde in altum lingua mille passuum excurrens
medium ferè sinum uelut nota distinguit: ubi cohæret faucibus angustis, duos in utranque re-
gionem uersos portus tutissimos habet. qui in meridiem uergit, Naustathmos ab re appel-
latur, quia ingentem uim nauium capit: alter prope ipsum Lamptera est. Hos portus tutissi-

mos cum occupasset Romana classis: priusquam aut scalis aut operibus mœnia aggredetur, mittendos censuit prætor qui principum magistratuumq; animos tentarēt. posteaquam obstinatos uidit: duobus simul locis, oppugnare est adortus. Altera pars infrequēs ædificijs erat: templa deum aliquantum tenebant loci. eā prius ariete admoto, quaterne muros turrescq; cepit. deinde cum eō multitudo occurreret ad defendendum: altera quoq; parte admotus aries: & iam utrinq; sternebatur muri. ad quorum casum cum impetum Romani milites per ipsam stragem ruinarum facerent, alij scalis etiam ascensum in muros tentarent, a deo obstinate restiterunt oppidani: ut facile appareret plus in armis & uirtute, quam in mœnibus auxiliij esse. coactus ergo periculo militū prætor receptui cani iussit, ne obijceret incautos furentibus desperatione ac rabie. Dirempto prælio, ne tum quidem ad quietem uersi, sed undique omnes ad munienda & obmolienda quæ ruinis strata erant, concurrerunt. Huic operi intentis superuenit Q. Antonius à prætore missus: qui castigata pertinacia eorum, maiore curam Romanis quam illis ostēderet esse, ne in perniciem urbis pugnaretur. si absistere furore uellent, potestatem ijs dare eadem cōditione qua prius C. Liuij in fidem uenissent, se tradendi. Hæc cum audissent, quinque dierum spatio ad deliberandum sumpto, tentata interim spe auxiliij ab Antiocho, posteaquam legati missi ad regem nihil in eo esse præsidij retulerant: tum portas aperuerunt, partem ne quid hostile paterentur. Cum signa in urbem inferrent & pronuntiaisset prætor: parci se deditis uelle: clamor undiq; est sublatus: indignū facinus esse Phocæses nunquā fidos socios, semper infestos hostes impune eludere. ab hac uoce, uelut signo à prætore dato, ad diripiendam urbem passim discurrerunt. Aemilius primo resistere & reuocare: dicendo captas, nō deditas diripi urbes, & in his tamen arbitrium esse imperatoris non militum. posteaquam ira & auaritia imperio potentiora erant: præconibus per urbem missis, liberos omnes in forum ad se cōuenire iubet, ne uiolarentur: & in omnibus quæ ipsius potestatis fuerunt, fides constitit prætoris. urbem agrosq; & suas leges ijs restituit: & quia iam hyems appetebat, Phocææ portus ad hybernandum classi delegit. Per idem ferè tempus consuli transgresso Aeniorum Maronitarumq; fines nuntiat: uictam regiam classem ad Myonesum, relictāq; à præsidio Lysimachiam esse. Id multo quam de nauali uictoria lætius fuit: utiq; posteaquam eō uenerunt, refertaq; urbs omnium rerum commeatibus, uelut in aduentum exercitus præparatis, eos excipit: ubi inopiam ultimam laboremq; in obsidenda urbe sibi proposuerant. Ibi paucos dies statua habuere, ut impedimenta ægricq; consequerentur: qui passim per omnia Thraciæ castella fessi morbis ac longitudine uia relictī erāt. Receptis omnibus ingressi rursus iter per Chersonesum Hellepontū perueniūt. ubi omnibus cura regis Eumenijs ad tranjciendū præparatis, uelut in pacata litora nullo prohibente, alijs aliò delatis nauibus, sine tumultu traiecere. Ea uero res Romanis auxit animos, concessum sibi transitum cernentibus in Asiam, quam rem magni certaminis futuram crediderant. Statua deinde ad Hellepontū aliquandiu habuerunt: quia dies forte quibus ancylia mouent, religiosi ad iter inciderant. eodem dies P. Scipionem proprio re etiam religione, quia salius erat, disiunxerant ab exercitu: causaq; & is ipse moræ erat, dum consequeretur. Per eos forte dies legatus ab Antiocho in castra uenerat, Byzantius Heraclides de pace afferens mandata: quam impetabilem fore magnā ei spem attulit mora & cunctatio Romanorū: quos simul Asiam attigissent, effuso agmine ad castra regia ituros crediderat. Statuit tamen nō prius adire cōsulem quam P. Scipionē: & ita mandatū ab rege erat. in eo maximā spem habebat: præterquam quod & magnitudo animi & fatietas gloriæ placabilem eum maxime faciebat, notumq; erat gentibus, qui uictor ille in Hispania, qui deinde in Africa fuisset: etiam quod filius eius captus in potestate regis erat. Is ubi & quando, & quo casu captus sit, sicut pleraq; alia, parū inter autores cōstat. alij principio belli à Chalcide Oreum petentem circumuentum ab regijs nauibus tradunt. alij, posteaquam transitum in Asiam est: cum turma Fregellana missum exploratum ad regia castra, effuso obuiam equitatu cum reciperet sese, in eo tumultu delapso equo cum duobus equitibus oppressum. ita ad regem deductum esse. Illud satis constat, si pax cum populo Romano maneret: hospitiumq; priuatim regi cum Scipionibus esset: neq; liberalius neq; benignius haberi, coliq; adolescentē quam cultus

tus est, potuisse. Ob hæc cum aduentū P. Scipionis legatus expectasset, ubi is uenit, consulem adit, petitq; ut mādāta audiret. Aduocato frequentī cōcilio legati uerba sunt audita. Is multis ante legationibus ne quicquā ultro citroq; de pace missis, eam ipsam fiduciam impetrandi sibi esse dixit, quod priores legati nihil impetrassent. Smyrnam enim & Lampfacū & Alexandriam Troadem, & Lyfimachiam in Europa, iactatas in illis disceptationibus esse: quarū Lyfimachia iam celsisse regem, ne quid in Europa habere cum dicerent: eas quæ in Asia sint ciuitates tradere paratum esse: & si quas alias Romani quod suarum partium fuerint, uindicare ab imperio regio uelint. impensę quoq; in bellum factæ partem dimidiā regem præstaturum populo Romano. Hæc conditiones erant pacis. Reliqua oratio fuit, ut memores rerum humanarum & suæ fortunę moderarentur, & alienam ne urgerēt. finirent Europa imperium, id quoq; immensum esse: & parari singula acquirendo facilius potuisse quā uniuersa teneri posse. Quod si Asiæ quoq; partem aliquam abstrahere uelint, dummodo non dubijs regionibus finiant: uinci suam temperantiam Romana cupiditate pacis & concordia causa regem passurum. Ea quæ legato magna ad pacem impetrandam uidebantur, parua Romanis uisā. nam & impensam quæ in bellum facta esset, omnem præstare regem æquum censebant: cuius culpa bellum excitatum esset. & non Ionia modo atq; Æolide deduci debere præsidia regia: sed sicut Græcia omnis liberata esset, ita quæ in Asia sint, omnes liberari urbes. id aliter fieri non posse, quā ut cis Taurum montem possessione Asiæ Antiochus cedat. Legatus posteaquam nihil æqui in concilio impetrare se censebat: priuatim (sic enim imperatū erat) P. Scipionis tentare animū est conatus. Omnium primū filiū ei sine pretio redditurū regem dixit: deinde ignarus & animi Scipionis & moris Romani, auri pondus ingens est pollicitus, & nomine tantum regio excepto, societate omnis regni, si per eum pacem impetrasset. Ad ea Scipio.

Quod Romanos omnes, quod me ad quem missus es, ignoras, minus miror: cum te fortunam eius à quo uenis, ignorare cernam. Lyfimachia tenenda erat, ne Chersonnesum intraremus: aut ad Hellepontū obstitendū, ne in Asiam traiceremus: si pacem tanquā à sollicitis de belli euentu petiri eratis. concessio uero in Asiam transitu, & non solū frenis, sed etiam iugo accepto, quæ disceptatio ex æquo, cum imperium patiendū sit, relicta est. Ego ex munificētia regia maximū donum filium habebō: alijs deos precor ne unquā fortuna egeat mea, animus certe non egebit, pro tanto in me munere gratū me esse in se sentiet: si priuatā gratiam pro priuato beneficio desiderabit. publice nec habebō quicquā ab illo, nec dabo, quod in præsentia dare possim, fidele consiliū est, abi, nuntia meis uerbis, bello abstat, pacis cōditionem nullam recuset. Nihil ea mouerunt regem, tutā fore belli aleam ratū: quando perinde ac uictō iam sibi leges dicerentur. omīssa igitur in præsentia mentione pacis, totā curam in belli apparatus intendit. Consul omnibus præparatis ad proposita exequenda, cum ex stauis mouisset: Dardanum primum, deinde Rheeteum, utraq; ciuitate obuiam effusa, uenit. inde Ilium processit: castrisq; in campo qui est subiectus mœnibus positus, in urbem arcemq; cum ascendisset, sacrificauit Mineræ præsidii arcis: & Iliensibus in omni rerum uerborumq; honore ab se oriundos Romanos præferentibus, & Romanis lætis origine sua. inde profecti sextis castris ad caput Caiici amnis peruenierunt. Eō & Eumenes rex, conatus primo ab Helleponto reducere classem in hyberna Elæā, aduersis deinde uentis cum aliquot diebus superate Lecton promontorium non potuisset, in terram egressus, ne deesset principijs rerum, quā proximum fuit, in castra Romana cum parua manu contendit. Ex castris Perganum remissus ad cōmeatus expediendos, tradito frumento quibus iusserat c o s. in eadē staua redijt. inde plurium dierum præparatis cibarijs, consiliū erat ire ad hostem priusquam hyems opprimeret. Regia castra circa Thyatira erant. ibi cum audisset Antiochus P. Scipionem egrum Elæam delatum, legatos qui filium ad eum reducerēt, misit. Non solum animo patrio gratum munus, sed corpori quoque salubre gaudium fuit. satiatusque tandem complexu filij, Renuntiate, inquit, gratias regi me agere: referre gratiā aliam nunc non posse, quā ut suadeam, ne ante in aciem descendat, quā ut in castra me redisse audierit. Quanquam l x millia peditum, plus x i i millia equitū animos interdum ad spem certaminis faciebant: motus tamen Antiochus tanti

autoritate

auctoritate uiri, in quo ad incertos belli euentus omnis fortunę posuerat subsidia, recepit se transgressus Phrygium amnem: circaq; Magnesium quę ad Sipyllum est, posuit castra. & ne si extrahere tempus uellet, munimenta Romani tentarent: fossam sex cubitis altam, xii latam cum duxisset, extra duplex uallum fossę circūdedit: interiore labro murum cum turribus crebris obiccit: unde facile arceri transitu fossę hostis posset. Consul circa Thyatirā regem esse ratus, cōtinuis itineribus quinto die ad Hircanū campum descendit. inde cum profectū audisset, secutus uestigia citra Phrygiū amnē quatuor millia ab hoste posuit castra. Eò mille ferme equites (maxima pars Gallogręci erāt, & Dahę quidā aliarumq; gentiū sagittarij equites intermisti) tumultuose amne traiecto, in stationes impetū fecerunt. Primo turbauerūt incompósitos. deinde cum longius certamē fieret: Romanorū, ex propinquis castris facili subsidio, crederet numerus: regij fessi iam & plures nō sustinētes recipere se conati, circa ripā amnis priusq; flumen ingrederent, ab instantibus tergo aliquot interfecti sunt. Biduum deinde silentiū fuit, neutris transgredientibus amnē. tertio post die Romani simul omnes transgressi sunt: & duo millia ferme & quingentos passus ab hoste posuerūt castra. Metantibus & muniendo occupatis tria millia delecta equitū peditumq; regionū magno terrore ac tumultu aduenere. aliquanto pauciores in statione erant: & tamen per se nullo à munimento castrorū milite auocato, & primo æquum præliū sustinuerunt, & crescente certamine pepulerunt hostes, centum ex his occisis, centū ferme captis. Per quattuoridū insequens instructę utriq; acies pro uallo steterunt. quinto die Romani processere in mediū campi. Antiochus nihil promouit signa, ita ut extremi minus mille pedes à uallo abessent. Consul posteaq; detrectari certamē uidit, postero die in consiliū aduocauit, quid sibi faciendū esset, si Antiochus pugnandi copiā nō faceret. instare hyemem: aut sub pellibus habēdos milites fore: aut si cōcedere in hyberna uellent, differendū esse in æstatem bellū. Nullum unquā hostem Romani eque cōtempserunt. conclamatū undiq; est, duceret extemplo & uteretur ardore militū, qui tanquā non pugnandū cum tot millibus hostium, sed par numerus pecorum trucidandus esset: per fossas, per uallū castra inuadere parati erant, si in præliū hostis non exiret. Cn. Domitius ad explorandū iter, & qua parte adiri uallum hostium posset, missus posteaquā omnia certa retulit, postero die propius castra ad moueri placuit: tertio signa in medium campi prolata, & instrui acies cœpta est. Nec Antiochus ultra tergiuersandū ratus, ne & suorum animos minueret detrectando certamen, & hostium spem auerteret, & ipse copias eduxit, tantum progressus à castris ut dimicaturū appareret. Romana acies unius propè formę fuit & hominū & armorum genere. duę legiones Romanę, duę sociūm ac latini nominis erant: quina millia & quadringenos singulę habebāt. Romani mediā aciem, cornua Latini tenuerūt: hastatorū prima signa, deinde principū erant: triarij postremos claudebant. Extra hanc ueluti iustam aciem à parte dextera consul Achæorum cetratis immistos auxiliares Eumenis tria millia ferme peditum æquata fronte instruxit: ultra eos equitū minus tria millia opposuit, ex quibus Eumenis octingenti, reliquus omnis equitatus Romanus erat: extremos Tralleis & Cretenses (quingentorū utriq; numerum explebant) statuit. laeuum cornu non uidebatur egere talibus auxilijs, quia flumen ab ea parte ripęq; disruptę claudebant: quatuor tamen inde turmę equitum oppositę. Hęc summa copiarum erat Romanis, & duo millia mistorum Macedonū Thracumq;, qui uoluntate secuti erant. hi præliū relicti sunt castris. sexdecim elephantos post triarios in subsidio locauerunt. nam præterquam quod multitudinem regionum elephantorum (erant autem quatuor & L) sustinere non uidebantur posse: ne pari quidem numero indicis africis resistunt: siue quia magnitudine, (longe enim illi præstant) siue robore animorum uincuntur. Regia acies uaria magis multis gentibus, dissimilitudine armorum auxiliorumq; erat. x & sex millia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitę appellabantur. hęc media acies fuit in fronte in decem partes diuisa. partes eas interpositis binis elephantis distinguebat. à fronte introrsus in duos & xxx ordines armatorum acies patebat. hoc & roboris in regijs copijs erat: & perinde cum aliā specie, tum eminentibus tantum inter armatos elephantis magnum terrorem præbebat. Ingentes ipsi erant: addebant speciem frontalia & cristę & tergo impositę turres, turribusq;

ribusq; superstantes præter rectorē quaterni armati . Ad latus dexterum phalangitarū mille & quingentos pedites Gallogræcorū opposuit . his tria millia peditum loricatorum (cataphractos ipsi appellant) adiunxit . addita his ala mille fermè equitum . agema eam uocabant . Medi erant lecti uiri , & eiusdem regionis misti multarum gentium equites . continens his grex xvi elephantorum est oppositus in subsidijs . ab eadem parte paululum producto cornu regia cohors erat : Argyraspides à genere armorum appellabantur . Dahæ deinde equites sagittarij mille & ducenti . tum leuis armatura trium millium , pari fermè numero pars Cretenfes , pars Tralles , duo millia & quingenti Mysi , sagittarijs adiuncti erant . Extremum cornu claudabant quatuor millia misti Cyrtæi funditores , & Elymæi sagittarij . Ab læuo cornu phalangitis adiuncti erant Gallogræci pedites mille & quingenti , & similiter his armati duo millia Cappadocum ab Ariarate missi rege . inde auxiliares misti omnium generum duo millia & septingenti , & tria millia cataphractorum equitum , & mille alij equites , regia ala leuioribus tegumentis suis equorumque , alio haud dissimili habitu : Syri plerique erant Phrygibus & Lydis immisti . ante hunc equitatum falcatae quadrigæ & cameli , quos appellant dromadas . his infidebant Arabes sagittarij gladios habentes tenues , longos quaterna cubita : ut ex tanta altitudine contingere hostem possent . inde alia multitudo par ei quæ in dextro cornu erat : primi Tarētini , deinde Gallogræcorum equitum duo millia & quingenti : inde Neocretes mille : & eodem armatu Cares & Cilices mille & quingenti , & totidem Tralles , & tria millia cetratorum : Pisidæ hi erant & Pamphylj & Lycj : tum Cyrtæorum & Elymæorum paria in dextero cornu locatis auxilia : & xvi elephantum modico interuallo distantes . Rex ipse in dextero cornu erat : Seleucum filium & Antipatrum fratris filium in læuo præposuit : media acies tribus permixta : Minioni & Zeufidi & Philippo magistro elephantorum . Nebula matutina crescente die leuata in nubes caliginem dedit : humor inde ab austro uelut perfudit omnia . quæ nihil admodum Romanis , eadem perincommoda regijs erant . nam & obscuritas lucis in acie modica Romanis non adimebat in omneis parteis conspectum : & humor toto ferè graui armatu nihil gladios aut pila hebetabat . regij tam lata acie ne ex medio quidem cornua sua circumspicere poterant , nedum extremi inter se conspicerentur : & humor arcus fundasque , & iaculorum amenta emollierat . falcatae quoque quadrigæ , quibus se perturbaturum hostium aciem Antiochus crediderat , in suos terrorem uerterunt . Armatae autem in hunc maxime modum erant . cuspides circa temonem ab iugo decem cubita extantes uelut cornua habebant : quibus quicquid obuium daretur , transfigerent : & in extremis iugis binæ circa eminebant falces : altera æquata iugo , altera inferior in terram deuexa : illa , ut quicquid ab latere obijceretur , absinderet : hæc , ut prolapsos subeuntesq; contingeret . item ab axibus rotarum utrinque binæ eodem modo diuersæ deligabatur falces . Sic armatas quadrigas , quia si in extremo aut in medio locatae forent , per suos agenda erant : in prima acie , ut ante dictum est , locauerat rex . Quod ubi Eumenes uidit , haud ignarus pugnae , & quam anceps esset auxiliij genus , si quis pauorem magis equis inijceret quam iusta adoriretur pugna : Cretenfes sagittarios funditoresq; & iaculatores equitum non cōfertis , sed quammaxime possent dispersos excurrere iubet : simul omnibus partibus tela ingerere . Hæc uelut procella partim uulneribus missilium undiq; coniectorum , partim clamoribus dissonis ita cōsternauit equos , ut repente uelut effrenati passim incerto cursu ferrentur : quorum impetus & leuis armatura , & expediti funditores , & uelox Cretensis momento declinabatur : & eques insequendo , tumultum ac pauorem equis camelisque & ipsis simul consternatis augebat , clamore & ab alia circumstantium turba multiplici adiecto . Ita medio inter duas acies campo exiguntur quadrigæ : amotoque inani ludibrio , tum demum ad iustum prælium , signo utrinque dato , concursus est . Cæterum uana illa res ueræ mox cladis causa fuit . auxilia enim subsidiaria quæ proxima locata erant , pauore & cōsternatione quadrigarum territa , & ipsa in fugam uersa nudarunt omnia usq; ad cataphractus equites . ad quos cum dissipatis subsidijs peruenisset equitatus Romanus : ne primum quidem impetum pars eorum sustinuerunt : alij fusi sunt , alij propter grauitatem tegumentorum armorumq; oppressi sunt . totum deinde læuum cornu inclinauit : & turbatis auxiliarijs qui inter equitum & quos appellant

appellant phalangitas erant, usque ad mediam aciem terror peruenit. Ibi simul perturbati ordines, & impeditus intercursum suorum usus prælongarum hastarum: (sarissas Macedones uocant) intulere signa Romanæ legionis, & pila inter turbatos coniecere. ne interpositi quidem elephantum militem Romanum deterrebant, assuetum iam ab Africanis bellis & uitare impetum belluæ, & ex transfuerso aut pilis incessere, aut si propius subire posset, gladio neruos incidere. Iam media acies ferè omnis à fronte prostrata erat: & subsidia circumita à tergo cædebantur: cum in parte alia fugam suorum, & propè iam ad ipsa castra clamorem pauentium accepere. namque Antiochus à dextro cornu, cum ibi fiducia fluminis nulla subsidia cerneret, præter quatuor turmas equitum: & eas dum applicant se suis, ripam nudantes: impetum in eam partem cum auxilijs, & cataphracto equitatu fecit: nec à fronte tantum instabat, sed circumito à flumine cornu, iam ab latere urgebat, donec fugati equites primum, deinde proximi peditem effuso cursu ad castra compulsi sunt. Præerat castris M. Aemilius tribunus militum, M. Lepidi filius, qui post annos paucos pontifex maximus factus est. is quæ fugam cernebat suorum, cum præsidio omni occurrit: & stare primo, deinde redire in pugnam iubebat, pauorè & turpem fugam increpans. minæ exinde erant: in perniciem suam cæcos rucere, ni dicto parentent. postremo dat signum suis, ut primos fugientium cædant: turbam insequentium ferro & uulneribus in hostes redigant. Hic maior timor minorem uicit. anticipati coacti metu primo cõstiterunt, deinde & ipsi redierunt in pugnam, & Aemilius cum suo præsidio (erant autem duo millia uirorum fortium) effuse sequenti regi acriter restitit: & Attalus Eumenis frater à dextro cornu, à quo læuum hostium primo impetu fugatum fuerat: ut ab sinistro fugam suorum et tumultum circa castra uidit: in tempore cum ducentis equitibus aduenit. Antiochus posteaquæ & eos quorum terga modo uiderat, repetentes pugnam: & aliam & à castris & ex acie affluentem turbam conspexit: in fugam uertit equum. ita utroque cornu uictores Romani per acruos corporum, quos in media maxime acie cumulauerant: ubi & robur fortissimorum uirorum, & arma grauitate fugam impediunt: pergunt ad castra diripienda. equites primi omnium Eumenis, deinde & alius equitatus toto passim campo sequuntur hostem: & postremos ut quosque adepti sunt, cædunt. cæterum fugientibus maior pestis intermistis quadrigis elephantisque & camelis erat sua ipsorum turba: cum solutis ordinibus uelut cæci super alios alij ruerent, & incursum beluarum obtererent. In castris quoque ingens & maior propè quàm in acie cedes est edita. nam & primorum fuga in castra maxime inclinauit: & huius fiducia multitudinis, qui in præsidio erant pertinacius pro uallo pugnauerunt. retenti in portis ualloque, quæ se impetu ipso capturos crediderant Romani, posteaque tandem peruerunt, ab ira grauiorem ediderunt cædem. Ad quinquaginta millia peditem cæsa eo die dicuntur: equitum quatuor millia, mille & quadringenti capti, & quindecim cum rectoribus elephantum. Romanorum aliquot uulnerati sunt: ceciderunt non plus ccc pedites, quatuor & uiginti equites, & de Eumenis exercitu quinque & uiginti. Et illo quidem die uictores direptis hostium castris cum magna præda in sua reuerterunt. postero die spoliabant cæsum corpora, & captiuos contrahebant. legati ab Thyatira & à Magnesia ad Sipyllum ad dedendas urbes uenerunt. Antiochus cum paucis fugiens, in ipso itinere pluribus congregantibus se, modica manu armatorum media ferè nocte Sardeis concessit. inde cum audisset Seleucum filium & quosdam amicorum Apameam pregressos, & ipse quarta uigilia cum coniuge ac filia petit Apameam: Zenoni tradita custodia urbis, Timone Lydiæ preposito. quibus spretis consensu oppidanorum & militum qui in arce erant, legati ad consulem missi sunt. Sub idem ferè tempus & ab Trallibus & à Magnesia quæ super Mæandrum est, & ab Epheso legati ad dedendas urbes uenerunt. Reliquerat Ephesum Polyxenidas audita pugna: & classe usque ad Patara Lyciæ peruectus, metu stationis Rhodiarum nauium quæ ad Megisten erat, in terram egressus cum paucis itinere pedestri Syriam petit. Asiæ ciuitates in fidem consulis ditionemque populi Romani sese tradebant. Sardibus iam consul erat: eò & P. Scipio ab Elæa, cum primum pati laborem uia potuit, uenit. Sub idem ferè tempus caduceator ab Antiocho per P. Scipionem à consule petit impetrauitque, ut oratores mittere liceret regi. paucos post dies Zeusis, qui præfectus Lydiæ fuerat, & Antipater fratris filius, uenerunt. hi prius Eumene cõuento, quæ propter

pter uetera certamina auersum maxime à pace credebant esse, & placatiore eo & sua & regis spe inuento, tum P. Scipionem, & per eum C. S. adierunt: præbitoq; ijs petentibus frequenti consilio ad mandata edenda, Non tam quid ipsi dicamus, habemus, inquit Zeusis: quàm ut à uobis quæramus Romani, quo piaculo expiare errorem regis, pacem ueniamq; impetrate à uictoribus possimus. Maximo semper animo uictis regibus populisq; ignouistis. quanto id maiore & placatiore animo decet uos facere in hac uictoria, quæ uos dominos orbis terrarum fecit: positis iam aduersus omnes mortales certaminibus, haud secus, quàm deos confutere & parcere uos generi humano oportet. Iam antequam legati uenirent, decretum erat, quid responderetur. respondere Africanum placuit. is in hunc modum locutus fertur. Romani ex ijs, quæ in deum immortalium potestate erant, ea habemus, quæ dii dederunt: animos, qui nostræ mentis sunt, eosdem in omni fortuna gessimus gerimusq;: neq; eos secundæ res extulerunt, nec aduersæ minuerunt. eius rei, ut alios omittam: Annibalem uestrum uobis darem testem, nisi uos ipsos dare possem. Posteaquam Hellspondum traiecimus, priusquam castra regia, priusquam aciem uideremus, cum communis mars, & incertus belli euentus esset, de pace uobis agentibus, quas pares paribus ferebamus conditiones, easdem nunc uictores uictis ferimus. Europa abstinete: Asiæq; omni, quæ cis Taurum montem est, decedite. pro impensis deinde in bellum factis x v millia talentum Euboicorum dabitur. quingenta præsentia, duo millia & quingenta, cum S. P. Q. R. pacem cõprobauerint, mille deinde talentum per xii annos. Eumeni quoq; reddi ccc talenta, & quod frumenti reliquum ex eo, quod patri debitum est, placet. Hæc cum pepigerimus, facturos uos ut pro certo habeamus, erit quidem aliud quod pignus, si obsides uiginti nostro arbitratu dabitur. Sed nunquam satis liquebit nobis, ibi pacem esse P. R. ubi Annibal erit. eum ante omnia deprecamur. Thoantem quoq; Aetolum, concitatorem Aetolici belli, qui & illorum fiducia uos, & uestra illos in nos armauit, dedetis, & cum eo Mnasimachum Acarnana, & Chalcidenses Philonem & Ebulidam. In deteriora sua fortuna pacem faciet rex, quia serius facit, quàm facere potuit. si nunc moratus fuerit, sciat, regum maiestatem difficilius ab summo fastigio ad mediũ detrahi, quàm à medijs ad ima precipitari. Cum his mandatis ab rege missi erant legati, ut omnem pacis conditionem acciperent. itaq; Romam mitti legatos placuit. C. S. in hyberna exercitum Magnesium ad Mæandrum & Tralleis Ephesumq; diuisit. Ephesum ad C. S. paucos post dies obsides ab rege adducti sunt: & legati, qui Romam irent, uenerunt. Eumenes quoq; eodem tempore profectus est Romam, quo legati regis. secutæ eos sunt legationes omnium Asiæ populorum. Dum hæc in Asia geruntur, duo ferè sub idem tempus cum triumphi spe processerunt. de prouincijs Romanam redierunt: Q. Minucius ex Liguribus, M. Acilius ex Aetolia. Auditis utriusq; rebus gestis, Minucio negatus triumphus, Acilio magno consensu decretus: isq; triumphans de rege Antiocho & Aetolis urbem est inuectus. Præлата sunt in eo triumpho signa militaria ccc xxx: & argenti infecti tria millia pondo: signati tetradrachmum Atticum cxxxiii millia: cistophori cccxlviii: uasa argentea calata multa, magniq; ponderis: tulit & supellectilem regiam argenteam ac uestem magnificam: coronas aureas, dona sociarum ciuitatum, xlv: spolia omnis generis: captiuos nobiles, Aetolos, & regios duces sex & triginta duxit. Damocritus Aetolorum dux paucos ante dies cum è carcere nocte effugisset, in ripa Tyberis consecutus custodibus, priusquam comprehenderetur, gladio se transiit. milites tantum, qui sequebantur currum, defuerunt: alioqui magnificus & spectaculo, & fama rerum triumphus fuit. Huius triumphi minuit lætitiã nuntius ex Hispania tristis: aduersa pugna in Vascetanis ductu L. Aemilij proprætoris apud oppidum Lyconem cum Lusitanis, sex millia de exercitu Romano cecidisse: cæteros pauentes intra uallum cõpulsos ægre castra defendisse, & ad modum fugientium magnis itineribus in agrum pacatum reductos. Hæc ex Hispania nuntiata. Ex Gallia legatos Placentinorum & Cremonensium L. Aurunculeius Pr. in senatum introduxit. Iis querentibus inopiam colonorum, alijs belli casibus, alijs morbo absumptis, quosdã tædio accolarum Gallorum reliquisse colonias, decreuit senatus, uti C. Lælius C. S. si ei uideretur, sex millia familiarum conscriberet, quæ in eas colonias diuiderentur: & ut L. Aurunculeius Pr. tri-

m m m umuiros

umuiros crearet ad eos colonos deducēdos. Creati M. Attilius Serranus, L. Valerius P. F. Flac-
 cus, L. Valerius C. F. Tappo. Haud ita multo post cum iam consulariū comitorum appeteret
 tempus: C. Lælius cos. ex Gallia Romā rediit. is non solū ex facto absente se s c in supple-
 mentum Cremonæ & Placentiæ colonos scripsit, sed ut nouæ coloniæ duæ in agrū, qui Boio-
 rum fuisset, deducerētur & retulit, & autore eo patres censuerunt. Eodē tempore L. Aemiliū
 Pr. literæ allatæ de nauali pugna ad Myonensum facta, & L. Scipionē cos. exercitū in Asiam
 traiecit. Victoriæ naualis ergō in unū diem supplicatio decreta est: in alterū diem, quod ex-
 ercitus Romanus tum primum in Asia posuisset castra, ut ea res prospera & læta eueniret. ui-
 cenis maioribus hostijs in singulas supplicationes sacrificare cos. est iussus. Inde cōsularia co-
 mitia magna contentione habita. M. Aemilius Lepidus petebat, aduersa fama hominū: quod
 prouinciam Siciliam petendi causa, non consulto senatu ut sibi id facere liceret, reliquisset. pe-
 tebant cum eo M. Fuluius Nobilior, Cn. Manlius Volso, M. Valerius Messala. Fuluius cos.
 unus creatur, cum cæteri centurias non expleissent. isq; postero die Cn. Manlium, Lepido de-
 iecto (nam Messala tacuit) collegam dixit. Præ. exinde facti, duo Q. Fabij, Labco & Pictor,
 (flamen Quirinalis eo anno inauguratus fuerat) M. Sempronius Tuditanus, Sp. Posthumus
 Albinus, L. Plautius Hypsæus, L. Bebius Diues. M. Fuluius Nobiliore, & Cn. Manlio
 Volsone cos. Valerius Antiās autor est, rumorem celebrem Romæ fuisse, & penè pro certo
 habitum, recipiendi Scipionis adolescentis causa cos. L. Scipionem, & cum eo P. Africanum
 in colloquiū euocatos regis, & ipsos comprehensos esse, & ducibus captis confestim ad castra
 Romana exercitum ductum, eaq; expugnata, & deletas omnes copias Romanorum esse: ob
 hæc Actolos sustulisse animos, & abnuisse imperata facere, principesq; eorum in Macedoni-
 am & in Dardanos & in Thraciā ad conducenda mercede auxilia profectos: hæc qui nuntia-
 rem Romam A. Terentium Varronem, & M. Claudium Lepidum ab A. Cornelio præpõto
 re ex Aetolia missos esse. Subtexit deinde fabulæ huic, legatos Aetolos in senatu inter cætera
 hoc quoq; interrogatos esse: unde audissent imperatores Romanos in Asia captos ab Antio-
 cho rege, & exercitum deletum esse: Aetolos respondisse, ab suis legatis se, qui cum cos. fue-
 rint, certiores factos. Rumoris huius quia neminem alium autorem habeo, neq; affirmata
 res mea opinione sit, nec pro uana prætermissa. Aetoli legati in senatum introducti, cum &
 causa eos sua & fortuna hortaretur, ut confitendo seu suæ culpæ, seu errori ueniam peterent
 supplices: orsi à beneficijs in populum Romanum, & propè exprobrantes uirtutem suam in
 Philippi bello, & offenderunt aures insolentia sermonis, & eò, uetera & oblitterata repetendo,
 rem adduxerunt, ut haud paulo plurimum maleficiorum gentis, quàm beneficiorum memoria
 subiret animos patrum, & quibus misericordia opus erat, iram & odium irritarent. Interroga-
 ti ab uno senatore, permitterentne arbitrium de se populo Romano: deinde ab altero, habi-
 turine eosdem, quos populus Romanus, socios & hostes essent: nihil ad ea respōdentes, egre-
 di templo iussi sunt. Conclamatum deinde propè ab uniuerso senatu est, totos adhuc Antio-
 chi Actolos esse, & ex unica ea spe pendere animos eorum. itaq; bellum cum haud dubijs ho-
 stibus gerendum, perdomandosq; feroces animos esse. Etiam illa res accendit, quod eo ipso
 tempore, quo pacem ab Romanis petebant, Dolopie atq; Athamaniae bellum inferebant.
 Senatusconsultum in M. Acilij sententiam, qui Antiochum Actolosq; deuicerat, factum est,
 ut Actoli eo die iuberentur proficisci ab urbe, & intra quintumdecimum diem Italia excedere.
 A. Terentius Varro ad custodiendum iter eorum missus: denuntiatumq; si qua deinde lega-
 tio ex Aetolis, nisi permissu imperatoris, qui eam prouinciam obtineret, & cum legato Roma-
 no uenisset Romam, pro hostibus omnes futuros. Ita dimissi Actoli. De prouincijs deinde
 cos. retulerunt. fortiri eos Aetoliam & Asiam placuit. qui Asiam sortitus esset, exercitus ei,
 quem L. Scipio haberet, est decretus, & in eum supplementum quatuor millia peditū Roma-
 norum, ducenti equites, & sociorum ac Latini nominis octo millia peditum, & quadringenti
 equites: his copijs ut bellum cum Antiocho gereret. Alteri cos. exercitus, qui erat in Aetolia,
 est decretus: & ut supplementum scriberet permissum, ciuium sociorumq; eundem numerum
 quem collega. naues quoq; idem cos. quæ priore anno paratæ erant, ornare iussus, ac ducere
 secum

secum, nec cum Ætolis solum bellum gerere, sed etiam in Cephaleñiam insulã trãñcere. Mandatum eidem, si per commodum Reip. facere posset, ut ad comitia Romam rediret. nam præterquam quod magistratus annui subrogandi essent, censores quoq; placere creati. si qua res eum teneret, senatum certiozem faceret: se ad comitorum tempus occurrere non posse. Aerolia M. Fulvio, Asia Cn. Manlio sorte euenit. Præ. deinde sortiti sunt, Sp. Posthumius Albinus urbanam, & inter peregrinos, M. Sempronius Tuditanus Siciliam, Q. Fabius Pictor flamen quirinalis Sardiniam, Q. Fabius Labeo classẽ, L. Plautius Hypseus Hispaniam citeriorem, L. Bebius Diues Hispaniam ulteriorem. Siciliæ legio una, & classis, quæ in ea prouincia erat, decreta. & ut duas decimas frumenti nouus Pr. imperaret Siculis. earum alteram in Asiam, alteram in Ætoliam mitteret. Idem ab Sardis exigi, atq; ad eisdem exercitus id frumentum, ad quos Siculum, deportari iussum. L. Bebio supplementum in Hispaniam datum mille Romani pedites, equites quinquaginta, & sex millia peditum Latini nominis, & c c equites. Plautio Hypseo in Hispaniam citeriorem mille Romani dati sunt pedites, duo millia sociũ Latini nominis, & ducenti equites. cum his supplementis ut singulas legiones duæ Hispaniæ haberent. Prioris anni magistratibus, C. Lælio cum suo exercitu prorogatum in annum imperium est. prorogatum & P. Iunio proprætori in Hetruria cum eo exercitu, qui in prouincia esset: & M. Tuccio proprætori in Brutijs & Appulia. Priusquã in prouincias Præ. irent, certamen inter P. Liciniũ pontificem maximũ fuit, & Q. Fabium Pictorem flaminem quirinalem, quale patrum memoria inter L. Metellũ, & Posthumium Albinũ fuerat. cos. illum cum C. Lucatitio collega in Siciliam ad classẽ proficiscentem ad sacra retinuerat Metellus PONT. MAX. prætorem hunc, ne in Sardinia proficisceretur, P. Licinius tenuit. & in senatu, & ad populum magnis contentionibus certatũ est: & imperia inhibita ultro citroq; & pignora capta, & mulctæ dictæ, & tribuni appellati, & prouocatum ad populum est. religio ad postremum uicit, & dicto audiens esse flamen pontifici iussus. & mulctæ ex iussu populi remissæ. ira prouinciæ ereptæ prætorem magistratu abdicare se conantem patres autoritate sua deterruerunt: & ut ius inter peregrinos diceret, dectuerũt. Delectibus deinde intra paucos dies (neq; enim multi milites legendi erant) perfectis, cos s. prætoresq; in prouincias proficiscuntur. Fama deinde de rebus in Asia gestis temere uulgata sine autore: & post dies paucos nuntij certi, literæq; imperatoris Romam allatæ. quæ non tantum gaudium ab recenti metu attulerant: (desiderant enim uictam Ætoliam metuere) quàm auerterunt famam: quod ineuntibus id bellum grauis hostis & suis uiribus, & quod Annibalem rectorem militiæ haberet, uisus fuerat. nihil tamen aut de cos. mittendo in Asiam mutandum, aut minuendas eius copias censuerunt: metu, ne cum Gallis foret bellandũ. Haud multo post M. Aurelius Cotta, legatus L. Scipionis, cum Antiochi regis legatis, & Eumenes rex Rhodijsq; Romam uenerũt. Cotta in senatu primum, deinde in contione iussu patrũ, quæ acta in Asia essent, exposuit. supplicatio inde in triduum decreta est: & x l maiores hostiæ immolari iussæ. Tum omnium primũ Eumeni senatus datus est. Is cum breuiter & egisset gratias patribus, quod obsidione se ac fratrem exemissent, renumq; ab iniurijs Antiochi uindicassent: & gratulatus esset, quod mari terraq; prospere res gessissent: quodq; regem Antiochũ fufum fugatumq; & exurum castris, prius Europa, post & Asia, quæ cis Taurũ montẽ est, expulissent: sua deinde merita malle eos ex imperatoribus suis legatisq; quàm se commemorante, cognoscere, dixit. Hæc approbatibus cunctis iubentibusq; dicere ipsum omissa in id uerecundia, quid sibi ab s p q r tribui æquum censeret: propensius cumulatiusq; si quo possit, prout eius merita sint, senatum facturũ: ad ea rex. Si ab alijs sibi præmiorum optio deferretur, libenter, data modo facultate consulendi senatum Romanum, cõsilio amplissimi ordinis usurum fuisse, ne quid aut immoderate cupisse, aut petisse parũ modeste uideri posset. uerũ enim uero cum ipsi daturi sint, multo magis munificentiam eorum in se fratresq; suos ipsorum arbitrij debere esse. Nihil hac oratione eius p c deterriti sunt, quo minus dicere ipsum iuberẽt. & cum aliquandiu, hinc indulgentia, hinc modestia, inter permittentes inuicem, nõ magis mutua q; inexplicabili facilitate certatum esset, Eumenes templo excessit. Senatus in eadem perstare sententia, ut absurdũ esse diceret, ignorare regem

quid sperans aut petens uenerit. quæ commoda regno suo sint, ipsum optime scire: Asiam longe melius, quàm senatum nosse. reuocandum igitur & cogendum, quæ uellet, quæq; sentiret, expromere. Reductus à prætorè in templum rex, & dicere iussus: Perseuerassem, inquit, tacere ꝑ c nisi Rhodiorum legationem mox uocaturos uos scirem: & illis auditis, mihi necessitatem fore dicendi. quæ quidem eo difficilior oratio erit, quod ea postulata eorum futura sunt, ut non solum nihil, quod contra me sit, sed ne quod ad ipsos quidem proprie pertineat, petere uideantur. agent enim causam ciuitatum Græcarum, & liberari eas dicent debere. quo impetrato, cui dubium est, quin & à nobis auersuri sint non eas modo ciuitates, quæ liberabuntur, sed etiam ueteres stipendiarias nostras: ipsi autem tãto obligatos beneficio, uerbo socios, re uera subiectos imperio & obnoxios habituri sint: & (si dijs placet) cum has tantas opes affectabunt, dissimulabunt ulla parte id ad se pertinere: uos modo id decere, & conueniens esse ante factis, dicent. Hæc uos ne decipiat oratio, prouidendum uobis erit: ne ue non solum inæqualiter alios nimium deprimatis ex socijs uestris, alios præter modũ extollatis: sed etiam ne qui aduersus uos arma tulerint, in meliore statu sint, quàm socij & amici uestri. Quod ad me attinet, in alijs rebus cessisse intra finem iuris mei cuilibet uideri malim, quàm nimis pertinaciter in obtinendo eo tetendisse. in certamine autem amicitia uestra, beneuolentiæ erga uos, honoris qui à uobis habebitur, minime æquo animo uinci possum. Hanc ego maximam hereditatem à patre accepi. qui primus omnium Asiam Græciamq; incolentium in amicitiam uestram uenit, eamq; perpetua & constanti fide ad extremum finem uitæ perduxit: nec animum duntaxat uobis bonum ac fidelem præstitit, sed omnibus interfuit bellis, quæ in Græcia gessistis, terrestribus navalibusq;: omni genere comæatum ita, ut nemo sociorum uestrorũ æquari ulla parte posset, uos adiuuit. postremo cum Bœotos ad societatem uestra hortaretur, in ipsa conuentione inter mortuus haud multo post expirauit. Huius ego uestigia ingressus uoluntati quidem & studio in colendis uobis adijcere (etenim inexuperabilia hæc erant) nihil potui: rebus ipsis meritisq; & impensis officiorũ ut superare possem, fortuna, tempora, Antiochus, & bellum in Asia gestũ præbuerunt materiam. Rex Asiæ, & partis Europæ Antiochus filiam suam in matrimonium mihi dabat, restituebat extemplo ciuitates, quæ defecerat à nobis, spem magnam in posterũ amplificandi regni faciebat, si secum aduersus uos bellũ gessissem. Non gloriabor eo, quod nihil in uos deliquerim. illa potius, quæ uetustissima domus nostræ uobiscum amicitia digna sunt, referam. terrestribus navalibusq; copijs, ut nemo uestrorũ sociorum me æquiparare posset, imperatores uestros adiuui: cõmeatus terra mariq; suppeditaui: navalibus prælijs, quæ multis locis facta sunt, omnibus affui: nec labori meo, nec periculo usquã peperi. quod miserrimũ est in bello, obsidionem passus sum, Pergami inclusus cum discrimine ultimo simul uitæ regniq; liberatus deinde obsidione, cum alia parte Antiochus, alia Seleucus circa arcẽ regni mei castra haberet, relictis rebus meis tota classe ad Hellespontũ L. Scipioni c o s. uestro occurri, ut eum in traiciendo exercitu adiuuarem. Postq; in Asiam exercitus uester est transgressus, nunquam à c o s. abcessi: nemo miles Romanus magis assiduus in castris uestris fuit, quàm ego, fratresq; mei. nulla expeditio, nullum equestre prælium sine me factum est. in acie ibi steti, eam partẽ sum tutatus, in qua me c o s. esse uoluit. Nõ sum hoc dicturus ꝑ c quis hoc bello meritis erga uos mecum comparari potest: ego nulli omnium neq; populorũ, neq; regum, quos in magno honore habetis, non ausim me comparare. Masanißa hostis uobis antequam socius fuit: nec incolumi regno cum auxilijs suis, sed extorris, expulsus, amissis omnibus copijs, cum turma equitum in castra confugit uestra. tamen eum, quia in Africa aduersus Syphacem & Carthaginenses fideliter atq; impigre uobiscum stetit, non in patriũ solum regnum restituitis: sed adiecta opulentissima parte Syphacis regni, præpotentẽ inter Africæ reges fecistis. Quo tandẽ igitur nos præmio atq; honore digni apud uos sumus, qui nunquã hostes, semper socij fuimus: pater, ego, fratresq; mei non in Asia tantum, sed etiam procul ab domo in Pelopõneso, in Bœotia, in Aetolia, Philippi, Antiochi, Actolico bello, terra mariq; pro uobis arma tulimus. Quid ergo postulas: dicat aliquis. Ego ꝑ c quoniam dicere utiq; uolentibus uobis parendũ est: si uos ea mente ultra Tauri iuga Antiochũ emouistis, ut ipsi tene-

rectis

retis eas terras, nullos accolas, nec finitimos habere, quàm uos malo: nec ulla alia re tutius stabiliusq; regnum meum futurum spero. sed si uobis decedere inde, atq; exercitus deducere in animo est: neminem digniorē esse ex socijs uestris, qui bello à uobis parata possideat, quàm me, dicere ausim. At enim magnificum est liberare ciuitates seruas, ita opinor: si nihil hostile aduersus uos fecerunt. sin autem Antiochi partis fuerunt: quanto est uestra prudentia & æquitate dignius, socijs benemeritis, quàm hostibus uos consulere? Grata oratio regis patribus fuit, & facile apparebat munifice omnia, & propenso animo facturos. Interposita Smyrnæorum breuis legatio est, quia non aderāt quidam Rhodiorū. Collaudatis egregie Smyrnæis, quod omnia ultima pati, quàm se regi tradere maluissent: introducti Rhodij sunt. quorū princeps legationis, expositis initijs amicitiae cum P R meritisq; Rhodiorū Philippi prius, deinde Antiochi bello: Nihil, inquit, nobis tota nostra actione P C neq; difficilius, neq; molestius est, quàm quod cum Eumene nobis disceptatio est, cum quo uno maxime regum & priuatū singulis, & quod magis nos mouet, publicum ciuitati nostræ hospitium est. cæterum non animi nostri P C nos, sed rerum natura, quæ potentissima est, disiungit: ut nos liberi etiam aliorū libertatis causam agamus: reges serua omnia, & subiecta imperio suo esse uelint. Vt cūq; tamen res se habet: magis uerecūdia nostra aduersus regem nobis obstat, quàm ipsa disceptatio aut nobis impedita est, aut uobis perplexam deliberationē præbitura uidetur. nam si aliter socio atq; amico regi, & benemerito hoc ipso in bello, de cuius præmijs agitur, honos haberi nullus posset, nisi liberas ciuitates ei in seruitutē traderetis, esset deliberatio anceps: ne aut regem amicum inhonoratum dimitteretis, aut decederetis instituto uestro, & gloriam Philippi bello partam nunc seruitute tot ciuitatum deformaretis. sed ab hac necessitate aut gratiæ in amicum minuendæ, aut gloriæ uestræ, egregie uos fortuna uindicat. est enim deūm benignitate non gloriosa magis, quàm diues uictoria uestra: quæ uos facile isto uelut ære alieno exoluat. nam & Lycaonia, & Phrygia utraq; & Pisidia omnis, & Chersonesus, quæq; circūiacent Europæ, in uestra sunt potestate: quarum una quælibet regi adiecta multiplicare regnum Eumenis potest: omnes uero datæ maximis eum regibus æquare. licet ergo uobis & præmijs belliditate socios, & non decedere instituto uestro: & meminisse, quem titulum prætenderitis prius aduersus Philippum, nunc aduersus Antiochum belli: quid feceritis Philippo uicto, quid nunc à uobis, non magis quia fecistis, quàm quia id uos facere decet, desideretur atq; expectetur. alia enim alijs & honesta & probabilis est causa armorum. illi agrum, hi uicos, hi oppida, hi portus oramq; aliquā maris ut possideant. uos nec cupistis hæc, antequam haberetis, nec nunc, cum orbis terrarū in ditione uestra sit, cupere potestis. pro dignitate & gloria apud omne genus humanū, quod uestrum nomen imperiumq; iuxta ac deos immortales iam pridem intuetur, pugnantis. quæ parare & quærere arduum fuit: nescio an tueri difficilius sit. gentis uetustissimæ nobilissimæq; uel fama rerum gestarum, uel omni commendatione humanitatis doctrinarumq; tuendam ab seruitio regio libertatem suscepistis. hoc patrocinium receptæ in fidem & clientelam uestram uniuersæ gentis perpetuū uos præstare decet. Non quæ in solo modo antiquo sunt, Græcæ magis urbes sunt, quàm coloniæ earum, illinc quondam profectæ in Asiam: nec terra mutata mutauit genus aut mores. certare pio certamine cuiuslibet bonæ artis ac uirtutis ausi sumus cum parentibus quæq; ciuitas, & conditoribus suis. Adistis Græciæ, adistis Asiæ urbes pleriq; nisi quod longius à uobis absumus, nulla uincimur alia re. Massilienses, quos, si natura insita uelut ingenio terræ uinci posset, iam pridē efferaissent tot indomitæ circumfusæ gentes: in eo honore, in ea merito dignitate audimus apud uos esse, ac si medium umbilicum Græciæ incolerent. nō enim sonum modo linguæ, uestitumq; & habitum, sed ante omnia mores & leges & ingenium syncerum integrumq; à contagione accolarū seruarunt. Terminus est nunc imperij uestri mons Taurus. quicquid intra eum cardinem est, nihil longinquum uobis uideri debet. quò arma uestra peruenerunt: eodem ius hinc profectum perueniat. Barbari, quibus pro legibus semper dominorum imperia fuerunt, quo gaudent, reges habeant: Græci suam fortunam, uestros animos gerunt. domesticis quondam uiribus etiam imperium amplectebantur. nunc imperium ubi est, ibi ut sit perpetuū, optant: libertatem ue-

stris tueri armis satis habent, quoniam suis non possunt. At enim quædam ciuitates cum Antiocho senserunt. & aliæ prius cum Philippo, & cum Pyrrho Tarentini. ne alios populos enumerem, Carthago libera cum suis legibus est. huic uestro exemplo quantum debeatis, uidete p c. inducetis in animū negare Eumenis cupiditati, quod iustissimæ iræ uestræ negastis. Rhodij & in hoc & in omnibus bellis, quæ in illa ora gessistis, quàm forti fidelique opera uos adiuuerimus, uestro iudicio relinquimus. nunc in pace id consilium afferimus: quod si comproba ueritis, magnificētius uos uictoria uos esse, quàm uicisse, omnes existimaturi sint. Apta magnitudini Romanæ oratio uisa est. Post Rhodios Antiochi legati uocati sunt. Ii uulgato pentium ueniam more, errorem falsi regis, obtestati sunt p c, ut suæ potius clementiæ, quàm regis culpæ, qui satis superque pœnarum dedisset, memores consulere: postremo pacē datam à L. Scipione imperatore, quibus legibus dedisset, cōfirmaret autoritate sua. Et senatus eam pacem seruādā censuit: & paucos post dies populus iussit. fœdus in Capitolio cum Antipatro principe legationis, & eodē fratris filio regis Antiochi est ictum. Auditiæ deinde & aliæ legationes ex Asia sunt. quibus omnibus datum est responsum, decem legatos more maiorum senatum missurum ad res Asiæ disceptandas componendasque: summam tamen hanc fore, ut cis Taurum montem quæ intra regni Antiochi fines fuissent, Eumeni attribueretur, præter Lyciam Cariamque, usque ad Mæandrum amnem. ea ciuitatis Rhodiorum essent. cæteræ ciuitates Asiæ, quæ Attali stipendiariæ fuissent, eadem Eumeni uectigal penderent: quæ uectigales Antiochi fuissent, eæ liberæ atque immunes essent. Decem legatos hos decreuerunt: Q. Minucium Rufum, L. Furium Purpurionem, Q. Minucium Thermum, Ap. Claudiū Neronem, Cn. Corneliū Merulam, M. Iunium Brutum, L. Aurunculeium, L. Aemiliū Paulum, P. Cornelium Lentulū, P. Aelium Tuberonem. His quæ præsentis disceptationis essent, libera mandata. De summa rerum senatus constituit. Lycaoniam omnem, & Phrygiam utranque, & Mysiam, regias syluas, & Lydiæ Ioniamque, extra ea oppida, quæ libera fuissent, quo die cum rege Antiocho pugnatum est, & nominatim Magnesium ad Sipylum: & Cariam, quæ Hydrela appellatur, agrumque Hydreletanum ad Phrygiam uergentem, & castella uicosque ad Mæandrum amnem, & oppida, nisi quæ libera ante bellum fuissent: Telmessum item nominatim, & castra Telmessium, præter agrum qui Ptolemæi Telmessij fuisset: hæc omnia, quæ supra scripta sunt, regi Eumeni iussa dari. Rhodijs Lycia data, extra eundem Telmessum, & agrum qui Ptolemæi Telmessij fuisset: hæc & ab Eumene & ab Rhodijs excepta. Ea quoque his pars data Cariae, quæ propior Rhodum insulam trans Mæandrum amnem est: oppida, uici, castella, agri, qui ad Pisidiam uergunt: nisi quæ eorum oppida in libertate fuissent, pridie quàm cum Antiocho rege in Asia pugnatum est. Pro his cum gratias egissent Rhodij: de Solis urbe, quæ in Cilicia est, egerunt. Argis & illos, sicut sese, oriundos esse. ab ea germanitate fratrem sibi cum ijs caritatem esse. petere hoc extraordinarium munus, ut eam ciuitatem ex seruitute regia eximerent. Vocati sunt regis Antiochi legati, actumque cum ijs est: nec quicquam impetratum, testante fœdera Antipatro: aduersus quæ ab Rhodijs non Solos, sed Ciliciam peti, & iuga Tauri transcendendi. Reuocatis in senatum Rhodijs, cum quantopere tenderet legatus regius, exposuissent patres, adiecerunt: si utique eam rem ad ciuitatis suæ dignitatem pertinere censerent Rhodij, senatum omni modo expugnaturum pertinaciam legatorū. Tum uero impensius, quàm ante Rhodij gratias egerunt: cessurosque se potius arrogantiae Antipatri, quàm causam turbandæ pacis præbituros, dixerunt. ita nihil de Solis mutatum est. Per eos dies, quibus hæc gesta sunt: legati Massiliensium nuntiauerunt, L. Bebiū Pr. in prouinciam Hispaniam proficiscentem ab Liguribus circumuentum: magna parte comitum cæsa, uulneratum ipsum cum paucis sine lictoribus Massiliam per fugisse, & intra triduum expirasse. Senatus ea re audita decreuit, uti P. Iunius Brutus, qui proprætor in Hætturia esset, prouincia exercituque traditis uni cui uideretur ex legatis, ipse in ulteriorem Hispaniā proficisceretur: eaque ei prouincia esset. Hoc s c, literæque à Sp. Posthumio Pr. in Hætturiā missæ sunt. profectusque in Hispaniam est P. Iunius proprætor. in qua prouincia prius aliquanto, quàm successor ueniret, L. Aemilius Paulus, qui postea regem Persea magna gloria uicit, cum priore anno haud prospere

prosperè rem gessisset: tumultuario exercitu collecto, signis collatis cum Lusitanis pugnavit. fusi fugatiq; sunt hostes. cæsa decem & octo millia armatorum, tria millia ccc capti, & castra expugnata. Huius uictoriæ fama tranquilliores in Hispania res fecit. Eodẽ anno ante diem tertium calendas Ianuarias Bononiam Latinam coloniam ex sc L. Valerius Flaccus, M. Attilius Serranus, L. Valerius Tappo triumuiroi deduxerunt. tria millia hominum sunt deducta. equitibus septuagena iugera, cæteris colonis quinquagena sunt data. ager captus de Gallis Boijs fuerat. Galli Tuscos expulerat. Eodem anno censuram multi & clari uiri petierunt. quæ res tanq; in se parum magni certaminis causam haberet: aliam contentionẽ multo maiorem excitauit. petebant T. Quintius Flamininus, P. Cornelius Cn. F. Scipio, L. Valerius Flaccus, M. Porcius Cato, M. Claudius Marcellus, M. Acilius Glabrio: qui Antiochũ ad Thermopylas Ætolosq; deuicerat. in hunc maxime, quod multa congiaria habuerat, quibus magnam partem hominũ obligarat: fauor populi se inclinabat. Id cum ægre pateretur tot nobiles, nouum sibi hominẽ tantum præferri: P. Sempronius Gracchus, & C. Sempronius Rutilius Tr. pl. ci diem dixerunt, quod pecuniæ regiæ prædæq; aliquantũ captæ in Antiochi castris, neq; in triumpho tulisset, neq; in ærariũ detulisset. Varia testimonia legatorũ tribunorumq; militũ erant. M. Cato ante alios testes cõspiciebatur. cuius auctoritatem perpetuo tenore uitæ partam toga candida eleuabat. is testis, quæ uasa aurea atq; argentea captis castris inter aliam prædam regiam uidisset: ea se in triumpho negabat uidisse. postremo in huius maxime inuidiam desistere se petitione Glabrio dixit: quando quod taciti indignaretur nobiles homines, id æque nouus cõpetitor inæstimabili periurio incesset. centum milliũ mulcta itrogata erat. bis de ea re certatũ est. tertio, cum de petitione destitisset reus: nec populus de mulcta suffragium ferre uoluit: & tribuni eo negotio destiterũt. Censores, T. Quintius Flamininus, M. Claudius Marcellus creati. Per eosdem dies L. Æmylio Regillo, qui classe præfectũ Antiochi regis deuicerat: extra urbem in æde Apollinis cum senatus datus esset, auditis rebus gestis eius, quantis cum classibus hostiũ dimicasset, quot inde naues demersisset aut cepisset, magno consensu patrum triumphus naualis est decretus. Triumphauit Cal. Februarijs. in eo triumpho unde quinquaginta coronæ aureæ translatae sunt: pecunia nequaq; tanta pro specie regni triumpho: tetradrachma Attica xxxiiii millia dcc: cistophori cxxxii millia ccc.

Supplicationes deinde fuerunt ex sc quod L. Æmylius in Hispania prospere Remp. gessisset. Haud ita multo post L. Scipio ad urbem uenit. qui, ne cognomine fratri cederet, Asiaticum se appellari uoluit. & in senatu, & in contione de rebus ab se gestis differuit. Erant qui fama id maius bellũ, q; difficultate rei fuisse interpretarentur. uno memorabili prælio debellatum, gloriamq; eius uictoriæ defloratã ad Thermopylas esse. Cæterũ uere æstimanti Ætolicum magis ad Thermopylas bellũ, q; regium fuit. quota enim parte uiriũ suarum ibi dimicauit Antiochus: in Asia totius Asiæ steterunt uires, ab ultimis orientis omniũ gentium contractis auxilijs. Merito ergo & dijs immortalibus, quantus maximus poterat, habitus est honos: quod ingentẽ uictoriã facilem etiã fecissent: & imperatori triumphus est decretus. Triumphauit mensẽ intercalario pridie Cal. Martias. qui triumphus spectaculo oculorũ maior, q; Africani fratris eius fuit: recordatione rerũ, & æstimatione periculi certaminisq; non magis comparandus, q; si imperatorem imperatori, aut Antiochũ ducem Annibali cõferres. Tulit in triumpho signa militaria cccxxxiiii: oppidorũ simulachra cxxxiiii: eburneos dentes mille cccxxxix: aureas coronas cccxxxiiii: argenti pondo cclvii millia, & ccccx: tetradrachmũm Atticorũ cccxxxiiii millia: cistophori cccxxxix millia, & lxx: nummos aureos Philippeos ccl millia: uasorũ argenteorũ (omnia cælata erant) mille pondo, & ccccxiiii: aureorũ mille pondo xxxiiii. & duces regni præfecti, & purpurati duo & xxx ante currũ ducti. Militibus quiniuceni denarij dati: duplex centurioni: triplex equiti. & stipendiũ militare, & frumentũ duplex post triumphũ datum. prælio in Asia factõ duplex dederat. Triumphauit anno ferè, posteaq; cõsulatu abiit. Eodẽ ferè tempore & Cn. Manlius cos. in Asiam, & Q. Fabius Labeo Pr. ad classẽ uenit. cæterũ cos. non deerat cum Gallis belli materia. mare pacatũ erat, deuicto Antiocho. cogitantiq; Fabio, cui rei

mm 4 potissimum

potissimum inlisteret, ne otiosam prouinciã habuisse uideri posset: optimũ uisum est in Cre- tam insulam tranſcere. Cydoniatæ bellum aduersus Gortynios Gnosiosq; gerebant. & capti- uorum Romanorũ, atq; Italici generis magnus numerus in seruitute esse per totã insulam di- cebatur. Classe ab Epheso profectus, cum primũ Cretę littus attigit, nuntios circa ciuitates mi- ſit, ut armis abſisterent, captiuosq; in suis quæq; urbibus agrisq; conquisitos reducerent, & le- gatos mitteret ad se, cum quibus de rebus ad Cretenſes pariter Romanosq; pertinētibus age- ret. Nihil magnopere ea Cretenſes mouerunt. captiuos, præter Gortynios, nulli reddiderunt.

Valerius Antiã ad quatuor millia captiuorũ, quia belli minas timuerũt: ex tota insula red- dita scripsit: eamq; causam Fabio, cum rem nullam aliam gessisset, naualis triumphĩ impetran- di ab ſenatu fuiſſe. A Creta Ephesum Fabius rediit. inde tribus nauibus in Thraciã oram miſſis, ab Æno & Maronia præſidia Antiochi deduci iuſſit, ut in libertate eã ciuitates eſſent.

DECADIS QVARTAE LIBER OCTAVVS



DVM IN Asia bellum gcritur, ne in Ætolia quidẽ quietæ res fuerant, prin- cipio à gente Athamãnum orto. Athamania ea tempeſtate, pulſo Ami- nandro, ſub præfectis Philippi regio tenebatur præſidio: qui ſuperbo atq; immodico imperio deſiderium Aminandri fecerant. Exulanti tum Ami- nandro in Ætolia literis ſuorum, indicantium ſtatum Athamaniã, ſpes re- cuperandi regni facta eſt. remiſſiq; nuntij ab eo ad principes Argitheam: (id enim caput Athamaniã erat) ſi popularium animos ſatis perſpectos haberet, impetrato ab Aetolis auxilio, in Athamaniã ſe uenturũ cum delectis Aetolorum, quod conſiliũ eſſet gentis, & Nicandro Pr. Quos ubi ad omnia paratos eſſe uidit, certiores ſubinde facit: quo die cum exercitu Athamaniã ingreſſurus eſſet. Quatuor primo ſuere con- iurati aduersus Macedonum præſidium. hi ſenos ſibi adiutores ad rem gerendam aſſumpſe- runt. deinde paucitate parum freti, quæ celandæ rei quàm agendæ aptior erat: parem priori numerum adiecerunt. ita duo & L facti quadrifariam ſe diuiferunt. pars una Heracleam, alte- ra Tetraphyliã petit, ubi custodia regiã pecuniã eſſe ſolita erat: tertia Theudoriam, quarta Argitheam. Ita inter omnes conuenit: ut primo quieti, uelut ad priuatam rem agendam ue- niſſent, in foro obuereſcerentur: die certa multitudinem omnem conuocarent ad præſidia Ma- cedonum arcibus expellenda. Vbi ea dies aduenit, & Aminander cum mille Aetolis in fini- bus erat: excompoſito quatuor ſimul locis præſidia Macedonum expulſa, literãq; in alias ur- bes paſſim dimiſſã, ut uindicarent ſeſe ab impotenti dominatione Philippi, & reſtituerent in patriũ ac legitimũ regnum. Vndiq; Macedones expelluntur. Theium oppidum, literis à Zenone præfecto præſidij interceptis, & arce ab regijs occupata, paucos dies obſidentibus re- ſtitit: deinde id quoq; traditum Aminandro eſt, & omnis Athamania in poteſtate erat, præ- ter Athenæum caſtellũ, finibus Macedoniae ſubiectum. Philippus audita defectione Atha- mania, cum ſex millibus armatorum profectus ingenti celeritate Gomphos peruēnit. ibi reli- cta maiore parte exercitus (neq; enim ad tanta itinera ſuffeciſſent) cum duobus millibus Athe- næum, quod unum à præſidio ſuo retentũ fuerat, peruēnit. inde proximis tentatis, cum facile animaduertiſſet cætera hoſtilia eſſe, Gomphos reſſus, omnibus copijs ſimul in Athama- niam rediit. Zenonem inde cum mille peditibus præmiſſum Ethopiam occupare iubet, op- portune Argitheæ imminentem. quem ubi teneri à ſuis locum uidit, ipſe circa templũ Ioui ſa- crum poſuit caſtra. ibi unũ diem ſœda tempeſtate retentus, poſtero die ducere ad Argitheam intendit. Euntibus extemplo apparuere Athamãnes, in tumulos imminenteis uiaẽ diſcurren- tes. ad quorũ conſpectũ conſtitere prima ſigna, totoq; agmine pauor & trepidatio erat: & pro ſe quiſq; quidnam futurũ eſſet, cogitare, ſi in ualles ſubiectas rupibus agmen foret demiſſum. Hæc tumultuatio regẽ cupientẽ, ſi ſe ſequeretur, raptim euadere anguſtias, reuocare primos, & eadem, qua uenerat, uia referre coegit ſigna. Athamãnes primo ex interuallo quieti ſeque- bantur. poſtea q; Aetoli ſe cõiunxerunt: hos, ut ab tergo agmini inſtarent, reliquerunt. ipſi à la- teribus ſe circumfuderunt. quidam per notos calles breuiore uia prægreſſi tranſitus inſedere: tantumq;

tantumq; tumultus Macedonibus est iniectum, ut fugæ magis effusæ, quàm itineris ordinati modo, multis armis uirisq; relictis, flumen traiecerint. Hic finis sequendi fuit. inde tuto Macedones Gomphos, & à Gomphis in Macedoniam redierunt. Athamænes Aetoliq; Ethiopiam ad Zenonem ac mille Macedonas opprimendos undiq; concurrerunt. Macedones parum loco freti, ab Ethopia in altiore diruptioremq; undiq; tumulū concessere. quo pluribus locis aditu inuēto expulere eos Athamænes: dispersosq; & per inuias atq; ignotas rupes iter fugæ non expedientes partim ceperunt, partim interfecerunt. multi pauore in derupta præcipitati, perpauci cum Zenone ad regem euaserunt. postera die per inducias sepeliendi cæsos potestas facta est. Aminander recuperato regno legatos & Romam ad senatum, & ad Scipiones in Asiam, Ephesi post magnum cum Antiocho prælium morantes, misit. Pacem petebat excusabatq; sese, quod per Aetolos recuperasset paternū regnum. Philippū inculabat. Aetoli ex Athamania in Amphilochos profecti sunt, & maioris partis uoluntate in ius ditionemq; totam redegerunt gentem. Amphilochia recepta (nam fuerat quondam Aetolorum) eadem spe in Aperantiam transcenderunt. ea quoq; magna ex parte sine certamine in deditionem uenit. Dolopes nunquam Aetolorum fuerant: Philippi erant. hi primum ad arma cōcurrerunt: cæterum posteaquā Amphilochos cum Aetolis esse, fugamq; ex Athamania Philippi, & cædem præsidij eius acceperunt, & ipsi à Philippo ad Aetolos deficiunt. Quibus circumiectis gentibus, iam undiq; se à Macedonibus tutos credentibus esse Aetolis, fama affertur, Antiochum in Asia uictum ab Romanis. nec ita multo post legati ab Roma redire sine spe pacis: Fuluiumq; c. o. s. nuntiantes iam cum exercitu traiecisse. His territi, prius ab Rhodo & Athenis legationibus excitis, ut per autoritatem ciuitatum earum suæ preces nuper repudiatæ faciliorem aditum ad senatum haberent: principes gentis ad tentandum ultimam spem Romam miserunt, nihil, ne bellum haberent, priusquam penè in conspectu hostis erat, præmeditati. Iam M. Fuluius Apolloniam exercitu traiecto, cum Epirotarum principibus cōsultabat, unde bellum inciperet. Epirotis Ambraciam placebat aggredi: quæ tum cōtribuerat se Aetolis. siue ad tuendam eam uenirent Aetoli, apertos circa campos ad dimicandum esse: siue detrectarēt certamen, oppugnationem fore haud difficilem. nam & copiam in propinquo materiæ ad aggeres excitandos, & cætera opera esse: & Arethontem nauigabilem amnem opportunum ad comportanda, quæ usui sint, præter ipsa mœnia fluere: & æstatem aptam rei gerendæ adesse. His persuaserunt, ut per Epirum duceret. Consuli ad Ambraciam aduenienti magni operis oppugnatione uisa est. Ambracia tumulo aspero subiecta est. Perranthem incolæ uocant. urbs, quæ murus uergit in campos & flumen, occidentem: arx, quæ posita in tumulo est, orientem spectat. amnis Arethon ex Acarnania fluens cadit in sinū maris, ab nomine propinquæ urbis Ambraciam appellatum. præterquam quod hinc amnis munit, hinc tumuli, muro quoque firmo septa erat, patente in circuitu paulo amplius tria millia passuum. Fuluius bina à campo castra modico inter se distantia interuallo, unū castellum loco edito contra arcem obiecit. ea omnia uallo ac fossa ita iungere parat, ne exitus inclusis ab urbe, ne ue aditus foris ad auxilia intromittenda esset. Ad famam oppugnationis Ambraciæ Stratum iam edicto Nicandri Pr. conuenerant Aetoli. inde primo copijs omnibus ad prohibendam obsidionem uenire in animo fuerat. deinde posteaquam urbem iam magna ex parte operibus septam uiderunt: Epirotarum trans flumen loco plano castra posita esse: diuidere copias placuit. cum mille expeditis Eupolemus Ambraciam profectus, per nondum commissam inter se munimenta urbem intrauit. Nicandro cum cætera manu primo Epirotarum castra nocte aggredi consilium fuerat: haud facili ab Romanis auxilio, quia flumen intererat. deinde periculosum inceptum ratus, ne qua sentirēt Romani: & regressus inde in tutum non esset: deterritus ab hoc consilio ad depopulandam Acarnaniam iter conuertit. c. o. s. iam munimentis: quibus scienda urbs erat: iam operibus, quæ admouere muris parabat: perfectis, quinq; simul locis mœnia est aggressus: tria paribus interuallis faciliore aditu à campo, aduersus Pyrrheum quod uocāt, admouit: unum è regione Aesculapij: unum aduersus arcem. arietibus muros quatibat: asseribus falcatis detergebat pinnas. Oppidanos primo & ad speciem, & ad ictus mœniū cum terribili sonitu editos

editos pauor ac trepidatio cepit. deinde ut præter spem stare muros uiderunt: collectis rursus animis, in arietes tollentibus libramēta plumbi aut saxorū, stipitesue robustos incutiebant, falces anchoris ferreis iniectis in interiorē partē muri trahentes asserem præfringebant: ad hoc eruptionibus & nocturnis in custodias operum, & diurnis in stationes ultro terrorem inferebant. In hoc statu res ad Ambraciam cum essent, iam Aetoli à populatione Acarnaniæ Stratum redierant. inde Nicander Pr. spem nactus soluendę incepto forti obsidionis, Nicodamum quendam cum Aetolis quingentis Ambraciam intromittit. noctem certam tempusq; etiam noctis constituit, quo & illi ab urbe opera hostium, quæ aduersus Pyrrheum erant, aggredirentur, & ipse ad castra Romana terrorem faceret: posse ratus anticipi tumultu, & nocte augente pauorem, memorabilem rem geri. Et Nicodamus intempesta nocte, cum alias custodias sefellisset, per alias impetu constanti erupisset, superato brachio in urbē penetrat, animiq; aliquantum ad omnia audenda, & spei obsessis adiecit: & simul constituta nox uenit, ex composito repente opera est aggressus. Id inceptum conatu, quàm effectu grauius fuit, quia nulla ab exteriorē parte uis admota est: seu metu deterrito prætore Aetolorum, seu quia potius uisum est Amphilochis opem ferre nuper receptis: quos Perseus Philippi filius missus ad Dolopiam Amphilochosq; recipiēdos, summa ui oppugnabat. Tribus locis, sicut ante dictū est, ad Pyrrheū opera Romana erant. quæ omnia simul, sed nec apparatu, nec ui simili Aetoli aggressi sunt. alij cum ardētibus facibus, alij stuppā picemq; & malleolos ferentes, tota collucente flammis acie, aduenere: multos primo impetu custodes oppresserunt. deinde posteaq; clamor tumultusq; in castra est perlatus, datumq; à c o s. signū, arma capiunt, & omnibus portis ad opem ferendā effunduntur. uno in loco ferro igniq; gesta res est. à duobus irritō incepto, cum tentassent magis q; inissent certamen, Aetoli abscellerunt. atrox pugna in unū inclinauerat locū. ibi diuersis partibus duo duces, Eupolemus & Nicodamus pugnantē hortabatur, & propè certa fouebat: spe iam Nicandrū ex composito affore, & terga hostiū inuasurū. Hæc res aliquandiu animos pugnantium sustinuit. cæterum posteaq; nullum ex composito signum à suis accipiebāt, & crescere numerū hostium cernebāt, destituti segnus instare: postremo re omiſsa, iam uix tuto receptu, fugientes in urbem compelluntur, parte operum incensa, & pluribus aliquanto, q; ipsi ceciderant, interfectis. quod si ex composito acta res fuisset, haud dubium erat expugnari una utiq; parte opera cum magna cede hostiū potuisse. Ambracienses, quiq; intus erant Aetoli, non ab eius solū noctis incepto recessere, sed in reliquū quoq; tempus, uelut proditi à suis, segniores ad pericula erant. iam nemo eruptionibus, ut ante, in stationes hostiū, sed dispositi per muros & turres ex tuto pugnant. Perseus ubi adesse Aetolos audiuit, omiſsa obsidione urbis, quam oppugnabat, depopulatus tantum agros, Amphilochia excessit, atq; in Macedoniam redijt. Et Aetolos inde auocauit populatio maritimę oræ. Pleuratus Illyriorum rex cum lxx lembis Corinthiū sinum inuectus, adiunctis Achæorū, quæ Patris erant, nauibus maritima Aetoliæ uastabat. aduersus quos mille Aetoli missi, quacunq; se classis circumegerat, per littorū anfractus breuioribus semitis occurrebant. Et Romani ad Ambraciam pluribus locis quatiendo arietibus muros aliquantū urbis nudauerant: nec tamen penetrare in urbem poterant. nam & pari celeritate nouus pro diruto murus obijciebatur, & armati ruinis superstantes instar munimenti erant. Itaq; cum aperta ui parum procederet c o s. res, cuniculum occultū, uincis ante cōtecto loco, agere instituit. & aliquandiu, cum dies noctesq; in opere essent, non solū sub terra fodientes, sed egerentes etiam humū, sefellere hostē. cum uel repente terræ eminent index operis oppidanis fuit. pauidiq; ne iam subrutis muris facta in urbē uia esset, fossam intra murū è regione eius operis, quod uincis cōtectu erat, ducere instituerunt. cuius ubi ad tantā altitudinē, quantæ esse solum infimū cuniculi poterat, peruenerūt: silencio facto pluribus locis aure admota sonitū fodientiū captabant. quē ubi acceperunt, aperiant rectam in cuniculū uiam. nec fuit magni operis. momēto enim ad inane, suspenso fulturis ab hostibus muro, peruenerūt. ibi cōmissis operibus, cum è fossa in cuniculū pateret iter, primo ipsis ferramētis, quibus in opere usi erant: dein celeriter armati etiā subeuntes occultā sub terram ediderunt pugnā. segnior deinde ea facta est, intersipientibus cuniculum, ubi uellent,

nunc

nunc cilicij prætentis, nunc foribus raptim obiectis. Noua etiam haud magni operis aduersus eos, qui in cuniculo erant, excogitata res est. doliū à fundo pertusum, quā fistula modica inseri posset, & fistulam ferream, operculumque doli ferreū, & ipsum pluribus locis perforatum fecerunt. hoc tenui pluma completum dolium ore in cuniculum uerso posuerunt. per operculi foramina prælongæ hastæ, quas farissas uocant, ad summouendos hostes eminebant, scintillam leuem ignis inditam plumæ, folle fabrilis ad caput fistulæ imposito, flando accenderunt. inde non solum magna uis fumi, sed acrior etiam fœdo quodā nidore ex adusta pluma cum totum cuniculum compleisset, uix durare quisquam intus poterat. Cum in hoc statu res ad Ambraciam esset: legati ab Ætolis Phaneas & Damoteles cum liberis mandatis decreto gentis ad cōs. uenerunt. nam Prætorum cum alia parte Ambraciam oppugnari cerneret: alia infestam oram nauibus hostiū esse, alia Amphilochos Dolopiamque à Macedonibus uastari: nec Ætolos simul ad tria diuersa bella occurrentes sufficere: conuocato concilio Ætolos principes, quid agendum esset, consuluit. Omnium eō sententiæ decurrerunt, ut pax, si posset, æquis, si minus, tolerandis conditionibus peteretur. Antiochi fiducia bellum susceptum. Antiocho terra marique superato, & propè extra orbem terræ ultra iuga Tauri exacto, quam spem esse sustinendi belli: Phaneas & Damoteles quod è re Ætolorum, ut in tali casu fideque sua esse censerent, agerent. quod enim sibi consilium, aut cuius rei electionem à fortuna relictam? Cum his mandatis legati missi orare cōs. ut parceret urbi, miseretur gentis quondam sociæ, nolle dicere iniurijs, miserijs certe coactæ insanire. non plus mali meritos Ætolos Antiochi bello, quam boni ante, cum aduersus Philippum bellatum sit, fecisse. nec tum large gratiā relatam sibi, nec nunc immodice pœnam iniungi debere. Ad ea cōs. respondit. Magis sæpe, quam uere unquam Ætolos pacem petere. imitarentur Antiochum in petenda pace, quem in bellum traxissent. non paucis urbibus eum, de quarum libertate certatum sit, sed omni Asia cis Taurū montem, opimo regno excessisse. Ætolos, nisi inermes, de pace agentes non auditorum se. arma illis prius, equosque omnes tradēdos esse, deinde mille talentū argenti prædandum: cuius summæ dimidium præsens numeretur, si pacem habere uellent. ad ea adiecturum etiam in fœdus esse, ut eisdem, quos præ. amicos atque hostes habeant. Aduersus quæ legati, & quia grauiæ erant, & quia suorum animos indomitos ac immutabiles nouerāt: nullo reddito responso, domum regressi sunt: ut etiam atque etiam, quid agendum esset, re integra prætores & principes consulerent. Clamore & iurgio excepti, quā diu rem traherent: qualemcumque pacem referre iussi cum redirent Ambraciam, Acarnanum insidijs prope uiam positis, quibuscum bellum erat, circumuenti, Tyrreum custodiendi deducuntur. Hæc mora iniecta est paci. Cum iam Atheniensium Rhodiorumque legati, qui ad deprecandū pro his uenerant, apud cōs. essent: Aminander quoque Athamanum rex fide accepta uenerat in castra Romana, magis pro Ambracia, ubi maiorem partem temporis exulauerat, quā pro Ætolis sollicitus. per hos certior factus cōs. de casu legatorum, adduci eos à Tyrreico iussit. quorum post aduentum agi ceptum est de pace. Aminander, quod sui maxime operis erat, impigre agebat, ut Ambracientes compelleret ad deditiōem. id cum per colloquia principum succedens murum parum proficeret: postremo cōs. permissu ingressus urbem, partim consilio, partim precibus euicit, ut permitterent se Romanis. Et Ætolos C. Valerius Leuini filius, qui cum ea gente primum amicitiam pepigerat, consulis frater, matre genitus eadē, egregie adiuuit. Ambracientes prius pacti, ut Ætolorum auxiliares sine fraude emitterent: aperuerunt portas. dein ut quingenta Euboica darēt talenta, ex quibus ccc præsentia, ccc per annos sex pensionibus æquis captiuos perfugasque redderent Romanis. urbem ne quam formulæ sui iuris facerēt, quæ post id tempus, quo T. Quintius traiecisset in Græciam, aut uicincta ab Romanis esset, aut uoluntate in amicitiam uenisset. Cephalenia insula ut extra ius fœderis esset. Hæc quanquam spe ipsorum aliquanto leuiores erant: petentibus Ætolis, ut ad concilium referret, permissum est. Parua disceptatio de urbibus tenuit. quæ cum sui iuris aliquando fuissent, auelli uelut à corpore suo ægre patiebantur. ad unum tamen omnes accipi pacem iusserunt. Ambracientes coronam auream cōs. centum & quinquaginta pondo dederunt. signa ænea marmoræque & tabulæ

tabulæ pictæ, quibus ornatioꝝ Ambracia, quia regia ibi Pyrrhi fuerat, quàm ceteræ regionis eius urbes erant, sublata omnia auctaꝝ. nihil præter ea tactum, uiolatume. Profectus ab Ambracia c o s. in mediterranea Aetoliæ, ad Argos Amphiloichium (x x i i millia ab Ambracia abest) castra posuit. eò tandem legati Aetoli mirante c o s. quod morarentur, uenerunt. Inde posteaquam approbasse pacem concilium Aetolorum accepit, iussis proficisci Romam ad senatum, permissioꝝ, ut & Athenienses & Rhodij deprecatores irent, dato, qui simul cum ijs proficisceretur, C. Valerio fratre, ipse in Cephaleniã traiecit. Preoccupatas aures animosqꝝ principum Romæ criminibus Philippi inuenerunt. qui per legatos, per literas, Dolopas Amphilochosqꝝ & Athamaniã ereptas sibi querens, præsidiaqꝝ sua, postremo etiam filium Persea ex Amphilochis pulsum, auerterat senatum ab audiendis precibus eorum. Rhodij tamen & Athenienses cum silentio auditi sunt. Atheniensis legatus Leon, Icesiqꝝ filius, eloquentia etiam dicitur mouisse. qui uulgata similitudine, mari tranquillo, quod uentis concitaretur, æqui parando multitudinem Aetolorum, usus, cum in fide Romanæ societatis mansissent, insita gentis tranquillitate quiesse eos aiebat. posteaquam flare ab Asia Thoas & Dicæarchus, ab Europa Menetas & Damocritus cœpissent: tum illam tempestatẽ coortam, quæ ad Antiochum eos, sicuti in scopulum, intulisset. Diu iactati Aetoli, tandem ut conditiones pacis conuenirent, effecerunt. fuerunt autem hæc. Imperium maiestatemqꝝ p r gens Aetolorum conseruato sine dolo malo. ne quem exercitum, qui aduersus socios amicosqꝝ eorum ducetur, per fines suos transire sinito: neue ulla ope iuuato. hostes eisdem habeto, quos p r. armaqꝝ in eos fert, bellumqꝝ pariter gerito. perfugas, fugitios captiuosqꝝ reddito Romanis socijsqꝝ: præterquam si qui capti, cum domos redissent, iterum capti sunt: aut si qui eo tempore ex ijs capti sunt, qui tum hostes erant Romanis, cum inter præsidia Romana Aetoli essent. aliorum qui comparebunt, intra dies centum Corcyæorum magistratibus sine dolo malo tradantur. qui non comparebunt, quando quisqꝝ eorum primũ inuentus fuerit, reddatur. obsides x l arbitratu c o s. Ro. dato: ne minores x i i annorum: neu maiores x l. obses ne esto prætor, præfectus equitum, scriba publicus: neu quis, qui ante obses fuerit apud Ro. Cephalenia extra pacis leges esto. De pecuniæ summa, quã penderent, pensionibusqꝝ eius nihil ex eo, quod cum c o s. conuenerat, mutatum. pro argento si aurum dare mallent, darent cõuenit: dum pro argenteis decem aureus unus ualeret. Quæ urbes, qui agri, qui homines Aetolorum iuris aliquando fuerunt: qui eorum T. Quintio, Cn. Domitio c o s s. postuere eos c o s s. aut armis subacti, aut uoluntate in ditionem p r uenerunt, ne quem eorum Aetoli recepisse uelint. Aeniadæ cum urbe agrisque Acarnanum sunt. His legibus fœdus ictum cum Aetolis est. Eadem non æstate solum, sed etiam iisdem propè diebus, quibus hæc à M. Fulvio c o s. in Aetolia gesta sunt: c o s. alter Cn. Manlius in Gallogræcia bellum gessit, quod nunc ordiri pergam. Vere primo Ephesum c o s. uenit. acceptisqꝝ copijs à L. Scipione, & exercitu lustrato, concionem apud milites habuit. qua collaudata uirtute eorum, quod cum Antiocho uno prælio debellassent: adhortatus eos ad nouum cum Gallis suscipiendum bellum, qui & auxilijs Antiochum iuuissent: & adeo indomita haberent ingenia, ut nequicquã Antiochus emotus ultra iuga Tauri montis esset, nisi frangerentur opes Gallorum: de se quoqꝝ pauca, nec falsa, nec immodica adiecit. Læti milites cum frequenti assensu c o s. audiuerunt, partem uirium Antiochi fuisse Gallos credentes: rege superato nullum momentum in solis per se Gallorum copijs fore. Eumenem haud in tempore abesse (Romæ tunc erat) credere c o s. gnarum locorum hominumqꝝ, & cuius interesset frangi Gallorum opes. Attalum igitur fratrem eius accersit à Pergamo. hortatusqꝝ ad capessendum secum bellum, pollicentem suam suorumqꝝ operam, domum ad comparandum dimittit. Paucos post dies profecto ab Epheso c o s. ad Magnesiã occurrit Attalus cum mille peditibus, equitibus c c: Athenæo fratre iusso cum cæteris copijs subsequi: cõmendata ijs custodia Pergami, quos fratri regnoqꝝ fidos credebat. c o s. collaudato iuene, cum omnibus copijs ad Mæandrum progressus castra posuit: quia uado superari amnis non poterat: & contrahendæ naues erant ad exercitum transiendum. Transgressi Mæandrum ad Hieran comen peruenerunt. fanum ibi augustum Apollinis, & oraculum: fortes uersibus haud inconditis dare uates dicuntur.

hinc

hinc alteris castris ad Harpasum flumen uentum est. quò legati ab Alabandis uenerunt, ut castellum quod ab ipsis nuper defecisset, aut autoritate aut armis cogeret iura antiqua pati. Eodem & Athenus Eumenis & Attali frater cum Cretensi Leuso, & Corrago Macedone uenit. mille pedites mistarum gentium, & trecentos equites secum adduxerunt. Consul tribuno militum misso cum modica manu castellum uel receptum Alabandensibus reddit. ipse nihil uia digressus ad Antiochiam super Mæandrum amnem posuit castra. Huius amnis fontes Celenis oriuntur. Celenæ urbs caput quondam Phrygiæ fuit. migratum inde haud procul ueteribus Celenis: nouæq; urbi Apameæ nomē inditum ab Apamea sorore Seleuci regis. Et Marsyas amnis haud procul à Mæandri fontibus oriens, in Mæandrum cadit. fama q; ita tenet: Celenis Marsyam cum Apolline tibiatarum cantu certasse. Mæander ex arce summa Celenarum ortus, media urbe decurrens per Caras primum, deinde Ionas in sinum maris editur, qui inter Prieneri & Miletum est. Ad Antiochiam in castra consulis Seleucus Antiochi filius ex fœdere ictum cum Scipione ad frumentum exercitui dandum uenit. parua disceptatio de Attali auxiliaribus orta est: quod Romano tantum militi pactum Antiochum ut daretur frumentum Seleucus dicebat. discussa ea quoq; est constantia consulis, qui misso tribuno edixit, ne Romani milites acciperent priusquam Attali auxilia accepissent. Inde ad Gordiutichos (quod uocant) processum est. ex eo loco ad Tabas tertijs castris peruentum. In finibus Pisidarum posita est urbs, in ea parte quæ uergit ad Pamphylum mare. integris uiribus regionis eius, feroces ad bellandum habebat uiros. Tum quoq; equites, in agmen Romanum eruptione facta, haud modice primo impetu turbauere. deinde ut apparuit, nec numero se nec uirtute pares esse, in urbem compulsi ueniam erroris petebant, dedere urbem parati. v & x x talenta argenti, & x millia medimnorum tritici imperata, ita in deditioem accepti. Tertio inde die ad Chaum amnem peruentum, inde profecti Erizam urbem primo impetu ceperunt. Ad Thabusion castellum imminens flumini Indo uentum est, cui fecerat nomen Indus ab elephanto deiectus. Haud procul à Cibyrâ aberant: nec legatio ulla à Moagete tyranno ciuitatis eius, homine ad omnia infido atque inopportuno, ueniebat. ad tentandum eius animum C. Heluius cum quatuor millibus peditum & quingentis equitibus consul præmittit. Huic agmini iam finem ingredienti legati occurrerunt, nuntiantes: paratum esse tyrannum imperata facere. orabant, ut pacatus fines iniret, cohiberetq; à populatione agri militem, & in coronam auream x v talenta afferebant. Heluius integros à populatione agros seruaturum pollicitus, ire ad consulem legatos iussit. quibus eadem referentibus consul Neq; Romani, inquit, bonæ uoluntatis ullum signum erga nos tyranni habemus, & ipsum talem esse inter omnes constat, ut de pœna eius magis quam de amicitia nobis cogitandum sit. Perturbati hac uoce legati nihil aliud petere quam ut coronam acciperet: ueniendiq; ad eum potestatem tyranno & copiam loquendi ac purgandi se, faceret. Permissu consulis postero die in castra tyrannus uenit, uestitus comitatusq; uix ad priuati modice locupletis habitum. & oratio fuit summissa & infracta, extenuantis opes suas, urbiumq; suæ ditionis egestatem querentis. Erant autem sub eo, præter Cibyrâ, Sylcum & quæ Alimne appellatur. ex his, ut se suosq; spoliaret, v & x x talenta se confecturum, propè ut diffidens pollicebatur. Enim uero, inquit consul, ferri iam ludificatio ista non potest. parum est non erubuisse absentem, cum per legatos frustreris nos, nisi præsens quoq; in eadem impudètia persistas: v & x x talenta tyrannidem tuam exhaurient: quingenta ergo talenta nisi triduo numeras, populationem in agris, obsidionem in urbe expecta. Hac denuntiatione conterritus, per stare tamen in pertinaci simulatione inopiæ: & paulatim illiberali adiectione, nunc per cauillationem, nunc precibus & simulatis lachrymis, ad centum talenta est perductus. adiecta x millia medimnorum frumenti. Hæc omnia intra sex dies exacta. A Cibyrâ per agros Sidenium exercitus ductus: transgressusq; Caularem amnem, posuit castra. postero die est præter Caralitin paludem agmen ductum. ad Mandrupyrum manserunt. inde progredientibus ad Lagon proximam urbem, metu incolæ fugerunt. uacuum hominibus, & refertum rerum omnium copia oppidum diripuerunt. inde ad Lysis fluminis fontem, postero die ad Cobulatum amnem progressi. Thermessenses eo tempore Isiondæ arcem urbe capta oppugnabant. inclusi cum alia spes auxiliij

n n n nulla

nulla esset: legatos ad consulem orantes opem miserunt. cum coniugibus ac liberis in arce inclusos se mortem indies aut ferro aut fame patiendā expectare. Volenti consuli causa in Pamphylia diuertendi oblata est. adueniens obsidione Iliodenses exemit. Termesso pacē dedit: quinquaginta talentis argenti acceptis. item Aspendijs cæterisque Pamphyliaë populis. Ex Pamphylia rediens ad flumen Taurum primo die, postero ad Xylinen (quam uocant) comen posuit castra. profectus inde cōtinentibus itineribus ad Cormasam urbem peruenit. Darsa proxima urbs erat. eam metu incolarum desertam, plenam omnium rerum copia inuenit. Progredienti præter paludes legari ab Lysinoe dedentes ciuitatem uenerunt. Inde in agrū Sagalascnum, uberem fertilemq; omni genere frugum, uentum est. Colunt Pisidæ, longe optimi bello regionis eius. cum ea res animos facit: tum agri fœcunditas & multitudo hominū, & situs inter paucas munitæ urbis. Consul, quia nulla legatio ad fines præsto fuerat, prædatum in agros misit. tum demum fracta pertinacia est, ut ferri agiq; res suas uiderunt. legatis missis pacti quinquaginta talentis, & xx millibus medimnū tritici, & xx hordei, pacem impetrauerunt. Progressus inde ad Rhotrinos fontes, ad uicum quem Aporidos comen uocāt, posuit castra. Eò Seleucus ab Apamea postero die uenit. Aegros inde & inutilia impedimenta cum Apameam dimisisset, ducibus itinerū à Seleuco acceptis, profectus eo die in Metropolitanum cāpum, postero die Dinias Phrygiaë processit. inde Sinnada uenit: metu omnibus circa oppidis desertis. quorum iam præda graue agmen trahens, uix quinque millium die toto itinere perfecto, ad Beundos, quod uetus appellāt, peruenit. ad Anabura inde, & altero die ad Alexātri fontes, tertio ad Abbassum posuit castra. ibi plures dies statiuā habuit: quia peruentum erat ad Tolistobogiorū fines. Galli, magna hominum uis, seu inopia agri, seu prædæ spe, nullam gentem per quas ituri essent, parem armis rati, Brenno duce in Dardanos perueniunt. ibi seditio orta, & ad xx millia hominū cum Lomnorio ac Lutario regulis, secessione facta à Brenno, in Thraciam iter auerterunt. ubi cum resistantibus pugnando, pacem petentibus stipendium imponendo, Byzantium cum peruenissent, aliquandiu oram Propontidis uetigalem habendo, regionis eius urbes obtinuerunt. Cupido inde eos in Asiam transeundi, audientes ex propinquo quanta ubertas terræ eius esset, cepit. & Lysimachia fraude capta Chersonesocq; omni armis possessa, ad Hellepontum descenderunt. ibi uero exiguo diuisis freto cernentibus Asiam multo magis animi ad transeundum accensi. nuntiosq; ad Antipatrū præfectum eius oræ de transitu mittebant. quæ res cum lentius spe ipsorum traheretur: alia rursus noua inter regulos orta seditio est. Lomnorius retro, unde uenerat, cū maiore parte hominum repetit Byzantium. Lutarius Macedonibus per speciem legationis ab Antipatro ad specularidum missis duas tectas naues, et tres lembos adimit. his alios atq; alios dies noctesq; transuehendo, intra paucos dies omnes copias traiecit. Haud ita multo post Lomnorius, adiuuante Nicomede Bithyniaë rege, à Byzantio transmisit. coeunt deinde in unum rursus Galli, & auxilia Nicomedi dant, aduersus Zybœam partem tenentem Bithyniaë gerenti bellum. atque eorum maxime opera deuictus Zybœa est: Bithyniaq; omnis in ditionem Nicomedis concessit. Profecti ex Bithynia in Asiam processerunt. non plus ex xx millibus hominum quàm decē armata erant. tamē tantū terroris omnibus quæ cis Taurum incolunt, gentibus iniecerūt: ut quas adissent quasq; non adissent, pariter ultimæ propinquis imperio parerent. Postremo cum tres essent gentes, Tolistobogi, Trocmi, Tectosagi: in tres partes, quæ cuiq; populorū suorum uetigalis Asia esset, diuiserunt. Trocmis Helleponti ora data: Tolistobogij Æolida atque Ioniam, Tectosagi mediterranea Asia sortiti sunt. & stipendiū tota cis Taurum Asia exigebant. sedem autem ipsi sibi circa Halyn flumen ceperunt. tantusq; terror eorum nominis erat, multitudine etiam magna sobole aucta: ut Syriæ quoq; ad postremum reges stipendium dare non abnuerent. Primus Asiam incolētium abnuit Attalus, pater regis Eumenis. audaciq; incepto præter omnium opinionem affuit fortuna: & signis collatis superior fuit. non tamen ita infregit animos eorum, ut absterent imperio. Eisdem opes usq; ad bellum Antiochi cum Romanis manserunt. tum quoq; pulso Antiocho, magnam spem habuerunt: quia procul mari incolerent, Romanum exercitum ad se non peruenturū. Cum hoc hoste tam terribili omnibus

mnibus

omnibus regionis eius quia bellum gerendum erat: pro contione milites maxime in hunc modum allocutus est cōsul. Non me præterit milites, omnium quæ Asiam colunt, gentiū Gallos fama belli præstare. inter mitissimū genus hominum ferox natio peruagata bello propè orbem terrarum, sedem cepit. procera corpora, promissæ & rutilatæ comæ, uasta scuta, prælongi gladij: ad hoc cantus ineuntium prælium, & ululatus & tripudia, & quatientiū scuta in patrium quendam morem horrendus armorum crepitus: omnia de industria composita ad terrorem. Sed hæc, quibus insolita atq; insucta sunt, Græci & Phryges & Cares timeant: Romanis gallici tumultus assuetis etiam uanitates notæ sunt. Semel primo congressu ad Alliam eos olim fuderunt: maiores nostri ex eo tempore per ducentos iam annos pecorum in modū consternatos cædunt fugantq;: & plures propè de Gallis triumphum quàm de toto orbe terrarum acti sunt. Iam usu hoc cognitum est: si primum impetum, quem feruido ingenio & cæca ira effundunt, sustinueris: fluunt sudore & lassitudine membra: labant arma: mollia corpora, molles ubi ira confedit, animos sol, puluis, sitis, ut ferrū non admoueas, prosternunt. Non legionibus legiones eorum solum experti sumus: sed uir unus cum uiro cōgrediendo, T. Manlius, M. Valerius, quantum gallicam rabiem uinceret romana uirtus, docuerunt. iam M. Manlius unus agmine scandentes in Capitolium Gallos detrusit. & illis maioribus nostris cum haud dubijs Gallis in terra sua genitis res erat. hi iam degeneres sunt, misti, & Gallogræci uere, quod appellantur. sicut in frugibus pecudibusq;, non tantum semina ad seruandam indolem ualent: quantum terræ proprietates coeliq;, sub quo aluntur, mutat. Macedones, qui Alexandriam in Ægypto, qui Seleuciam ac Babyloniam, quicq; alias sparsas per orbem terrarū colonias habent, in Syros, Parthos, Aegyptios degenerarunt. Massilia inter Gallos sita traxit aliquantū ab acolis animorum: Tarentinis quid ex spartana dura illa & horrida disciplina mansit? Generosius in sua quicquid sede gignitur: in situm alienæ terræ in id quo alitur, natura uertente se, degenerat. Phrygas igitur gallicis oneratos armis, sicut in acie Antiochi cæcidistis, uictos uictores cædetis. Magis uereor, ne parum inde gloriæ quàm ne nimium belli sit. Attalus eos rex sæpe fudit fugauitq;. Nolite existimare, beluas tantū recens captas feritatem illam syluestrem primo seruare: deinde cum diu manibus humanis alantur, mitescere: in hominū feritate multiplicanda non eandem naturam esse. Eisdem ne hos creditis esse, qui patres eorum auicq; fuerunt: extorres inopia agrorum profecti domo per asperrimā Illyrici oram, Pæoniam inde & Thraciam, pugnando cum ferocissimis gentibus emensi, has terras ceperunt. duratos eos tot malis exasperatosq; accepit terra, quæ copia rerum omnium saginaret. uberrimo agro, mitissimo cœlo, clementibus accolarum ingenijs omnis illa, cum qua uenerant, mansuefacta est feritas. Vobis mehercule Martis uiris cauenda ac fugienda quæ primum amœnitas est Asiæ. tantum hæc peregrinæ uoluptates ad extinguendū uigorem animorum possunt, tantum contagio disciplinæ morisq; accolarum ualet. Hoc tamen feliciter euēnit: quod sicut uim aduersus uos nequaquam, ita famam apud Græcos parem illi antiquæ obtinent, cum qua uenerunt: belliq; gloriam uictores eandem inter socios habebitis, quam si seruantes antiquum specimen animorū Gallos uicissetis. Contione dimissa, missisq; ad Eposognatū legatis, qui unus ex regulis & in Eumenis amicitia manserat, & negauerat Antiocho aduersus Romanos auxilia, castra mouit. primo die ad Alandrum flumen, postero ad uicum quem uocant Tyscon, uentum. Eò legati Oroandensium cum uenissent amicitiam petentes, c. c. talenta ijs sunt imperata: precantibusq; ut domum renuntiarent, potestas facta. Ducere inde exercitum consul ad Plitendum. deinde ad Alyattos castra posita. Eò missi ad Eposognatū redierunt, & legati Compulsi reguli, orantes ne Tectofagis bellum inferrent. & ipsum in eam gentem iturum & Eposognatū, persuasurumq; ut imperata faciant. Data uenia regulo, duci inde exercitus per Axylon (quam uocāt) terram, cœptus. Ab re nomen habet. nō ligni modo quicquā, sed ne spinas quidem, aut ullum aliud alimentum fert ignis: sicut bubulo pro lignis utitur. Ad Cuballum Gallogræciæ castellum castra habentibus Romanis apparere cum magno tumultu hostium equites. nec turbant tantum stationes romanas repente inuecti: sed quosdam etiam occiderunt. qui tumultus cum in castra perlatus esset, effusus repente omnibus portis equitatus Romanus fudit, fuga

nnn 2 uitq;

uitque Gallos, & aliquot fugientes occidit. Inde consul, ut qui iam ad hostes peruentum cerne-
ret: explorato deinde, & cum cura coacto agmine procedebat. & cōtinentibus itineribus cum
ad Sangarium flumen peruenisset, pontem, quæ uado nusquam transitus erat, facere insti-
tuit. Sangarius ex Adoreo monte per Phrygiam fluens, miscetur ad Bithyniam Tymbre-
ti fluuiō: inde maior iam geminatis aquis per Bithyniam fertur, & in Propontidem sese effun-
dit, non tamen tam magnitudine memorabilis, quàm quod pisciū accolis ingentem uim præ-
bet. Transgressis ponte perfecto flumen, præter ripam cunctibus Galli matris magnæ a Pe-
sinunte occurrere cum insignibus suis, uaticinātes fanatico carmine: deam Romanis uitam bel-
li & uictoriā dare, imperiumque eius regionis. Accipere se omen cum dixisset cōsul: castra eo
ipso loco posuit. postero die ad Gordium peruenit. Id haud magnum quidem oppidum
est, sed plusquam mediterraneum celebre & frequens emporium. tria maria pari fermè distan-
tia interuallo habet: Hellespontum, ad Sinopen, & alterius oræ litora, quæ Cilices maritimi
colunt. multarum magnarumque præterea gentium fines contingit, quarum commercium in
eum maxime locum mutui usus contraxere. Id tum desertum fuga incolarum oppidum, re-
fertur idem copia rerum omnium inuenerunt. Ibi statua habentibus legati ab Epōstognato
uenerunt, nuntiantes: profectum cum ad regulos Gallorum nihil æqui impetrasse. ex campe-
stribus uicis agrisque frequētes demigrare, & cum cōiugibus ac liberis, quæ ferre atque agere poss-
sent, præ se agentes portantesque, Olympum montem petere, ut inde armis locorumque situ se-
se tueantur. Certiora postea Oroandensium legati attulerunt. Tolistobogiorum ciuitatem
Olympum montem cepisse. diuersos Tectosagos alium montem qui Magaua dicatur, petisse.
Trocmos, coniugibus ac liberis apud Tectosagos depositis, armatorum agmine Tolistobo-
gis statuisse auxilium ferre. Erant autem tunc trium populorum reguli Orgiago & Combo-
lomarus, & Gaulotus. Iis hæc maxime belli ratio sumendi fuerat, quod cum montes editissi-
mos eius regionis tenerent: conuectis omnibus, quæ ad usum quamuis longi temporis suffice-
rent: tadio se fatigaturos hostes censebant. nam neque ausuros per tam ardua atque iniqua loca
subire eos, & si conarētur, uel parua manu prohiberi ac deturbari posse: nec quietos in radici-
bus gelidorum montium sedentes frigus, aut inopiam laturos. Et cum ipsa altitudo locorū eos
tutaretur, fossam quoque & alia munimenta uerticibus ijs quos infederāt, circumiecere. minima
apparatus missilium telorum cura fuit: quod saxa affatim præbituram asperitatem ipsam lo-
corum credebant. Consul, quia non comminus pugnam, sed procul locis oppugnandis fu-
turam præceperat animo: ingentem uim pilorum, uelitarium hastarum, sagittarum, glandisque
& modicorum qui funda mitti possent lapidum parauerat. instructusque missilium apparatu
ad Olympū montem ducit: & à quinque fermè millibus locat castra. Postero die cum quadrin-
gentis equitibus, & Attalo progressum eum ad naturam montis, situmque gallicorum castro-
rum uisendum, equites hostium, duplex numerus, effusi castris in fugam auerterūt. occisi quo-
que pauci fugientiū, uulnerati plures. Tertio die cum omnibus ad loca exploranda profectus,
quia nemo hostium extra munimenta processit: tuto circumuectus montem, animaduertit me-
ridiana regione terrenos, & placide accliuos ad quendam finem colles esse: ad septentrionē ar-
duas & rectas propè rupes. atque omnibus fermè alijs inujs, itinera tria esse: unum medio mon-
te, quæ terrena erant: duo difficilia ab hyberno solis ortu, & ab æstiuo occasu. Hæc contempla-
tus eo die sub ipsis radicibus posuit castra. postero die sacrificio factō, cum primis hostijs li-
tasset: trifariā exercitum diuisum ducere ad hostem pergit. ipse cum maxima parte copiarum,
quæ æquissimum aditum præbebat mons, ascendit. L. Manliū fratrem ab hyberno ortu, quo-
ad loca patiantur, & tuto possit, subire iubet. si qua periculosa & prærupta occurrant: non pu-
gnare cum iniquitate locorū, neque inexuperabilibus uim afferre, sed obliquo monte ad se de-
clinare, & suo agmini coniungi. C. Heluium cum tertia parte circumire sensim per infima mon-
tis: deinde ab æstiuo occasu erigere agmen. & Attali auxilia trifariam æquo numero diuisit. se
cum esse ipsum iuuenem iussit. equitatum cum elephātis in proxima tumulis planicie reliquit.
edictum præfectis, ut intenti quid ubique geratur, animaduerrant: opemque ferre, quod postulent
res, properent. Galli duobus lateribus satis fidentes inuia esse, ab ea parte, quæ in meridiem
uergeret

uergeret, ut armis clauderent uiam, quatuor ferme millia armatorum ad tumulum imminen-
 tem uia minus M. passuum à castris occupandum mittunt: eo se rati uelut castello iter impeditu-
 ros. Quod ubi Romani uiderunt, expediunt sese ad pugnam. ante signa modico interuallo ue-
 lites eunt, & ab Attalo Cretenses sagittarij & funditores, & Tralleis Thraces: signa peditum
 ut per arduum leni gradu ducuntur, ita præ se habentium scuta, ut missilia tantum uitarent: pe-
 de collato non uiderentur pugnaturi. Missilibus ex interuallo loci prælium commissum est,
 primo pat, Gallos loco adiuuante, Romanos uarietate & copia telorum. procedente certami-
 ne nihil iam æqui erat. scuta longa, cæterum ad amplitudinē corporum parum lata, & ea ipsa
 plana male tegebant Gallos. nec iam tela alia habebant, præter gladios, quorum cum manum
 hostis non consereret, nullus usus erat. saxis nec modicis, ut quæ non præparassent: sed quod
 cuiq; temere trepidanti ad manum uenisset: ut insueti, nec arte nec uiribus adiuuantes ictum,
 utebantur. sagittis, glande, iaculis incauti ab omni parte configebantur: nec quid agerent, ira &
 pauore obcæcatis animis, cernebant. & erant deprehensi genere pugnae, in quod minime apti
 sunt. nam quemadmodum cominus, ubi inuicem pati & inferre uulnera licet, accendit ira ani-
 mos eorum: ita ubi ex occulto, & procul leuibus telis uulnerantur: nec quo ruant cæco impetu,
 habent: uelut feræ transfixæ in suos temere incurrunt. Detegebat uulnera eorum, & quod nu-
 di pugnant: & sunt fusa & candida corpora, ut quæ nunquã nisi in pugna nudentur. ita & plus
 sanguinis è multa carne fundebatur, & foediores patebant plagæ: & candor corporum magis
 sanguine atro maculabatur. sed non tam patentibus plagis mouentur: interdum insecta cute,
 ubi latior quàm altior plaga est, etiam gloriosius se pugnare putant. ijdem cum aculeus sagit-
 tæ, aut glandis abditæ introrsus tenui uulnere in speciem urit: & scrutanteis quæ uellant, telum
 non sequitur: tum in rabiem & pudorem tam paruæ perimentis pestis uersi prosternunt cor-
 pora humi: sic ut passim procumberent. alij ruentes in hostem undiq; configebantur: & cum
 cominus uenerant, gladijs à uelutibus trucidabantur. Hic miles tripedalem parmam habet,
 & in dextera hastas, quibus eminus utitur. gladio hispanicis est cinctus. quod si pede collato
 pugnandū est, trās latis in leuam hastis, stringit gladium. Pauci supererant iam Gallorum:
 qui posteaquam ab leui armatura superatos se uiderunt, & instare legionum signa, effusa fu-
 ga castra repetunt, pauoris & tumultus iam plena: ut ubi foeminae pueriq;, & alia imbellis tur-
 ba permista esset. Romanos uictores deserti fuga hostium acceperunt tumuli. Sub idem tem-
 pus L. Manlius & C. Heluius, cum quoad uiam colles obliqui dederunt, ascendissent: postea-
 quam ad inuia uentum est, flexere iter in partem montis, quæ una habebat iter: & sequi con-
 sulis agmen modico uterq; interuallo, uelut ex composito, cœperunt: quod primo optimum
 factu fuisset, in id necessitate ipsa compulsi. subsidia enim in talibus iniquitatibus locorum ma-
 ximo sæpe usui fuerunt: ut primis forte deturbatis, secūdi & tegant pulsos, & integri pugnam
 excipiant. Consul posteaquam ad tumulos ab leui armatura captos prima signa legionū per-
 uenerunt: respirare & conuiuiscere paulisper militem iubet. simul strata per tumulos corpora
 Gallorum ostentat. & cum leuis armatura tale prælium ediderit, quid ab legionibus, quid ab
 iustis armis, quid ab animis fortissimorum militum expectari: castra illis capienda esse, in quæ
 compulsus ab leui armatura hostis trepidet. præcedere tamen iubet leuem armaturam: quæ
 cum staret agmen, colligedis per tumulos telis, ut missilia sufficerent, haud segne id ipsum tem-
 pus consumplerat. Iam castris appropinquabant. & Galli ne parum se munimenta sua tege-
 rent, armati pro uallo cōstitierant. obruti deinde omni genere telorum, cum quo plures ac den-
 siores erant, eo minus uani quicquam intercideret teli: intra uallum momento temporis com-
 pelluntur, stationibus tantum firmis ad ipsos aditus portarum relictis. In multitudinem com-
 pulsam in castra uis ingens missilium telorum cōiciebatur. & uulnerari multos, clamor permi-
 stus mulierum atq; puerorum ploratibus significabat. In eos qui portas stationibus suis clau-
 serant: legionum antesignani pila coniecerunt. hi uero non uulnerabantur, sed transfuerberatis
 scutis plerique inter se conferti hærebant. nec diutius impetum Romanorum sustinuerunt. Pa-
 tentibus iam portis, priusquam irrumperent uictores, fuga è castris Gallorum in omnes par-
 tes facta est. ruunt cæci per uias, per inuia: nulla præcipitia saxa, nullæ rupes obstant, nihil præ-

ter hostem metuunt. itaq; pleriq; præcipites per uastam altitudinē prolapsi aut debilitati exanimantur. Consul castris captis, direptione prædæq; abstinet. militem sequi pro se quencq; & instare, & percussis pauorem addere iubet. Superuenit & alterū cum L. Manlio agmen. nec eos castra intrare sinit. protinus ad persequendos hostes mittit. & ipse paulo post, tradita captiuorum custodia tribunis militum sequitur, debellatū ratus: si in illo pauore quamplurimi cæsi forent aut capti. Egresso consule, C. Heluius cum tertio agmine aduenit. nec cōtinere suos à direptione castrorū ualuit. prædæq; eorum iniquissima sorte, qui pugnæ non interfuerant, facta est. Equites diu ignari & pugnæ, & uictoriæ suorum steterunt. deinde & ipsi, quantū equi in colles subire poterant: sparsos fuga Gallos circa radices montis consecrati cæcidere aut cecidere. Numerus interfectorum haud facile iniri potuit, quia late inter omnes anfractus montium fugatq; & cædes fuit: & magna pars rupibus inuis in profundæ altitudinis conualles delapsa est, pars in syluis uepribusq; occisa. Claudius qui bis pugnatum in Olympo monte scribit, ad XL millia hominum cæsa autor est. Valerius Antiās qui magis immodicus in numero augendo esse solet, non plus decem millia. Numerus captiuorū, haud dubie millia XL expleuit: quia omnis generis ætatisq; turbam secum traxerant, demigrantiū magis quàm in bellum euntium modo. Consul armis hostium in uno concrematis cumulo, cæteram prædam conferre omnes iussit: & aut uendidit quod eius in publicum redigendum erat: aut cum cura, ut quamequissima esset, per milites diuisit. Laudati quoq; pro cōtione omnes sunt, donatiq; pro merito quisq;: ante omnes Attalus summo cæterorū assensu. nam singularis eius iuuenis cum uirtus & industria in omnibus laboribus periculisq;, tum modestia etiam fuerat. Supererat bellum integrum cum Tectofagis. Ad eos profectus cos. tertijs castris Ancyram, nobilem in illis locis urbem, peruēnit: unde hostes paulo plus x millia aberant. ubi cum statua essent, facinus memorabile à captiua factum est. Orgiagontis reguli uxor forma eximia custodiebatur inter plures captiuos. cui custodiæ centurio præerat, & libidinis & auaritiæ militaris. is primo eius animū tentauit. quem cum abhorrentē à uoluntario uideret stupro, corpori quod seruum fortuna erat, uim fecit. deinde ad leniendam indignitatē iniuriæ, spem reditus ad suos mulieri facit: & ne eam quidem ut amans gratuitā. certo auri pondere pactus, ne quem conscium suorum haberet, ipsi permittit, ut quem uellet, unum ex captiuis nuntium ad suos mitteret. locum prope flumen constituit: quò duo, ne plus, necessarij captiuae cum auro uenirent nocte insequenti ad eam accipiendā. Forte ipsius mulieris seruus inter captiuos eiusdem custodiæ erat. hunc nuntiu primis tenebris extra stationes centurio educit. Noctē insequenti & duo necessarij mulieris ad constitutum locum, & centurio cum captiua uenit. ubi cum aurum ostenderent, quod summam talenti attici (tanti enim pepigerat) expleret: mulier lingua sua stringerent ferrum, & centurionem pensantem aurum occiderent, imperauit. Iugulati præcisum caput ipsa in uoluntum ueste ferens ad uirum Orgiagontem, qui ab Olympo domum refugerat, peruenit. quem priusquam cōplecteretur, caput centurionis ante pedes eius abiecit. mirantiq; cuiusnam id caput hominis, aut quod id facinus haudquaquā muliebre esset, & iniuriam corporis & uoluntatem uiolatæ per uim pudicitiae confessa uiro est. aliaq; (ut traditur) sanctitate & grauitate uitæ huius matronalis facinoris decus ad ultimum cōseruauit. Ad Ancyram in statua Tectofagum oratores ad cōsulem uenerunt petentes, ne ante ab Ancyra castra moueret, quàm collocutus cum suis regibus esset. nullas condiciones pacis ijs non bello fore potiores. Tempus in posterum diem constituit: locusq; qui maxime medius inter castra Gallorum & Ancyram est uisus. Quò cum cōsul ad tempus cum præsidio quingentorū equitum uenisset: nec ullo gallo ibi uiso, regressus in castra esset: oratores ijsdem redeunt, excusantes, religione obiecta ueni. c reges non posse. principes gentis, per quos æque res transigi posset, uenturos. Consul, se quoq; Attalum missurum dixit. Ad hoc colloquium utrinq; uentum est. trecentos equites Attalus præsidij causa cum adduxisset, actæ sunt pacis condiciones. Finis rei quia absentibus ducibus imponi non poterat: conuenit uti consul regesq; eo loco postero die congregarentur. Frustratio Gallorū eò spectabat: primum ut tererent tempus, donec res suas cum quibus periclitari nolebant, cum cōiugibus ac liberis trans Halyn flumen trañcerēt: deinde quod ipsi con-

suli

suli parum cauto aduersus colloquij fraudem insidiabantur. Mille ad eam rem ex omni numero audaciæ expertæ delegerunt equites. & successisset fraus, ni pro iure gentium, cuius uiolandi consiliū initum erat, stetit fortuna. Pabulatores lignatoresq; Romani in eam partem, in qua colloquiū futurum erat, ducti sunt: tutius id futurū tribunis ratis, quia consulis præsidium & ipsum pro statione habituri erant, hosti oppositū. suam tamen alteram stationem propius castra sexcentorū equitum posuerunt. Consul affirmante Attalo uenturos reges & transigi rem posse, profectus è castris cum eodem quo antea præsidio equitum quinque millia ferè processisset, nec multum à constituto loco abesset: repente concitatis equis cum impetu hostili uidet Gallos uenientes. constituit agmen, & expedire tela animosq; equitibus iussis, primo constanter initium pugnae accepit, nec cessit. dein cum prægrauaret multitudo, cedere sensim, nihil confusis turmarum ordinibus, cepit. postremo cum iam plus in mora periculi quàm in ordinibus conseruadis præsidij esset, omnes passim in fugam effusi sunt. tum uero instare dissipatis Galli & cedere. magnaq; pars oppressa foret, ni statio pabulatorū sexcenti equites occurrissent. n̄ procul clamore pauido suorum exaudito, cum tela equosq; expedissent: integri profligatā pugnam acceperunt. itaq; uersa extemplo fortuna est, uersus in uictores à uictis terror. & primo impetu fusi Galli sunt, & ex agris concurrebant pabulatores, & undiq; obuius hostis Gallis erat: ut ne fugam quidem facilem aut tutam haberent, quia recentibus equis Romani fessos sequebantur. pauci ergo effugerunt. captus est nemo. maior multo pars per fidem uiolati colloquij pœnas morte luerunt. Romani ardentibus ira animis postero die omnibus copijs ad hostem perueniunt. biduum natura montis per seipsum exploranda, ne quid ignoti esset, absumpsit consul. tertio die cum auspicio operam dedisset, deinde immolasset: in quatuor partes diuisas copias educit: duas ut medio monte duceret: duas ab lateribus ut aduersus cornua Gallorum erigeret. Hostium quod roboris erat, Tectosagi & Trocmi mediam tenebant aciem, millia hominū quinquaginta. equitatum, quia equorū nullus inter inæquales rupes usus erat: ad pedes deductum x millia hominum, ab dextro locauerunt cornu. Ariaratis Cappadoces & Morzi auxiliares in læuo quatuor ferme millium numerū explebant. Consul, sicut in Olympo monte, prima in acie locata leui armatura, telorū omnis generis ut æque magna uis ad manum esset, curauit. Vbi appropinquarent, omnia eadem utrinq; quæ fuerant in priore prælio, erant: præter animos & uictoribus ab re secunda auctos, et hostibus fractos. quia etsi non ipsi uicti erant, suæ gentis hominū cladem pro sua ducebant. itaq; à paribus initis cœpta res eundem exitum habuit. Velut nubes leuium telorū coniecta obruit aciem Gallorum. nec aut procurrere quisquā ab ordinibus suis, ne nudaret undiq; corpus ad ictus, audebat: & stantes quod densiores erant, hoc plura uelut destinatū petentibus, uulnera accipiebant. Consul iam per se turbatis si legionum signa ostendisset, uersuros extemplo in fugam omnes ratus, receptis inter ordines uelutibus, & alia turba auxiliorū, aciem promouit. Galli & memoria Tolistobogiorum cladis territi, & in hærentia corporibus gerentes tela, fessiq; & stando & uulneribus, ne primum quidem impetum & clamorem Romanorū tulerunt. Fuga ad castra inclinauit. sed pauci intra munimēta se recepere. pars maior dextra læuaq; prælati, quæ quæquæ impetus tulit, suerunt. uictores usq; ad castra secuti cæciderunt terga. deinde in castris cupiditate prædæ hæserunt, nec sequebat quisquam. In cornibus Galli diutius steterunt, quia serius ad eos peruentum est. cæterū ne primum quidem coniectū telorum tulerunt. Consul, qui ingressos in castra ab direptione abstrahere non poterat: eos qui in cornibus fuerant, protinus ad sequendos hostes misit. per aliquantum spatium secuti, non plus tamen octo millia hominum in fuga (nam pugna nulla fuit) ceciderunt. reliqui flumen Halyn traiecerunt. Romanorū magna pars ea nocte in hostiū castris mansit. cæteros in sua castra consul reduxit. postero die captiuos prædæq; recensuit. quæ tanta fuit, quantā auidissima rapiendi gens, cum cis montem Taurū omnia armis per multos tenuisset annos, coaccruare potuit. Galli ex dissipata passim fuga in unū locū congregati, magna pars faucij aut inermes, nudati omnibus rebus, oratores de pace ad consulem miserunt. Eos Manlius Ephesum uenire iussit, ipse (iam enim mediū autumnus erat) locis gelidis propinquitate Tauri montis excedere propèrans, uictorem exercitum in hyberna ma

ritimæ oræ reduxit. Dum hæc in Asia geruntur, in cæteris prouincijs tranquillæ res fuerunt.

Censores Romæ T. Quintius Flamininus & M. Claudius Marcellus senatum perlegerunt. princeps in senatu tertium lectus P. Scipio Africanus. quatuor soli præteriti sunt, nemo curuli usus honore. & in equitatu recensendo mitis admodum censura fuit. substructionem super Æquimelium in Capitolio, & uiam silice sternendam à porta Capena ad Martis locauerunt.

Campani ubi censerentur, senatum cõsulerunt. decretum, uti Romæ censerentur. Aquæ ingentes eo anno fuerunt. Tyberis duodecies campum Martium planaq; urbis inundauit.

Ab Cn. Manlio consule bello in Asia cum Gallis perfecto, alter c o s. M. Fuluius perditus Actolis, cum traieisset in Cephaleuiam, circa ciuitates insulæ misit percunctatum: utrum se dedere Romanis, an belli fortunã experiri mallent? metus ad omnes ualuit, ne deditiõne recusarent. obsides inde imperatos pro uiribus inopes populi uicenos, Nesiotæ, Cranonijs, Palenses & Samæi dederunt. Insperata pax Cephaleuiæ affulserat, cû repente una ciuitas, incertum quam ob causam Samæi desciuerunt. Quia opportuno loco urbs posita esset, timuisse se aiebant, ne demigrare cogentur ab Romanis. cæterum ipsi ne sibi eum finxerint metum, & timore uano quietem exuerint: an iactata sermonibus res apud Romanos perlata ad eos sit, nihil comperti est, nisi quod datis iam obsidibus, repente portas clauserunt: & ne suorum quidem precibus (miserat enim sub muros consul ad tentandam misericordiam parentum populariumq;) desistere ab incepto uoluerunt. Oppugnari deinde, posteaquã nihil pacati respondebatur, coepta urbs est. apparatus omnem tormentorum machinarumq; transuectum ab Ambraciæ oppugnatione habebat: & opera quæ facienda erant, impigre milites perfecerunt. duobus igitur locis admoti arietes quatuebant muros. Nec ab Samæis quicquã, quo aut opera aut hostis arceri posset, prætermissum est. duabus tamen maxime resistebant rebus, una interiorem semper iuxta ualidum pro diruto nouum obstruentes murum: altera eruptionibus subitis nunc in opera hostium, nunc in stationes. & plerunq; ijs prælijs superiores erant. Vna ad coercendos inuenta haud magna memoratu res est. centum funditores ab Aegio & Parris & Dymis acciti. A pueris ijs more quodam gentis, saxis globosis, quibus fermè arenæ immistis strata litora sunt, funda mare apertum incessentes exercebantur. itaq; longius certiusq; & ualidiore ictu quàm Balearis funditor, eo telo usi sunt. & est non simplicis habenæ, ut balearica aliarumq; gentium funda: sed triplex scutale crebris futuris duratum, ne fluxa habena uolueretur in iactu glans, sed librata cum sederit, uelut neruo missa excutiatur. coronas modici circuli magno ex interuallo loci assueti trajicere, non capita solum hostium uulnerabant: se quem locum destinassent. Ex fundæ Samæos cohibuerunt, ne tam crebro, nèue tam audacter erumperent: adeo ut precarentur ex muris Achæos, ut parumper abscederent: & se cum Romanis stationibus pugnantes quiete spectarent. Quatuor menses obsidionem Samæi sustinuerunt. cum ex paucis quotidie aliqui eorum caderent aut uulnerarentur: & qui supererant, fessi & corporibus & animis essent: Romani nocte per arcem quam Cyatidem uocant: (nam urbs in mare deuexa in occidentem uergit) muro superato in forum peruenerunt. Samæi posteaquam capram urbis partem ab hostibus senserunt: cum coniugibus ac liberis in maiorem refugerunt arcem. inde postero die dediti, direpta urbe, sub corona omnes uenierunt. Consul compositis rebus Cephaleuiæ, præsidio Samæi imposito, in Peloponnesum, iam diu accersentibus Aegienibus maxime ac Lacedæmonijs traiecit. Aegium à principio Achaici concilij semper contentus gentis indicti sunt, seu dignitati urbis id, seu loci opportunitati datum est. huc morem Philopœmen eo primum anno labefactare conatus, legem parabat ferre, ut in omnibus ciuitatibus quæ Achaici concilij essent, inuicem conuentus agerentur. & sub aduentum consulis Damirurgis ciuitatum, qui summus est magistratus, Aegium euocantibus, Philopœmen (prætor tum erat) Argos conuentum edixit. quod cum appareret omnes serè conuenturos: consul quoq; quanquã Aegienium fauebat causæ: Argos uenit. ubi cû disceptatio fuisset, & rem inclinatam cerneret, incepto destitit. Lacedæmonijs deinde eum in sua certamina auerterunt. Sollicitam eam ciuitatem exules maxime habebant. quorum magna pars in maritimis laconicæ oræ castellis, quæ omnis adempta erat, habitabant. id egre patientes Lacedæmonijs, ut aliquem liberum

ad mare

ad mare haberent aditum: siquādo Romam, aliōue quo mitterent legatos: simulq; ut emporium & receptaculum peregrinis mercibus ad necessarios usus esset: nocte adorti uicum maritimum, nomine Lan, improuiso occupauere. Vicani, quiq; ibi exules habitabāt, primo inopinata re territi sunt: deinde sub lucem cōgregati leui certamine expulerunt Lacedæmonios. terror tamen omnem maritimam oram peruasit: legatosq; communiter & castella omnia uicicq; & exules quibus ibi domicilia erant, ad Achæos miserunt. Philopœmen prætor, iam inde ab initio exulum causæ amicus, & autor semper Achæis minuendi opes & autoritatem Lacedæmoniorum, concilium quærentibus dedit. decretumq; eo referente factū est: cum in fidem Achæorum tutelamq; T. Quintius & Romani Laconicæ oræ castella & uicos tradidissent, & cum abstinere his ex fœdere Lacedæmonij deberent, Las uicus oppugnatus esset, cædesq; ibi facta: qui eius rei autores affinesq; essent, nisi dederentur Achæis, uiolatum uideri fœdus. Ad exposcendos eos legati extemplo Lacedæmonem missi sunt. Id imperium adco superbum & indignum Lacedæmonijs uisum est, ut si antiqua ciuitatis fortuna esset, haud dubie arma extemplo capturi fuerint. maxime autem cōsternauit eos metus: si semel primis imperijs obediendo iugū accepissent, ne id quod iam diu moliretur, Philopœmen exulibus Lacedæmonē traderet. Furentes igitur ira triginta hominibus ex factione, cum qua consiliorum aliqua societas Philopœmeni atq; exulibus erat, interfectis, decreuerunt renuntiandam societatem Achæis: legatosq; extemplo Cephalemiam mittendos, qui consuli M. Fulvio, quiq; Romanis Lacedæmonem dederent: orarentq; cum ut ueniret in Peloponnesum ad urbem Lacedæmonē in fidem, ditionemq; populi Romani accipiendam. Id ubi legati ad Achæos retulerunt, omnium ciuitatum quæ eius concilij erant, consensu bellum Lacedæmonijs indictum est. ne extemplo gereretur, hyems impedit. incurfionibus tamen paruis, atrocij magis quam belli modo, non terra tantū, sed etiam nauibus à mari fines eorum uastati. Hic tumultus consulem in Peloponnesum adduxit: iussuq; eius Elin concilio indicto, Lacedæmonij ad disceptandū acciti. Magna ibi non disceptatio modo, sed etiam altercatio fuit. cui consul cum alia satis ambiciose, partem utranq; fouendo incerta respondisset: una denuntiatione, ut bello abstinerent, donec Romam legatos ad senatū misissent, finem imposuit. Vtrinq; legatio missa Romam est. exules quoque Lacedæmoniorū suā causam legationemq; Achæis iniunxerunt. Diaphanes & Lycortas, Megalopolitani ambo, principes legationis Achæorum fuerunt. qui dissidentes in rep. tum quoq; minime inter se cōuenientes orationes habuerunt. Diaphanes senatui disceptationē omnium rerum permittebat. eos optime controuersias inter Achæos ac Lacedæmonios finituros esse. Lycortas ex præceptis Philopœmenis postulabat, ut Achæis ex fœdere ac legibus suis quæ decreissent, agere liceret: libertatemq; sibi illibatam, cuius ipsi autores essent, præstarent. Magnæ autoritatis apud Romanos tum gens Achæorum erat. nouari tamen nihil de Lacedæmonijs placebat. cæterum respōsum ita perplexum fuit, ut & Achæi sibi de Lacedæmone permissum acciperent: & Lacedæmonij non omnia concessa ijs interpretarentur. Hac potestate immodice Achæi ac superbe usi sunt. Philopœmeni cōtinuatur magistratus. qui ueris initio exercitu indicto, castra in finibus Lacedæmoniorum posuit. legatos deinde misit ad deposcendos auctores defectionis: & ciuitatem in pace futurā, si id fecissent, pollicens: et illos nihil indicta causa passuros. Silentium præ metu ceterorum fuit. quos nominatim depoposcerat, ipsi se ituros professi sunt: fide accepta ab legatis, uim abfuturam donec causam dixissent. Ierunt alij etiam illustres uiri, & advocati priuatis: & quia pertinere causam eorum ad rempublicam censebant. Nunquam aliās exules Lacedæmoniorum Achæi secum adduxerant in fines: quia nihil æque alienaturum animos ciuitatis uidebatur. tunc exercitus totius propè antesignani exules erāt. si uenientibus Lacedæmonijs ad portam castrorum agmine facto occurrerunt. & primo lacessere iurgijs: deinde altercatione orta cum accenderentur iræ, ferocissimi exulum impetum in Lacedæmonios fecerunt. Cum illi deos & fidem legatorum testarentur: & legati & prætor limmo ueret turbas, & protegeret Lacedæmonios: uinculaq; iam quosdam in iançientes arce et: reiebat tumultus concitata turba. Et Achæi ad spectaculum primo cōcurrerunt. deinde uociferantibus exulibus quæ passi forent, & orantibus opem, affirmantibusq; simul nunquam talem occasionem

caſionem habituros, ſi eam prætermiſſent: ſœdus quod in Capitolio, quod Olympiæ, quod in arce Athenis ſacratum fuiſſet, irritum per illos eſſe: priuſquam alio de integro ſœdere obligarentur, noxios puniendos eſſe: accenſa his uocibus multitudo ad uocē unius, qui ut ferirent, inſclamauit, ſaxa coniecit: atq; ita x v i i, quibus uincula per tumultum iniecta erant, interfecti ſunt. L x i i i poſtero die comprehenſi, à quibus prætor uim arcuerat, nō quia ſaluos uellet, ſed quia perire cauſa indieta nolebat: obiecti multitudini iratæ, cum auerſis auribus pauca locuti eſſent: damnati omnes & traditi ſunt ad ſupplicium. Hoc metu iniecto Lacedæmonijs, imperatum primū ut muros diruerent. deinde ut omnes externi auxiliares, qui mercede apud tyrannos militaſſent, terra Laconica excederent. tum uti quæ ſeruitia tyranni liberaſſent, (ea magna multitudo erat) ante diem certā abirent: qui ibi manſiſſent, eosprehendendi, uendendi, abducendi Achæis ius eſſet. Lycurgi leges moresq; abrogarent: Achæorum aſſueſcerent legibus inſtitutiſq;. ita unius eos corporis fore, & de omnibus rebus facilius conſenſuros. Nihil obedientius fecerunt, quā ut muros diruerent: nec ægrius paſſi ſunt, quā exules reduci. Decretum Tegeæ in concilio communi Achæorum de reſtituendis ijs factum eſt. & mentione illata, externos auxiliares dimiſſos, & Lacedæmonijs aſcriptos (ita enim uocabant qui à tyrannis liberati erant) urbe exceſſiſſe, in agros dilapſos: priuſquam dimitteretur exercitus, ire prætorum cum expeditis, & comprehendere id genus hominum, & uendere iure prædæ placuit. multi comprehenſi uenierunt. porticus ex ea pecunia Megalopoli permiſſu Achæorum reſecta eſt, quam Lacedæmonij diruerāt. Et ager Belbinatis, quem iniuria tyranni Lacedæmoniorum poſſederāt: reſtitutus eidem ciuitati ex decreto uetere Achæorum, quod factum erat Philippo Amytæ filio regnante. Per hæc uelut eneruata ciuitas Lacedæmoniorū diu Achæis obnoxia fuit. nulla tamen reſtato erat damno, quā diſciplina Lycurgi, cui per octingentos annos aſſueuerant, ſublata. A concilio, ubi apud conſulem inter Achæos Lacedæmonioſq; diſceptatum eſt: M. Fuluius, quia iam in exitu annus erat, comitiſſorum cauſa profectus Romam, creauit conſules M. Valerium Meſſalam & C. Liuium Salinatorem: cum M. Æmylium Lepidum inimicū eo quoq; anno petentem deieciſſet. Prætores inde creati Q. Marcius Philippus, M. Claudius Marcellus, C. Stertinius, C. Catinius, P. Claudius Pulcher, L. Manlius Acidinus. Comitiſſis perfectis, conſulem M. Fuluium in prouinciam ad exercitū redire placuit. eiſq; & collegæ Cn. Manlio imperium in annum prorogatum eſt. Eo anno in ædem Herculis ſignum dei ipſius ex decemuirorum reſponſo, & ſeiuges in Capitolio aurati ab Cn. Cornelio poſiti. conſulem dediffe inſcriptū eſt. & duodecim clypea ærata ab ædibus curulibus P. Claudio & Ser. Sulpicio Galba ſunt poſita ex pecunia, qua frumentarios ob annonā compreſſam damnarunt. & ædilis plebis Q. Fuluius Flaccus duo ſigna aurata, uno reo damnato (nam ſeparatim accuſauerant) poſuit. collega eius A. Cæcilius neminem condemnauit. Ludi romani ter, plebeiſq; quinqueſ toti inſtaurati. M. Valerius Meſſala inde, & C. Liuius Salinator conſulatum idibus martijs cum inſiſſent, de republica, deq; prouincijs & exercitiſſus ſenatum conſulerunt. De Aetolia & Aſia nihil mutatum eſt. Conſulibus, alteri Piſæ cum Liguribus, alteri Gallia prouincia decreta eſt. comparare inter ſe aut ſortiri iuſſi: & nouos exercitus, binas legiones ſcribere: & ut ſocijs latini nominis quinadena millia peditum imperarent, & mille ducentos equites. Meſſalæ Ligures, Salinatori obtigit Gallia. Prætores inde ſortiti ſunt. M. Claudio urbana, P. Claudio peregrina iuriſdictio euenit. Q. Marcius Siciliam, C. Stertinius Sardiniam, L. Mælius Hiſpaniam citeriorem, C. Catinius ulteriorem eſt ſortitus. De exercitiſſus ita placuit. è Gallia legiones quæ ſub C. Lælio fuerant, ad M. Tuccium proprætorem in Brutios traduci. & qui in Sicilia eſſet, dimitti exercitū. & claſſem quæ ibi eſſet, Romam reducere M. Sempronium proprætorem. Hiſpanijs legiones ſingulæ, quæ tum in ijs prouincijs erant, decretæ: & ut terna millia peditum, ducenos equites ambo prætores in ſupplementum ſocijs imperarent, ſecumq; transportarent. Priuſquam in prouincias noui magiſtratus proficiſcerentur, ſupplicatio in triduum pro collegio decemuirorum imperata fuit in omnibus compitis: quod luce inter horam tertiam ferme & quartam tenebræ obortæ fuerant. & nouendiale ſacrificium indieta eſt, quod in Auentino lapidibus pluuiſſet. Campani, cum eos ex ſenatuſconſulto

quod

quod priore anno factum erat, cēsores Romæ cenferi coegissent: (nam antea incertum fuerat, ubi cenferentur) petierūt, ut sibi ciues Romanas ducere uxores liceret: & si qui prius duxissent, ut habere eas. & ante eam diem nati uti iusti sibi liberi hæredesq; essent. utraq; res impetrata.

De Formianis Fundanisq; municipibus, & Arpinatibus C. Valerius Tappo tribunus plebis promulgauit: uti ijs suffragij latio (nam ante sine suffragio habuerāt ciuitatem) esset. Huic rogationi quatuor tribuni plebis, quia nō ex autoritate senatus ferretur, cum intercederēt: edocti populi esse, non senatus ius, suffragium quibus uelit impartiri, destiterunt incepto. Rogatio perlata est, ut in Æmylia tribu Formiani & Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent. atq; in his tribubus tum primū ex Valerij plebiscito censi sunt. M. Claudius Marcellus censor, forte superato T. Quintio, lustrum condidit. censa ciuium capita CCLVIII millia, CCCVIII.

Lustro perfecto consules in prouincias profecti sunt. Hyeme ea qua hæc Romæ gesta sunt, ad Cn. Manlium consulem primum, deinde proconsulem hybernantem in Asia legationes undiq; ex omnibus ciuitatibus gentibusq;, quæ cis Taurum montem incolunt conueniebant. & ut clarior nobiliorq; uictoria Romanis de rege Antiocho fuit quàm de Gallis: ita lætior socijs erat de Gallis quàm de Antiocho. Tolerabilior regia seruitus fuerat, quàm feritas immanium barbarorum, incertusq; indies terror, quò uelut tempestas eos populantes inferret. itaq; ut quibus libertas Antiocho pulso, pax, Gallis domitis, data esset: non gratulatū modo uenerant, sed coronas etiam aureas pro suis quæq; facultatibus, attulerant. Et ab Antiocho legati, & ab ipsis Gallis, ut pacis leges dicerentur: & ab Ariarate rege Cappadocum uenerunt ad ueniam petendam, luendamq; pecunia noxam, quod auxilijs Antiochum iuuisset. Eic c c talenta argenti sunt imperata. Gallis responsum, cum Eumenes rex uenisset, tum daturum ijs leges. ciuitatum legationes cum benignis responsis lætiores etiam quàm uenerant, dimissæ. Antiochi legati pecuniam in Pamphylia, frumentumq; ex pacto cum L. Scipione fœdere iussi aduhere. eò se cum exercitu ueturum. Principio deinde ueris lustrato exercitu profectus, die octauo Apameã uenit. ibi triduū stauis habitis, tertijs rursus ab Apamea castris in Pamphylia, quò pecuniam frumentumq; regio conuohere iusserat, peruenit. M & D talenta argenti accepta Apameam deportantur. frumentum exercitui diuiditur. Inde ad Pergam ducit: quæ una in ijs locis regio tenebatur præsidio. appropinquanti præfectus præsidij obuius fuit, x x x dierum tempus petens, ut regem Antiochum de urbe tradenda consulere. dato tempore, ad eam diem præsidio decessum est. à Perga L. Manlio fratre cum IIII millibus militum Oroanda ad reliquum pecuniæ ex eo quod pepigerant exigendū misso, ipse quia Eumenes regem & decem legatos ab Roma Ephesum uenisse audierat, iussis sequi Antiochi legatis, Apameã exercitum reduxit. Ibi ex x legatorum sententia fœdus in hæc uerba serè cum Antiocho conscriptū est. Amicitia regi Antiocho cum populo Romano his legibus & conditionibus esto. Ne quem exercitū qui cum populo Romano, socijs uel bellū gesturus erit: rex per fines regni sui, eorum uel qui sub ditione eius erunt, transire sinito. neu comæatu, neu qua alia ope iuuato. idem Romani socijq; Antiocho, & ijs qui sub imperio eius erunt, præstent. Belli gerendi ius Antiocho ne esto cum ijs qui insulas colunt, neue in Europam transeundi. Excedito urbibus, agris, uicis, castellis cis Taurum montem usque ad Tanaim amnem, & à ualle Tauri usque ad iuga quæ in Lycaoniam uergit. Ne qua arma efferto ex ijs oppidis, agris, castellisq; quibus excedat. si qua extulit, quæ quòque oportebit, recte restituito. Ne militem neu quem alium ex regno Eumenis recipito. Si qui earum urbium ciues quæ regno abscedunt, cum rege Antiocho, intraquæ fines eius regni sunt: Apameam omnes ante diem certam redeant. Qui ex regno Antiochi apud Romanos sociosq; sunt, ijs ius abeundi manendiq; esto. Seruos, seu fugitiuos, seu bello captos, seu qui liber captus aut transfuga erit, reddito Romanis socijsq;. Elefantos tradito omnes, neq; alios parato. Tradito & naues longas armamentaq; earum: neue plures quàm decem naues actuarias, nulla quarum plus quàm x x x remis agatur, habeto: neue monerem ex belli causa, quod ipse illaturus erit. neue nauigato citra Calycandrum, neue Sarpedonium, promontoria: extra quam si qua nauis pecuniam, stipendium, aut legatos, aut obsides portabit. Milites mercede conducendi ex ijs gentibus quæ

sub

sub ditione populi Romani sunt, Antiocho regi ius ne esto: ne uoluntarios quidem recipiendi. Rhodiorum sociorumque quæ ædes ædificiaque intra fines regni Antiochi sunt, quo iure ante bellum fuerunt, eo Rhodiorum sociorumque sunt. Si quæ pecuniæ debentur, earum exactio esto. Si quid ablatum est, id conquirendi, cognoscendi repetendi que ius item esto. Si quas urbes quas tradi oportet, ij tenent quibus Antiochus dedit, ex ijs præsidia deducito: utique recte tradantur, curato. Argenti probi XII millia attica talenta dato intra duodecim annos pensionibus æquis. talentum ne minus pondo LXXX Romanis ponderibus pendat. & tritici DXX millia modium. Eumeni regi talenta CCCL intra quinquennium dato: & pro frumento quod æstimatione fiat, talenta CXXVII . Obsides Romanis XX dato, & triennio mutato, ne minores octonum denarium annorum, neu maiores quinumquadragenum. Si qui sociorum populi Romani ultro bellum inferent Antiocho, uim ui arcendi ius esto: dum ne quam urbem aut belli iure teneat, aut in amicitiam accipiat. cotrouersias inter se iure ac iudicio disceptent: aut si utriusque placebit, bello. De Annibale Pæno & Actolo Thoante, & Mnasimacho Acarnane, & Chalcidensibus Ebulida & Philone dedendis, in hoc quoque fœdere ascriptum est: & si quid postea addi mutariue placuisset, ut id saluo fœdere fieret. Cõsul iurauit in hoc fœdus, ab rege qui exigerent iusiurandum, profecti Q. Minucius Thermus & L. Manlius: qui tum forte ab Oroandis redijt. & Q. Fabio Labeoni, qui classi præerat, scripsit: ut Patara extemplo proficisceretur: quæque ibi naues regie essent, cõcideret cremaretque. Profectus ab Epheso quinquaginta rectas naues aut concidit aut incendit. Telmessum eadem expeditione, territis subito aduentu classis oppidanis recepit. Ex Lycia protinus, iussis ab Epheso sequi qui ibi relictæ erant, per insulas in Græciã traiecit. Athenis paucos moratus dies, dum Piræum ab Epheso naues uenirent, totam inde classem in Italiam reduxit. Cn. Milius, cum inter cætera quæ accipienda ab Antiocho erant, elephantos quoque accepisset, donoque Eumeni omnes dedisset: deinde causas ciuitatum, multis inter nouas res turbatis, cognouit. Et Ariarates rex, parte dimidia pecuniæ imperatæ Eumenis beneficio, cui desponderat per eos dies filiã, remissa in amicitiam est acceptus. Ciuitatum autem cognitæ causis decem legati aliam aliarum fecerunt conditionem. Quæ stipendiariæ regi Antiocho fuerant, & cum populo Romano senserant, ijs immunitatem dederunt: quæ partium Antiochi fuerant, aut stipendiariæ Attali regis, eas omnes uectigal pendere Eumeni iusserunt. nominatim præterea Colophonis qui in Notio habitãt, & Cymæis & Milesijs immunitatẽ concesserunt. Clazomenis super immunitatem & Drymusam insulam dono dederunt. & Milesijs quem Sacrum appellant, agrum restituerunt. & Iliensibus Rhœteum & Gergithum addiderunt, non tam ob recentia ulla merita, quam originum memoria. eadem & Dardanum liberandi causa fuit. Chios quoque & Smyrnæos & Erythræos pro singulari fide quam eo bello præstiterunt, & agro donarunt, & in omni præcipuo honore habuerunt. Phocensibus & ager quem ante bellum habuerãt, redditus: & ut legibus antiquis uterentur, permissum. Rhodijs affirmata, quæ data priore decreto erant. Lycia & Caria datæ usque ad Mæandrum amnem, præter Telmessum. Regi Eumeni Chersonesum in Europa, & Lyfimachiam, castella, uicos, agros eius, quibus finibus tenuerat Antiochus, adicerunt in Asia Phrygiam utranque: alteram ad Hellepontum, maiorem alteram uocant: et Mysiam quam Prusias rex ademerat ei, restituerunt: & Lycaoniam, & Milyada, & Lydiam, & nominatim urbes Tralleis, atque Ephesum & Termessum. De Pamphylia disceptatum inter Eumenem & Antiochi legatos cum esset, quia pars eius citra, pars ultra Taurum est: integra res ad senatum reijcitur. His fœderibus decretisque datis, Manlius cum decem legatis, omni que exercitu ad Hellepontum profectus, euocatis eò regulis Gallorum, leges quibus pacem cum Eumene seruarẽt, dixit: denuntiauitque, ut morem uagandi cum armis finirent, agrorumque suorum terminis se continerent. Contractis deinde ex omni ora nauibus, & Eumenis etiam classe per Athenæum fratrem regis ab Elæa adducta, copias omnes in Europam traiecit. inde per Chersonesum modicis itineribus graue præda omnis generis agmẽ trahens, Lyfimachia statiuam habuit: ut quam maxime recentibus & integris iumentis Thraciam, per quam iter uulgo horrebant, ingredere tur. Quo profectus est ab Lyfimachia die ad amnem Melana, quem uocant: inde postero die

Cypselæ

Cypsela peruenit. à Cypselis uia decem millium ferè syluestris, angusta, confragosa excipiebat. propter cuius difficultatē itineris in duas partes diuisus exercitus. & præcedere una iussa, altera magno interuallo cogere agmen, media impedimenta interposuit: plaustra cum pecunia publica erant, pretiosaq; alia præda. Itaq; cum per saltum iret, Thracū decem haud amplius millia ex quatuor populis, Astij & Cæni & Maduateni & Coreli ad ipsas angustias uiam circumsederunt. Opinio erat, non sine Philippi regis Macedonum fraude id factum. cum scisse, non aliā, quā per Thraciam redituros Romanos, & quantam pecuniam secum porterent. In primo agmine imperator erat, sollicitus propter iniquitatem locorum. Thracæ nihil se mouerunt, donec armati transirent, posteaquam primos superasse angustias uiderunt, postremos nondum appropinquantes, impedimenta & sarcinas inuadunt. cæsisq; custodibus, partim ea, quæ in plaustris erant, diripere, partim sub oneribus iumenta abstrahere. Vnde posteaquam clamor primum ad eos, qui iam ingressi saltum sequebantur, deinde etiam ad primum agmen est perlatus, utrinq; in medium concurritur, & inordinatum simul pluribus locis prælium conferitur. Thracæ præda ipsa impeditos oneribus, & plerosq; , ut ad rapiendū manus uacuas haberent, inermes ad cædem præbet: Romanos iniquitas locorum barbaris per calles notos occursantibus, & latentibus interdum per cauas ualles, prodebat. ipsa etiam onera plaustraq; , ut fors tulit, his aut illis incommode obiecta pugnantibus impedimento sunt: alibi prædo, alibi prædæ uindex cadit. prout locus iniquus æquus uel his aut illis, prout animus pugnantium est, prout numerus (alij enim pluribus quā ipsi erant, alij paucioribus occurrerant) uaria pugne fortuna est: multi utrinq; cadunt. Iam nox appetebat, cum prælio excedunt Thracæ, non fuga uulnerum, aut mortis: sed quia satis prædæ habebant. Romanorum primum agmen extra saltum circa templum Bendidium castra loco aperto posuit. pars altera ad custodiam impedimentorum medio in saltu duplici circumdata uallo mansit. postero die prius explorato saltu, quā mouerent, primis se coniungunt. In eo prælio, cum & impedimentorum pars & calorum, & milites aliquot, cum passim toto propè saltu pugnaretur, cecidissent plurimum Q. Minucij Thermi morte damni est acceptum, fortis ac strenui uiri. Eo die ad Hebrum flumen peruentum est. inde Æniorum fines præter Apollinis, Zerynthium quem uocant incolæ, templum superant. Aliæ angustiae circa Tempyra excipiūt, (hoc loco nomen est) nec minus confragosæ, quā priores. sed quia nihil syluestre circa est: ne latebras quidem ad insidiandum præbent. Huc ad eandem spem prædæ Thrausi, gens & ipsa Thracum, conuenerunt. sed quia nudæ ualles, procul ut conspicerentur angustias obsidentes, efficiebāt: minus terroris tumultusq; fuit apud Romanos. quippe & si iniquo loco, prælio tamen iusto, acie aperta, collatis signis dimicandum erat. conferti subeuntes cum clamore impetu facto primum expulere loco hostes, deinde auertere. fuga inde cædesq; suis ipsos impediens angustijs fieri coepta est. Romani uictores ad uicium Maronitarum (Saren appellant) posuerunt castra. postero die patenti itinere Priaticus campus eos excepit, triduumq; ibi frumentum accipientes manserunt, partim ex agris Maronitarum, cōferentibus ipsis, partim ex nauibus suis, quæ cum omnis generis comætu sequebantur. Ab statuis diei uia Apolloniam fuit. hinc per Abderitarum agrum Neapolim peruentum est. Hoc omne per Græcorum colonias pacatum iter fuit. reliquum inde per medios Thracas dies noctesq; , & si non infestum, suspectum tamen, donec in Macedoniā peruenerūt. Mitiores Thracæ idem exercitus, cum à Scipione eadem uia duceretur, habuerat, nullam ob aliam causam, quā quod prædæ minus quod peteretur, fuerat. Quanquam tum quoq; Claudius autor est ad quindecim millia Thracum præcedenti ad exploranda loca agmen Mutini Numidæ occurrisse. quadringentos equites fuisse Numidas, paucos elephantos. Mutinis filium per medios hosteis cum centum quinquaginta delectis equitibus perripisse. eundem mox cum iam Mutines in medio elephantis collocatis, in cornua equitibus dispositis, manum cum hoste cōseruisset, terrorem ab tergo præbuisse: atq; inde turbatos equestri uelut procella hosteis ad peditum agmen non accessisse. Cn. Manlius per Macedoniam in Thessaliam exercitum traduxit. inde per Epirum Apolloniā cum peruenisset, nondum adeo hyberno cōtempo mari, ut traicere auderet, Apolloniæ hybernauit.

Exitu propè anni M. Valerius c o s. ex Liguribus ad magistratus subrogãdos Romam uenit, nulla memorabili in prouincia re gesta, ut ea probabilis moræ causa esset, quod solito feriu ad comitia uenisset. Comitia c o s. rogandis fuerunt ad x i i Cal. Martias. creati M. Æmylius Lepidus, C. Flaminius. Postero die Præ. facti Ap. Claudius Pulcher, Ser. Sulpicius Galba, Q. Terentius Culleo, L. Terentius Massaliota, Q. Fuluius Flaccus, M. Furius Crassipes. Comitibus perfectis, quas prouincias prætoribus esse placeret, retulit ad senatum c o s. decreuerunt duas Romæ iuris dicundi causa, duas extra Italiam, Siciliam & Sardiniam: duas in Italia, Tarentum, & Galliam. & extemplo, priusquam inirent magistratum, fortiri iussi. Ser. Sulpicius urbanam, Q. Terentius peregrinam est fortitus. L. Terentius Siciliam, Q. Fuluius Sardiniam, Ap. Claudius Tarentum, M. Furius Galliam. Eo anno L. Minucius Myrtilus, & L. Manlius, quod legatos Carthaginenses pulsasse dicebantur: iussu M. Claudij Pr. urb. per fœciales traditi sunt legatis, & Carthaginẽ auerti. In Liguribus magni belli, & glisceris in dies magis fama erat. itaq; c o s. nouis, quo die de prouincijs & de Rep. retulerunt, senatus utriq; Ligures prouinciam decreuit. Huic s c Lepidus c o s. intercedebat, indignũ esse prædicans c o s. ambos in ualles Ligurum includi. M. Fuluium & Cn. Manlium biennium iam, alterum in Europa, alterum in Asia, uelut pro Philippo atq; Antiocho substitutos regnare. si exercitus in his terris esse placeat, c o s. ijs potius quàm priuatos præesse oportere. Vagari eos cum belli terrore per nationes, quibus bellum indictum non sit, pacem pretio uenditantes. si eas prouincias exercitibus obtinere opus esset: sicut M. Acilio, L. Scipio c o s. L. Scipioni, M. Fuluius & Cn. Manlius successissent consules: ita Fuluius Manliocq; C. Liuium & M. Valerium c o s. debuisse succedere. nũc certe perfecto Ætolyco bello, recepta ab Antiocho Asia, deuictis Gallis, aut c o s. ad exercitus consulares mitti, aut reportari legiones inde, reddiq; tandem Reip. debere. Senatus his auditis in sententia perseverauit, ut c o s. ambobus Ligures prouincia esset: Manliũ Fuluiumq; decedere de prouincijs, & exercitus inde deducere, ac redire Romam placuit. Inimicitia inter M. Fuluium & M. Æmylium c o s. erant, & supra cætera Æmylius ferius biennio se c o s. factum M. Fuluij opera aiebat. itaq; ad inuidiam ei faciendã legatos Ambracienses in senatum subornatos criminibus introduxit. Qui sibi, cum in pace essent, imperataq; à prioribus c o s. fecissent, & eadem præstare obediẽter M. Fuluius parati essent, bellum illatum questi. agros primum depopulatos, terrorem direptionis & cedis urbi iniectum, ut eo metu claudere cogerentur portas. obsessos deinde, & oppugnatos se, & omnia exempla belli edita in se, credibus, incendijs, ruinis, direptione urbis. coniuges, liberos in seruitiũ abstractos: bona adempta: & quod se ante omnia moueat, templa tota urbe spoliata ornamentis. simul lachra deũ, deos imò ipsos cõuulsos ex sedibus suis ablatos esse. parietes postesq; nudatos, quos adorent, ad quos precentur & supplicent, Ambraciensibus superesse. Hæc querentes interrogando criminosè ex composito c o s. ad plura, uelut non sua sponte dicenda, eliciebat. Moris patribus, alter c o s. C. Flaminius M. Fuluij causam excepit. qui ueterem & obsoletam uiam ingressos Ambracienses dixit. Sic M. Marcellum à Syracusanis, sic Q. Fuluiũ à Campanis accusatos. quin eadem opera T. Quintium à Philippo rege, M. Aciliũ, & L. Scipionem ab Antiocho, Cn. Manlium à Gallis, ipsum Fuluium ab Aetolis & Cephallenia populis accusari paterentur: Ambraciam oppugnatam & captam, & signa inde ornamenta q; ablata, & cætera facta, quæ captis urbibus soleant, negaturum aut me pro M. Fuluius, aut ipsum M. Fuluium censetis p c: qui ob has res gestas triumphum à uobis postulaturus sit: Ambraciam captam, signaq; quæ ablata criminantur, & cætera spolia eius urbis ante currum laturus: & fixurus in postibus suis: Nihil est, quod se ab Aetolis separent. eadem Ambraciensium & Aetolorum causa est. Itaq; collega meus uel in alia causa inimicitias exercent, uel si in hac utiq; mauult, retineat Ambracienses suos in aduentum M. Fuluij. ego nec de Ambraciensibus, nec de Aetolis decerni quicquam absente M. Fuluius patiar. Cum Æmylius callidam malitiam inimici, uelut omnibus notam, insimularet, & tempus eum morando extracturũ diceret, ne consule inimico Romam ueniret, certamine consulum biduum absumptum est. nec præsentem Flaminio decerni quicq; uidebatur posse. captata occasio est, cum æger forte Flaminius abesset.

& referente

& referente Aemylio, s c factum est, ut Ambracienſibus omnes ſuæ res redderentur: in libertate eſſent, ac legibus ſuis uterentur. portoria, quæ uellent, terra mariq; caperent, dum eorum immunes Romani ac ſocij Latini nominis eſſent. ſigna aliaq; ornamenta, quæ quererentur ex ædibus ſacris ſublata eſſe: de ijs, cum M. Fuluius Romam reuertiffet, placere ad collegiũ pontificum referri, & quod ij cenſuiſſent, fieri. Neq; his contentus c o s. fuit, ſed poſtea per infrequentiam adiecit s c Ambraciam non uideri ui captam eſſe. Supplicatio inde ex decemuirorum decreto pro ualitudine populi fuit per triduũ: quia grauis peſtilentia urbẽ atq; agros uafſtabat. Latinæ inde fuerunt. Quibus religionibus liberati c o s. & delectu perfecto (nouis enim uterq; maluit uti militibus) in prouinciam profecti ſunt: ueteresq; omnes dimiſerunt.

Post conſulum profectiõnem Cn. Manlius procos. Romam uenit. cui cum ab Ser. Sulpicio Pr. ſenatus ad ædem Bellonæ datus eſſet: & ipſe cõmemoratis rebus ab ſe geſtis poſtulaſſet: ut ob eas dijs immortalibus honos haberetur: ſibiq; triumphanti urbem inuehi liceret: contradixerunt pars maior decem legatorum, qui cum eo fuerant, & ante alios L. Furius Purpurio, & L. Aemylius Paulus. Legatos ſeſe Cn. Manlio datos pacis cum Antiocho faciendæ cauſa, fœderisq; & legũ, quæ cum L. Scipione inchoatæ fuiſſent, perficiendarũ. Cn. Manlium ſumma ope tetendiſſe, ut eam pacem turbaret, & Antiochum, ſi ſui poteſtatem feciſſet, inſidijs exciperet. ſed illum cognita fraude c o s. cum ſæpe colloquijs petitis captatus eſſet, non congreſſum modo, ſed conſpectum etiam eius uiſiſſe. cupientem tranſire Taurum, ægre omnium legatorum precibus, ne carminibus Sibyllæ prædictam ſuperantibus terminos fataleis cladem experiri uellet, retentum. admouiſſe tamen exercitum, & prope ipſis iugis ad diuortia aquarum caſtra poſuiſſe. cum nullam ibi cauſam belli inueniret, quieſcentibus regijs, circumgeſiſſe exercitum ad Gallogræcos. cui nationi non ex ſenatus autoritate, non populi iuſſu bellum illatum. quod quem unquam de ſua ſententia facere auſum? Antiochi, Philippi, Annibalidis, & Pœnorum recentiffima bella eſſe. de omnibus his conſultum ſenatũ populumq; iuſſiſſe. ſæpe legatos ante miſſos, res repetitas: poſtremo qui bellum indicerent, miſſos. Quid eorum Cn. Manli factum eſt, ut iſtud publicum p r bellum, & non tuum priuatum latrocinium dicamus? At eo ipſo contentus fuiſti, recto itinere duxiſti exercitum ad eos, quos tibi hoſtes deſumpſeras. an per omneis anfractus uiarum, cum ad biuia conſiſteres, ut quò flexiſſet agmen Attalus Eumenis frater, eò c o s. mercenarius cum exercitu Romano ſequeris, Piſidiæ Lycæoniæq; & Phrygiæ reſeſſus omnes atq; angulos peragraſti, ſtipẽ à tyrannicis caſtellanisq; de uñs colligens: quid enim tibi cum Oroandis? quid cum alijs æque innoxijs populis? Bellum autem ipſum, cuius nomine triumphum petis, quo modo geſiſti? loco æquo, tempore tuo pugnaſti? Tu uero recte, ut dijs immortalibus honos habeatur, poſtulas: primum, quod pro temeritate imperatoris nullo iure gentium bellum inferentis pœnas luere exercitum noluerunt: deinde, quod beluas, non hoſtes nobis obiecerunt. Nolite nomen tantum exiſtimare miſtum eſſe Gallogræcorum: multo ante & corpora & animi miſſi ac uitiati ſunt. an ſi illi Galli eſſent, cum quibus milies uario euentu in Italia pugnatum eſt, quantum in imperatore noſtro fuit, nuntius illinc rediſſet? bis cum ijs pugnatum eſt, bis loco iniquo ſubijt, in ualle inferiore pedibus penè hoſtium aciem ſubiecit, ut ſi non tela ex ſuperiore loco mitterent: ſed corpora ſua nuda inſicerent, obruere nos potuerint. Quid igitur incidit? magna fortuna p r eſt, magnum & terribile nomen. recenti ruina Annibalidis, Philippi, Antiochi propè attonitæ erant tantæ corporum moles. fundis ſagittisq; in fugam conſternatæ ſunt. gladius in acie cruentatus non eſt Gallico bello. uelut auium examina ad crepitum primũ miſſilium auolauere. At Hercule nos ijdem: admonente fortuna quid, ſi hoſtem habuiſſemus, caſurum fuiſſet: cum redeuntes in latrunculos Thracas incidiffemus: cæſi, fugati, exuti impedimentis ſumus: Q. Minucius Thermus, in quo haud paulo plus damni factum eſt, quàm ſi Cn. Manlius, cuius temeritate ea clades inciderat, periſſet: cum multis uiris fortibus cecidit. exercitus ſpolia regis Antiochi referens trifariam diſſipatus, alibi primum, alibi poſtremum agmen, alibi impedimenta, inter uepres in latebris ferarum noctem unam delituit. Pro his triumphus petitur? Si nihil in Thracia cladis ignominiaq; foret acceptum, de quibus hoſtibus triumphum peteres? de ijs, ut opinor,

quos tibi hostes senatus, aut **P R** dedisset. sic huic **L. Scipioni**, sic illi **M. Acilio** de rege **Antiocho**, sic paulo ante **T. Quintio** de rege **Philippo**, sic **P. Africano** de **Annibale** & **Pœnis** & **Syphace** triumphus datus. & minima illa, cum iam senatus censuisset bellum, quæsitæ tamen sunt: quibus nuntiandum esset: ipsis utiq; regibus nuntiaretur: an satis esset ad præsidium aliquod nuntiari? Vultis ergo hæc omnia pollui & confundi? tolli fœcialia iura: nullos esse fœciales? fiat (pace deum dixerim) iactura religionis: obliuio deorum capiat pectora uestra. num senatum quoq; de bello cõsuli non placet? non ad populũ ferri? uelint, iubeant ne cum Gallis bellum geri? Modo certe **cos s.** Græciam atq; Asiam uolebãt. tamen perseuerantibus uobis **Ligures** prouinciam decernere, dicto audientes fuerunt. merito ergo à uobis prospere bello gesto triumphũ petent, quibus autoribus gesserunt. Talis oratio **Furij** & **Æmylij** fuit. **Manium** in hunc maxime modum respondiisse accepimus. **Tr. pl.** antea solebant triumphum postulantibus aduersari **P C.** quibus ego gratiam habeo, quod seu mihi, seu magnitudini rerum gestarum hoc dederunt, ut non solum silentio comprobarent honorem meum, sed referre etiam, si opus esset, uiderentur parati esse. ex decem legatis, si dijs placet, quod consilium dispensandæ cohonestandæq; uictoriæ imperatoribus maiores dederunt nostri: aduersarios habeo. **L. Furius**, **L. Aemylius** currũ triumphalem me conscendere prohibent, coronã insignem capiti detrahunt. quos ego, si tribuni me triumphare prohiberent, testes citaturus fui rerum à me gestarum. Nullius equidem inuideo honori **P C.** uos tribunos plebei nuper, uiros fortes ac strenuos, impediẽtes **Q. Fabij Labæonis** triumphum autoritate uestra deterruistis. triumphauit, quem non bellum iniustum gessisse, sed hostem omnino nõ uidisse, inimici iactabant. ego, qui cum centum millibus ferocissimorum hostium signis collatis toties pugnaui: qui plus **x l.** millia hominum cepi aut occidi, qui bina castrã eorum expugnaui, qui citra iuga **Tauri** omnia pacatiora, quàm terra Italia est, reliqui: nõ triumpho modo fraudor, sed causam apud uos **P C.** accusantibus meis ipse legatis dico. Duplex eorum, ut animaduertistis **P C.** accusatio fuit. nam nec gerendum mihi fuisse bellum cum Gallis, & gestum temere atq; imprudenter, dixerunt. non erant Galli hostes, sed tu eos pacatos imperata facientes uiolasti. Non sum postulaturus à uobis **P C.** ut quæ communiter de immanitate gentis Gallorum, de infestissimo odio in nomen Romanum scitis: ea de illis quoq; , qui Asiam incolunt, existimetis Gallis. remora uniuersæ gentis infamia atque inuidia, per se ipsos æstimate. Utinam rex **Eumenes**, utinam **Asiæ** ciuitates omnes adessent, & illos potius querentes, quàm me accusantem audiretis. mittite agendum legatos circa omnes **Asiæ** urbes, & quarite, utra grauiori seruitute, **Antiocho** ultra **Tauri** iuga emoto, an Gallis subactis, liberati sint? quoties agri eorum uastati sint, quoties prædæ abactæ, referant: cum uix redimendi captiuos copia esset, & maectatas humanas hostias immolatosq; liberos suos audirent. Stipendiũ scitote pependisse socios uestros Gallis: & nunc liberatos per uos regio imperio, fuisse pensuros: si à me foret cessatum. quo longius **Antiochus** emotus esset, hoc impotentius in **Asia** Galli dominarentur: & quicquid est terrarum citra **Tauri** iuga, Gallorum imperio, non uestro adiecissetis. At enim sunt quidem ista uera. etiam **Delphos**, quondam commune humani generis oraculum, umbilicum orbis terrarum, Galli spoliauerunt: nec ideo **P R** his bellum indixit aut intulit. Equidem aliquid interesse rebar inter id tempus, quo nondum in iure ac ditione uestra Græcia atq; **Asia** erat, ad curandum animaduertendumq; quid in his terris fieret: & hoc, quo finem imperij **Romani** **Taurum** montem statuistis, quo libertatem immunitatem ue ciuitatibus datis, quo alijs fines adijcitis, alias agro mulctatis, alijs uectigal imponitis: regna augetis, minuitis, donatis, adimitis: curæ uestræ censeris esse, ut pacem terra maricq; habeant. An, nisi præsidia deduxisset **Antiochus**, quæ quæruera in suis arcibus erant, non putaretis liberatam **Asiam**? si Gallorum exercitus effusi uagarentur: rata dona uestra, quæ dedistis regi **Eumeni**: rata libertas ciuitatibus esset? Sed quid ego hæc ita argumentor? tanquam non acceperim, sed fecerim hostes Gallos. **Te L. Scipio** appello, cuius ego mihi, succedens in uicem imperij tui, uirtutem felicitatemq; pariter non frustra ab dijs immortalibus precatus sum: te **P. Scipio**, qui legati ius, collegæ maiestatem, & apud fratrem **cos s.** & apud exercitum habuisti: sciatis ne in exercitu **Antiochi** Gallorum

lorum legiones fuisse: uideritis in acie eos, in cornu utroque (id enim roboris esse uidebatur) locatos: pugnaueritis ut cum hostibus iustis: cecideritis: spolia eorum retuleritis: Atqui cum Antiocho, non cum Gallis bellum his senatus decreuerat, & populus iusserat. Sed simul, ut opinor, cum his decreuerant iusserantque, qui inter eius praesidia fuissent, ex quibus praeter Antiochum, cum quo pacem pepigerat Scipio: & cum quo nominatim foedus ut fieret, mandaueratis: omnes hostes erant, qui pro Antiocho arma aduersus non tulerunt. in qua causa cum Galli ante omnes fuissent, & reguli quidam & tyranni: ego tamen & cum alijs pro dignitate imperij uestri coactis luere peccata sua, pacem pepigi: & Gallorum animos, si possent mitigari a feritate insita, tentauit: & posteaquam indomitos atque implacabiles cernebam, tum demum ui atque armis coercendos ratus sum. Nunc quoniam suscepti belli purgatum est crimen, gesti reddenda est ratio. in quo considerem equidem causam meam, etiam si non apud Romanum, sed apud Carthaginensem senatum agerem: ubi in crucem tolli imperatores dicuntur, si prospero euentu, prauo consilio rem gesserunt. Sed ego in ea ciuitate, quae ideo omnibus rebus incipiendis gerendisque deos adhibet, quia nullius calumniae subiicit ea quae dijs comprobauerunt: & in solennibus uerbis habet, cum supplicationem aut triumphum decernit, quod bene ac feliciter Remp. administrarit: si nollem, si graue ac superbum existimarem uirtute gloriari: pro felicitate mea exercitusque mei, quod tantam nationem sine ulla militum iactura deuicimus, postulare ut dijs immortalibus honos haberetur, & ipse triumphans in Capitolium ascenderem, unde uotis rite nuncupatis profectus sum: negaretis hoc mihi cum dijs immortalibus? In quo enim loco dimicauit. Dic igitur quo aequiore potuerim dimicare: cum montem hostes cepissent: loco munito se tenerent: nempe eundem ad hostes erat, si uincere uellem. Quid? si utrem eo loco haberet: & moenibus se tenerent: nempe oppugnandi erant. Quid? ad Thermopylas aequo loco M. Acilius cum rege Antiocho pugnauit: quid? Philippum non eodem modo super Aoum amnem iuga tenentem montium T. Quintius deiecit? Equidem adhuc qualem aut sibi fingant, aut uobis uideri uelint hostem fuisse, non inuenio. si degenerem & emollicum amoenitate Asiae, quid periculi uel iniquo loco subeuntibus fuit: si timendum & feritate animorum & robore corporum: huic ne tantae uictoriae triumphum negatis? Caeca inuidia est per c. nec quicquam aliud scit, quam detrectare uirtutes, corrumpere honores ac praemia earum. Mihi, quaeso, ita ignoscatis per c, si longiorem orationem non cupiditas gloriandi de me, sed necessaria criminum defensio fecit. An etiam per Thraciam saltus patentes, qui angusti erant, & plana ex arduis, & culta ex syluestribus facere potui: & praestare, nec ubi notis sibi latebris delitescerent latrones Thracum: ne quid sarcinarum raperetur: ne quod iumentum ex tanto agmine abstraheretur: ne quis uulneraretur: ne ex uulnere uir fortis ac strenuus Q. Minucius moreretur? In hoc casu, quo infeliciter incidit, ut talem ciuem amitteremus. haerent. quod, saltu iniquo, loco alieno cum adortus hostis nos esset, duae simul acies primi & nouissimi agminis haerentem ad impedimenta nostra exercitum barbarorum circumuenerunt: quod multa millia ipso die, plura multo post dies paucos caeciderunt & ceperunt: hoc si ipsi tacuerint, uos scituros, cum uestis orationis meae totus exercitus sit, non credunt. Si gladium in Asia non strinxissem, si hostem non uidissem: tamen procos. triumphum in Thracia duobus praelijs merueram. Sed iam dictum satis est. quin pro eo, quod pluribus uerbis uos, quam uolui, fatigauit: ueniam a uobis petita impetratamque uelim per c. Plus crimina eo die, quam defensio ualuisset: ni altercationem in serum perduxissent. dimittitur senatus in ea opinione, ut negaturus triumphum fuisse uideretur. Postero die & cognati amicique Cn. Manlij summis opibus annexi sunt, & autoritas seniorum ualuit, negantium exemplum proditum memoriae esse: ut imperator, qui perduellibus deuictis, confecta prouincia, exercitum reportasset: sine curru & laurea priuatus, inhonoratusque urbem iniret. hic pudor malignitatem uicit, triumphumque frequentes decreuerunt. Oppressit deinde mentionem memoriamque omnem contentionis huius maius, & cum maiore & clariore uiro certamen ortum. P. Scipioni Africano (ut Valerius Antias autor est) duo Q. Petilij diem dixerunt. id, prout cuiusque ingenium erat, interpretabantur. Alij non tribunos pl. sed uniuersam ciuitatem, quae id pati posset, incusabant. duas maximas orbis terrarum urbes ingratis uno prope tempore in

ooo ; principes

principes inuentas, Romam ingratiorem. siquidē uicta Carthago uictum Annibalem in exilium expulisset: Roma uictrix uictorem Africanum expellat. Alij, neminem unum ciuem tantum eminere debere, ut legibus interrogari nō possit. nihil tam æquandæ libertatis esse, quàm potentissimum quenq; posse dicere causam. quid autem tutò cuiquam, nedum summā Reip. permitti, si ratio non sit reddenda: qui ius æquum pati non possit, in eum uim haud iniustam esse. Hæc agitata sermonibus, donec dies dicendæ causæ uenit. nec alius antea quisquam, nec ille ipse Scipio eos. censor uel maiore omnis generis hominum frequentia, quàm reus illo die in forum est deductus. Iussus dicere causam, sine ulla criminum mentione orationē adeo magnificam de rebus ab se gestis est exorsus, ut satis constaret: neminem unquam neq; melius, neq; uerius laudatum esse. dicebantur enim ab eodem animo ingenioq; à quo gesta erant. & aurium fastidium aberat: quia pro periculo, non in gloriā referebantur. Tr. pl. uetera luxuriæ crimina Syracusanorum hybernorum, & Locris Pleminianum tumultum cum ad fidem præsentium criminū retulissent: suspicionibus magis, quàm argumentis pecuniæ captæ reum accusarunt. Filium captum sine precio redditum. omnibusq; alijs rebus Scipionem, tanquam in eius unius manu pax Romana, bellumq; esset, ab Antiocho cultum. dictatorem cum consuli, non legatum in prouincia fuisse. nec ad aliam rem eò profectū, quàm ut id, quod Hispaniæ, Galliæ, Siciliæ, Africæ iam pridem persuasum esset: hoc Græciæ Asiæq; & omnibus ad orientem uersis regibus gentibusq; appareret: unum hominem caput columenq; imperij Romani esse: sub umbra Scipionis ciuitatem dominam orbis terrarū latere: nutus eius pro decretis patrum, pro populi iussis esse. Infamia intactū, inuidia qua possunt urgent. Orationibus in noctem perductis, producta dies est. ubi ea uenit, tribuni in rostris prima luce confederunt. citatus reus magno agnime amicorū clientiumq; per mediam contionem ad rostra subiit. silentioq; facto. Hoc, inquit, die tribuni pl. uosq; Quirites, cum Annibale & Carthaginensibus signis collatis in Africa bene ac feliciter pugnaui. itaq; cum hodie litibus & iurgijs supersederi æquū sit, ego hinc extemplo in Capitoliū ad Iouem O P T. M A X. Iunonemq; & Mineruam, cæterosq; deos, qui Capitolio atq; arcu præsidēt, salutādos ibo: hisq; gratias agam, quod mihi & hoc ipso die, & sæpe aliās egregie Reip. gerendæ mentē facultatemq; dederunt. uestrum quoq; quibus cōmodum est, ite mecum Quirites: & orate deos, ut mei similes principes habeatis: ita si ab annis septemdecim ad senectutē semper uos ætatem meā honoribus uestris antecistis, ego uestros honores rebus gerendis præcessi. Ab rostris in Capitoliū ascendit. simul se uniuersa contio auertit, & secuta Scipionem est: adeo, ut postremo scribæ uiatoresq; tribunos relinquerent: nec cum ijs præter seruilem comitatū, & præconem, qui reum ex rostris citabat, quisquā esset. Scipio non in Capitolio modo, sed per totam urbem omnia templa deūm cum P R circumiit. Celebratior is propè dies fauore hominum, & æstimatione ueræ magnitudinis eius fuit: quàm quo triumphans de Syphace rege & Carthaginensibus urbem est inuectus. Hic speciosus ultimus dies P. Scipioni illuxit. post quē, cum inuidiam & certamina cum tribunis prospiceret: die longiore producta in Literninum concessit, certo cōsilio ne ad causam dicendam adesset. maior animus & natura erat, ac maiori fortunæ assuetus, quàm ut reus esse sciret, & summittere se in humilitatem causam dicentium. Vbi dies uenit, citariq; absens est coeptus, L. Scipio morbum causæ esse cur abesset, excusabat. quam excusationem cum tribuni qui diem dixerant, non acciperent: & ab eadem superbia non uenire ad causam dicendam arguerent, qua iudicium & tribunos pl. & contionem reliquisset: & quibus ius de se dicendæ sententiæ & libertatem ademisset, his comitatus, uelut captos trahens, triumphum de P R egisset: secessionemq; eo die in Capitolium à Tr. pl. fecisset. Habetis ergo temeritatis illius mercedem. quo duce & autore nos reliquistis, ab eo ipsi relictis estis. & tantum animorum indies nobis decreuit: ut ad quem ante annis X V I I exercitum & classē habentem tribunos plebis ædilemq; in Siciliam mittere ausi sumus, qui prehenderent eum & Romam reducerent: ad eum priuatum ex uilla sua extrahendum ad causam dicendam mittere non audeamus: Tribuni pl. appellati ab L. Scipione ita decreuerunt: si morbi causa excusaretur, sibi placere accipi causam, diemq; à collegis produci. Tribunus pl. eo tempore Tib. Sempronius Gracchus

thus erat, cui inimicitia cum P. Scipione intercedebant. is, cum uetuisset nomen suum decreto collegarum ascribi, tristioresque omnes sententiam expectarent, ita decreuit. Cum L. Scipio excuset morbum esse causae fratri: satis id sibi uideri. se P. Scipionem, priusquam Romam redisset, accusari non passurum. tum quoque, si se appellet, auxilio ei futurum ne causam dicat. ad id fastigium rebus gestis, honoribus per P. Scipionem deorum hominumque consensu peruenisse, ut sub rostris reum stare & praebere aures adolescentium conuictis, populo Romano magis deforme, quam ipsi sit. Adiecit decreto indignationem. Sub pedibus uestris stabit tribunus domitor ille Africae Scipio: ideo quatuor nobilissimos duces Paenorum in Hispania, quatuor exercitus fudit fugauitque: ideo Syphacem cepit, Annibalem deuicit, Carthaginem uectigalem nobis fecit, Antiochum (recepit enim fratrem consortem huius gloriae L. Scipio) ultra Tauri iuga emouit, ut duobus Petilijs succumberet: uos de P. Africano palmam peteretis: nullis ne meritis suis, nullis uestris honoribus unquam in arcem tutam, & uelut sanctam clari uiri peruenient: ubi si non uenerabilis, inuiolata saltem senectus eorum confidat. Mouit & decretum, & adiecta oratio non ceteros modo, sed ipsos etiam accusatores: & deliberaturos se quid sui iuris & officij esset, dixerunt. Senatus deinde, concilio plebis dimisso, haberi est coepit. ibi gratiae ingentes ab uniuerso ordine, praecipue a consularibus senioribusque Tib. Graccho actae sunt, quod Remp. priuatis simultatibus potiore habuisset. & Petilij uexati sunt probris, quod splendere aliena inuidia uoluissent, & spolia ex Africano triumpho peterent.

Silentium deinde de Africano fuit. uitam Literni egit sine desiderio urbis. Morientem rure eo ipso loco sepeliri se iussisse ferunt, monumentumque ibi aedificari, ne funus sibi in ingrata patria fieret. Vir memorabilis, bellicis tamen quam pacis artibus memorabilior prima pars uitae, quam postrema fuit: quia in iuuenta bella assidue gesta, cum senecta res quoque deflorescere, nec praebita est materia ingenio. quid ad primum consulatum secundus, etiam si censuram adijcias: quid Asiatica legatio & ualitudine aduersa inutilis, & filij casu deformata, & post reditum necessitate aut subeundi iudicij, aut simul cum patria deferendi: Punici tamen belli perpetrati, quo nullum neque maius neque periculosius Romani gessere, unus praecipuam gloriam tulit. Morte Africano creuere inimicorum animi. quorum princeps fuit M. Porcius Cato, qui uiuo quoque eo allatrare eius magnitudinem solitus erat. hoc autore existimantur Petilij & uiuo Africano rem ingressi, & mortuo rogationem promulgasse. Fuit autem rogatio talis. Velitis, iubeatis, quaeratur, quae pecunia capta, ablata, coacta ab rege Antiocho est, quaeque sub eius imperio fuerunt: quod eius in publicum relatum non est, uti de ea re Ser. Sulpicius Pr. urbanus ad senatum referat: quem eam rem uelit senatus quaerere de ijs, qui praetores nunc sunt. Huic rogationi primo Q. & L. Nummij intercedebant. senatum quaerere de pecunia non relata in publicum, ita ut antea semper factum esset, aequum censebant. Petilij nobilitatem & regnum in senatu Scipionum accusabant. L. Furius Purpurio consularis, qui in decem legatis in Asia fuerat: latius rogandum censebat: non quae ab Antiocho modo pecuniae captae forent, sed quae ab alijs regibus gentibusque: Cn. Manlium inimicum incessens. Et L. Scipio, quem magis pro se quam aduersus legem dicturum apparebat, dissuasor processit. is post mortem P. Africani fratris, uiri omnium fortissimi clarissimique eam exortam rogationem est conquestus. parum enim fuisse, non laudari pro rostris P. Africanum post mortem, nisi etiam accusaretur. & Carthaginenses exilio Annibalis contentos esse: populum Romanum ne morte quidem P. Scipionis exatiari: nisi & ipsius fama sepulti laceretur, & frater insuper accessio inuidiae maceretur. M. Cato suasit rogationem: extat oratio eius de pecunia regis Antiochi: & Nummios tribunos autoritate deterruit, ne aduersarentur rogationi. Remittentibus ergo his intercessionem, omnes tribus uti rogasset, iusserunt. Ser. Sulpicio deinde referente, quem rogatione Petilia quaerere uellent, Q. Terentium Culleonem patres iusserunt. Ad hunc praetorem adeo amicam Corneliae familiae, ut qui Romae mortuum elatumque P. Scipionem (est enim ea quoque fama) tradunt, pileatum sicut in triumpho ierat, in funere quoque ante lectum ille memoriae prodiderint: & ad portam Capenam missum profecutis funus dedisse, quod ab eo inter alios captiuos in Africa ex hostibus receptus esset: aut adeo inimicum eundem, ut

propter insignem similitudinem ab ea factione quæ aduersa Scipionibus erat, delectus sit potissimum ad quæstionem exercendam: cæterum ad hunc nimis æquum aut iniquum prætorem reus exemplo factus L. Scipio. simul & delata & recepta nomina legatorum eius, A. & L. Hostiliorum Catonum, & C. Furij Aculeonis quæstoris: & ut omnia contacta societate peculatus uiderentur, scribæ quoque duo & accensus. L. Hostilius, & scribæ & accensus, priusquam de Scipione iudicium fieret, absoluti sunt: Scipio & A. Hostilius legatus, & C. Furius damnati: quo commodior pax Antiocho daretur, Scipionem VI millia pondi auri, quadringenta octoginta argenti plus accepisse, quàm in ærarium retulerit: A. Hostilium LXXX pondi auri, argenti CCCCIII: Furium quæstorem auri centum XXX, argenti CC pondi. Has ego summas auri & argenti relatas apud Antiatem inueni. In L. Scipione malim equidem librarij mendum, quàm mendacium scriptoris esse in summa auri atque argenti. similis enim ueri est, argenti quàm auri maius pondus fuisse: & potius quadragies, quàm ducenties quadragies litem æstimatam: eo magis, quod tantæ summæ rationem etiam ab ipso P. Scipione requisitam esse in senatu tradunt: librumque rationis eius cum Lucium fratrem afferre iussisset, insperante senatu suis ipsum manibus conserpsisse, indignantem quod cum bis milles in ærarium intulisset, quadragies ratio ab se posceretur. ab eadem fiducia animi, cum quæstores pecuniam ex ærario contra legem promere non auderent: poposcisse clauas, & se aperturum ærarium dixisse, qui ut clauderetur effecisset. Multa alia in Scipionis exitu maxime uitæ, dicque dicta, morte, funere, sepulchro in diuersum trahunt: ut cui famæ, quibus scriptis assentiar, non habeam. non de accusatore conuenit. alij M. Næuium, alij Petilios diem dixisse scribunt. non de tempore, quo dicta dies sit: non de anno, quo mortuus sit: non ubi mortuus, aut elatus sit. alij Romæ, alij Literni & mortuum & sepultum. utrobique monumenta ostenduntur, & statuæ. nam & Literni monumentum monumento que statua superimposita fuit: quam tempestate disiectam nuper uidimus ipsi. & Romæ extra portam Capenam in Scipionum monumento tres statuæ sunt: quarum duæ P. & L. Scipionum dicuntur esse: tertia poetæ Q. Ennij. Nec inter scriptores rerum discrepat solum, sed orationes quoque (si modo ipsorum sunt, quæ feruntur P. Scipionis & Tib. Gracchi) abhorrent inter se. Index orationis P. Scipionis, nomen M. Næuij Tr. pl. habet: ipsa oratio sine nomine est accusatoris: nebulonem modo, modo nugatorem appellat. Ne Gracchi quidem oratio aut Petiliorum accusatorum Africanus, aut diei dictæ Africano ullam mentionem habet. alia tota serenda fabula est Gracchi orationi conueniens: & illi autores sequendi sunt: qui, cum L. Scipio & accusatus & damnatus sit pecuniæ captæ ab rege, legarum in Hetruria fuisse Africanum tradunt. quod post famam de fratris casu allatam, relicta legatione cucurrisse cum Romam: & cum à porta recta ad forum se contulisset: quod in uincula duci fratrem dictum erat, repulisse à corpore eius uiatorem, & tribunis retinentibus magis pie quàm ciuilitate uim fecisse. hæc enim ipsa Gracchus queritur, dissolutam esse à priuato tribunitiam potestatem. & ad postremum cum auxilium L. Scipioni polliceretur, adiecit, tolerabilioris exempli esse à Tr. pl. potius, quàm à priuato uictam uideri & tribunitiam potestatem, & Remp. esse. sed ita hanc unam impotentem eius iniuriam inuidia onerat, ut increpando quod degenerarit tantum à se ipse, cumulas ei ueteres laudes moderationis & temperatiæ pro reprehensione præsentis reddat. castigatum enim quondam ab eo populum ait, quod eum perpetuum consulem & dictatorem uellet facere. prohibuisse statuas sibi in comitio, in rostris, in curia, in Capitolio, in cella Iouis poni. prohibuisse ne decerneretur: ut imago sua triumphali ornata è templo Iouis OPT. MAX. exiret. Hæc uel in laudatione posita ingentem magnitudinem animi moderandis ad ciuilem habitum honoribus significaret: quæ exprobrando inimicus fatetur. Huic Graccho minorem ex duabus filijs (nam maior P. Cornelio Nasicae haud dubie à patre collocata erat) nuptam fuisse conuenit. illud parum constat, utrum post mortem patris & desponsa sit, & nupsit: an ueræ illæ opiniones sint: Gracchum, cum L. Scipio in uincula duceretur, nec quisquam collegarum auxilio esset, iurasse sibi inimicitias cum Scipionibus, quæ fuissent, manere, nec se gratiæ quærendæ causa quicquam facere: sed in quem carcerem reges & imperatores hostium ducentem uidisset P. Africanum, in eum se fratrem eius duci non passurum.

fenatum

Senatum eo die forte cœnantem in Capitolio cōsurrexisse & petisse, ut inter epulas Graccho filiam Africanus desponderet. quibus ita inter publicum solenne sponsalibus rite factis cum se domum recepisset, Scipionem Æmyliæ uxori dixisse: filiam se minorem despondisse. cum illa muliebriter indignabunda nihil de communi filia secum consultatum, adiecisset: non si Tib. Graccho daret, expertem consilij debuisse matrē esse: latum Scipionem tam concordii iudicio, ipsi desponsam respondisse. Hæc de tanto uiro, quanquā & opinionibus & monumentis literarum uariarent, proponenda erant. Iudicijs à Q. Terentio Pr. perfectis, Hostilius & Furius damnati prædes eodem die quæstoribus urbanis dederunt. Scipio cum contenderet, omnem quam accepisset pecuniam, in ærario esse, nec se quicquam publici habere, in uincula duci est cœptus. P. Scipio Nasica tribunos appellauit: orationemq; habuit plenā ueris decoribus, non communiter modo Cornelie gentis, sed proprie familie suæ. Parentes suos & P. Africani ac L. Scipionis, qui in carcerem duceretur, fuisse Cn. & P. Scipiones, clarissimos uiros. eos, cum per aliquot annos in terra Hispania aduersus multos Pœnorum Hispanorumq; & duces & exercitus nominis Romani famam auxissent, non bello solum, sed quod Romanæ temperantiæ fideiq; specimen illis gentibus dedissent, ad extremum ambos pro FR morte occubuisse. cum illorum tueri gloriam posteris satis esset, P. Africanum tantum paternas superauisse laudes, ut fidem fecerit, non sanguine humano, sed stirpe diuina satum se esse. L. Scipionem, de quo agatur: ut quæ in Hispania, quæ in Africa, cum legatus fratris esset, gessisset, prætereantur: consulem & ab senatu dignum uisum, cui extra sortem Asia prouincia, & bellū cum Antiocho rege decerneretur: & à fratre, cui post duos consulatus censuramq; & triumphum legatus in Asiam iret. ibi ne magnitudo & splendor legati laudibus eos. officeret: forte ita incidisse, ut quo die ad Magnesiā signis collatis L. Scipio Antiochum deuicisset, æger P. Scipio Elææ dierum aliquot uia abesset. non fuisse minorem eum exercitum, quam Annibalis, cum quo in Africa esset pugnatū. Annibalem eundem fuisse inter multos alios regios duces, qui imperator Punici belli fuerit. & bellum quidem ita gestum esse, ut ne fortunam quidem quisquam criminari possit. in pace crimen queri: eam dici uenisse. hic x legatos simul argui, quorum ex consilio data pax esset. quin extitisse ex x legatis, qui Cn. Manlium accusarent. tamen non modo ad criminis fidem, sed ne ad moram quidem triumphum eam accusatiōnem ualuisse. At Hercule in Scipione ipsas leges pacis, ut nimium accommodatas Antiocho, suspectas esse. integrum enim ei regnum relictum: omnia possidere eum uictum, quæ ante bellum eius fuerint. auri & argenti cum uim magnam habuisset, nihil in publicum relatum, omne in priuatum uersum. An non præter omnium oculos tantū auri argentiq; in triumpho L. Scipionis, quantum non decem alijs triumphis, si omne in unum cōferatur, sit latum? Nam quid de finibus regni dicam? Asiam omnem, & proxima Europæ tenuisse Antiochum: ea quanta regio orbis terrarum sit à Tauro monte in Ægeum usq; prominens mare: quot nō urbes modo, sed gentes amplectatur, omnes scire. hanc regionem dierū plus triginta in longitudinem, decem inter duo maria in latitudinem patētem, usq; ad Tauri montis iuga Antiocho ademptam, expulso in ultimum angulum orbis terrarum. Quid, si gratuita pax esset, plus adimi ei potuisset? Philippo uicto Macedoniam, Nabidi Lacedæmonē relictam: nec Quintio crimen quæsitum. non enim habuisse eum Africanum fratrem: cuius cum gloria prodesse L. Scipioni debuisset, inuidiam nocuisse. tantum auri argentiq; iudicatum esse in domum L. Scipionis illatum, quantum uenditis omnibus bonis redigi nō posset. ubi ergo esse regium aurum? ubi tot hæreditates acceptas? in domo, quam sumptus nō exhausserint, extare debuisse nouæ fortunæ cumulū. At enim quod ex bonis redigi non possit, ex corpore & tergo per uexationem & contumelias L. Scipionis petituros inimicos: ut in carcere inter fures nocturnos & latrones uir clarissimus includatur, & in robore & tenebris expiret: deinde nudus ante carcerem proijciatur. non id Cornelie magis familie, quam urbi Romanæ fore erubescendum. Aduersus ea Terentius Pr. rogationem petiliam, & senatusconsultum, & iudiciū de L. Scipione factum recitauit. se, ni referatur pecunia in publicum, quæ iudicata sit: nihil habere quod faciat, nisi ut prehendi damnatum, & in uincula duci iubeat. Tribuni cum in consiliū secessissent, paulo post

post C. Fannius ex sua collegarumque aliorum, præter Gracchum, sententia pronuntiauit, prætori nõ intercedere tribunos, quo minus sua potestate utatur. Tib. Gracchus ita decreuit. Quo minus ex bonis L. Scipionis quod iudicatum sit, redigatur, se non intercedere prætori. L. Scipionem, qui regem opulentissimum orbis terrarum deuicerit, imperium per propagauerit in ultimos terrarum fines: regem Eumenem, Rhodios, alias tot urbes Asiæ deuixerit per beneficia plurimos duces hostium in triumpho ductos carcere incluserit, non passurum inter hostes per L. Scipionem in carcere & in uinculis esse, mittique eum se iubere. Tanto assensu auditum est decretum, adeo dimissum L. Scipionem læti homines uiderunt, ut uix in eadem ciuitate uideretur factum iudicium. In bona deinde L. Scipionis possessum publice quaestores prætor misit. neque in his non modo uestigium ullum comparuit pecuniæ regiæ, sed nec tantum redactum est, quantæ summæ damnatus fuerat. Collata pecunia à cognatis amicisque & clientibus est L. Scipioni, ut si acciperet eam, locupletior aliquanto esset, quam ante calamitatem fuerat. nihil accepit. quæ necessaria ad cultum erant, redempta ei à proximis cognatis sunt. uerteratque Scipionum inuidia in prætorem, & consilium eius, & accusatores.

D E C A D I S Q V A R T A E L I B E R N O N V S



DVM hæc (si modo hoc anno acta sunt) Romæ aguntur: COS. ambo in Liguribus gerebant bellum. Is hostis uelut natus ad continendam inter magnorum interualla bellorum Romanis militarem disciplinam erat: nec alia prouincia militem magis ad uirtutem acuebat. nam Asia & amœnitate urbium, & copia terrestrium maritimarumque rerum, & mollitia hostium, regisque opibus ditiores, quam fortiores exercitus faciebat. præcipue sub imperio Cn. Manlij solute ac negligenter habiti sunt. itaque asperius paulo iter in Thracia, & exercitatio hostis magna clade eos castigauit. in Liguribus omnia erant, quæ militem excitarent: loca montana & aspera, quæ & ipsis capere labor erat, & ex præoccupatis deicere hostem: itinera ardua, angusta, infesta insidijs: hostis leuis, & uelox & repentinus, qui nullum usquam tempus, nullum locum quietum aut securum esse sineret: oppugnatio necessaria munitorum castellorum, laboriosa simul periculosaque: inops regio, quæ parsimonia astringeret milites, prædæ haud multum præberet. itaque non lixa sequebatur, non iumentorum longus ordo agmen extendebat. nihil, præter arma & uiros omnem spem in armis habentes, erat. nec deerat unquam cum his uel materia belli, uel causa: quia propter domesticam inopiam uicinos agros incurfabant: nec tamen in discrimen summæ rerum pugnabatur. C. Flaminius COS. cum Friniatibus Liguribus in agro eorum pluribus prælijs secundis factis, in deditionem gentem accepit, & arma ademit: & quia non sincera fide tradebant, cum castigarentur, relictis uicis in montem Auginum confugerunt. cõfestim secutus est COS. cæterum effusi rursus, & pars maxima inermes per inuia & rupes diruptas præcipitantes fugerunt, quæ sequi hostis non posset. ita trans Apenninum abierunt. qui castris se tenuerant, circumfessi & expugnati sunt. Inde trans Apenninum ductæ legiones. ibi montis, quæ ceperant, altitudine paulisper se tutati, mox in deditionem cõcesserunt. tum cõquisita cum intentiore cura arma, & omnia adempta. Translatum deinde ad Apuanos Ligures bellum, qui in agrum Pisanum Bononiensemque ita incurfauerant, ut coli nõ possent. his quoque perdomitis COS. pacem dedit finitimis. & quia à bello quicta ut esset prouincia, effecerat: ne in otio militem haberet, uiam à Bononia perduxit Arretium. M. Amylius alter COS. agros Ligurum uicosque, qui in campis aut uallibus erant: ipsis montes duos Ballistam Suismontiumque tenentibus, deussit depopulatusque est. deinde eos qui in montibus erant adortus, primo leuibus prælijs fatigauit: postremo coactos in aciem descendere iusto prælio deiecit, in quo & ædem Dianæ uouit. Subactis cis Apenninum omnibus, tum transmontanos adortus: in his & Frisignates Ligures erant, quos non adierat C. Flaminius. omnes Amylius subegit, armaque ademit, & de montibus in campos multitudinem deduxit. Pacatis Liguribus in agrum Gallicum exercitum duxit, uiamque ab Placentia, ut Flaminiæ cõmitteret, Ariminum perduxit. prælio ultimo, quo cum Liguribus signis collatis conflixit: ædem Iunoni reginæ uouit.

Hæc

Hæc in Liguribus eo anno gesta. In Gallia M. Furius Pr. in fontibus Cenomanis, in pace speciem belli quærens, ademerat arma. id Cenomani conquesti Romæ apud senatū, reiecti quæ ad C. S. Amylium, cui ut cognosceret statueret quæ senatus permiserat, magno certamine cum prætore habito, tenuerunt causam. arma reddita Cenomanis, decedere è prouincia Pr. iussus.

Legatis deinde sociorum Latini nominis, qui toto undique ex Latio frequentes cõuenerant: senatus datus est. his querentibus magnam multitudinem ciuium suorum Romam commigrasse, & ibi censos esse, Q. Terentio Culleoni Pr. negotium datum est, ut eos conquireret, & quem C. Claudio M. Liuio censoribus, post uel eos censores, ipsum parentem uel eius apud se censum esse probassent socij, ut redire eò cogeret, ubi censi essent. Hac conquisitione xii millia Latinorum domos redierunt, iam tum multitudine alienigenarum urbem onerante.

Priusquam C. S. redirent Romam, M. Fuluius procos. ex Ætolia redijt. is quæ ad ædem Apollinis in senatu cum de rebus in Actolia Cephæleniacis ab se gestis differuisset, petijt à patribus, ut æquum censerent ob Remp. bene ac feliciter gestam, & dijs immortalibus honorem haberi iubere, & sibi triumphū decernere. M. Aburius Tr. pl. si quid de ea re ante M. Amylij C. S. aduentum decerneretur, intercessurum se ostendit. eum cõtradicere uelle, proficiscentem quæ in prouinciam ita sibi mandasse, ut ea disceptatio integra in aduentum suum seruaretur. Fuluium temporis iacturam facere. senatum etiam præsentem C. S. quod uellet, decreturum. M. Fuluius: Si aut simultas M. Amylij secum ignota hominibus esset, aut quàm is eas inimicitias impotenti ac propè regia ira exerceret: tamen non fuisse ferendum, absentem C. S. & deorum immortalium honori obstare, & meritum debitum quæ triumphum morari: imperatorem rebus egregie gestis, uictorem quæ exercitum cum præda ac captiuis ante portas stare, donec C. S. ob hoc ipsum moranti redire Romam libitum esset. Verum enim uero cum sint notissimæ sibi cum C. S. inimicitia, quid ab eo quenquam posse æqui expectare? qui per infrequentiam furtim sc factum ad ærarium detulerit: Ambraciam non uideri uel captam, quæ aggere ac uineis oppugnata sit, ubi incensis operibus alia de integro facta sint, ubi circa muros supra subterque terram per dies quindecim pugnatū: ubi à prima luce, cum iam transcendisset muros miles, usque ad noctem diu anceps prælium tenuerit: ubi plus tria millia hostium sint cæsa. Iam de deorum immortalium templis spoliatis in capta urbe, qualem calumniam ad pontifices attulerit: nisi Syracusarum cæterarum quæ captarum ciuitatū ornamentis urbem exornari fas fuerit, in Ambraciam unam captam non ualuerit belli ius. se & per orare, & à tribunis petere, ne se superbissimo inimico ludibrio esse sinant. Undique omnes alij deprecari tribunū, alij castigare. Tib. Gracchi collegæ plurimum oratio mouit. Ne suas quidem similitates pro magistratu exercere boni exempli esse. alienarum uero similitatum Tr. pl. cognitorem fieri, turpe & indignum collegij eius potestate & sacratis legibus esse. suo quenque iudicio & homines odisse aut diligere, & res probare aut improbare debere, non pendere ex alterius uultu ac nutu, nec alieni momentis animi circumagi, astipularique irato consuli tribunum pl. & quid priuatim M. Amylius mandauerit, meminisse, tribunatum sibi à P. R. mandatum obliuisci, & mandatum pro auxilio ac libertate priuatorum, non pro consulari regno. ne hoc quidem cernere eum, fore ut memoriam ac posteritati mandetur, eiusdem collegij alterum è duobus Tr. pl. suas inimicitias remisisse Reip. alterum alienas & mandatas exercuisse. His uictus castigationibus tribunus cum templo excessisset, referente Ser. Sulpicio Pr. triumphus M. Fuluius est decretus. Is cum gratias per egisset, adiecit, ludos magnos se Ioui OPT. MAX. eo die, quo Ambraciam cepisset, uouisse. in eam rem sibi centum pondo auri à ciuitatibus collatum. petere ut ex ea pecunia, quam in triumpho latam in ærario positurus esset: id aurum secerni iuberent. Senatus pontificum collegium consuli iussit, num omne id aurum in ludos consumi necessum esset: cum pontifices negassent ad religionem pertinere, quanta impensa in ludos fieret: senatus Fuluius, quantum uellet impenderet, permisit, dum ne summam octoginta millium excederet. Triumphare mense Ianuario statuerat. sed cum audisset C. S. Amylium literis Aburij Tr. pl. acceptis de remissa intercessione, ipsum ad impediendum triumphum Romam uenientem ægrum in uia substituisse, ne plus in triumpho certaminum, quàm in bello haberet, prætulit triumphi diem.

Trium

Triumphauit ad x Cal. Ianuarias de Aetolis, & de Cephalenia. Aureæ coronæ centū x i i pondo ante currū latæ sunt: argenti pondo millia L x x x i i i: auri pondo c c x l i i i: tetradrachma Attica c x v i i i millia: Philippei nummi x i i millia c c c x x i i. signa ænea c c l x x x v: signa marmorea c c x x x. arma, tela, cætera spolia hostiū magnus numerus. ad hæc catapultæ, balistæ, tormenta omnis generis: duces aut Aetoli & Cephalenes, aut regij ab Antiocho ibi relictī ad septem & x x. Multos eo die, priusquam in urbem inueheretur: in circo Flaminiō tribunos, præfectos, equites, centuriones, Romanos sociosq; donis militibus donauit: militibus ex præda uicenos quinos denarios diuisit: duplex centurioni: triplex equiti. Iam cosularium comitorum appetebat tempus, quibus quia M. Aemilius, cuius fortis ea cura erat, occurrere non potuit, C. Flaminius Romam uenit. ab eo creati c o s s. Sp. Posthumius Albinus, Q. Marcius Philippus. Prr. inde facti T. Mænius, P. Cornelius Sulla, C. Calpurnius Piso, M. Licinius Lucullus, C. Aurelius Scæurus, L. Quintius Crispinus.

Extremo anni magistratibus iam creatis, ad tertium nonas Martias Cn. Manlius Volso de Gallis, qui Asiam incolunt, triumphauit. serius ei triumphandi causa fuit, ne Q. Terentio Culleone Pr. causam lege petilia diceret, & incendio alieni iudicij, quo L. Scipio damnatus erat, conflagraret: eo infensioribus in se, quàm in illum iudicibus, quod disciplinam militarem seuerè ab eo conseruatā successor ipse omni genere licentiæ corruperat. neq; ea sola infamiæ erant, quæ in prouincia procul ab oculis facta narrabantur: sed etiam magis, quæ in militibus eius quotidie conspiciebantur. Luxuriæ enim peregrinæ origo ab exercitu Asiatico inuecta in urbem est. ij primū lectos æratos, uestem stragulam pretiosam, plagulas, & alia textilia, & quæ tum magnificæ suppellectilis habebantur, monopodia, & abacos Romā aduexerūt. tunc psaltria sambucistriæq; & conuiuialia ludionum oblectamenta addita epulis: epulæ quoq; ipsæ & cura, & sumptu maiore apparari cœptæ. tum coquus, uilissimum antiquis mancipiū & æstimatione & usu, in pretio esse, & quod ministeriū fuerat, ars haberi cœpta. uix tamen illa, quæ tum conspiciebantur, semina erant futuræ luxuriæ. In triumpho tulit Cn. Manlius coronas aureas c c duodecim pondo: argenti pondo c c x x millia: auri pondo m m c i i i: tetradrachmū Atticū c x x v i i millia, cistophori c c l: Philippeorum aureorum nummorum sedecim millia c c c x x. & arma spoliaq; multa Gallica carpētis transuecta. duces hostium duo & quinquaginta ducti ante currum. Militibus quadragenos binos denarios diuisit, duplex centurioni. & stipendiū duplex in pedites dedit, triplex in equites. Multi omnium ordinum donati militibus donis currum secuti sunt. carminaq; à militibus ea in imperatorē dicta, ut facile appareret, in ducem indulgentem ambitiosumq; ea dici: triumphum esse militari magis fauore, quàm populari celebrem. Sed ad populi quoq; gratiam cōciliandā amici Manlij ualuerunt. quibus annitentibus s c factum est, ut ex pecunia, quæ in triumpho translata esset: stipendium collatum à populo in publicum, quod eius solutum antea nō esset, solueretur. uicenos quinos & semisses in millia æris quæstores urbani cum fide & cura soluerūt. Per idem tempus Tr. mil. duo ex duabus Hispanijs cum literis C. Catinij & L. Manlij, qui eas prouincias obtinebant, uenerunt. ex ijs literis cognitum est: Celtiberos Lusitanosq; in armis esse, & sociorum agros populari. de ea re consultationem integram senatus ad novos magistratus reiecit. Ludis Romanis eo anno, quos P. Cornelius Cethegus, A. Posthumius Albinus faciebant, malus in circo instabilis in signū Pollentiæ procidit, atq; id deiecit. ea religione moti patres, & diem unum adiiciendum ludorum celebritati censuerunt, & signa duo pro uno repouenda, & nouum auratū faciendū. Et plebeij ludi ab ædilibus C. Sempronio Blæso, & M. Furio Lusco diem unū instaurati sunt. Insequens annus Sp. Posthumiū Albinum, & Q. Marcium Philippum c o s s. ab exercitu bellorumq; & prouinciarum cura ad intestinæ coniurationis uindictam auertit. Prr. prouincias sortiti sunt: T. Mænius urbanam: M. Licinius Lucullus inter ciues & peregrinos: C. Aurelius Scæurus Sardinia: P. Cornelius Sulla Siciliam: L. Quintius Crispinus Hispaniam citeriorem: C. Calpurnius Piso Hispaniā ulteriorem. c o s s. ambobus quæstio de clandestinis coniurationibus decreta est. Græcus ignobilis in Hetruriam primum uenit, nulla cum arte earum, quas multas ad animorum corporumq; cultum nobis eruditissima

eruditissima omnium gens inuexit, sed sacrificulus & uates: nec is qui aperta religione propalam & quæstum & disciplinam profitendo animos errore imbueret, sed occultorum antistes sacrorum. Initia erāt, quæ primo paucis tradita sunt: deinde uulgari cœpta per uiros mulieresq̃: additæ uoluptates religioni uini & epularū, quo plurimum animi illiceretur. cum uinum animos & nox, & misti scæminis mares, ætatis teneræ maioribus, discrimē omne pudoris extinxissent: corruptelæ primum omnis generis fieri cœptæ: cum ad id quisq̃, quò natura pronioris libidinis esset, paratam uoluptatem haberet. nec unum genus noxæ supra promiscua ingenuorum scæminatumq̃ erant. sed falsi testes, falsa signa testimoniaq̃ & iudicia ex eadem officina exhibant. uenena indidem intestinæq̃ cædes, ita ut ne corpora quidem interdum ad sepulturam extarent. multa dolo, pleraq̃ per uim audebantur. occultebat uim quod præ ululatibus tympanorumq̃ & cymbalorum strepitu nulla uox quiritantium inter supra & cædes exaudiri poterat. Huius mali labes ex Hetruria Romam uelut cõtagnione morbi penetrauit. primo urbis magnitudo capacior patientiorq̃ talium malorum ea cælauit. tandem iudicium hoc maxime modo ad Posthumium consulem peruenit. P. Ebutius, cuius pater publico equo stipendia fecerat, pupillus relictus, mortuis deinde tutoribus sub tutela Duroniæ matris & uitrici T. Sempronij Rutili educatus fuerat. & mater dedita uiro erat: & uitricus, quia tutelam ita gesserat, ut rationem reddere non posset: aut tolli pupillum, aut obnoxium sibi uinculo aliquo fieri cupiebat. uia una corruptelæ Bacchanalium erant. mater adolescentulum appellat, se pro ægroto uouisse, ubi primum conualuisset, Bacchis eum se initiaturam. damnatam uoti deum benignitate exoluere id uelle. x̄ dierum castimonia opus esse. decimo die cœnatum, deinde pure lautum in sacrarium deducturam. Scortum nobile libertina Hispala Fecenia nõ digna quæstu, cui ancillula affueuerat: etiam postquã manumissa erat, eodem se genere tuebatur. huic consuetudo iuxta uiciniam cum Ebutio fuit, minime adolescentis aut rei aut famæ damnosa. ultro enim amatus appetitusq̃ erat: & maligne omnia præbentibus suis, meretriculæ munificentia sustinebatur. quin eò processerat consuetudine capta, ut post patroni mortem, quia in nullius manu erat: tutore à tribunis & prætore petito, cum testamentum faceret, unum Ebutium institueret hæredem. Hæc amoris pignora cum essent, nec quicquã secretum alter ab altero haberent, per iocum adolescens uetat eam mirari, si per aliquot noctes secubuisset. religionis se causa, ut uoto pro ualitudine sua facto liberetur, Bacchis initiari uelle. Id ubi mulier audiuit, perturbata, dii meliora, inquit. mori & sibi & illi satius esse, quàm id faceret. & in caput eorum detestari minas periculaq̃, qui id suasissent. Admiratus cum uerba, tum perturbationē tantam adolescens parcere execrationibus iubet. matrem id sibi assentiēte uitrico imperasse. Vitricus ergo, inquit, tuus (matrem enim insimulare forsitan fas non sit) pudicitiam, famam, spem, uitamq̃ tuam perditū ire hoc facto properat: Eo magis mirabūdo, quærentiq̃ quid rei esset, pacē ueniamq̃ precata deorum dearumq̃, si coacta caritate eius silenda enuntiaffet: ancillam se ait dominæ comitem id sacrarium intrasse, liberam nunquam eò accessisse. scire corruptelarum omnis generis eam officinam esse: & iam biennio constare neminem initiatum ibi maiorem annis xx̄. ut quisq̃ introductus sit, uelut uictimam tradi sacerdotibus. eos deducere in locum, qui circumsonet ululatibus cantuq̃ symphoniarū, & cymbalorū & tympanorum pulsū, ne uox quiritantis cum per uim stuprum inferatur, exaudiri possit. Orare deinde atq̃ obsecrare, ut eam rem quocunq̃ discuteret modo: nec se eò præcipitaret, ubi omnia infanda patienda primum, deinde facienda essent. neq̃ ante dimisit eum quàm fidem dedit adolescens, ab his sacris se temperatum. Posteaquã domum uenit & mater mentionem intulit: quid eo die, quid deinceps cæteris quæ ad sacra pertinerent, faciendum esset: negat eorum se quicquam facturū, nec initiari sibi in animo esse. aderat sermoni uitricus, confestim mulier exclamat: Hispalæ concubitu carere eum decem noctes non posse. illius excetræ delinimentis, & uenenis imbutum nec parētis, nec uitrici, nec deorum uerecundiam habere: iurgantes hinc mater, hinc uitricus cum quatuor eum seruis domo exegerunt. Adolescens inde ad Ebutiam se amitam cõtulit, causamq̃ ei cur esset à matre eiectus, narrauit. deinde ex autoritate eius postero die ad c o s. Posthumium, arbitris remotis, rem detulit. Consul post diem tertium ad se iussu redire dimisit. ipse Sulpiciam gra

ppp uem

uem fœminam, focrum suam percunctatus est: ecquam anum Ebutiam ex Auentino nosset: cum ea nosse probam, & antiqui moris fœminam respondisset, opus esse sibi ea cõuenta dixit. mitteret nuntium ad eam, ut ueniret. Ebutia accita ad Sulpiciam uenit. & cõsul paulo post, uelut forte interuenisset, sermonem de Ebutio fratris eius filio infert. Lachrymæ mulieri obortæ, & miserari casum adolescentis cœpit: qui spoliatus fortunis à quibus minime oporteret, apud se tunc esset, eiectus à matre: quod probus adolescens (dij propitij essent) obscœnis, ut fama effec, sacris initiari nollet. Satis de Ebutio exploratũ ratus consul, non uanum autorem esse: dimissa Ebutia, focrum rogat ut Hispalam indidem ex Auentino libertinam non ignotam uiciniæ accerferet ad sese. eam quoq; esse quæ percunctari uellet. Ad cuius nuntiũ perturbata Hispala, quod ad tam nobilem & grauem fœminam ignara causæ accerferetur: posteaquã lectores in uestibulo turbamq; consularem & consulem ipsum conspexit, propè exanimata est. In interiorẽ partem ædium abductam focru adhibita cõsul, si uera dicere inducere in animum posset, negat perturbari debere. fidẽ uel ab Sulpicia tali fœmina, uel ab se acciperet. expromeret sibi quæ in luco Similẽ Bacchanalibus in sacro nocturno solerent fieri. Hoc ubi audiuit, tantus pauor tremorq; omnium membrorũ mulierem cepit, ut diu hiscere non posset. tandẽ confirmata, puellam admodum se ancillam iniciatam cum domina ait. aliquot annis, ex quo manumissa sit, nihil quid ibi fiat, scire. Iam id ipsum consul laudare, quod iniciatam se non inficiaretur. sed & cætera eadem fide expromeret. neganti ultra quicquam scire, non eandem dicere si coarguatur ab alio, ac per se fatenti ueniam aut gratiam fore. eum sibi omnia exposuisse qui ab illa audisset. Mulier haud dubie, id quod erat, Ebutium indicem arcani rata esse, ad pedes Sulpiciæ procidit: & eam primo orare cœpit, ne mulieris libertinæ cũ amatore sermonem in rem non seriam modo, sed capitalem etiam uerti uellet. se terrendi eius causa, non quod sciret quicquã, ea locutam esse. Hic Posthumius accensus ira, tum quoque ait eam cum Ebutio se amatore cauillari credere, non in domo grauissimæ fœminæ & cum consule loqui. & Sulpicia attollere pauentem, simul illam adhortari, simul iram generi lenire. Tandem confirmata, multum inculata perfidia Ebutij, qui optimi in eo ipso meriti talem gratiam retulisset: magnum sibi metum decorum quorum occulta enuntiaret: maiorem multo dixit hominum esse, qui se indicem manibus suis discerpturi essent. itaque hoc se Sulpiciam, hoc consulem orare, ut se extra Italiam aliquò amandarent, ubi reliquũ uitæ degere tuto posset. Bono animo esse iubere eam consul, & sibi curæ fore dicere, ut Romæ tuto habitaret. Tum Hispala originem factorum expromit. Primo sacrarium id fœminarũ fuisse, nec quenquam uirum eò admitti solitum. tres in anno statos dies habuisse, quibus interdum Bacchis initiarẽtur. sacerdotes inuicem matronas creari solitas. Pacullam Miniam Campanam sacerdotem omnia tanquã deũ monitu immutasse. nam & uiros eam primam suos filios iniciasse, Minium & Herennium Cerrinios, & nocturnum sacrum ex diurno, & pro tribus in anno diebus quinos singulis mensibus dies initiorum fecisse. ex quo in promiscuo sacra sint: & permisti uiri fœminis & noctis licentia accesserit: nihil ibi facinoris, nihil flagitij prætermisum. plura uirorum inter sese, quàm fœminarum esse stupra. si qui minus patientes dedecoris sint, & pigriores ad facinus, pro uictimis immolari nihil nefas ducere. hanc summã inter eos religionem esse. uiros uelut mente capta cum iactatione fanatica corporis uaticinari. matronas baccharum habitu crinibus passis cum ardentibus facibus decurrere ad Tyberim: demissasq; in aquam faces, quia uiuum sulphur cum calce insit, integra flamma efferre. Raptos à dijs homines dici, quos machinæ illigatos ex cõspectu in abditos specus abripiant. eos esse, qui aut coniurare aut sociari facinoribus, aut stuprum pati noluerint. Multitudinem ingẽtem, alterum iam propè populũ esse: in his nobiles quosdam uiros fœminasq; biennio proximo institutum esse, ne quis maior xx annis, iniciaretur. captari etates & erroris & stupri patientes. Peractõ indicio aduoluta rursus genibus preces easdem, ut se ablegaret, repetiuit. Consul rogat focrum, ut aliquam partem ædium uacuam faceret, quò Hispala immigraret. cœnaculũ super ædes datum est, scalis ferentibus in publicum obseratis, aditu in ædes uerso. res omnes Feceniæ extemplo translatae, & familia accersita. & Ebutius migrare ad consulis clientem iussus. Ita cum indices ambo in potestate essent, rem ad senatũ Posthumius

mius

mius defert. Omnibus ordine expositis, quæ delata primo, quæ deinde ab se inquisita forent, patres pauor ingens cepit: cum publico nomine, ne quid eæ coniurationes cœtusq; nocturni fraudis occultæ aut periculi importarēt: tum priuatim suorum quisq; uicē, ne quis affinis ei noxæ esset. Censuit autem senatus gratias consuli agendas, quod eam rem & cum singulari curâ & sine ullo tumultu inuestigasset. quæstionem deinde de Bacchanalibus sacriscq; nocturnis extra ordinem consulibus mandat. indicibus Ebutio ac Fecenîe ne fraudi ea res sit, curare, & alios indices præmijs inuitare iubet. sacerdotes eorum sacrorû, seu uiri seu sceminae essent: non Romæ modo, sed per omnia fora & cõciliabula conquiri, ut in consulû potestate essent. edici præterea in urbe Roma, & per totam Italiam edicta mitti, ne quis qui Bacchis initiatus esset, cois se aut conuenisse causa sacrorum uelit: neu quid talis rei diuinæ fecisse. ante omnia ut quæstio de his habeatur, qui coierint coniurauerint ue, quo stuprum flagitium uel inferretur. Hæc senatus decreuit. Consules ædilibus curulibus imperarunt, ut sacerdotes eius sacri omnes conquirent, comprehensosq; libero conclauis ad quæstionem seruarent. ædiles plebis uiderent, ne quæ sacra in opero fierent. triumuiris capitalibus mandatû est, ut uigilias disponderent per urbem, seruarentq; ne qui nocturni cœtus fierent: utq; ab incēdijs caueretur, adiutores triuuiris quinque uiri uti cis Tyberim suæ quisq; regionis ædificijs præessent. Ad hæc officia dimissis magistratibus, consules in rostra ascenderunt. & contione aduocata cum solenne carmen precationis, quod præfari priusquã populum alloquantur, magistratus solent: peregisset consul, ita cœpit. Nulli unquam contioni Quirites tam non solum apta, sed etiam necessaria hæc solennis deorum comprecatio fuit, quæ uos admoneret: hos esse deos, quos colere, uenerari, precariq; maiores uestri instituisserunt: non illos qui prauis & externis religionibus captas mentes uelut furialibus stimulis ad omne scelus & ad omnem libidinem agerent. Equidem nec quid taciturni nec quatenus proloquar, inuenio. si aliquid ignorabitis, ne locum negligentiæ dem: si omnia nuda uero, ne nimium terroris offundam uobis, uereor. quicquid dixerò, minus quàm pro atrocitate & magnitudine rei dictum scitote esse. ut ad cauendû satis sit, dabitur opera à nobis. Bacchanalia tota iam pridem Italia, & nunc per urbem etiam multis locis esse, non fama modo accepisse uos, sed crepitibus etiam ululatibusq; nocturnis, qui personant tota urbe, certû habeo: cæterum quæ ea res sit, ignorare: alios deorum aliquem cultum, alios concessum ludum & lasciuiam esse credere: & qualecunq; sit, ad paucos pertinere. quod ad multitudinem eorum attinet, si dixerò multa millia hominû esse, ilico necesse est extereamini, nisi adiunxero, qui qualesq; sint. Primum igitur mulierum magna pars est, & is fons mali huiusce fuit. deinde simillimi sceminis mares stuprati & constupratores, fanatici uigiles, uino, strepitibus, clamoribusq; nocturnis attoniti. Nullas adhuc uires coniuratio, cæterû incrementum ingens uirium habet, quod indies plures fiunt. Maiores uestri ne uos quidem, nisi cum aut uexillo in arce posito comitiorum causa exercitus edictus esset, aut plebi cõcilium tribuni edixissent: aut aliquis ex magistratibus ad contionem uocasset, forte temere coire uoluerunt: & ubicunq; multitudo esset, ibi & legitimû rectorem multitudinis censebant debere esse. Quales primum nocturnos cœtus, deinde promiscuos mulierum ac uirorum esse creditis: si quibus etatibus initientur mares, sciatis: non misereat uos eorum solum, sed etiam pudeat. Hoc sacramento initiatos iuuenes milites faciendos censetis Quirites: ijs ex obsceno sacrario eductis arma cõmittenda: hi cooperiti stupris suis alienisq; pro pudicitia coniugum ac liberorû uestrorum ferro decernent: Minus tamen esset, si flagitijs tantum effœminati forent, (ipforum id magna ex parte dedecus erat) à facinoribus manus, mentem à fraudibus abstinuissent. Nunquam tantum malum in repub. fuit, nec ad plures, nec ad plura pertinēs. quicquid ijs annis libidine, quicquid fraude, quicquid scelere peccatum est: ex illo uno sacrario scitote ortum esse. nec dum omnia in quæ coniurauerunt, edita facinora habent. adhuc priuatis noxijs, quia nondû ad rempub. opprimendam satis uirium est, cõiuratio sese impia tenet. crescit & serpit quotidie malum: iam maius est, quàm ut capere id priuata fortuna possit: ad summam reipub. spectat. nisi præcauetis Quirites, iam huic diurnæ legitime ab consule uocatæ par nocturna contio esse poterit. nunc illi uos singuli uniuersos contionantes timent. iam ubi uos dilapsi domos & in rura uestra eritis, illi coierint:

consultabunt de sua salute simul, ac uestra pernicie. tum singulis uobis uniuersi timendi erunt. Optare igitur unusquisque uestrum debet, ut bona mens suis omnibus fuerit. si quem libido, si furor in illum gurgitem abripuit, illorum cum cum quibus in omne flagitium & facinus coniu-
rauit, non suum iudicet. Ne quis etiam errore labatur uestrum quoque non sum securus. nihil enim in speciem fallacius est quam praua religio. ubi decorum numen prætenditur sceleribus, subit animum timor, ne fraudibus humanis uindicandis diuini iuris aliquid immistum uiolamus. Hac uos religione innumerabilia decreta pontificum, senatusconsulta, aruspicum denique respon-
sa liberant. Quoties hoc patrum auorumque ætate negotium est magistratibus datum, ut sacra externa fieri uetarent: sacrificulos uatesque foro, circo, urbe prohiberent: uaticinios libros con-
quirent comburerentque: omnem disciplinam sacrificandi, præterquam more Romano abo-
lerent: Iudicabant enim prudentissimi uiri omnis diuini humanique iuris, nihil æque dissoluen-
dæ religionis esse, quam ubi non patrio, sed externo ritu sacrificaretur. Hæc uobis prædicenda
ratus sum, ne qua superstitio agitare animos uestros, cum demoliētes nos Bacchanalia, discuti-
entesque nefarios coetus cerneretis. omnia dijs propitijs, uolentibusque ea faciemus. qui quia
suum numen sceleribus libidinibusque contaminari indigne ferebant, ex occultis ea tenebris in
lucem extraxerunt: nec patefieri ut impunita essent, sed ut uindicarentur & opprimerentur, uo-
luerunt. Senatus quæstionem extra ordinem de ea re mihi collegæque meo mandauit: nos que
ipsis nobis agenda sunt, impigre exequemur: uigiliarum nocturnarum curam per urbem minori-
bus magistratibus mandauimus. uos quoque æquum est quæ uestra munia sunt, quo quisque lo-
co positus erit, quod imperabitur impigre præstare, & dare operam, ne quid fraude noxiorum
periculi aut tumultus oriatur. Recitari deinde senatusconsulta iusserunt, indicique præmium
proposuerunt: si quis quem ad se deduxisset, nomenue absentis detulisset. qui nominatus pro-
fugisset, diem certam se finituros ad quam nisi citatus respōdisset, absens damnaretur. si quis
eorum qui tum extra terram Italiam essent, nominaretur, ei laxiorem diem daturus, si uenire
ad causam dicendam uellet. Edixerunt deinde, ne quis quid fugæ causa uendidisset, neue e-
misse uellet: ne quis reciperet, celaret, ope ulla iuaret fugientes. Contione dimissa terror
magnus urbe tota fuit: nec mœnibus se tantum urbis, aut sinibus Romanis cōtinuit: sed passim
per totam Italiam literis hospitem de senatusconsulto & cōtione & edicto consulum acceptis,
trepidari cœptum est. Multi ea nocte quæ diem insegura est, quo in contione res palam facta
est, custodijs circa portas positis, fugiētes à triumuiris comprehensi & reducti sunt: multorum
nomina delata. quidam ex his uiri feminæque mortem sibi cōsciuerunt. Coniurasse supra v i i
millia uirorum ac mulierum dicebantur: capita autē coniurationis constabat esse, M. & L. Ca-
tinios de plebe Romana, & Faliscum L. Opiternium, & Minium Cerrinium Campanum. ab
his omnia facinora & flagitia orta, eos maximos sacerdotes cōditoresque eius sacri esse. data
opera est, ut primo quoque tempore comprehenderentur. Adducti ad c o s. falsique de se nul-
lam moram iudicio fecerunt. Cæterum tanta fuga ex urbe facta erat, ut quia multis actiones
& res peribant, cogere prætores T. Mænius & M. Licinius per senatum res in diem tricesi-
mum differre, donec quæstiones à c o s s. perficerentur. Eadem solitudo, quia Romæ non re-
spondebant nec inueniebantur, quorum nomina delata erant, coegit consules circa fora profi-
cisci, ibique quærere & iudicia exercere. Qui tantum initiati erant, & ex carmine sacro, præeunte
uerba sacerdote, preces fecerant, in quibus nefanda coniuratio in omne facinus ac libidi-
nem continebatur: nec earum rerum ullam rem, in quas iureiurando obligati erant, in se aut alios
admiserant, eos in uinculis relinquebant. qui stupris aut cædibus uiolati erant, qui falsis testimo-
nijs, signis adulterinis, subiectione testamētorum, fraudibus alijs contaminati, eos capitali pœ-
na afficiebant. plures necati quam in uincula coniecti sunt. magna uis in utraque causa uirorum
mulierumque fuit. Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant: ut ipsi
in priuato animaduertent in eas. si nemo erat idoneus supplicij exactor, in publico animadu-
uertebatur. datum deinde consulibus negotium est, ut omnia Bacchanalia Romæ primum, de-
inde per totam Italiam diruerent: extraquam si qua ibi uetusta ara, aut signum consecratum
esset. in reliquum deinde s c cautum est, ne qua Bacchanalia Romæ, neue in Italia essent.

si quis

si quis tale factū solenne & necessariū duceret, nec sine religione & piaculo se id omittere posset, apud prætorem urbanum profiteretur: prætor senatum consuleret. si ei permissum esset, cum in senatu centum nō minus essent, ita id factū faceret, dum ne plus quinque sacrificio interessent: neu qua pecunia cōmunis, neu quis magister sacrorū, aut sacerdos esset. Aliud deinde huic coniunctum, referente Q. Marcio c o s. s c factum est, ut de ijs quos pro indicibus consules habuissent, integra res ad senatum referretur, cum Sp. Posthumius quæstionibus perfectis Romam redisset. Minium Cerrinium Campanū Ardeam in uincula mittendum censuerunt, magistratibusque Ardeatium prædicendū, ut in intentiore eum custodia asseruarent, non solum ne effugeret, sed ne mortis cōsciscendæ locum haberet. Sp. Posthumius aliquanto post Romam uenit. eo referente de P. Ebutij & Hispalæ Feceniæ præmio, quod eorum opera indicata Bacchanalia essent, s c factum est, ut singulis his centena millia æris quæstores urbani ex ærario darent: utique c o s. cum tribunis plebis ageret, ut ad plebem primo quoque tempore ferret, ut P. Ebutio emerita stipendia essent, ne inuitus militaret, neue censor ei equum publicum assignaret: utique Feceniæ Hispalæ datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio item esset, quasi ei uir testamento dedisset: utique ei ingenuo nubere liceret: neu quid ei qui eam duxisset, ob id fraudi ignominiaque esset: utique cōsules prætoresque qui nunc essent, quiue postea futuri essent, curaret ne quid ei mulieri iniuriæ fieret, utique tuto esset. id senatū uelle & æquum censere, ut ita fieret. Ea omnia lata ad plebem, factaque sunt ex s c. & de cæterorū indicum impunitate præmijque consulibus, permissum est. Et iam Q. Marcius quæstionibus suæ regionis perfectis, in Ligures prouinciā proficisci parabat, tribus millibus peditū romanorū, CL equitibus, & quinque millibus latini nominis peditū, ducētis equitibus in supplementū acceptis. Eadem prouincia, idem numerus peditū equitumque & collegæ decretus erat. Exercitus acceperunt, quos priore anno C. Flaminius & M. Aemilius c o s s. habuerunt. duas præterea legiones nouas ex s c scribere iussi sunt. & xx millia peditū socij & nomini latino imperarunt, & equites mille trecentos, & tria millia peditum romanorū, CC equites. totum hunc exercitū, præter legiones in supplementū Hispaniensis exercitus duci placebat. itaque consules dum ipsi quæstionibus impediabantur, T. Menium delectui habendo præfecerunt. Perfectis quæstionibus prior Q. Marcius in Ligures Apuanos est profectus. Dum penitus in abditos saltus, quæ latebræ receptaculaque semper illis fuerāt, persequitur: in præoccupatis angustijs loco iniquo est circumuentus. quatuor millia militum amissa, & legionis secundæ signa tria, undecim uexilla sociū ac latini nominis in potestatem hostium uenerunt: & arma multa, quæ quia impedimento fugientibus per syluestres semitas erant, passim iactabant. nec prius sequendi Ligures finem que fugæ Romani fecerunt. Consul ubi primum ex hostium agro euasit, ne quantum diminutæ copiæ forent appareret, in locis pacatis exercitū dimisit. nō tamen obliterare famam rei male gestæ potuit. nam saltus, unde eum Ligures fugauerant, Marcius est appellatus. Sub hūc nuntium ex Ligustinis uulgatū literæ ex Hispania mistam gaudio tristitiā afferentes recitate sunt.

C. Catinius, qui biennio ante prætor in eam prouinciā profectus erat, cum Lusitanis in agro Astensi signis collatis pugnauit. ad sex millia hostiū sunt cæsa: cæteri fusi, fugati, castrisque exuti. ad oppidum deinde Astam oppugnandum legiones ducit. id quoque haud multo maiore certamine cepit quam castra. sed dum incautius subit muros, ictus ex uulnere post dies paucos moritur. Literis de morte proprætoris recitatis, senatus censuit mittendū, qui ad Lunæ portum C. Calpurniū prætorem consequeretur, nuntiaretque senatum æquum censere, ne sine imperio prouincia esset, maturare eum proficisci. Quarto die, qui missus erat, Lunā uenit. paucis ante diebus Calpurnius profectus erat. Et in citeriore Hispania L. Mālius Acidinus, qui eodem tempore quo C. Catinius in prouinciā ierat, cum Celtiberis acie conflixit. incerta uictoria discessum est. nisi quod Celtiberi castra inde nocte proxima mouerunt: Romanis & suos sepeliendi, & spolia legendi ex hostibus potestas facta est. Paucos post dies coacto maiore exercitu Celtiberi ad Calagurrim oppidum ultro laccessuerunt prælio Romanos. Nihil traditur, quæ causa numero aucto infirmiores eos fecerit. superati prælio sunt. ad XII millia hominum cæsa, plus duo capta, & castris Romanus potitus. & nisi successor aduētu suo inhibuis-

set impetum uictoris, subacti Celtiberi forent. Noui prætores ambo exercitus in hyberna deduxerunt. Per eos dies, quibus hæc ex Hispania nuntiata sunt, ludi Taurilia per biduum facti religionis causa. apparatus deinde ludos M. Fuluius, quos uouerat ætolico bello, fecit. Multi artifices ex Græcia uenerat honoris eius causa. athletarum quoque certamen tum primo Romanis spectaculo fuit, & uenatio data leonum & pantherarum: & propè huius seculi copia ac uarietate ludicrum celebratum est. Nouendiale deinde sacrum tenuit, quod in Piceno per triiduum lapidibus pluerat, ignesque cœlestes multifariam orti aduulsi compleuri leui afflatu uentimenta maxime dicebatur. Addita & unum diem supplicatio est ex decreto pontificum, quod ædes Opis in Capitolio de cœlo tacta erat. hostijs maioribus cōsules procurarunt, urbemque lustrauerunt. Sub idem tempus & ex Umbria nuntiatum est, seminarem duodecim ferme annos natum inuentum, id prodigium abominantes arceri romano agro, necarique quāprimum iusserunt. Eodem anno Galli transalpini transgressi in Venetiam sine populatione, aut bello, haud procul inde, ubi nunc Aquileia est, locum oppido condendo ceperunt. Legatis romanis de ea re trans Alpes missis responsum est: neque profectos ex autoritate gētis eos, nec quid in Italia facerent, se scire. L. Scipio ludos eo tempore, quos bello Antiochi uouisse sese dicebat: ex collata ad id pecunia ab regibus ciuitatibusque per dies decem fecit. Legatum eum post damnationem & bona uendita missum in Asiam, ad dirimenda inter Antiochum & Eumenem reges certamina, Valerius Antias est autor. tum collatas ei pecunias, congregatosque per Asiam artifices, & quorum ludorum post bellum, in quo uotos diceret, mentionem non fecisset, de his post legationem demum in senatu actum. Cum iam in exitu annus esset. Q. Marcius absens magistratu abiturus erat. Sp. Posthumius quaestionibus cum summa fide curaque perfectis, comitia habuit. creati sunt consules Ap. Claudius Pulcher, M. Sempronius Tuditanus. Postero die prætores facti P. Cornelius Cethegus, A. Posthumius Albinus, C. Afranius Stellio, C. Attilius Serranus, L. Posthumius Tempstanus, M. Claudius Marcellus. Extremo anni, quia Sp. Posthumius cōs. renuntiauerat, peragrante se propter quaestiones utrunque littus Italiæ, desertas colonias Sipontum supero, Buxetum infero mari inuenisse, triumphum ad colonos cōscribendos ex se ab T. Menio prætore urbano creati sunt, L. Scribonius Libo, M. Tuccius, Cn. Bebius Pamphilus. Cum Perseo rege & Macedonibus bellum quod imminerebat, non unde plerique opinantur, nec ab ipso Perseo causas cepit. inchoata initia à Philippo sunt: & is ipse, si diutius uixisset, id bellum gessisset. Vna ea res cum uicto leges imponerentur, maxime angebat: quod qui Macedonum ab se defecerat in bello, in eos ius sæuendi ademptum ei ab senatu erat: cum quia rem integrā Quintius in cōditionibus pacis distulerat, nō desperasset impetrari posse. Antiocho rege deinde bello superato ad Thermopylas, diuisis partibus, cum per eosdem dies consul Acilius Heraclea, Philippus Lamiam oppugnasset: capta Heraclea quia iussus abscedere à mœnibus Lamiae erat, Romanisque oppidum deditum est: ægre eam rem tulerat. permulsi iram eius consul, quod ad Naupactum ipse festinans, quod se ex fuga Ætoli contulerant: Philippo permisit ut Athamania & Aminandro bellum inferret: & urbes quas Thessalis Ætoli ademerant, regno adijceret. Haud magno certamine & Aminandrum Athamania expulerat, & urbes aliquot ceperat. Demetriadem quoque urbem ualidam, & ad omnia opportunam, & Magnetum gentem suæ ditionis fecit. inde & in Thracia quasdam urbes nouæ atque insuetæ libertatis uitio, seditionibus principum turbatas, partibus quæ domestico certamine uincerentur, adiungendo se, cepit. His sedata in præsentia regis ira in Romanos est. nunquam tamen remisit animum à colligendis in pace uiribus, quibus quandocumque data fortuna esset, ad bellum uteretur. Vectigalia regni nō fructibus tantum agrorum, portoribusque maritimis auxit: sed metalla etiam & uetera intermissa recoluit, & noua multis locis instituit. ut uero antiquam multitudinem hominum, quæ belli cladibus amissa erat, restitueret: nō sobolem tantum stirpis parabat, cogēdis omnibus procreare atque educare liberos: sed Thracum etiam magnam multitudinem in Macedoniam traduxerat: quietusque aliquandiu à bellis omni cura in augendas regni opes intentus fuerat. Rediere deinde causæ, quæ de integro iram mouerent in Romanos. Thessalorum & Perræborum querelæ de urbibus suis ab eo possessis, & lega-

torum

torum Eumenis regis de Thracijs oppidis per uim occupatis, traductaq; in Macedoniã multitudinem, ita audita erant, ut eas non negligi satis appareret. Maxime mouerat senatum, quod iam Aeni & Maroneæ affectari possessionem, audierant. minus Thessalos curabant. Athamãnes quoq; legati uenerunt, non partis amissæ, nõ finium iacturam querentes, sed totam Athamãniã sub ius iudiciumq; regis uenisse. Et Maronitarum exules erant pulsi, quia libertatis causam defendissent ab regio præsidio. ij non Maroneam modo, sed etiam Ænum in potestate nuntiabant Philippi esse. Venerant & à Philippo legati ad purganda ea. qui nihil nisi permissu romanorũ imperatorum factum affirmabant. Ciuitates Thessalorum & Perræborum & Magnetum, & cum Aminandro Athamãnum gentem in eadem causa, qua Aetolos fuisse. Antiocho rege pulso, occupatum oppugnandis ætolicis urbibus consulem ad recipiendas eas ciuitates Philippum misisse. armis subactos parere. Senatus ne quid absente rege statueret, legatos ad eas cõtrouersias disceptandas misit, Q. Cæcilium Metellum, M. Bebium Pamphilum, T. Sempronium. Quorum sub aduentum, ad Thessalica Tempe omnibus ijs ciuitatibus, quibus cum rege disceptatio erat, cõcilium indictum est. Ibi cum romani legati disceptatorum loco, Thessali Perræbicq; & Athamãnes haud dubij accusatores, Philippus ad audienda crimina tanquam reus, confedissent: pro ingenio quisq; eorum qui principes legationum erant, & gratia cum Philippo aut odio, acerbius leniusue egerunt. In controuersia autem ueniebãt, Philippopolis, Tricca, Phaloria, & Eurymenæ, & cetera circa eas oppida: utrum Thessalorum iuris, cum ui ademptæ possessioq; ab Aetolis forent: (nam Philippũ Aetolis ademisse eas constabat) an ætolica antiquitus ea oppida fuissent. ita enim Acilium regi cõcessisse, si Aetolorum fuissent: & si uoluntate, nõ ui atq; armis coacti, cum Aetolis essent. Eiusdem formulae disceptatio de Perræborum Magnetumq; oppidis fuit. omnium enim iura possidendo per occasiones Aetoli miscuerant. Ad hæc quæ disceptationis erant, querelæ Thessalorum adiectæ, quod ea oppida, si iam redderentur sibi, spoliata ac deserta redditurus esset. nam præter belli casibus amissos, quingentos principes iuuentutis in Macedoniam abduxisse, & opera eorum in seruilibus abuti ministerijs: & quæ reddiderit coactus Thessalis, inutilia ut redderet, curasse. Thebas Phthias unum maritimum emporium fuisse quondam Thessalis questuosum & frugiferum. ibi nauibus onerarijs comparatis regem, quæ præter Thebas Demetriadem cursum dirigerent: negotiationem maritimã omnem eò auertisse. Iam ne à legatis quidem, qui iure gentium sancti sint, uiolandis abstinere. insidias positas euntibus ad T. Quintium. itaque ergo in tantum metum omnes Thessalos coniectos, ut non in ciuitatibus suis, non in communibus gentis concilijs quisquam hiscere audeat. procul enim abesse libertatis autores Romanos: lateri adhærere grauem dominum, prohibentem uti beneficijs populi Romani. quid autem si uox libera non sit, liberum esse? nunc se fiducia & præsidio legatorum ingemiscere magis quàm loqui. nisi prouideãt aliquid Romani, quo & Græcis Macedoniam accolentibus metus, & audacia Philippi minuatur: nequiquã & illum uictum, & se liberatos esse. ut equum tenacem non parentem, frenis asperioribus castigandum esse. Hæc acerbe postremi: cum priores leniter permulsiissent iram eius, petentes, ut ignosceret pro libertate loquentibus: & ut deposita domini acerbitate assuesceret socium, atque amicum sese præstare: & imitaretur populũ Romanum, qui caritate quàm metu adiungere sibi socios mallet. Thessalis auditis, Perræbi Connocondylum, quod Philippus Olympiadem appellauerat, Perræbiæ fuisse, & ut sibi restitueretur, agebant. & de Malloca & Ericinio eadem postulatio erat. Athamãnes libertatem repetebant, & castella Athenæum & Pœtneum. Philippus, ut accusatoris potius quàm rei speciem haberet, & ipse à querelis orsus, Menelaidem in Dolopia quæ regni sui fuisset: Thessalos ui atque armis expugnasse questus est. item Petram in Pieria ab iisdem Thessalis Perræbicq; captam. Xynias quidem haud dubie ætolicum oppidum sibi eos contribuuisse: & Parachelou da, quæ sub Athamãniã esset, nullo iure Thessalorum formulæ factam. Nam quæ sibi crimina obijciantur de insidijs legatorum, & maritimis portibus frequentatis aut desertis: alterum deridiculum esse, se reddere rationem, quos portus mercatores, aut nautici petant: alterum mores suos respicere, tot annos esse, per quos nunquam cessauerint legati nunc ad imperato-

res Romanos, nunc Romam ad senatū crimina de se deferre. quem unquā uerbo uiolatū esse: semel ad Quintium euntibus insidias dici factas, sed quid ijs acciderit non adijci. quarentium quid falso obijciant, cum ueri nihil habeāt, ea crimina esse. insolenter & immodice abuti Thessalos indulgentia populi Romani, uelut ex diutina siti nimis auide meram haurientes libertatem. ita, seruatorum modo præter spem repente manumissorū, licentiam uocis & linguæ experiri, & iactare sese insectatione & conuitijs dominorum. Elatus deinde ira adiecit, nondum omnium dierum solem occidisse. Id minaciter dictum non Thessali modo in sese, sed etiam Romani acceperunt. & cum fremitus post eam uocem ortus, & tandem sedatus esset: Perreborum inde Athamanumq; legatis respondit: eandem de quibus illi agant, ciuitatū causam esse. cōsulem Acilium & Romanos sibi dedisse eas, cum hostium essent. si suum munus qui dedissent, adimere uelint, scire se cedendum esse. sed meliori ac fideliori amico in gratiam leuium & inutilium sociorum iniuriam eos esse facturos. nec enim ullius rei minus diuturnam esse gratiam q̄ libertatis, præsertim apud eos, qui male utendo eam corrupturi sint. Causa cognita pronuntiauerūt legati, placere deduci præsidia Macedonū ex ijs urbibus, & antiquis Macedoniae terminis regnū finiri. de iniurijs quas ultro citroq; illatas querant, quo modo inter eas gentes & Macedonas disceptetur, formulam iuris exequendi constituendam esse. Inde grauius offenso rege, Thessalonicen ad cognoscendum de Thracia urbibus proficiscuntur. Ibi legati Eumenis. Si liberas esse Aenum & Maroneam uelint Romani, nihil sui pudoris esse ultra dicere, quàm ut admoneant: re, non uerbo eos liberos relinquant: nec suum munus intercipi ab alio patiantur. sin autem minor cura sit ciuitatum in Thracia positarum, multo uerius esse, quæ sub Antiocho fuerint, præmia belli Eumenem quàm Philippum habere: uel pro patris Attali meritis bello, quod aduersus Philippū ipsum gesserit populus Romanus: uel suis quod Antiochi bello terra mariq; laboribus, periculisq; omnibus interfuerit. Habere cum præterea decem legatorum in eam rem præiudicium. qui cum Chersonnesum Lysimachiamq; dederint, Maroneam quoque atque Aenum profecto dedisse, quæ ipsa propinquitate regionis uelut appendices maioris muneris essent. Nam Philippum quidem quo aut merito in populum Romanum, aut iure imperij, cum tam procul à finibus Macedoniae absint, ciuitatibus his præsidia imposuisse: uocari Maronitas iuberent. ab ijs certiora omnia de statu ciuitatum earum scituros. Legati Maronitarum uocati, non uno loco tantum urbis præsidium regium esse, sicut in alijs ciuitatibus, dixerūt: sed pluribus simul, & plenam Macedonum Maroneam esse. itaq; dominari assentatores regio: his solis loqui & in senatu & in contionibus licere: eos omnes honores & capere ipsos, & dare alijs. optimum quenq; quibus libertatis, quibus legum cura sit: aut exulare pulsos patria, aut inhonoratos & deterioribus obnoxios silere. De iure etiam finium pauca adiecerūt. Q. Fabium Labeonem, cum in regione ea fuisset, direxisse finem Philippo ueterem uiam regiam, quæ ad Thraciæ paroreiam subeat, nusquam ad mare declinantem: Philippū nouam postea deflexisse uiam, qua maronitarū urbes agrosq; amplectat.

Ad ea Philippus longe aliam, quàm aduersus Thessalos Perreborosq; nuper, ingressus dissendi uiam, Non cum Maronitis, inquit, mihi aut cum Eumene disceptatio est, sed iam uobiscum Romani, à quibus nihil æqui me impetrare iam diu animaduerto. Ciuitates Macedonum quæ à me inter inducias defecerant, reddi mihi æquū censebam: nō quia magna accessio ea regni futura esset: (sunt enim & parua oppida, & in finibus extremis posita) sed quia multum ad reliquos Macedonas cōtinendos exemplum pertinebat. negatū est mihi. Bello ætolico Lamiam oppugnare iussus à consule M. Acilio, cum diu fatigatus ibi prælijs operibusq; essem: transcendentem me iam muros à capta propè urbe reuocauit consul, & abducere copias inde roegit. ad huius solatium iniuriæ permissum est, ut Thessaliæ Perræbiæq; & Athamanū recipere quædā castella magis quàm urbes. ea quoq; ipsa uos mihi Q. Cæcili paucos ante dies ademistis. Pro nō dubio paulo ante, si dijs placet, legati Eumenis sumebant: quæ Antiochi fuerunt, Eumenem æquius esse quàm me habere. Id ego aliter longe iudico esse. Eumenes enim, non nisi uicissent Romani, sed nisi bellum gessissent, manere in regno suo non potuit. itaq; ille uestrum meritum habet, non uos illius. mei autem regni tantum aberat ut ulla pars in discrimine

mine fuerit: ut tria millia talentum, & quinquaginta cœtas naues, & omnes Græciæ ciuitates, quas antea tenuissem, pollicentem ultro Antiochū in mercedem societatis sim aspernatus. hostemq; ei me esse prius etiā quàm M. Acilius exercitū in Græciā trañceret, præ me tuli: & cum eo consule belli partē quancunq; mihi delegauit, gessi. & in sequenti cōsuli L. Scipioni, cum terra statuisset ducere exercitū ad Hellespontum, non iter tantū per regnum nostrū dedi, sed uias etiā muniui, pontes feci, cōmeatus præbui: nec per Macedoniā tantum, sed per Thraciā, ubi etiam inter cætera pax quoq; præstanda à barbaris erat. Pro hoc studio meo erga uos, ne dicam merito, utrum adijcere uos Romani aliquid, & amplificare & augere regnū meum munificentia uestra oportebat: an quæ habere aut meo iure, aut beneficio uestro, eripere: id quod nunc facitis. Macedonū ciuitates, quas regni mei fuisse fatemini, nō restituant. Eumenes tanquam ad Antiochum spoliandū me uenit: & si dijs placet, decem legatorū decretū calumniæ impudentissimæ præendit, quo maxime & refelli & coargui potest. disertissime enim planissimèq; in eo scriptum est: Chersonesum & Lysimachiā Eumeni dari. ubi tandem Aenus & Maronea & Thraciæ ciuitates ascriptæ sunt: quod ab illis ne postulare quidē est ausus, id apud uos tanquā ab illis impetrauerit, obtinebit. Quo in numero me apud uos esse uelitis, refert. si tanquam inimicū & hostē infectari propositū est: pergite ut cœpistis, facere. si aliquis respectus est mei, ut socij atq; amici regis: deprecor, ne me tanta iniuria dignū iudicetis. Mouit aliquantum oratio regis legatos. itaq; medio responso rem suspenderunt. si decem legatorū decreto Eumeni datæ ciuitates ex essent, nihil se mutare. si Philippus bello cepisset eas, præmium uictoriæ iure belli habiturū. si neutrū eorum foret, placere cognitionē senatui reseruari: & ut omnia in integro manerent, præsidia quæ in ijs urbibus sint, deduci. Hæ causæ maxime animū Philippi alienauerunt ab Romanis, ut non à Perseo filio eius nouis causis motum, sed ob has à patre bellum relictum filio uideri possit. Romæ nulla belli Macedonici suspicio erat. L. Manlius proconsul ex Hispania redierat. cui postulanti ab senatu in æde Bellonæ triumphum, rerum gestarum magnitudo impetrabilem faciebat, exemplum obstabat. quod ita cōpatatum more maiorum erat, ne quis qui exercitum non deportasset, triumpharet, nisi perdomitam pacatamq; prouinciam tradidisset successori. medius tamen honos Manlio habitus, ut ouans urbem iniret. Tulit coronas aureas quinquagintaduas: auri præterea pondo cxxxi, argenti xvi millia, ccc. & pronuntiauit in senatu: decem millia pondo argenti, & lxxx auri Q. Fabium quæstorem aduehere. id quoq; se in erarium inlaturum. Magnus motus seruilis eo anno in Apulia fuit. Tarentū prouinciā L. Posthumius prætor habebat. is de pastorum coniuratione, qui uias latrocinij pascuq; publica infesta habuerāt, quæstionem seuerè exercuit. ad septem millia hominum cōdemnauit. multi inde fugerunt. de multis sumptum est supplicium. Consules diu retenti ad urbem delectibus, tandem in prouincias profecti sunt.

Eodem anno in Hispania prætores C. Calpurnius & L. Quintius, cum primo uere ex hybernis copias eductas in Beturia iunxissent: in Carpetaniā ubi hostium castra erāt, progressi sunt, communi animo consilioq; parati rem gerere. Haud procul Hipponē & Toletū urbibus inter pabulatores pugna orta est. quibus dum utrinq; subuenitur à castris, paulatim omnes copiarum in aciem eductæ sunt. in eo tumultuario certamine & loca sua, & genus pugnae pro hoste fuere. duo exercitus Romani fusi, atque in castra compulsi sunt. non institere percussis hostes. Prætores Romani, ne postero die castra oppugnarentur: silentio proximæ noctis tacito signo exercitū abduxerunt. Luce prima Hispani acie instructa ad uallum accesserunt: uacuaq; præter spem castra ingressi, quæ derelicta inter nocturnā trepidationem erāt, diripuerunt: regressiq; in sua castra paucos dies quietis stauis manserunt. Romanorū sociorumq; in prælio fugacq; ad quinque millia occisa: quorum se spolijs hostes armarunt. inde ad Tagum flumen profecti sunt. Prætores interim romani omne id tēpus cōtrahendis ex ciuitatibus socijs Hispanorū auxilijs, reficiendisq; ab terrore aduersæ pugnae militū animis consumpserunt. ubi satis placere uires, & iam miles quoq; ad delendā priorē ignominia hostē poscebat: xii millia passuum ab Tago flumine posuerunt castra. inde tertia uigilia sublati signis, quadrato agmine principio lucis ad Tagi ripam peruenerūt. Trans fluuiū in colle hostium castra erant. extemplo quā

duobus

duobus locis uada nudabat amnis, dextera parte Calpurnius, leua Quintius exercitus traduxerunt: quieto hoste, dum miratur subitum aduentū, consultatq; qui tumultum inire trepidantibus in ipso transitu amnis potuisset. interim Romani impedimentis quoq; omnibus traductis contractisūq; in unum locum, quia iam moueri uidebant hostem, nec spatium erat castra communiendi, aciem instruxerunt. in medio locatæ, quinta Calpurnij legio & octaua Quintij. id robur totius exercitus erat. campū apertum usq; ad hostium castra habebant, liberum à metu insidiarū. Hispani posteaquam in citeriore ripa duo Romanorū agmina conspexerunt, ut priusquam se iungere atque instuere possent, occuparent eos, castris repente effusi cursu ad pugnam tendunt. Atrox in principio prælium fuit, & Hispanis recentī uictoria inflatis, & infueta ignominia milite Romano accenso. acerrime media acies, duæ fortissimæ legiones dimicabāt. quas cum aliter moueri loco non posse hostis cerneret, cuneo institit pugnare: & usq; plures cōfertioresq; medios urgebat. Ibi posteaquā laborare aciem Calpurnius prætor uidit, T. Quintilium Varum & L. Iuuetium Taluam legatos ad singulas legiones adhortandas propere mittit. docere & monere iubet: in illis spem omnem uincendi & retinendæ Hispaniæ esse. si illi loco cedant, neminem eius exercitus non modo Italiam, sed ne Tagi quidem ulteriorem ripam unquam uisurum. ipse cum equitibus duarū legionum paululum circumuectus, in cuneum hostiū, qui mediam urgebat aciem, ab latere incurrit: Quintius cum suis equitibus alterum hostium latus inuadit. sed longe acrius Calpurniani equites pugnabant, & prætor ipse ante alios. nam & primus hostem percussit, & ita se immiscuit medijs, ut uix utrius partis esset, nosci posset. & equites prætoris eximia uirtute & equitum pedites accensi sunt. pudor mouit primos centuriones, qui inter tela hostium prætorem conspexerunt. itaq; urgere signiferos pro se quisque, iubere inferre signa, & confestim militem sequi. renouatur ab omnibus clamor. impetus fit uelut ex superiore loco. haud secus ergo quàm torrentis modo fundunt, sternuntq; percussos: nec sustinere alij super alios inferentes sese possunt. fugientes in castra equites persecuti sunt, & permisti turbæ hostiū intra uallum penetrauerunt. ubi ab relictis in præsidio castrorū prælium instauratū: coactiq; sunt Romani equites descendere ex equis. dimicantibus ijs legio quinta superuēnit: deinde, ut quæq; potuerant, copiæ affluebāt. Cædunt passim Hispani per tota castra. nec plus q̄ quatuor millia hominū effugerunt. inde tria millia ferè qui arma reuenerāt, montē propinquū ceperunt. mille, semiernes maxime per agros palati sunt. supra $xxxvi$ millia hostium fuerant, ex quibus tam exigua pars pugnae superfuit. signa capta $cxxxiii$. Romani socij q; paulo plus sexcenti, & prouincialiuū auxiliorum cl ferme ceciderunt. tribuni militum quinque amissi, & pauci equites Romani, cruentæ maxime uictoriæ speciem fecerunt. In castris hostium, quia ipsis spatium sua communiendi non fuerat, manserunt. Pro contione postero die laudati, donatiq; à C. Calpurnio equites phaleris. pronuntiavitq; eorum maxime opera hostes fusos, castra capta & expugnata esse. Quintius alter prætor suos equites catellis ac fibulis donauit. donati & centuriones ex utriusq; exercitu permulti, maxime qui mediam aciem tenuerunt. Consules delectibus alijsq; quæ Romæ agenda erāt, peractis rebus, in Ligures prouinciam exercitum duxerunt. Sempronius à Pisis profectus in Apuanos Ligures, uastando agros urendoq; uicos & castella eorum, aperuit saltum usq; ad fluuium Macram & Lunæ portum. Hostes montem antiquā sedem maiorum suorū, ceperūt. & inde, superata locorū iniquitate, prælio deiecti sunt. Et Ap. Claudius felicitatē uirtutemq; collegæ in Liguribus Ingaunis æquauit secundis aliquot prælijs: sex præterea oppida eorum expugnauit. multa millia hominū in ijs cepit. belli autores iii & xl securi percussit. Iam comitiorum appetebat tempus. prior tamē Claudius quàm Sempronius, cui fors comitia habendi obtigerat, Romam uenit: quia P. Claudius frater eius cōsulatum petebat. Competitores habebat patricios, L. Acmyliū, Q. Fabiū Labeonē, Ser. Sulpiciū Galbā, ueteres cādidatos, & ab repulsis eo magis debitum quia primo negatus erat, honorem repentes. etiam quia plus quàm unum ex patricijs creati non licebat, arctior petitio quatuor petentibus erat. Plebeij quoque gratiosi homines petebant, L. Porcius, Q. Terentius Culleo, Cn. Bebius Pamphilus, & ij repulsi in spem impetrandi tandem aliquando honoris dilati. Claudius unus ex omnibus

omnibus nouus candidatus erat. Opinione hominum haud dubie destinabantur Q. Fabius Labeo & L. Porcius Licinius, sed Claudius consul sine licitoribus cum fratre toto foro uolitando: clamitantibus aduersarijs, & maiore parte senatus, meminisse cum debere prius se cōsulem populi Romani, quàm fratrem P. Claudij esse: quin ille sedens pro tribunali aut arbitrum, aut comitorum tacitū spectatorem se præberet: coerceri tamen ab effuso studio nequijt. Magnis contentionibus tribunorum quoq; plebis, qui aut contra consulem, aut pro studio eius pugnant, comitia aliquoties turbata: donec peruicit Appius, ut deiecto Fabio, fratrem traheret. Creatus P. Claudius Pulcher, præter spem suam & cæterorum: locum suum tenuit L. Porcius Licinius, quia moderatis studijs, non uiclaudiana, inter plebeios certatum est. Prætorum inde comitia sunt habita. C. Decimius Flauus, P. Sempronius Longus, P. Cornelius Cethegus, Q. Næuius Matho, C. Sempronius Blæsus, A. Terentius Varro, prætores facti. Hæc eo anno quo Ap. Claudius, M. Sempronius consules fuerunt, domi militiæq; gesta. Principio in sequentis anni, quo P. Claudius, L. Porcius consules erant: cum Q. Cæcilius, M. Bebius & T. Sempronius, qui ad disceptandum inter Philippum & Eumenem reges, Thessalorumq; ciuitates missi erant, legationem renuntiassent: regum quoq; eorum ciuitatumq; legatos in senatum introduxerunt. Eadem utrinq; iterata, quæ dicta apud legatos in Græcia erant. Aliam deinde legationem nouam patres, cuius princeps Ap. Claudius fuit, in Macedoniam & in Græciam decreuerunt ad uisendum, reddita ne ciuitates Rhodijs & Thessalis & Perræbis essent. Iisdem mandatum, ut ab Aëno & Maronea præsidia deducerentur, maritimaque omnis Thraciæ ora à Philippo & Macedonibus liberaretur. Peloponnesum quoque adire iussi, unde prior legatio discesserat incertiore statu rerum, quàm si non uenissent. nam super cætera etiam sine responso dimissi, nec datum petentibus erat Achæorum cōcilium. de qua re querente grauius Q. Cæcilio, simul Lacedæmonijs deplorantibus moenia diruta, abductam plebem in Achaiam & uenundatam, ademptas quibus ad eam diem ciuitas stetit, Lycurgi leges: Achæi maxime concilij negati crimen excusabant, recitando legem: quæ nisi belli pacisue causa, & cum legati ab senatu cum literis, aut scriptis mandatis uenirent, uetaret iudici concilium. Ea ne postea excusatio esset, ostendit senatus curæ ijs esse debere, ut Romanis legatis semper ad eundem concilium gentis potestas fieret: quemadmodum & illis, quoties uellent, senatus daretur. Dimissis ijs legationibus, Philippus à suis certior factus, cedendum ciuitatibus, deducendaq; præsidia esse, infensus omnibus in Maronitas iram effundit. Onomasto qui præerat maritimæ oræ mandat, ut partis aduersæ principes interficeret. Ille per Casandrum quenquam unum ex regijs iam diu habitantē Maroneæ, nocte Thracibus intromissis, uelut in bello capta urbe, cædē fecit. Id apud Romanos legatos querentes tam crudeliter aduersus innoxios Maronitas, tam superbe aduersus populū Ro. factum, ut quibus libertatem restituendā senatus censuisset, ijs pro hostibus trucidarentur: abnucebat quicquā eorum ad se, aut quenquā suorum pertinere. seditione inter ipsos dimicatū, cum alij ad se, alij ad Eumenem ciuitatem traherent. id facile scituros esse, si percunctarent ipsos Maronitas: haud dubius, percussis omnibus terrore tam recentis cædis, neminem hiscere aduersus se ausurū. Negare Appius, rem euidenter pro dubia quærendā: si ab se culpam remouere uellet, Onomastum & Casandrum, per quos acta res diceret, mitteret Romam, ut eos senatus percunctari posset. Primo adeo perturbauit ea uox regem, ut nō color, non uultus ei cōstaret. deinde collecto tandem animo, Casandrum qui Maroneæ fuisset, si utiq; uellent, se missurū dixit. ad Onomastū quidem quid eam rem pertinere: qui non modo Maroneæ, sed ne in regione quidem propinqua fuisset. Et parcebat magis Onomasto honoratori amico, & eundem indicē haud paulo plus timebat: quia & ipse sermonem cum eo contulerat, & multorum talium ministrū & consciū habebat. Casander quoq; missis qui per Epirū ad mare prosequerent cum, ne qua indicium emanaret, ueneno creditur sublatu. Et legati à Philippi colloquio ita digressi sunt, ut præ se ferrent nihil eorum sibi placere: & Philippus minime quin rebellandum esset dubius, quia tamen immatura ad id uires erant: ad moram interponendam Demetrium minorem filium mittere Romam simul ad purganda crimina, simul ad deprecandam iram senatus statuit: satis credens ipsum

etiam

etiam iuuenē, quod Romę obses specimen regię indolis dedisset, aliquid momenti facturum. Interim per speciem auxiliij Byzantijs ferendi, re ipsa ad terrorem regulis Thracū iniiciendum profectus, percussis ijs uno pręlio, & Amadoco duce capto, in Macedoniam redijt: missis ad accolas Istri fluminis barbaros, ut in Italiam irrumperent sollicitandos. Et in Peloponneso aduentus Romanorū legatorum, qui ex Macedonia in Achaiam ire iussi erant, expectabatur. aduersus quos ut pręparata consilia haberent, Lycortas prętor concilium indixit. Ibi de Lacedæmonijs actum. Ex hostibus eos accusatores factos. & periculum esse, ne uicti magis timendi forent quàm bellantes fuissent, quippe in bello socijs Romanis Achęos usos: nunc eosdem Romanos æquiores Lacedæmonijs quàm Achęis esse: ubi Arcus etiam & Alcibiades, ambo exules suo beneficio restituti, legationem Romam aduersus gentem Achęorum ita de ipsis meritā suscepissent: adeo quę infesta oratione usi essent, ut patria pulsī, non restituti in eam uiderentur. Clamor undique ortus, referret nominatim de ijs. & cum omnia ira, non consilio gererentur, capitis damnati sunt. Paucos post dies Romani legati uenerūt. his Clitore in Arcadia datum est concilium. Priusquā agerent quicquam, terror Achęis iniectus erat & cogitatio, quàm non ex æquo disceptatio futura esset: quod Arcum & Alcibiadē, capitis ab se in concilio proximo damnatos, cum legatis uidebant: nec hircere quisquam audebat. Appius ea quę apud senatum questi erāt Lacedæmoni, displicere senatui ostendit: eadem primum ad conflictum factam eorum, qui à Philopœmene ad causam dicendam euocati uenissent: deinde cum in homines ita sæuitum esset, ne in ulla parte crudelitas eorum cessaret: muros dirutos urbis nobilissimę esse, leges uetustissimas abrogatas, inclytamque per gentes Lycurgi disciplinam sublatam. Hęc cum Appius dixisset, Lycortas & quia prętor & quia Philopœmenis auctoris omnium quę Lacedæmone acta fuerant, factionis erat, ita respondit. Difficilior nobis Ap. Claudii apud uos oratio est, quàm Romę nuper apud senatum fuit. tunc enim Lacedæmonijs accusantibus respondendū erat: nunc à uobis ipsis accusati sumus, apud quos causa dicenda est. quam iniquitatem cōditionis subimus illa spe, iudicis animo te auditurū esse posita contentione qua paulo ante egisti. Ego certe cum ea, quę & hic antea apud Q. Cęciliū, & postea Romę questi sunt Lacedæmoni, à te paulo ante relata sint: non tibi, sed illis me apud te respondere credam. Eadem obijcitis eorum, qui à Philopœmene prętoris euocati ad causam dicendam interfec̄ti sunt. hoc ego crimen non modo non à uobis Romani, sed ne apud uos quidem nobis obijciendū fuisse arbitror. quid ita? quia in uestro scedere erat, ut maritimis urbibus abstinerent Lacedæmoni. Quo tempore armis captis urbes, à quibus abstinere iussi erant, nocturno impetu occupauerunt: si T. Quirius, si exercitus Romanus, sicut antea in Peloponneso fuisset, eō nimirum capti & oppressi confugissent. cum uos procul essetis: quod aliud, nisi ad nos socios uestros, quos antea Gytheo opem ferēteis, quos Lacedæmonem uobiscum simili de causa oppugnanteis uiderant, confugerent? Pro uobis igitur iustum piūque bellum suscepimus. quod cum alij laudent, reprehendere ne Lacedæmoni quidem possint, & dii quoque ipsi comprobauerint, qui nobis uictoriā dederunt: quonam modo ea quę belli iure acta sunt, in disceptationem ueniunt? quorum tamen maxima pars nihil pertinet ad nos. nostrum est, quod euocauimus eos ad causam dicendam, qui ad arma multitudinem exciuerant, qui expugnauerant maritima oppida, qui diripuerant, qui cędem principum fecerant. quod uero illi uenientes in castra interfec̄ti sunt: uestrum est Arcum & Alcibiadē, qui nunc nos, si dñs placet, accusatis, non nostrum. exules Lacedæmoniorū, quo in numero ij quoque duo fuerunt, & tunc nobiscum erant: quod domicilio sibi delegerant maritima oppida, se petitos credentes, in eos quorum opera patria extorres ne in tuto quidem exilio posse consensescere se indignabantur, imperum fecerunt. Lacedæmoni igitur Lacedæmonios, non Achęi interfecerunt. nec iure, an iniuria cęsi sint, argumentari refert. At enim illa certe uestra sunt Achęi, quod leges disciplinęque uetustissimam Lycurgi sustulistis, quod muros diruistis. quę utraq; ab iisdem obijci qui possunt: cum muri Lacedæmoni non ab Lycurgo, sed paucos ante annos ad dissoluendam Lycurgi disciplinam exstructi sint: tyranni enim nuper eos arcem & munimentū sibi, non ciuitati parauerunt. & si existat hodie ab inferis Lycurgus, gaudeat ruinis eorum, & nunc se patriam & Spartam

& Spartam antiquam agnoscere dicat. Non Philopœmena expectare, nec Achæos, sed uos ipsi Lacedæmoniꝝ uestris manibus amoliri & diruere omnia tyrannidis uestigia debuistis. uestræ enim illæ deformes ueluti cicatrices seruitutis erāt. & cum sine muris per octingentos prope annos liberi, aliquando etiam principes Græciæ fuissetis: muris uelut compedibus circumdatis uincti per centum annos seruistis. Quod ad leges ademptas attinet: ego antiquas Lacedæmoniꝝ leges tyrannos ademisse arbitror: nos non suas ademisse, quas non habebant, sed nostras leges dedisse: nec male consuluisse ciuitati, cum concilij nostri eam fecerimus, & nobis miscuerimus: ut corpus unum, & concilium totius Peloponnesi esset. tunc opinor, si alijs ipsi legibus uiueremus, alias istis iniunxissemus, queri se iniquo iure esse, & indignari possent. Scio ego Appi Claudii hanc orationem, qua sum adhuc usus, neq; sociorum apud socios, neq; libertæ gentis esse: sed seruatorum uerius disceptantiũ apud dominos. nam si nõ uana illa uox præconis fuit, qua liberos esse omnium primos Achæos iussistis: si foedus ratum est, si societas & amicitia ex æquo obseruatur: cur ego quid Capua capta feceritis Romani, non quaero: uos rationem reposcitis, quid Achæi Lacedæmoniꝝ bello uictis fecerimus? Interfecti aliqui sunt, finge, à nobis. quid? uos senatores Campanos securi non percussistis? muros diruimus. uos non muros tantum, sed urbem & agros ademistis. Specie, inquis, æquũ est foedus apud Achæos, re precaria libertas: apud Romanos etiam imperium est. Sentio Appi: & si non oportet, non indignor. sed oro uos, quantumlibet intersit inter Romanos & Achæos, modo ne in æquo hostes uestri nostriq; apud uos sint, ac nos socij: imò ne meliore iure sint: nam ut in æquo essent, nos fecimus: cum leges ijs nostras dedimus: cum ut Achæi concilij essent, effecimus. parum est uictis, quod uictoribus satis est: plus postulant hostes, quàm socij habent. quæ iureiurando, quæ monumentis literarum in lapide insculptis in æternam memoriã sancta atq; sacrata sunt: ea cum periurio nostro tollere parant. Veremur quidem uos Romani: & si ita uultis, etiam timeamus. sed plus & ueremur & timeamus deos immortales. Cum assensu maximæ partis est auditus: & locutum omnes pro maiestate magistratus censebant: ut facile apparet, molliter agendo dignitatem suam tenere Romanos non posse. Tum Appius suadere se magnopere Achæis dixit, ut dum liceret uoluntate sua facere, gratiam inirent, ne mox inuiti & coacti facerent. Hæc uox audita quidem cum omnium gemitu est, sed metũ iniecit imperata recusandi: id modo petierunt, ut Romani, quæ uiderentur, de Lacedæmoniꝝ murarent: nec Achæos religione obstringerent, irrita ea, quæ iureiurando sanxissent, faciendi. damnatio tantum Arei & Alcibiadis, quæ nuper facta erat, sublata est. Romæ principio eius anni cum de prouincijs consulum & prætorum actum esset: consulibus Ligures, quia bellum nusquam alibi erat, decreti. Prr. C. Decimius Flauus urbanam, P. Cornelius Cethegus inter ciues & peregrinos sortiti sunt: C. Sempronius Blæsus Siciliam, Q. Næuius Matho Sardiniam, & ut idem de ueneficijs quaereret: A. Terentius Varro Hispaniam citeriorem, P. Sempronius Longus Hispaniam ulteriorem. De ijs duabus prouincijs legati per id ferè tempus L. Iuuentius Talla, & T. Quintilius Varus uenerunt. qui quantum bellum iam profligatũ in Hispania esset, senatu edocto, postularũt simul, ut pro rebus tam prospere gestis dijs immortalibus haberetur honos, & ut prætoribus exercitum deportare liceret. Supplicatio in biduum decreta est. de legionibus deportandis, cum de cõsulum prætorumq; exercitibus ageretur, rem integram referri iusserunt. Paucos post dies cos s. in Ligures binæ legiones, quas Appius Claudius & M. Sempronius habuerant, decretæ sunt. De exercitibus Hispaniensibus magna cõtentio fuit inter nouos Prr. & amicos absentium, Calpurnij Quintijq; utraq; causa tribunum pl. utraq; cos. habebat. ij se intercessuros sc si deportandos censerent exercitus, denuntiabant. illi si hæc intercessio fieret, nullam rem aliam se decerni passuros. Victa postremo absentiu gratia est: & sc factum, ut Prr. quatuor millia peditum Romanorũ scriberent, quadringentos equites, & quinq; millia sociorum peditum Latini nominis, quingentos equites, quos secum in Hispaniam portarent. cum eas legiones quatuor descripsissent, quod plus quàm quina millia peditum, treceni equites in singulis legionibus esset, dimitterent: eos primum, qui emerita stipendia habent, deinde ut cuiusq; fortissima opera Calpurnius & Quintius in prælio usi essent. Hac sedata conten

tione, alia subinde C. Decimij Pr. morte exorta est. Cn. Sicinius, & L. Pappus, qui ædiles proximo anno fuerant: & C. Valerius flamen Dialis, & Q. Fuluius Flaccus: is quia ædilis curulis designatus erat, sine toga candida, sed maxima ex omnibus contentione petebat: certamenq; ei cum flamine erat. & posteaquam primo equare, mox superare etiam est uisus: pars tribunorum plebis negare rationem eius habendam esse, quod duos simul unus magistratus, præsertim curules, neq; capere posset nec gerere: pars legibus eum solui equum censere, ut quem uellet Pr. creandi populo potestas fieret. L. Porcius c o s. primo in ea sententiâ esse, ne nomen eius acciperet. deinde ut ex autoritate senatus idem faceret: cõuocatis patribus referre se ad eos dixit: quod nec iure ullo, nec exemplo tolerabili liberæ ciuitati ædilis curulis designatus præturam peteret: sibi, nisi quid aliud ijs uideretur, in animo esse è lege comitia habere. Patres censuerunt, uti L. Porcius c o s. cum Q. Fuluius ageret, ne impedimento esset quo minus comitia Pr. in locum C. Decimij subrogandi è lege haberentur. Agenti c o s. ex s c respondit Flaccus: nihil, quod se indignum esset, facturum. Medio responso spem ad uoluntatem interpretantibus fecerat: cessurum patrum autoritati esse. comitijs acius etiam quàm ante petebat, criminando extorqueri sibi à c o s. & senatu p r beneficium: & inuidiam geminati honoris fieri: tanquam non appareret, ubi designatus Pr. esset, extemplo ædilitate se abdicaturum. c o s. cum & pertinaciam petentis crescere, & fauorem populi magis magisque in eum inclinari cerneret, dimissis comitijs senatum uocauit. censuerunt frequentes, quoniam Flaccum autoritas patrum nihil mouisset, ad populum cum Flacco agendum. Contione aduocata cum egisset c o s. ne tum quidem de sententiâ motus, gratias p r egit, quod tanto studio, quotiescunq; declarandæ uoluntatis potestas facta esset, Pr. se uoluisset facere. ea sibi studia ciuium suorum destituere non in animo esse. Hæc uero tam obstinata uox tantum ei fauorem accendit, ut haud dubius Pr. esset, si c o s. accipere nomen uellet. Ingens certamen tribunis & inter seipfos, & cum c o s. fuit: donec senatus à c o s. est habitus, decretumq;: quoniam prætoris subrogandi comitia ne legibus fierent, pertinacia Q. Flacci, & praua studia hominum impedirent, senatum censere satis prætorum esse. P. Cornelius utranq; in urbe iurisdictionem haberet: Apolliniq; ludos faceret. His comitijs prudentia & uirtute senatus sublatis, alia maioris certaminis, quo & maiore de re, & inter plures potentioresq; uiros, sunt exorta. Censuram summa contentione petebant L. Valerius Flaccus, P. & L. Scipiones, Cn. Manlius Volso, L. Furius Purpurio, patricij: plebeij autem, M. Porcius Cato, M. Fuluius Nobilior, T. & M. Sempronij, Longus & Tuditanus. sed omneis patricios plebeiosq; nobilissimarum familiarum M. Porcius longe anteibat. In hoc uiro tanta uis animi ingenijq; fuit, ut quocunq; loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus fuisse uideretur. nulla ars neq; priuatæ, neq; publicæ rei gerendæ ei defuit. urbanas rusticasq; res pariter callebat. ad summos honores alios scientia iuris, alios eloquentia, alios gloria militaris prouexit. huic uersatile ingenium sic pariter ad omnia fuit: ut natum ad id unum diceres, quodcunq; ageret. in bello manu fortissimus, multisq; insignibus clarus pugnis: idem posteaquam ad magnos honores peruenit, summus imperator: idem in pace si ius cõsuleres, peritissimus: si causa oranda esset, eloquentissimus. nec is tantum, cuius lingua uiuo ego uiguerit, monumentum eloquentiæ nullum extet. uiuit imò uigetq; eloquentia eius, sacrata scriptis omnis generis. orationes & pro se multæ, & pro alijs, & in alios. nam non solum accusando, sed etiam causam dicendo fatigauit inimicos. simultates nimio plures & exercuerunt eum, & ipse exercuit eas. nec facile dixeris, utrum magis prefferit cum nobilitas, an ille agitauerit nobilitatem. Asperi proculdubio animi, & linguæ acerbæ, & immodice liberæ fuit: sed inuicti cupiditatibus animi, & rigidæ innocentia, contemptor gratiæ, diuitiarum: in parsimonia, in patientia laboris periculique, ferrei propè corporis animiq;: quem ne senectus quidem, quæ soluit omnia, fregerit: qui sextum & octogesimum annum agens causam dixerit, ipse pro se orauerit, scripseritq;: nonagesimo anno Sergium Galbam ad populi adduxerit iudiciu. Hunc, sicut omni uita, ita tum perentem premebat nobilitas: consenserantq; præter L. Flaccum, qui collega in consulatu fuerat, candidati omnes ad deiciendum honore: non solum ut ipsi potius adipiscerentur, nec quia indignabantur nouum hominem censorem uidere: sed etiam quod tristem censuram, periculoq; famq;

famę multorū famę & ab læso à plerisq; & lædendi cupido expectabant. etenim tum quoq; minitabundus petebat, refragari sibi qui liberam & fortem censuram timerent, criminando. & simul L. Valerio suffragabatur: illo uno collega castigare se noua flagitia, & prisca mores reuocare posse. His accensū homines, aduersa nobilitate non M. Porcium modo cenforem fecerunt, sed etiam collegam ei L. Valerium Flaccum adiecerunt. Secundum comitia censorum coss. prætoresq; in prouincias profecti sunt: præter Q. Næuium, quem quatuor non minus menses, priusquam in Sardiniam iret, quæstiones ueneficij, quarum magnā partem extra urbem per municipia conciliabulaq; habuit, quia ita aptius uisum erat, tenuerunt. Si Antiati Valerio credere libet, ad duo hominum millia damnauit. Et L. Posthumius Pr. cui Tarentū prouincia euenerat, magnas pastorum coniurationes uindicauit, & reliquias bacchanalium quæstionis cum omni executus est cura. multos, qui aut citati non affuerāt, aut uades deseruerant in ea regione Italiæ latentes, partim noxios iudicauit, partim comprehensos Romam ad senatum misit. in carcerem omnes à P. Cornelio coniecti sunt. In Hispania ulteriore, fractis proximo bello Lusitanis, quietę res fuerunt. In citeriore A. Terentius in Suesetanis oppidū Corbionem uincis & operibus expugnauit, captiuos uendidit. quieta deinde hyberna & citerior prouincia habuit. Veteres Præ. C. Calpurnius Piso, & L. Quintius Romam redierunt: utriq; magno patrum consensu triumphus est decretus. prior C. Calpurnius de Lusitanis & Celtiberis triumphauit. coronas aureas tulit LXXXIII: & duodecim M pondo argenti. paucos post dies L. Quintius Crispinus ex iisdem Lusitanis Celtiberisq; triumphauit. tantūdem auti atq; argenti in eo triumpho translatum. Censores M. Porcius & L. Valerius metu mista expectatione senatum legerunt. septem mouerunt senatu: ex quibus unum insignē & nobilitate & honoribus, L. Quintium Flamininum consularem. Patrum memoria institutum fertur, ut censores motis è senatu ascriberent notas. Catonis & aliæ quidem acerbæ orationes extant in eos, quos aut senatorio loco mouit, aut quibus equos ademit. longe grauiſſima in L. Quintium oratio est. qua si accusator ante notā, non censor post notā usus esset, retinere Quintium in senatu ne frater quidē T. Quintius, si tum censor esset, potuisset. Inter cætera obiecit ei Philippum Pœnum, carum ac nobile scortum ab Roma in Galliam prouinciam spe ingentium donorum perductum. eum puerum, per lasciuiam cum cauillaretur, exprobrare consuli per sæpe solitum, quod sub ipsum spectaculum gladiatorum abductus ab Roma esset, ut obsequium amatori iactaret. forte epulantibus ijs, cum iam uino incaluissent, nuntiatum in conuiuio esse, nobilem Boium cum liberis transfugam uenisse. conuenire eos. uelle, ut ab eo fidem præſens acciperet. introductum in tabernaculum per interpretem alloqui eos. cœpisse. inter cuius sermonem Quintius scorto, uis tu, inquit, quoniam gladiatorium spectaculum reliquisti, iam hunc Gallum morientem aspicere? & cum is uixdum serio annuisset, ad nutum scortii eos. stricto gladio, qui super caput pendeat, loquenti Gallo caput primum percussisse, deinde fugienti, fidemq; PR atq; eorum qui aderant imploranti, latus transfodisse. Valerius Antiās, ut qui nec Catonis orationem legisset, & fabulæ tantum sine autore editæ credidisset: aliud argumentum, simile tamen & libidine & crudelitate peragit. Placentiæ famosam mulierem, cuius amore deperiret, in conuiuium accersitam scribit. ibi iactantem sese scorto inter cætera retulisse, quàm acriter quæstiones exercuisset, & quàm multos capitis damnatos in uinculis haberet, quos securi percussurus esset. tum illam infra eum accubantem negasse unquam uidisse quenquam securi ferientem, & peruelle id uidere. hic indulgentem amatore unum ex illis miseris attrahi iussum securi percussisse. Facinus siue eo modo, quo censor obiecit, siue ut Valerius tradit, commissum est, sæuum atq; atrox: inter pocula atq; epulas, ubi libare dijs dapēs, ubi bene precari mos esset, ad spectaculum scorti procacis, in sinu eos. recubantis, mactatam humanam uictimā esse, & cruore mensam resperſam. In extrema oratione Catonis conditio Quintio fertur, ut si id factū negaret, cæteraq; quæ obiecisset, sponsione defenderet sese: sin fateretur, ignominianē sua quenquam doliturum censeret, cum ipse uino & uenere amens, sanguine hominis in cōuiuio lussisset? In equitatu recognoscendo L. Scipioni Asiatico ademptus equus. in censibus quoq; accipiendis tristis & aspera in omnes ordines censura fuit. orna-

menta & uestem muliebrem & uehicula, quæ pluris quàm quindecim millium æris essent, in censum referre uiatores iussi. item mancipia minora annis x x, quæ post proximū lustrum x millibus æris aut eo pluris uenissent, uti ea quoq; decem, tanto pluris quàm quanti essent, æstimarentur, & his rebus omnibus terni in millia æris attribuerentur. aquam publicam omnem in priuatum ædificium aut agrum fluentem ademerunt. & quæ in loca publica inædificata, immolitaue priuati habebant, intra dies x x x demoliti sunt. opera deinde faciēda ex pecunia in eam rem decreta, lacus sternendos lapide, detergendasq; quæ opus esset cloacas, in Auentino & in alijs partibus, quæ nondum erant, faciendas locauerunt. & separatim Flaccus molem ad Neptunias aquas, ut iter populo esset, & uiam per Formianum montē. Cato atria duo, Mænium & Titium in latomijs, & quatuor tabernas in publicum emit: basilicamq; ibi fecit, quæ Porcia appellata est. & uestigalia summis pretijs, ultro tributa infimis locauerunt. Quas locationes cum senatus precibus & lachrymis publicanorum uictus induci, & de integro locari iussisset: censores edicto summotis ab hasta, qui iudicati priorē locationem erant: omnia eadem paulum imminutis pretijs locauerunt. Nobilis censura fuit, simulatarumq; plena: quæ M. Porcium, cui acerbitas ea assignabatur, per omnem uitam exercuerunt. Eodem anno coloniæ duæ, Pollentia in Picenum, Pisaurum in Gallicum agrum deductæ sunt. fena iugera in singulos data. diuiserunt agrum coloniasq; deduxerunt iisdem triumuiiri, Q. Fabius Labeo, & M. & Q. Fuluij, Flaccus & Nobilior. c o s s. eius anni nec domi, nec militiæ memorabile quicquam egerunt. in insequentem annum creauerunt c o s s. M. Claudium Marcellum, Q. Fabium Labeonem. M. Claudius, Q. Fabius idibus Martijs, quo die cōsulatam inierunt: de prouincijs suis prætorumq; retulerūt. Prr. creati erant, C. Valerius flamen Dialis, qui & priore anno petierat: & Sp. Posthumius Albinus, & P. Cornelius Sifenna, L. Puppius, L. Iulius, Cn. Sicinius. Consulibus Ligures cum iisdē exercitibus, quos P. Claudius, & M. Porcius habuerant, prouincia decreta est. Hispaniæ extra sortē prioris anni prætoribus cum suis exercitibus seruata. Prr. ita sortiri iussi: uti flamine Diali utiq; altera iuris dicendi Romæ prouincia esset. peregrinam est sortitus. Sifennæ Cornelio urbana, Sp. Posthumio Sicilia, L. Puppio Apulia, L. Iulio Gallia, Cn. Sicinio Sardinia euēnit. L. Iulius proficisci mature est iussus. Galli transalpini per saltus ignotæ antea uiæ (ut ante dictum est) in Italiam transgressi, oppidum in agro, qui nunc Aquileiensis est, ædificabant. id eos ut prohiberet, quoad eius sine bello posset, prætori mandatum est. si armis prohibendi essent, c o s s. certiores faceret. ex his placere alterum aduersus Gallos ducere legiones. Extremo prioris anni comitia auguris creādi habita erant. in demortui Cn. Corneliij Lentuli locum creatus erat Sp. Posthumius Albinus.

Huius principio anni P. Licinius Crassus P O N T. M A X. mortuus est: in cuius locum M. Sempronius Tuditanus pontifex est cooptatus. P O N T. M A X. est creatus C. Seruilius Geminus. P. Licinij funeris causa uisceratio data, & gladiatores c x x pugnaverunt. & ludi funebres per triduum facti: post ludos epulum. in quo, cum toto foro strata tridinia essent: tempestas cum magnis procellis coorta coegit plerosq; tabernacula statuere in foro. eadem paulo post, cum undiq; conferenasset, sublata. defunctosq; uulgo ferebant, quod inter fatalia uates cecinissent, necesse esse tabernacula in foro statui. Hac religione leuatis altera iniecta, quod sanguine per biduū pluisset in arca Vulcani: & per decemuiros supplicatio indicta erat eius prodigij expiandi causa. Priusquam c o s s. in prouincias proficiscerentur, legationes transmarinas in senatum introduxerunt. nec unquam ante tantum regionis eius hominum Romæ fuerat. nam ex quo fama per gentes, quæ Macedoniam accolūt, uulgata est, crimina quærimoniasq; de Philippo non negligenter ab Romanis audiri, multis operæpretiū fuisse queri, pro se queq; ciuitates gentesq; singuli etiam priuatim (grauis enim accola omnibus erat) Romam aut ad spem leuandæ iniuriæ, aut ad deflendæ solatium uenerunt. Et ab Eumene rege legatio cum fratre eius Athenæo uenit ad querendū, simul quod non deducerētur ex Thracia præsidia: simul quod in Bithyniam Prusiæ bellū aduersus Eumenem gerenti auxilia missa forent.

Respondendum ad omnia iuueni tum admodū Demetrio erat: cum haud facile esset, aut ea quæ obijcerentur, aut quæ aduersus ea dicenda erant, memoria complecti. nec enim multa
solum

solum, sed etiam pleraque oppido quam parua erant: de controuersia finium, de hominibus rap-
tis, pecoribusque abactis, de iure aut dicto per libidinem, aut non dicto, de rebus per uim aut
per gratiam iudicatis. nihil horum neque Demetrium docere dilucide, nec se satis liquido disce-
re ab eo senatus cum cerneret posse: simul & tyrocinio & perturbatione iuuenis moueretur,
quæri iussit ab eo: ecquem de his rebus commentarium à patre accepisset? cum respondisset,
accepisse se, nihil prius nec potius uisum est, quam regis ipsius de singulis responsa accipere.
librum extemplo poposcerunt: deinde ut ipse recitaret, permiserunt. Erant autem de rebus sin-
gulis in breue coactæ causæ: ut alia fecisse se secundum decreta legatorum doceret: alia non per
se stetit quo minus faceret, sed per eos ipsos, qui accusarent. interposuerat & querelas de ini-
quitate decretorum, & quam non ex æquo disceptatum apud Cæcilium foret: indignèque sibi, nec
ullo suo merito insultatum ab omnibus esset. Has notas iritati eius animi collegit senatus. cæ-
terum alia excusanti iuueni, alia recipienti futura ita, ut maxime uellet senatus, responderi pla-
cuit: Nihil patrem eius neque rectius, nec magis quod ex uoluntate senatus esset, fecisse, quam
quod, utcumque ea gesta essent, per Demetrium filium satis fieri uoluisset Romanis. multa & dissim-
ulare & obliuisci & pati præterita senatum posse, & credere etiam Demetrio credendum esse.
obsidem enim se animum eius habere: & si patri corpus reddiderit, & scire, quantum salua in pa-
trem pietate possit, amicum eum per R. esse. honorisque eius causa missuros in Macedoniam lega-
tos: ut si quid minus factum sit, quam debuerit, tum quoque sine piaculo rerum prætermissarum
fiat. uelle etiam sentire Philippum, integra omnia sibi cum per R. Demetrii filii beneficio esse.

Hæc quæ augendæ amplitudinis eius causa facta erant: extemplo in inuidiam, mox etiam
in perniciem adolescenti uerterunt. Lacedæmonij deinde introducti sunt. Multæ & paruæ
disceptationes iactabantur. sed quæ maxime rem continerent, erant: utrum restituerentur,
quos Achæi damnauerant, nec ne: inique, an iure occidissent, quos occiderant. uertebatur &
utrum manerent in Achaico concilio Lacedæmonij, an ut ante fuerat, secretum eius unius in
Peloponneso ciuitatis ius esset. Restitui, iudiciaque facta tolli placuit: Lacedæmonem manere
in Achaico concilio: scribique id decretum, & consignari à Lacedæmonijs & Achæis. Legatus
in Macedoniam Q. Marcius est missus, iussus idem in Peloponneso sociorum res aspicere. nam
ibi quoque & ex ueteribus discordijs residui motus erant: & Messenij descuerant à concilio A-
chaico. cuius belli & causas & ordinem si expromere uelim, immemor sim propositi, quo sta-
tui non ultra attingere externa, nisi quæ Romanis cohærent rebus. Euentus memorabilis
est: quod cum bello superiores essent Achæi, Philopœmen Prætorum capitur ad præoccupan-
dam Coronem, quam hostes petebant: in ualle iniqua cum equitibus paucis oppressus. Ipsum
potuisse effugere Thracum Cretensiumque auxilio tradunt. sed pudor relinquendi equites no-
bilissimos gentis, ab ipso nuper lectos, tenuit. quibus dum locum ad euadendas angustias co-
gendo ipse agmen præbet, sustinens impetus hostium: prolapsus equo, & suo ipse casu, & one-
re equi super eum ruentis haud multum abfuit quin exanimaretur, septuaginta annos iam na-
tus, & diutino morbo, ex quo tum primum reficiebatur, uiribus admodum attenuatis. Iacen-
tem hostes superflui oppresserunt. cognitumque primum à uerecundia memoriaque meritorum
haud secus quam ducem suum attollunt reficiuntque, & ex ualle deuia in uiam portat: uix sibi met-
ipsi præ necopinato gaudio credentes, pars nuntios Messenen præmittunt, debellatum esse: Phi-
lopœmenem captum adduci. Primum adeo incredibilis uisa res, ut non pro uano modo, sed uix
pro sano nuntius audiretur. deinde ut super alium alius idem omnes affirmantes ueniebant: tan-
dem facta fides. & priusquam appropinquare urbi satis scirent, ad spectaculum omnes simul libe-
ri ac serui, pueri quoque cum foeminis effunduntur. itaque clauserat portam turba: dum pro se quisque,
nisi ipse oculis suis credidisset, uix pro cõperto tantam rem habiturus uideretur. Ægre summo
uentes obuios intrare portam, qui adducebant Philopœmenem, potuerunt: atque turba cõferta
iter reliquum clauserat. & cum pars maxima exclusa à spectaculo esset: theatrum repente, quod
uiæ propinquum erat, cõpleuerunt: & ut eò in conspectum populi adduceretur, una uoce om-
nes exposcebant. Magistratus & principes ueriti ne quæ motum misericordia præsentis tanti
uiri faceret, cum alios uerecundia pristina maiestatis collata præsentis fortunæ, alios recordatio

ingentium meritorū motura esset,procul in conspectu cum statuerunt:deinde raptim ex otu-
lis hominum abstraxerunt:Pr. Dinocrate dicente,esse quæ pertinentia ad summam belli per-
cunctari cum magistratus uellent.inde adducto eo in curiam,& senatu uocato,consultari cœ-
ptum.Iam inuesperascebat,& non modo cætera, sed ne in proximam quidem noctem ubi sa-
tis tuto custodiretur,expediabant.obstupuerant ad magnitudinem pristinae eius fortunæ uir-
tutisq;:& neq; ipsi domum recipere custodiendum audebant, nec cuiquam uni custodiã eius
satis credebãt.admonent deinde quidam,esse thesaurum publicum sub terra, saxo quadrato
septum.cò uinctus demittitur,& saxum ingens, quo operitur, machina superimpositum est.
ita loco potius quàm homini cuiquã credendam custodiam rati,lucem insequentem expecta-
uerunt. Postero die multitudo quidem integra,memor pristinorum eius in ciuitatem merito-
rum,parcendum,ac per eum remedia quærenda esse præsentium malorum,consebãt: defecti-
onis autores,quorum in manu Resp.erat,in secreto còsultantes omnes ad necem eius consen-
tiebant: sed utrum maturarent,an differrent, ambigebatur. uicit pars auidior pœnæ:missusq;
qui uenenum ferret. Accepto poculo nihil aliud locutū ferunt,quàm quæsisse,si incolumis Ly-
cortas(is alter imperator Achæorū erat)equitesq; euasissent. posteaq; dictum est incolumes
esse:bene habet,inquit,& poculo impauide exhausto,haud ita multo post expirauit.Nec diu-
turnum mortis eius gaudium autoribus crudelitatis fuit. uicta nanq; Messene bello exposcen-
tibus Achæis noxios dedit,ossaq; reddita Philopœmenis sunt:& sepultus ab uniuerso Achæ-
ico est concilio,adeo omnibus humanis congestis honoribus,ut ne diuinis quidem abstinere-
tur.Ab scriptoribus rerum Græcis Latinisq; tantum huic uiro tribuitur, ut à quibusdã eorum
uelut ad insignem notam huius anni memoriæ mandatum sit: tres claros imperatores eo an-
no decessisse,Philopœmenem,Annibalem,P.Scipionem.adeo in æquo cum duarum poten-
tissimarum gentiū summis imperatoribus posuerunt. Ad Prusiam regē legatus T.Quintius
Flamininus uenit,quem suspectū Romanis & receptus post fugam Antiochi Annibal,& bel-
lum aduersus Eumenem motum faciebat. ibi seu quia à Flaminino inter cætera obiectū Pru-
siæ erat, hominem omniū qui uiuerent infestissimum P R apud eum esse: qui patriæ suæ pri-
mum,deinde fractis eius opibus Antiocho regi autor belli aduersus P R fuisset: seu quia ipse
Prusias, ut gratificaretur præsentī Flaminino Romanisq;, per se necandi aut tradendi eius in
potestatem consilium cepit:à primo colloquio Flaminini milites extemplo ad domum Anni-
balis custodiendam missi sunt.Semper talem exitum uitæ suæ Annibal prospexerat animo,
& Romanorum inexpiabile odium in se cernens,& fidei regum nihil sanè confisus. Prusiæ ue-
ro leuitatem etiam expertus erat.Flaminini quoq; aduentum uelut fatalem sibi horruerat. ad
omnia undiq; infesta ut iter semper aliquot præparatum fugæ haberet, septem exitus è do-
mo fecerat:& ex ijs quosdam occultos,ne custodia sepirentur. sed graue imperium regum ni-
hil inexploratum,quod uestigari uolunt, efficit.totius circuitum domus ita custodijs comple-
xi sunt:ut nemo inde elabi posset. Annibal,posteaquam est nuntiatum milites regios in ue-
stibulo esse:postico, quod deuium maxime atq; occultissimi exitus erat, fugere conatus, ut id
quoq; occursum militum obseptum sensit, & omnia circa clausa custodijs dispositis esse: uene-
num,quod multo ante præparatum ad tales habebat casus,poposcit. Liberemus,inquit,diu-
turna cura P R, quando mortem senis expectare longum censent.nec magnam,nec memora-
bilem ex inermi proditoq; Flamininus uictoriam feret. mores quidem P R quantum muta-
uerit,uel hic dies argumento erit.horum patres Pyrrho regi hosti armato exercitum in Italia
habenti,ut à ueneno caueret,prædixerunt: hi legatum consularem,qui autor esset Prusiæ per
scelus occidendi hospitis,miserunt.Execratus deinde in caput regnumq; Prusiæ, & hospitaes
deos uiolatae ab eo fidei testes inuocans,poculum exhaustit. Hic uitæ exitus fuit Annibalis.
Scipionem & Polybius & Rutilius hoc anno mortuum scribunt. Ego neq; his,neq; Valerio
assentior:his,quod censoribus M.Porcio,L.Valerio principē senatus ipsum L.Valerium cen-
sorem lectum inuenio,cum superioribus duobus lustris Africanus fuisset:quo uiuo, nisi ut ille
senatu moueretur,quam notam nemo memoriæ prodidit,alius princeps in locum eius lectus
non esset.Antiatem autorem refellit tribunus plebis M.Næuius:aduersus quem oratio inscri-
pta P. Africani

pra P. Africani est. Hic Næuius in magistratum libris est tribunus pl. P. Claudio, L. Porcio
 c o s s. sed iniit tribunatum Appio Claudio, M. Sempronio c o s s. ad quartum idus Decem/
 bres. inde tres menses ad idus Martias sunt: quibus P. Claudius, L. Porcius consulatum inie/
 runt. ita & uixisse in tribunatu Næuij uidetur: diesq; ei dici ab eo potuisse: decessisse autem an/
 te L. Valerij & M. Porcij censuram. Trium clarissimorum suæ cuiusq; gentis uirorum non
 magis tempore congruente comparabilis mors uidetur esse, quàm quod nemo eorum satis
 dignum splendore uitæ exitum habuit. iam primum omnes non in patrio solo mortui, nec se/
 pulti sunt. ueneno absumpti Annibal & Philopœmen: exul Annibal proditus ab hospite: cap/
 tus Philopœmen in carcere & in uinculis expirauit. Scipio, & si non exul, neq; damnatus, die
 tamen dicta, ad quam non affuerat, reus absens citatus uoluntarium non sibi metipse solum,
 sed etiam funeri suo exilium indixit. Dum ea in Peloponneso, à quibus diuertit oratio, ge/
 runtur: reditus in Macedoniam Demetrii legatorumq; aliter aliorum affecerat animos. uul/
 gus Macedonum, quos belli ab Romanis imminentis metus terruerat, Demetrium ut pacis
 autorem cum ingenti fauore conspiciebant: simul & spe haud dubia regnum ei post mortem
 patris destinabant. nam & si minor ætate, quàm Perseus esset: hunc tamen iusta matrefamili/
 as, illum pellice ortum esse. illum, ut ex uulgato corpore genitū, nullam certi patris notam ha/
 bere: hunc insignem Philippi similitudinem præ se ferre. ad hoc, Romanos Demetrium in pa/
 terno solio locaturos: Persei nullam apud eos gratiam esse. Hæc uulgo loquebantur. itaq; &
 Persea cura angebat, ne parum pro se una ætas ualeret, cum omnibus alijs rebus frater supe/
 rior esset: & Philippus ipse, uix sui arbitrij fore quem hæredem regni relinqueret credens, sibi
 quoq; grauiorem esse quàm uellet, minorem filium censebat. offendebatur interdum concur/
 su Macedonum ad eum: & altera iam se uiuo regiam esse indignabatur. Et ipse iuuenis haud
 dubie inflator redierat, subnixus erga se iudicjs senatus, concessisq; sibi, quæ patri negata
 essent. & omnis mentio Romanorum quantam dignitatem ei apud cæteros Macedonas, tan/
 tam inuidiam non apud fratrem modo, sed etiam apud patrem cõciliabat: utiq; posteaquam
 alijs legati Romani uenerunt, & cogebatur decedere Thracia, præsidiaq; deducere, & alia aut
 ex decreto priorum legatorum, aut ex noua constitutione senatus facere. sed omnia mœrens
 quidem & gemens, eo magis, quod filium frequentiore propè cum illis, quàm secum cerne/
 bat: obediēter tamen aduersus Romanos faciebat, ne quam mouendi extemplo belli causam
 præberet. auertendos etiam animos à suspicione talium consiliorum ratus, mediam in Thra/
 ciam, exercitum in Odrysas & Dentheletas & Bessos duxit. Philippopolin urbem fuga deser/
 tam oppidanorum, qui in proxima montium iuga cum familijs receperant sese, cepit: campe/
 stresq; barbaros, depopulatus agros eorum, in deditionem accepit. relicto inde ad Philippo/
 polin præsidio, quod haud multo post ab Odrysis expulsus est, oppidum in Derriopo con/
 dere instituit. Pæoniæ ea regio est prope Erigonum fluuium, qui ex Illyrico per Pæoniam
 fluens in Axium amnem editur. Haud procul Stobis, uetere urbe, nouam urbem Perseida,
 ut is filio maiori haberetur honos, appellari iussit. Dum hæc in Macedonia geruntur, c o s s.
 in prouincias profecti. Marcellus nuntiu præmisit ad L. Porcium proconsulem, ut ad nouum
 Gallorum oppidum legiones admoueret. aduenienti consuli Galli sese dederunt. duodecim
 millia armatorum erant. pleriq; arma ex agris rapta habebant. ea ægre patientibus rjs adem/
 pta, quæq; alia aut populantes agros rapuerant, aut secum attulerant. de his rebus qui quere/
 rentur, legatos Romam miserunt. Introducti in senatum à C. Valerio Pr. exposuerunt: se, su/
 perante in Gallia multitudine, inopia coactos agri & egestate, ad quærendam sedem Alpes
 transgressos: quæ inculta per solitudines uiderent, ibi sine ullius iniuria confedisse. oppidum
 quoq; ædificare cœpisse: quod indicium esset, nec agro nec urbi ulli uim allaturos uenisse. nu/
 per M. Claudium ad se nuntium misisse: bellum se cum rjs, ni dederetur, gesturum. se certam,
 & si non speciosam pacem, quàm incerta belli præoptantes, dedisse se prius in fidem, quàm in
 potestatem populi Romani. post paucos dies iussos & agro & urbe decedere, sese tacitos abi/
 re quò terrarum possent, in animo habuisse. arma deinde sibi, & postremo omnia alia quæ
 ferrent agerent ue, adempta. orare se s p q r ne in se innoxios deditos acerbius quàm in ho/
 r

stes fauissent. Huic orationi senatus ita responderi iussit. Neq; illos recte fecisse, cum in Italiam uenerint, oppidumq; in alieno agro nullius Romani magistratus, qui ei prouinciæ præesset, permissu ædificare conati sint: neq; senatui placere deditos spoliari. itaq; se cum ijs legatos ad coss. missuros: qui, si redeant, unde uenerint, omnia ijs sua reddi iubeant: quiq; protinus eant trans Alpes, & denuntient Gallicis populis: multitudinem suam domi contineant. Alpes propè inexuperabilem finem in medio esse, non utiq; ijs melius fore, qui eas primi peruias fecissent. Legati missi L. Furius Purpurio, Q. Minucius, L. Manlius Acidinus. Galli reditis omnibus, quæ sine cuiusquã iniuria habebant, Italia excesserunt. Legatis Romanis transalpini populi benigne responderunt. seniores eorum nimiam lenitatem populi Romani castigarunt: quod eos homines, qui gentis iniussu profecti occupare agrum imperij Romani, & in alieno solo ædificare oppidum conati sunt, impunitos dimiserint. debuisse grauem temeritatis mercedem statui. quod uero etiam sua reddiderint: uereri ne tanta indulgentia plures ad talia audenda impellantur. Et exceperunt & prosecuti cum donis legatos sunt. M. Claudius coss. Gallis ex prouincia exactis, Istrium bellum moliri cœpit: literis ad senatum missis, ut sibi in Istriam traducere legiones liceret. Id senatui placuit. Illud agitabant, uti colonia Aquileia deduceretur. nec satis constabat, utrum Latinam, an ciuium Romanorum deduci placeret. Postremo Latinam potius coloniam deducendam patres censuerunt. triumuii creati sunt P. Scipio Nasica, C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Eodem anno Mutina & Parma coloniarum Romanorum ciuium sunt deductæ. bina millia hominum in agro, qui proxime Boiorum, ante Tuscorum fuerat, octona iugera Parmæ, quina Mutinæ acceperunt. deduxerunt triumuii M. Æmylius Lepidus, T. Ebutius Carus, L. Quintius Crispinus. Et Saturnia colonia ciuium Romanorum in agrum Caletranum est deducta. deduxerunt triumuii Q. Fabius Labeo, C. Afranius Stellio, Tib. Sempronius Gracchus. iugera in singulos data decem. Eodem anno A. Terentius propr. haud procul flumine Ibero in agro Ausetano, & prælia secunda cum Celtiberis fecit: & oppida, quæ ibi communierant, aliquot expugnauit. Citerior Hispania eo anno in pace fuit: quia & P. Sempronius propr. diutino morbo est implicitus, & nullo lassente, peropportune quieuerunt Lusitani. Nec in Liguribus memorabile quicquã à Q. Fabio coss. gestum. M. Marcellus ex Istria reuocatus, exercitu dimisso Romam comitiorum causa redijt. creauit coss. Cn. Bebius Pamphilum, & L. Æmylium Paulum. Cum M. Æmylio Lepido hic ædilis curulis fuerat. à quo consule quintus annus erat: cum is ipse Lepidus post duas repulsas coss. factus esset. Prr. inde facti Q. Fuluius Flaccus, M. Valerius Leuinus, P. Manlius iterum, M. Ogulnius Gallus, L. Cæcilius Dentrix, C. Terentius Istra. Supplicatio extremo anno fuit prodigiorum causa: quod sanguinem per biduũ pluuisse in area Concordiæ satis credebant: nuntiatumq; erat, haud procul Sicilia insulam, quæ non ante fuerat, nouam editam è mari esse. Annibalem hoc anno Antiàs Valerius decessisse autor est: legatis ad eam rem ad Prusiam missis præter T. Quintium Flaminium, cuius in ea re celebre est nomen: L. Scipione Asiatico, & P. Scipione Nasica.

D E C A D I S Q V A R T A E L I B E R D E C I M V S



PRINCIPIO insequentis anni coss. prætoresq; sortiti prouincias sunt. consulibus nulla præter Ligures, quæ decerneretur erat. Iurisdicção urbana M. Ogulnio Gallo, inter peregrinos M. Valerio euēnit. Hispaniarum Q. Fuluius Flacco citerior, P. Manlio ulterior, L. Cæcilio Dentrici Sicilia, C. Terentio Istræ Sardinia. coss. delectus habere iussi. Q. Fabius ex Liguribus scripserat: Apuanos ad rebellionem spectare, periculumq; esse, ne impetũ in agrum Pisanũ facerēt. Et ex Hispanijs citeriorē in armis esse, & cum Celtiberis bellari sciebāt: in ulteriore, quia diu æger Pr. esset, luxuria & otio solutam disciplinam militarem esse. Ob ea novos exercitus cōscribi placuit. quatuor legiones in Ligures: uti singulæ quina millia, & ducenos pedites, trecenos haberent equites: sociorũ iisdem Latini nominis xv millia peditem addita, & octingenti equites. hi duo consulares exercitus essent. scribere

scribere præterea iussi septem millia peditum sociorum ac Latini nominis, & quadringentos equites, & mittere ad M. Marcellum in Galliam: cui ex consulatu prorogatum imperium erat. in Hispaniam etiam utranq; quæ ducerentur, quatuor millia peditum civiū Romanorum, & c c equites, & sociorum septem millia peditum cum c c c equitibus scribi iussa. & Q. Fabio Labeoni cum exercitu, quem habebat in Liguribus, prorogatū in annū imperium est. Ver procellosum eo anno fuit. pridie parilia medio ferme die atrox cum vento tempestas coorta, multis sacris profanisq; locis stragem fecit. signa ænea in Capitolio deiecit: forem ex æde Luvæ, quæ in Aventino est, raptam tulit, & in posticis partibus Cereris templi affixit: signa alia in Circo maximo cum columnis, quibus superstabant, cuertit: fastigia aliquot templorum à culminibus abrupta fœde dissipavit. itaq; in prodigium uersa ea tempestas, procurariq; aruspices iusserunt. simul procuratum est, quod tripodem mulum Reate natum nuntiatum erat: & à Formijs ædem Apollinis ac Caietæ de cælo tactam. ob ea prodigia x x hostijs maioribus sacrificatum est, & diem unum supplicatio fuit. Per eisdem dies ex literis A. Terentij proprætoris cognitum: P. Sempronium in ulteriore prouincia, cum plus annum æger fuisset, mortuum esse. eo maturius in Hispaniam Prr. iussi proficisci. Legationes transmarinæ deinde in senatum introductæ sunt. prima Eumenis & Pharnacis regum, & Rhodiorum querentium de Sinopensium clade. Philippi quoq; legati & Achæorum & Lacedæmoniorum sub idem tempus uenerunt. nis prius Marcio audito, qui ad res Græciæ Macedoniæq; uisendas missus erat: responsa data sunt. Asiæ regibus ac Rhodijs responsum est: legatos ad eas res uisendas missurum senatum. De Philippo auxerat curam Marcius. nam ita fecisse eum quæ senatui placuissent, fatebatur, ut facile appareret, nō diutius quàm necesse esset, facturū: neq; obscurum erat, rebellaturū, omniaq; quæ tunc ageret diceretq; eò spectare. Iam primū omnē ferè multitudinem civiū ex maritimis ciuitatibus cum familijs suis in Emathiam, quæ nunc dicitur, quondam appellata Pæonia est, traduxit: Thracibusq; & alijs barbaris urbes tradidit habitandas: fidiora hæc genera hominum fore ratus in Romano bello. Ingentem ea res fremitum in tota Macedonia fecit. relinquentesq; penates suos cum coniugibus ac liberis pauci tacitū dolorem continebant: execrationesq; in agminibus proficiscentium in regem, uincente odio metum, exaudiebātur. His ferox animus omnes homines, omnia loca temporaq; suspecta habebat. postremo negare propalām cœpit, satis tutum sibi quicquam esse: nisi liberos eorum, quos interfecisset, cōprehensos in custodia haberet, & tempore alium alio tolleret. Eam crudelitatem fœdam per se, fœdiorem unius domus clades fecit. Herodicum principem Thessalorū multis ante annis occiderat. generos quoq; eius postea interfecit. in uiduitate relictæ filiæ, singulos filios paruos habētes. Theoxena & Archo nomina his mulieribus erant. Theoxena multis per tentibus aspernata nuptias est. Archo Poridi cuidam longe principi gentis Ænianū nupsit, & apud eum plures enixa partus, paruus admodū relictis omnibus, decessit. Theoxena, ut in suis manibus liberi sororis educarentur, Poridi nupsit: & tanq; omne ipsa enixa foret, suum sororisq; filios in eadem habebat cura. posteaq; regis edictum de cōprehendendis liberis eorum, qui interfecti essent, accepit: ludibrio futuros non regis modo, sed custodū etiam libidinis rata, ad rem atrocem animū adiecit. ausaq; est dicere, se sua manu potius omnes interfecturam, quàm in potestate Philippi uenirent. Poris abominatus mentionē tam fœdi facinoris, Athenas deportaturū eos ad fidos hospites dixit, comitemq; ipsum fugę futurum esse. Proficiscuntur ab Thessalonica Æniam ad statum sacrificiū: quod conditori Æneæ cum magna cerimonia quotannis faciunt. ibi die per solennes epulas cōsumpto, nauem præparatam à Poride sorpitis omnibus de tertiā uigilia conscendunt, tanquā redituri in Thessalonicam. sed trajicere in Eubœam erat propositum. cæterum in aduersum uentum nequicquam eos tendentes prope terram lux oppressit. & regij, qui præerant custodiæ portus, lembum armatum ad pertrahendam eam nauim miserunt, cum graui edicto, ne reuertretur sine ea. Cum iam appropinquabant, Poris quidem ad hortationem remigum nautarumq; intentus erat: interdum manus ad cælum tendens, opem ut dij ferrent, orabat. ferox interim fœmina ad multo ante præcogitatum reuoluta facinus, uenenū diluit, ferrumq; promit. & posito in conspectu poculo, strictisq; gladijs

gladijs, mors, inquit, una uindicta est. uia ad mortem hæ sunt. qua quæq; animus fert; effugite superbiam regiam. agite iuuenes mei primum qui maiores estis, capite ferrum: aut haurite poculum, si segnior mors iuuat. Et hostes aderant, & autor mortis instabat. alij alio leto absumpti semianimes è naue præcipitantur. ipsa deinde uirum comitem mortis complexa in mare sese deiecit. naue uacua dominis regni potiti sunt. Huius atrocitas facinoris nouam uelut flammam regis inuidiæ adiecit, ut uulgo ipsum liberosq; eius execrarentur. quæ diræ breui ab omnibus dijs exaudita, ut sciret ipse in suum sanguinem, effecerunt. Perseus enim, cum indies magis cerneret fauorem dignitatemq; Demetrii fratris apud Macedonum multitudinem crescere, & gratiam apud Romanos, sibi spem nullam regni superesse, nisi in scelere ratus; ad id unum omnes cogitationes intendit. cæterum cum se ne ad id quidem, quod muliebri cogitabat animo, satis per se ualidum crederet: singulos amicorum patris tentare sermonibus perplexis institit. & primo quidam ex his, aspernantium tale quicquam speciem præbuerunt, quia plus in Demetrio spei ponebant. deinde crescente indies Philippi odio in Romanos, cui Perseus indulgeret, Demetrius summa ope aduersaretur: prospicientes animo exitum incauti à fraude fraterna iuuenis, adiuuandum quod futurum erat rati, fouendamq; spem potentioris, Perseo se adiungunt. cætera in suum quæq; tempus agenda differunt. in præsentia placet, omni ope in Romanos accendi regem, impelliq; ad consilia belli, ad quæ iam sua sponte animum inclinasset. simul ut Demetrius indies suspectior esset, ex composito sermones ad spem Romanorum trahebant. ibi cum alij mores & instituta eorum, alij res gestas, alij speciem ipsius urbis nondum exornatae neq; publicis neq; priuatis locis, alij singulos principum eluderent, iuuenis incautus & amore nominis Romani, & certamine aduersus fratrem, omnia tuendo suspectum se patri, & opportunum criminibus faciebat. itaq; expertem eum pater omnium de rebus Romanis consiliorum habebat. totus in Persea uersus, cum eo cogitationes eius rei dies ac noctes agitabat. Redierant, quos forte miserat in Bastarnas ad accersenda auxilia: adduxerantq; inde nobiles iuuenes, & regni quosdam generis. quorum unus sororem suam in matrimonium Philippi filio pollicebatur: erexeratq; consociatio gentis eius animum regis. Tum Perseus, quid ista profuerit: inquit. nequaquam tantum in externis auxilijs est præsidij, quantum periculi fraude domestica. proditorem nolo dicere, certe speculatorem habemus in sinu: cuius ex quo obfes Romæ fuit, corpus nobis reddiderunt Romani, animum ipsi habent. omnium penè Macedonum in eum ora conuersa sunt, nec regem se alium habituros aiunt, quam quem Romani dedissent. His per se ægra mens senis stimulabatur, & animo magis quam uultu ea crimina accipiebat. Forte lustrandi exercitus uenit tempus. cuius solenne est tale. Caput mediæ canis præcise, & prior pars ad dexteram cum extis, posterior ad læuam uia ponitur. inter hanc diuisam hostiam copiam armatae traducuntur. præferuntur primo agmini arma insignia omnium ab ultima origine Macedoniae regum, deinde rex ipse cum liberis sequitur. proxima est regia cohors, custodesq; corporis: postremum agmen Macedonum cætera multitudine claudit. latera regis duo filij iuuenes cingebant, Perseus iam tricesimum annum agens, Demetrius quinquennio minor, medio iuuentæ robore ille, hic flore: fortunati patris matura soboles, si mens sana fuisset. Mos erat lustrationis, sacro peracto exercitum decurrere, & diuisas bifariam duas acies concurrere ad simulachrum pugnae regni iuuenes duces ei ludicro certamini dati. cæterum non imago fuit pugnae. sed tanquam de regno dimicaretur, ita concurrerunt: multaq; uulnera sudibus facta: nec præter ferrum quicquam defuit ad iustam belli speciem. Pars ea quæ sub Demetrio erat, longe superior fuit. id ægre patiente Perseo, lætari prudentes amici eius, eamq; rem ipsam dicere præbituram causam criminandi iuuenis. Conuiuium eo die sodalium, qui simul decurrerant, uterq; habuit: cum uocatus ad cenam ab Demetrio Perseus negasset. festo die inuitatio benigna, & hilaritas iuuenilis utrosq; in uinum traxit. commemoratio ibi certaminis ludicri, & iocosa dicta in aduersarios, ita ut ne ipsis quidem ducibus abstinere, iactabantur. ad has excipiendas uoces speculator ex conuiuio Persei missus cum incautior obuersaretur, exceptus à iuuenibus forte triclinio egressis male mulctatur. Huius rei ignarus Demetrius, quin comessaturum, inquit, ad fratrem imus: & iram eius, si qua ex certamine residet, simplicitate & hilaritate

& hilaritate nostra lenimus: omnes se ire conclamarunt, præter eos, qui speculatoris ab se pulsati præsentem ultionem metuebant. cum eos quoque Demetrius traheret: ferrum ueste abdidit, quo se tutari, si qua uis fieret, possent. Nihil occulti esse in intestina discordia potest. utraq; domus speculatorum & proditorum plena erat. præcucurrit index ad Persea, ferro succinctos nuntians cum Demetrio quatuor adolescentes uenire. & si causa apparebat: (nam ab his pulsatum conuiuium suum audierat) tamen infamandæ rei causa ianuam obserari iubet: & ex parte superiore ædium, uersisque in uiam fenestris, comessatores tanquam ad cædem suam uenientes aditu ianuæ arceat. Demetrius per uinum quod excluderetur paulisper uociferatus, in conuiuium redit, totius rei ignarus. Postero die Perseus quàmprimum cõueniendi potestas patris fuit, regiam ingressus perturbato uultu in conspectu patris tacitus procul constitit. cui cum pater, fatin' saluæ: & quænam ea mœstitia esset: interrogaret eum: deludicro tibi, inquit, uiuere me scio. iam non occultis à fratre petimur insidijs. nocte cum armatis domum ad interficiendum me uenit: clausisque foribus, parietum præsidio me à furore eius sum tutatus. Cum pauorẽ mistum admiratione patri iniecisset: atqui si aures præbere potes, inquit, manifestam rem teneas, faciam. Enimvero se Philippus dicere auditurum, uocariq; extemplo Demetrium iussit: & seniores duos amicos, expertos inter fratres certaminũ, infrequentes iam in regia, Lysimachum & Onomastum accersit, quos in consilio haberet. Dum ueniunt amici, solus, filio procul stante, multa secum animo uolutans inambulauit. posteaquam uenisse eos nuntiatum est, secessit in partem interiorem cum duobus amicis, totidem custodibus corporis. filijs ut ternos inermes secum introduceret, permisit. Ibi cum consedisset: Sedeo, inquit, miserrimus pater iudex inter duos filios, accusatorem parricidij, & reum, aut conficti aut admissi criminis labem apud meos inuenturus. Iam pridem quidem hanc procellã imminentem timebam, cum uultus inter uos minime fraternos cernerem, cum uoces quasdam exaudirem. sed interdum spes animum subibat, deflagrare iras uestras, purgari suspiciones posse. etiam hostes armis positis fœdus icisse, & priuatas multorum simultates finitas. subituram uobis aliquando germanitatis memoriã, puerilis quondam simplicitatis consuetudinisq; inter uos, meorũ deniq; præceptorum: quæ uereor ne uana surdis auribus cecinerim. Quoties ego audientibus uobis detestatus exempla discordiarum fraternarum, horrendos euentus eorum retuli: quibus se stirpemq; suam, domos, regna funditus euertissent: meliora quoq; exempla parte altera posui, sociabilem consortionem inter binos Lacedæmoniorũ reges, salutarem per multa secula ipsi patriæq; eandem ciuitatem, posteaquã mos sibi cuiq; rapiendi tyrannidem, exortus sit, euerfam. iam hos Eumenem Attalumq; fratres à quàm exiguis rebus, propè ut puderet regij nominis: mihi, Antiocho, & cuilibet regum huius ætatis, nulla re magis quàm fraterna unanimitate regnum æquasse. ne Romanis quidem exemplis abstinui, quæ aut uisa, aut audita habebam: T. & L. Quintiorum, qui bellum mecum gesserunt: P. & L. Scipionum, qui Antiochum deuicerunt: patris patriq; eorum, quorum perpetuam uitæ concordiam mors quoq; miscuit. neq; uos illorũ scelus, similisq; sceleri euentus deterrere à uecordi discordia potuit: neq; horum bona mens, bona fortuna, ad sanitatem flectere. Viuo & spirante me hæreditatẽ meam ambo & spe & cupiditate improba creuistis. eousq; me uiuere uultis, donec alterius uestrum superstes, haud ambiguum regem alterum mea morte faciam. nec fratrem, nec patrem potestis pati. nihil cari, nihil sancti est: in omniũ uicem regni unius insatiabilis amor successit. Agite conscelerata aures paternas: decernite criminibus, mox ferro decreturi: dicite palàm, quicquid aut ueri potestis, aut comminisci libet, referatæ aures sunt, quæ posthac secretis alterius ab altero criminibus claudentur. Hæc furens ira cum dixisset, lachrymæ omnibus obortæ, & diu mœstum silentium tenuit. Tum Perseus. Aperienda nimirum nocte ianua fuit, & armati comessatores accipiendi, præbendumq; ferro iugulum: quando nõ creditur nisi perpetratum facinus, & eadem petitus insidijs audio, quæ latro atq; insidiator. non nequicquam isti unum Demetrium filium te habere, me subditum & pellice genitum appellant. nam si gradum, si caritatem filij apud te haberem: non in me querentem deprehensas insidias, sed in cum, qui fecisset, sequeres: nec adeo tibi uilis uita esset nostra, ut nec præterito periculo meo mouereris, neq; futuro

futuro, si insidiantibus sit impune. itaque si mori tacitum oportet, taceamus, precati tantum deos, ut à me coeptum scelus in me finem habeat, nec per meum latus tu petaris. sin autem, quod circumuentis in solitudine natura ipsa subiicit, ut hominum, quos nunquam uiderint, fidem tamen implorent: mihi quoque ferrum in me strictum cernenti uocem mittere liceat: per te, patriumque nomen, quod utri nostrum sanctius sit, iam pridem sentis, ita me audias precor: tanquam si uoce & comploratione nocturna excitus mihi quiritanti interuenisses: Demetrium cum armatis nocte intempesta in uestibulo meo deprehendisses. quod tum uociferarer in re presentis pauidus, hoc nunc postero die queror. Frater, non comessantium in uicem iam diu uiuimus inter nos. regnare utique uis. huic spei tuæ obstat ætas mea, obstat gentium ius, obstat uetustus Macedoniae mos, obstat uero etiam patris iudicium. huc transcendere nisi per meum sanguinem non potes. omnia moliris & tentas. adhuc seu cura mea, seu fortuna restitit parricidio tuo. Hesternam die in lustratione & decursu & simulachro ludicri pugnae funestum prope praelium fecisti. nec me aliud à morte uindicauit, quam quod me ac meos uinci passus sum. ab hostili praelio tanquam fraterno lusu pertrahere me ad cenam uoluisti. Credis me pater inter inermes conuiuas cenaturum fuisse, ad quem armati comessatum uenerunt? credis nihil à gladijs nocte periculum fuisse, quem sudibus te inspectante prope occiderunt? Quid hoc noctis, quid inimicus ad iratum, quid cum ferro succinctis iuuenibus uenis? conuiuam me tibi committere ausus non sum, comessatorem te cum armatis uenientem recipiam? Si aperta ianua fuisset, funus meum parares hoc tempore pater, quo querentem audis. Nihil ego tanquam accusator criminose, nec dubia argumentis colligendo ago. quid enim? negat se cum multitudine uenisse ad ianuam meam? an ferro succinctos secum fuisse? quos nominauero, accersere. possunt quidem omnia audere, qui hoc ausi sunt, non tamen audebunt negare. si deprehensos intra limen meum cum ferro ad te deducerem, pro manifesto haberes: fatentes pro deprehensis habe. Execrere nunc cupiditate regni, & furias fraternas concita. sed ne sint cæcæ pater execrationes tuæ, discerne & dispice insidiatorem & petitem insidij: noxium huic esse caput. qui occisurus fratrem fuit, habeat etiam iratos paternos deos: qui periturus fraterno scelere fuit, per fugium in patris misericordia & iustitia habeat. quod enim aliud confugiam? cui non solenne lustrale exercitus tui, non decursus militum, non domus, non epulæ, non nox ad quietem data naturæ beneficio mortalibus, tuta est? si iero ad fratrem inuitatus, moriendum est. si recepero intra ianuam comessatum fratrem, moriendum est. nec cundo, nec manendo insidias euito. quod me conferam? nihil præter deos pater, & te colui. non Romanos habeo, ad quos confugiam. perisse expetunt, quia tuis iniurijs dolco, quia tibi ademptas tot urbes, tot gentes, modo Thraciæ maritimam oram indignor. nec me, nec te incolumi Macedoniam suam futuram sperant. si me scelus fratris, te senectus absumpserit, aut nec ea quidem expectata fuerit, regem regnumque Macedoniae sua futura sciunt. Si quid extra Macedoniam tibi Romani reliquissent, mihi quoque id relictum crederem receptaculum. At in Macedonibus fatis præsidij est. Vidisti hesternam die impetum in me militum. quid illis defuit, nisi ferrum? quod illis defuit interdum, conuiuæ fratris noctu assumpserunt. Quid de magna parte principum loquar? qui in Romanis spem omnem dignitatis & fortunæ posuerunt, & in eo qui omnia apud Romanos potest. neque Hercule istum mihi tantum fratri maiori, sed prope est ut tibi quoque ipsi regi & patri præferant. iste enim est, cuius beneficio pœnam tibi senatus remisit, qui nunc te ab armis Romanis protegit, qui tuam senectutem obligatam & obnoxiam adolescentiæ suæ esse æquum censet. pro isto Romani stant, pro isto omnes urbes tuo imperio liberatæ, pro isto Macedones, qui pace Romana gaudent. mihi præter te pater, quid usquam aut spei aut præsidij est? Quod spectare illas literas ad te nunc missas T. Quintij credis? quibus & bene te cõsuluisse rebus tuis ait, quod Demetrium Romam miseris, & hortatur, ut iterum & cum pluribus legatis, & primoribus quoque Macedonum remittas eum? T. Quintius nunc est autor omnium rerum isti & magister. eum sibi, te abdicato patre, in locum tuum substituit. illic ante omnia clandestina concocta sunt consilia. quærentur adiutores consilij, cum te plures, & principes Macedonum cum isto mittere iubet. qui hinc integri & synceri Romam eunt, Philippum regem se habere credentes, imbuti

illinc

illinc & infecti Romanis delinimentis redeunt. Demetrius ijs unus omnia est, cum iam regem uiuo patre appellant. Hæc si indignor, audiendum est statim non ab alijs solum, sed etiam à te pater, cupiditatis regni crimen. ego uero, si in medio ponitur, nõ agnosco, quem enim suo loco moueo, ut ipse in eius locum succedat? unus ante me pater est, & ut diu sit, deos rogo, superstes ei ita sim, si merebor ut ipse me esse uelit. hæreditatem regni si pater tradet, accipiam. Cupit regnum, & quidem scelerate cupit, qui transcendere festinat ordinem ætatis, naturæ, moris Macedonum, iuris gentium. Obstat frater maior, ad quem iure, uoluntate etiam patris regnũ pertinet. tollatur. non primus regnum fraterna cæde petiero. pater senex, & filio solus orbatus, de se magis timebit, quàm ut filij necem ulciscatur. Romani lætabuntur, probabunt, defendent factum. Hæc spes incertæ pater, sed non inanes sunt. ita enim res se habet: periculum uitæ propellere à me potes, puniendo eos qui ad me interficiendũ ferrum sumpserunt: si faciõri eorum successerit, mortem meam idem tu persequi non poteris. Posteaquã dicendi finem Perseus fecit, coniecti eorum qui aderant oculi in Demetrium sunt, uelut confestim responsurus esset. deinde diu silentium fuit. Cum perfusum fletu appareret omnibus loqui nõ posse, tandem uicit dolorem ipsa necessitas, cum dicere iuberent. atq; ita orsus est. Omnia quæ reorum antea fuerant auxilia, pater, præoccupauit accusator: Simulatis lachrymis in alterius perniciẽ, ueras meas lachrymas suspectas tibi fecit. cum ipse ex quo ab Roma redij, per occulta cum suis colloquia dies noctesq; insidietur, ultro mihi non insidiatoris modo, sed latronis manifesti & percussoris speciẽ induit. Periculo suo te exterret, ut innoxio fratri per eundem te maturet perniciem. perfugium sibi nusquam gentium esse ait, ut ego ne apud te quidem quicquam spei reliquæ habeam. circumuentum, solum, inopem, inuidia gratiæ externæ, quæ obest potius quàm prodest, onerat. Iam illud quàm accusatorie? quod noctis huius crimen miscuit cum cætera in festatione uitæ meæ: ut & hoc, quod iam quale sit scies, suspectum alio uitæ nostræ tenore faceret, & illam uanam criminationem spei, uoluntatis, consiliorũ meorum, nocturno hoc ficto & composito argumento fulciret. simul & illud quæsuit, ut repentina & minime præparata accusatio uideretur: quippe ex noctis huius metu & tumultu repentino exorta. Oportuit autem Perseu, si proditor ego patris regniq; eram: si cũ Romanis, si cum alijs inimicis patris inieram consilia, non expectatam fabulam noctis huius esse, sed proditiõnis meæ ante me accusatum: si illa separata ab hac uana accusatio erat, inuidiamq; tuam aduersus me magis quàm crimen meum indicatura, hodie quoq; eam aut prætermitti, aut in aliud tempus differri: ut perspicere tur, utrum ego tibi an tu mihi, nouo quidẽ et singulari genere odij, insidias fecisses. ego tamen quantum in hac subita perturbatione potero, separabo ea quæ tu confudisti: & noctis huius insidias aut tuas aut meas detegam. Occidendi sui consilium me inisse uideri uult: ut scilicet maiore fratre sublato, cuius iure gentium, more Macedonum, tuo etiam, ut ait, iudicio regnum est futurum: ego minor in eius quem occidissem, succederem locũ. quid ergo illa sibi uult pars altera orationis, qua Romanos à me cultos ait? atq; eorum fiducia in spem regni me uenisse? nam si & in Romanis tantum momenti esse credebam, ut quem uellent, imponerent Macedonia regem: & meæ tantum apud eos gratiæ cõfidebam, quid opus parricidio fuit: an ut cruentum fraterna cæde diadema gererem? ut illis ipsis, apud quos aut uera, aut certe simulata probitate partam gratiam habeo, si quam forte habeo, execrabilis & inuisus essem? nisi T. Quintium credis, cuius uirtute & consilijs me nunc arguis regi, cum & ipse tali pietate uiuat cum fratre, mihi fraternæ cædis fuisse autorem. Idem nõ Romanorũ solum gratiam, sed Macedonum iudicia, ac penè omnium deorum hominumq; consensum collegit, per quæ omnia se mihi parem in certamine non futurum crediderit: idem tanquã in alijs omnibus rebus inferior essem, ad sceleris spem ultimam confugisse me insinulat. Vis hanc formulam cognitionis esse? ut uter timuerit ne alter dignior uideretur regno, is consiliũ opprimendi fratris cepisse iudicetur? Exequamur tamen quocunq; modo cõficti ordinem criminis. Pluribus modis se petatum criminatus est: & omneis insidiarum uias in unum diem contulit. uolui interdum eum post lustrationem cum concurrimus: & quidem, si dijs placet, lustrationũ die occidere. uolui cum ad cœnam inuitaui, ueneno scilicet tollere. uolui cum comestatur gladijs accincti me secuti sunt, ferro

rrr interficere

interficere. tempora quidem qualia sint ad parricidium electa, uides: lusus, cōuiuij, comessatio-
nis: quid dies, qualis, quo lustratus exercitus, quo inter diuisam uictimā praelatis omnium qui
unquam fuere Macedoniae regum armis regijs, duo soli tua tegentes latera pater praeuecti su-
mus, & secutum est Macedonū agmen. hoc ego etiā si quid ante admissem piaculo dignum,
lustratus & expiatus sacro, tum cum maxime in hostiam itineri nostro circumdatam intuens,
parricidium, uenena, gladios in comessationē preparatos uolutabam in animo, ut quibus alijs
deinde sacris contaminatam omni scelere gentem expiarem: sed cæcus criminandi cupiditate
animus, dum omnia suspecta efficere uult, aliud alio cōfundit. nam si ueneno te inter cœnam
tollere uolui, quid minus aptum fuit, quàm pertinaci certamine & concursu iratum te efficere:
ut merito, sicut fecisti, inuitatus ad cœnam abnueres: cum autem iratus negasses, utrum ut pla-
carem te danda opera fuit, ut aliam quærerem occasionem, quoniam semel uenenum parau-
ram: an ab illo cōsilio uelut transiliendū ad aliud fuit, ut ferro te, & quidem eo die per speciem
comessationis occiderē? quo deinde modo, si te metu mortis credebā cœnam euitasse meam,
non ab eodem metu comessationem quoq; euitaturum existimabam? Non est res qua erube-
scam pater, si die festo inter æquales largiore uino sum usus: tu quoq; uelim inquiras, qua læti-
tia, quo lusu apud me celebratum hesternum conuiuiū sit, illo etiam (prauo forsitan) gaudio
prouehente, quod in iuuenili armorum certamine pars nostra non inferior fuerat. miseria hæc
& metus crapulam facile excusserunt: quæ si non interuenissent, insidiatores nos sopiti iacere-
mus. Si domum tuam expugnaturus, capta domo dominum interfectorus eram, non tempe-
rasssem uino in unum diem: non milites abstinuisssem meos: Et ne ego me solus nimia simpli-
citate tuear, ipse quoq; minime malus ac suspicax frater, nihil aliud scio, inquit, nihil arguo, nisi
quod cū ferro comessatū uenerunt. si quæram unde id ipsum sciens, necesse erit te fateri, aut spe-
culatorum tuorū plenam domū fuisse meam, aut illos ita aperte sumpsisse ferrum, ut omnes
uiderent. Et ne quid ipse aut prius inquisisse, aut nunc criminose argumentari uideret, te quæ-
rere ex ijs quos nominasset, iubebat: an ferrū habuissent: ut tanquam in re dubia cum id quæ-
sisses, quod ipsi fatentur, pro conuictis haberetur. Quin tu illud quæri iubes: num tui occiden-
di causa ferrum sumpserint: num me autore & sciente: hoc enim uideri uis, non illud quod fa-
tentur. & palām est, & sui se tuendi causa sumpsisse dicunt. recte an perperam fecerint, ipsi sui
facti rationem reddent. meā causam quæ nihil eo facto contingitur, ne miscueris. aut explica,
utrum aperte an clam te aggressuri fuerimus: si aperte, cur non omnes ferrum habuimus: cur
nemo præter eos qui tuum speculatorem pulsarunt? si clam, quis ordo consilij fuit? conuiuium
solutum cum comessator ego discessissem, quatuor substitissent, ut sopitum te aggredere-
nt: quomodo sefellissent, & alieni, & mei, & maxime suspecti, quia paulo ante in rixa fuerant: quomo-
do autem trucidato te ipsi euasuri fuerint? quatuor gladijs domus tua capi & expugnari po-
tuit: Quin tu omīssa ista nocturna fabula, ad id quod doles, quod inuidiā urit, reuerteris? cur
usquam regni tui mentio sit Demetri? cur dignior patris fortunæ successor quibusdam uide-
ris quàm ego? cur spem meam, quæ si tu non esses certa erat, dubiam & sollicitam facis? Hæc
sentit Perseus, etsi non dicit: hæc istum inimicum, hæc accusatorem faciunt: hæc domum, hæc re-
gnum tuum, criminibus & suspicionibus replent. Ego autem pater, quemadmodū nec nūc spe-
rare regnum, nec ambigere unquam de eo forsitan debeam, quia minor sum, quia tu me ma-
iori cedere uis: sic illud nec debui facere, nec debeo, ut indignus te patre, indignus omnibus ui-
dear. id enim uitrijs meis, non cedendo cui ius fasq; est, non modestia consequar. Romanos
obijcis mihi: & ea quæ gloriæ esse debent, in crimē uertis. ego nec obses Romanis ut traderer,
nec ut legatus mitterer Romam, petij: à te missus ire non reculaui. utroq; tempore ita me gessi,
ne tibi pudori, ne regno tuo, ne genti Macedonū essem. itaq; mihi cum Romanis amicitij cau-
sa tu fuisti pater. quoad tecum illis pax manebit, mecum quoq; gratia erit. si bellum esse cœpe-
rit, qui obses, qui legatus pro patre non inutilis fui, idem hostis illis acerrimus ero. Nec hodie
ut prosi mihi gratia Romanorū postulo. ne obsit, tantum deprecor. nec in bello cœpit, nec ad
bellum reseruatur. pacis pignus fui, ad pacem retinendam legatus missus sum. neutra res mihi
nec gloriæ nec crimini sit. Ego si quid impie in te pater, si quid scelerate in fratrem admisi, nul-
lam

lam deprecor pœnam. si innocens sum, ne inuidia conflagrem, cum crimine nō possim, deprecor. Non hodie me primum frater accusat: sed hodie primum aperte, nullo meo in se merito. Si mihi pater succenseret, te maiorem fratrem pro minore deprecari oportebat, te adolescentiæ, te errori ueniam impetrare. in eo ubi præsidium esse oportebat, ibi exitium est. E conuiuio & comestationibus propè semisomnus raptus sum ad causam parricidij dicendam. sine aduocatis, sine patronis ipse pro me dicere cogor. si pro alio dicendū esset, tempus ad meditando & componendā orationem sumpsissem, cum quid aliud quàm ingenij fama periclitarer: ignarus quid accersitus essem, te iratum & iubentem dicere causam, fratrem accusantem audiui. ille diu ante præparata, meditata in me oratione est usus: ego id tantum temporis, quo accusatus sum, ad cognoscendū quid ageretur habui. utrum momento illo horæ accusatorem audirem: an defensionem meditarer: attonitus repentino atq; inopinato malo uix quid obijceretur intelligere potui: nedum satis sciam quo modo me tucar. Quid mihi spei esset, nisi patrem iudicem haberem: apud quem etiā si caritate à fratre maiore uincor, misericordia certe reus uinci non debeo. ego enim ut me mihi tibiq; serues, precor: ille ut me in securitatē suam occidas, postulat. quid cum cum regnum ei tradideris, facturum credis in me esse, qui iam nunc sanguine meo sibi indulgeri æquum censet? Dicenti hæc lachrymæ simul spiritum & uocem intercluserunt. Philippus summotis rjs paulisper collocutus cum amicis, pronuntiauit: nō uerbis se nec unius horæ disceptatione causam eorum dijudicaturū, sed inquirendo in utriusq; uitam, mores & dicta factaq; in magnis paruisq; rebus obseruādo: ut omnibus appareret, noctis proximæ crimen facile reuictum, suspectam nimiam cum Romanis Demetrii gratiam esse. Hæc uiuo Philippo uelut semina iacta sunt macedonici belli, quod maxime cum Persico gerendum erat. Consules ambo in Ligures, quæ tum una consularis prouincia erat, proficiscuntur. & quia prospere ibi res gesserunt, supplicatio in unum diem decreta est. Ligurum duo millia ferè ad extremum finem prouinciæ Galliæ, ubi castra Marcellus habebat, uenerunt uti reciperentur orantes. Marcellus operiri eodem loco Liguribus iussis, senatum per literas consuluit. senatus rescribere M. Ogulnium prætorem Marcello iussit: uerius fuisse consules, quorum prouincia esset, quàm se, quid è republica esset decernere. tum quoque non placere sibi, si per deditio- nem Ligures recipiet, receptis arma adimī: atq; eos ad consulem mitti senatum æquum censere. Prætores eodem tempore, P. Manlius in ulteriorem Hispaniam, quam & priore prætura prouinciā obtinuerat: Q. Fuluius Flaccus in citeriorem peruēnit, exercitumq; à Terentio accepit. nam ulterior morte P. Sempronij proprætoris sine imperio fuerat. Fuluium Flaccum oppidum Hispanum Urbicuam nomine oppugnans Celtiberi adorti sunt. dura ibi prælia aliquot facta. multi Romani milites et uulnerati et interfecti sunt. uicti perseverantia Fuluij, quod nulla ui abstrahi ab obsidione potuit, Celtiberi fessi prælijs uarijs abscesserunt. urbs amoto auxilio eorum intra paucos dies capta & direpta est. prædam militibus prætor concessit. Fuluius hoc oppido capto, P. Manlius exercitu tātum in unum coacto, qui dissipatus fuerat: nulla alia memorabili gesta re, exercitus in hyberna deduxerunt. Hæc ea æstate in Hispania gesta.

Terentius, qui ex ea prouincia decesserat, ouans urbem inijt. trāslatum argenti pondo 1 x millia cccxx, auri lxxx pondo: & duæ coronæ aureæ pondo lxxvii. Eodem anno inter populum Carthaginiensem & regem Masanissam in re præsentī disceptatores Romani de agro fuerunt. ceperat cum ab Carthaginensibus pater Masanissæ Gala. Galam Syphax inde expulserat: postea in gratiam soceri Afrubalis Carthaginensibus dono dederat. Carthaginenses eo anno Masanissa expulserat. Haud minore certamine animorū, quàm cum ferro et acie dimicarunt, res acta apud Romanos. Carthaginenses, quod primo maiorum suorum fuisset, deinde à Syphace ad se peruēnisset, reperebant. Masanissa paterni regni agrum se & recepisse, & habere iure gentium aiebat. & causa & possessione superiorem esse. nihil aliud se in ea disceptatione metuere, quàm ne pudor Romanorum, dum uereantur ne quid socio atq; amico regi aduersus communes suos atq; illius hostes indulgisse uideatur, damno sit. Legati possessionis ius non mutarunt. causam integram Romam ad senatum reiecerunt. In Liguribus nihil postea gestum. recesserāt primum in deuos saltus. deinde dimisso exercitu, passim in uicos ca-

stellaq; sua dilapsi sunt. Consules quoq; dimittere exercitum uoluerunt, ac de ea re patres con-
 suluerunt. Alterum ex his dimisso exercitu ad magistratus in annum creādos uenire Romam
 iusserunt: alterum cum legionibus suis Pisīs hyemare. Fama erat, Gallos trāsalpinos iuuentu-
 tem armare: nec in quam regionem Italiæ effusura se multitudo esset, sciebatur. ita inter se con-
 sules compararunt, ut Cn. Bebius ad comitiā iret, quia M. Bebius frater eius consulatum pete-
 bat. Comitiā consulibus rogandis fuere. creati P. Cornelius Lentulus, M. Bebius Pamphilus.
 Prætores inde facti duo Q. Fabij, Maximus & Buteo, T. Claudius Nero, Q. Petilius Spuri-
 nus, M. Pinarius Posca, L. Duronius. his inito magistratu prouinciæ ita sorte eueniunt. Ligu-
 res consulibus: prætoribus, Q. Petilio urbana, Q. Fabio Maximo peregrina, Q. Fabio Butconi
 Gallia, T. Claudio Neroni Sicilia, M. Pinario Sardinia, L. Duronio Appulia & Istri adiecti,
 quod Tarentini Brundisiniq; nuntiabant: maritimos agros infestos transmarinarū nauium la-
 trocinijs esse. eadem Massilienses de Ligurum nauibus querebant. Exercitus inde decreti, qua-
 tuor legiones consulibus, quæ quina millia duce nos Romanos pedites, trecenos haberēt equi-
 tes, & quindecim millia sociū ac latini nominis, octingentos equites. In Hispanijs proroga-
 tum ueteribus prætoribus imperium est cum exercitibus, quos haberent: & in supplementum
 decreta tria millia ciuium Romanorum, ducenti equites, & sociū latini nominis sex millia pe-
 ditum, treceni equites. Nec rei naualis cura omiſsa. duūuitos in eam rem consules creare iūſsi,
 per quos naues uiginti deductæ naualibus focijs ciuibus Romanis qui seruitutem seruissent,
 complerentur: ingenui tantum in ijs præſſent. Inter duumuitos ita diuisa tuenda denis naui-
 bus maritima ora, ut promontoriū ijs Mineruæ uelut cardo in medio esset: alter in dexteram
 partem usq; ad Massiliam, læuam alter usque ad Barium tueretur. Prodigia multa fœda &
 Romæ eo anno uisa, & nuntiata peregre. In Area Vulcani & Concordiæ sanguinem pluit, &
 pontifices hastas motas nuntiauerunt: & Lanuuij simulachrum Iunonis Sospitiæ lachrymasse.
 & pestilentia in agris forisq; & conciliabulis, & in urbe tanta erat, ut libitina tunc uix suffice-
 ret. His prodigijs cladibusq; anxij patres decreuerunt: ut & consules quibus dijs uideretur, ho-
 stijs maioribus sacrificarēt, & decē uiri libros adirent. eorū decreto supplicatio circa omnia pul-
 uinaria Romæ in diem unum indicta est. iisdem autoribus & senatus censuit, & consules edi-
 xerunt: ut per totam Italiam triduum supplicatio & feriæ essent. Pestilentia tanta uis erat, ut
 cum propter defectionem Corsorum, bellumq; ab Iliensibus concitatum in Sardinia, octo
 millia peditum ex socijs latini nominis scribi placuisset, & c c c equites, quos M. Pinarius
 prætor secum in Sardiniam trañceret: tantum hominum demortuum esse, tantum ubique æ-
 grorum consules renuntiauerint, ut is numerus effici militum non potuerit. quod deerat mi-
 litum, sumere à Cn. Bebio proconsole, qui Pisīs hybernabat, iūſsus prætor, atque inde in
 Sardiniam trañcere. L. Duronio prætori, cui prouincia Appulia eueniunt, adiecta de Bac-
 chanalibus quæstio est: cuius residua quædam uelut semina ex prioribus malis iam priore
 anno apparuerant. sed magis inchoatæ apud L. Puppium prætorē quæstiones erant, quàm
 ad exitum ullum perductæ. id perſecare nouum prætorem, ne serperet iterum latius, patres
 iusserunt. Et leges de ambitu consules ex autoritate senatus ad populum tulerunt. Legatio-
 nes deinde in senatum introduxerunt: regum primas, Eumenis & Ariaratis Cappadocis &
 Pharnacis Pontici. nec ultra quicquam ijs responsum est, quàm missuros qui de cōtrouersijs
 eorum cognoscerent statuerentq; . Lacedæmoniorum deinde exulum & Achæorum lega-
 ti introducti sunt. & spes data exulibus est: scripturū senatum Achæis, ut restituerentur. A-
 chæi de Messene recepta, compositisq; ibi rebus cum assensu patrum exposuerunt. Et à
 Philippo rege Macedonum duo legati uenerunt, Philocles & Apelles, nulla super re quæ ab
 senatu petenda esset: speculatum magis inquisitumq; missi de ijs, quorum Perſeus Deme-
 trium inſimulasset sermonum cum Romanis, maxime cum T. Quintio, aduersus fratrem
 de regno habitorem. Hos tanquam medios, nec in alterius fauorem inclinatos miserat rex.
 erant autem & hi Perſei fraudis in fratrem ministri & participes. Demetrius omnium, præ-
 terquam fraterni sceleris quod nuper eruperat, ignarus, primo neque magnam neque nullam
 spem habebat, patrem sibi placari posse. minus deinde indies patris animo fidebat, cum ob-
sideri

fideri aures à fratre cerneret. itaque circunſpiciens dicta factaque ſua, ne cuius ſuſpiciones
 auget, maxime ab omni mentione & contagione Romanorum abſtinebat, ut neque ſcribi
 ſibi uellet: quia hoc præcipue criminum genere exaſperari animum ſentiebat. Philippus
 ſimul ne otio miles deterior fieret, ſimul auertendæ ſuſpicionis cauſa quicquam à ſe agitari
 de Romano bello, Stobos Pæoniæ exercitu indiçto, in Mædicam ducere pergit. Cupido
 cum ceperat in uerticem Aemi montis aſcendendi, quia uulgatæ opinioni crediderat: Ponti-
 cum ſimul & Adriaticum mare, & Iſtrum amnem, & Alpeis conſpici poſſe. ſubieçta oculis
 ea haud parui ſibi momenti futura ad cogitationem Romani belli. Percunçtatus regionis per-
 ritos de aſcenu Aemi, cum ſatis inter omnes conſtaret, uiam exercitui nullam eſſe, paucis &
 expeditis perdifficiliſimum aditum: ut ſermone familiari minorem filium permulceret, quem
 ſtatuerat non ducere ſecum: primum quærit ab eo, cum tanta difficultas itineris propona-
 tur: utrum perſeuerandum ſit in incepto: an abſtinendum: ſi pergat tamen ire, non poſſe
 obliuiſci ſe in talibus rebus Antigoni: qui ſæua tempeſtate iactatus, cum in eadẽ nauẽ ſecum
 ſuos omnes habuiſſet, præcepiſſe liberis diceretur: ut & ipſi meminiſſent, & ita poſteris prode-
 rent, ne quis cum tota gente ſimul in rebus dubijs periclitari auderet. memorem ergo ſe præ-
 cepti eius, duos ſimul filios non commiſſurum in aleam eius, qui proponeretur caſus. & quo-
 niam maiorem filium ſecum duceret: minorem ad ſubſidia ſpei & cuſtodiam regni remiſſu-
 rum in Macedoniam eſſe. Non fallebat Demetrium ablegari ſe, ne adeſſet conſilio: cum in
 conſpectu locorum conſultaret: quã proxime itinera ad mare Adriaticum atque Italiam du-
 cerent: quæ quæ belli ratio eſſet futura, ſed non ſolum parendum patri tum, ſed etiam aſſentien-
 dum erat, ne inuitum parere ſuſpicionem faceret. Vt tamen iter ei tutum in Macedoniam eſ-
 ſet: Didas ex prætoribus regijs unus, qui Pæoniæ præerat, iuſſus eſt proſequi eum cum mo-
 dico præſidio. Hunc quoque Perſeus, ſicut pleroſque patris amicorum, ex quo haud dubium
 cuiquam eſſe cœperat, ad quem ita inclinato regis animo hæreditas regni pertineret, inter con-
 iuratos in fratris perniciem habuit. in præſentia dat ei mandata, ut per omne obſequium inſi-
 nuaret ſe in quãmaxime familiarem uſum: ut elicere omnia arcana, ſpecularique abditos eius
 ſenſus poſſet. ita digreditur Demetrius cum infeſtioribus, quã ſi ſolus iret, præſidijs. Phi-
 lippus Mædicam primum, deinde ſolitudoſas interiacentes Mædicæ atque Aemo tranſgreſ-
 ſus, ſeptimis demum caſtris ad radices montis peruenit. ibi unum moratus diem ad deligendos
 quos duceret ſecum, tertio die iter eſt ingreſſus. Modicus primo labor in imis collibus fuit.
 quantum in altitudinem egrediebant, magis magisque ſylueſtria & pleraque inuia loca exci-
 piebant: peruenerunt deinde in tam opacum iter, ut præ denſitate arborum immiſſorum que
 aliorum in alios ramorum perſpici cœlum uix poſſet. ut uero iugis appropinquabant, quod
 rarum in alijs locis eſſet: adeo omnia conteçta nebula, ut haud lecus quã nocturno itinere
 impedirentur. tertio demum die ad uerticem peruenu. nihil uulgatæ opinioni digreſſi in-
 detraxerunt: magis credo ne uanitas itineris ludibrio eſſet, quã quod diuerſa inter ſe mari &
 montes que & amnes ex uno loco conſpici potuerint. Vexati omnes, & ante alios rex ipſe,
 quo gauior etate erat, difficultate uig eſt. duabus aris ibi, Ioui & Soli, ſacratis cum immoſat let:
 (quatrduo aſcenderat) biduo eſt digreſſus, frigora nocturna maxime metuens, quæ canicu-
 læ ortu ſimilia brumalibus erant. Multis per eos dies difficultatibus conſictatus, nihilo læ-
 tiora in caſtris inuenit: ubi ſumma penuria erat, ut in regione quam ab omni parte ſolitudo-
 nes clauderent. itaque unum tantum moratus diem quietis eorum cauſa, quos habuerat ſe-
 cum, itinere inde ſimili fugæ in Dentheletas tranſcurrit. Socij erant: ſed propter inopiam haud
 ſecus quã hoſtium fines Macedones populati ſunt. rapiendo enim paſſim uillas primũ, dein
 quosdam uicos etiam euaftarunt, non ſine magno pudore regis: cum ſociorum uoces nequic-
 quam deos ſociales nomenque ſuum implorantes audiret. Frumẽto inde ſublato in Mædicam
 regreſſus, urbem quam Petram appellant, oppugnare eſt adortus. ipſe à campeſtri aditu ca-
 ſtra poſuit. Perſeum filium cum modica manu circumiſit, ut à ſuperioribus locis urbem aggre-
 deretur. Oppidani, cum terror undique inſtare: obſidibus datis, in præſentia dediderunt ſeſe.
 in dem, poſteaquam exercitus reſceſſit, obliiti obſidum, relicta urbe in loca munita & montes
 reſugerunt.

refugerunt. Philippus omni genere laboris sine ullo effectu fatigatis militibus, & fraude prætoris Didæ auctis in filium suspicionibus, in Macedoniam redijt. Missus hic comes (ut ante dictum est) cum simplicitate iuuenis incauti, & suis haud immerito succensentis, assentando in dignandoq; & ipse uicem eius, captaret in omnia ultro suam offerens operam, fide data arca na eius elicuit. Fugam ad Romanos Demetrius meditabatur. cui consilio adiutor dæm beneficio oblatu uidebatur Pæoniæ prætor: per cuius prouinciam spem ceperat elabi tuto posse. Hoc consilium extemplo & fratri proditur, & autore eo indicatur patri. Literæ primum ad obfidem Petram allatæ sunt. inde Herodorus (princeps hic amicorum Demetrii erat) in custodia est coniectus: & Demetrius dissimulanter asseruari iussus. Hæc super cætera tristem aduentum in Macedoniam regi fecerunt. mouebant eum & præsentia crimina. expectandos tamen quos ad exploranda omnia Romam miserat, censebat. His anxius curis cum aliquot menses egisset: tandem legati, iam ante præmeditatis in Macedonia quæ ab Roma renuntiarent, uenerunt. qui super cætera scelera falsas etiam literas signo adulterino T. Quintij signatas reddiderunt regi. deprecatio erat in literis: si quid adolescens cupiditate regni prolapsus se cum egisset. nihil eum aduersus suorum quenquam facturum. neque eum sese esse, qui ullius impij consilij autor futurus uideri possit. Hæc literæ fidem Persei criminibus fecerunt. itaq; Herodorus extemplo diu excruciatu sine indicio rei ullius in tormentis moritur. Demetrium iterum ad patrem accusauit Perseus. fuga per Pæoniam præparata arguebatur, & corrupti quidam, ut comites itineris essent. maxime falsæ literæ T. Quintij urgebant. nihil tamen palam grauius pronuntiatum de eo est, ut dolo potius interficeretur. nec id cura ipsius, sed ne pœna eius consilia aduersus Romanos nudaret. Ab Thessalonica Demetriadem ipsi cum iter esset, ad Astreum Pæoniæ Demetrium mittit cum eodem comite Dida: Perseum ad Philippopolin ad obsides Thracum accipiendos. digredienti ab se Didæ mandata dedisse dicitur de filio occidendo. Sacrificium ab Dida seu institutum seu simulatum est: ad quod celebrandum inuitatus Demetrius ab Astreo Heracleam uenit. in ea cœna dicitur uenenum datum. poculo epoto extemplo sensit, & mox coortis doloribus, relicto conuiuio, cum in cubiculum recepisset sese, crudelitatem patris conquerens, parricidium fratris, ac Didæ scelus incusans, torquebatur. intromissi deinde Thyrsis quidam Stubaræus, & Berreus Alexander, iniectis tapetibus in caput faucesque spiritum intercluserunt. ita innoxius adolescens, cum in eo ne simplici quidem genere mortis cõtenti inimici fuissent, interficitur. Dum hæc in Macedonia geruntur, L. Aemylius Paulus prorogato ex consulatu imperio, principio ueris in Ligures Ingaunos exercitum introduxit. Vbi primum in hostiũ finibus castra posuit: legati ad eum per speciem pacis petendæ speculatum uenerunt. neganti Paulo nisi cum deditis pacisci se pacem, non tam id recusabant quàm tempore opus esse aiebant, ut generi agresti hominum persuaderetur. ad hoc decem dierum induciæ cum darentur: petierunt deinde, ne trans montes proximos castris pabulatum lignatumque milites irent. culta ea loca suorum finium esse. id ubi impetrare: post eos ipsos montes unde auerterant hostem, exercitu omni coacto, repente multitudine ingenti castra Romanorum oppugnare simul omnibus portis aggressi sunt. summa uirtutum unum diem oppugnarunt: ita, ut ne efferendi quidem signa Romanis spatium, nec ad explicandam aciem locus esset. conferti in portis obstando magis quàm pugnando castra turbabantur. sub occasum solis cum recessissent hostes, duos equites ad M. Bebium cõsulem cum literis Pisas mittit: ut obfesso sibi per inducias quamprimum subsidio ueniret. Bebius exercitum M. Pinariorum prætori eunti in Sardiniam tradiderat. cæterum & senatum literis certiore fecit, obsideri à Liguribus L. Aemylium: & M. Claudio Marcello, cuius proxima inde prouincia erat, scripsit: ut si uideretur ei, exercitum ex Gallia traduceret in Ligures, & L. Aemylium liberaret obsidione. Hæc fera futura auxilia erant. Ligures postero die ad castra redeunt. Aemylius cum & uenturos scisset, & educere in aciem copias potuisset, intra uallum suos tenuit, ut extraheret rem in id tempus, quo Bebius cum exercitu uenire à Pisas posset. Romæ magnam trepidationem literæ Bebij fecerunt: eo maiorem, quod paucos post dies Marcellus tradito exercitu Fabio Romam cum uenisset, spem ademit, cum qui in Gallia esset, exercitum in

Ligures

Ligures traduci posse, quia bellum cum Istris esset, prohibentibus coloniam Aquileiam deduci. eò profectū Fabium, neq; inde regredi bello inchoato posse. Vna & ea ipsa tardior quàm tempus postulabat, subsidij spes erat, si consules maturassent in prouinciā ire. id ut facerēt, pro se quisq; patrū uociferari. Consules nisi confecto delectu negare se ituros, nec suam segnitiam sed uim morbi in causa esse, quo serius perficeret. nō tamen potuerunt sustinere consensum senatus, quin paludati exirent, & militibus quos conscriptos haberent, diem edicerent, quo Pisas conuenirent, permissum ut quā irent, protinus subitarios milites scriberent, ducerentq; secum.

Et prætoribus Q. Petilio & Q. Fabio imperatū est, ut Petilius duas legiones ciuium Romanorum tumultuarias scriberet, & omnes minores quinquaginta annis sacramento rogaret: Fabio ut socijs latini nominis xv millia peditum, octingentos equites imperaret. Duumuirī nauales creati C. Matienus & C. Lucretius, nauesq; ijs ornatae sunt: Matieno quē, cuius ad galli cum sinū prouincia erat, imperatū, ut classem primo quoq; tempore duceret in Ligurū oram, si quo usui esse L. Aemylio atq; eius exercitui posset. Aemylius, posteaquā nihil usquam auxiliij ostendebat: interceptos credens equites, non ultra differendū ratus quin per se fortunam tentaret, priusquam hostes uenirent, qui iam segnius secordiusq; oppugnabant: ad quatuor portas exercitū instruxit, ut signo dato simul ex omnibus partibus eruptionem facerent. quatuor extraordinarijs cohortibus duas adiunxit, præposito M. Valerio legato: erumpere extraordinaria porta iussit, ad dexteram principalem hastatos legionis primæ instruxit: principes ex eadem legione in subsidijs posuit. M. Seruilius & L. Sulpicius trib. mil. his præpositi. tertia legio aduersus principalem sinistram portam instructa est. id tantum mutatum: principes primi, & hastati in subsidijs, locati: Sex. Iulius Cæsar & L. Aurelius Cotta trib. mil. huic legioni præpositi sunt. Q. Fuluius Flaccus legatus cum dextera ala ad quæstoriā portam positus. duæ cohortes & triarij duarum legionum in præsidio castrorum manere iussi. Omnes portas contionabundus ipse imperator circumijt: & quibuscunq; irritamentis poterat, iras militum acuebat: nunc fraudem hostium incusans, qui pace petita, inducijs datis, per ipsum induciarū tempus contra ius gentium ad castra oppugnanda uenissent: nunc quantus pudor esset edocēs: ab Liguribus latronibus uerius quàm hostibus iustis Romanum exercitum obsideri. Quo ore quisquam uestrum, si hinc alieno præsidio, non uestra uirtute euaseritis: occurret, non dico eis militibus, qui Annibalem, qui Philippum, qui Antiochum, maximos nostræ ætatis reges ducesq; uicerunt: sed ijs qui hos ipsos Ligures aliquoties pecorum modo fugientes per saltus in uios consecrati ceciderunt: quod Hispani, quod Galli, quod Macedones Pœniūc nō audeāt. Ligustinus hostis uallum Romanum subit: obsidet ultro & oppugnat: quem scrutantes antea deuos saltus, abditum & latentem uix inueniebamus. Ad hæc consentiens reddebatur militum clamor, nullam militum culpam esse: quibus nemo ad erumpendum signum dedisset. daret signum: intellecturum eosdem qui antea fuerint, & Romanos & Ligures esse. Bina cis montes castra Ligurum erant. ex ijs primis diebus sole orto pariter omnes compositi & instructi procedebant: tum nisi exsatiati cibo uinoq; arma non capiebāt. dispersi, inordinati exibant: ut quibus pro spe certum esset, hostes extra uallum signa non claturos. Aduersus ita incompositos eos uenientes clamore pariter omnium qui in castris erant, calonum quoque & lixarum sublato, simul omnibus portis Romani eruperūt. Liguribus adeo improuisa res fuit, ut perinde ac si insidijs circumuenti forent, trepidarēt. Exiguum temporis aliqua forma pugnae fuit. fuga deinde effusa & fugientium passim cædes erat. equitibus dato signo, ut conscenderent equos, nec effugere quenquam sinerent: in castra omnes trepida fuga compulsi sunt: deinde ipsis exuti castris. Supra xv millia Ligurum eo die occisa: capta duo millia & quingenti. Triduo post Ligurum Ingaunorum omne nomen obsidibus datis in deditiōem uenit. gubernatores nauæque conquisiti, qui prædatores fuissent nauibus: atque omnes in custodiam coniecti. Et à Matieno duumuiro naues eius generis in Ligustina ora xxxiii captæ sunt. Hæc qui nuntiarēt literasq; ad senatum ferrent, L. Aurelius Cotta, C. Sulpicius Gallus Romam missi: simulq; peterent, ut L. Aemylio consecrta prouincia decedere, & deducere secum milites liceret, atque dimittere. Vtrunq; permissum ab senatu. & supplicatio ad omnia puluinaria

puluinaria per triduum decreta. iussicq; prætores, Petilius urbanas dimittere legiones: Fabius socijs atq; nomini latino remittere delectum. & uti prætor urbanus consulibus scriberet, senatum æquum censere, subitarios milites tumultus causa cõscriptos primo quoq; tempore dimitti. Colonia Grauiscæ eo anno deducta est in agrum hetruscum de Tarquinienfibus quondam captum. quina iugera agri data. triumuii deduxerunt, C. Calpurnius Piso, P. Claudius Pulcher, C. Terentius Istra. Siccitate & inopia frugum insignis annus fuit. sex menses nunquam pluuisse memoriæ proditum est. Eodem anno in agro L. Petilij scribæ sub Ianiculo, dum cultores agri altius molunt terram: duæ lapideæ arcæ octonos fermè pedes longæ, quaternos latæ inuentæ sunt, operculis plumbo deuinctis. literis Latinis Græcisq; utraq; arca inscripta erat. in altera Numã Pompilius, Pomponis filium regem Romanorũ sepultum esse: in altera, libros Numæ Pompilij inesse. Eas arcas cum ex amicorum sententia dominus aperuisset, quæ titulum sepulti regis habuerat: inanis inuenta sine ullo uestigio corporis humani, aut ullius rei, per tabem tot annorum omnibus absumptis. in altera duo fascis candelis inuoluiti septenos habuere libros, non integros modo, sed recentissima specie. septem Latini de iure pontificio erant: septem Græci de disciplina sapientiæ, quæ illius ætatis esse potuit. Adijcit Antias Valerius Pythagoricos fuisse, uulgatæ opinioni, qua creditur Pythagoræ auditorem fuisse Numam, mendacio probabili accommodata fide. Primo ab amicis, qui in re præsentif fuerunt, libri lecti. mox pluribus legentibus cum uulgarentur: Q. Petilius prætor urbanus studio sus legendi eos libros à L. Petilio sumpsit. & erat familiaris usus, quod scribam eum quæstor Q. Petilius in decuriam legerat. Lectis rerum summis cum animaduertisset pleraq; dissoluentiarum religionum esse, L. Petilio dixit, sese eos libros in ignem coniecturũ esse. prius quàm id faceret, se ei permittere uti si quod seu ius, seu auxilium se habere ad eos libros repetendos existimaret, experiretur. id integra sua gratia cum facturũ. Scriba tribunos pleb. adit. ab tribunis ad senatum res est reiecta. prætor se iusiurandũ dare paratum esse aiebat, libros eos legi seruariq; non oportere. Senatus censuit satis habendũ, quod prætor iusiurandũ polliceret. libros primo quoq; tempore in comitio cremandos esse, pretium pro libris quantum Q. Petilio prætori maioriq; parti tribunorum plebis uideretur, domino esse soluendum. id scriba nõ accepit. libri in comitio igne à uictimarijs factõ in conspectu populi cremati sunt. Magnum bellum ea æstate coortum in Hispania citeriore. Ad v & xxx millia hominũ, quantum nunquam fermè antea, Celtiberi comparauerant. Q. Fuluius Flaccus eam obtinebat prouinciã. is quia armare iuuentutem Celtiberos audierat, & ipse quanta poterat à socijs auxilia cõtraxerat. sed nequaquam numero militum hostem equabat. Principio ueris exercitum in Carpetaniam duxit, & castra locauit ad oppidum Eburam, modico præsidio in urbe posito. Paucis post diebus Celtiberi millia duo fermè inde sub colle posuerunt castra. quos ubi adesse prætor Romanus sensit: M. Fuluium fratrem cum duabus turmis sociorum equitum ad castra hostium speculatum misit, quàm proxime succedere ad uallum iussit, ut uideret quanta essent. pugna abstineret, reciperetq; sese, si hostium equitatum exeuntem uidisset. Ita ut præceptum erat, fecit. per dies aliquot nihil ultra motum, quàm ut hæ duæ turmæ ostenderentur, dein subducerent, ubi equitatus hostium castris procucurrisset. Postremo & Celtiberi omnibus simul peditum equitumq; copijs castris egressi, acie directã medio fermè spatio inter bina castra cõstiterunt. Campus erat planus omnis & aptus pugnæ. ibi steterunt Hispani hostem expectantes. Romanus intra uallum suos continuit per quatrduum continuũ, & illi eodem loco aciem instructã tenuerunt. ab Romanis nihil motum. inde quieuerunt in castris Celtiberi, quia pugnæ copia non fiebat. equites tantum in stationem egrediebantur, ut parati essent, si quid ab hoste moueret. pone castra utriq; pabulatũ & lignatum ibant, neutri alteros impediẽtes. Prætor Romanus ubi satis tot dierum quiete credidit spem factam hosti, nihil se priorem moturum: L. Acilium cum ala sinistra, & sex millibus prouincialiuũ auxiliorum circumire montem iubet, qui ab tergo hostibus erat: inde ubi clamorẽ audisset, decurrere ad castra eorum. nocte profecti sunt, ne possent conspici. Flaccus luce prima C. Scribonium præfectum sociũ ad uallum hostium cum equitibus extraordinarijs sinistræ alæ mittit. quos ubi & propius accedere, & plures quàm so-

liti

liti erant, Celtiberi conspexerūt: omnis equitatus effunditur castris, simul & peditibus signum ad exeundum datur. Scribonius, uti præceptum erat, ubi primum fremitum equestrium audiuit, auertit equos, & castra repetit. eo effusus sequi hostes. primo equites, mox & peditū acies aderat: haud dubia spe castra eo die se oppugnuros. quingentos passus nō plus à uallo aberant. Itaq; ubi Flaccus satis abstractos eos à præsidio castrorum suorū ratus est: intra uallum exercitu instructo, tribus partibus simul erumpit: clamore non tantū ad ardorem pugnae excitandum sublato: sed etiam ut qui in montibus erant, exaudirent. nec morati sunt quin decurrerent, sicut imperatum erat, ad castra: ubi quinque millium armatorum, non amplius, relictum erat præsidium. quos cum & paucitas sua & multitudo hostiū, & improuisa res terruisset, propè sine certamine capiuntur castra. castris, quæ pars maxime à pugnantibus conspici poterat: iniecit Acilius ignem. postremi Celtiberorum qui in acie erant: primi flammam conspexere. deinde per totam aciem uulgatum est, castra amissa esse, & tum cum maxime ardere. unde illis terror, inde Romanis animus creuit. iam clamor suorum uincientium accidebat, iam ardentia hostium castra apparebant. Celtiberi parumper incertis animis fluctuati sunt. cæterū posteaquam receptus pulsus nullus erat: nec usquam, nisi in certamine spes: pertinacius de integro capessunt pugnam. Acie media urgebantur acriter à quinta legione. aduersus læuum cornu, in quo sui generis prouincialia auxilia instruxisse Romanos cernebāt, cum maiore fiducia intulerunt signa. Iam propè erat ut sinistrum cornu pelleretur Romanis, ni septima legio successisset: simul ab oppido Ebury, qui in præsidio relictī erant, in medio ardore pugnae adueniunt, & Acilius ab tergo erat. Diu in medio cæsi Celtiberi, qui supererāt, in omnes passim partes capessunt fugam. equites bipartito in eos emissi, magnā cædem edidere. ad uiginti tria millia hostium eo die cæsa: capta quatuor millia, & D C C C, cum equis plus quingentis: & signa militaria L X X X V I I I. Magna uictoria, non tamen incruenta fuit. Romani de duabus legionibus milites paulo plus CC, sociū Latini nominis D C C C triginta, externorum auxiliarium duo millia ferme & quadringenti ceciderūt. Pr. in castra uictorem exercitum reduxit: Acilius manere in castris ab se captis iussus. postero die spolia de hostibus lecta, & pro contione donati, quorum uirtus insignis fuerat. Saucijs deinde in oppidum Eburam deuectis, per Carpetaniā ad Contrebiā ductæ legiones. ea urbs circumfessa cum à Celtiberis auxilia accersisset: morantibus ijs, non quia ipsi cunctati sunt, sed quia profectos à domo inexplicabiles continuis imbris uiæ, & inflati amnes tenebant: desperato auxilio suorum in deditiōē uenit. Flaccus quoq; tempestatibus scedis coactus exercitum omnem in urbem introduxit. Celtiberi, qui domo profecti erant, deditiōis ignari cum tandem superatis, ubi primum remiserunt imbres, amnibus Contrebiā uenissent: posteaquā castra nulla extra mœnia uiderunt, aut in alteram partem translata rati, aut recessisse hostes, per negligentiam effusi ad oppidum accesserunt. In eos duabus portis Romani eruptionem fecerunt, & incompósitos adorti fuerunt. quæ res ad resistendum eos, & ad capeffendam pugnam impediit, quod non uno agmine, nec ad signa frequentes ueniebāt, eadem magnæ parti ad fugam salutī fuit. sparsi enim toto passim campo se diffuderunt: nec usquam confertos eos hostis circumuēnit. tamen ad duo decim millia sunt cæsa, capta plus quinque millia hominum, equi quadringenti. signa militaria L X I I. qui palati è fuga domum se recipiebant, alterum agmen Celtiberorum uenientium, deditiōem Contrebiæ & suam cladem narrādo, auerterunt. extemplo in uicos castellaq; sua omnes dilapsi. Flaccus à Contrebiā profectus per Celtiberiā populabūdus ducit legiones: multa castella oppugnauit, donec maxima pars Celtiberorum in deditiōem uenit. Hæc in citeriore Hispania eo anno gesta. Et in ulteriore Manlius Pr. secūda aliquot prælia cum Lusitanis fecit. Aquileia colonia Latina eodem anno in agro Gallorum est deducta. tria millia peditum, quinquagena iugera, centuriones centena, centena quadragena equites acceperunt. triumuiri deduxerunt P. Cornelius Scipio Nasica, C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Ædes duæ eo anno dedicatæ sunt. una Veneris Erycinæ ad portam Collinam, dedicauit L. Porcius L. F. Licinus duumuir. uota erat ab eos. L. Porcio Ligustino bello. altera in foro olitorio Pietatis. eam ædem dedicauit M. Acilius Glabrio duumuir: statuamq; auratam, quæ prima om-

nium in Italia statua aurata est: patris Glabronis posuit. Is erat, qui ipse eam eodem uouerat, quo die cum rege Antiocho ad Thermopylas depugnasset. locaueratq; idem ex s c. Per eosdem dies, quibus hæ ædes dedicatæ sunt: L. Æmylius Paulus procos. ex Liguribus Ingauris triumphauit. Transtulit coronas aureas quinque & uiginti. nec præterea quicquam auri argentiq; in eo triumpho latum. captiui multi principes Ligurum ante currum ducti. æris trecentos militibus diuisit. Auxerunt eius triumphii famam legati Ligurum pacem perpetuam orantes. ita in animum induxisse Ligurum gentem: nulla unquam arma, nisi imperata à P R, sumere. Responsum à Q. Fabio Pr. est Liguribus iussu senatus: orationem eam non nouam Liguribus esse. mens uero ut noua & orationi cõueniens esset, ipsorum id plurimum referre. ad coss. irent, & quæ ab ijs imperata essent, facerent. nulli alij quàm consulibus senatum crediturum esse: syncera fide in pace Ligures esse. Pax in Liguribus fuit. In Corsica pugnatum est cum Corsis. ad duo millia eorum M. Pinarius Pr. in acie occidit. qua clade compulsi obsides dederunt, & ceræ centum millia pondo. Inde in Sardiniam exercitus ductus: & cum Iliensibus, gente ne nunc quidem omni parte pacata, secunda prælia facta. Carthaginensibus eodem anno c obsides redditi. pacemq; cum ijs P R non ab se tantum, sed ab rege etiam Masanissa præstitit: qui tum præsidio armato agrum, qui in controuersia erat, obtinebat. Otiosam prouinciam coss. habuerunt. M. Bebius comitorum causa Romam reuocatus coss. creauit: A. Posthumium Albinum Lusum, & C. Calpurnium Pisonem. Pr. exinde facti Tib. Sempronius Gracchus, L. Posthumius Albinus, P. Cornelius Mamercus, T. Minucius Melliculus, A. Hostilius Mancinus, C. Mænius. ij omnes magistratum Idibus Martijs inierunt. Principio eius anni, quo A. Posthumius Albinus, & C. Calpurnius Piso coss. fuerunt: ab A. Posthumio coss. in senatum introducti, qui ex Hispania citeriore uenerant à Q. Fulvio Flacco: L. Minucius legatus, & duo Tr. mil. T. Mænius, & L. Terentius Massaliota. hi cum duo secunda prælia, de ditionem Celtiberiæ, confectam prouinciã nuntiaissent: nec stipendio, quod mitti solet, nec frumento portato ad exercitum in eum annum opus esse: petierunt ab senatu primum, ut ob res prospere gestas dijs immortalibus honos haberetur: deinde, ut Q. Fuluius decedenti de prouincia deportare inde exercitum, cuius forti opera & ipse, & multi ante cum Pr. usi essent, liceret. quod fieri, præterquam quod ita deberet, etiam propè necessarium esset. ita enim obstinatos esse milites, ut non ultra retineri posse in prouincia uideretur, iniussuq; abituri inde essent, si non dimitterentur: aut in perniciosam, si quis impense retineret, seditionem exarsuri. coss. ambobus prouinciã Ligures esse senatus iussit. Pr. inde sortiti sunt. A. Hostilio urbana, T. Minucio peregrina obuēnit: P. Cornelio Sicilia, C. Mænio Sardinia. Hispanias sortiti, L. Posthumius ulteriorem, Tib. Sempronius citeriorem. Is quia successurus Q. Fuluius erat: ne uetere exercitu prouincia spoliaretur: quæro, inquit, de te L. Minuci, cum confectam prouinciã nuntiares, existimes ne Celtiberos perpetuo in fide mansuros: ita ut sine exercitu ea prouincia obtineri possit: si neq; de fide barbarorum quicquam recipere aut affirmare nobis potes: & habendum illic utiq; exercitum censes: utrum tandem autor senatui sis supplementum in Hispaniam mittendi: ut ij modo, quibus emerita stipendia sint, milites dimitantur: ueteribus militibus tyrones immisceantur: an deductis de prouincia ueteribus legionibus nouas cõscribendi & mittendi: cum contemptum tyrocinium etiam mitiores barbaros excitare ad rebellandum possit: dictu, quàm re facilius sit prouinciã ingenio ferocem rebellatricem confecisse. Paucæ ciuitates, ut quidem ego audio, quas uicina maxime hyberna premebant, in ius ditionemq; uenerunt: posteriores in armis sunt. quæ cum ita sint, ego iam hinc prædico P C me exercitu eo qui nunc est, Remp. administraturum: si deducat secum Flaccus legiones, loca pacata me ad hybernacula electurum, neq; nouum militem ferocissimo hosti obiecturum. Legatus ad ea, quæ interrogatus erat, respondit: neq; se, neq; quenquã alium diuinare posse, quid in animo Celtiberi haberet, aut porro habituri essent. itaq; negare non posse, quin rectius sit etiam ad pacatos barbaros nondum satis assuetos imperio exercitum mitti. nouo autem, an uetere exercitu opus sit, eius esse dicere, qui scire possit, qua fide Celtiberi in pace mansuri sint: simul & qui illud exploratum habeat, quieturos milites si diutius in prouincia retineantur. si ex eo, quod aut

inter

inter se loquantur, aut succlamationibus apud contionantem imperatorem significant, quid sentiant coniectandum sit, palàm uociferatos esse, aut imperatorem in prouincia retenturos, aut cum eo in Italiam uenturos esse. Disceptationem inter prætorem legatumq; consulum relatio interrupit: qui suas ornari prouincias priusquã de prætoris exercitu ageretur, æquum censebant. Nouus omnis exercitus consulibus est decretus: binæ legionēs Romanæ cum suo equitatu, & sociùm Latini nominis, quantus semper numerus, x v millia peditum, & d c c c equites. cum hoc exercitu Apuanis Liguribus ut bellum inferrēt, mandatum est. P. Cornelio & M. Bebio prorogatum imperium: iussiq; prouincias obtinere, donec coss. uenissent. tum imperatum, ut dimisso quem haberent exercitu, reuerterentur Romam. de Tib. Sempronij deinde exercitu actum est. nouam legionem ei quinq; millium & ducentorū peditum cum equitibus quadringentis consules scribere iussi: & mille præterea peditum Romanorum, quinquaginta equites, & socijs è nomine Latino imperare septem millia peditum, c c c equites. cum hoc exercitu placuit ire in Hispaniam citeriorem Tib. Sempronium. Q. Fuluius permissum, ut qui milites ante Sp. Posthumium & Q. Marcium coss. ciues Romani socij ue in Hispaniam transportati essent: & præterea supplemento adducto quod amplius duabus legionibus, quàm x millia, & c c c c pedites, sexcenti equites essent, & sociùm Latini nominis x i i millia, d c equites: quorū forti opera duobus aduersus Celtiberos prælijs usus Q. Fuluius esset eos, si uideretur, secum deportaret. Et supplicationes decretæ, quod is prospere Remp. gessisset. & cæteri Præ. in prouincias missi. Q. Fabio Buteoni prorogatum in Gallia imperium est. Octo legionēs præter exercitum ueterem, qui in Liguribus in spe propinqua missionis erat: eo anno esse placuit. & is ipse exercitus ægre explebatur propter pestilentiam, quæ iam tertium annum urbem Romanam atq; Italiam uasabat. Pr. T. Minucius, & haud ita multo post cos. C. Calpurnius moritur. multiq; alij omnium ordinū illustres uiri. postremo prodigij loco ea clades haberi cœpta est. C. Seruilus PONT. MAX. piacula iræ deum conquirere iussus, decem uiri libros inspicere: consul Apollini, Æsculapio, Saluti dona uouere, & dare signa inaurata. quæ uouit, deditq;. Decem uiri supplicationem in biduum ualitudinis causa in urbe, & per omnia fora conciliabulaq; edixerunt. maiores duodecim annis omnes coronati, & lauream in manu tenentes supplicauerunt. Fraudis quoq; humanæ insinuauerat suspicio animis. & ueneficij quæstio ex sc quod in urbe propius ue urbem decem millibus passuū esset commissum, C. Claudio Pr. qui in locum T. Minucij erat suffectus: ultra decimum lapidem per fora conciliabulaq; C. Mænio, priusquã in Sardiniam prouinciam trañceret, decreta. Suspecta cos. erat mors maxime. necatus à Quarta Hostilia uxore dicebatur. ut quidem filius eius Q. Fuluius Flaccus in locum uictrici cos. est declaratus: aliquanto magis infamis mors Pisonis cœpit esse. & testes existerant: qui post declaratos coss. Albinum & Pisonem, quibus comitijs Flaccus tulerat repulsam, & exprobratum ei à matre dicerent, quod iam ei tertium negatus cōsulatus petenti esset, & adiecisse, pararet se ad petendum. intra duos menses effecturam ut cos. fieret. Inter multa alia testimonia ad causam pertinentia hæc quoq; uox nimis uero euentu comprobata ualuit cur Hostilia damnaretur. Veris principio huius dum coss. nō uos delectus Romæ tenet: mors deinde alterius, & creandi comitia consulis in locum eius, omnia tardiora fecerunt: interim P. Cornelius, & M. Bebius, qui in consulatu nihil memorabile gesserant: in Apuanos Ligures exercitum induxerunt. Ligures, qui ante aduentum in prouinciam consulum non expectassent bellum, improviso oppressi, ad duodecim millia hominum dederunt se. Eos, cōsulto per literas prius senatu, deducere ex montibus in agros campestres procul ab domo, ne reditus spes esset, Cornelius & Bebius statuerunt, nullū alium ante finem rati fore Ligustini belli. Ager publicus PR erat in Samnitibus, qui Taurasinorū fuerat. cum traducere Ligures Apuanos uellent, edixerunt: Ligures ab Anido montibus descendere cum liberis coniugibusq; sua omnia secum portarent. Ligures sæpe per legatos deprecati ne penates, sedem in qua geniti essent, sepulchra maiorum cogerentur relinquere, arma, obsides pollicebantur. posteaquam nihil impetrabant, neq; uires ad rebellandum erant, edicto paruerunt. Traducti sunt publico sumptū ad quadraginta millia liberorū capitū cum fœminis puerisq;.

sss 2 argenti

argenti data centum & quinquaginta millia, unde in nouas ædes cōpararent quæ opus essent, agro diuidendo dandocq; iisdem qui traduxerant, Cornelius & Bebius præpositi. postulanti- bus tamen ipsis quinque uiri ab senatu dati, quorum ex cōsilio agerent. Transacta re cum ue- terem exercitum Romam deduxissent: triumphus ab senatu est decretus. Hi omnium primi nullo bello gesto triumpharunt. tantum hostes ducti ante curtū: quia nec quid ferretur, neq; quid duceretur captum, neque quid militibus daretur, quicquam in triumphis eorum fuerat.

Eodem anno in Hispania Fuluius Flaccus propr. quia successor in prouinciam tardius ueni- ebat, educto exercitu ex hybernis, ulteriorem Celtiberiæ agrū, unde ad deditiōem non ue- nerant, institit uastare. qua re irritauit magis quàm conterruit animos barbarorū: & clam com- paratis copijs saltum Manlianum, per quem transiturum exercitum Romanum satis sciebant, obsederunt. In Hispaniam ulteriorem eunti L. Posthumio Albino collegæ Gracchus manda- uerat, ut Q. Fuluium certiore faceret, Tarraconem exercitum adduceret. ibi dimitti uetera- nos, supplementumq; distribuere, & ordinare omnem exercitum sese uelle. dies quoq; & ea propinqua edita Flacco est, qua successor esset uenturus. Hæc noua allata res, omissis quæ age- re instituerat, Flaccum raptim deducere exercitum ex Celtiberia cum coegisset: barbari causæ ignari suam defectionem, & clam comparata arma sensisse eum, & pertimuisse rati, eo feroci- us saltum insederunt. Vbi cum saltum prima luce agmen Romanum intrauit, repente ex dua- bus partibus simul exorti hostes Romanos inuaserūt. quod ubi uidit Flaccus, primos tumult- us in agmine per centuriones stare omnes suo quenq; loco, & arma expedire iubendo, seda- uit: & sarcinis iumentisq; in unum locum coactis, copias omnes partim ipse, partim per lega- tos tribunosq; militum, ut tempus, ut locus postulabat, sine ulla trepidatione instruxit: cum bis deditis rem esse admonens, scelus & perfidiam illis, non uirtutem nec animum accessisse. re- ditum ignobilem in patriā, clarū ac memorabilem eos sibi fecisse: cruentos ex recenti cæde ho- stium gladios, & manantia sanguine spolia, Romam ad triumphum delaturos. Plura dici tem- pus nō patiebatur. inuehebāt se hostes, & in partibus extremis iam pugnabatur. deinde acies concurrerunt. atrox ubiq; præliū, sed uaria fortuna erat. egregie legiones, nec segnius duræ alæ pugnabant: externa auxilia ab simili armatura, meliore aliquantum militum genere urgeban- tur, nec locum tueri poterant. Celtiberi ubi ordinata acie, & signis collatis se non esse pares le- gionibus senserunt: cuneo impressionem fecerunt. quo tantum ualent genere pugne, ut qua- cunq; parte perculere impetu suo, sustineri nequeant. tunc quoq; turbatæ legiones sunt, propè interrupta acies. Quam trepidationem ubi Flaccus conspexit, equo aduehitur ad legionarios equites: & ecquid auxiliij in uobis est? actū iam de hoc exercitu erit: cum undiq; acclamassent, quin ederet quid fieri uelit, non segniter imperium executuros: duplicate turmas, inquit, dua- rum legionum equites, & permittite equos in cuneum hostiū, quo nostros urgent. id cum ma- iore ui equorū facietis, si effrenatos in eos equos immittitis: quod sæpe Romanos equites cum magna laude fecisse sua memoriæ proditū est. Dicto paruerunt, detractisq; frenis bis ultro citroq; cum magna strage hostium infractis omnibus hastis transcurrerunt. Dissipato cuneo, in quo omnis spes fuerat, Celtiberi trepidare, & propè ommissa pugna locum fugæ circumspi- cere. Et alarij equites, postquam Romanorum equitum tam memorabile facinus uidere: & ipsi uirtute corū accensi, sine ullius imperio, in perturbatos iam hostes equos immittunt. Tunc uero Celtiberi omnes in fugam effundūtur. & imperator Romanus auersos hosteis contem- platus, ædem Fortunæ equestri, Iouiçq; O P T. M A X. ludos uouit. cæduntur Celtiberi per to- tum saltum dissipati fuga. Decem & septem millia hostium cæsa eo die traduntur: uiui capti plus tria millia, ducētis septuaginta septem cum signis militaribus: equis propè mille centum. nullis castris eo die uictor exercitus mansit. uictoria non sine iactura militū fuit. quadringenti LXXII milites Romani, sociūm ac Latini nominis mille decem & nouem, cum his tria mil- lia militum auxiliatorum perierunt. ita uictor exercitus renouata priore gloria Tarraconem est perductus. Venienti Fuluio Tib. Sempronius Pr. qui biduo ante uenerat, obuiam proces- sit: gratulatusq; est, quod Remp. egregie gessisset. cum summa concordia quos dimitterent, quosq; retinerēt milites, cōposuerunt. Inde Fuluius exauthoratis militibus in naues impositis, Romam

Romam est profectus. Sempronius in Celtiberiam legiones duxit. *cos.* ambo in Ligures exercitus induxerunt diuersis partibus. Posthumius prima & tertia legione Balistam Suifon-
tiumque monte obsedit: & premendo praesidijs angustos saltus eorum comatus interclusit,
inopiaque omnium rerum eos perdomuit. Fuluius secunda & quarta legione adortus a Pisis Apua
nos Ligures, qui eorum circa Macram fluuium incolebant in deditionem acceptos, ad septem
millia hominum in nauis impositos praeter oram Hetrusci maris Neapolim transmisit. inde
in Samnium traducti, agerque his inter populares datus est. Montanorum Ligurum ab A. Post-
humio uinae caesa, frumentaque deusta. donec cladibus omnibus belli coacti in deditionem ue-
nerunt, armaque tradiderunt. Nauibus inde Posthumius ad uisendam oram Ingaunorum In-
temeliorumque Ligurum processit. Priusquam hi *cos.* uenirent, ad exercitum qui Pisas in-
ductus erat, praerant A. Posthumius, & frater Q. Fuluij M. Fuluius Nobilior. secundae legio-
nis Fuluius Tr. mil. erat. is mensibus suis dimisit legionem, iureiurando adactis centurionibus,
aer in aeri ad quaestores esse delaturos. Hoc ubi Placentiam (nam eò forte erat profectus)
Fuluius nuntiatum est: cum equitibus expeditis secutus dimissos, quos eorum potuit assequi,
deduxit castigatos Pisas. de caeteris *cos.* certiore fecit. eo referente sc factum est: ut M. Ful-
uius in Hispaniam relegaretur ultra nouam Carthaginem. Literaque ei datae sunt a *cos.* ad
P. Manlium in Hispaniam ulteriore deferenda. milites iussi ad signa redire. causa ignominiae
uti semestre stipendium in eum annum esset ei legioni, decretum. qui miles ad exercitum non
redisset, eum ipsum bonaque eius uendere *cos.* iussus. Eodem anno L. Duronius, qui praetor
anno superiore ex Illyrico cum decem nauibus Brundisium redierat: inde in portu relictis na-
uibus cum uenisset Romam, inter exponendas res, quas ibi gessisset, haud dubie in regem Il-
lyriorum Gentiū latrocinij omnis maritimi causam auertit, ex regno eius omnes naues esse,
quae superi maris oram depopulatae essent. de his rebus se legatos misisse, nec conueniendi re-
gis potestatem factam. Venerant Romam legati a Gentiō: qui quo tempore Romani con-
ueniendi regis causa uenissent: agrū forte eum in ultimis partibus fuisse regni dicerent. petere
Gentiū ab senatu, ne crederent confictis criminibus in se, quae inimici detulissent. ad ea Duro-
nius adiecit, multis ciuibus Romanis & socijs Latini nominis iniurias factas in regno eius, &
ciues Romanos dici Corcyrae retineri. eos omnes Romam adduci placuit. C. Claudium Pr.
cognoscere: neque ante Gentiō regi legatis ue eius responsum reddi. Inter multos alios, quos
pestilentia eius anni absumpsit: sacerdotes quoque aliquot mortui sunt, L. Valerius Flaccus pon-
tiffex mortuus est. in eius locum successit Q. Fabius Labeo. P. Manlius, qui nuper ex ulte-
riore Hispania redierat: triumuir epulo. Q. Fuluius, M. F. in locū eius triumuir cooptatus. tum
praetextatus erat. de rege sacrifico sufficiendo in locum C. Corneliū Dolabellae contentio inter
C. Seruiliū PONT. MAX. fuit: & L. Corneliū Dolabellam duumuirum naualem, quem ut
inauguraret pontiffex magistratu sese abdicare iubebat. recusanti que id facere, ob eam rem mul-
cta duumuiro dicta a pontifice. de qua ea cum prouocasset, certatum ad populum. cum plures
iam tribus intro uocatae dicto esse audientem pontiffici duumuirū iuberent, multamque remit-
ti, si magistratu se abdicasset: ultimū de caelo quod comitia turbaret interuenit. religio inde fu-
it pontifficibus inaugurandi Dolabellae. P. Claelium Siculum inaugurarunt: qui secundo loco
inauguratus erat. Exitu anni & C. Seruilius Geminus PONT. MAX. decessit. idem decemuir
sacrorum fuit. pontiffex in locū eius a collegio cooptatus est Q. Fuluius Flaccus: in pontifficem
maximū Aemilius Lepidus, cum multi clari uiri petissent. & decemuir sacrorū Q. Marcius Phi-
lippus in eiusdem locum est cooptatus. & augur Sp. Posthumius Albinus decessit. in locum
eius P. Scipionē filium Africani augures cooptarunt. Cumanis eo anno petentibus permis-
sum, ut publice Latine loquerentur: & praetoribus Latine uendendi ius esset. Pisanis agrū pol-
licentibus, quò Latina colonia deduceretur, gratia ab senatu acta. triumuii creati ad eam rem
Q. Fabius Buteo, M. & P. Popilij Lenates. A C. Maenio Pr. cui prouincia Sardinia cum eue-
nisset, additū erat, ut quaereret de ueneficis longius ab urbe decem millibus passuum: literae alla-
tae: se iam tria millia hominum damnasse, & crescere sibi quaestionē indicijs. aut eam sibi esse de-
fendendam, aut prouinciam dimittendam. Q. Fuluius Flaccus ex Hispania redijt Romam

cum magna fama gestarum rerum . qui cum extra urbem triumphi causa esset, c o s . est creatus cum L. Manlio Acidino. & post paucos dies cum militibus, quos secum deduxerat, triumphans urbem est inuectus. Tulit in triumpho coronas aureas centum uiginti quatuor: præterea auri pondo triginta unum, & signati oscensis nummum centum septuaginta tria m. ducentos. militibus de præda quinquagenos denarios dedit: duplex centurionibus, triplex equitis tantundem socijs Latini nominis: & stipendium omnibus duplex. Eo anno rogatio primum lata est ab L. Iulio Tr. pl. quot annos nati quenq; magistratum peterent caperentq;. inde cognomen familiae inditum: ut Annales appellarentur. Præterea quatuor post multos annos lege Bebia creati, qui alternis quaternos iubebat creari. Hi facti, C. Cornelius Scipio, L. Valerius Leuius, Q. & M. Mutij Scæuolæ. Q. Fuluius, & L. Manlio c o s s . eadem prouincia, quæ superioribus, pari numero copiae peditum, equitum, ciuium, sociorum decretæ. In Hispanijs duabus Tib. Sempronio & L. Posthumio cum iisdem exercitibus, quos haberent, prorogatum imperium est. & in supplementum c o s s . scribere iussi ad tria millia peditum Romanorum, c c c equites: quinque millia sociorum Latini nominis, & quadringentos equites. P. Mutius Scæuola urbanam sortitus prouinciam est: & ut idem quæreret de ueneficijs in urbe, & propius urbem decem millia passuum. C. Cornelius Scipio peregrinam. Q. Mutius Scæuola Siciliam, L. Valerius Leuius Sardiniam. Q. Fuluius c o s . priusquàm ullam rem publicam ageret, liberare & se, & Remp. religione uotis soluendis dixit uelle. uouisse se quo die postremum cum Celtiberis pugnasset, ludos Ioui O P T. M A X. & ædem equestri Fortune sese facturum: in eas res sibi pecuniam collatam esse ab Hispanis. Ludi decreti: & ut duumuii ad ædem locandam crearentur. de pecunia finitur, ne maior causa ludorum consumeretur: quàm quanta Fuluius Nobiliori post Ætolicum bellum ludos facienti decreta esset: nèue quid ad eos ludos arcesseret, cogeret, acciperet, faceret aduersus id s c quod L. Æmylio C. Bebio c o s s . de ludis factum esset. Decreuerat id senatus propter effusos sumptus factos in ludos T. Sempronij ædilis, qui graues non modo Italiae ac socijs Latini nominis, sed etiam prouincijs externis fuerant. Hyems eo anno niue sæua & omni tempestatum genere fuit, arbores, quæ obnoxiae frigoribus sunt, deussit cunctas: & ea tum aliquanto quàm alias longior fuit. itaq; Latinas mox subito coorta & intolerabilis tempesta in monte turbauit: instauratæq; sunt ex decreto pontificum. Eadem tempesta & in Capitolio aliquot signa cõstrauit, fulminibusq; complura loca deformauit. ædem Iouis Tarracinæ: ædem albam Capuæ, portamq; Romanam: muri pinas aliquot locis decussit. Hæc inter prodigia nuntiatum & ab Reate, tripedem natum mulum. Ob ea decemuii iussi adire libros edidere quibus dijs, & quot hostijs sacrificaretur: & ob fulminibus complura loca deformata ad ædem Iouis ut supplicatio diem unum esset. Ludi dein de uotiui Q. Fuluij c o s . per dies decem magno apparatu facti. Censuram inde comitia habita. creati M. Æmylius Lepidus P O N T. M A X. & M. Fuluius Nobilior: qui ex Ætolis triumphauerat. Inter hos uiros nobiles inimicitiae erant, sepe multis & in senatu, & ad populum atrocibus celebratæ certaminibus. comitijs confectis, ut traditum antiquitus est: censes in campo ad aram Martis fellis curulibus confederunt. quò repente principes senatorum cum agmine uenerunt ciuitatis, inter quos Q. Cæcilius Metellus uerba fecit. Non obliti sumus censes, uos paulo ante ab uniuerso P R moribus nostris præpositos esse: & nos à uobis & aduocari & regi, nos uos à nobis debere. indicandum tamen est quid omnes bonos in uobis aut offendat, aut certe mutatum malint. Singulos cum intuemur M. Æmyli, M. Fului: neminem hodie in ciuitate habemus, quem, si reuocemur in suffragium, uelimus uobis prælatum esse. ambo cum simul aspiciamus, non possumus non uereri ne male cõparati sitis: nec tantum Reip. prosit, quod omnibus nobis egregie placetis: quàm quod alter alteri displicetis, noceat. Inimicitias per annos multos uobis ipsi graues & atroces geritis: quæ periculum est ne ex hac die nobis & Reip. quàm uobis grauiora fiant. De quibus causis hoc timeamus, multa succurrunt quæ dicerentur: nisi forte implacabiles fueritis, implicauerint animos uestros. Has ut hodie, ut in isto templo finiatis simultates, quæsumus uos uniuersi, & quos coniunxit suffragijs suis P R, hac etiam reconciliatione gratiæ coniungi à nobis sinatis. uno animo, uno cõsilio legati
senatum

senatum, equites recenseatis: agatis censum, iustrum condatis. quod omnibus serè precationibus nuncupabitis uerbis, ut ea res mihi collegæq; meo bene & feliciter eueniat: ita, ut uere, ut ex animo uelit euenire: efficiatisq; ut quod deos precati eritis, id uos uelle etiam homines credamus. T. Tatius & Romulus in cuius urbis medio foro acie hostes concurrerant, ibi concordēs regnarūt. Non modo similtates, sed bella quoq; finiuntur. ex infestis hostibus plerunq; focij fideles, interdum etiam ciues fiunt. Albani diruta Alba Romam traducti sunt: Latini, Sabini in ciuitatem accepti. Vulgatum illud quia uerum erat, in prouerbium uenit: Amicitias immortalis, inimicitias mortalis debere esse. Fremitus ortus cum assensu, deinde uniuersorum uoces idem petentium confusæ in unum, orationem interpellarunt. Inde Æmylius questus cum alia, tum bis à M Fuluiō se certo consulatu deiectum. Fuluius contra queri, se ab eo semper laceffitum, & in probrum suum sponsonem factam. tamen ambo significare, si alter uellet, se in potestate tot principum ciuitatis futuros. Omnibus instantibus qui aderant, dexteras fidemq; dedere, mittere uere ac finire odium. deinde collaudantibus cunctis deducti sunt in Capitolium. & curæ super tali re principum, & facilitas censorum egregie comprobata ab senatu, & laudata est. Censoribus deinde postulantibus, ut pecuniæ summa sibi, qua in opera publica uterentur, attribueretur: uectigal annuum decretum est. Eodem anno in Hispania L. Posthumius & Tib. Sempronius proprt. comparauerunt ita inter se, ut in Vaccos per Lusitaniam iret Albinus, inde in Celtiberiam reuerteretur. Gracchus quod maius ibi bellū esset, in ultima Celtiberiæ penetrauit. Mundam urbem primum uicē cepit, nocte ex improviso aggressus. acceptis deinde obsidibus, præsidioq; imposito, castella oppugnare, agros urere, donec ad præualidam aliam urbem (Certimam appellant Celtiberi) peruenit. ubi cum iam opera admoueret: ueniunt legati ex oppido. quorum sermo antiquæ simplicitatis fuit, non dissimulantium bellaturos, si uires essent. petierunt enim ut sibi in castra Celtiberorū ire liceret ad auxilia accipienda. si non impetrassent, tum separatim eos ab illis se consulturos. Permittente Graccho ierunt. & post paucis diebus alios decem legatos secum adduxerūt. Meridianū tempus erat. nihil prius petierunt à Pr. quàm ut bibere sibi iuberet dari. epotis primis poculis iterum poposcerūt, magno risu circumstantium in tam rudibus, & moris omnis ignaris ingenijs. tum maximus natu ex ijs, Missi sumus, inquit, à gente nostra qui sciscitaremur: qua tandem refretus arma nobis inferres? Ad hanc percunctationē Gracchus, exercitu se egregio fidentem uenisse respondit. quem si ipsi uisere uelint, quo certiora ad suos referant, potestatem se eis facturum esse. tribunisq; mil. imperat, ut ornari omnēs copias peditum equitumq; & decurrere iubeant armatas. Ab hoc spectaculo legati missi deterruerūt suos ab auxilio circumfessæ urbi ferendo. Oppidani cum ignes nocte turribus nequicquam (quod signum conuenerat) sustulissent: destituti ab unica spe auxilij in deditionem uenerunt. sestertiū nummum quater & uicies ab ijs est exactū, quadraginta nobilissimi equites: nec obsidum nomine (nam militare iussi sunt) & tamen re ipsa ut pignus fidei essent. Inde iam duxit ad Alcen urbem, ubi castra Celtiberorum erant, à quibus uenerant nuper legati. eos cum per aliquot dies armaturam leuem immittēdo in stationes laceffisset paruis prælijs: indies maiora certamina serebat, ut omnes extra munitiones eliceret. Vbi quod petebatur sensit effectum: auxiliorū præfectis imperat, ut contracto certamine, tanquā multitudine superaretur, repente tergis datis ad castra effuse fugerent. ipse intra uallū ad omnes portas instruxit copias. Haud multū temporis intercessit: cum ex cōposito refugientium suorum agmen, post effuse sequentes barbaros cōspexit. instructam ad hoc ipsum intra uallū habebat aciem. itaq; tantū moratus, ut suos refugere in castra libero introitu sineret: clamore sublato simul omnibus portis erupit. Non sustinere impetum necopinatum hostes. qui ad castra oppugnanda uenerant, ne sua quidem tueri poterunt. nam extemplo fusi, fugati: mox intra uallum pauentes compulsi, postremo exuuntur castris. Eo die nouem millia hostium cæsa: capti uiui trecenti uiginti, equi centum duodecim: signa militaria triginta septem. de exercitu Romano centum nouem ceciderunt. Ab hoc prælio Gracchus duxit ad depopulandū Celtiberiā legiones. & cum ferret passim cuncta atq; ageret: populicq; alij uoluntate, alij metu iugū acciperent: C I I oppida intra paucos dies in deditionem

tionem accepit. præda potius ingenti est. Conuertit inde agmen retro, unde uenerat, ad Alcen, atq; eam urbem oppugnare institit. Oppidani primum impetum hostium sustinuerunt. deinde cum iam non armis modo, sed etiam operibus oppugnarentur: diffisi præsidio urbis in arcem uniuersi concesserunt. postremo & inde præmissis oratoribus, in ditionem se suaq; omnia Romanis permiserunt. Magna inde præda facta est. multi captiui nobiles in potestatem uenerunt. inter quos & Thurri filij duo, & filia. Regulus hic earum gentium erat, longe potentissimus omnium Hispanorum. Audita suorum clade missis, qui fidem uenienti in castra ad Gracchum peterent: uenit. & primum quæsiuit ab eone sibi liceret, ac suis uiuere: cum prætor uicturum respondisset: quæsiuit iterum, si cum Romanis militare liceret: id quoq; Graccho permittente, sequar inquit uos aduersus ueteres socios meos, quoniam illos ad me propiunt suspicere. Secutus est inde Romanos, fortiq; ac fideli opera multis locis rem Romanam adiuit. Ergauia inde nobilis & potens ciuitas, aliorum circa populorum cladibus territa, portas aperuit Romanis. Eam deditionem oppidorum haud cum fide factam quidam autores sunt. è qua regione abduxisset legiones, extemplo inde rebellatum, magnocq; eum postea prælio ad montem Chaunum cum Celtiberis à prima luce ad sextam horam diei signis collatis pugnasse: multos utrinque cecidisse. nec aliud magnopere uictores fuisse Romanos, nisi quod postero die manentes intra uallum prælio lacefferint: spolia per totum diem legisse. tertio die prælio maiore iterum pugnatum: & tum demum haud dubie uictos Celtiberos: castraq; eorum capta & direpta esse. uigintiduo millia hostium eo die esse cæsa: plus trecentos captos: parem ferè equorum numerum: & signa militaria septuaginta duo: inde debellatum, ueramq; pacem, non fluxa ut ante fide Celtiberos fuisse. Eadem æstate & L. Posthumium in Hispania ulteriore bis cum Vaccis egregie pugnasse scribunt. ad triginta & quinque millia hostium occidisse & castra oppugnasse. Propius uero est, serius in prouinciam peruenisse, qm̄ ut ea æstate potuerit res gerere. Censores fideli concordia senatum legerunt. princeps electus est ipse censor M. Æmylius Lepidus PONT. MAX. tres eiekti de senatu. retinuit quosdam Lepidus à collega præteritos. Opera ex pecunia attributa diuisaq; inter se, hæc confecerunt. Lepidus molem ad Tarracinam, ingratum opus, quod prædia habebat ibi, priuatamq; publicæ rei impensam insuerat. Theatrum & proscenium ab Apollinis. ædem Iouis in Capitolio, columnasq; circa poliendas albo locauit. & ab his columnis, quæ incõmode opposita uidebatur, signa amouit: clypeaq; de columnis, & signa militaria affixa omnis generis dempsit. M. Fuluius plura, & maioris locauit usus. portum, & pilas pontis in Tyberim, quibus pilis fornices post aliquot annos P. Scipio Africanus, & L. Mummius censores locauerunt imponendos: basilicam post argentarias nouas, & forum piscatorium circumdatis tabernis, quas uendidit in priuatum: & forum & porticum extra portam Trigeminam, & aliam post naualia, & ad fanum Herculis, & post Spei ad Tyberim eadem Apollinis Medici. habuere & in promiscuo prætores pecuniam: ex ea communiter locarunt aquam adducendam, fornicesq; faciendos. impedimento operi fuit M. Licinius Crassus, qui per fundum suum duci non est passus. Portoria quoq;, & uectigalia ijdem multa instituerunt. cõplura facella publica q; occupata à priuatis, publica q; sacra ut patere, essentq; populo curarunt. mutarunt suffragia: regionatimq; generibus hominum, causisq; & quæstibus, tribus descripserunt. Et alter ex censoribus M. Æmylius petijt ab senatu, ut sibi dedicationis templorum Regine Iunonis & Dianæ, quæ bello Ligustino ante annis octo uouisset: pecunia ad ludos decerneretur. uiginti millia æris decreuerunt. Dedicauit eas ædes utraq; in circo Flaminio. ludosq; scenicos triduum post dedicationem templi Iunonis, biduum post Dianæ, & singulos dies fecit in circo. Idem dedicauit ædem Larium permarinum in campo. uouerat eam annis quadraginta ante L. Æmylius Regillus, nauali prælio aduersus præfectos regis Antiochi. supra ualuas templi tabula cum titulo hoc fixa est. Duello magno regibus dirimendo caput subigendis patrandæ pacis hæc pugna exeuenti L. Æmylio M. Æmylij filio, auspicio, imperio, felicitate ductuq; eius inter Ephesum Camuchumq; inspectante eos. ipso Antiocho exercitu omni, equitatu, elephantisq; classis regis Antiochi antea sic uicta, fusilla, contusa fugataq; est. ibiq; eo die naues longæ cum omnibus socijs captæ sexaginta duæ.

ca pu

ea pugna pugnata rex Antiochus, regnumq̄. eius rei ergo ædem Laribus permarinis uouit.

Eodem exemplo tabula in æde Iouis in Capitolio supra ualvas fixa est. Biduo quo senatus legerunt censores: Q. Fuluius cos. profectus in Ligures, per inuios montes uallesq̄ saluus cum exercitu transgressus, signis collatis cum hoste pugnauit. neq̄ tantum acie uicit, sed castra quoq̄ eodem die cepit. Tria millia ducenti hostium, omnisq̄ ea regio Ligurum in deditonem uenit. cos. deditos in campestreis agros deduxit, præsidiaq̄ montibus imposuit. Celeriter & ex prouincia literæ Romam uenerunt. supplicationes ob eas res gestas in triduum decretæ sunt. Præ. quadraginta hostijs maioribus per supplicationes rem diuinam fecerunt. Ab altero cos. L. Manlio nihil memoria dignum in Liguribus est gestum. Galli transalpini tria millia hominum in Italiam transgressi, neminem bello lacescentes, agrum à cos. & senatu petebant: ut pacati sub imperio PR. essent. Eos senatus excedere Italia iussit: & cos. Q. Fuluium quærere & animaduertere in eos, qui principes & autores transcendendi Alpes fuissent. Eodem anno Philippus rex Macedonum senio & mœtore consumptus post mortem filij decessit. Demetriade hybernabat, cum desiderio anxius filij, tum pœnitentia crudelitatis suæ, quæ stimulabat animum: & alter filius haud dubie & sua & aliorum opinione rex, conuersusq̄ in eum omnium oculi, & destituta senectus: alijs expectantibus suam mortem: alijs ne expectantibus quidẽ, quo magis angebatur: & cum eo Antigonus Echecratis filius, nomen patris Antigoni ferens: qui tutor Philippi fuerat, regis uir maiestatis, nobili etiam pugna aduersus Cleomenem Lacedæmonium clarus. Tutorem eum Græci, ut cognomine à cæteris regibus distinguerent, appellarunt. Huius fratris filius Antigonus ex honoratis Philippi amicis unus incorruptus permanerat: eiq̄ ea fides nequaquam amicum Persea inimicissimum fecerat. is prospiciens animo, quanto cum periculo suo hæreditas regni uentura esset ad Persea, ut primum labare animum regis, & ingemiscere interdum filij desiderio sensit: nunc præbendo aureis, nunc lacescendo etiam mentionem rei temere actæ, sæpe querenti querens & ipse aderat: & cum multa adsoleat ueritas præbere uestigia sui, omni ope adiuuabat, quo maturius omnia emanarent. Suspecti & ministri facinoris Apelles maxime & Philocles erant, qui Romam legati fuerant, literasq̄ exitiales Demetrio sub nomine Flaminiini attulerat. falsas esse, & à scriba uitiatas, signumq̄ adulterinum, uulgo in regia fremebant. Ceterum cum suspecta magis, quam manifesta esset res: forte Xychus obuius sit Antigono, comprehensusq̄ ab eo in regiam est perductus. relicto eo custodibus, Antigonus ad Philippum processit. Multis, inquit, sermonibus intellexisse uideor, magno te æstimaturum, si scire uera omnia possis de filijs tuis, uter ab utro petitus fraude & insidijs esset. homo unus omnium, qui nodum huius erroris exolueret possit: in potestate tua est Xychus. forte uocatum perductumq̄ in regiam, uocari iuberet.

Adductus primo ita negare inconstanter, ut paruo metu admoto paratum indicem esse appareret. conspectum tortoris uerberumq̄ non sustinuit: ordinemq̄ omnem facinoris legatorum ministerijq̄ sui exposuit. Extemplo missi qui legatos comprehendere: Philoclem, qui præsens erat, oppresserunt. Apelles missus ad Chæream quendam persequendum, indicio Xychi audito in Italiam traiecit. De Philocle nihil certi uulgatum est. alij primo audaciter negantem, postquam in conspectum adductus sit Xychus, non ultra tetendisse: alij tormenta etiam inficiantem perpeßum affirmat. Philippo redintegratus est luctus, geminatusq̄. & infelicitatem suam in liberis grauiorẽ quod alter perisset, censebat. Perseus certior factus omnia detecta esse, potentior quidẽ erat, q̄ ut fugam necessariam duceret: tantum ut procul abesset, curabat, interim uelut ab incendio flagrantis iræ, dum Philippus uiueret, se defensurus. qui spe potiundi ad pœnam corporis eius amissa, quod reliquum erat, id studere: ne super impunitatem etiam præmio sceleris frueretur. Antigonom igitur appellat: cui & palam facti patricidij gratia obnoxius erat, neq̄ pudendum aut pœnitendum eum regem Macedonibus propter recentem patris Antigoni gloriam fore censebat. Quando in eam fortunam ueni, inquit, Antigone, ut orbitas mihi, quam alij detestantur parætes, optabilis esse debeat: regnum, quod à patre tuo forti non solum fidei tutela eius custoditum & auctum etiã accepit: id tibi tradere in animo est. Te unum habeo, quem dignum regno iudicem. si neminem haberem, perire & extinguere id malletm, quam

Perseo

Perseo scelestæ fraudis præmium esse. Demetrium excitatum ab inferis, restitutumque credam mihi: si te, qui morti innocentis, qui meo infelici errori unus inlachrymasti, in locum eius substitutum relinquam. Ab hoc sermone omni genere honoris producere eum non destitit. cum in Thracia Perseus abesset: circumire Macedoniae urbes, principibusque Antigonum commendare, & si uita longior suppetisset, haud dubium fuit quin eum in possessione regni relicturus fuerit. Ab Demetriade profectus, Thessalonicae plurimum temporis moratus fuerat. inde cum Amphipolim uenisset, graui morbo est implicitus. Sed animo tamen ægrum magis fuisse, quam corpore constat: curisque & uigijs, cum identidem species & umbræ infantis interempti filij eum diris agitent, extinctum esse cum execrationibus alterius. admoneri tamen potuisset Antigonus, si haud statim palam facta esset mors regis. Medicus Calligenes, qui curationi præerat, non expectata morte regis, à primis desperationis notis nuntios prædispositos, ita ut conuenerat, misit ad Perseum: & mortem regis in aduentum eius omnes, qui extra regiam erant, cælauit. Oppressit igitur nec opinanteis ignarosque omnes Perseus, & regnum scelere partum inuasit. Peropportuna mors Philippi fuit ad dilationem, & ad uires bello contrahendas. nam post paucis diebus gens Bastarnarum diu sollicitata ab suis sedibus magna peditum equitumque manu Istrum traiecit. inde prægressi qui nuntiarēt regi, Antigonus & Cotto: nobilis erat Bastarna. de ea re Antigonus sæpe inuitus cum ipso Cotto legatus ad concitandos Bastarnas missus. haud procul Amphipoli famæ incerti nuntij occurrerunt, mortuum esse regem. quæ res omnem ordinem consilij turbauit. Compositum autem sic fuerat. transitum per Thraciam tutum, & comitatus Bastarnis ut Philippus præstaret. id ut facere posset, regionum principes donis coluerat, fide sua obligata: pacato agmine transituros Bastarnas. Dardanorum gentem delere propositum erat, inque eorum agro sedes dare Bastarnis. duplex inde erat commodum futurum: si & Dardani, gens semper infestissima Macedoniae, temporibusque iniquis regum imminens tolleretur: & Bastarnæ relictis in Dardania coniugibus liberisque, ad populandam Italiam possent mitti. per Scordiscos iter esse ad mare Adriaticum Italiamque, alia uia traduci exercitum non posse. facile Bastarnis Scordiscos iter duros. nec enim aut lingua aut moribus æquales abhorre. & ipsos adiuncturos se, cum ad prædam opulentissimæ gentis ire uidissent. Inde in omnem euentum consilia commodabantur. siue cæsi ab Romanis forent Bastarnæ, Dardanos tamen sublato, prædamque ex reliquis Bastarnarum, & possessionem liberam Dardaniæ, solatio fore. siue prospere gessissent: Romanis auersis in Bastarnarum bellum, recuperaturum se in Græcia quæ amisisset. Hæc Philippi consilia fuerant. Ingressi sunt pacato agmine, fide Cottonis & Antigoni: sed haud multo post famam mortis Philippi, neque Thracas commercio faciles erant, neque Bastarnæ empto contenti esse poterant, aut in agmine contineri, ne decederent uia. Inde iniuriæ ultro citroque fieri: quarum indies incremento bellum exarsit. Postremo Thracas, cum uim ac multitudinem sustinere hostium non possent, relictis campestribus uicis in montem ingentis altitudinis (Donucam uocant) concesserunt. Quò ubi ire Bastarnæ uellent: quali tempestate Gallos spoliantes Delphos fama est peremptos esse: talis tum Bastarnas nequicquam ad iuga montium appropinquantes oppressit. Neque enim imbre tantum effuso, dein creberrima grandine obruti sunt, cum ingenti fragore cœli tonitribusque & fulguribus præstringentibus aciem oculorum: sed fulmina etiam sic undique micabant, ut peti uiderentur corpora: nec solum milites, sed etiam principes icti caderent. itaque cum præcipiti fuga per rupes præaltas improvidi sternerentur ruerentque, instabant quidem percussis Thracas. sed ipsi deos autores fugæ esse, cœlumque in se ruere aiebant. Dissipati procella cum tanquam ex naufragio plerique semiermes in castra, unde profecti erant, redissent: consulti quid agerent ceptum. inde orta dissensio: alijs redeundum, alijs penetrandum in Dardaniam censentibus. Triginta ferme millia hominum (Clondico duce profecti erant) peruenerunt. cætera multitudo retro quæ uenerat, transdanubianam regionem repetijt. Perseus potitus regno interfici Antigonum iussit. & dum firmaret res, legatos Romam ad amicitiam paternam renouandam petendumque ut rex ab senatu appellaretur, misit. Hæc eo anno in Macedonia gesta.

Alter consul, Q. Fuluius ex Liguribus triumphauit. quem triumphum magis gratiæ quam rerum

rerum gestarum magnitudini datum constabat. Armorum hostilium magnam vim transtulit. nullam pecuniam admodum. diuisit tamen in singulos milites tricenos æris: duplex centurionibus, triplex equiti. Nihil in eo triumpo magis insigne fuit, quàm quod forte euénit ut eodem die triumpharet: quo priore anno ex prætura triumphauerat. Secundum triumphum comitia edixit. quibus creati coss. sunt M. Iunius Brutus, A. Manlius Volso. Prætorum inde tribus creatis, comitia tempestas diremit. postero die reliqui tres facti, ante diem quartum Idus Martias, M. Titinius Curuus, T. Claudius Nero, T. Fonteius Capito. Ludi Romani instaurati ab ædilibus curulibus, Cn. Seruilio Cépione, Ap. Claudio Centone, propter prodigia quæ euenerant. Terra mouit. in foris publicis, ubi lectisternium erat: deorum capita, quæ in lectis erant, auerterunt se: lanaq; cum integumentis, quæ Ioui opposita fuit, decidit. de mensa oleas quoq; prægustasse mures, in prodigium uersum est. Ad ea expianda nihil ultra, quàm ut ludi instaurarétur, actum est.

FINIS

20 T. LIVII PATAVINI HI-

STORiarVM AB VRBE CONDITA DECADIS
QVINTAE LIBRI QVINQVE.



IN OFFICINA FROBENIANA, ANNO
M D XXXIIII



NENIS in æde Vestæ extinctus est. Tib. Sempronius Gracchus procon-
sul Celtiberos uictos in deditioem accepit: monumentumq; operum suo-
rum, Gracchurim oppidum in Hispania constituit. A Posthumio Albino
proconsule Vaccei, ac Lusitani subacti sunt. de utrisq; triumphauit. Antio-
chus Antiochi filius obses Romanis à patre datus, mortuo fratre Seleuco,
qui patri defuncto successerat: in regnū Syriæ ab urbe dimissus. Lustrum
à censoribus conditum est, Censa sunt ciuium capita CCLXIII milia, CXLIII. Q. Vo-
lumnus Saxa tribunus plebis legem tulit: nequis hæredem mulierem institueret. suasis legem
M. Cato. extat oratio eius. Præterea res contra Ligures, Istros, Sardos, & Celtiberos à com-
pluribus ducibus gestas continet. & initia belli Macedonici, quod Perseus Philippi filius mo-
liebatur. miserat enim ad Carthaginenses legationem, & ab ijs nocte audita erat. sed & alias
Græciæ ciuitates sollicitabat. qui præter religionem, quod quàm multa templa magnifica mul-
tis locis erexit: Athenis Iouis Olympij, & Antiochiæ, uilissimum regem egit.

LIBRI XLII

Fluius Flaccus censor templum Iunonis Laciniaë tegulis marmoreis spoliavit, ut ædem
quam dedicauerat, tegetet. tegulæ ex s c reportatæ. Eumenes Asiæ rex in senatu de Per-
seo Macedoniaë rege questus est. cuius iniuriæ in populum Romanum referuntur, ob quas
bello ei indicto, P. Licinius Crassus cos. cui Macedonia decreta erat: in Macedoniam tran-
siit, leuibusq; expeditionibus, equestribus prælijs in Thessalia cum Perseo felici euentu pug-
nauit. Inter Masanissam, & Carthaginenses de agro fuit dies ad disceptandum à senatu da-
tus. Legati missi ad ciuitates socias, & reges rogandos: ut in fide permanerent, dubitantibus
Rhodijs. Lustrum à censoribus conditū est. Censa sunt ciuiū capita CCLVII milia, CCXXXI.
Res præterea aduersus Corsos, & Ligures prospere gestas continet.

LIBRI XLIII

Prætores nonnulli, eo quod auare & crudeliter prouincias administrassent, damnati sunt.
P. Licinius Crassus proconsul complures in Græcia urbes expugnauit, & crudeliter diri-
puit. ob id captiui, qui ab eo uenerant, ex s c postea restituti sunt. A præfectis classium Ro-
manarum multa impotenter in socios facta. Res præterea à Perseo rege in Thracia prosper-
e gestas continet: uictis Dardanis, & Illyrico: cuius rex erat Gentius. Motus, qui in Hispania
ab Olonico factus erat, ipso interempto confedit. M. Æmylius Lepidus à censoribus prin-
ceps in senatu lectus.

LIBRI XLIIII

Quintus Marcius Philippus per saltus penetrauit in Macedoniam: compluresq; urbes
occupauit. Rhodij misere legatos Romam, minantes: ut Perseo essent auxilio: nisi po-
pulus Romanus cum eo pacem atque amicitiam coniungeret. indigne id latum. Cum id bel-
lum L. Æmylio Paulo sequentis anni consuli iterum, mandatū esset: Paulus in concione pre-
catus est, ut quicquid diri populo Romano immineret, supra domum suam conuerteretur: &
in Macedoniam profectus Perseum uicit, uniuersamq; Macedoniam in potestatem redegit.
antequam conflingeret, dixit exercitui, ne miraretur, quod luna nocte proxima defectura esset.
Gentius quoq; rex Illyriorū, cum rebellasset: ab Anicio prætore uictus uenit in deditioem,
& cum uxore & liberis & propinquis Romam missus. Ab Alexandria legati à Cleopatra, &
Ptolemæo regibus uenerunt, querentes de Antiocho rege Syriæ, quod is bellum inferret. Per-
seus sollicitatis in auxilium Eumene rege Pergami, & Gentio rege Illyriorum, quia ijs pecuni-
am, quam promiserat, minime dabat, ab eis relictus est.

A 2 Libri

Perfeus ab Æmylio Paulo in Samothracia captus est. Cum Antiochus Syriæ rex Ptole-
 mæum & Cleopatram, Ægypti reges obsideret: & iſſis ad eum à ſenatu legatis, qui iu-
 berent: ab obſidione ſocij regis abſiſteret: editiſq; mandatis cõſideraturum ſe ille, quid faci-
 undum eſſet, reſpondiſſet: unus legatorum Popilius uirga regem circumſcripſit: iuſſitq; ante-
 quam circulo excederet, reſponſum daret. qua aſperitate effecit, ut Antiochus bellum omitte-
 ret. Legationes gratulantium populorum, ac regum in ſenatum admiſſæ. Rhodiorum, quia
 eo bello contra populum Romanum fuerant, excluſa. poſtero die cum de eo quæreretur: ut ijs
 bellum indiceretur: cauſam in ſenatu patriæ ſuæ legati egerunt: nec tanquam hoſtes, nec tan-
 quam ſocij dimiſſi. Macedonia in prouincię formam redacta eſt. Æmylius Paulus repugnan-
 tibus militibus eius propter minorem prædam, & cõtradicente Seruio Sulpitio Galba trium-
 phauit: & Perſeum cum tribus filijs ante currum duxit. cuius triumphi lætitia, ne ſolida ei con-
 tingeret: duorum filiorum funeribus inſignita eſt. quorum alterius mors patris triumphum
 præceſſit: alterius ſecuta eſt. Luſtrum conditum eſt à cenſoribus. Cenſa ſunt ciuium
 capita cccxxi milia, dcccv. Pruias Bithyniæ rex Romam, ut ſe-
 natui gratias ageret ob uictoriã ex Macedonia partã, uenit:
 & Nicomedem filium ſuum ſenatui cõmendauit.
 rex plenus adulationis libertum ſe po-
 puli Romani eſſe dicebat.

T. LIVII PATAVINI HI⁵

STORIARVM AB VRBE CONDITA DECADIS

QVINTAE LIBER PRIMVS

ACEPHALVS.

*

*

à patre in pace habitam armasse, eoq; iuuentuti prædandi cupidæ pergratus esse dicebatur. Consilium de Histrico bello cum haberet consul, alijs gerendum extemplo, antequam contrahere copias hostes possent: alijs consulendum prius senatum censebant. Vicit sententia, quæ diem non proferebat. Profectus ab Aquileia consul, castra ad lacum Timai posuit. Imminet mari is lacus. Eodem decem nauibus C. Furius duumuir naualis uenit. Aduersus Illyriorum classem creati duumiri nauales erant, qui tuendâ uiginti nauibus mari superiore Anconam uelut cardinem haberent: inde L. Cornelius dextra littora usq; ad Tarentum, C. Furius læua usq; ad Aquileiam tueretur. Eæ naues ad proximum portum in Histriæ fines cum onerarijs & magno comœatu missæ: secutusq; cum legionibus consul quinque fermè milia à mari posuit castra. In portu emporium breui perfrequens factum, omniac; hinc in castra subportabantur: & quo id tutius fieret, stationes ab omnibus castrorum partibus circumdatae sunt: in Histriamq; suum præsidium statiuum, repentina cohors placentina opposita inter mare & castra. & ut idem aquatoribus ad fluuium esset præsidium, M. Ebutius tribunus militum secundæ legionis duos manipulos militum adijcere iussus est. T. & C. Aelij tribuni militum legionem tertiam, quæ pabulatores & lignatores tueretur, uia quæ Aquileiam fert, duxerant. Ab eadem regione mille fermè passuum castra erant Gallorum: Catmelus pro regulo erat tribus aut amplius millibus armatorum. Histri ut primum ad lacum Timai castra sunt Romana mota, ipsi post collem occulto loco confederunt: & inde obliquis itineribus agmen sequebantur in omnem occasionem intenti: nec quicquam eos quæ terra mariq; agerentur fallebat. Postquam stationes inualidas esse pro castris, eorû turba inermis frequens inter castra & mare mercantium, sine ullo terrestri aut maritimo munimento uiderunt: duo simul præsidia, Placentinæ cohortis, & manipulorum secundæ legionis adgrediuntur. Nebula matutina texerat inceptum: qua dilabente ad primum teporem solis, perlucens iam aliquid, incerta tamen ut solet lux speciem omnium multiplicem intuenti reddens, tum quoq; frustrata Romanos, multo maiorem ijs quàm erat hostium aciem ostendit: qua territi utriusq; stationis milites ingenti tumultu cum in castra confugissent, haud paulo ibi plus, quàm quod secum ipsi attulerant, terroris fecerunt. Nam neq; dicere quid fugissent, nec percontantibus reddere responsum poterant: & clamor in portis, ut ubi nulla esset statio, quæ sustineret impetum, audiebatur: & concursatio in obscuro incidentium aliorum in alios, incertû fecerat, an hostis intra uallum esset. Vna uox audiebatur, ad mare uocantium. Id forte temere ab uno exclamatum, totis passim personabat castris. Itaq; primo uelut iussi id facere, pauci armati, maior pars inermes, ad mare decurrunt: dein plures, postremo propè omnes, & ipse consul cum frustra reuocare fugientes conatus, nec imperio, nec autoritate, nec precibus ad extremum ualuisse. Vnus remansit M. Licinius Strabo tribunus militum tertie legionis, cum tribus signis ab legione sua relictus. Hunc in uacua castra impetu facto Histri, cum alius armatus ijs nemo obuiam esset, in prætorio instructem atq; adhortantem suos oppresserunt. Prælium atrocius quàm pro paucitate resistentium fuit: nec ante finitum est, quàm tribunus militum quicq; circa eum constiterant, interfecti sunt. Prætorio deiecto, direptis quæ ibi fuerunt, ad quæstoriû, forum, quintanamq; hostes peruenerunt. Ibi cum omnium rerum paratam expositamq; copiam, & stratos lectos in quæstorio inuenissent, regulus accubans epulari cœpit: mox idem cæteri omnes armorum hostiumq; oblitifaciunt: & ut quibus insuetus liberalior uictus esset, auidius uino ciboq; corpora onerant. Nequaquam eadem est tum rei forma apud Romanos: terra mari trepidatur, nautici tabernacula detendunt, comœatumq; in littore expositum in naues rapiunt: milites in scaphas & mare territi ruunt: nautæ metu ne compleantur nauigia, alijs turbæ obsistunt, alijs

A 3 ab lit

ab littore naues in altum expellunt: inde certamen, mox etiam pugna cum uulneribus & cæde inuicem militum nautarumq; oritur, donec iussu cōsulis procul à terra classis submota est. Secernere inde inermes ab armatis cœpit: uix M C C extanta multitudine, qui arma haberent, perpauci equites, qui equos secum eduxissent, inuenti sunt: cætera deformis turba, uelut fixarum calonumq; præda uere futura si belli hostes meminissent. Tunc demum nuncius ad tertiam legionem reuocandam & Gallorum præsidium: & simul ex omnibus locis ad castra recipienda, demendamq; ignominiam rediri cœptum est. Tribuni militum tertiæ legionis pabulum lignaq; proñcere iubent: centurionibus imperant, ut grauiores ætate milites binos in ea iumenta, ex quibus onera deiecta erant, imponant: equites ut singulos è iuuenibus pedites secum in equos tollant. egregiam gloriam legionis fore, si castra metu secundanorum amissa, sua uirtute recipiant, & recipi facile esse, si in præda occupati barbari subito opprimantur: sicut ceperint, posse capi. Summa militum alacritate adhortatio audita est. Ferunt citati signa, nec signiferos armati morantur: priores tamen consul copiarq;, quæ à mari reducebantur ad uallum accesserunt. L. Atilius tribunus primus secundæ legionis non hortabatur modo milites, sed docebat etiã: si uictores Histri quibus armis cepissent castra, ipsidem capta retinere in animo haberent, primum exutum castris hostem ad mare persecuturos fuisse, deinde stationes certe pro uallo habituros: uino somnoq; uerisimile esse merfos iacere. Sub hæc A. Bæculonium signiferum suum, notæ fortitudinis uirum, inferre signum iussit. Ille si unū se sequerentur, quo celerius fieret facturum dixit: connixusq; cum trans uallum signum traiecisset, primus omnium portam intrauit. Et parte alia T. & C. Aeli Tr. mil. tertiæ legionis cum equitatu adueniunt: confestim & quos binos oneraria in iumenta imposuerat secuti: & cōsul cum toto agmine. At Histrorum pauci, qui modice uinosi erant, memores fuerat fugæ, alijs somno mors continuata est: integraq; sua omnia Romani, præterquam quod uini cibiq; absumptum erat, receperunt. Aegri quoq; milites, qui in castris relictis fuerant, postquam intra uallum suos senserunt, armis atreptis cædem ingentem fecerunt. Ante omnis insignis opera fuit C. Popilij equitis: Sabello cognomen erat. is pede saucio relictus, longe plurimos hostium occidit. Ad octo millia Histrorum sunt cæsa, captus nemo: quia ira & indignatio immemores prædæ fecit. Rex tamen Histrorum temulentus ex conuiuio raptim à suis in equum impositus fugit. Ex uictoribus CC XXXVII milites perierunt, plures in matutina fuga quàm in recipiendis castris. Forte ita euenit, ut Cn. & L. Gauillij, nouelli Aquileienses, cum comœatu uenientes, ignari propè in capta castra ab Histris inciderent. Ii cum Aquileiam relictis impedimentis refugissent, omnia terrore ac tumultu, non Aquileiæ modo, sed Romæ quoq; post paucos dies impleuerunt: quò non capta tantum castra ab hostibus, nec fuga quæ uera erat, sed perditas res deletumq; exercitum omnem adlatum est. Itaq;, quod in tumultu fieri solet: delectus extra ordinem non in urbe tantum, sed tota Italia indicti. Duæ legiones ciuium Romanorum conscriptæ, & X millia peditum cum equitibus D socijs nominis Latini imperata. M. Iunius consul transire in Galliam, & ab ciuitatibus prouinciæ eius quantum quæq; posset militum exigere iussus. Simul decretum, ut T. Claudius Pr. militibus legionis quartæ, & socium Latini nominis V milibus: equitum C C L. Pisas ut conuenirent ediceret, eamq; prouinciã dum consul inde abesset tutaretur. M. Titinius Pr. legionem primam, parem numerum sociorum peditum equitumq; Ariminum conuenire iuberet. Nero paludatus Pisas in prouinciã est profectus. Titinius C. Cassio Tr. mil. Ariminum qui præesset legioni misso, delectum Romæ habuit. M. Iunius Cos. ex Liguribus in prouinciã Galliam transgressus, auxilijs protinus per ciuitates Galliæ, militibusq; colonis imperatis Aquileiam peruenit. Ibi certior factus exercitum incolumem esse, scriptis literis Romã ne tumultuarentur, ipse remissis auxilijs quæ Gallis imperauerat, ad collegam est profectus. Romæ magna ex nec opinato lætitia fuit: delectus ommissus est, exauctorati qui sacramento dixerat: & exercitus qui Arimini pestilentia affectus erat, domum dimissus. Histri magnis copijs cum castra haud procul cōsulis castris haberent, postquam alterum consulem cum exercitu nouo aduenisse audierunt, passim in ciuitates dilapsi sunt: cōsules Aquileiam in hiberna legiones reducerunt. Sedato tandem Histrico tumultu

s e factum est, ut cōsules inter se compararent uter eorum ad comitia habenda Romā rediret. Cum absentem Manliū Tr. pl. Licinius Nerua, & C. Papius Turdus in cōcionibus lacerarent, rogationemq; promulgarent, ne Manlius post Idus Martias (prorogatae namq; consulibus iam in annum prouinciā erant) imperium retineret: uti causam extemplo dicere, cum abisset magistratu, posset: huic rogationi Q. Aelius collega intercessit, magnisq; contentionibus obtinuit ne perferretur. Per eos dies Tib. Sempronius Gracchus, & L. Posthumius Albinus ex Hispania Romam cum reuertissent, senatus ijs à M. Titinio Pr. datus in aede Bellonae, ad differendas res quas gessissent, postulandosq; honores meritos, ut dijs immortalibus haberetur honos. Eodem tempore & in Sardinia magnum tumultum esse literis T. Ebutij Pr. cognitum est, quas filius eius ad senatum attulerat. Ilienses adiunctis Balarorum auxilijs pacatam prouinciam inuasert: nec eis inualido exercitu, & magna parte pestilentia absumpto, resisti poterat. Eadem & Sardorum legati nuntiabant, orantes ut urbibus saltem: iam enim agros deploratos esse, opem senatus ferret. Haec legatio totumq; quod ad Sardiniam pertinebat, ad novos magistratus reiectum est. Aequae miserabilis legatio Lyciorū, qui crudelitatem Rhodiorum, quibus ab L. Cornelio Scipione attributi erant, querebantur. fuisse sub ditione Antiochi: eam regiam seruitutem collatam cum praesenti statu, praeclearam libertatem uisam. Non publico tantum se premi imperio, sed singulos iustum pati seruitium: iustos coniuges liberosq; uexari: in corpus, in tergum saeuiri: famam, quod indignū sit, maculari dehonestariq; & palam res odiosas fieri, iuris etiam usurpandi causa: ne pro dubio habeant, nihil inter se & argento parata mancipia interesse. Motus his senatus, literas Lycijs ad Rhodios dedit: nec Lycios Rhodijs, nec ullos alicuiquam, qui nati liberi sint, in seruitutem dari placere. Lycios ita sub Rhodiorum simul imperio & tutela esse, ut in ditione p r ciuitates sociā sint. Triumphum deinde ex Hispania duo continui acti. Prior Sempronius Gracchus de Celtiberis socijsq; eorum: postero die L. Posthumius de Lusitanis, alijsq; eiusdem regionis Hispanis triumphauit. x l milia pondo argenti Tib. Gracchus transtulit. xx milia Albinus. Militibus denarios quinos uicenos, duplex centurioni, triplex equiti, ambo diuiserunt, socijs tantūdem quantum Romanis. Per eosdem forte dies M. Iunius c o s. ex Histria comitiorum causa Romam uenit. Eum cum in senatu fatigassent interrogationibus Tr. pl. Papius & Licinius, de his quae in Histria essent acta, in concionem quoq; producerunt. Ad quae cum consul, se dies non plus x i in ea prouincia fuisse, responderet: quae se absente acta essent, se quoq; ut illos, fama comperita habere: exequerentur deinde quærentes, quid ita non potius A. Manlius Romam uenisset, ut rationē redderet p r cur ex Gallia prouincia quā sortitus esset, in Histriā transisset: quando id bellum senatus decreuisset, quando id bellum p r iussisset. At Hercule priuato quidem consilio bellum susceptum esse, sed gestum prudenter fortiterq;. Immo utrum susceptum sit nequius, an inconsultius gestum dici non posse. Stationes duas nec opinātes ab Histris oppressas, castra Romana capta: quod peditum, quod equitum in castris fuerit. ceteros inermis fusosq;, ante omnes consulem ipsum ad mare ac naueis fugisse. priuatum rationem redditurum earum rerum esse, quoniā consul nolisset. Comitia deinde habita: cōsules creati C. Claudius Pulcher, Tib. Sempronius Gracchus, & postero die praetores facti: P. Aelius Tubero iterū, C. Quintius Flamininus, C. Numisius, C. Mumius, Cn. Cornelius Scipio, C. Valerius Laeuinus. Tuberoni urbana iurisdictio, Quintio peregrina euenit, Numisio Sicilia, Mumio Sardinia: sed ea propter belli magnitudinem prouincia consularis facta. Gracchus eam sortitur, Histriam Claudius, Scipio & Laeuinus Gallia, in duas diuisam prouincias sortiti sunt. Idibus Martijs, quo die Sempronius Claudiusq; consulatum inierunt, mentio tantum de prouincijs Sardinia Histriaq; & utriusq; hostibus fuit, qui in his prouincijs bellum conciuissent. Postero die legati Sardorū, qui ad novos magistratus dilati erant: L. Minutius Thermus, qui legatus Manlij consulis in Histria fuerat, in senatum uenit. Ab his edoctus est senatus, quantum belli eae prouinciā haberent. Mouerunt senatum & legationes sociū nominis Latini, quae & censores, & priores consules fatigauerūt, tandem in senatum introductae. Summa querelarum erat, ciues suos Romae censos plerosq; Romā commigrasse. Quod si permit-

tatur, per paucis lustris futurum, ut deserta oppida, deserti agri, nullum militem dare possent. Fregellas quoque milia IIII familiarum transisse ab se Samnites Pelignique querebantur: neque eo minus aut hos, aut illos in decetum militum dare. Genera autem fraudis duo mutandae uiritim ciuitatis inducta erant. Lex socij ac nominis Latini, qui stirpem ex sese domi relinquerent, dabat, ut ciues Romani fierent. Ea lege male utendo, alij socij, alij populo Romano iniuriam faciebant. Nam & ne stirpem domi relinquerent, liberos suos quibusquibus Romanis in eam conditionem ut manumitterentur mancipio dabant, libertinique ciues essent: & quibus stirpes deesset quam relinquerent, ut ciues Romani fierent. Postea his quoque imaginibus iuris spretis, promiscue sine lege, sine stirpe, in ciuitatem Romanam per migrationem & censum transiebant. Haec ne postea fierent, petebant legati, & ut redire in ciuitates iuberent socios. deinde ut lege cauerent, ne quis quem ciuitatis mutandae causa suum faceret, neue alienaret, & si quis ita ciuis Romanus factus esset. Haec impetrata ab senatu. Prouinciae deinde quae in bello erant, Sardinia atque Histria decretae. In Sardiniam duae legiones scribi iussae, quina milia in singulas & duceni pedites, treceni equites: & duodecim milia peditum sociorum ac Latini nominis, & DC equites, & X quinque remes naues, si deducere ex naualibus uellet. Tantundem peditum equitumque in Histriam, quantum in Sardiniam decretum. Et legionem unam cum equitibus CCC, & V milia peditum sociorum, & CCL mittere equites in Hispaniam consules ad M. Titinium iussi. Priusquam consules prouincias sortirentur, prodigia nuntiata sunt: lapidem in agro Crustumino in lacum Martis de caelo cecidisse. Puerum trunci corporis in agro Romano natum, & quadrupedem anguem uisum: & Capuae multa in foro aedificia de caelo tacta, & Puteolis duas naues fulminis ictu concrematas esse. Inter haec quae nuntiabantur, lupus etiam Romae interdum agitato, cum Collina porta intrasset, per Aesquilinam magno consecretantium tumultu euasit. Eorum prodigiorum causa consules maiores hostias immolarunt, & diem unum circa omnia puluina supplicatio fuit. Sacrificijs rite perfectis, prouincias sortiti sunt. Claudio Histria, Sepronio Sardinia obuenerunt. Legem deinde socij C. Claudius tulit s. c. & edixit: qui socij ac nominis Latini ipsi maioresue eorum, M. Claudio T. Quintio censoribus postquam ea apud socios nominis Latini censi essent, ut omnes in suam quisque ciuitatem ante Cal. Nouembres redirent. Quaestio, qui ita non redissent. L. Mummius Pr. decreta est. Ad legem & edictum c. o. s. c. adiectum est: ut dictator, c. o. s. interrex, censor, Pr. qui nunc esset apud forum, quem manumitteretur, in libertatem uindicaretur, ut iusiurandum daret: qui eum manumitteret, ciuitatis mutandae causa manu non mittere: qui id non iuraret, eum manu mittendum non censuerunt. Haec in posterum causa iurisque dictio C. Claudio c. o. s. decreta est.

Dum haec Romae geruntur, M. Iunius, & A. Manlius, qui priore anno consules fuerant, cum Aquileiae hibernassent, principio ueris in finibus Histriorum exercitum introduxerunt. ubi cum effuse popularentur, dolor magis & indignatio diripi res suas cernenteis Histros, quam certa spes fati sibi uitium aduersus duos exercitus, exciuit. concursu ex omnibus populis iuuentutis facto, repentinus & tumultuarius exercitus acius primo impetu quam perseverantius pugnauit. Ad quatuor milia eorum in acie caesa, caeteri omisso bello in ciuitates passim diffugerunt. Inde legatos primum ad pacem petendam in castra Romana, deinde obsides imperatos miserunt. Haec cum Romae cognita literis proconsulum essent, C. Claudius consul ueritus, ne forte ea res prouinciam exercitumque sibi adimeret, non uotis nuncupatis, non paludatis lictoribus, uno omnium certiore facto collega, nocte profectus praecipue in prouinciam abiit: ubi inconconsultius quam uenerat se gessit. Nam cum concione aduocata fugam e castris A. Manlij aduersis auribus militum, quippe qui primi ipsi fugissent, iactasset, ingessisset probra M. Iunio, quod se dedecoris socij collegae fecisset: ad extremum utrunque decedere prouincia iussit. Quod cum milites consulis imperio dicto audientes futuros sese dicerent, cum is more maiorum secundum uota in Capitolio nuncupata, lictoribus paludatis profectus ab urbe esset: furens irauocatum qui pro quaestore Manlij erat: catenas poposcit, uinctos se Iunium Manliumque minitans Romam missurum. Ab eo quoque spretum consulis imperium est: & circumfusum exercitus fauens imperatorum causa, & consuli infestus, animos ad non parendum addebat. Postremo fati

mo fatigatus consul & contumelijs singulorum, & multitudinis (nam Insuper iridebant) ludibrijs, naue eadem qua uenerat Aquileiam redijt. Inde collegæ scripsit, ut militum nouorum ei parti, quæ scripta in Histriam prouinciam esset, ediceret, Aquileiam ut conueniret: ne quid se Romæ teneret, quo minus uotis nuncupatis paludatus ab urbe exiret. Hæc collegæ obsequenter facta, breuisq; dies ad conueniendum edicta est. Claudius propè consecutus est literas suas. Contione adueniens de Manlio & Iunio habita, non ultra triduum moratus Romæ, paludatis licitoribus uotisq; in Capitolio nuncupatis, in prouinciam æque amplius præcipiti celeritate abit. Paucis ante diebus Iunius Manliusq; oppidū Nesattium, quò se principes Histrorum & regulus ipse Æpulo receperat, summa ui oppugnant. Eò Claudius duabus legionibus nouis adductis, uetere exercitu cum suis ducibus dimisso, ipse oppidum circumfedit, & uineis oppugnare intendit: amnemq; præterfluentem mœnia, qui & impedimento oppugnantibus erat, & aquationem Histris præbebat, multorum dierum opere exceptum nouo alueo auertit. Ea res barbaros miraculo terruit absisæ aquæ: & ne tum quidē memores pacis, in cædem coniugum ac liberorum uersi, etiam ut spectaculo hostibus tam fœdum facinus esset, palam in muris trucidatos præcipitabant. Inter simul complorationem fœminatum puerorumq; simul nefandam cædem, milites transgressi murum oppidum intrarunt. Cuius capti tumultum ut ex pauido clamore fugientium accepit rex, traiecit ferro pectus, ne uiuus caperetur: cæteri capti aut occisi. Duo deinde oppida Mutila & Faueria ui capta & deleta. Præda, ut in gente inopi, spe maior fuit, & omnis militibus concessa est. v milia capitum DCXXXII sub corona uenerunt. Autores belli uirgis cæsi, & securi percussi. Histria tota trium oppidorum excidio, & morte regis pacata est: omnesq; undiq; populi obsidibus datis in ditionem uenerunt. Sub Histrici finem belli, apud Ligures concilia de bello haberi cœpta. T. Claudius proconsul, qui Pr. priore anno fuerat, cum præsidio legionis unius Pisis præerat. Cuius literis senatus certior factus, eas ipsas literas ad C. Claudium (nam alter consul iam in Sardiniam traiecerat) deferendas censet, & adiicit decretum, quoniam Histria prouincia cōfecta esset, si ei uideretur exercitum traduceret in Ligures. Simul ex literis consulis quas de rebus in Histria gestis scripserat, in biduum supplicatio decreta. Et ab altero consule Tib. Sempronio in Sardinia prospere res gestæ. Exercitum in agrum Sardorum Iliensium induxit. Balarorum magna auxilia Iliensibus uenerant. Cum utraq; gente signis collatis confligit: Fusi fugatiq; hostes, castrisq; exuti. XII milia armatorum cæsa. Postero die arma lecta conijci in acruum iussit consul, sacrumq; id Vulcano cremauit. Victorem exercitum in hiberna sociarum urbium reduxit. Et C. Claudius literis T. Claudij & s c accepto, ex Histria legiones in Ligures transduxit. Ad Scultennam flumen in campos progressi castra habebant hostes. Ibi cum his acie dimicatum. xv m cæsa, plus dcc aut in prælio, aut in castris (nam ea quoque expugnata sunt) capti. & signa militaria unum & l capta. Ligures reliquæ cædis in montes refugerunt passim, populantiq; campestreis agros consuli nulla usquam apparuerunt arma. Claudius duarum gentium uno anno uictor, duabus, quod raro alius, in consulatu pacatis prouincijs, Romam reuertit. Prodigia eo anno nuntiata: in Crustumino auem sangualem (quam uocant) sacrum lapidem rostro cecidisse. Bouem in Campania locutum. Vaccam æneam Syracusis ab agresti tauro, qui pecore aberrasset, inita, ac semine aspersam. In Crustumino diem unum in iplo loco supplicatio fuit, & in Campania bos alenda publice data: Syracusanumq; prodigium expiatum, editis ab aruspibus dijs, quibus supplicaretur. Pontifex eo anno mortuus est M. Claudius Marcellus, qui consul censorq; fuerat. In eius locum susceptus est pontifex filius eius M. Marcellus. Et Lucam colonia eodem anno m m ciuium Romanorum sunt deducta. Triumuii deduxerunt P. Ælius, L. Egilius, Cn. Sicinius. Quinquagena & singula iugera & semisses agri in singulos dati sunt. De Ligure captus is ager erat, Hetruscorum antequam Ligurum fuerat. C. Claudius eos ad urbem uenit: cui, cum in senatu de rebus in Histria Liguribusq; prospere gestis differuisset, postulanti triumphus est decretus. triumphauit in magistratu de duabus simul gentibus. Tulit in eo triumpho denarium cccvii milia, & uictoriatum lxxxv milia dccii. militibus in singulos quinideni denarij dati, duplex

plex centurioni, triplex equiti: focis dimidio minus, quam ciuibus datum. Itaque taciti, ut iratos esse sentires, secuti sunt currum. Dum is triumphus de Liguribus agebatur, Ligures postquam senserunt, non consularem tantum exercitum Romam adductum, sed legionem ab T. Claudio Pisis dimissam: soluti metu clam exercitu indicto, per transfuersos limites superatis montibus in campos digressi, agrum Mutinensem populati, repentino impetu coloniam ipsam ceperunt. Id ubi Romam allatum est, senatus C. Claudium consulem comitia primo quoque tempore habere iussit, creatisque in annum magistratibus in prouinciam redire, & coloniam ex hostibus eripere. Ita uti censuit senatus, comitia habita, Coss. creati Cn. Cornelius Scipio Hispalus, Q. Petilius Spurius. Praetores inde facti, M. Popilius Lænās, P. Licinius Crassus, M. Cornelius Scipio, L. Papirius Maso, M. Aburius, L. Aquilius Gallus. C. Claudio Coss. prorogatum in annum imperium & Gallia prouincia. Et ne Histri quoque idem quod & Ligures facerent, socios nominis Latini in Histriam mitteret, quos triumphus causa de prouincia deduxisset. Cn. Cornelio, & Q. Petilio Coss. quo die magistratum inierunt, immolantibus Ioui singulis bubus, uti solent: in ea hostia, qua Q. Petilius sacrificauit, in iocinore caput non inuentum. Id cum ad senatum retulisset, boue perlitare iussus. De prouincijs deinde consultus senatus Pisas & Ligures prouincias consulibus decreuit. Cui Pisae prouincia obuenerat, cum magistratum creandorum tempus esset, ad comitia reuerti iussit. Additum decreto, ut binas legiones nouas scriberent, & CCC equites: & dena milia peditum socijs nominisque Latino, & DC imperarent equites. T. Claudio prorogatum est imperium in id tempus, quo in prouinciam Coss. uenisset. Dum de his rebus in senatu agitur, Cn. Cornelius euocatus a uiatore cum templo egressus esset, paulo post rediit confuso uultu: & exposuit patribus conscriptis: bouis fescenaris, quem immolauisset, iecur defluxisse: id se uictimario nuntianti parum credentem, ipsum aquam effundi ex olla ubi exta coquerentur, iussisse, & uidisse caeteram integram partem extorum, iecur omne inenarrabiliter absumptum. Territis eo prodigio patribus & alter Coss. curam adiecit: qui se, quod caput iocinori defuisset, tribus bubus perlitasse negauit. Senatus maioribus hostijs usque ad litationem sacrificari iussit. Caeteris dijs perlitatum ferunt, Saluti Petilium perlitasse negant. Inde consules praetoresque prouincias sortiti. Pisae Cn. Cornelio, Ligures Petilio obuenerunt. Praetores L. Papirius Maso urbanam, M. Aburius inter peregrinos sortiti sunt. M. Cornelius Scipio Maluginensis Hispaniam ulteriorem, L. Aquilius Gallus Siciliam habuit. Duo deprecati sunt, ne in prouincias irent: M. Popilius in Sardiniam. Gracchum eam prouinciam pacare, & T. Ebutium Praediutorem ab senatu datum esse. Interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio ipsa efficacissima esset, minime conuenire. Inter traditionem imperij, nouitatemque successoris, quae noscendis prius quam agendis rebus imbuenda sit, saepe bene gerendae rei occasiones intercidere. Probata Popilij excusatio est. P. Licinius Crassus sacrificijs se impediri solennibus excusabat, ne in prouinciam iret. Citerior Hispania obuenerat. Caeterum aut ire iussus, aut iurare pro concione solenni sacrificio se prohiberi. Id ubi in P. Licinio ita statutum est, & ab se uti iusiurandum acciperet, M. Cornelius postulauit, ne in Hispaniam ulteriorem iret. Praetores ambo in eadem uerba iurauerunt. M. Titinius & T. Fonteius proconsules manere cum eodem imperij iure in Hispania iussu: & ut in supplementum his tria milia ciuium Romanorum cum equitibus CCC, v milia socium Latini nominis & CCC equites mitterentur. Latinae feriae fuere ad diem III Non. Maij, in quibus quia in una hostia magistratus Lanuuius precatus non erat, Praequiritium, religioni fuit. Id cum ad senatum relatum esset, senatusque ad pontificum collegium reiecit: pontificibus quia non recte factae Latinae essent, instauratis Latinis, placuit Lanuuios, quorum opera instauratae essent, hostias praebere. Accesserat ad religionem quod Cn. Cornelius Coss. ex monte Albano rediens concidit: & parte membrorum captus, ad aquas Cumanas profectus, ingrauescente morbo Cumis decessit: sed inde mortuus Romam allatus, & funere magnifico elatus sepultusque est. Pontifex idem fuerat. Coss. Q. Petilius, cum primum per auspicia posset, collegae subrogando comitia habere iussus, & Latinas edicere: comitia in diem III nonas Sextiles, Latinas ad diem III Idus Sextiles, edixit. Plenis religionum animis prodigia insuper nuntiata: Tusculi facem in caelo uisam: Gabijs eodem Apollinis & priuata edificia complura, Grauiscis

Grauisis mutū portamq; de cælo tacta. Ea patres procurari, uti pontifices censuissent, iusserunt. Dum Coss. primum religiones, deinde alterum alterius mors & comitia & Latinarum instaurationes impediunt: interim C. Claudius exercitum ad Mutinam, quam Ligures priore anno ceperant, admouit. Ante triduum quàm oppugnare cœperat, receptā ex hostibus, colonis restituit. VIII milia ibi Ligurū intra muros cæsa: litteræq; Romā extemplo scriptæ, quibus nō modo rem exponeret, sed etiā gloriaretur: sua uirtute ac felicitate neminem iam cis Alpibus hostem per, agricq; aliquantum captum, qui multis milibus hominum diuidi uirum posset. Et Tib. Sempronius eodem tempore in Sardinia multis secundis prælijs Sardos perdomuit. XV milia hostium sunt cæsa. Omnes Sardonū populi, qui defecerant, in ditionem redacti. Stipendiarijs ueteribus duplex uectigal imperatum exactumq;, cæteri frumentū contulerunt. Pacata prouincia, obsidibusq; ex tota insula CCCXXX acceptis, legati Romam, qui ea nuntiarent, missi: quicq; ab senatu peterent, ut ob eas res ductu auspicioq; Tib. Sempronij prospere gestas, dijs immortalibus honos haberetur, ipsiq; decedenti de prouincia exercitum secum deportare liceret. Senatus in æde Apollinis legatorum uerbis auditis, supplicationem in biduum decreuit, & XL maioribus hostijs consules sacrificare iussit: Tib. Sempronium proconsulem exercitumq; eo anno in prouincia manere. Comitia deinde consulis unius subrogandi, quæ ad diem III Nonas Sextiles edicta erant, eo ipso die sunt confecta. Q. Petilius Coss. collegam, qui extemplo magistratū occiperet, creauit M. Valerium Læuinum. Is iam diu cupidus prouinciæ, cum opportunæ cupiditati eius literæ allatæ essent, Ligures rebellasse nonis Sextilibus paludatus, literis auditis, tumultus eius causa legionē tertiam ad C. Claudium proconsulem in Galliā proficisci iussit: & duumuiros nauales cum classe Pisas ire, qui Ligurum oram, maritimū quoq; terrorem admouentes, circumuectarentur. Eodem & Q. Petilius Coss. ad conueniendum exercitui diem edixerat. Et C. Claudius proconsul audita rebellionē Ligurum, præter eas copias, quas secum Parmæ habebat, subitarijs collectis militibus, exercitum ad fines Ligurum admouit. Hostes sub aduentū C. Claudij, à quo duce se meminerant nuper ad Scultennam flumen uictos fugatosq;, locorum magis præsidio aduersus infelicitate expertam uim, quàm armis se defensuri, duos montes Letum & Balistam ceperunt: muroq; insuper amplexi, tardius ex agris demigrantes, oppressi ad M & D perierunt. Cæteri montibus se tenebant, & ne in metu quidem feritatis ingenitæ oblitī, sæuiunt in prædam, quæ Mutinæ parta erat: captiuos cum fœda laceratione interficiunt: pecora in fanis trucidant uerius passim, quàm rite sacrificant. Satiati cæde animantiū, quæ inanima crant parietibus affigunt, uasa omnis generis usui magis quàm ornamento in speciem facta. Q. Petilius Coss. ne absente se debellaretur, literas ad C. Claudium misit, ut cum exercitu ad se in Galliā ueniret: campis Macris se eum expectaturum. Literis acceptis Claudius ex Liguribus castra mouit, exercitumq; ad campos Macros consuli tradidit. Eodem paucis post diebus C. Valerius consul alter uenit. Ibi diuisis copijs, priusquam digrederentur, communiter ambo exercitus lustrauerunt. tum sortiti, quia nō ab eadem utrunque parte aggredi hostem placebat, regiones quas peterent. Valerium auspiciato sortitū constabat, quod in templo fuisset: in Petilio id uictio factum, postea augures responderūt, quod extra templum sortem in sitellam in templum latam foris ipse posuerit. Profecti inde in diuersas regiones: Petilius aduersus Balistæ & Leti iugum, quod eos montes perpetuo dorso inter se iungit, castra habuit. Ibi adhortantem eum pro contione milites, immemorem ambiguitatis uerbi ominatū serunt: se eo die Letum captum esse. Duabus simul partibus subire in aduersos montes cœpit. Ea pars, in qua ipse erat, impigre succedebat. Alteram hostes cum propulissent, ut restitueret rem inclinam, consul equo aduectus, suos quidē à fuga reuocauit: ipse dum incautius ante signa obuersatur, missili traiectus cecidit. Nec hostes ducem occisum senserunt: & suorum pauci, qui uiderant, haud negligenter, ut qui in eo uictoriam uerti scirent, corpus occultauere. Alia multitudo peditum equitumq;, deturbatis hostibus monte sine duce cepere. Ad V milia Ligurū occisa: ex Romano exercitu duo & quinquaginta ceciderūt. Super tam euidentem tristis ominis euentum etiā ex pullario auditū est uictiū in auspicio fuisse, nec id cōsulē ignorasse. C. Valerius audita

deduxit

deduxit. Cis Apenninū Garuli & Lopicini, & Hercates, trās Apenninū Briniates fuerāt. Inter Audenam amnē Q. Mucius cū ijs qui Lunā Pifasq; depopulati erāt, bellū gessit, omnibusq; in ditionē redactis arma ademit. Ob eas res in Gallia Liguribusq; gestas duorū consulū ductu auspicioq;, senatus in triduū supplicationes decreuit, & XL hostijs sacrificari iussit. Et tumultus quidē Gallicus & Ligustinus, qui principio eius anni exortus fuerat, haud magno conatu breui oppressus erat. Belli Macedonici subibat iam cura, miscēte Perseo inter Dardanos Bastarnasq; certamina. & legati, qui missi ad res uisendas in Macedoniā erāt, iam reuerterant Romā, renūtiauerantq;, bellum in Dardania esse. Simul uenerāt & ab rege Perseo oratores, qui purgarent, nec accitos ab eo Bastarnas, nec autore eo quicq; facere. Senatus nec liberauit eius culpā regem neq; arguit: moneri eum tantūmodo iussit, ut etiam atq; etiā curaret, ut sanctum haberet fœdus, quod ei cum Romanis esse uideri posset. Dardani cum Bastarnas non modo non excedere finibus suis, quod sperauerant, sed grauiores fieri indies cernerent, subnixos Thracum accolarum & Scordiscorum auxilijs: audendū aliquid uel temere rati, omnes undiq; armati ad oppidū quod proximum castris Bastarnarū erat conueniunt. Hiems erat, & id anni tempus elegerant, ut Thraces Scordisciq; in fines suos abirēt. Quod ubi ita factum, & solos iam esse Bastarnas audierunt, bifariam diuidunt copias: pars, ut recto itinere ad lacessendum ex aperto iret: pars deuio saltu circumducta, ab tergo adgrederetur. Cæterū priusq; circumire castra hostiū possent, pugnatū est: uictiq; Dardani cōpelluntur in urbem, quæ ferē XII milia ab castris Bastarnarū aberat. Victores cōfestim circumsidunt urbem, haud dubie postero die aut metu dedituris se hostibus, aut ui expugnaturi. Interim Dardanorū altera manus, quæ circumducta erat, ignara cladis suorum, castra Bastarnarum sine praesidio relicta

more sella eburnea posita ius dicebat, disceptabatq; cōtrouersias minimarum rerum: adeoq; nulli fortunæ adhærebat animus per omnia genera uitæ errans, uti nec sibi nec alijs, qui nam homo esset satis cōstaret. Non alloqui amicos, uix notis familiariter arridere. munificentia in æquali sese aliosq; ludificari: quibusdam honoratis magnoq; æstimātibus se, puerilia ut escæ aut lusus, munera dare: alios nihil expectantes ditare. Itaq; nescire quid sibi uellet quibusdam uideri, quidā ludere eum simpliciter, quidam haud dubie insanire aiebant. In duabus tamen magnis honestisq; rebus uere regius erat animus, in urbium donis & deorū cultu. Megalopolitanis in Arcadia murum se circumdaturū urbi est pollicitus, maioremq; partem pecuniæ dedit. Tegeæ theatrū magnificum è marmore facere instituit. Cyzici in prytaneum: id est penetrale urbis, ubi publice quibus is honos datus est uescuntur: uasa aurea mensæ unius posuit. Rhodijs nihil unū insigne, ita omnis generis, ut quæq; usus eorū postulauerunt, dona dedit. Magnificentia uero in deos uel Iouis Olympij templū Athenis, unum in terris inchoatū pro magnitudine dei, potest testis esse. Sed & Delon maris insignibus, statuarumq; copia exornauit: & Antiochiæ Iouis Capitolini magnificum templū, non laqueatū auro tantum, sed parietibus totis lamina inauratum, & alia multa in alijs locis pollicitus, quia perbreue tempus regni eius fuit, non perfecit. Spectaculorum quoq; omnis generis magnificentia superiores reges uicit: reliquorum sui moris & copia Græcorum artificum: gladiatorum munus Romanæ consuetudinis: primo maiore cum terrore hominū insuetorum ad tale spectaculū, q; uoluptate dedit: deinde sæpius dando, & modo uulneribus tenuis, modo sine missione etiam, & familiare oculis gratumq; id spectaculum fecit, & armorū studium plerisq; iuuenū accendit. Itaq; qui primo ab Roma magnis præmijs patatos gladiatores accersere solitus erat, iam suo

pio inter peregrinos. M. Attilio Pr. prouincia Sardinia obuenerat: sed cū legione noua, quam consules conscripserant, V milibus peditum, CCC equitibus in Corsicam iussus est transire. Dum is ibi bellum gereret, Cornelio prorogatum imperium, uti obtineret Sardinia. Cn. Seruilio Cepioni in Hispaniam ulteriorem, & P. Furio Philo in citeriorem tria milia peditū Romanorum, equites CL, & sociū Latini nominis V milia peditum, CCC equites: Sicilia L. Claudio sine supplemento decreta. Duas præterea legiones COSS. scribere iussi cū iusto numero

numero peditum equitumq; & x milia peditum socijs imperare, & dc equites. Delectus consulibus eo difficilior erat, quod pestilentia quæ priore anno in boues ingruerat, eo uertetur in hominum morbos. qui inciderant, haud facile septimū diem superabant: qui superaerant, longinquo maxime quartanæ implicabantur morbo. Seruitia maxime moriebantur: eorum strages per omneis uias infepulorum erat. Ne liberorum quidem funeribus libitina sufficiebat. Cadauera intacta à canibus ac uulturibus tabes absumebat: satisq; constabat nec illo nec priore anno in tanta strage bouum hominumq; uulturium usquam uisum. Sacerdotes publici ea pestilentia mortui sunt, Cn. Scruilius Cepio pontifex pater prætoris, & Tib. Sempronius, T. F. Longus Xuir sacrorū, & P. Ælius Pætus augur, & Tib. Sempronius Gracchus, & C. Attelius Æmilius curio maximus, & M. Sempronius Tuditanus pōtifex. Pōtifices suffecti sunt, C. Sulpitius Galba in locum Tuditani. Augures suffecti sunt: in Gracchi locū T. Ver-
 turius Gracchus Sempronianus: in P. Ælij, Q. Ælius Pætus. Xuir sacrorum C. Sempronius Longus: curio maximus C. Scribonius curio sufficitur. Cum pestilentia finis non fieret, senatus decreuit, uti Xuir libros Sibyllinos adirent. Ex decreto eorum diem unum supplicatio fuit: & Q. Marcio Philippo uerba præeunte, populus in foro uotum concepit: si morbus pestilentiaq; ex agro Romano emota esset, biduum ferias ac supplicationem se habiturum. In Venienti agro biceps natus puer, & Sinuessæ unimanus, & Oximi puella cum dentibus, & arcus interdiu sereno cælo super ædem Saturni in foro Romano intentus, & tres simul soles effulserunt: & faces eadem nocte plures per cælum lapsæ sunt in Lanuino. Cæritesq; anguem in oppido suo iubarū aureis maculis sparsum apparuisse affirmabant: & in agro Campano bouem locutum esse satis constabat. Legati non. Iul. ex Africa redierunt, qui cōuento prius Masanissa rege Carthaginem ierant: cæterum certius aliquanto quæ Carthagine acta essent ab rege rescierant, quàm ab ipsis Carthaginensibus. compertum tamen affirmauerunt legatos ab rege Perseo uenisse, ijsq; noctu senatum in æde Æsculapij datum esse. ab Carthagine legatos in Macedoniam missos & rex affirmauerat, & ipsi parū constanter negauerant. In Macedoniam quoq; mittendos legatos senatus censuit. Tres missi sunt, C. Lælius, M. Valerius Messala, Sex. Digitius. Perseus per id tempus, quia quidam Dolopum non parebant, & de quibus ambigebatur rebus disceptationem ab rege ad Romanos reuocabant: cum exercitu profectus, sub ius iudiciumq; suum totam coegit gentē. Inde per Oetæos montes transgressus, religionibus quibusdam animo obiectis, oraculum aditurus Delphos ascendit. Cum in media repente Græcia apparuisset, magnum non finitimis modo urbibus terrorem præbuit, sed in Asiam quoq; ad regem Eumenen nuntius tumultus eius uenit. Triduū non plus Delphis moratus, per Phthoridem Achaiam, Thessaliamq; sine damno iniuriaq; agrorum, per quos iter fecit, in regnum redijt. Nec earum tantum ciuitatum, per quas iturus erat, satis habuit animos sibi conciliare: aut legatos, aut literas dimisit, petens ne diutius simultatum, quæ cum patre suo fuissent, meminissent: nec enim tam atroces fuisse eas, ut non cum ipso potuerint ac debuerint finiri: secum quidem omnia illis integra esse ad instituendam fideliter amicitiam. Cum Acheorū maxime gente reconciliandæ gratiæ uiam quærebat. Hæc una ex omni Græcia gens, & Atheniensium ciuitas, eò processerat irarum, ut finibus interdiceret Macedonibus. Itaq; seruitijs ex Achaia fugientibus receptaculum Macedonia erat, quia cum finibus suis interdixissent, intrare regni terminos ipsi non audebant. Id cum Perseus animaduertisset, comprehensis omnibus literas. Cæterum ne similis fuga seruorum postea fieret, cogitan-
 dum & illis esse. Recitatis his literis per Xenarchum prætorem, qui priuatæ gratiæ aditum apud regem quærebat: & plerisq; moderate & benigne scriptas esse censentibus literas, atque his maxime, qui præter spem recepturi essent amissa mancipia: Callicrates ex ijs, qui in eo uerti salutem gentis crederent, si cum Romanis inuiolatum fœdus seruaretur. Parua, inquit, aut mediocris res Achei quibusdam uidetur agi: ego maxime grauissimam omnium, non agiq; tantum arbitror, sed quodam modo actam esse. Nam qui regibus Macedonum Macedonibusq; ipsis, finibus interdixissemus, manereq; id decretum, scilicet ne legatos, ne nuntios admitteremus regum, per quos aliquorum ex nobis animi sollicitarentur: ij concionantem quo-

B dammodo

dammodo absentem audimus regem, & si dijs placet, orationem eius probamus: & cum feræ bestiae cibum ad fraudem suam positum plerumque aspernentur & refugiant, nos cæci specie patris beneficii inescamur: & seruulorum minimi pretij recipiendorum spe, nostram ipsorum libertatem subruere & tentari patimur. Quis enim non uidet, uiam regiae societatis quaerere: qua Romanum foedus, quo nostra omnia continentur, uioletur? Nisi hoc dubium alicui est, bellandum Romanis cum Perseo esse: & quod uiuo Philippo expectatum, morte eius interpellatum est, id post mortem Philippi futurum. Duos, ut scitis, habuit filios Philippus, Demetrium & Persea. Genere materno, uirtute, ingenio, fauore Macedonum, longe praestitit Demetrius. Sed quia in Romanos odij regnum posuerat praemium, Demetrium nullo alio crimine, quam Romanae amicitiae inita, occidit: Persea, quem per prius poenae quam regni haeredem futurum sciebat, regem fecit. Itaque quid hic post mortem patris egit aliud, quam bellum parauit? Bastarnas primum ad terrorem omnium Dardaniam immisit: qui si sedem eam tenuissent, grauiores eos accolae Graecia habuisset, quam Asia Gallos habeat. Ea spe depulsus, non tamen belli consilia omisit: imò si uera uolumus dicere, iam inchoauit bellum. Dolopiam armis subegit, nec prouincijs de controuersis ad disceptationem per adiuit. inde transgressus Oetam, ut repente in medio umbilico Graeciae conspiceretur, Delphos ascendit. Haec usurpatio itineris insoliti quo uobis spectare uidetur? Thessaliam deinde peragrauit, quod sine ullius eorum quos oderat noxia, hoc magis tentationem metuo. Inde literas ad nos cum muneris specie misit: & cogitare iubet quomodo in reliquum hoc munere non egeamus, hoc est, ut decretum, quo arcentur Peloponneso Macedones, tollamus: rursus legatos regio, & hospitia cum principibus, & mox Macedonum exercitus, ipsum quoque à Delphis (quantum enim interluit fretum?) trañcientem in Peloponnesum uideamus. Immiscemur Macedonibus armantibus se aduersus Romanos. Ego nihil noui censeo decernendum, seruandaque omnia integra, donec ad certum dirigantur: uanúsne hic timor noster, an uerus fuerit. Si pax inuiolata inter Macedonas Romanosque manebit, nobis quoque amicitia & commercium sit: nunc de eo cogitare periculosum & immaturum uidetur. Post hunc Arco frater Xenarchi praetoris ita disseruit. Difficilem orationem Callicrates & mihi, & omnibus qui ab eo dissentimus fecit. agendo enim Romanae societatis causam ipse, tentarique & oppugnari dicendo, quam nemo neque tentat neque oppugnat: effecit ut qui ab se dissentiret, aduersus Romanos dicere uideretur. Ac primum omnium tanquam non hic nobiscum fuisset, sed aut ex curia per ueniret, aut regum arcantis interesset: omnia scit & nuntiat quae occulte facta sunt: diuinat etiam quae futura fuerant, si Philippus uixisset. Quid ita Perseus regni haeres sit, quid parent Macedones, quid cogitent Romani. Nos autem, qui nec ob quam causam, nec quemadmodum perierit Demetrius scimus, nec quid Philippus si uixisset facturus fuerat: ad haec quae palam geruntur, consilia nostra accommodare oportet. Ac scimus Persea regno accepto ad legatos Romanos uenisse, ac regem Persea à per appellatum: audimus, legatos Romanos uenisse ad regem, & eos benigne exceptos. Haec omnia pacis equidem signa esse iudico non belli: nec Romanos offendi posse, si ut bellum gerentes eos secuti sumus, nunc quoque pacis autores sequamur. Cur quidem nos inexpiabile omnium soli bellum aduersus regnum Macedonum geramus, non uideo. Opportuni propinquitate ipsa Macedoniae sumus: an infirmissimi omnium, tanquam quos nuper subiecit Dolopes? Imò contra ea uel uiribus nostris, deum benignitate, uel regionis interuallo tuti. Sed sumus aequè subiecti ac Thessali Aetoliisque. nihilo plus fidei autoritatisque habemus aduersus Romanos, qui semper socii atque amici fuimus, quam Aetoli, qui paulo ante hostes fuerunt. Quod Aetolis, quod Thessalis, quod Epirotis, omni denique Graeciae, cum Macedonibus iuris est, idem & nobis sit. cur execrabilis ista nobis solis uelut desertio iuris humani est? Fecerit aliquid Philippus, cur aduersus eum armatum & bellum gerentem hoc decerneremus: quid Perseus nouus rex, omnis iniuriae insons, suo beneficio paternas simultates obliterans meruit? Cur soli omnium hostes ei sumus? Quanquam & illud dicere poteram: tanta priorum Macedoniae regum merita erga nos fuisse, ut Philippi unius iniurias, si quae forte fuerunt, utique post mortem. cum classis Romana Cenchrís staret, eos. cum exercitu Velatiae esset, triduum in concilio

in concilio fuimus consultantes utrum Romanos an Philippum sequeremur. nonnihil metus præsens ab Romanis sententias nostras inclinavit: fuit certe tamen aliquid, quod tam longam deliberationem fecerat. id quod erat uetusta coniunctio cum Macedonibus, uetera & magna in nos regum merita. Valeant & nunc eadem illa, non ut præcipue amici, sed ne præcipue inimici simus. Ne id quod non agitur Callicrates simulauerimus: nemo nouæ societatis aut noui foederis, quo nos temere illigemus conscribendi est autor: sed commercium tantum iuris præbendi repetendique sit, ne interdictione finium nostrorum & nos quoque regno arceamus, ne seruis nostris aliquò fugere liceat. Quid hoc aduersus Romana foedera est? Quid rem paruum & apertam, magnam & suspectam facimus? Quid uanos tumultus ciemus? Quid ut ipsi locum assentandi Romanis habeamus, suspectos alios ac inuisos efficimus? Si bellum erit, ne Perseus quidem dubitat quin Romanos secuturi simus: in pace etiam si non odia finluntur, intermittantur. Cum isdem huic orationi, qui literis regis adfentierant, adfentirentur: indignatione principum, quod quam rem ne legatione quidem dignam iudicasset Perseus, literis paucorum uersuum imperaret, decretum differtur. Legati deinde postea missi ab rege, cum Megalopoli concilium esset, dataque opera est ab ijs, qui offensionem apud Romanos timebant, ne admitterentur. Per hæc tempora Ætolorum in semetipsos uersus furor, mutuis credibus ad internecionem adducturus uidebatur gentem. Fessi deinde & Romam utraque pars miserunt legatos, & inter se ipsi de reconcilianda concordia agebant: quæ nouo facinore discussa res, ueteres etiam iras excitauit. Exulibus Hypateis qui factionis Proxeni erant, cum reditus in patriam promissus esset, fidesque data per principem ciuitatis Eupoleum: LXXX illustres homines, quibus redeuntibus inter cæteram multitudinem Eupolemus etiam obuius exierat, cum salutatione benigne excepti essent, dextraque data: ingredienti portam, fidem datam deosque testibus nequicquam inuocantes interfecti sunt. Inde grauius de integro bellum exarsit. C. Valerius Læuinus, & Ap. Claudius Pulcher, & C. Memmius, & M. Popilius, & L. Canuleius missi ab senatu uenerant. Apud eos cum Delphis utriusque partis legati magno certamine egerint, Proxenus maxime cum causa tum eloquentia præstare uisus est: qui paucos post dies ab Orthobula uxore ueneno est sublatus, damnataque eo crimine in exilium abiit. Idem furor & Crentenses lacerabat. aduentu deinde Q. Minucij legati, qui cum X nauibus missus ad sedanda eorum certamina erat, in spem pacis uenerant: cæterum induciæ & antea sex mensium fuerunt: inde multo grauius bellum exarsit. Lycij quoque per idem tempus ab Rhodij bello uexabantur. Sed externorum inter se bella, quo quaque modo gesta sunt, persequi non operæ est, satis superque oneris sustinenti res à populo Romano gestas scribere. Celtiberi in Hispania, qui bello domiti se Tib. Graccho dederant, pacati manserunt M. Titinio Pr. obtinente prouinciam, rebellant sub aduentum Ap. Claudij: orsique bellum sunt ab repentina oppugnatione castrorum Romanorum. Prima lux ferme erat, cum uigiles in uallo, quique in portarum stationibus erant, cum uidissent procul uenientem hostem, ad arma conclamauerunt. Ap. Claudius signo proposito pugnae ac paucis adhortatus milites, tribus simul portis eduxit. Obsistentibus ad exitum Celtiberis, primo par utrinque prælium fuit, quia propter angustias non omnes in faucibus pugnare poterant Romani: urgentes deinde alij alios secuti cufferunt extra uallum, ut pandere aciem & exæquare cornibus hostibus, quibus circumibantur, possent: ita repente eruperunt, ut sustinere impetum eorum Celtiberi nequirent. Ante horam secundam pulsi sunt, ad XV milia cæsa aut capta: signa adempta duo & XXX. castra etiam eo die expugnata, debellatumque: nam qui superfuere prælio in oppida sua dilapsi sunt, quieti deinde paruerunt imperio. Censores eo anno creati Q. Fuluius Flaccus, & A. Postumius Albinus legerunt senatum: princeps lectus M. Aemilius Lepidus pont. max. De senatu nouem eiecerunt. Insignes notæ fuerunt M. Cornelij Maluginensis, qui biennio ante Pr. in Hispania fuerat: & L. Cornelij Scipionis Pr. cuius tum inter ciuicis & peregrinos iurisdictio erat, & L. Fuluij, qui frater germanus, & ut Valerius Antias tradit, consors etiam censoris erat. coss. uotis etiam in Capitolio nuncupatis in prouincias profecti sunt. Ex ijs M. Aemilio senatus negotium dedit, ut Patauinorum in Venetia seditionem comprimeret, quos certamine factionum

ad intestinum bellum exarsisse & ipsorum legati attulerant. Legati qui in Ætoliā ad simili-
 leis motus comprimendos ierant, renuntiarunt coerceri rabiem gentis non posse. Patauinis sa-
 luti fuit aduentus consulis, neq; aliud quod ageret in prouincia cum habuisset, Romā rediit.
 Censores uias sternendas silice in urbe, glareā extra urbem substruendas marginandasq; pri-
 mi omniū locauerunt, pontesq; multis locis faciendos: & scēnam ædilibus prætoribusq; præ-
 bendam: & carceres in circo & oua ad notas curriculis numerandas, & dam, & metas trans
 & caueas ferreas pe intromitterentur ferreis in monte Albano consulibus. & cli-
 uum Capitolinum silice sternendum curauerunt, & porticum ab æde Saturni in Capitolium
 ad senaculum, ac super id curiam. & extra portam Trigeminam emporium lapide strauerunt,
 stipitibusq; sepsērunt: & porticum Æmiliam reficiendam curarunt: gradibusq; ascensum ab
 Tyberi in emporium fecerunt. & extra eandem portam in Auentinum porticum silice strau-
 runt, & eo publico ab æde Veneris fecerunt. Iidem Calatiæ & Oximi muros faciendos loca-
 uerunt: uenditisq; ibi publicis locis, pecuniam quæ redacta erat, tabernis utriq; foro circum-
 dandis consumpserunt. & alter ex ijs Fuluius Flaccus (nam Postumius nihil nisi senatus Ro-
 mani populū iussu se locaturum ipsorum pecunia) Iouis ædem Pisauri & Fundis, & Pollen-
 tiæ etiam aquam adducendam, & Pisauri uiam silice sternendā, & Sinuessam à ga auia-
 riæ. In his & clo um circumducend & forum porticibus tabernisq; claudendum,
 & ianos tris faciendos. Hæc ab uno censore opera locata cum magna gratia colonorum. Mo-
 ribus quoq; regendis diligens & seuera censura fuit: multis equi adempti. Exitu propè anni di-
 em unum supplicatio fuit, ob res prospere gestas in Hispania ductu auspicioq; Ap. Claudij
 proconsulis, & maioribus hostijs x x sacrificatum, & alterum diem supplicatio ad Cereris
 Liberi Liberæq; fuit, quod ex Sabinis terræ motus ingens cum multis ædificiorū ruinis nun-
 tiatus erat. Cum Ap. Claudius ex Hispania Romam redisset, decreuit senatus, ut ouans ur-
 bem iniret. Iam consularia comitia appetebant, quibus magna contentione habitis propter
 multitudinem petentium, creati L. Postumius Albinus, & M. Popilius Lænates. Prætores in-
 de facti, Cn. Fabius Buteo, M. Matienus, C. Cicereius, M. Furius Crassipes iterum, A. Attili-
 us Serranus iterum, C. Cluuius Saxula iterum. Comitijs perfectis Ap. Claudius Cento ex
 Celtiberis ouans cum in urbem iniret, decem milia pondo argenti, quinque mil auri in æra-
 rium tulit. Flamen dialis inauguratus est Cn. Cornelius. Eodem anno tabula in ædem Ma-
 tris Matutæ cū indice hoc posita est: Tib. Sempronij Gracchi consulis imperio auspicioq; le-
 gio exercitusq; p r Sardiniam subegit. In ea prouincia hostiū cæsa aut capta supra l x x x
 milia. Rep. felicissime gesta atque liberatis uectigalibus restitutis exercitum saluom atque in-
 columem plenissimum præda domum reportauit: iterum triumphans in urbem Romam re-
 diit: cuius rei ergo hanc tabulam donum Ioui dedit. Sardinia insulæ forma erat, atque in ea
 simulacra pugnarum picta. Munera gladiatorum eo anno aliquot parua alia data: unum an-
 te cætera insigne fuit T. Flaminij, quod mortis causa patris sui cum uisceratione epuloq; &
 ludis scēnicis quadriduum dedit. magni tamen muneris ea summa fuit, ut per triduum qua-
 tuor & septuaginta homines pugnarint.

DECADIS QVINTAE LIBER SECVNDVS



L V C I V S Postumius Albinus, M. Popilius Lænās, cum omnium primum
 de prouincijs exercitibusq; ad senatum retulissent, Ligures utriusque decre-
 ti sunt: ut nouas ambo quibus eam prouinciam obtinerent legiones (binæ
 singulis decretæ) & sociū Latini nominis dena milia peditum, & d c
 equites, & supplementum Hispaniæ iiii milia peditum Romanorum
 scriberent, & c c equites. Ad hoc mille & d pedites Romani cum cen-
 tum equitibus scribi iussi, cum quibus Pr. cui Sardinia obtigisset, in Corsicam transgressus
 bellum gereret: interim M. Attilius uetus prætor prouinciam obtineret Sardiniam. Prætores
 deinde prouincias sortiti sunt: A. Attilius Serranus urbanā, C. Cluuius Saxula inter ciues &
 peregrinos, Cn. Fabius Buteo Hispaniam citeriorem, M. Matienus ulteriorē, M. Furius Cras-
 sipes

spes Siciliam, C. Cicereius Sardiniam. Priusquam magistratus proficiscerentur, senatui placuit L. Postumium cos. ad agrum publicum à priuato terminandum, in Campaniam ire: cuius ingentem modum possidere priuatos, paulatim proferendo fines, constabat. Hic iratus Prænestinis, quod cum eò priuatus, sacrificij in templo Fortunæ faciendi causa profectus esset, nihil in se honorifice neque publice, neque priuatim factum à prænestinis esset: priusquam ab Roma proficisceretur, literas Prænestis misit, ut sibi magistratus obuiam exiret, locum publice pararet ubi diuerteretur, iumentaque cum exiret inde præsto essent. Ante hunc cos. nemo unquam socijs in ulla re oneri aut sumptui fuit: ideo magistratus mulis tabernaculisque, & omni alio instrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent socijs: priuata hospitia habebant, ea benigne comiterque colebant: domusque eorum Romæ hospitibus patebant, apud quos ipsis diuertere mos esset. Legati qui repente aliquò mitterentur, singula iumenta per oppida, iter qua faciendum erat, imperabant: aliam impensam socij in magistratus Romanos non faciebant. Iniuria cos. etiam si iusta, non tamen in magistratu exercenda, & silentium nimis aut modestum, aut timidum Prænestinorum, ius, uelut probato exemplo, magistratibus fecit grauiorum indices talis generis imperiorum. Principio huius anni, legati qui in Ætoliam & Macedoniam missi erant, renuntiarunt, sibi conueniendi regis Persei, cum alij abesse eum, alij ægrum esse, falso utrumque fingerent, potestatem non factam. Facile tamen apparuisse sibi, bellum parari, nec ultra ad arma ire dilaturum. Item in Ætolia seditionem gliscere in dies, neque discordiarum principes autoritate sua coerceri potuisse. Cum bellum Macedonicum in expectatione esset, priusquam id susciperetur, prodigia expiari, pacemque deum peti preceationibus quæ æditæ ex fatalibus libris essent, placuit. Lanuuij classis magnæ species in caelo uisæ dicebantur: & Priuerni lana pulla terra enata: & in Veienti apud Rementem lapidatum: Pomptinum omne uelut nubibus locustarum coopertum esse: In Gallico agro, quæ induceretur aratrum, sub existentibus glebis pisces emeruisse. Ob hæc prodigia libri fatales inspecti editumque ab decemuiris est, & quibus dijs, quibusque hostijs sacrificaretur, & ut supplicatio prodigijs expiandis fieret: altera quæ priore anno ualetudinis populi causa uota esset, ea uti feriæque essent. Itaque sacrificatum est, ut decemuiri scriptum ediderunt. Eodem anno ædis Iunonis Lacinia detecta. Q. Fuluius Flaccus censor ædem Fortunæ equestris, quam in Hispania Pr. bello Celtiberico uouerat, faciebat enixo studio ne ullum Romæ amplius aut magnificentius templum esset. Magnum ornamentum se templo ratus adiecturum, si tegulæ marmoreæ essent: profectus in Brutios ædem Iunonis Lacinia ad partem dimidiam detegit, id satis fore ratus ad tegendum quod ædificaretur. Naues paratæ fuerunt, quæ tollerent atque asportarent, autoritate censoria socijs deterritis id sacrilegium prohibere. Postquam censor rediit, tegulæ expositæ de nauibus ad templum portabantur. quanquam unde essent fitebatur, non tamen celari potuit. Fremitus igitur in curia ortus est: ex omnibus partibus postulabatur ut consules eam rem ad senatum referrent. Ut uero accersitus in curiam censor uenit, multo infestius singuli uniuersique præsentem lacerare: templum augustissimum regionis eius, quod non Pyrrhus, non Annibal uiolassent, uiolare parum habuisse, nisi detexisset foede, ac propè diruisset. Detractum culmen templo, nudatum tectum patere imbribus putrefaciendum. censorem moribus regendis creatum, cui factatecta exigere sacris publicis, & loca tuenda more maiorum traditum esset: cum per sociorum urbes diruentem templa, nudantemque tecta ædium sacrarum uagari: & quod si in priuatis sociorum ædificijs faceret, indignum uideri posset, id deum immortalium demolientem facere, & obstringere religione per ruinis templorum templa ædificantem: tanquam non ñdem ubique dii immortales sint, sed spolijs aliorum alij colendi exornandique. Cum priusquam referretur appareret quid sentirent patres, relatione facta in unam omnes sententiam ierunt: ut hæc tegulæ reportandæ in templum locarentur, piculariaque Iunoni fierent. Quæ ad religionem pertinēt, cum cura facta: tegulas relictas in area templi, quia reponendarum nemo artifex inire rationem potuerit, redemptores nuntiarunt. Ex prætoribus qui in prouincias ierant, Cn. Fabius Massilia moritur, cum in citeriorem Hispaniam iret. Itaque cum id nuntiatum à Massiliensibus legatis esset, senatus decreuit: ut P. Fu-

rius & Cn. Seruilius, quibus succedebatur, inter se sortirentur, uter citeriorem Hispaniam pro rogato imperio obtineret. Sors opportuna fuit, P. Furius idem, cuius ea prouincia fuerat, re maneret. Eodem anno cum agri Ligustini & Gallici quod bello captum erat, aliquantū uacaret, s c factum, ut is ager uiritim diuideretur. Decemuiros in eam rem ex s c creauit A. Attilius Pr. urbanus, M. Æmylium Lepidum, C. Cassium, T. Ebutium Patrum, C. Tremellium, P. Cornelium Cethegum, Q. & L. Apuleios, M. Cæcilium, C. Salonium, C. Munatium. Diuiserunt dena iugera in singulos, socijs nominis Latini terna. Per idem tempus quo hæc agebantur, legati ex Ætolia Romam uenerunt, de discordijs seditionibusq; suis: & Thessali legati, nuntiantes quæ in Macedonia gererentur. Perseus iam bellum uiuo patre cogitatum in animo uoluens, omneis non genteis modo Græciæ, sed ciuitates etiam, legationibus mittendis, pollicendo plura quàm præstando, sibi conciliabat. Erant tamen magna ex parte hominum ad fauorem eius inclinati animi, & aliquanto quàm in Eumenem propensiores: cum Eumenis beneficijs muneribusq; omnes Græciæ ciuitates & pleriq; principum obligati essent: & ita se in regno suo gereret, ut quæ sub ditione eius urbes, nullius liberæ ciuitatis fortunam se cum mutari uellent. Contra Persea fama erat post patris mortem uxorem manu sua occidisse: Apellem ministrum quondam fraudis in fratre tollendo, atq; ob id requisitum à Philippo ad supplicium, exulantem, accersitum post patris mortem ingentibus promissis ad præmia tantæ perpetræ rei, clam interfecisse. Intestinis externisq; præterea multis cædibus infamem, nec ullo commendabilem merito, præferbant uulgo ciuitates, tam pio erga propinquos, tam iusto in ciuicis, tam munifico erga omneis homines regi: seu fama & maiestate Macedonum regum præoccupati ad spernendum originem noui regni, seu mutationis rerum cupidi, seu quia eum obiectum esse Romanis uolebant. Erant autem non Ætoli modo in seditionibus propter ingentem uim çris alieni, sed Thessali etiam: ea contagione uelut tabes in Perræbiam quoq; id peruaserat malum. Cum Thessalos in armis esse nuntiatum est, Ap. Claudium legatum ad eas res aspiciendas componendasq; senatus misit. Qui utriusq; partis principibus castigatis, cum iniusto scenore grauatum æs alienum, ipsis magna ex parte concedentibus qui onerarent, leuasset, iusti crediti solutionem in annorum pensiones distribuit. Per eundem Appium eodemq; modo compositæ in Perræbia res. Ætolorum causas Marcellus Delphis per idem tempus hostilibus actas animis, quas intestino gesserant bello: cognouit. Cum certatum utrinq; temeritate atq; audacia cerneret, decreto quidem suo neutram partem aut leuare, aut onerare uoluit: communiter ab utrisq; petijt, abstinerent bello, & obliuione præteritorum, discordias finirent. Huius reconciliationis inter ipsos fides obsidibus ultro citroq; datis firmata est. Corinthum, ut ibi deponerentur obsides, conuenitur. A Delphis & Ætolico concilio Marcellus in Peloponnesum traiecit, quò Achæis edixerat conuentum. Vbi collaudata gente, quod constanter uetus decretum de arcendis aditu finium regibus Macedonum tenuissent, insigne aduersus Persea odium Romanorum fecit: quod ut maturius erumperet, Eumenes rex, commentarium ferens secum, quod de apparatus belli omnia inquirens fecerat, Romam uenit. Per idem tempus quinque legati ad regem missi, qui res in Macedonia aspicerent. Alexandriam idem ad Ptolemæum renouandæ amicitiae causa proficisci iussi. Legati erant hi, C. Valerius, Cn. Lutatius Cerco, Q. Bebius Sulca, M. Cornelius Mammula, M. Cæcilius Dentor. Et ab Antiocho rege sub idem tempus legati uenerunt: quorum princeps Apollonius in senatum introductus, multis iustisq; causis regem excusauit, quod stipendium ferius quo ad diem præstaret: id se omne aduexisse, ne cuius nisi temporis gratia regi fieret. Donum præterea afferre, uasa aurea quingentum pondo. Petere regem, ut quæ cum patre suo societas atq; amicitia fuisset, ea secum renouaretur: imperaretq; sibi per quæ bono fidelisq; socio regi essent imperanda, se nullo usquã cessaturum officio. Ea merita in se senatus fuisse, cum Romæ esset, eam comitatem iuuentutis, ut pro rege non pro obside omnibus ordinibus fuerit. Legatis benigne responsum, & societatem renouare cum Antiocho quæ cum patre eius fuerat, A. Attilius Pr. urb. iussus. Quæstores urbani stipendium, uasa aurea censores acceperunt: eisq; negocium datum est, ut ponerent ea in quibus templis uideretur: legatoq; centum milium æris

æris munus missum, & ædes liberæ hospitio datæ, sumptusq; decretus, donec in Italia esset. Legati qui in Syria fuerant, renuntiauerunt, in maximo cum honore apud regem esse, amissimumq; P R. In prouincijs eo anno hæc. C. Cicereius Pr. in Corsica signis collatis pugnavit: septem milia Corsorum cæsa: capti amplius M & DCC. Vouerat in ea pugna prætor ædem Iunonis Monetæ. Pax deinde data petentibus Corsis, & exacta ceræ ducena milia pondo. Ex Corsica subacta Cicereius in Sardiniam transmisit. Et in Liguribus in agro Stellati pugnatum ad oppidum Carystum. Eò se magnus exercitus Ligurum contulerat. Primo sub aduentum M. Popilij consulis mœnibus sese continebant: deinde postquam oppidum oppugnaturum Romanum cernebant, progressi ante portas aciem struxerunt: nec consul, ut qui id ipsum oppugnatione comminanda quæsisset, moram certamini fecit. Pugnatum est amplius treis horas, ita ut neutro inclinaret spes. Quod ubi consul uidit, nulla parte moueri Ligurum signa, imperat equitibus ut equos conscendant, ac tribus simul partibus in hosteis quanto maximo possent tumultu incurrant. pars magna equitum, mediam traiecit aciem, & ad terga pugnantium peruasit. Inde terror iniectus Liguribus: diuersi in omnes partes fugerunt, perpauci retro in oppidum, quia inde se maxime obiecerat eques, & pugna tam peruitax multos absumpserat Ligurum, & in fuga passim cæsi sunt. decem milia hominû cæsa traduntur, amplius DCC passim capti. Signa militaria relata LXXXII. nec incruenta uictoria fuit, amplius tria milia militum amissa, cum cedentibus neutris ex parte utraq; primores caderent. Post hanc pugnam ex diuersa fuga in unum collecti Ligures, cum maiore multo partem ciuium amissam quam superesse cernerent (nec enim plus decem milia hominum erant) dediderunt sese, nihil quidem illi pacti: sperauerant tamen non atrocius quam superiores imperatores eos in se sæuiturum. At ille arma omnibus ademit, oppidum diruit, ipsos bonaq; eorum uendidit: literasq; senatui de rebus ab se gestis misit. Quas cum A. Attilius Pr. in curia recitasset (nam eos. alter Postumius agris recognoscendis in Campania occupatus aberat) atrox res uisa senatui: Statellites qui uni ex Ligurum gente non tulissent arma aduersus Romanos, tum quoq; oppugnatos, non ultrò inferenteis bellû, deditos in fidem populi Romani, omni ultimæ crudelitatis exemplo laceratos ac deletos esse: tot milia capitum innoxiorum, fidem implorantia populi Romani, ne quis unquam se postea dedere auderet, pessimo exemplo uenisse: & distractos passim, iustis quondam hostibus P R. pacatis seruire. Quas ob res placere senatui, M. Popilium eos. Ligures pretio emptoribus reddito, ipsos restituere in libertatem: bonaq; ut ijs, quicquid eius recuperari possit, reddantur curare: arma quoq; tempore fieri in ea gente: consulem de prouincia decedere, cum deditos in sedem suam Ligures restitisset: claram uictoriam uincendo oppugnanteis, non sæuendo in afflictos fieri. eos. qua ferocia animi usus erat in Liguribus, eandem ad non parendum senatui habuit: legionibus extemplo Pisas in hibernacula missis, iratus patribus, infestus prætoribus Romam rediit: senatuq; extemplo ad ædem Bellonæ uocato, multis uerbis inuectus est in prætorem: qui cum ob rem bello bene gestam, uti dijs immortalibus honos haberetur, referre ad senatum debuisset, aduersus se pro hostibus sc fecisset, quo uictoriam suam ad Ligures transferret, deditq; ijs propè cōsulem prætor iuberet. Itaq; mulctam ei se dicere: à patribus postulare, ut sc in se factum tolli iuberent: supplicationemq;, quam absentes ex literis de bene gesta Rep. missis decernere debuerint, præsentibus honoris decorum primum causa, deinde & sui aliquo tandem respectu decernerent. Nihil lenioribus quam absens senatorum aliquot orationibus increpitus, neutra impetrata re in prouinciam rediit. Alter eos. Postumius consumpta ætate in recognoscendis agris, ne uisa quidem prouincia sua, comitorum causa Romam rediit. eos s. C. Popilium Lenatem, P. Ælium Ligurem creauit. Prætores exinde facti, C. Licinius Crassus, M. Iunius Pœnus, Sp. Lucretius, Sp. Cluuius, Cn. Sicinius, C. Memmius iterum. Eo anno Lustrum conditum est. Censores erant Q. Fuluius Flaccus, L. Postumius Albinus: Postumius condidit. Censa sunt ciuium Romanorum capita CCLXIX milia, & XV. Minor aliquanto numerus, quia L. Postumius eos. pro concione edixerat: qui socium Latini nominis ex edicto C. Claudij eos. redire in ciuitates suas debuissent, ne quis eorum Romæ & omnes

in suis ciuitatibus censerentur. Concors & à Rep. censura fuit: omneis quos senatu mouerunt, quibusq; equos ademerunt, ærarios fecerunt & tribu mouerunt: neque ab altero notatum alter probauit. Fuluius ædem Fortunæ Equestris, quam proconsul in Hispania dimicans cum Celtiberorum legionibus uouerat, annos sex postquam uouerat dedicauit: & scænicos ludos per quadriduum, unum diem in circo fecit. L. Cornelius Lentulus Xuir sacrorum eo anno mortuus est: in locum eius suffectus A. Postumius Albinus. Locustarum tantæ nubes à mari uento repente in Apuliam illatæ sunt, ut examinibus suis agros late operirèt. Ad quam pestem frugum tollendam Cn. Sicinius Pr. designatus cum imperio in Apuliam missus ingenti agmine hominum ad colligendas eas coacto, aliquantum temporis absumpsit. Principium insequentis anni, quo C. Popilius & P. Ælius fuerunt coss. residuas contentiones ex priore anno habuit. Patres referri de Liguribus renouariq; s c uolebāt, & coss. Ælius referrebat. Popilius & collegam & senatum pro fratre deprecabatur: & præ se ferens siquid decernerent intercessurum, collegam deterruit: patres eo magis utriq; pariter coss. infensi in cæpto perstabant. Itaque cum de prouincijs ageretur, & Macedonia, iam imminente Persei bello, peteretur, Ligures ambobus consulibus decernuntur: Macedoniam decreturos negant, ni de M. Popilio referretur. Postulantibus deinde ut novos exercitus scribere, aut supplementum ueteribus liceret, utrunque negatum est. Prætoribus quoq; in Hispaniam supplementum petentibus negatum: M. Iunio in citeriorem, Sp. Lucretio in ulteriorem. C. Licinius Crassus urbanam iurisdictionem, Cn. Sicinius inter peregrinos erat sortitus: C. Memmius Siciliam, Sp. Cluius Sardiniam. coss. ob ea irati senatui, Latinis ferijs in primam quamq; diem indictis, in prouinciam abituros se denuntiarunt, nec quicquam reipublicæ acturos præterquam quod ad prouinciarum administrationem attineret. Attalum regis Eumenis fratrem legatum uenisse Romam Valerius Antias his coss. scribit, ad deferenda de Perseo crimina, indicandosq; apparatus belli. Plurium annales, & quibus credidisse malis, ipsum Eumenem uenisse se tradunt. Eumenes igitur ut Romam uenit, exceptus cum tanto honore, quantum non meritis tantum eius, sed beneficijs etiam suis, ingentia quæ in eum congesta crant, existimaret deberi PR, in senatum est introductus. Causam ueniendi sibi Romam fuisse dixit, præter cupiditatem uisendi deos, hominesq; quorum beneficio in ea fortuna esset, supra quam ne optare quidem auderet: etiam ut coram moneret senatum, ut Persei conatis obuiam iret. Orsus inde à Philippi consilijs, necem Demetrii filij retulit, aduersantis Romano bello. Bastarnarum gentem excitam sedibus suis, quorum auxilijs fretus in Italiam transiret. Hæc cum uoluantem in animo, oppressum fato regnum ei reliquisset, quem infestissimum esse sensisset Romanis. Itaque Persea hæreditarium à patre relictum bellum, & simul cum imperio traditum, iam iam primū alere ac fouere omnibus consilijs. Florere præterea iuuentute, quam stirpem longa pax ediderit: florere opibus regni: florere etiam ætate. Quæ cum corporis robore ac uiribus uigeat, animum esse inueteratum diutina arte atq; usu belli. Iam inde à puero, patris contubernio, Romanis quoq; bellis, non finitimis tantum assuetum: missum à patre in expeditiones multas uariasq;. Iam ex quo ipse accepisset regnum, multa quæ non ui, non dolo, Philippus omnia expertus potuisset moliri, admirando rerum successu tenuisse. Accessisse ad uires eam, quæ longo tempore, multis magnisq; meritis pareretur, auctoritatem. Nam apud Græciæ atque Asiæ ciuitates, uereri maiestatem eius omnes. Nec pro quibus meritis, pro qua munificentia, tantum ei tribuatur, cernere: nec dicere pro certo posse, utrum felicitate id quadam eius accidat: an, quod ipse uereatur dicere, inuidia aduersus Romanos fauorem illi conciliet. Inter ipsos quoque reges ingentem auctoritate, Seleuci filiam duxisse cum non peterent, sed petitem ultrò: sororem dedisse Prusiæ precanti ac oranti: celebratas esse utrasque nuptias gratulatione donisq; innumerabilium legationum, & uelut auspicijs nobilissimis populis deductas esse. Boetorum gentem captatam Philippo, nunquam ad scribendum amicitiae foedus adduci potuisse: tribus nunc locis cum Perseo foedus incisum literis esse: uno Thebis, altero ad Sidenum augustissimo & celeberrimo in templo, tertio Delphis. In Achaico concilio uero, nisi discussa res per paucos Romanum imperium intentanteis esset, cò rem

eò rem propè adductam, ut aditus & in Achaïam daretur. At Hercule suos honores, cuius merita in eam gentem priuatim an publice sint maiora, uix dici posset, partim desertos per incultum ac negligentiam, partim hostiliter sublatos esse. Iam Aetolos quem ignorare in seditionibus suis non ab Romanis, sed à Perseo præsidium petiisse. His cum fultum societati bus atq; amicitijs, eos domesticos apparatus belli habere, ut externis non egeat: xxx milia peditum, v milia equitum: in decem annos frumentum præparare, ut abstinere & suo & hostium agro frumentâdi causa possit. Iam pecuniam tantam habere, ut decem milia mercenariorum militum præter Macedonum copias, stipendium in totidem annos præparatum habeat, præter annum, quod ex metallis regijs capiat uectigal. Arma uel tribus tantum exercitibus in armamentaria cõgessisse. Iuuentutem, ut iam Macedonia deficiat, uelut ex perenni fonte unde hauriat, Thraciam subiectam esse. Reliquum orationis adhortatio fuit. Non ego hæc, inquit, incertis iactata rumoribus, & cupidius credita, quia uera esse de inimico crimina uolebam, adfero ad uos p. c. sed comperta & explorata, haud secus quàm si speculator missus à uobis subiecta oculis referrem. Neq; relicto regno meo, quod amplum & egregium nos fecistis, mare tantum traiecissem, ut uana ad uos afferendo fidem abrogarem mihi. Cernebam nobilissimas Asiæ & Græciæ ciuitates indices magis denudanteis iudicia sua, mox si permitteretur, eò processuras unde receptum ad pœnitendum non haberent. Cernebam Persea non continentem se Macedonia regno, alia armis occupantem: alia, quæ ui subigi non possunt, fauore ac beneuolentia complectentem. Videbam quàm impar esset fors, cum ille uobis bellum, uos ei securam pacem præstaretis. Quanquam mihi quidem non parare, sed gerere penè bellum uidebatur. Abrupolim socium atque amicum uestrum regno expulit. Artetarum Illyrium, quia scripta ab eo quædam uobis comperit, socium item atque amicum uestrum interfecit. Euerfam & Callicritum Thebanos, principes ciuitatis, quia liberius aduersus eum in concilio Boetorum locuti fuerant, delaturosq; ad uos quæ agerentur professi erant, tollendos curauit. Auxilium Byzantijs aduersus fœdus tulit. Dolopiæ bella intulit, Thessaliam & Doridem cum exercitu peruasit, ut in bello intestino deterioris partis auxilio meliorem affligeret. Confudit & miscuit omnia in Thessalia Perræbiaq; spe nouarum tabularum, ut manu debitorum obnoxia sibi optimateis opprimeret. Hæc cum uobis quiescentibus & patientibus fecerit, & concessam sibi Græciam esse à uobis uideat: pro certo habet, neminem sibi antequam in Italiam traiccerit, armatum occursum. Hoc quàm uobis tutum aut honestum sit, uos uideritis: ego certe mihi turpe esse duxi, prius Persea ad bellum inferendū, quàm me socium ad prædicendum ut caueretis, uenire in Italiam. Functus necessario mihi officio, & quodam modo liberata atque exonerata fide mea, quid ultra facere possum, quàm uti deos deasq; precer, ut uos & uestre reipublicæ, & nobis socijs atque amicis, qui ex uobis pendemus, cõsulatis. Hæc oratio mouit patres conscriptos: ceterū in præsentia nihil, præterquam fuisse in curia regem, scire quisquam potuit: eo silentio clausa curia erat. Bello deniq; perfecto, quæc; dicta ab rege, quæc; responsa essent, emanauere. Persei deinde regis legatis post paucos dies senatus datus est. Cæterum præoccupatis non auribus magis quàm animis ab Eumene rege, omnis & defensio & deprecatio legatorum respuebatur: & exasperauit animos ferocia animi Harpali, qui princeps legationis erat. Is uelle quidem & laborare dixit regem, ut purganti se nihil hostile dixisse aut fecisse fides habeatur: cæterum si peruicacius causam belli quæri uideat, forti animo defensurum se. Martem communem esse, & euentum incertum belli. Omnibus ciuitatibus Græciæ atque Asiæ curæ erat, quid Persei legati, quid Eumenes in senatu egisset: & propter aduentum eius, quem moturum aliquid rebantur, miserant pleræq; ciuitates alia in speciem præferenteis legatos: & legatio Rhodiorum erat, ac Satyrus princeps, haud dubius, quin Eumenes ciuitatem quoque suam Persei criminibus iunxisset. Itaque omni modo per patronos hospitesq; disceptandi cum rege locum in senatu quærebat. Quod cum contigisset, libertate intemperantius inuectus in regem, quod Lyciorum gentem aduersus Rhodios concitasset, grauiorq; Asiæ esset quàm Antiochus fuisset: popularem quidem ac gratam populis Asiæ (nam eò quoque iam fauor Persei uenerat) orationem habuit: cæterum

inuifam

inuifam fenatui inutilemque sibi & ciuitati fuæ. Eumeni uero conſpiratio aduerſus eum, fauorem apud Romanos fecit: ita omnes ei honores habiti, donaque quàm ampliffima data, cum ſella curuli atque eburneo ſcipione. Legationibus dimiffis, cum Harpalus, quanta eximia celeritate poterat, reſſus in Macedoniam, nuntiaſſet regi: nondum quidem paranteis bellum reliquiſſe ſe Romanos, ſed ita infeſtos, ut facile appareret non dilaturos: & ipſe, præterquam quod & ita credebat futurum, iam etiam uolebat, in flore uirium ſe credens eſſe. Eumeni ante omnes infeſtus erat: à cuius ſanguine ordiens bellum, Euandrum Cretenſem ducem auxiliorum, & Macedonas tres aſſuetos miniſterijs talium facinorum, ad cædem regis ſubornat: literasque eis dat ad Praxodum hoſpitam, principem autoritate & opibus Delphorum. Satis conſtabat, Eumenem ut ſacrificaret Apollini Delphos aſcenſurum. Progreſſi cum Euandro inſidiatores, nihil aliud ad peragendum inceptum, quàm loci opportunitatem omnia circumuehentes quærebant. Aſcendentibus ad templum à Cirra, priuſquam perueniretur ad frequentia ædificijs loca, maceria erat ab læua ſemitæ paulum extans à fundamento, quæ ſinguli tranſirent: dextra pars labe terræ in aliquantum altitudinis diruta erat. poſt maceriam ſe abdidit, gradibus aſtructis, ut ex ea uelut è muro tela in prætereuntem conijcerent. Primo à mari circumfuſa turba amicorum ac ſatellitum procedebat: deinde extenuabant paulatim anguſtiæ agmen. Vbi ad eum locum uentum eſt, quæ ſingulis eundem erat, primus ſemitam ingreſſus Pantaleon Ætolia princeps, cum quo inſtitutus regis ſermo erat. Tum inſidiatores exorti ſaxa duo ingentia deuoluunt: quorum altero caput ictum eſt regi, altero humerus ſopitus: ex ſemita procliui in decliue multis ſuper prolapſum iam ſaxis congeſtis, & cæteri quidem etiam amicorum & ſatellitum poſtquam cadentem uidere diffugiunt: Pantaleon conſtanter impavidus manſit ad protegendum regem. Latrones cum breui circumitu maceriæ decurrere ad conſiciendum ſaucium poſſent, uelut perfectæ re in iugum Parnali refugerunt eo curſu: ut cum unus, non facile ſequendo per inuia atque ardua, moraretur fugam eorum: ne comprehenſo indicium emanaret, occiderint comitem. Ad corpus regis primo amici, deinde ſatellites ac ſerui concurrerunt: tollentes ſopitum uulnere ac nihil ſentientem, uiuere tamen ex calore & ſpiritu remanente in præcordijs ſenſerunt: uicturum exigua ac propè nulla ſpes erat. Quidam ex ſatellitibus ſecuti latronum ueſtigia, cum uſque ad iugum Parnali nequicquam fatigati perueniſſent, re infecta redierunt. Aggreſſi facinus Macedones ut inconſulte ita audacter cœptum, nec conſulte & timide reliquerunt. Compotem iam ſui regem amici poſtero die deſerunt ad nauem: inde Corinthum, à Corintho per iſthmi iugum nauibus traductis, Æginam tranſiunt. Ibi adeo ſecreta eius curatio fuit, admittentibus neminem, ut fama mortuum in Aſiam perferret. Attalus quoque celerius quàm dignum concordia fraterna erat, credidit. Nam & cum uxore fratris, & præfecto arci, tanquam iam haud dubius regni hæres eſt locutus. Quæ poſtea non ſeſellere Eumenem: & quanquam diſſimulare & tacite habere id patique ſtatuerat, tamen in primo congreſſu non temperauit quin uxoris petendæ præmaturam feſtinationem fratri obijceret. Romam quoque fama de morte Eumenis perlata eſt. Sub idem tẽpus C. Valerius ex Græcia: qui legatus ad uiſendum ſtatum regionis eius, ſpeculandaque conſilia Perſei regis miſſus erat, redijt: congruentiaque omnia criminibus ab Eumene allatis referebat: ſimul & adduxerat ſecum Praxodum à Delphis, cuius domus receptaculum latronum fuerat: & L. Rammium Brundiſinum, qui talis indicij delator erat. Princeps Brundiſij Rammius fuit: hoſpitio quoque & duces Romanos omnes, & legatos, exterarum quoque gentium inſignes, præcipue regios, accipiebat. Ex eo notitia ei cum abſente Perſeo fuerat: literisque ſpem amicitia interioris, magnæque inde fortuna facientibus, ad regem profectus: breui per familiaris haberi, trahique magis quàm uellet in arcanos ſermones eſt cœptus. Promiſſis enim ingentibus præmijs petere inſtitit ab eo rex, quoniã duces omnes legatique Romani hoſpitio eius uti aſſueſſent, quibus eorum ipſe ſcripſiſſet, ut uenenum dandum curaret. Cuius ſcite ſe comparationem plurimum diſſicultatis & periculi habere, pluribus conſcijs cõparari: euentu præterea incerto eſſe, ut aut ſatis efficacia ad rem peragendam, aut tuta ad rem celandam dentur. ſe daturum quod nec in dando, nec datum, ullo ſigno deprendi poſſet. Rammius ueritus ne ſi abuiſſet, primus ipſe uenenum experimentum

experimentum esset: facturum pollicitus proficiscitur. nec Brundisium ante redire, quàm conuento C. Valerio legato, qui circa Chalcidem esse dicebatur, uoluit. Ad eum primum indicio delato, iussu eius Romam simul uenit. introductus in curiam, quæ acta erant exposuit. Hæc ad ea quæ ab Eumene delata erant accessere, quo maturius hostis Perseus iudicaretur: quippe quem non iustum modo apparare bellum regio animo, sed per omnia clandestina grassari scelera latrocinijs ac ueneficijs cernebant. Belli administratio ad nouos coss. reiecta est: in præsentia tamen Cn. Sicinium Pr. cuius inter ciues & peregrinos iurisdictio erat, scribere milites placuit, qui Brundisium ducti primo quoque tempore Apolloniam in Epirum traicerentur, ad occupandas maritimas urbes, ubi coss. cui prouincia Macedonia obuenerat, classem appellere tuto & copias per commodum exponere posset. Eumenes aliquandiu Aeginæ retentus periculosa & difficili curatione, cum primum tuto potuit, profectus Pergamum, præter pristinum odium recenti etiam scelere Persei stimulante summa ui parabat bellum. Legati eò ab Roma, gratulantes quod è tanto periculo euasisset, uenerunt. Cum Macedonicum bellum in annum dilatum esset, cæteris Pr. iam in prouincias profectis, M. Iunius & Sp. Lucretius quibus Hispaniæ prouinciæ obuenerant, fatigato sæpe idem petendo senatu tandem peruicerunt, ut supplementum sibi ad exercitum daretur tria milia peditum, c & quinquaginta equites in Romanas legiones: in socialem exercitum v milia peditum, & ccc equites imperare socijs iussi. Hoc copiarum in Hispanias cum Pr. nouis portatum est. Eodem anno quia per recognitionem Postumij coss. magna pars agri Campani, quem priuati sine discrimine passim possederant, recuperata in publicum erat: M. Lucretius Tr. pl. promulgauit, ut agrum Campanum censores fruendum locarent: quod factum tot annis post captam Capuam non fuerat, ut in uacuo uagaretur cupiditas priuatorum. Cum in expectatione senatus esset, bello & si nõ indicto, tamen iam decreto, qui regum suam, Persei qui secuturi amicitiam essent: legati Ariaratis, puerum filium regis secum adducentes Romam uenerunt. Quorum oratio fuit, regem educandum filium Romam misisse: ut iam inde à puero assuesceret moribus Romanis hominibusque. Petere, ut eum non sub hospitem modo priuatorum custodia, sed publicæ etiam curæ ac uelut tutelæ uellent esse. Ea regis legatio grata senatui fuit. Decrerunt ut Cn. Sicinius prætor ædcis instructas locaret, ubi filius regis comitesque eius habitare possent. Et Thracum legatis apud se disceptantibus, & societatem amicitiamque petentibus, & quod petebant datum est, & munera binum milium æris summæ in singulos missa. Hos utique populos, quod ab tergo Macedonia Thracia esset, assumptos in societatem gaudebant. Sed ut in Asia quoque & insulis explorata omnia essent, T. Claudium Neronem, M. Decimium legatos miserunt. Adire eos Cretam & Rhodum iusserunt, simul renouare amicitiam, simul speculari, num sollicitati animi sociorum ab rege Perseo essent. In suspensa ciuitate ad expectationem noui belli, nocturna tempestate colūna rostrata in Capitolio, bello punico coss. cui collega Ser. Fuluius fuit, tota ad imum fulmine discussa est. Ea res prodigij loco habita, ad senatum relata est. Patres ad aruspices referre, & decemuiros adire libros iusserunt. Decemuiro lustrandum oppidum, supplicationem obsecrationemque habendam, uictimis maioribus sacrificandum & in Capitolio Romæ, & in Campania ad Mineruæ promontorium renuntiarunt: ludos per x dies rom primo quoque die faciendos. Ea omnia cum cura facta. aruspices in bonum uersurum id prodigium, prolationemque finium & interitum perduellium portendit responderunt: quod ex hostibus spolia fuissent ea rostra, quæ tempestas disiecisset. Accesserunt quæ cumularent religiones animis, Saturniæ nuntiatum erat sanguine per triduum in oppido pluuisse: Calateiæ asinum tripodem natum, & taurum cum quinque uaccis uno ictu fulminis exanimatos: Oximi terra pluuisse. Horum quoque prodigiorum causa res diuinæ factæ, & supplicatio unum diem feriæque habitæ. Consules ad id tempus in prouincias non exierant: quia neque, uti de M. Popilio referrent, senatui obsequebantur: & nihil aliud decernere prius, statutum patribus erat. Aucta etiam inuidia est Popilij, literis eius, quibus iterum cum Statellatibus Liguribus proconsul pugnasse se scripsit, ac se decem milia eorum occidisse. Propter cuius iniuriam belli, cæteri quoque Ligurum populi ad arma ierunt. Tum uero non

absens

absens modo Popilius, qui deditis contra ius ac fas bellum intulisset, & pacatos ad rebellium incitasset: sed coss. quod non exirent in prouinciam, in senatu increpiti. Hoc cōsensu patrum accēsi M. Marcius Sermo, & Q. Marcius Scylla tribuni plebis & coss. mulctam se dicturos nisi in prouinciam exirent, denuntiarunt: & rogationem, quam de Liguribus deditis promulgare in animo haberent, in senatu recitarunt. Sanciebatur, ut qui ex Statellis deditis in libertatem restitutus ante Calendas Sextiles primas non esset, cuius dolo malo is in seruitutē uenisset, ut iuratus senatus decerneret, qui eam rem quæreret animaduerteretq̃. Ex autoritate de inde senatus eam rogationem promulgarunt. Priusquam proficiscerentur coss. C. Cicereio prætori prioris anni ad ædem Bellonę senatus datus est. Is expositis, quas in Corsica res gessisset, postulatoq̃ frustra triumpho: in monte Albano, quod iam in morem uenerat, ut sine publica autoritate fieret, triumphauit. Rogationem Marciam de Liguribus magno consensu plebes sciuit iussitq̃. ex eo plebis cito C. Licinius Pr. consuluit senatum, quem quærere ex rogatione uellet. Patres ipsum eum quærere iusserūt. Tum demum coss. in prouinciam profecti sunt, exercitumq̃ à M. Popilio ceperunt. Neq̃ tamen M. Popilius reuerti Romam audebat, ne causam diceret aduerso senatu, infestiore populo, apud Pr. qui de quæstione in se posita senatum consulisset. Huic detrectationi eius Tr. pl. alterius rogationis denuntiatione occurrerunt: ut si non ante Idus Nouembres in urbem Romam introisset, de absente eo C. Licinius statueret ac iudicaret. Hoc tractus uinculo cum redisset, ingenti cum inuidia in senatum uenit. Ibi cum laceratus iurgijs multorum esset, sc factum est. ut qui Ligurum post Q. Fuluium L. Manlium coss. hostes non fuissent, ut eos C. Licinius, Cn. Sicinius Pr. in libertatem restituendos curarent, agrumq̃ ijs trans Padum cos. C. Popilius daret. Multa milia hominum hoc sc restituta in libertatem, transductisq̃ Padum ager est assignatus. M. Popilius rogatione Marcia bis apud C. Licinium causam dixit: tertio Pr. gratia coss. absentis & Popilię familię precibus uictus Idibus Martijs adesse reum iussit, quo die noui magistratus inituri erant honorem: ne diceret ius, qui priuatus futurus esset. Ita rogatio de Liguribus arte fallaci elusa est. Legati Carthaginenses eo tempore Romę erant, & Gulussa filius Masanissæ: inter eos magnę contentiones in senatu fuere. Carthaginenses querebantur: præter agrum, de quo ante legati ab Roma qui re præsentem cognoscerent, missi essent: amplius LXX oppida castellaq̃ agri Carthaginensis biennio proximo Masanissam ui atq̃ armis possedisse. Id illi, cui nihil pensi sit, facile esse: Carthaginenses fœdere illigatos silere. Prohiberi enim extra fines efferre arma. Quanquam sciant in suis finibus, si inde Numidas pellerent, se gesturos bellum: illo haud ambiguo capite fœderis deterreri, quo diserte uententur cum socijs PR bellum gerere. Sed iam ultra superbiam crudelitatemq̃ & auaritiam eius nõ pati posse Carthaginenses: missos esse qui orarent senatum, ut trium harum rerum unam ab se impetrari sinerent: ut uel ex æquo apud socium populum, quid cuiusq̃ esset, disceptarent: uel permetterent Carthaginensibus, ut aduersus iniusta arma pio iustoq̃ se tutarentur bello: uel ad extremum, si gratia plus quàm ueritas apud eos ualeret, semel statuerēt, quid donatum ex alieno Masanissæ uellent. Modestius certe daturus eos, & scituros quid dedissent: ipsum nullum præterquam suę libidinis arbitrio, finem facturum. Horum si nihil impetrarent, & aliquod suum post datam à P. Scipione pacem delictum esset: ipsi potius animaduertent in se. Tutam seruitutem se sub dominis Romanis, quàm libertatem expositam ad iniurias Masanissæ malle. Perire nanque semel ipsis satius esse, quàm sub acerbissimi carnificis arbitrio spiritum ducere. Sub hæc dicta lacrimantes procubuerunt, stratiq̃ humi non sibi magis misericordiam quàm regi. Interrogari Gulussam placuit, quid ad ea responderet: aut si prius mallet, expromeret super quare Romam uenisset. Gulussa neq̃ sibi facile esse dixit de ijs rebus agere, de quibus nihil mandati à patre haberet: neq̃ patri facile fuisse mandare, cum Carthaginenses nec de qua re acturi essent, nec omnino ituros se Romam indicauerint. In æde Æsculapij clamdestinum eos per aliquot noctes consilium principum habuisse, unde præterea legatos occultis cum mandatis Romam mitti. Eam causam fuisse patri mittendi se Romam, qui deprecaretur senatū, ne quid communibus inimicis criminantibus se crederent, quem ob nullam aliam causam nisi propter constantem

constantē fidem erga P R odissent. His utrinq; auditis, senatus de postulatis Carthaginien-
 sium cōsultus respondere ita iussit: Guluffam placere extemplo in Numidiā proficisci, & nun-
 tiare patri, ut de his, de quibus Carthaginenses querantur, legatos quāprimum ad senatum
 mittat, denuntietq; Carthaginensibus ut ad disceptandum ueniant. Si aliquid possent Ma-
 fanisq; honoris causa & fecisse & facturos esse: ius gratiæ non dare: agrum qua cuiusq; sit pos-
 sideri uelle: nec nouos statuere fines, sed ueteres obseruari in animo habere. Carthaginensi-
 bus uictis se & urbes & agros concessisse, non ut in pace eriperent per iniuriam, quæ iure belli
 nō ademissent. Ita regulus Carthaginensesq; dimissi. Munera ex instituto data utrisq;, etiāq;
 hospitalia comiter conseruata. Sub idem tempus Cn. Seruilius Cepio, Ap. Claudius Cen-
 to, T. Annius Luscus, legati ad res repetendas in Macedoniam renuntiandamq; amicitiam
 regis missi, redierunt: qui iam sua sponte infestū Persi senatum insuper accenderunt, relatis or-
 dine quæ uiderent quæq; audissent. Vidisse se per omnes urbes Macedonum summa ui pa-
 rari bellum. Cum ad regem peruenissent, per multos dies conueniendi eius potestātē non fa-
 ctam. Postremo cum desperato iam colloquio profecti essent, tum demum se ex itinere reuo-
 catos & ad eum introductos esse. Sux orationis summam fuisse, fœdus cum Philippo iētum,
 cum ipso eo post mortem patris renouatum: in quo diserte prohiberi cum extra fines arma
 efferre, prohiberi socios P R lacebere bello. Expōita deinde ab se ordine, quæ ipsi nuper in se-
 natu Eumēnen uera omnia & comperta referentem audissent. Samothracæ præterea per mul-
 tos dies occultum consiliū cum legationibus ciuitatum Asiæ regem habuisse. Pro his iniurijs
 satisfieri senatum æquum censere, reddiq; sibi res socijsq; suis, quas cōtra ius fœderis habeat.
 Regem ad ea primo accensum ira inclemēter locutum, auaritiam superbiamq; Romanis ob-
 ōcientem frequenter: quod alij super alios legati uenirent, speculari dicta factaq; sua: quod se
 ad nutum imperiumq; eorum omnia dicere ac facere æquum censerent: postremo multum ac
 diu uociferatum reuerti postero die iussisse, scriptum se responsum dare uelle: tum ita sibi scri-
 ptum traditū esse. Fœdus cum patre iētum ad se nihil pertinere. Id se renouari, non quia pro-
 baret, sed quia in noua possessione regni patiēda omnia essent, passum. Si nouum fœdus se-
 cum facere uellent, cōuenire prius de condicionibus debere: & si in animum inducerent ut ex
 æquo fœdus fieret, & se uisurum quid sibi faciendum esset, & illos credere reipub. consulturos.
 Atq; ita se proripuisse, & summoueri è regia omneis cœptos: tum se amicitiam & societatem
 renuntiasse. Qua uoce cum accensum restitisse, atq; uoce clara denuntiasse sibi, ut triduo regni
 sui decederent finibus. Ita se profectos, nec sibi aut uenientibus, aut manentibus quidquā ho-
 spitaliter aut benigne factū. Thessali deinde Actoliq; legati auditi. Senatui, ut scirent quāpri-
 mum quibus ducibus usura reipub. esset, literas mitti consulibus placuit: ut uter eorum esset,
 Romam ad magistratus creādos ueniret. Nihil magnopere quod memorari attineat reipub.
 eo anno consules gesserant, magis è reipub. uisum erat comprimere ac sedari exasperatos Ligu-
 res. Cum Macedonicū bellum expectaretur, Gentium quoq; Illyriorum regem suspectum
 Issenses legati fecerunt: simul questi fines suos secundo populatum: simul nuntiantes uno ani-
 mo uiuere Macedonum atq; Illyriorum regem, cōmuni consilio parare Romanis bellum: &
 specie legatorū Illyrios speculatores Romæ esse, Perse autore missos ut quid ageretur scirent.
 Illyrij uocati in senatum: qui cum legatos se esse missos ab rege dicerent ad purganda crimi-
 na, si qua de rege Issenses deferrent: quæsitum & quid ita non adissent magistratū, ut ex insti-
 tuto loca lautia acciperent: sciretur deniq; uenisse eos & super qua re uenissent. Hæsitantibus
 in responso, ut curia excederent dictum: responsum tanquā legatis, ut qui adire senatum non
 postulassent, dari non placuit: mittendosq; ad regem legatos censuerunt, qui nuntiarent, qui
 socij quererentur apud senatum exustum à rege agrum. non æquum cum facere, qui ab socijs
 suis non abstineret iniuriam. In hanc legationem missi, A. Terentius Varro, C. Pletorius,
 C. Cicereius. Ex Asia qui circa socios reges missi erant legati redierunt, qui renuntiarūt Eume-
 nen in ca, Antiochum in Syria, Ptolemæum in Alexandria sese conuenisse. Omnes sollicita-
 tos legationibus Persei, sed egregie in fide permanere, pollicitosq; omnia quæ P R imperas-
 set præstaturus. & ciuitates socias adisse: cæteras satis fidas, solos Rhodios fluctuantibus & im-
 C bates

butos Persei consilijs inuenisse. Venerant Rhodij legati ad purganda ea que vulgo iactari de ciuitate sciebant: cæterum senatum ijs dari cum noui consules magistratū inissent placuit. Belli apparatus non differendum censuerunt. C. Licinio Pr. negotium datur, ut ex ueteribus quinqueremibus in naualibus Romæ subductis, quæ possent usui esse reficeret, pararetq; naues quinquaginta. Si quid ad eum numerū explendum deesset, C. Memmio collegæ in Siciliam scriberet, ut eas quæ in Sicilia naues essent, reficeret atq; expediret, ut Brundisium primo quoque tempore mitti possent. Socios nauales libertini, ordinis in uiginti & quinque naues ex ciuibus Romanis C. Licinius Pr. scribere iussus, in quinque & uiginti parem numerum Cn. Sici- nius socijs imperaret: idem Pr. peditum V I I I milia, c c c c equites à socijs Latini nominis exigeret. Hunc militem qui Brundisij acciperet atq; in Macedoniã mitteret, A. Attilius Serranus, qui priore anno Pr. fuerat deligitur, C. Sici- nius Pr. qui exercitum paratum ad tranſiendū haberet. C. Popilio c o s. ex autoritate senatus C. Licinius Pr. scribit, ut & legionem secundã, quæ maxime ueterana in Liguribus erat: & socios Latini nominis I I I I milia peditum, c c equites Idib. Feb. Brundisij adesse iuberet. Hac classe & hoc exercitu Cn. Sici- nius prouinciam Macedoniã obtinere donec successor ueniret iussus, prorogato in annum imperio. Ea omnia quæ senatus censuit impigre facta sunt. Duodequadraginta quinqueremes ex naualibus de- ductæ: qui deduceret eas Brundisiū, L. Porcius Licinius præpositus: duodecim ex Sicilia mis- se. Ad frumētum classi exercituiq; coemendū in Apuliam Calabriamq; tres legati missi, Sex. Digitius, T. Iuuētius, M. Cæcilius. Ad omnia præparata Cn. Sici- nius Pr. paludatus ex urbe profectus Brundisium uenit. Exitu propè anni C. Popilius c o s. Romam redijt, aliquanto serius quàm senatus censuerat: cui primo quoq; tempore magistratus creari, cum tantum bel- lum immineret, iussus erat. Itaq; nõ secundis auribus patrum auditus est c o s. cum in æde Bellonæ de rebus in Liguribus gestis differeret. Succlamationes frequentes erant interroga- tionesq; cur scelere fratris oppressos Ligures in libertatem non restituisset. Comitia consula- ria in quã edicta erant dicm ad x I I Cal. Mart. sunt habita. Creati c o s s. P. Licinius Cra- sus, C. Cassius Longinus. Postero die prætores facti, C. Sulpitius Galba, L. Furius Philus L. Canuleius Diues, C. Lucretius Gallus, C. Caninius Rebilus, L. Iunius Annalis. His prætoribus prouinciæ decretæ, duæ iure Romæ dicendo, Hispania, & Sicilia, & Sardinia, ut uni fors inte- gra esset quò senatus censuisset. Cõsulibus designatis imperauit senatus, ut qua die magistra- tum inissent, hostijs maioribus rite maçtatis precarentur, ut quod bellum P R in animo ha- beret gerere, ut id prosperum eueniret. Eodem die decreuit senatus, C. Popilius c o s. ludos per dies x Ioui Opt. Max. uoueret, dona- q; circa omnia puluinaria dari, si R P x annos in eodẽ statu fuisset. Ita ut censuerant in Capitolio uouit c o s. ludos fieri donariaq; dari, quan- ta ex pecunia decreffet senatus: cum centum & quinquaginta non minus adessent, præeunte uerba Lepido pontifice maximo id uotum susceptum est. Eo anno sacerdotes publici mortui, L. Æmilius Pappus Xuir sacrorū, & Q. Fuluius Flaccus pontifex, qui priore anno fuerat cen- sor. Hic scæda morte perijt. Ex duobus filijs eius, qui tum in Illyrico militabant, nuntiatum al- terum decessisse, alterum graui & periculoso morbo egrum esse. Obruit animum simul luçtus merusq; mane ingressi cubiculū serui laqueo dependentem inuenere. Erat opinio, post censu- ram minus compotem fuisse sui: uulgo Iunonis Laciniæ iram ob spoliatū templum alienasse mentem ferebant. Suffectus in Æmiliij locum Xuir M. Valerius Messala, in Fuluij pontifex Cn. Domitius Aenobarbus, oppido adulescēs sacerdos lectus. P. Licinio, C. Cassio c o s s. non utbs tãtum Roma, nec terra Italia, sed omnes reges ciuitatesq; quæ in Europa quæq; in Asia erant, conuerterant animos in curã Macedonici ac Romani belli. Eumenen cum uetus odium stimulat, tum recens ira, quod scelere eius propè ut uictima maçtatus Delphis esset. Prusias Bithyniæ rex statuerat abstinere armis, euentumq; expectare. Nam neque pro Romanis se- gquum censere aduersus fratrem uxoris arma ferre: & apud Persea uictorem ueniam per so- rorem impetrabilem fore. Ariarates Cappadocum rex præterquàm quod Romanis suo no- mine auxilia pollicitus erat: ex quo est iunctus Eumeni affinitate, in omnia belli pacisq; se con- sociauerat consilia. Antiochus imminebat quidem Aegypti regno & pueritiam regis, & iner- tiam

tiam tutorum spernens: & ambigendo de Cœlesyria causam belli se habiturum existimabat: gesturumq; sine ullo impedimento, occupatis Romanis in Macedonico bello, id bellum: tamen omnia & per suos legatos senatui, & ipse legatis eorum eximie pollicitus erat. Ptolemæus propter ætatem alieni etiam tum arbitrii erat: tutores & bellum aduersus Antiochū parabant, quo uindicarent Cœlesyriam, & Romanis omnia pollicebantur ad Macedonicum bellum. Masanissa & frumento iuuabat Romanos, & auxilia cum elephantis Misagenenq; filium mittere ad bellum parabat. Consilia autem in omnem fortunam ita disposita habebat. Si penes Romanos uictoria esset, suas quoq; in eodem statu mansuras res, neq; ultra quidq; mouendū: non enim passuros Romanos uim Carthaginensibus afferri. Si fractæ essent opes Romanorum, quæ tum protegerent Carthaginenses, suam omnem Africam fore. Gentius rex Illyriorum fecerat potius cur suspectus esset Romanis, quàm satis statuerat utram foueret partem: impetuq; magis quàm cōsilio ijs aut illis se adiuncturus uidebatur. Cotys Thrax Odrysarum rex euidenter Macedonum partis erat. Hæc sententia regibus cum esset de bello, in liberis gentibus populisq; plebs ubiq; omnis sermē, ut solet, deterioribus erat ob regem Macedonasq; inclinata: principum diuersa cerneret studia. Pars ita in Romanos effusi erant, ut auctoritatem immodico fauore corrumpere: pauci ex ijs iustitia imperij Romani capti: plures ita, si præcipuam operam nauassent, potentes sese in ciuitatibus suis futuros rati. Pars altera regie adulationis erat, quos æs alienum & desperatio rerum suarum eodem manente statu, præcipites ad nouanda omnia agebat: quosdam uentosum ingenium, quia Perseus magis auræ popularis erat. Tertia pars optima eadem & prudentissima, si utiq; optio domini potioris daretur, sub Romanis quàm sub rege malebat esse: si liberum inde arbitriū fortunæ esset, neutram partem uolebant potentiorē altera oppressa fieri: sed illibatis potius uiribus utriusque partis pacem ex eo manere: ita inter utrosq; optimam conditionem ciuitatum fore, protegente altero semper inopem ab alterius iniuria. Hæc sentientes certamina fautorum utriusque partis taciti ex tuto spectabāt.

C O S S. quo die magistratū inierunt ex **s c** cū circa omnia fana in quibus lectisterniū maiorem partem anni esse solet, maioribus hostijs immolassent, inde preces suas acceptas ab dijs immortalibus ominati, senatui rite sacrificatū precationemq; de bello factam renuntiarunt. Aruspices ita responderunt, si quid rei nouę inciperetur id maturandum esse: uictoriam, triumphū, prorogationem imperij portendi. Patres quod faustum felixq; **P R** esset, centuriatis comitijs primo quoq; die ferre ad populum **C O S S.** iusserunt: ut quod Perseus Philippi filius Macedonū rex aduersus fœdus cum patre Philippo ictum, & secum post mortem eius renouatum, socijs **P R** arma intulisset, agros uastasset, urbesq; occupasset: quodq; belli parandi aduersus **P R** consilia inisset, arma, milites, classē eius rei causa comparasset: ut, nisi de ijs rebus satisfecisset, bellū cum eo iniretur. Hæc rogatio ad populum lata est. **s c** inde factum est, ut consules inter se prouincias Italiam & Macedoniam compararent fortirenturū. Cui Macedonia obuicisset, ut is regem Persea, quiq; eius sectam secuti essent, nisi **P R** satisfecissent, bello persequeretur. Legiones quatuor nouas scribi placuit, binas singulis **C O S S.** Id præcipue prouinciæ Macedoniae datum, quod cum alterius **C O S.** legionibus quina milia & duceni equites ex uetere instituto darentur in singulas legiones: in Macedonia sena milia peditū scribi iussa, equites trecenti æqualiter in singulas legiones. & in sociali exercitu cōsuli alteri auctus numerus: **x v i** milia peditū, **d c c** equites, præter eos quos **Cn. Sicinius** duxisset **d c** equites, in Macedonia traheret. Italiae satis uisa **x i i** milia sociorum peditū, **d c** equites. Illud quoq; præcipuū datum sorti Macedoniae, ut centuriones militesq; ueteres scriberet quos uellet **C O S.** usq; ad quinquaginta annos. In tribunis militū nouatum eo anno propter Macedonicū bellū, quod **C O S S.** ex **s c** ad populū tulerunt, ne trib. mil. eo anno suffragijs crearentur, sed **C O S.** prætorumq; in ijs faciendis iudiciū arbitriumq; esset. Inter prætores ita partita imperia. Prætozem cuius fors fuisset ut iret quod senatus censuisset, Brundisiū ad classē ire placuit: utq; ibi recognosceret socios nauales, dimissisq; si qui parum idonei essent, supplementū legeret ex libertinis: & daret operam, ut duæ partes ciuiū Romanorum, tertia sociorū esset. Commeatus classī legionibusq; ut ex Sicilia Sardiniaq; subue-

C herentur

herentur, prætoribus qui eas prouincias sortiti essent mandari placuit, ut alteras decumas Siciliæ Sardisq; imperarent, utq; id frumentum ad exercitum in Macedoniam portaretur. Siciliam C. Caninius Rebilus est sortitus, L. Furius Philus Sardiniam, L. Canuleius Hispaniam, C. Sulpicius Galba urbanam iurisdictionem, L. Iunius Annalis inter peregrinos. C. Lucretio Gallo, quod senatus censuisset fors euenit. Inter c o s s. magis cauillatio quam magna contentio de prouincia fuit. Cassius sine sorte se Macedoniam oppugnaturum dicebat, nec posse collegam saluo iurando secum sortiri. Prætorum cum, ne in prouinciam iret, in concione iurasse, se statim loco statisq; diebus sacrificia habere, quæ absente se recte fieri non possent: quæ non magis c o s s. quam prætorum absente recte fieri possent. Si senatus non quid uellet in consulatu potius, quam quid in prætura iurauerit P. Licinius, animaduertendum esse censetur: se tamen futurum in senatus potestate. Consulti patres, cui consulatum p r non negasset, ab se prouinciam negari superbè rati, sortiri consules iusserunt. P. Licinio Macedonia, C. Cassio Italia obuenit. Legionem inde sortiti sunt: prima & tertia in Macedoniam traicerentur, secunda & quarta ut in Italia remanerent. Delectus c o s s. multo intentior quam alias curam habebant. Licinius ueteres quoq; scribebat milites centurionesq; & multi uoluntate nomina dabant, quia locupletes uidebant qui priore Macedonico bello, aut aduersus Antiochum in Asia stipendia fecerant. Cum tribuni militum centuriones sed primam quæq; citarent, tres & x x centuriones qui primos pilos duxerant, citati Tr. pl. appellarunt. Duo ex collegio, M. Fuluius Nobilior, & M. Claudius Marcellus ad c o s s. reuocabant. Eorum cognitionem esse debere, quibus delectus quibusq; bellum mandatum esset. Cæteri cognituros se de quo appellati essent aiebant, & si iniuria fieret auxilium ciuibus laturos. Ad subsellia Tr. res agebatur. Eo M. Popilius consularis aduocatus, centuriones, & consul uenerunt. c o s s. inde postulanti ut in concione ea res ageretur, populus in concionem aduocatus. Pro centurionibus M. Popilius, qui biennio ante consul fuerat, ita uerba fecit. Militares homines, & stipendia iusta, & corpora & ætate & assiduis laboribus confecta habere: nihil recusare tamen quo minus operam p r dent, id tantum deprecari, ne inferiores ipsi ordines quam quos cum militassent habuissent attribuerentur. P. Licinius c o s s. c recitari iussit. Primum, quod bellum senatus Persico iussisset: deinde quod ueteres centuriones quam plurimum ad id bellum scribi censuisset: nec ulli, qui non maior annis quinquaginta esset, uacationem militiæ esse. Deprecatus est deinde, ne nouo bello, tam propinquo Italiæ, aduersus regem potentissimum, aut tribunos militum delectum habentem impedirent: aut prohiberent c o s s. quem cuiq; ordinem assignari è rep. esset, cum assignare. Si quid in ea re dubium esset, ad senatum refererent. Postquam c o s s. quæ uoluerat dixit, Sp. Ligustinus ex eo numero qui Tr. pl. appellauerant, à c o s s. & ab tribunis petijt, ut sibi paucis ad populum agere liceret. Permissu omnium ita locutus fertur. Sp. Ligustinus tribus Crustuminae ex Sabinis sum oriundus Quirites. Pater mihi iugerum agri reliquit, & paruum tugurium, in quo natus educatusq; sum, hodieq; ibi habito. Cum primum in ætatem ueni, pater mihi uxorem, fratris sui filiam dedit: quæ secum nihil attulit præter libertatem pudicitiamq;, & cum his fecunditatem quanta uel in diti domo factis esset. Sex filij nobis, duæ filiae sunt, utraq; iam nuptæ. Filij i i i i togas uirileis habent, duo prætextati sunt. Miles sum factus P. Sulpicio, C. Aurelio c o s s. In eo exercitu, qui in Macedoniam est transportatus, biennium miles gregarius fui aduersus Philippum regem: tertio anno uirtutis causa mihi T. Quintius Flaminius decimum ordinem hastatum assignauit. Deuictis Philippo Macedonibusq;, cum in Italiam portati ac dimissi essemus, continuo miles uoluntarius cum M. Porcio c o s s. in Hispaniam sum profectus. Neminem omnium imperatorum qui uiuant acriorem uirtutis spectatorem ac iudicem fuisse sciunt, qui & illum & alios duces longa militia experti sunt. Hic me imperator dignum iudicauit, cui primum hastatum prioris centuriæ assignaret. Tertio iterum uoluntarius miles factus sum in cum exercitum, qui aduersus Ætolos & Antiochum regem est missus. à M. Cælio mihi primus princeps prioris centuriæ est assignatus. Expulso rege Antiocho, subactis Ætolis reportati sumus in Italiam, & deinceps bis quæ annua merebantur legiones stipendia feci. Bis deinde in Hispania militaui, semel Q. Fuluius Flacco, iterum Tib. Sempronio Graccho Pr. à Flacco inter cæteros, quos uirtutis causa secum ex prouincia

uincia ad triumphū deducebat, deductus sum: à Tib. Graccho rogatus in prouinciā ij. Quater intra paucos annos primum pilum duxi. quater & tricies uirtutis causa donatus ab imperatoribus sum. sex ciuicas coronas accepi. xxii stipēdia annua in exercitu emerita habeo, & maior annis sum quinquaginta. Quod si mihi nec stipendia omnia emerita essent, nec dum ætas uacationē daret, tamen cum quatuor milites pro me uno uobis dare P. Licini possem, æquum erat me dimitti. Sed hæc pro causa mea dicta accipiatis uelim: ipse me, quo ad quisq; qui exercitus scribit idoneum militem iudicabit, nunquā sum excusaturus. Ordinem quo me dignum iudicent Tr. militum ipsorum est potestatis: ne quis me uirtute in exercitu præstet dabo operam, ut semper ita fecisse me & imperatores mei, & qui unā stipendia fecerunt testes sunt. Vos quoq; æquum est cōmilitones, & si appellationis uobis usurpatis ius, cum adulescentes nihil aduersus magistratuū senatusq; autoritatem usquam feceritis, nunc quoq; in potestate senatus ac consulū esse, & omnia honesta loca ducere, quibus remp. defensuri sitis. Hæc ubi dixit, collaudatū multis uerbis consul ex concione in senatū duxit. Ibi quoq; ei ex autoritate senatus gratiæ actæ, tribuniq; militares in legione prima primū pilum uirtutis causa ei assignarūt. Cæteri centuriones ommissa appellatione, ad delectum obediēter responderunt. Quo maturius in prouincias magistratus proficiscerent, Latinæ Calend. Iun. fuere: eoq; solenni perfecto C. Lucretius Pr. omnibus quæ ad classē opus erant præmissis, Brundisiū est profectus. Præter eos exercitus quos c o s s. comparabant, C. Sulpicio Galbæ Pr. negotium datum, ut quatuor legiones scriberet urbanas, iusto numero peditum equitumq; ijsq; iiii Tr. mil. ex senatu legeret qui præessent. Socijs Latini nominis imperaret xv milia peditum, m & cc equites. Is exercitus uti paratus esset quò senatus censuisset. P. Licinio c o s. ad exercitum ciuilem socialemq; pctenti addita auxilia, Ligurum mm, Cretenses sagittarij incertus numerus, quantū rogati auxilia Cretenses misissent. Numidæ item equites elephantiq;. In eam rem legati ad Masanissam Carthaginensesq; missi, L. Postumius Albinus, Q. Terentius Culleo, C. Aburius. In Cretam item legatos tres ire placuit, A. Postumiū Albinum, C. Decium, A. Licinium Neruam. Per idem tempus legati ab rege Perseo uenerunt. Eos in oppidū intromitti non placuit, cum iam bellum regi eorū & Macedonibus, & senatus decreffet, & populus iussisset. in ædem Bellonæ in senatum introducti ita uerba fecerūt. Mirari Persea regem, quid in Macedoniam exercitus transportati essent. Si impetrari à senatu posset, ut ij reuocentur, regem de iniurijs, si quas socijs factas quererentur, arbitrato senatus satisfacturū esse. Sp. Caruilius, ad eam ipsam rem ex Græcia remissus ab Cn. Sicinio, in senatu erat. Is Perrebiā expugnatā armis, Thessaliæ aliquot urbes captas, cætera quæ aut ageret, aut pararet rex, cum argueret: respondere ad ea legati iussi postquā hæsitabant, negantes sibi ultra quidquam mandatū esse: iussi renuntiare regi: c o s. P. Licinium breui cum exercitu futurum in Macedonia esse. Ad eum si satisfacere in animo esset, mitteret legatos: Romam quod præterea mitteret non esse: neminem eorum per Italiam ire liciturū. Ita dimissis, P. Licinio c o s. mandatū, intra xi diem iuberet eos Italia excedere: & Sp. Caruiliū mitteret, qui donec nauem conscendissent, custodiret. Hæc Romæ acta nondū profectis in prouinciā c o s s. Iam Cn. Sicinius, qui priusquā magistratu abiret, Brundisium ad classē & ad exercitum præmissus erat, traiectis in Epirum v m peditum, ccc equitibus, ad Nymphæum in agro Apolloniati castra habebat. Inde tribunos cum duobus milibus militum, ad occupāda Dassaretiorū & Illyriorum castella, ipsis accersentibus præsidia, ut tutiores à finitimorū impetu Macedonum essent, misit. Paucis post diebus Q. Marcius, A. Attilius, & P. & Ser. Cornelij Lentuli, & L. Decimius, legati in Græciam missi, Corcyram peditum mille secum aduexerunt: ibi inter se & regiones quas obirent & milites diuiserunt. Decimius missus est ad Gentiū regem Illyriorum: quem, si aliquem respectum amicitiae eum habere cerneret, tentare: aut etiam ad belli societatem pellicere, iussus. Lentuli in Cephalleniam missi, ut in Peloponnesum trañcerent, oramq; maris in occidentem uersi ante hyemem circumirent: Marcio & Attilio, Epirus Aetolia & Thessaliā circumcundæ assignantur. Inde Boetiam atq; Eubeam aspicerē iussi, tum in Peloponnesum trañcere: ibi congressuros se cum Lentulis cōstituunt. Priusquā digrederentur à Corcyra, literæ à Perseo allatæ sunt:

C 3 quibus

quibus quærebat, quæ causa Romanis aut in Græciam trañciendi copias, aut urbes occupandi esset. Cui rescribi nihil placuit: nūtio ipsius qui litteras attulerat dici, præsidij causa ipsarum urbium Romanos facere. Lentuli circumeuntes Peloponnesi oppida, cum sine discrimine omnes ciuitates adhortarent: ut quo animo qua fide adiuuassent Romanos Philippi primum deinde Antiochi bello, eodem aduersus Persea iuuarent: fremitum in cōcionibus audiebant: Acheis indignantibus eodem se loco esse, qui omnia à principijs Macedonici belli præstitissent Romanis, & Macedonum Philippi bello hostes fuissent: quo Messenij atque Elij qui pro Antiocho hoste arma aduersus P R tulissent: ac nuper in Achaicum contributi conciliū, uelut præmium belli se uictoribus Acheis tradi quererentur. Marcius & Attilius ad Gitanas Epiri oppidum x milia ab mari cum ascenderent, concilio Epirotarum habito cum magno omnium assensu auditi sunt: & quadringentos iuuentutis eorum in Orestas, ut præsidio essent liberatis ab se Macedonibus, miserunt. Inde in Actoliam progressi, ac paucos ibi morati dies, dum in prætoris mortui locum alius sufficeretur, & Lycisco Pr. facto, quem Romanorum fauere rebus satis compertum erat, transferunt in Thessaliam. Eò legati Acarnanum, & Boeotiarum exules uenerunt. Acarnanes nuntiare iussi, quæ Philippi primum, Antiochi deinde bello, decepti pollicitationibus regis aduersus P R commississent, ea corrigendi occasionem illis oblatam. Si male meriti clementiam P R experti essent, bene merendo liberalitatem experirentur. Boeotis exprobratum, societatem eos cum Perseo iunxisse. rjs cum culpam in Ismeniam principem alterius partis conferrent, & quasdam ciuitates dissentienteis in causam deductas: appariturum id esse Marcius respondit. Singulis enim ciuitatibus de se ipsis consulendi potestatem facturos. Thessalorum Larissæ fuit concilium. Ibi & Thessalis benigna materia gratias agendi Romanis pro libertatis munere fuit: & legatis, quod & Philippi prius & post Antiochi bello enixe adiuti à gente Thessalorum essent. hac mutua commemoratione meritorum accensi animi multitudinis ad omnia decernenda quæ Romani uellent. Secundum hoc concilium legati à Perseo rege uenerunt, priuati maxime hospitij fiducia, quod ei paternum cum Marcio erat. Ab huius necessitudinis commemoratione orsi, petierunt legati, in colloquiū ueniendi regi potestatem faceret. Marcius & se ita à patre suo accepisse dixit, amicitiam hospitiumq; cum Philippo fuisse: minime immemorem necessitudinis eius legationem eam suscepisse. Colloquiū, si satis commode ualeret, non fuisse dilaturum: nunc, ubi primum posset, ad Peneum flumen, quà transitus ab Omolio Diuina esset, præmissis qui nuntiarent regi, uenturos. Et tum quidem ab Dio Perseus in interiora regni recipit se, leui aura spei obiecta, quod Marcius ipsius causa suscepisse se legationem dixisset. Post dies paucos ad constitutum locum uenerunt. Magnus comitatus fuit regius, cum amicorum, tum satellitum turba stipante: nō minore agmine legati uenerunt, & ab Larissa multis prosequentibus, & legationibus ciuitatum: quæ conuenerant Larissam, & renuntiare domum certa quæ audissent uolebant. Inerat cura insita mortalibus uidendi congreganteis nobilem regem, & populi principis terrarū omnium legatos. Postquam in conspectu steterunt dirimente amne, paulisper internuntians cunctatio fuit, utri transgredierentur: aliquid illi regis maiestati, aliquid hi P R nomini, cum præsertim Perseus petisset colloquiū, existimabant deberi, ioco etiam Marcius cunctanteis mouit. Minor, inquit, ad maiorem, & (quod Philippo ipsi cognomen erat) filius ad patrem transeat. Facile persuasum id regi est. Aliud deinde ambigebatur, cum quàm multis transiret. Rex cum omni comitatu trāsire æquum censebat: legati uel cum tribus uenire iubebant, uel si tantum agmen traduceret, obsides daret, nihil fraudis fore in colloquio. Hippian & Pantaucum, quos & legatos miserat, principes amicorum obsides dedit. Nec tam in pignus fidei obsides desiderati erant, quàm ut apparet socijs, nequaquam ex dignitate pari congregi regem cum legatis. Salutatio non tanquam hostium, sed hospitalis ac benigna fuit, positiscq; sedibus confederunt. Cum paulisper silentium fuisset: Expectari nos, inquit Marcius, arbitror, ut respondeamus literis tuis quas Corcyram misisti: in quibus quæris, quid ita legati cum militibus uenerimus, & præsidia in singulas urbes dimittamus. Ad hanc interrogationem tuam, & non respondere uereor, ne superbum sit: & uera respondere, ne nimis acerbum audienti tibi uideatur.

uideatur. Sed cum aut uerbis castigandus aut armis sit, qui foedus rumpit: sicut bellum aduersus te alij quam mihi mandatum malim: ita orationis acerbiter aduersus hospitem, utcunque est, subibo: sicut medici, cum salutis causa tristiora remedia adhibent. Ex quo regnum adeptus es, unam rem te quae facienda fuerit senatus fecisse censet, quod legatos Romam ad renouandum iudicat potius quam cum renouatum esset uiolandum. Abrypolim socium atque amicum populi Romani regno expulisti. Artetari interfectores, ut caede (ne quid ultra dicam) laetatum appareret, recepisti: qui omnium Illyriorum fidissimum Romano nomini regulum occiderant. Per Thessaliam & Maliensem agrum cum exercitu contra foedus Delphos isti. Byzantijs item contra foedus misisti auxilia. Cum Boetijs socijs nostris secretam tibijsi societatem, quam non licebat, iureiurando pepigiisti. Thebanos legatos Euerfam & Callicritum uenientis a nobis, quærere malo quis interfecerit, quam arguere. In Aetolia bellum intestinum & caedes principum, per quos nisi per tuos factae uideri possunt? Dolopes a te ipso euastati sunt. Eumenes rex ab Roma cum in regnum rediret, prope ut uictima Delphis in sacro loco ante aras maectatus, quem insimulet piget referre: quae hospes Brundisius occulta facinora indicet, certum habeo & scripta tibi omnia ab Roma esse, & legatos tuos renuntiasse. Haec ne dicerentur a me, uno modo uitare potuisti, non quærendo quam ob causam exercitus in Macedoniam trañcerentur, aut praesidia in sociorum urbes mitteremus. Quærenti tibi superbius tacuissimus, quam uera respondimus. Equidem pro paterno nostro hospitio fauco orationi tuae, & opto ut aliquam mihi materiam praebes agenda tuae apud senatum causae. Ad ea rex: Bonam causam, si apud iudices aequos ageretur, apud eosdem & accusatores & iudices agam. Eorum autem quae obiecta sunt mihi, partim ea sunt quibus nescio an gloriari debeam, partim quae fateri non erubescam, partim quae uerbo obiecta, uerbo negare sit. Quid enim, si legibus uestris hodie reus sim, aut index Brundisius, aut Eumenes mihi obijciat, ut accusare potius uere, quam conuiciari uideantur? Scilicet nec Eumenes, cum tam multis grauis publice ac priuatim sit, alium quam me inimicum habuit: neque ego potiore quenquam ad ministeria facinorum, quam Raimulum, quem neque unquam ante uideram, nec eram postea uisurus, inuenire potui: & Thebanorum, quos naufragio perisse constat, & Artetari caedis mihi reddenda ratio est: in qua tamen nihil ultra obijcitur, quam interfectores eius in regno exulasse meo. Cuius conditionis iniquitatem ita non sum recusaturus, si uos quoque accipitis, ut quicumque exules in Italiam aut Romam se contulerunt, his facinorum, propter quae damnati sunt, autores uos fuisse fateamini. Si hoc & uos recusabitis & omnes aliae gentes, ego quoque inter caeteros ero. Et Hercule quid attinet cuiquam exilium patere, si nusquam exuli futurus locus est? Ego tamen istos, ut primum in Macedonia esse admonitus a uobis comperi, requisitos abire ex regno iussi, & in perpetuum interdixi finibus meis. Et haec quidem mihi tanquam causam dicenti reo obiecta sunt: illa tanquam regi, & quae de foedere quod mihi est uobiscum disceptationem habeant. Nam si est in foedere ita scriptum, ut ne si bellum quidem quis inferat, tueri me regnumque meum liceat: mihi fatendum est, quod me armis aduersus Abrypolim socium populi Romani defenderim, foedus uiolatum esse. Sin autem hoc & ex foedere licuit, & iure gentium ita comparatum est, ut arma armis propulserunt: quid tandem me facere decuit, cum Abrypolis sineis mei regni usque ad Amphipolim peruastasset, multa libera capita, magnam uim mancipiorum, multa milia pecorum abegisset? Quiescerem & paterer, donec Pellam & in regiam meam armatus peruenisset? At enim bello quidem iusto sum persecutus: sed uinci non oportuit eum, neque ea quae uictis accidunt pati: quorum casum cum ego subierim, qui sum armis lacesitus, quid potest queri sibi accidisse, qui causa belli fuit? Non sum eodem modo defensurus Romani, quod Dolopas armis coertuerim: quia etsi non merito eorum, iure feci meo: cum mei regni, meae ditionis essent, uestro decreto patri attributi meo. Nec, si causa reddenda sit, non uobis nec foederatis, sed ijs qui ne in seruos quidem saeva atque iniusta imperia probant, plus aequo & bono sauisse in eos uideri possum: quippe Euphranorem praefectum a me impositum ita occiderunt, ut mors poenarum

eius leuissima fuerit. Ac cum processissem inde ad uisendas Larissam & Antrona & Pylleon, quo in propinquo multo ante debita uota perfoluerem, Delphos sacrificandi causa ascendi. Et hic criminis augendi causa cum exercitu me fuisse adijcitur: scilicet, ut quod nunc uos facere queror, urbes occuparem, arcibus imponerem praesidia. uocare in concilium Graeciae ciuitates per quas iter feci: queratur unusquilibet militis mei iniuriam, non recusabo quin simulato sacrificio aliud petisse uidear. Aetolis & Byzantijs praesidia misimus, & cum Boetis amicitiam fecimus. Haec qualiacumque sunt, per legatos meos non solum indicata, sed etiam excusata sunt saepe in senatu uestro: ubi aliquos ego disceptatores, non tam equos quam te Q. Marci paternum amicum & hospitem, habebam. Sed nondum Romam accusator Eumenes uenerat, qui calumniando omnia detorquendoque suspecta & inuisa efficeret: & persuadere uobis conaretur, non posse Graeciam in libertate esse & uestro munere frui, quoad regnum Macedoniae incolu me esset. Circumagetur hic orbis: erit mox qui arguat, nequicquam Antiochum ultra iuga Tauri remotum: grauiorem multo Asiae, quam Antiochus fuerit Eumenes esse, nec conquiscere socios uestros posse, quoad regia Pergami sit: eam arcem supra capita finitimarum ciuitatum impositam. Ego haec Q. Marci & A. Attili, quae aut a uobis obiecta, aut purgata a me sunt, talia esse scio, ut aures, ut animi audientium sint: nec tam referre, quid ego aut qua mente fecerim, quam quomodo id uos factum accipiatis. Conscius mihi sum, nihil me scientem deliquisse: & si quid fecerim imprudentia lapsus, corrigi me & emendari castigatione hac posse. Nihil certe insanabile, nec quod bello & armis persequendum esse censeatis, commisi. Aut frustra clementiae grauitatisque uestrae fama uulgata per gentes est, si talibus de causis, quae uix querela & expostulatione dignae sunt, arma capitis & regibus socijs bella inferitis. Haec dicenti tum assensus Marcius, autor fuit mittendi Romam legati, cum experienda omnia ad ultimum, nec praetermittendum spem ullam censuisset. reliqua consultatio erat, quo nam modo tutum iter legatis esset. ad id cum necessaria petitio indutiarum uideretur, cuperetque Marcius, neque aliud colloquio petisset, grauate & in magnam gratiam petentis concessit. Nihil enim satis paratum ad bellum in praesentia habebant Romani, non exercitum non ducem: cum Perseus, nisi spes uana pacis occaecasset consilia, omnia praeparata atque instructa haberet, & suo maxime tempore atque alieno hostibus incipere bellum posset. Ab hoc colloquio, fide indutiarum interposita, legati Romani in Boetiam comparati sunt. Ibi iam motus coeperat esse, discedentibus a societate communis consilij Boetorum quibusdam populis: ex quo renuntiatum erat respondisse legatos, apparituros quibus populis proprie societatem cum rege iungi displicuisset. Primi a Cheronia legati, deinde a Thebis in ipso itinere occurrerunt, affirmantes non interfuisse se quo societas ea decreta esset concilio: quos legati nullo in praesentia responso dato, Chalcidem se sequi iusserunt. Thebis magna contentio orta erat ex alio certamine. Comitibus praetorijs Boetorum uicta pars iniuriam persequens, coacta multitudine decretum fecit Thebis, ne Boetarchae urbibus reciperentur. Exules Thespias uniuersi concesserunt: inde (recepti enim sine cunctatione erant) Thebas iam mutatis animis reuocati decretum faciunt, ut qui priuati coetum & concilium habuissent, exilio multarentur. Nouus deinde praetor, Ismenias is erat uir nobilis ac potens: capitalis poenae absentis eos decreto damnat. Chalcidem fugerant: inde ad Romanos Larissam profecti, causam cum Perseo societatis in Ismeniam contulerant. Ex contentione ortum certamen: utriusque tamen partis legati ad Romanos uenerunt, & exules accusatoresque Ismeniae, & Ismenias ipse. Chalcidem ut uentum est, aliarum ciuitatum principes, id quod maxime gratum erat Romanis, suo quique proprio decreto Persei societatem aspernati, Romanis se adiungebant: Ismenias gentem Boetorum in fidem Romanorum permitti aequum censebat. Inde certamine orto, nisi in tribunal legatorum perfugisset, haud multum abfuit quin ab exilibus fautoribusque eorum interficeretur. Thebae quoque ipsae, quod Boetiae caput est, in magno tumultu erant, alijs ad regem trahentibus ciuitatem, alijs ad Romanos: & turba Coronaeorum Aliartiorumque conuenerat ad defendendum decretum regiae societatis. Sed constantia principum, doctum cladibus Philippi Antiochi: quanta esset uis & fortuna imperij Romani, uicta eadem multitudo & ut tolleretur re-

gia

gia societas decreuit, & eos, qui autores paciscendæ amicitiaë fuerant, ad satisfaciendum legatis Chalcidem misit, fideiçq; legatorum cõmendari ciuitatem iussit. Thebanos Marcius & Attilius læti audierunt, autoresçq; & his separatim singulis fuerunt ad renouandam amicitiam mittendi Romam legatos. Ante omnia exules restitui iusserunt, & autores regiaë societatis decreto suo damnarunt. Ita, quod maxime uolebant, discusso Boetico consilio Peloponnesum proficiscuntur. Ser. Cornelio Chalcidẽ accersito: Argis præbitũ est ijs concilium: ubi nihil aliud à gente Acheorũ petierunt, quàm ut mille milites darent. Id præsidium ad Chalcidẽ tuendã, dum Romanus exercitus in Græciã tranjeretur, missum est. Marcius & Attilius, peractis quæ agenda in Græcia erant, principio hyemis Romam redierunt. Inde legatio sub idem tempus in Asiam circum insulas missa. Tres erant legati, T. Claudius, P. Postumius, M. Iunius. h̄ circumeuntes, hortabantur socios ad suscipiendũ aduersus Persea pro Romanis bellum: & quo quæq; opulentior ciuitas erat, eo accuratius agebant: quia minores secuturaë maiorum auctoritatem erant. Rhodijs maximi ad omnia momenti habebantur: quia non sauerẽ tantum, sed ad iuuare etiam uiribus suis bellum poterant x l. nauibus autore Hegesilo cõparatis. Qui cum in summo magistratu esset (prytanin ipsi uocant) multis rationibus peruicera Rhodios: ut omissa, quam sæpe uanam experti essent, regum fouendorũ spe, Romanam societatem, unam tum in terris uel uiribus, uel fide stabilem, retinerent. Bellum imminere cum Perseo: desideraturos Romanos eundem naualem apparatus, quem nuper Antiochi, quem Philippi ante bello uidissent: trepidaturos tum repente paranda classe cum mittenda esset, nisi reficere naues, nisi instruere naualibus socijs cõpessent. Id eo magis enixe faciendum esse, ut crimina delata ab Eumene, fide rerum refellerent. His incitati x l. nauium classẽ instructam, ornataçq; legatis Romanis aduenientibus, ut non expectatam adhortationẽ esse adpareret, ostenderunt. Et hæc legatio magnum ad conciliandos animos ciuitatum Asiaë momentũ fuit. Decimius unus sine ullo effectu, captarũ etiam pecuniarum ab regibus Illyriorũ suspitione infamis, Romam redijt. Perseus cum à colloquio Romanorũ in Maccedoniam recepisset sese, legatos Romam de inchoatis cum Marcio condicionibus pacis misit: & Byzantium & Rhodum literas legatis ferendas dedit. In literis eadem sententia ad omnes erat: collocutum se cum Romanorũ legatis: quæ audisset quæçq; dixisset ita disposita, ut superior fuisse in disceptatione uideri posset. Apud Rhodios legati addiderunt, confidere pacem futuram. Autoribus enim Marcio atque Attilio, missos Romam legatos. Si pergerent Romani contra fœdus mouere bellum, tum omni gratia omni ope enitendũ fore Rhodijs, ut reconcilient pacem, Si nihil deprecando proficiant, id agendum ne omnium rerum ius ac potestas ad unum populum perueniat. Cum ceterorum id interesse tum præcipue Rhodiorum, qui plus inter alias ciuitates dignitate atq; opibus excellant: quæ serua atque obnoxia fore, si nullus aliõ sit quàm ad Romanos respectus. Magis & literæ & uerba legatorum benigne sunt audita, quàm momentũ ad mutandos animos habuerunt: potentior esse partis melioris auctoritas cõperat. Responsum ex decreto est, optare pacem Rhodios: si bellum esset, ne quid ab Rhodijs speraret aut peteret rex, quod ueterem amicitiam, multis magnisçq; meritis pace belloçq; partam, diiungeret sibi ab Romanis. Ab Rhodo redeuntes, Boetiaë quoçq; ciuitates & Thebas, & Coroneam, & Aliartum adierunt, quibus expressum inuitis existimabatur, ut relicta regia societate Romanis adiungerentur. Thebani nihil moti sunt, quanquam non nihil & damnatis principibus & restitutis exulibus, succensebant Romanis. Coronæi & Aliartij fauore quodã insito in reges, legatos in Maccedoniam miserunt, præsidium petentes, quo se aduersus impotentem superbiam Thebanorum tueri possint. Cui legationi responsum ab rege est: præsidium se propter indutias cum Romanis factas mittere non posse: tamen suadere ita à Thebanorum iniurijs quã possent ut se uindicerent, ne Romanis præberent causam in se sæuendi. Marcius & Attilius Romam cum uenissent, legationem in Capitolio ita renuntiarunt, ut nulla re magis gloriarentur, quàm decepto per indutias & spem pacis rege. Adeo enim apparatus belli fuisse instructum, ipsis nulla parata re, ut omnia opportuna loca præoccupari ante ab eo potuerint, quàm exercitus in Græciam tranjeretur. Spatio autem indutiarum sumpto uenturum illum nihilo paratorem,

Romanos

- Romanos omnibus instructiores rebus cepturos bellum. Boëtorum quoq; se concilium arte distraxisse, ne coniungi amplius ullo consensu Macedonibus possent. Hæc, ut summa ratione acta, magna pars senatus approbabat: ueteres & moris antiqui memores, negabant se in ea legatione Romanas agnoscere artes. Non per insidias & nocturna prælia, nec simulatam fugam improuisosq; ad incautum hostem reditus, nec ut astu magis quàm uera uirtute gloriantur, bella maiores gessisse. Indicare prius quàm gerere solitos bella, denuntiare etiam, interdum locum finire in quo dimicaturi essent. Eadem fide indicatum Pyrrho regi medicum, uite eius insidiantem: eadem Faliscis uinctum traditum proditorem liberorum regis. Hæc Romana esse, non uersutiarū Punicarum, neq; calliditatis Græcæ, apud quos fallere hostem quàm ui superare gloriosius fuerit. Interdum in præfens tempus plus profici dolo quàm uirtute: sed eius demum animum in perpetuū uinci, cui cōfessio expressa sit, se neq; arte, neq; casu, sed collatis cōminis uiribus iusto ac pio bello esse superatum. Hæc seniores, quibus noua hæc minus placebat sapiētia: uicit tamen ea pars senatus, cui potior utilis q̄ honesti cura erat, ut comprobaretur prior legatio Marcij: & eodem rursus in Græciā cum quinquereimibus remitteretur, iubereturq; cætera, uti è rep. maxime uisum esset, agere. A. quoque Attilium miserunt ad occupandam Larissam in Thessalia, timentes ne si induciarū dies exisset, Perseus præsidio cōmissio, caput Thessaliæ in potestate haberet. duo milia peditū Attilius ab Cn. Sicinio accipere ad eam rem agendam iussus. & P. Lentulo, qui ex Achaia redierat, ccc milites Italici generis dati, ut Thebis daret operam, ut in potestate Boëtia esset. His præparatis, quanquam ad bellum consilia erant destinata, senatum tamen præberi legatis placuit. Eadem ferè quæ in colloquio ab rege dicta erant, relata ab legatis. Insidiarum Eumeni factarum crimen, & maxima cura, & minime tamē probabiliter: manifesta enim res erat, defensum. Cætera deprecatio erat: sed non eis animis audiebantur, qui aut doceri, aut flecti possent. Denuntiatū, exemplo mœnibus urbis Romæ, Italia intra xxx diem excederent. P. Licinio deinde coss. cui Macedonia prouincia obuenerat, denuntiatum, ut exercitui diem primam quanq; diceret ad conueniendum. C. Lucretius Pr. cui classis prouincia erat, cū xl quinquereimibus ab urbe profectus: nam ex resectis nauibus alias in aliū usum retineri ad urbem placuit. Præmissus à Pr. est frater Lucretius cum quinquereime una: iussusq; ab socijs ex fœdere acceptis nauibus ad Cephaleniā classi occurrere, ab Rheginis triremi una, ab Locris duabus, ab Vritibus quatuor, præter oram Italiæ superuectus Calabriæ extremū promontoriū in Ionio mari, Dyrracium trañcit. Ibi decem ipsorum Dyrracinorū, xii Issæorum liiii Gentij regis lembos nactus, simulans se credere eos in usum Romanorū comparatos esse, omnibus abductis, die tertio Corcyram, inde protinus in Cephaleniā trañcit. C. Lucretius Pr. ab Neapoli profectus, superato freto, die quinto in Cephaleniā transmisit. Ibi stetit classis, simul operiens ut terrestres copiæ trañcerent, simul ut onerariæ ex agmine suo per altum dissipatæ consequerent. Per hos forte dies P. Licinius coss. uotis in Capitolio nuncupatis, paludatus ab urbe profectus est. Semper quidē ea res cum magna dignitate ac maiestate geritur: præcipue cōuertit oculos animosq; cum ad magnum nobilemq; aut uirtute, aut fortuna hostem, euntem coss. prosequunt. Cōtrahit enim non officij modo cura, sed etiam studiū spectaculi, ut uideant ducem suum, cuius imperio consilioq; summam R P tuendam permiserunt. Subit deinde cogitatio animum, qui belli casus, quàm incertus fortunæ euentus, communisq; Mars belli sit: aduersa secunda, quæq; inscitia & temeritate ducum clades sæpe acciderint: quæ contrà bona prudentia & uirtus attulerit. Quem scire mortaliū, utrius mentis, utrius fortunæ coss. ad bellum mittant: triumphantem ne mox cum exercitu uictore scandentem Capitolium, ad eosdem deos à quibus proficiscatur, uisuri: an hostibus eam præbituri lætitiā sint. Persi autem regi, aduersus quem ibatur, famam & bello clara Macedonum gens, & Philippus pater, inter multa prospera gesta Romano etiam nobilitatus bello, præbebat: tum ipsius Persei nunquam, ex quo regnum accepisset, desitum belli expectatione celebrari nomen. cum his cogitationibus omniū ordinum homines proficiscentem consulem profecti sunt. Duo consulares tribuni militū cum eo missi. C. Claudius, Q. Mucius: & tres illustres iuuenes, P. Lentulus & duo Manlij Acidini: alter M. Manlij

M. Manlij, alter L. Manlij filius erat. Cum ijs c o s. Brundisium ad exercitum, atq; inde cum omnibus copijs transuectus ad Nymphæum in Apolloniati agro posuit castra. Paucos ante dies Perseus, postquã legati ab Roma regressi præciderant spem pacis, consiliũ habuit. Ibi aliquam diuersis sententijs certatũ est. Erant, quibus uel stipendium pendendum, si iniungere tur, uel agri parte cedendũ si mulctaret, quidquid deniq; aliud pacis causa patiendũ esset, non recusandum uideretur: nec cõmittendum ut in aleam tanti casus se regnumq; daret. Si possessio haud ambigua regni maneret, multa diem tempusq; afferre posse, quibus non amissa modo recuperare, sed timendus ultro ijs esse quos nunc timeret posset. Ceterũ multo maior pars ferocioris sententiæ erat. Quidquid cessisset, cum eo simul regno protinus cedendum esse affirmabant. Neque enim Romanos pecunia aut agro egere: sed hoc scire, cum omnia humana, tum maxima quæq; & regna & imperia sub casibus multis esse. Carthaginensium opes fregisse sese, & ceruicibus eorum præpotentem finitimum regem imposuisse: Antiochum progeniemq; eius ultra iuga Tauri remotum. Vnum esse Macedoniae regnum, & regione propinquum, & quod sicubi p r sua fortuna labet, antiquos animos regibus suis uideatur posse facere. Dum integræ res, apud animum suum Persea debere: utrum singula concedendo nudatus ad extremum opibus extorrisq; regno, Samothraciam aliãmque quam insulam petere ab Romanis, ubi priuatus superstes regno suo in contemptu atq; inopia confenscat, malit: an armatus uindex fortunæ dignitatisq; suæ, ita ut uiro forti dignum sit, patiatur quodcunque casus belli tulerit: aut uictor liberet orbem terrarum ab imperio Romano. Non esse admirabilius Romanos Græcia pelli, quã Annibalem Italia pulsum esse. Neq; hercule uidere, qui conueniat, fratri affectanti per iniuriam regnum summa ui restitisse, alienigenis bene parto eo cedere. Postremo ita bello & pace queri, ut inter omnes conueniat, nec turpius quicquam esse quã sine certamine cessisse regno: nec præclarius quicquam, quã pro dignitate ac maiestate omnem fortunã expertum esse. Pellæ in uetere regia Macedonum hoc consiliũ erat. Geramus ergo, inquit, dijs bene iuantibus, quando ita uidetur, bellum: literisq; circa præfectos dimissis Citium (Macedoniæ oppidũ est) copias omnes contrahit. Ipse centum hostijs sacrificio regaliter Mineræ quam uocant Alcidem confecto, cum purpuratorũ & satellitum manu profectus Citium est. Eò iam omnes Macedonũ externorumq; auxiliorũ conuenerant copiae. Castra ante urbem ponit, omnesq; armatos in campo struxit. Summa omnium x l milia armata fuere: quorum pars fermè dimidia phalangitæ erant: Hippas Bereus præerat. Delecta deinde & uiribus & robore ætatis ex omni cetratorum numero duo erant agemata, hæc ipsi legionem uocabant: præfectos habebant Leonatum & Thrasippum Eulyestas. Cæterorum cetratorum trium fermè milium hominum dux erat Antiphilus Edessæus. Pæones, & ex Paroria & Parstrymonia (sunt autem ea loca subiecta Thraciæ) & Agrianes admixtis etiam Thracibus incolis trium milium fermè & ipsi expleuerunt numerũ. Armauerat contraxeratq; eos Didas Pæon, qui adolescentem Demetriũ occiderat. Et armatorum duo milia Gallorum erant, præfecto Asclepiodoto. Ab Heraclea ex Sintijs tria milia Thracum liberorũ suum ducem habebant. Cretensium par penè numerus suos duces sequebatur, Susum Phalarneum & Syllum Gnosium. Et Leonides Lacedæmonius quingentis ex Græcia, misto generi hominũ, præerat. Regij is generis ferebatur, exul damnatus frequenti concilio Achæorũ, literis ad Persea deprensus. Ætolorũ & Boëtorum, qui nõ explebãt plus quã quingentorũ omnes numerum, Lyco Acheus præfectus erat. Ex his mixtis tot populorũ tot gentiũ auxilijs x i i milia armatorũ fermè efficiebantur. Equitum ex tota Macedonia cõtraxerat i i i milia. Venerat eodem Cotys Seuthæ filius rex gentis Odrysarũ cum mille delectis equitibus, pari fermè peditum numero. Summa totius exercitus x x x i x milia peditũ erant, i i i i equitũ. Satis constabat secundũ eum exercitũ, quem magnus Alexander in Asiam traiecit, nunquã ullius Macedonum regis copias tantas fuisse. Sextus & uicesimus annus agebatur, ex quo petenti Philippo data pax erat: per id omne tempus quieta Macedonia, & progeniẽ ediderat, cuius magna pars matura militiæ esset, & leuibus bellis Thracum accolarum quæ exercebant magis quã fatigarent, sub assidua tamen militiã fuerat: & diu meditatũ Philippo primo, deinde &

Pcti

Perfi Romanum bellum omnia ut instructa parataq; essent effecerat. Mota parumper acies, non iusto decursu tamen, ne stetisse tantū in armis uiderentur:armatosq;, sicut erant, ad con-
tionem uocauit. Ipse constitit in tribunali, circa se habens filios duos: quorum maior Philip-
pus natura frater adoptione filius: minor quem Alexandrū uocabant, naturalis erat. Cohor-
tatus est milites ad bellum: iniuriam P R in patrem scq; cōmemorauit. Illum omnibus indi-
gnitatibus compulsū ad rebellandum, inter apparatus belli sato oppressum: ad se simul lega-
tos, simul milites ad occupandas Græciæ urbes missos. Fallaci deinde colloquio per speciē re-
conciliandæ pacis extractam hyemem, ut tempus ad comparandū haberent. Consulem nūc
uenire cum duabus legionibus Romanis, quæ tricenos equites habeant, & pari fermè numero
sociorum peditum equitumq;. Eò ut accedant regum auxilia Eumenis & Masanissæ, nō plus
V I I milia peditum I I equitum futura. Auditis hostium copijs, respicerent suum ipsi exerci-
tum: quantum numero, quantum genere militum præstarent, tironibus raptim ad id bellum
conscriptis, ipsi à pueris eruditi artibus militiæ, tot subacti atq; durati bellis. Auxilia Romanis
Lydos, & Phrygas, & Numidas esse: sibi Thracas Gallosq;, ferocissimas gētium. Arma illos
habere ea, quæ sibi quisq; parauerit, pauper miles: Macedonas prompta ex regio apparatu,
per tot annos patris sui cura & impensa facta. Commeatū illis, cum procul, tum omnibus sub
casibus maritimis fore: se & pecuniam & frumentū, præter redditus metallorum, in decem an-
nos seposuisse. Omnia quæ deorum indulgentia, quæ regia cura præparanda fuerant, plena
cumulataq; habere Macedonas: animum habendū esse, quem habuerint maiores eorum: qui
Europa omni domita transgressi in Asiam, incognitum famæ aperuerint armis orbem terra-
rum: nec ante uincere desierint, quàm rubro mari inclusis quod uincerent defuerit. At Hercule
nunc non de ultimis Indicæ oris, sed de ipsius Macedoniæ possessione certamen fortunā indi-
xisse. Cum patre suo gerenteis bellum Romanos, speciosum Græciæ liberandæ tulisse titulū:
nunc propalam Macedoniā in seruitutem petere: ne rex uicinus imperio sit Romano, ne gens
bello nobilis arma habeat. Hæc enim tradēda superbis dominis esse cum rege regnoq;, si ab-
sistere bello & facere imperata uelint. Cum per omnem orationem satis frequenti assensu suc-
clamatum esset: tum uero ea uociferatio simul indignantiū minitantiūq;, partim iubentium
bonum animū habere regem, exorta est, ut finem dicendi faceret, tantum iussis ad iter parere:
iam enim dici, mouere castra ab Nymphæo Romanos. Concione dimissa ad audiendas lega-
tiones ciuitarium Macedoniæ se cōtulit. Venerant autem ad pecunias, pro facultatibus quæq;
suis, & frumentū pollicendum ad bellum. Omnibus gratiæ actæ, remissum omnibus, satis re-
gios apparatus ad ea dictum sufficere: uehicula tantum imperata, ut tormenta, telorūq; missi-
lium ingentem uim præparatam, bellicumq; aliud instrumentū ueherent. Profectus inde to-
to exercitu Eordeam petens, ad Begoritem quem uocant lacum positis castris, postero die in
Elimcā ad Haliacmona fluuiū processit. Deinde saltu angusto superatis montibus, quos Cam-
bunios uocant, descendit ad (Tripolim uocant) Azorum, Pythoum, & Dolichen incolenteis.
Hæc tria oppida paulisper cunctata, quia obsides Larisseis dederāt: uicta tamen præsentī me-
tu in deditionem concesserunt. Benigne his appellatis, haud dubius Perrēbos quoq; idem fa-
cturos, urbem nihil cunctatis qui incolebāt, primo aduentu recipit. Cyretias oppugnare co-
ctus, primo etiam die acri concursu ad portas armatorū est repulsus: postero die omnibus co-
pijs adortus, in deditionem omnes ante noctem accepit. Mylæ proximum oppidum, ita mu-
nitum, ut inexuperabilis munimenti spes incolas ferocioreis faceret: non portas claudere regi
satis habuerunt, sed probris quoq; in ipsum Macedonasq; procacibus iaculati sunt. Quæ res
cum infestiorē hostem ad oppugnandū fecisset: ipsos desperatione ueniæ ad tuendos sese
acrius accendit. Itaque per triduum ingentibus utrinq; animis & oppugnatae sunt & defensæ.
Multitudo Macedonum ad subeundum inuicem prælium haud difficulter succedebat: oppi-
danos diem noctem eosdem tuenteis mœnia, non uulnera modo, sed etiam uigiliæ & conti-
nens labor conficiebat. Quarto die cum & scalæ undiq; ad muros erigerentur, & porta ui ma-
iore oppugnaretur: oppidani depulsi muris ad portam tuendam concurrunt, eruptionemq;
repentinam in hostes faciunt. Quæ cum iræ magis inconsultæ, quàm ueræ fiducia uiriū esset:

pauci

pauci & fessi ab integris pulsi terga dederunt, fugientesq; per patentem portam hostes acceperunt. Ita capta urbs ac direpta est: libera quoq; corpora, quæ cædibus superfuerunt, uenundata. Diruto magna ex parte & incenso oppido, profectus ad Phalannam castra mouit: inde postero die Gyrtonem peruenit. Quò cum T. Minucium Rufum & Hippium Thessalorum Pr. cum præsidio intrasse accepisset: ne tentata quidem oppugnatione prætergressus, Velatias & Connum, percussis inopinato aduentu oppidanis recepit. Vtraque oppida in faucibus sunt, quæ Tempe adeunt, magis Connus: itaq; & firmiore id præsidio tutum equitum pedumq; ad hoc fossa triplici ac uallo munitum reliquit. Ipse ad Sycurium progressus, opperiri ibi hostium aduentum statuit: simul & frumentari passim exercitum iubet in subiecto hostium agro. Nanq; Sycurium est sub radicibus Ossæ montis, quæ in meridiem uergit: subiectos habet Thessaliæ campos, ab tergo Macedoniam atq; Magnesium. Ad has opportunitates accedit summa salubritas & copia, pluribus circumiectis fontibus perennium aquarum. c. o. s. Romanus per eosdem dies Thessaliam cum exercitu petens, iter expeditum primo per Epirum habuit: deinde postquæ in Arhamaniam est transgressus, asperi ac propè inuij soli, cum ingenti difficultate paruis itineribus ægre Gomphos peruenit. cui si uexatis hominibus equisque tironem exercitum ducenti acie instructa & loco suo & tempore obstitisset rex, ne Romani quidem abnuunt magna sua cum clade fuisse pugnatos. Postquam Gomphos sine certamine uentum est, præter gaudium periculosi saltus superati, contemptus quoq; hostium adeo ignorantium opportunitates suas accessit. Sacrificio rite perfecto c. o. s. & frumento dato militibus, paucos ad requiem iumentorum hominumq; moratus dies: cum audiret uagari Macedonas effusos per Thessaliam, uastariq; sociorum agros, satis iam refectum militem ad Larissam ducit. Inde cum III milia fermè abesset à Tripoli (Sceam uocant) super Peneum amnem posuit castra. Per idem tempus Eumenes ad Chalcidem nauibus accessit cum Atalo atq; Athenæo fratribus, Philetero fratre relicto Pergami ad tutelam regni. inde cum Atalo & quatuor milibus peditum, mille equitum ad c. o. s. uenit. Chalcide relicta duo milia peditum, quibus Athenæus præpositus. Et alia eodem auxilia Romanis ex omnibus undique Græciæ populis conuenerunt, quorū pleraq; (adeo parua erant) in obliuionē adducta. Apolloniata c. c. c. equites, centum pedites miserunt. Ætolorum alæ unius instar, quantum in tota gente equitum erat, uenerunt. & Thessalorū omnis equitatus separatus erat: non plus quàm c. c. c. erant equites in castris Romanis. Achæi iuuentutis suæ, Cretico maxime armatu, ad mille dederunt. Sub idem tempus & C. Lucretius Pr. qui nauibus præerat ad Cephaleniam, M. Lucretio fratre cum classe super Malcam Chalcidem iusso petere, ipse triremem conscendit sinum Corinthium petens ad præoccupandas in Boetia res. tardior ei nauigatio propter infirmitatem corporis fuit. M. Lucretius Chalcidem adueniens, cum à P. Lentulo Aliartum oppugnari audisset, nuntium Pr. uerbis, qui abscedere eum inde iuberet, misit. Boetorum iuuentute, quæ pars cū Romanis stabat, eam rem aggressus legatus à moenibus abcessit. Hæc soluta obsidio locum alteri nouæ obsidioni dedit. Nanq; extemplo M. Lucretius cum exercitu nauali x milibus armatorum, ad hoc duobus milibus regionum qui sub Athenæo erant, Aliartum circumfedit: parantibusq; iam oppugnare superuenit à Creusa Pr. Ad idem ferè tempus & ab socijs naues Chalcidem conuenerunt: duæ Punicæ quinqueremes, duæ ab Hætraclea ex Ponto triremes, quatuor Chalcedone, totidem Samo, tum quinque Rhodiæ quadriremes. Pr. quia nusquam erat maritimum bellum, remisit socijs. & Q. Marcius Chalcidem nauibus uenit, Halope capta, Larissa quæ Cremaste dicitur, oppugnata. Cum hic status in Boetia esset: Perseus cum ad Sycurium (sicut ante dictum est) statiuam haberet, frumento undique circa ex agris conuecto, ad uastandum Pheræorum misit: ratus ad iuuandas sociorum urbes longius ab castris abstractos deprehendi Romanos posse. Quos cum eo tumultu nihil motos animaduertisset, prædam quidem præterquam hominum, pecora autem maxime omnis generis fuere, diuisit ad epulandum militibus. Sub idem deinde tempus consilium & consul & rex habuerunt, unde bellum ordirentur. Regis creuerunt animi uastatione concessa sibi ab hoste Pheræi agri. Itaq; eundem inde ad castra, nec dandum ultra spatium cunctandi censebat.

D & Ro/

& Romani censebant, cunctationem suam infamem apud socios esse, maximo opere indigne ferentis non latam Pheræis opem. consultantibus quid agerent: aderant autem Eumenes & Attalus in consilio: trepidus nuntius affert, hostem magno agmine adesse. Consilio dimisso, signum extemplo datur ut arma capiant. Interim placet ex regijs auxilijs centū equites & parum numerum iaculatorum peditum exire. Perseus fermè diei quarta cum paulo plus mille passus abesset à castris Romanis, consistere signa peditum iussit: prægressus ipse cum equitibus ac leui armatura, & Cotys cum eo ducesq; aliorum auxiliorum præcesserunt. Minus quingentos passus ab castris aberant, cum in conspectu fuere hostium equites: duæ alæ erant magna ex parte Gallorum, Assignatus præerat: & leuis armaturæ centum ferè & quinquaginta Myfi aut Cretenses. Constitit rex, incertus quantum esset hostium. Duas inde ex agmine turmas Thracum, duas Macedonum, cum binis Cretensium cohortibus & Thracum misit. Prælium, cum pares numero essent, neq; ab hac aut illa parte noua auxilia subuenirent, incerta uictoria finitum est. Eumenis fermè xxx interfecti: inter quos Assignatus dux Gallorum cecidit. & tunc quidem Perseus ad Sycurium copias reduxit: postero die circa eandem horam in eundem locum rex copias admouit, plaustis cum aqua sequentibus: nam duodecim milium passuum uia omnis sine aqua & plurimi pulueris erat: affectosq; siti, si primo in cōspectu dimicassent, pugnatos fuisse apparebat. Cum Romani quiescent, stationibus etiam intra uallum reductis, regij quoq; in castra redeunt. Hoc per aliquot dies fecerunt, sperantes fore ut Romani equites abeuntium nouissimum agmen aggredierentur: inde certamine orto, cum longius à castris eos eliciuissent, facile ubiubi essent se, qui equitatu & leui armatura plus possent, conuersuros aciem. Postquam inceptum non succedebat, castra propius hostem mouit rex, & à quinque milibus passuum communiit. Inde luce prima in eodem quo solebat loco peditum acie instructa, equitatum omnem leuemq; armaturam ad castra hostium ducit. Visus & plurium & propior solito puluis trepidationem in castris Romanis fecit: & primo uix creditum nuntianti est: quia prioribus continuis diebus nunquã ante horam quartam hostis appa- ruerat, tum solis ortus erat. Deinde ut plurium clamore & cursu à portis dubitatio exempta est, tumultus ingens oboritur: tribuni præfectiq; & centuriones in prætorium, miles ad sua quisq; tentoria discurrit. Minus quingentos passus à uallo instruxerat Perseus suos, circa tumulum quem Callicinum uocant. Læuo cornu Cotys rex præerat cum omnibus suæ gentis: equitum ordines leuis armatura interposita distinguebat. In dextro cornu Macedones erant equites, intermixti turmis eorum Cretenses. Huic armaturæ Midon Bereus, equitibus & sum- mæ partis eius Meno Antigonensis præerat. Proximi cornibus constiterant regij equites, & mixtum genus delecta plurium gentium auxilia: Patrocles Antigonensis hic & Pæoniæ præ- fectus Didas, erant præpositi. Medius omnium rex erat: circa cum agema quod uocant, equi- tumq; sacræ alæ, ante se statuit funditores iaculatoresq;: quadringentorum manus utraq; nu- merum expleuerat. Ionem Thessalonicensem & Timanora Dolopem ijs præfecit. Sic regij constiterant. Consul intra uallum peditum acie instructa, & ipse equitatum omnem cum le- ui armatura misit: pro uallo instructi sunt. Dextro cornu præpositus C. Licinius Crassus con- sulis frater cum omni Italico equitatu, uelutibus intermixtis: sinistro M. Valerius Læuinus so- ciorum ex Græcis populis equites habebat, eiusdem gentis leuem armaturam. Mediam au- tem aciem cum delectis equitibus extraordinarijs tenebat Q. Mucius. cc equites Galli an- te signa horum instructi, & de auxilijs Eumenis Cyrtiorum gentis ccc. Thessali cccc equites paruo interuallo super leuum cornu locati. Eumenes rex Attalusq; cum omni manu sua ab tergo inter postremam aciem ac uallum steterunt. In hunc modum maxime instructæ acies, par fermè utrinq; numerus equitum ac leuis armaturæ concurrunt, à funditoribus iacu- latoribusq; qui præcesserunt prælio orto. Primi omnium Thraces, haud secus quàm diu clau- stris retentæ feræ, concitati cum ingenti clamore in dextrum cornu Italicos equites incurrerunt, ut usu belli & ingenio impauida gens turbaretur. gladijs hastas petere pedites, nunc succidere crura equis, nunc ilia suffodere. Perseus in mediam inuectus aciem, Græcos primo impetu auertit: quibus cum grauis ab tergo instaret hostis, Thessalorum equitatus, qui à leuo cornu

cornu breui spatio diiunctus in subsidijs fuerat, extra concursum primo spectator certaminis, deinde inclinata re maximo usui fuit. Cedentes enim sensim integris ordinibus, postquam se Eumenis auxilijs adiunxerunt, & cum eo tutum inter ordines suos receptum focijs fuga dissipatis dabant: & cum minus conferti hostes instarent, progredi etiam ausi multos fugientium obuios exceperunt. Nec regij sparsi iam ipsi passim sequendo, cum ordinatis & certo incedentibus gradu manus cōserere audebant: cum uictor equestri prælio rex paruo momento si adiuuisset, debellatum esset. opportune adhortanti superuenit phalanx, quam sua sponte ne audaci cœpto deesset Hippas & Leonatus raptim adduxerant, postquam prospere pugnasseequitem acceperunt. Fluctuante rege inter spem metumq; tantæ rei conandæ, Cretensis Euander, quo ministro Delphis ad insidias Eumenis regis usus erat: postquam agmen impeditum uenientium sub signis uidit, ad regem accurrit, & monere institit: ne elatus felicitate summam rerum temere in non necessariã aleam daret. Si contentus bene re gesta quiesset eo die, uel pacis honestæ conditionem habiturum, uel plurimos belli socios, qui fortunam sequerentur, si bellare mallet. In hoc consiliũ pronior erat animus regis. Itaque collaudato Euandro, signa referri, peditumq; agmen redire in castra iubet, equitibus receptui canere. cecidere eo die ab Romanis c c equites, duo milia haud minus peditum: capti fermè c c equites. ex regijs autem xx equites, xl pedites interfecti. Postquam redire in castra uictores, omnes quidem læti, ante alios Thracum insolens læticia eminebat: cum cantu enim superfixa capita hostium portantes redierunt. Apud Romanos non mœstitia tantum ex male gesta re, sed pauor etiam erat, ne extemplo castra hostis aggredieretur. Eumenes suadere, ut trans Peneum transferret castra: ut pro munimento amnem haberet, dum perculsi milites animos colligerent. cos. moueri flagitio timoris fatendi: uictus tamen ratione, silentio noctis transductis copijs, castra in ulteriore ripa cōmunit. Rex postero die ad laceffendos prælio hostes progressus, postquam trans amnem in tuto posita castra animaduertit, fatebatur quidem peccatum, quod pridie non institisset uictis: sed aliquanto maiorem culpam esse, quod nocte foret cessatum. Nam ut neminem alium suorum moueret, leui armatura immissa, trepidantium in transitu fluminis hostium deleri magna ex parte copias potuisse. Romanis quidem præsens pauor demptus erat, in tuto castra habentibus: damnum inter cætera præcipue famæ inouebat. & in consilio apud eos. pro se quisque in Ætolos conferebant causam: ab ijs fugæ terrorisq; principium ortum, secutos pauorem Ætolorum & cæteros socios Græcorum populorum. Quinq; principes Ætolorum primi terga uertentes conspecti dicebantur. Thessali pro concione laudati, ducésque eorum etiam uirtutis causa donati. Ad regem spolia cætorum hostium referebantur: dona ex his alijs arma insignia, alijs equos, quibusdam captiuos dono dabat. Scuta erant supra m d: lorice thoracesq; m amplius summam explebant: galearum gladiatorumq; & missilium omnis generis maior aliquanto numerus. Hæc per se ampla, pleraq; multiplicata uerbis regis, quæ ad concionem uocato exercitu habuit. Præiudicatum euentum belli habetis: meliorem partem hostium, equitatum Romanum, quo inuictos se esse gloriabantur, fudistis. Equites enim illis principes iuuentutis, equites seminarium senatus: inde lætos in patrum numerum consules, inde imperatores creant. Horum spolia paulo ante diuisimus inter uos. Nec minorem de legionibus peditum uictoriam habetis, quæ nocturna fuga uobis subtractæ, naufragorum trepidatione passim natantium flumen compleuerunt. Sed facilius nobis sequentibus uictos Peneum superare erit, quàm illis trepidantibus fuit: transgressiq; extemplo castra oppugnabimus, quæ hodie cepissemus, ni fugissent. Aut si acie discernere uolent, eundem pugnæ pedestris euentum expectate, qui equitum in certamine fuerit. Et qui uicerant alacres, spolia cætorum hostium humeris gerentes ante ora sua, audiuerunt, ex eo quod acciderat spem futuri præcipientes: & pedites aliena gloria accensi, præcipue qui Macedonum phalangis erant, sibi quoq; & nauandæ regi operæ, & similem gloriam ex hoste pariendi occasionem optabant. concione dimissa, postero die profectus inde ad Mopselum posuit castra: tumulus hic inter Tempe & Larissam medius est. Romani non abscedentes ab ripa Penei, transtulerunt in locum tutiorem castra. Eò Misagens Numida uenit cum

D 2 mille

mille equitibus, pari peditum numero, ad hoc elephantis duobus & x x. Per eos dies consilium habenti regi de summa, cum iam confidisset ferocia ab re bene gesta: ausi sunt quidam amicorum consilium dare, ut secunda fortuna in conditione honestæ pacis uteretur, potius quàm spe uana euectus in casum irreuocabilem se daret. Modum imponere secundis rebus, nec nimis credere serenitati præsentis fortunæ, prudentis hominis & merito felicitis esse. Mitteret ad eos, qui foedus in easdem leges renouarent, quibus Philippus pater eius pacem à T. Quintio uictore accepisset: neq; finiri bellū magnificentius, quàm à tam memorabili pugna: neque spem firmiorem pacis perpetuæ dari, quàm quæ percussos aduerso prælio Romanos molliores factura sit ad paciscendum. Quod si Romani tum quoq; insita pertinacia æqua asperrarentur: deos hominesq; & moderationis Persei, & illorum peruicacis superbiæ, futuros testes. Nunquam ab talibus consilijs abhorrebat regis animus: itaq; plurium assensu comprobata est sententia. Legati ad eos, missi, adhibito frequenti consilio auditi sunt. Pacem petere, uectigal, quantum Philippus pactus esset, daturum Persea Romanis pollicentes: urbibus agris locisq; quibus Philippus cesserat, cessurū primum. Hæc legati. Summotis his, cum consultarent, Romana constantia uicit in consilio. Ita tum mos erat, in aduersis uultum secundæ fortunæ gerere, moderari animos in secundis. Responderi placuit: ita pacem dari, si de summa rerum liberum senatui permittat rex de se decq; uniuersa Macedonia statuendi ius. Hæc cum renuntiassent legati, miraculo ignaris moris pertinacia Romanorum esse: & pleriq; uetare amplius mentionem pacis facere: ultro mox quæsituros quod oblatum fastidiant. Perseus hanc ipsam superbiam, quippe ex fiducia uirium esse, timere: & summam pecuniæ augens, si pretio pacem emere posset, non destitit animum eos tentare. Postquam nihil ex eo, quod primo responderat, mutabat: desperata pace ad Sycurium, unde profectus erat, redijt belli casum de integro tentaturus. Fama equestris pugnae uulgata per Græciam, nudauit uoluntates hominum: non enim solum qui partis Macedonum erant, sed pleriq; ingentibus Romanorum obligati beneficijs, quidam uim superbiamq; experti, læti eam famam accipere: non ob aliam causam quàm prauo studio, quo etiam in certaminibus ludicris uulgi utitur, deteriori atque infirmiori fauendo. Eodem tempore in Boetia summa ui Aliartum Lucretius Pr. oppugnabat: & quanquam nec habebant externa auxilia obsessi, præter Coronæorū iuniores, qui prima obsidione mœnia intrauerant, neq; sperabant: tamen ipsi animis magis quàm uiribus resistebant. Nam & eruptiones in opera crebro faciebant: & arictem admotū, libramento plumbi grauatam ad terram urgebant: & si quæ declinarent qui agebant ictum, pro diruto muro nouum tumultuario opere, raptim ex ipsa ruinæ strage congestis saxis, extruebant. Cum operibus oppugnatio lentior esset, scalas per manipulos diuidi Pr. iussit, ut corona undiq; mœnia aggressurus: eo magis suffecturam ad id multitudinem ratus, quod qua parte palus urbem cingit, nec attinebat oppugnari, nec poterat. Ipse ab ea parte, qua duæ turres quodq; inter eas muri prorutum fuerat, duo milia militum delectorum admouit: ut eodem tempore quo ipse transcendere ruinas conaretur, concursu aduersus se oppidanorum facto, scalis uacua defensoribus mœnia capi parte aliqua possent. Haud segniter oppidani uim eius arcere parant. Nam super stratam ruinis locum fascibus aridis sarmentorum iniectis, stantes cum ardentibus fascibus accensuros ea se sæpe minabantur, ut incendio intersepti ab hoste spacium ad obijciendum interiorum murum haberent: quod inceptum eorum fors impediijt. Nam tantus repente effusus est imber, ut nec accendi facile pateretur, & extingueret accensa. Itaque & transitus per distracta fumantia uirgulta patuit: & in unius loci præsidium omnibus uersis, mœnia quoque pluribus simul partibus scalis capiuntur. In primo tumultu captæ urbis seniores impubesq;, quos casus obuios obtulit, passim cæsi: armati in arcem confugerūt, & postero die, cum spei nihil superesset, deditione facta sub corona uenierunt. fuerunt autem M M ferme & D. ornamenta urbis statuæ & tabulæ pictæ, & quidquid præciosæ prædæ fuit, ad naues delatum: urbs diruta à fundamentis. inde Thebas ductus exercitus: quibus sine certamine receptis, urbem tradidit exulibus & qui Romanorum partis erant: aduersæ factionis hominum, fautorumq; regis ac Macedonum, familias sub corona uendidit. His gestis in Boetia, ad mare ac

naues

naues rediit. Cum hæc in Boetia gererentur, Perseus ad Sycurium statiuâ dierum aliquot habuit. Vbi cum audisset, raptim Romanos circa ex agris demessum frumentum conuohere, deinde ante sua quæque tentoria spicas fascibus defecantem, quo purius frumentum tereret, ingentis aceruos per tota castra stramentorum fecisse: ratus incendio opportuna esse, faces tædamque & malleolos stuppæ illitos pice parari iubet: atque ita media nocte profectus, ut prima luce aggressus falleret. nequicquam primæ stationes oppressæ tumultu ac terrore suo cæteros exciuerunt: signumque datum est arma extemplo capiendi: simulque in uallo, ad portas, miles instructus erat & intentus propugnationi castrorum. Perseus & extemplo circumegit aciem, & prima impedimenta ire, deinde peditum signa ferri iussit. Ipse cum equitatu & leui armatura substitit ad agmen cogendum, ratus id quod accidit infecuturos ad extrema ab tergo carpenda hosteis. Breue certamen leuis armaturæ maxime cum procuratoribus fuit, equites peditesque sine tumultu in castra redierunt. Demessis circa segetibus, Romani ad Crannonium intactum agrum castra mouent. Ibi cum securi, & propter castrorum longinquitatem, & uix inopis aquarum difficultatem, quæ inter Sycurium & Crannonia est, statiuâ haberent: repente prima luce in imminentibus tumulis equitatus regius cum leui armatura uisus ingentem tumultum fecit. Pridie per meridiem profecti ab Sycurio erant: peditum agmen sub lucem reliquerant in proxima planicie. Stetit paulisper in tumulis, elici posse ratus ad equestre certamen Romanos: qui postquam nihil mouebant, equitem mittit qui pedites referre ad Sycurium signa iuberet, ipse mox infecutus. Romani equites modico interuallo sequentes, sicubi sparsos ac dissipatos inuadere possent: postquam confertos abire signa atque ordines seruantes uiderunt, & ipsi in castra redeunt. Inde offensus longinquitate itineris rex ad Mopsclum castra mouit. & Romani demessis Crannonis segetibus in Phalanneum agrum transeunt. Ibi cum ex transfuga cognosset rex, sine ullo armato præsidio passim uagantibus per agros Romanos metere: cum mille equitibus, duobus milibus Thracum & Cretensium profectus, cum quantum accelerate poterat effuso agmine issent, improviso aggressus est Romanos. Iuncta uehicula, pleraque onusta, mille admodum capiuntur, de cetero ferme homines. Prædam custodientiam ducendamque in castra de Cretensium dedit: Ipse reuocato ab effusa cæde equite & reliquis peditum, ducit ad proximum præsidium, ratus haud magno certamine opprimi posse. L. Pompeius Tr. militum præerat, qui percussos milites repentino hostium aduentu in propinquum tumulum recepit, loci se præsidio, quia numero & uiribus impar erat, defensurus. Ibi cum in orbem milites coegisset, ut densatis scutis ab iactu sagittarum & iaculorum sese tuerentur: Perseus circumdato armatis tumulo, alios ascensum undique tentare iubet, & cominus prælium conferere, alios eminus tela ingerere. Anceps Romanos terror circumstabat: nam neque conferti pugnare, propter eos qui ascendere in tumulum conabantur, poterant: & ubi ordines procurando soluisent, patebant iaculis sagittisque. Maxime cestrosphendonis uulnerabatur: hoc illo bello nouum genus teli inuentum est. Bipalme spiculum hastili semicubitali infixum erat, crassitudine digiti: huic ad libramen pinnae tres, uelut sagittis solent, circumdabantur: funda media, duo funalia imparia habebat: cum maiori sinu libratum funditor habena rotaret, excussum uelut glans emicabat. Cum & hoc & alio omni genere telorum, pars uulnerata militum esset, nec facile iam arma fessis sustinerent: instare rex ut dederent se, fidem dare, præmia interdum polliceri: nec cuiusquam ad deditionem flectebatur animus: cum ex insperato iam obstinatis mori spes affulsit. Nam cum ex frumentatoribus refugientes quidam in castra, nuntias sent ceteros circumferri præsidium: motus periculo tot ciuium (nam de cetero ferme & omnes Romani erant) cum equitatu ac leui armatura (accesserat noua auxilia Numidæ pedites equitesque & elephantum) castris egreditur: & tribunis militum imperat, ut legionum signa sequantur. Ipse uelut ad firmanda leuium armorum auxilia adiectis, ad tumulum præcedit. Confusis latera tegunt, Eumenes, Attalus, & Misagenes regulus Numidarum. Cum in conspectu prima signa suorum circumfessis fuerunt, Romanis quidem ab ultima desperatione recreatus est animus. Perseus, cui primum omnium fuerat, ut contentus fortuito successu, captis aliquot frumentatoribus occisisque, non tereret tempus in obsidione præsidii: secundum, ea quoque ten-

tata utcunq; cum sciret nihil roboris secum esse, dum liceret intacto, abire: & ipse hostium aduentum elatus successu mansit, & qui phalangem accerferet propere misit: qua & serius quam res postulabat, & raptim acta, turbati cursu aduersus instructos & prae paratos erant aduentu. *cos.* ante ueniens, extemplo praelium conferuit. Primo resistere Macedones, deinde ut nulla re pares erant, amissis *ccc* peditibus, *xxxxiiii* primoribus equitum ex ala quam Sacram uocant, inter quos Antimachus etiam praefectus alae cecidit, abire conantur. Caeterum iter prope ipso praelio tumultuosius fuit. Phalanx abs trepido nuntio accita cum raptim duceretur, primo in angustijs captiuorum agmini oblata uehicularum frumento onustis: ijs caesis ingens ibi uexatio partis utriusq; fuit, nullo expectante utcunq; explicaretur agmen: sed armatis detrudentibus per praecipua impedimenta (neq; enim aliter uia aperiri poterat) iumentis cum stimulantur in turba saeuientibus. Vix ab incondito agmine captiuorum expedierat sese, cum regio agmini perculsisq; equitibus occurrunt. Ibi uero clamor iubentium referre signa, ruinae quoq; prope similem trepidationem fecit: ut si hostes introire angustias ausi longius insecuti essent, magna clades accipi potuerit. *cos.* recepto ex tumulto praesidio, contentus modico successu, in castra copias reduxit. Sunt qui eo die magno praelio pugnatum autores sunt, *viiii* milia hostium caesa, in his Sopatrum & Antipatrum regios duces: uiuos captos circiter *mm* *ccc*. Signa militaria capta *xxvii*. Nec incruentam uictoriam fuisse: supra *iiii* *m* & *ccc* de exercitu consulis cecidisse: signa sinistrae alae quinque amissa. Hic dies & Romanis refecit animos, & Persea perculit: ut dies paucos ad Mopselum moratus, sepulturae maxime militum amissorum cura: praesidio satis ualido ad Connum relicto in Macedoniam reciperet copias. Timotheum quendam ex regijs praefectis cum modica manu relinquit ad Philam, iussum Magnetas & propinquos tentare. Cum Pellam uenisset, exercitu in hiberna dimisso, ipse cum Cocyte Thessalonicam est profectus. Eo fama affertur, Atlesbim regulum Thracum, & Corragum Eumenis praefectum, in Cotyis fines impetum fecisse: & regionem Marenen (quam uocant) cepisse. Itaque dimittendum Cotyn ad sua tuenda ratus, magnis proficiscentem donis prosequitur. Ducenta talenta, semestre stipendium equitatu numerat: cum primo annum dare constituisset. *cos.* postquam profectum Persea audiuit, ad Connum castra mouet, si potiri oppido posset. Ante ipsa Tempe in faucibus situm, Macedoniae claustra tutissima praebet, & in Thessaliam opportunum Macedonibus decursum. Cum & loco & praesidio ualido inexpugnabilis res esset, abstulit incepto. In Perrabiam flexis itineribus, Malcea primo impetu capta ac direpta, Tripoli aliaq; Perrabia recepta, Larissam redijt: inde Eumene atq; Atalo domum remissis, Misagenem Numidasq; in hiberna in proximis Thessalis urbibus distribuit, & partem exercitus ita per totam Thessaliam diuisit, ut & hiberna commoda omnes haberet, & praesidio urbibus essent. Q. Mucium legatum cum duobus milibus ad obtinendam Ambraciam misit. Graecarum ciuitatum socios omnes praeter Achaos dimisit. cum exercitus parte profectus in Achaiam Pthiorim, Pteleum desertum fuga oppidanorum diruit a fundamentis, Antrona uoluntate colentium recepit. Ad Larissam deinde exercitum admo- uit: urbs deserta erat, in arcem omnis multitudo concesserat: eam oppugnare aggreditur. Primi omnium Macedones, regium praesidium, metu excefferant, a quibus relicti oppidani, in deditioem extemplo ueniunt. Dubitari inde, utrum Demetrias prius aggredienda foret, an in Boetia aspicienda res. Thebani uexantibus eos Coronaeis in Boetiam accerfebant: ad horum preces, quia hibernis aptior regio quam Magnesia erat, in Boetiam duxit.

DECADIS QVINTAE LIBER TERTIVS



NADEMAestate, qua in Thessalia equestri pugna uicere Romani, legatus in Illyricum a *cos.* missus opulenta duo oppida ui atq; armis coegit in deditioem, omniaq; ijs sua concessit, ut opinione clementiae eos qui Carnuntum munitam urbem incolebant alliceret. Postquam nec ut dederent se compellere, neq; capere obsidendo poterat, ne duabus oppugnationibus nequicq; fatigatus miles esset, quam prius intactam urbem reliquerat, diripuit

ripuit. Alter eos. C. Cassius nec in Gallia, quam sortitus erat, memorabile quicquā gessit: & per Illyricum ducere legiones in Macedoniā uano incepto est conatus. Ingressum hoc iter consulem, senatus ex Aquileiensiū legatis cognouit: qui querentes coloniam suam nouā & infirmam, nec dum satis munitā inter infestas nationes Histrorū & Illyriorum esse, cum peterent ut senatus curæ haberet quomodo ea colonia munitur, interrogati uellent ne eam rem C. Cassio cos. mandari, responderunt Cassium Aquileiam indicto exercitu, profectū per Illyricum in Macedoniā esse. Ea res primo incredibilis uisa, & pro se quisq; credere, Carnis forsitan aut Histris bellū illatum. Tum Aquileienses, nihil se ultra scire, nec audere affirmare, quān-
 xxx dierum frumentū militi datum, & duces, qui ex Italia itinera in Macedoniam nossent, conquisitos abductosq;. Enimvero senatus indignari, tantū consulem ausum, ut suam prouinciam relinqueret, in alienā transiret, exercitum nouo periculoso itinere inter exteras gentes ducere, uiam tot nationibus in Italiā aperire. Decernunt frequentes ut C. Sulpicius Pr. treis ex senatu nominet legatos, qui eo die proficiscātur ex urbe, & quantū accelerare possent, Cassium cos. ubicunq; sit persequantur, nuntient ne bellū cum ulla gente moueat, nisi cum qua senatus gerendum censuerat. Legati ij profecti, M. Cornelius Cethegus, M. Fuluius, P. Marcius Rex. Metus de consule atq; exercitu distulit eo tempore muniendæ Aquileiæ curā. Hispaniæ deinde utriusq; legati aliquot populorū in senatu introducti. Ii de magistratuū Romanorum avaritia superbiq; conquesti, nixi genibus ab senatu petierūt, ne se socios scedius spoliari uerariq; q̄ hosteis patiantur. Cum & alia indigna quererentur, manifestum autē esset pecunias captas, L. Canuleio Pr. qui Hispaniā sortitus erat, negotiū datum est, ut in singulos à quibus Hispani pecunias peterent, quinos recuperatores ex ordine senatorio daret, patronosq; quos uellent sumendi potestatem faceret. Vocatis in curiam legatis, recitatū est s. c. iussiq; nominare patronos, quatuor nominauerunt, M. Porcium Catonem, P. Cornelium Cn. F. Scipionem, L. Æmylium M. F. Paulum, C. Sulpiciū Gallum. Cum M. Titinio primū, qui Pr. A. Manlio M. Iunio cos. in citeriore Hispania fuerat, recuperatores sumpserūt. Bis ampliatus, tertio absolutus est reus. Dissensio inter duarum prouinciarum legatos est orta: citerioris Hispaniæ populi M. Catonem & Scipionē, ulterioris L. Paulum & Gallum Sulpiciū patronos sumpserūt. Ad recuperatores adducti, à citerioribus populis P. Furius Philus, ab ulterioribus M. Matienus. Ille Sp. Postumio, Q. Mucio cos. triennio ante, hic biennio prius L. Postumio, M. Popilio cos. Pr. fuerat. Grauiſſimis criminibus accusati ambo ampliatiq;, cum dicenda de integro causa esset, excusati exilij causa solū uertisse, Furius Præneste, Matienus Tibur exulatum abierunt. Fama erat, prohiberi à patronis nobileis ac potentes cōpellare: auxitq; eam suspitionem Canuleius Pr. quod omiſſa ea re delectum habere instituit: dein repente in prouinciam abiit, ne plures ab Hispanis uexarentur. Ita præteritis silentio oblitteratis, in futurū consultum ab senatu Hispanis, quod impetrarunt ne frumenti estimationē magistratus Romanus haberet, neue cogeret uicesimas uendere Hispanos quanti ipse uellet, & ne præfecti in oppida sua ad pecunias cogendas imponerentur. Et alia noui generis hominū ex Hispania legatio uenit. Ex militibus Romanis, & ex Hispanis mulieribus, cū quibus connubiū non esset, natos se memorantes, supra quatuor milia hominum, orabant, ut sibi oppidū in quo habitarent daretur. senatus decreuit, uti nomina sua apud L. Canuleium profiterentur: eorumq; si quos manumississet, eos Carteiam ad Oceanum deduci placere. Qui Carteiensium domi manere uellēt, potestatem fore, uti numero colonorum essent, agro assignato. Latinam eam coloniam fuisse, libertinorumq; appellari. Eodē tempore ex Africa & Gulussa Masanissæ regis filius legatus patris, & Carthaginienſes uenerunt. Gulussa prior in senatū introductus, & quæ missa erant ad bellū Macedonicū à patre suo exposuit, & si qua præterea uellent imperare, præstaturū merito PR est pollicitus: & monuit patres conscriptos ut à fraude Carthaginienſium cauerent. Classis eos magnæ parandæ consilium cepisse, specie pro Romanis & aduersus Macedonas: ubi ea parata instructaq; esset, ipsorum fore potestatis quem hostem aut socium habeant.

*
 tantum pauorem ingressi castra ostentantes capita fecerunt, ut si admotus extemplo exerci-

D 4 tus fo-

tus foret, capi castra potuerint. Tum quoque fuga ingens facta est: & erant qui legatos mittendos, ad pacem precibus petendam, censerent: ciuitatesque complures eo nuntio audito in deditio- nem uenerunt. Quibus purgantibus sese, culpamque in duorum amentiam conferentibus, qui se ultro ad poenam ipsi obtulissent, cum ueniam dedisset praetor: profectus extemplo ad alias ciuitates, omnibus imperata facientibus, quieto exercitu pacatum agrum, qui paulo ante ingenti tumultu arserat, peragrauit. Haec lenitas praetoris, qua sine sanguine ferocissimam gentem domuerat, eo gratior plebi patribusque fuit, quo crudelius auariusque in Graecia bellatum & ab consule Licinio & ab Lucretio praetore erat. Lucretium tribuni plebis absentem concionibus assiduis lacerabant, cum reipublicae causa abesse excusaretur: sed tum adco uicina etiam inexplorata erant, ut is eo tempore in agro suo Antiati esset, a quamque ex manubijs Antium ex flumine Loracinae duceret. Id opus centum triginta milibus aëris locasse dicitur: tabulis quoque pictis ex praeda fanum Aesculapij exornauit. Inuidiam infamiamque ab Lucretio auerterunt in Hortensium successorem eius Abderitae legati, flentes ante curiam, querentesque oppidum suum ab Hortensio expugnatum ac direptum esse. Causam excidij fuisse urbi, quod cum centum milia denarium, & tritici L milia modium imperaret, spatium petierunt: quo de ea re & ad Hostilium consulem & Romam mitterent legatos. uix dum ad consulem se peruenisse, & audisse oppidum expugnatum, principes securi percussos, sub corona caeteros uenisse. Indigna senatui uis: decreueruntque eadem de Abderitis, quae de Coronaeis decreuerant priore anno: eademque pro concione edicere Q. Maenium praetorem iusserunt. Et legati duo C. Sempronius Blesus, Sex. Iulius Caesar ad restituendos in libertatem Abderitas missi. Iisdem mandatum, ut & Hostilio consuli & Hortensio praetori nuntiarent: senatum Abderitis iniustum bellum illatum, conquirique omnes qui in seruitute sint, & restitui in libertatem aequum censere. Eodem tempore de C. Cassio, qui cos. priore anno fuerat, tum Tr. militum in Macedonia cum A. Hostilio erat, querelae ad senatum delatae sunt: & legati regis Gallorum Cincibili uenerunt. Frater eius uerba in senatu fecit, questus Alpinorum populorum agros sociorum suorum depopulatum C. Cassium esse: & inde multa milia hominum in seruitutem abripuisse. Sub id tempus Carnorum Histrorumque & Lapidum legati uenerunt: Duces sibi ab consule Cassio primum imperatos, qui in Macedoniam ducenti exercitum iter monstrarent: pacatum ab se tanquam ad aliud bellum gerendum abisse: inde ex medio regressum itinere, hostiliter peragrassse fines suos: passim rapinasque & incendia facta: nec se ad id locorum scire, propter quam causam consuli pro hostibus fuerint. Et regulo Gallorum absenti, & his populis responsum est: senatum ea quae facta querantur, neque scisse futura, neque si sint facta probare. Sed indicta causa damari absentem consularem uirum iniurium esse, cum is reipublicae causa absit. Vbi ex Macedonia redisset C. Cassius, tum si coram eum arguere uellent, cognita re senatum daturum operam, uti satis fiat. Nec responderi tantum his gentibus, sed legatos mitti, duos ad regulum trans alpeis, tres circa eos populos placuit: qui indicarent quae patrum sententia esset. Munera mitti legatis ex binis milibus aëris censuerunt: duobus fratribus regulis haec praecipua, torques duo ex quinque pondo auri facti, & uasa argentea quinque ex uiginti pondo, & duo equi phalerati cum agalonibus, & equestria arma ac sagula: & comitibus eorum uestimenta liberis seruisque. Haec missa, illa petentibus data, ut denorum equorum his commercium esset, educendique ex Italia potestas fieret. legati cum Gallis missi trans Alpeis, C. Laelius, M. Aemilius Lepidus: ad caeteros populos C. Sicinius, P. Cornelius Blasio, T. Memmius. Multarum simul Graeciae Asiaeque ciuitatum legati Romam conuenerunt. Primi Athenienses introducti: ij se quod nauium habuerint militumque P. Licinio consuli & C. Lucretio praetori misisse exposuerunt, quibus eos non usos, frumenti sibi centum milia imperasse: quod quanquam sterilem terram arent, ipsosque etiam agresteis peregrino frumento alerent, tamen ne deessent officio cofecisse: & alia quae imperarentur praestare paratos esse. Milesij nihil praestitisse memorantes, si quid imperare ad bellum senatus uellet, praestare se paratos esse polliciti sunt. Alabandenses templum urbis Romae se fecisse commemorauerunt, ludosque anniuersarios ei diuiae instituisse: & coronam auream quinquaginta pondo, quam in Capitolio ponerent, donum Ioui opt. max, attulisse

attulisse: & scuta equeſtria ccc. ea cui iuſſiſſent tradituros. Donum ut in Capitolio ponere, & ſacrificare liceret petebant. Hoc Lampſaceni lxxx pondo coronam afferentes petebant, commemorantes diſceſſiſſe ſe à Perſeo, poſtquam Romanus exercitus in Macedoniam ueniſſet, cum ſub ditione Perſei & ante Philippi fuiſſent. Pro eo, & quod imperatoribus Romanis omnia præſtitiffent, id ſe tantum orare, ut in amicitiam populi Romani reciperentur, & ſi pax cum Perſeo fieret, exciperentur ne in regiam poteſtatem reciperentur. cæteris legatis comiter reſponſum. Lampſacenos in ſociorum formulam referre Q. Mænius Pr. iuſſus. munera omnibus in ſingulos binum milium æris data. Alabandenses ſcuta reportare ad A. Hoſtilium conſulem in Macedoniam iuſſi. Et ex Africa legati ſimul Carthaginienſium tritici deciens centum milia & hordei quinquaginta indicantes ſe ad mare deuecta habere, ut quod ſenatus cenſuiſſet deportarent. Id munus officiumq; ſuum ſcire minus eſſe quàm pro meritis populi Romani & uoluntate ſua: ſed ſæpe aliàs bonis in rebus utriuſq; populi ſe gratorum fideliumq; ſocium muneribus functos eſſe. Itera Maſaniſſæ legati tritici eandem ſummam polliciti, & mille & cc equites, xii elephantos, & ſi quid aliud opus eſſet, uti imperaret ſenatus: æque propenſo animo, ac quæ ipſe ultro pollicitus ſit, præſtaturum eſſe. Gratiæ & Carthaginienſibus & regi actæ, rogatiq; ut ea quæ pollicerentur ad Hoſtilium conſulem in Macedoniam deportarent. Legatis in ſingulos binum milium æris munera miſſa. Cretenſium legatis commemorantibus ſe quantum ſibi imperatum à P. Licinio cos. eſſet ſagittariorum in Macedoniam miſiſſe: cum interrogati non inſiciarentur apud Perſea maiorem numerum ſagittariorum quàm apud Romanos militare, reſponſum eſt: ſi Cretenſes bene ac gnauiter deſtinarent potiorum populi Romani quàm regis Perſei amicitiam habere, ſenatum quoq; Romanum iſs tanquam certis focijs reſponſum daturum eſſe. Interea nuntiarēt ſuis, placere ſenatu, dare operam Cretenſes, ut quos milites intra præſidia regis Perſei haberent, eos primo quoque tempore domum reuocarent. Cretenſibus cum hoc reſponſo dimiſſis, Chalcidenſes uocati: quorum legatio ipſo introitu, ob id quod Miccion princeps eorū pedibus captus lectica eſt introlatus, ultimæ neceſſitatis extemplo uifa res: in qua ita affecto excuſatio uale tudinis, aut ne ipſi quidem perēda uifa foret, aut data petenti non eſſet. Cum ſibi nihil uiui reliquum præterquam linguam ad deplorandas patriæ ſuæ calamitates præſatus eſſet, expoſuit ciuitatis primū ſuæ benefacta, & uetera, & ea quæ Perſei bello præſtitiffent ducibus exercitibusq; Romanis: rum quæ primo C. Lucretius in populares ſuos prætor Romanus ſuperbe, auare, crudeliter feciſſet: deinde quæ tum cum maxime L. Hortenſius faceret. Quemadmodum omnia ſibi, etiam iſs quæ patiantur triſtiora, patienda eſſe ducant, potius quàm ſe dedant Perſi. quod ad Lucretiū Hortenſiumq; attineret: ſcire, tutius fuiſſe claudere portas, quàm in urbem eos accipere. Qui excluſiſſent eos, Emathiam, Amphipolim, Maroneam, Ænum, incolumes eſſe: apud ſe templa omnibus ornamentis compilata ſpoliataq; ſacrilegijs C. Lucretium nauibus Antium deuexiſſe: libera corpora in ſeruitutem abrepta, fortunas ſociorum per direptas eſſe, & quotidie diripi. Nam ex inſtituto C. Lucretij Hortenſiū quoq; in tectis hyeme pariter atq; æſtate naualeis ſocios habere, & domos ſuas plenas turba nautica eſſe: uerſari inter ſe coniuges liberosq; ſuos, quibus nihil neq; dicere penſi, neq; facere. Accerſere in ſenatum Lucretium placuit, ut diſceptaret coram purgaretq; ſeſe. Cæterū multo plura præſens audiuit, quàm in abſentem iacta erant: & grauiores potentioresq; acceſſere accuſatores duo Tr. pl. M. Iuuentius Talua, & Cn. Aufidius. Ii non in ſenatu modo eum lacerarunt, ſed in contionē etiam pertracto multis obiectis probris diem dixerunt. Senatus iuſſu Chalcidenſibus Q. Mænius Pr. reſpondit: quæ bene meritos ſeſe, & ante, & in eo bello quod geratur, de populo Romano dicant, ea & ſcire uera eos referre ſenatu, & perinde ac debeant grata eſſe. Quæ facta à C. Lucretio fieriq; ab L. Hortenſio Pr. Romanis querantur, ea neq; facta, neq; fieri uoluntate ſenatus, quem non poſſe exiſtimare, qui ſciat bellum Perſi & ante Philippo patri eius intuliſſe per pro libertate Græciæ, non ut ea à magiſtratibus ſocijs atque amicis paterentur. Literas ſe ad L. Hortenſium Pr. daturus eſſe, quæ Chalcidenſes querantur acta, ea ſenatu non placere. Si qui in ſeruitutem liberi ueniſſent, ut eos conquirendos primo quoq; tempore reſtituendosq;

in liber

in libertatem curaret. Sociorum naualium neminem præter magistros in hospitia deduci æquum censere. Hæc Hortensio iussu senatus scripta. Munera binum milium æris legatis missa, & uehicularum Miccioni publice locata, quæ cum Brundisium cõmode perueherent. C. Lucretium, ubi dies quæ dicta erat uenit, tribuni ad populum accusarunt, multamq; decies centum milium æris dixerunt. Comitibus habitis omnes quinque & xxx tribus eum condemnarunt. In Liguribus eo anno nihil memorabile gestum. Nam nec hostes mouerunt arma, neque cõsul in agrum eorum legiones induxit: & satis explorata pace eius anni, milites duarum legionum Romanarum, intra dies lx quàm in prouinciam uenit, dimisit: sociorum nominis Latini exercitu mature in hiberna Lunam & Pisas deducto, ipse cum equitibus Galliarum prouinciæ pleraq; oppida adiit. Nusquam alibi quàm in Macedonia bellum erat, suspectum tamen & Gentium Illyriorum regem habebant. itaq; & octo nauis ornatas à Brundisio senatus censuit mittendas ad C. Furium legatum Ißam, qui cum præsidio duarum Ißensium nauium insulæ præerat. duo milia militum in eas naues sunt imposita, quæ Q. Mænius Prætor exsc in ea parte Italiæ, quæ obiecta Illyrico est conscripsit. & cõs. Hostilius Ap. Claudium in Illyricum cum quatuor milibus peditum misit, ut accolæ illyrici tutarentur. Qui non contentus his quas adduxerat copiis, auxilia ab sociis corrogando ad viii milia hominum uario genere armavit: peragrataq; omni ea regione ad Lyncidum Dassaretiorum confedit. Haud procul inde Vscana oppidum finium plerumq; Persei erat. x. milia ciuium habebat, & modicum custodiæ causa Cretensium præsidium. Inde nuntij ad Claudiũ occulti ueniebant, si propius copias admouisset, paratos fore qui proderent urbem, & operæpretium esse, non se amicosq; tantum, sed etiam milites præda expleturum. Spes cupiditati admota ita occæcauit animum, ut nec ex his qui uenerunt quenquam retineret, nec obsides pignus futuros furto & fraude agendæ rei posceret, nec mitteret exploratum, nec fidem acciperet: die tantum statuta profectus à Lyncido, duodecim milia ab urbe, ad quam tendebat, posuit castra. Quarta inde uigilia signa mouit, mille ferme ad præsidium castrorum relictis: incõpositi longo agmine effusi, infrequentes, cum nocturnus error dissiparet, ad urbem peruenerunt. Creuit negligentia postquam neminem armatum in muris uiderunt. Cæterum ubi primum sub iactu teli fuerunt, duabus simul portis erumpitur: & ad clamorem erumpentium ingens strepitus è muris ortus ululantium mulierum cum crepitu undiq; æris: & incondita multitudo turba immixta seruili uariis uocibus personabat. Hic tam multiplex undique obiectus terror effecit, ne sustinere primam procellam eruptionis Romani possent. Itaq; fugientes plures quàm pugnantes interempti sunt: uix duo milia hominum cum ipso legato in castra perfugerunt. Quo longius iter in castra erat, eo plures fessos confectandi hostibus copia fuit. Ne moratus quidẽ in castris Appius, ut suos dissipatos fuga colligeret: quæ res palatis per agros saluti fuisset: ad Lyncidum protinus reliquias cladis reduxit. Hæc & alia haud prospere in Macedonia gesta ex Sexto Digittio Tr. militum, qui sacrificij causa Romam uenerat, sunt audita. Propter quæ ueriti patres ne quæ maior ignominia acciperetur, legatos in Macedoniã M. Fuluium Flaccum & M. Caninium Rebilum miserunt, qui comperta quæ agerentur referrent: & ut A. Hostilius cõs. comitia cõsulibus subrogandis ita ediceret, uti mente Ianuario comitia haberi possent, & ut primo quoq; tempore in urbem rediret. Interim M. Recio Prætor mandatum, ut edicto senatores omnes ex tota Italiã, nisi qui reipublicæ causa abessent, Romam reuocaret: qui Romæ essent, ne quis ultra mille passuum ab Roma abesset. Ea uti senatus censuit sunt facta. Comitia cõsularia ad v. Calend. Septemb. fuere. Creati cõs. sunt Q. Marcius Philippus iterum, & Q. Seruilius Cepio. Post diem tertium Prætor facti, C. Decimus, M. Claudius Marcellus, M. Sulpicius Gallus, C. Marcius Figulus, Ser. Cornelius Lentulus, P. Fonteius Capito. Designatis Prætoribus duas urbanas quatuor prouinciæ sunt decretæ, Hispania, & Sardinia, & Sicilia, & classis. Legati ex Macedonia exacto admodum mense Februario redierunt. Hi quas res ea æstate prospere gessisset rex Perseus, referebant: quantuscq; timor socios populi Romani cepisset tot urbibus in potestatem regis redactis. Exercitum consulis infrequentem comitatibus uulgo datis per ambitionem esse: culpam eius rei consulem in tribunos militum, contra illos

illos in consulem conferre. Ignominiam Claudij temeritate acceptam eleuare eos patres acceperunt, qui perpaucos Italici generis, & magna ex parte tumultuario delectu conscriptos ibi milites amissos referebant. Consules designati ubi primū magistratum inissent, de Macedonia referre ad senatum iussi: destinataeque prouinciæ ipsæ sunt Italia & Macedonia. Hoc anno intercalatum est: tertio die post Terminalia Calendæ intercalares fuerunt. Sacerdotes intra eum annum mortui L. Flaminius. pontifices duo decesserunt, L. Furius Philus, & C. Liuius Salinator. In locum Furij T. Manlium Torquatum, in Liuij M. Seruiliū pontifices legerunt. Principio insequentis anni cum coss. noui Q. Marcius, & Q. Seruilius de prouincijs retulissent, primo quoque tempore aut comparare eos inter se Italiam, & Macedoniam, aut sortiri placuit. Priusquam id fors cerneret, in incertum, ne quid gratia momenti faceret, in utranque prouinciā quod res desideraret supplementi decerni. In Macedoniam peditum Romanorū sex milia, sociorum nominis Latini v i milia: equites Romanos c c l, socios c c c. Veteres milites dimitti, ita ut in singulas Romanas legiones ne plus sena milia peditum, c c c equites essent. Alteri c o s. nullus certus finitus numerus ciuium Romanorum quem in supplementum legeret: id modo finitum, ut duas legiones scriberet, quæ quina milia peditum & ducentenos haberent, equites trecenos. Peditum Latinorum maior quā collegæ decretus numerus: peditum x milia & d c equites. quatuor præterea legiones scribi iussæ, quæ si quod opus esset educerentur. Tribunos ipsi non permissum ut consules facerent, populus creauit. Socijs nominis Latini x v i milia peditum, & mille equites imperati. Hunc exercitum parari tantū placuit, ut exiret si quod res posceret. Macedonia maxime curam præbebat: in classem mille socij nauales ciues Romani, libertini ordinis ex Italia scribi iussi: totidem ut ex Sicilia scriberentur, & cui ea prouincia euenisset mandatum, ut eos in Macedoniam ubicunque classis esset deportandos curaret. In Hispaniam tria milia peditum Romanorum in supplementum, c c c equites decreti. Finitus ibi quoque in legiones militum numerus, peditū quina milia, treceni & xxx equites. Et socijs imperare prætor, cui Hispania obuenisset, iussus i i i i milia peditum, & c c c equites. Non sum nescius, ab eadē negligentia, qua nihil deos portendere uulgo nunc credant, neque nuntiarum admodum nulla prodigia in publicum, neque in annales referri. cæterum & mihi uetustas res scribenti nescio quo pacto antiquus sit animus: & quædā religio tenet, quæ illi prudentissimi uiri publice suscipienda censuerint, ea pro dignis habere, quæ in meos annales referam. Anagnia duo prodigia eo anno sunt nuntiata: facem in cælo conspectam, & bouem foeminam locutam publice ali. Minturnis quoque per eos dies cæli ardentis species affulserat. Reate imbri lapidauit. Cum in arce Apollo triduum ac treis nocteis lacrimauit. in urbe Romana duo ædificia nuntiarunt: alter in æde Fortunæ anguem iubatam à compluribus uisum esse: alter in æde Primigenæ Fortunæ, quæ in colle est, duo diuersa prodigia: palmam in area enatam, & sanguine interdium pluuisse. Duo non suscepta prodigia sunt, alterum quod in priuato loco factum esset: palmam enatam impluuium suo T. Marcius Figulus nuntiabat. alterum quod in loco peregrino: Fregellis in domo L. Atræi hasta quam filio militi emerat, interdium plus duas horas arsisse, ita ut nihil eius ambureret ignis, dicebatur. Publicorum prodigiorum causa libri à decemuiris aditi, x l maioribus hostijs quibus dijs consules sacrificarent. & addiderunt uti supplicatio fieret, cunctisque magistratus circa omnia puluinaria uictimis maioribus sacrificarent, populusque coronatus esset. Omnia uti Xuirum præierunt facta. Censoribus deinde creandis, comitia edicta sunt. Petierunt censuram principes ciuitatis C. Valerius Læuinus, L. Postumius Albinus, P. Mucius Scæuola, C. Iunius Brutus, C. Claudius Pulcher. Tib. Sempronius Gracchus. Hos duos censes creauit populus Romanus. Cum delectus habendi maior quā alijs propter Macedonicum bellum cura esset, c o s s. plebem apud senatum accusabant, quod & iuniores non responderent. Aduersus quos C. Sulpicius & M. Claudius tribuni, plebis causam egerunt. Non consulibus, sed ambitiosis consulibus delectū difficilem esse: neminem inuitum militem ab ipsis fieri. Id ita ut esse scirent & Patres conscripti: prætores, quibus & uis imperij minor & autoritas esset, delectum, si ita senatui uideretur, perfecturos esse. Id prætoribus magna patrum non sine suggillatione consulum mandatū est. Censes,

ut eam

ut eam rem adiuerent, ita in concione edixerunt: legem censui censendo dicturos esse, ut præter commune omnium ciuium iusiurandum hæc adiurarent: tu minor annis sex & quadraginta es, tuq; ex edicto C. Claudij, Tib. Sempronij censorum ad delectum prodito, & quotiescunq; delectus erit, quem hic censes magistratum habebunt, si miles factus non eris in delectu prodibis. Item quia fama erat, multos ex Macedonicis legionibus, incertis comitatibus per ambitionem imperatorum ab exercitu abesse: edixerunt de militibus P. Ælio, C. Popilio coss. postue eos coss. in Macedoniam scriptis: ut qui eorum in Italia essent, intra dies xxx censi prius apud sese in prouinciam redirent. qui in patris aut aui potestate essent, eorum nomina ad se ederentur. Missorum quoq; causas sese cognituros esse: & quorum ante emerita stipendia gratiosa missio sibi uisa esset, eos milites fieri iussuros. Hoc edicto literisq; censorum per fora & conciliabula dimissis, tanta multitudo iuniorum Romam conuenit, ut grauis urbi turba insolita esset. Præter delectum eorum, quos in supplementum mitti oportebat, quatuor à C. Sulpicio Pr. scriptæ legiones sunt, intraq; undecim dies delectus est perfectus. Consules deinde sortiti prouincias sunt: nam Pr. propter iurisdictionem maturius sortiti erant. Urbana C. Sulpicio, peregrina C. Decimio obtigerat. Hispaniam M. Claudius Marcellus, Siciliam Ser. Cornelius Lentulus, Sardiniam P. Fonteius Capito, classem C. Marcius Figulus erat sortitus. consulum Q. Seruilio Italia, Q. Marcio Macedonia obuenerunt: Latinisq; actis Marcius extemplo est profectus. Cepione deinde referente ad senatum, quas ex nouis legionibus duas legiones secum in Galliam duceret, decreuere patres ut C. Sulpicius, M. Claudius Pr. ex his quas scripsissent legionibus quas uideretur consuli darent. Indigne patiente prætorum arbitrio consulem subiectum, dimisso senatu ad tribunal prætorum stans postulauit, ex se destinent sibi duas legiones: prætores consuli in eligendo arbitrium fecerunt. Senatum deinde censes legerunt: M. Æmilius Lepidus princeps ab tertijs iam censoribus lectus. Septem è senatu eiekti sunt. In censu accipiendopopuli, milites ex Macedonico exercitu, qui quam multi abessent ab signis census docuit, in prouinciam cogebant: causas stipendijs missorum cognoscebant, & cuius nondum iusta missio uisa esset, ita iusiurandum adigebant. Ex tui animi sententia tu ex edicto C. Claudij, Tib. Sempronij censorum in prouinciam Macedoniam redibis, quod sine dolo malo facere poteris. In equitibus recensendis tristis admodum eorum atq; aspera censura fuit: multis equos ademerunt: in ea re cum equestrem ordinem offendissent, flammam inuidiæ adiecere, edicto quo edixerunt, ne quis eorum qui Q. Fuluius, A. Postumio censoribus publica uectigalia aut ultro tributa conduxissent, ad hastam suam accederet, sociusue aut affinis eius conductionis esset. Sæpe id querendo ueteres publicani cum impetrare nequissent ab senatu, ut modum potestati censoriæ imponerent, tandem Tr. pl. Rutilium, ex rei priuatæ contentione iratum censoribus, patronum causæ nacti sunt. Clientem libertinum parietem in Sacra uia aduersus ædes publicas demoliri iusserant, quod publico inædificatus esset. appellati à priuato tribuni. cum præter Rutilium nemo intercederet, censes ad pignora capienda miserunt, multamq; pro concione priuato dixerunt. Hinc contentione orta, cum ueteres publicani se ad tribunum contulissent, rogatio repente sub unius tribuni nomine promulgatur. Quæ publica uectigalia, ultro tributa, C. Claudius & Tib. Sempronius locassent, eata rata locatio ne esset: de integro locarentur, & ut omnibus redimendi & conducendi promiscue ius esset. Diem ad eius rogationem concilio Tr. pl. dixit. Qui postquam uenit, ut censes ad dissuadendum processerunt, Graccho dicente silentium fuit: cum Claudio obstreperetur, audientiam facere præconem iussit. Eo facto auocatam à se concionem tribunus questus, & in ordinem se coactum, ex Capitolio ubi erat conciliū abiit. Postero die ingentis tumultus cire. Tib. Gracchi primum bona consecrauit, quod in multa pignoribusq; eius qui tribunum appellasset, intercessionem non parendo se in ordinem coegisset. C. Claudio diem dixit, quod concionem ab se auocasset: & utriq; censori perduellionem se iudicare pronuntiauit, diemq; committijs à C. Sulpicio Pr. urbano petijt. Non recusantibus censoribus qui minus primo quoq; tempore iudicium de se populus faceret in ante dies VIII & VII Calend. Octob. comitijs perduellionis dicta dies. Censes extemplo in atrium Libertatis ascenderunt, & ibi signatis tabellis

tabellis publicis, clausoq; tabulario, & dimissis seruis publicis, negarunt se prius quidquam publici negocij gesturos, quàm iudiciũ populi de se factum esset. Prior Claudius causam dixit: & cum ex XIII centurijs equitum VIII censorem condemnassent, multaq; aliæ primæ classis: extemplo principes ciuitatis in conspectu populi annulis aureis positis uestem mutarunt, ut supplices plebem circumirent. Maxime tamen sententiam uertisse dicitur Tib. Gracchus, quod cum clamor undiq; plebis esset, periculum Graccho non esse, conceptis uerbis iurauit, si collega damnatus esset, non expectato de se iudicio comitem exilij eius futurum. Adeo tamen ad extremum spei uenit reus, ut octo centuriæ ad damnationem defuerint. Absoluto Claudio Tr. pl. negauit se Gracchum morari. Eo anno postulantibus Aquileiensium legatis ut numerum colonorum augetet, M & D familiæ ex s c scriptæ: triumuiriq; qui eas deducerent missi sunt T. Annius Luscus, P. Decius Subulo, M. Cornelius Cethegus. Eodem anno C. Popilius & Cn. Octavius legati, qui in Græciam missi erant, s c Thebis primũ recitatum per omnes Peloponnesi urbes circumtulere, ne quis ullam rem in bellũ magistratibus Romanis conferret, præter quàm quod senatus censuisset. Hoc fiduciam in posterum quoq; præbuerat, leuatos se oneribus impensisq; quibus alia alijs imperantibus exhauriebatur. Achaico concilio Argis agitato benigne locuti auditiq; egregia spe futuri status fidissima gente relicta in Ætoliã traiecerunt. Ibi nondũ quidem seditio erat, sed omnia suspecta criminumq; inter ipsos plena. ob quæ obsidibus postulatis, neq; exitu rei imposito, in Acarnaniã inde profecti legati sunt. Tyrrei concilium legatis Acarnanes dederunt. Ibi quoque inter factiones erat certamen: quidam principum postulare, ut præsidia in urbes suas inducerentur, aduersus amentiam eorum, qui ad Macedonicã gentem trahebant: pars recusare, ne quod bello captis & hostibus mos esset, id pacatæ & sociæ ciuitates ignominia acciperent. Iusta deprecatio hæc uisa. Larissam ad Hostilium proconsulem, ab eo enim missi erant, legati redierunt. Octauium retinuit secum, Popilium cum mille fermè militibus in hiberna Ambraciã misit. Perseus principio hyemis egredi Macedoniæ finibus non ausus, ne qua in regnum uacuum irrumperent Romani, sub tempus brumę, cum inexsuperabileis ab Thessalia montes niuis altitudo facit, occasionem esse ratus strangendi finitimorum spes animosq; ne quid auerso se in Romanum bellum periculi subesset: cum à Thracia pacem Cotys, ab Epiro Cephalus repentina defectione à Romanis præstarent, Dardanos recens domuisset bello, solum infestum esse Macedoniæ latus, quod ab Illyrico pateret, cernens, neq; ipsis quietis Illyrijs, & aditũ præbentibus Romanis: si domuisset proximos Illyriorum, Gentium quoq; regem iam diu dubiũ in societatem perlici posse: cum x milibus peditum quorum pars phalangitæ erant, & duobus milibus leuium armatorum, & quingentis equitibus profectus Stuberam uenit. Inde frumento complurium dierum sumpto, iussocq; apparatu oppugnandarum urbium sequi, tertio die ad Vscana (Penestianæ terræ ea maxime urbs est) posuit castra: prius tamen quàm uim admoueret, missis qui tentarent nunc præfectorum præsidij, nunc oppidanorum animos. erat autem ibi cum iuuentute Illyriorum Romanum præsidium. Postquam nihil pacati referebãt, oppugnare est adortus, & corona eam capere conatus est. Cum sine intermissiõe interdium noctuq; alij alijs succedentes, pars scalas muris ignem portis inferrent, sustinebant tamen eam tempestatem propugnatores urbis: quia spes erat neq; hyemis uim diutius pati Macedonas in aperto posse, nec ab Romano bello tantum regi laxamenti fore, ut possit morari. Cæterum postquam uincas agi turresq; excitari uiderunt, uicta pertinacia est. Nam præter quàm quod aduersus uim pares non erant, ne frumenti quidẽ aut ullius alterius rei copia intus erat, ut in necopinata obsidione. Itaq; cum spei nihil ad resistendũ esset, C. Caruilus Spoletinus, & C. Afranius à præsidio Romano missi, qui à Perseo peterent: primo ut armatos suaq; secum ferentis abire sineret: dein, si id minus impetrarent, uitæ tantum libertatisq; fidem acciperent. Promissum id benignius est ab rege quàm præstitum. Exire enim sua secum efferentibus iussis, primum arma ademit. His urbe egressis, & Illyriorum cohors (quingenti erant) & Vscanienfes se urbemq; dederunt. Perseus præsidio Vscanæ imposito, multitudinem omnem ditorum, quæ propè numero exercitũ æquabat, Stuberam abducit. Ibi Romanis, quatuor milia autem

E hominum

hominum erant, præter principes in custodiam ciuitatum diuisis, Vscanensibus Illyrijsq; uen-
ditis, in Penestiam exercitum reducit ad Oæneum oppidum in potestatem redigendum, &
alioqui opportune sitū, & transitus ea est in Labeates, ubi Gentius regnabat. Prætereunti fre-
quens castellum Draudacum nomine peritorum quidam regionis eius, nihil Oæneo capto
opus esse ait, nisi in potestate & Draudacum sit: opportunius etiam ad omnia positum esse.
Admoto exercitu omnes extemplo dediderūt sese. Qua spe celeriore deditione erectus, post-
quam animaduertit quantus agminis sui terror esset, undecim alia castella eodem metu in po-
testatem redigit. Ad perpauca uī opus fuit, cætera uoluntate dedita, & in his recepti M & D
dispositi per præsidia milites Romani. Magno usui Caruilius Spolterinus erat in colloquijs, di-
cendo nihil in ipsos sæuitum. ad Oæneum peruentum est, quod sine iusta oppugnatione capi
non poterat: & maiore aliquanto quàm cætera iuuentute & ualidum oppidū mœnibus erat,
& hinc amnis Artatus nomine, hinc mons præaltus & aditu difficilis cingebat. Hæc spem ad
resistendum oppidanis dabant. Perseus circumuallato oppido, aggerem à parte superiore du-
cere instituit, cuius altitudine muros superaret. Quod opus dum perficitur, crebris interim præ-
lijs, quibus per excursions & mœnia sua oppidani tutabantur, & opera hostium impedi-
bant, magna eorum multitudo uarijs casibus absumpta est: & qui supererant, labore diurno
nocturnoq; & uulneribus inutiles erant. Vbi primum agger iniunctus muro est, & cohors re-
gia, quos Nicatoras appellat, transcendit, & scalis multis simul partibus impetus in urbem est
factus. Puberes omnes interfecti sunt, coniuges liberosq; eorum in custodiam dedit: prædæ
alia militum cessere. Stuberam inde uictor reuertēs ad Gentium legatos, Pleuratum Illyrium
exulantem apud se, & Aputeum Macedonem à Berœa, mittit. Iis mandat, ut exponerēt æsta-
tis eius hyemisq; acta sua aduersus Romanos Dardanosq;: adijcerēt recētia in Illyrico hiber-
næ expeditionis opera: hortarentur Gentium in amicitiam secum & cum Macedonibus iun-
gendam. Hi transgressi iugum Scordi montis, per Illyrici solitudines, quas de industria popu-
lando Macedones fecerant, ne transitus faciles Dardanis in Illyricū aut Macedoniam essent,
Scodram labore ingenti tandem peruenerunt. Lissi rex Gentius erat: eò acciti legati mandata
exponentes benigne auditi sunt. Qui responsum sine effectu tulerūt: uoluntatem sibi non de-
esse ad bellandum cum Romanis: cæterum ad conandum id quod uelit, pecuniā maxime de-
esse. Hęc Stuberam retulere regi, tum maxime captiuos ex Illyrico uendenti. Extemplo ijdem
legati addito Glauca ex numero custodum corporis, remittuntur, sine mentione pecuniæ,
qua una barbarus inops impelli ad bellum poterat. Ancyram inde populatus Perseus in Pe-
nestas rursus exercitum reducit: firmatisq; Vscanæ, & circa eam per omnia castella quæ rece-
perat, præsidijs in Macedoniam sese recipit. L. Cœlius legatus Romanus præerat Illyrico: qui
moueri non ausus cum in ijs locis rex esset, post profectiōem demum eius conatus in Pene-
stis Vscanam recipere, à præsidio quod ibi Macedonum erat, cum multis uulneribus repul-
sus Lycinidum copias reduxit. Inde post dies paucos M. Trebellium Fregellanum cum satis
ualida manu in Penestas misit, ad obsides ab his urbibus quæ in amicitia cum fide permanse-
rant accipiendos. Procedere etiā in Partinos (ij quoq; obsides dare pepigerant) iussit: ab utra-
que gente sine tumultu exigi. Penestarum obsides Apolloniam, Partinorū Dyrracium (tum
Epidamni magis celebre nomen Græcis erat) missi. Ap. Claudius acceptam in Illyrico igno-
miniam corrigere cupiens, Phanotem Epiri castellū adortus oppugnare, & auxilia Athama-
num. Theprotorumq; præter Romanum exercitum ad sex M hominum secum adduxit:
neq; operæ precium fecit, Cleua qui relictus à Perseo erat cum ualido præsidio defendente. Et
Perseus in Elimeam profectus, & circa eam exercitu lustrato, ad Stratum uocantibus Epirotis
ducit. Stratus ualidissima tum urbs Ætolix erat. Sita est super Ambracium sinum, propè am-
nem Acheloum. Cum decem milibus peditum eò profectus est, & equitibus trecentis, quos
pauciores propter angustias uiarum & asperitatem duxit. Tertio die cum peruenisset ad Ci-
tium montem, uix transgressis propter altitudinem niuis, locum quoq; castris ægre inuenit.
Profectus inde, magis quia manere non poterat, quàm quod tolerabilis aut uia, aut tempe-
stas esset, cum ingenti uexatione præcipue iumentorum altero die ad templum Iouis, quem
Niceum

Niceum uocant, posuit castra. Ad Arachthum inde flumen itinere ingenti emenso, retentus altitudine amnis mansit. Quo spatio temporis ponte perfecto, traductis copijs diei progressus iter obuium Archidamum principem Ætolorum, per quem ei Stratus tradebatur, habuit. Eo die ad finem agri Ætoli castra posita. Inde altero die ad Stratum peruentum: ubi prope Acheloum amnem castris positus, cum expectaret effusos omnibus portis Ætolos in fidem suam uenturos, clausas portas, atq; ipsa ea nocte qua uenerat receptum Romanum præsidium cum C. Popilio legato inuenit. Principes qui præsentis Archidami autoritate compulsi regem accersierant, obuiam egresso Archidamo segniore facti locum aduersæ factioni dederant ad Popilium cum mille peditibus ab Ambracia accersendum. In tempore & Dinarchus præfec. equitum gentis Ætolorum cum D C peditibus & equitibus c uenit. Satis constabat, eum tanquam ad Persea tendentem Stratum uenisse: mutato deinde cum fortuna animo Romanis se aduersus quos uenerat iunxisse. Nec Popilius securior quàm debebat esse, inter tam mobilia ingenia erat: clauas portarum custodiamq; murorum suæ extemplo potestatis fecit: Dinarchum Ætolosq; cum iuuentute Stratorum in arcem per præsidij speciem amouit. Perseus ab imminētibus superiori parti urbis tumulis tentatis colloquijs, cum obstinatos atq; etiam telis procul arcentis uideret, quinq; milia passuum ab urbe trans Petitarū amnem posuit castra. Ibi consilio aduocato, cum Archidamus Epirotarumq; transfugæ retinerent, Macedonum principes non pugnandum cum infesto tempore anni censerent, nullis præparatis com meatibus: cum inopiam prius obsidentes quàm obsessi sensuri essent, maxime quod hostium haud procul inde hiberna erant, territus in Aperantiam castra mouit. Aperantij eum propter Archidami magnam in ea gente gratiam autoritatemq; consensu omnium acceperunt: is ipse cum octingentorum militum præsidio his est præpositus. Rex cum minore uexatione iumentorum hominumq; quàm uenerat in Macedoniã redijt. Appium tamen ab obsidione Phanotis fama ducentis ad Stratum Persei summouit. Cleuas cum præsidio impigrorū iuuenum infecutus, sub radicibus propè inujs montiū ad mille hominum ex agmine impedito occidit, ad ducentos cepit. Appius superatis angustijs in campo quē Elcona uocant, statua dierū paucorum habuit. Interim Cleuas assumpto Philostrato qui Epirotarum gentem habebat, in agrum Antigonensem transcēdit. Macedones ad depopulationem profecti, Philostratus cum cohorte sua in insidijs loco obscuro confedit. In palatos populatores cum erupissent ab Antigonea armati, fugientes eos persequentes effusus in uallem infessam ab hostibus præcipitāt. ibi ad M occisis, centum fermè captis, ubiq; prospere gesta re, propè statua Appij castra mouent, ne qua uis socijs suis ab Romano exercitu inferri possit. Appius nequicq; in his locis terrens tempus, dimissis Chaonumq; & si qui alij Epirotæ erant præsidijs, cum Italicis militibus in Illyricum regressus, per Partinorū socias urbes in hiberna militibus dimissis, ipse Romam sacrificij causa redijt. Perseus ex Penestorum gente M pedites C C equites reuocatos Casandriam præsidio ut essent misit. Ab Gentio eadem adferentes redierunt. Nec deinde alios atq; alios mittendo tentare eum destitit, cum apparetet quantum in eo præsidij esset: nec tam impetrare ab animo posset, ut impensam in rem maximi ad omnia momenti faceret.

DECADIS QVINTAE LIBER QVARTVS



PRINCIPIO ueris quod hyemem eam qua hæc gesta sunt infecutum est, ab Roma profectus Q. Marcius Philippus cos. cum quinq; milibus, quod in supplementum legionū secum traiecturus erat, Brundisium peruenit. M. Popilius consularis & alij pari nobilitate adulescentes Tr. mil. in Macedonicas legiones consulem secuti sunt. Per eos dies & C. Marcius Figulus Pr. cui classis prouincia euenerat, Brundisium uenit: & simul ex Italia profecti, Corcyram altero die, tertio Actium Acarnaniæ portum tenuerunt. Inde consul ad Ambraciam egressus, itinere terrestri petit Thessaliam. Pr. superato Leucata Corinthium sinum inuectus, & Creusæ relictis nauibus, terra & ipse per mediã Boetiam dies unius expedito itinere Chalcidem ad classem contendit. Castra eo tempore A. Hostilius in Thessalia circa Palæpharsalū habebat, sicut nulla

E 2 re bellica

re bellica memorabili gesta, ita ad cunctam militarem disciplinam ab effusa licentia formato milite, & socijs cum fide cultis, & ab omni genere iniuriæ defensis. Audito successoris aduentu, cum arma uiros equos cum cura inexistet, ornato exercitu obuiam uenienti consuli processit. Et primus eorum congressus ex dignitate ipsorum ac Romani nominis, & in rebus deinde gerendis. Proconsul enim ad exercitum paucis post diebus consul concionem apud milites habuit. orsus à parricidio Persei perpetrato in fratrem, cogitato in parentem, adiecit post scelere partum regnum, ueneficia, cædes, latrocinio nefando petatum Eumenen, iniurias in P. R. direptiones sociarum urbium contra foedus: ea omnia quam dijs quoque inuisa essent, sensurum in exitu rerum suarum. Fauere enim pietati fideique deos, per quæ P. R. ad tantum fastigij uenerit. Vires deinde P. R. iam terrarum orbem complectentis cum uiribus Macedoniae, exercitus cum exercitibus comparauit. Quanto maiores Philippi Antiochique opes non maioribus copijs fractas esse. Huius generis adhortatione accensis militum animis, consultare de summa gerendi belli coepit. Eo & C. Marcius Pr. à Chalcide classe accepta uenit. Placuit non ultra morando in Thessalia tempus terere, sed mouere extemplo castra atque pergere inde in Macedonia: & prætorem dare operam ut eodem tempore classis quoque inuehatur hostium littoribus. Præto-
 * re dimisso consul menstruum iussu milite secum ferre, profectus decimo post die quam exercitum acceperat, castra mouit: & unius diei progressus iter, conuocatis itinerum ducibus cum exponerent in concilio iussisset quæ quisque ducturus esset, summotis ijs, quam potissimum peteret retulit ad consilium. Alijs per Pythoum placebat uia: alijs per Cambunios montes, quæ priore anno duxerat Hostilius cos: alijs præter Ascuridem paludem. Restabat aliquantum uiae communis: itaque in id tempus, quo prope diuortium itinerum castra posaturi erant, deliberatio eius rei differtur. In Perrebiam inde ducit, & inter Azorum & Dolichen statiuam habuit, ad consulendum rursus, quam potissimum capefferet uiam. Per eodem dies Perseus, cum appropinquare hostem sciret, quod iter petiturus esset ignarus, omne saltus insidere præsidij statuit. In iugum Cambuniorum montium (Volustana ipsi uocant) x milia leuis armaturæ iuuenum cum duce Asclepiodoto mittit: ad castellum quod super Ascuridem paludem erat (Lapathus uocatur locus) Hippias tenere saltum cum xii milium Macedonum præsidio iussus. Ipse cum reliquis copijs primo circa Diuum statiuam habuit: deinde, adeo ut obtorpuisse inops consilij uideretur, cum equitibus expeditis littore nunc Heracleam, nunc Philam percurreret, eodem inde cursu Diuum repetens. Interim consuli sententia stetit eo saltu ducere, ubi propter Octolopum diximus regis castra. Præmitti tamen iiii milium armatorum ad loca opportuna præoccupanda placuit, quæ præpositi sunt M. Claudius & Q. Marcius consulis filius: confestim & uniuersæ copiae sequebantur. Cæterum adeo ardua & aspera & confragosa uia fuit, ut præmissi expediti biduo quindecim milium passuum ægre itinere confecto castra posuerint: turrim Eudieru quem cepere locum appellant. Inde postero die vii milium progressi, tumulo haud procul hostium castris capto, nuntium ad consulem remittunt: peruentum ad hostem esse, loco se tuto & ad omnia opportuno confedisse: ut quantum extendere iter posset, consequeretur. Sollicito consuli & propter itineris difficultatem quod ingressus erat, & eorum uicem quos paucos inter media præsidia hostium præmiserat, nuntius ad Ascuridem paludem occurrit. Addita igitur & ipsi fiducia est, coniunctisque copijs castra tumulo qui tenebatur, quæ aptissimum ad loci naturam erat, sunt acclinata. Non hostium modo castra, quæ paulo plus mille passuum aberant, sed omnis regio ad Diuum & Philam, oraque maris, late patente ex tam alto iugo prospectu, oculis subiicitur. Quæ res accendit militi animos, postquam summam belli, ac regias omne copias, terramque hostilem tam è propinquo conspexerunt. Itaque cum alacres, protinus duceret ad castra hostium, consulem hortaretur, dies unus fessis labore uiae ad quietem datus est. Tertio die parte copiarum ad præsidium castrorum relicta, consul ad hostem ducit, Hippias nuper ad tuendum saltum ab rege missus erat: qui ex quo castra Romana in tumulo conspexit, præparatis ad certamen animis suorum, uenienti agmini cos. obuius fuit. & Romani expediti ad pugnam exierant, & hostes leuis armatura erat, promptissimum genus ad lacessendum certamen. Congressi igitur extemplo tela coniecerunt: multa utrinque uulnera
 temerario

temerario incurſu & accepta & illata, pauci utriuſq; partis ceciderūt . Iritatis in poſterum diem animis, maioribus copijs atq; infeſtius concurſum ab illis, ſi loci ſatis ad explicandam aciem, fuiſſet: iugum montis in anguſtum dorſum cuneatum, uix ternis ordinibus armatorū in fronte patuit. Itaq; paucis pugnantibus, cætera multitudo præcipue qui grauium armorum erant, ſpectatores pugnæ ſtabat: leuis armatura etiam per anfractus iugi procurrere, & ab lateribus cum leui armatura cõſerere, per iniqua atq; æqua loca pugnam petere : ac pluribus ea die uulneratis quàm interfectis prælium nocte diremptum eſt . Tertio die egere conſilio Romanus imperator: nam neq; manere in iugo inopi, neq; regredi ſine flagitio atq; etiam periculo, ſed cedenti ex ſuperioribus locis inſtare hoſtis poterat: nec aliud reſtabat, quàm audacter cõmiſſum pertinaci audacia, quæ prudens interdum in exitu eſt, corrigere. Ventum quidem erat eò, ut ſi hoſtem ſimilem antiquis Macedonum regibus habuiſſet conſul, magna clades accipi potuerit . Sed cum ad Diem per littora cum equitibus uagaretur rex, & ab XII M propè clamorem & ſtrepitum pugnantium audiret, nec auxit copias integros ſeſſis ſubmittendo, neq; ipſe, quod plurimum intererat, certamini affuit, cum Romanus imperator maior LX annis & prægrauis corpore, omnia militaria munera ipſe impigre obiret: egregie ad ultimum in audacter commiſſo perſeuerauit, & Popilio relicto in custodia iugi, per inuia tranſgreſſus: præmiſſis qui repurgarent iter: Attalum & Miſagenem, cum ſuæ gentis utrunq; auxiliariis, præſidio eſſe ſaltum aperientibus iubet. Ipſe equites impedimenta q; præ ſe habens, cum legionibus agmen cogit . Inenarrabilis labor deſcendentibus cum ruina iumentorum ſarcinarumq;: progreſſis uix dum III milia paſſuum nihil optabilius eſſe quàm redire quâ uenerāt, ſi poſſent. Hoſtilem propè tumultum agmini elephanti præbebant, qui ubi ad inuia uenerant, de icctis rectoribus cum horrendo ſtridore pauorem ingentem equis maxime incutiebant, donec traducendi eos ratio inita eſt. Per procliuẽ ſumpto faſtigio, longi duo ualidi aſſeres ex inferiore parte in terra deſigebantur, diſtantes inter ſe paulo plus quàm quanta beluæ latitudo eſt: in eos tranſuerſi incumbentes tigni ad tricenos longi pedes, ut pons eſſet, iniungebantur: humuſq; inſuper iniiciebatur. modico deinde infra interuallo, ſimilis alter pons: deinde tertius, & plures ex ordine, quâ rupes abſciſæ erant, fiebant. Solido præcedebat elephas in pontem: cuius priuſquam in extremum procederet, ſuccis aſſeribus collapſus pons uſq; alterius initiũ pontis prolabi eum leniter cogebat: alij elephanti pedibus inſiſtètes, alij clunibus ſubſidentes prolabebantur: ubi planicies altera pontis excepifſet eos, ruruſ ſimili ruina inferioris pontis deſerebantur, donec ad æquioſam uallem peruentum eſt. Paulo plus VII M die Romani proceſſerunt: minimum pedibus itineris conſectum: plerunq; prouoluètes ſe ſimul cum armis alijsq; oneribus, cum omni genere uexationis proceſſerunt: adeo ut ne dux quidem & autor itineris inſiciaretur, parua manu deleri omnem exercitum potuiſſet. Nocte ad modicam planiciem peruenerunt: neq; an infeſtus iſ locus eſſet, ſeptus undiq; circumſpiciendi ſpatium fuit. uix tandem ex inſperato ſtabilem ad inſiſtendum noctis locũ, poſtero quoq; die in tam caua ualle opperiri Popilium ac relictas cum eo copias neceſſe fuit: quos & ipſos cum ab nulla parte hoſtis terruiſſet, locorum aſperitas hoſtiliter uexauit . Tertio die coniunctis copijs eunt per ſaltum, quem incolæ Callipeucen appellant. tertio inde die per æque inuia, ſed aſſuetudine peritius & meliore cum ſpe, quod nec hoſtis unquam apparebat, & mari appropinquabāt: digreſſi in campos, inter Haracetum & Libethrum poſuerunt caſtra peditum, quorum pars maior tumulos tenebat: ij uallem, campi quoq; partem ubi equeſ tenderet, amplectebantur. Lauanti regi dicitur nuntiatum, hoſteis ad eſſe: quo nuntio cum pavidus exiliuiſſet è folio, uictum ſe ſine prælio clamitans proripuit . & ſubinde per alia atq; alia pauida conſilia & imperia trepidans, duobus ex amicis Pellam alterum Aſclepiodotum, ubi pecunia depoſita erat, ex præſidijs reuocat: omneſq; aditus adcrit bello. Ipſe ab Dio auratis ſtatuis omnibus raptim, ne præda hoſti eſſent, in claſſem congeſtis, ocius demigrare Pydnam cogit . & quæ temeritas conſulis uideri potuiſſet: quod eò proceſſiſſet, unde inuito hoſte regredi nequiret: eam nõ conſultam audaciam fecit. Duos enim ſaltus, per quos inde euadere poſſent, habebant Romani: unum per Tempe in Theſſaliam, alterum in Macedoniam præter Diem, quæ utraq; regijs

tenebantur præsijs. Itaq; si dux intrepidus x dies primam speciem appropinquantis ter-
roris sustinisset, neq; receptus Romanis per Tempe in Thessaliam, neq; comitatibus per-
uehendis eò paruisset iter. Sunt enim Tempe saltus, etiamsi nō bello fiat infestus, transitu dif-
ficilis, nam præter angustias per quinq; milia, quā exiguū iumento onusto iter estirupes utrin-
que ita abscisæ sunt, ut despici uix sine uertigine quadam simul oculorum animiq; possit, ter-
ret & sonitus & altitudo per mediam uallem fluentis Penei amnis. Hic locus tam suapte natu-
ra infestus, per quatuor distantia loca præsijs regis fuit infestus. Vnum in primo aditu ad
Connum erat, alterum Condylon castello inexpugnabili: tertium circa Lapathunta: quē Cha-
raca appellant, quartum, uia ipsi, quā & media & angustissima uallis est, impositū: quam uel
decem armatis tueri facile est. Intercluso per Tempe simul aditu comitatibus, simul reditu,
ipsi montes per quos descenderant repetendi erant. quod ut furto fefellerant: ita propalam,
tenentibus superiora cacumina hostibus, non poterāt: & experta difficultas spem omnem in-
cidisset. Supererat nihil aliud in temere commisso, quā in Macedoniam ad Diū per medi-
os euadere hosteis: quod, nisi dii mentem regi ademissent, ipsum ingentis difficultatis erat.
Nam cum Olympi radices montis paulo plus quā mille passuum ad mare relinquunt spa-
rium, cuius dimidium loci occupat ostium late restagnans Baphyri amnis: partē planitiæ aut
Iouis templum aut oppidum tenet: reliquum per exiguum fossa modica ualloq; claudi por-
terat. & saxorum ad manum syluestriq; materiæ tantum erat, ut uel murus obici turresq;
excitari potuerint. Quorum nihil cum dispexisset cæcata mens subito terrore, nudatis omni-
bus præsijs, patefactisq; bello, ad Pydnam refugit. c o s. plurimum & præsijs & spei cer-
nens in stultitia & segnitie hostis, remisso nuntio ad Sp. Lucretiū Larissam, ut castella relicta
ab hoste circa Tempe occuparet: præmisso Popilio ad explorādos transitus circa Diū: post
quā patere omnia in omnes partes animaduertit, secundis castris peruenit ad Diū: meta-
ricq; sub ipso templo, ne quid sacro in loco uiolaretur, iussit. Ipse urbem ingressus sicut non ma-
gnam, ita exornatam publicis locis & multitudine statuarum, munitamq; egregie, uix satis cre-
dere in tantis rebus sine causa relicta non aliquem subesse dolum. unum diem ad exploranda
circa omnia moratus, castra mouet: fatiscq; credens paratam frumenti copiam fore, eo die ad
amnem nomine Mityn processit. Postero die progressus, Agassam urbem tradentibus sese
ipsis recepit: & ut reliquorum Macedonum animos sibi conciliaret, obsidibus contentus sine
præsidio relinquere se eis urbem, immunesq; ac suis legibus uicturos est pollicitus. Progres-
sus inde dici iter, ad Ascordum flumen posuit castra: & quantum procederet longius à Thessa-
lia, eo maiorem rerum omnium inopiam sentiens, regressus ad Diū est: dubitatione omni-
bus exempta, quid intercluso ab Thessalia patiendum fuisset, cui procul inde abscedere tutum
non esset. Perseus contractis in unum omnibus copijs ducibusq;, increpare præfectos præsi-
diorum, ante omnes Asclepiodotum atq; Hippiam: ab his dicere claustra Macedonia tradita
Romanis esse: cuius culpæ reus nemo iustius quā ipse fuisset. Consuli postquam ex alto
conspicua classis spem fecit cum comitatu naues uenire (ingens enim caritas annonæ, ac pro-
pè inopia erat) ab inuectis iam portum audit, onerarias naues Magnesiæ relictas esse. Incerto
inde quid nam agendū foret (adeo sine ulla ope hostis quæ aggrauaret, cum ipsa difficultate
rerum pugnandum erat) per opportune literæ à Sp. Lucretio allatæ sunt: castella se quæ super
Tempe essent & circa Philan tenere omnia, frumentiq; in ijs & aliarū in usum rerum copiā in-
uenisse. His magnopere lætus c o s. ab Dio ad Philan ducit: simul ut præsijs eius firmaret, si-
mul ut militi frumentū, cuius tarda subuectio erat, diuideret. Ea profectio famā haud quāq;
secundā habuit: nam alij metu recessisse eum ab hoste ferebant, quia manenti imperatori præ-
lio dimicandū foret: alij ignarum belli quæ indies fortuna nouaret: ut qui offerentibus sese re-
bus omisisset è manibus ea, quæ mox repeti non possent. Simul enim cessit possessione Diū,
excitauit hostē, ut tunc tandem sentiret recuperanda esse, quæ prius culpa amissa forent. Au-
dita enim profectioe cōsulis, regressus Diū quæ disiecta ac uastata ab Romanis erāt refi-
cit, pinnas mœniū decussas reponit, ab omni parte muros firmat: deinde quinq; milia passu-
um ab urbe citra ripam Enipei amnis castra ponit, amnē ipsum transitu per difficilem pro mu-
nimento

nimento habiturus. Fluit ex ualle Olympi montis, estate exiguus. hibernis idem incitatus pluuijs & supra rupes ingentibus gurgitibus facit: & intra prorupta in mare euoluendo terram præ altas uoragines, cauatoq; medio alueo ripas utrinq; præcipites. Hoc flumine Perseus septem iter hostis credens, extrahere reliquum tempus eius æstatis in animo habebat. Inter hæc cōs. à Phila Popiliū cum duobus milibus armatorum Heracleam mittit. Abest à Phila v m ferme passuum, media regione inter Diū Tempeq; in rupe anni imminente positū. Popilius priusquam armatos muris admoueret, misit qui magistratibus principibusq; suaderent, fidem clementiamq; Romanorū q; uim experiri mallent. Nihil ea consilia mouerūt, quia ignes ad Enipeum ex regis castris apparebāt. Tum terra marisq; (& classis appulsa ab littore stabat) simul armis simul operibus machinisq; oppugnari cepti. Iuuenes etiā quidā Romani, ludicro circensiu ad usum belli uerso, partē humillimā muri ceperunt. Mos erat tum, nondū hac effusione inducta bestijs omnium gentium circum cōplendi, uaria spectaculorū cōquirere genera: nec semel quadrigis, semel desultore misso, uix unius horæ tempus utrunq; curriculū cōplebat. Inter cætera sexageni ferme iuuenes, interdū plures, apparitoribus ludi armati inducebantur. Horum inductio in parte simulacrū decurrentis exercitus erat: ex parte elegantioris exercitiū q; militaris artis, propiorq; gladiatoriu armorū usum. Cum alios decursus edidissent motus: quadrato agmine factō, scutis super capita densatis, stantibus primis, secundis summissioribus, tertijs magis & quartis, postremis etiā genu nixis fastigiatā, sicut tecta edificiorū sunt, testudinē faciebant. Hinc l ferme pedū spatio distantes duo armati procurrebāt, cōminatiq; inter se, ab ima in summā testudinē per densata scuta cum euasissent: nunc uelut propugnātes per oras extremæ testudinis, nunc in media inter se cōcurrentes, haud secus q; stabili solo persultabāt. Huic testudini simillima partī muri admota, cum armati superstātes subissent, propugnatoribus muri fastigio altitudinis equabātur: depulsisq; ijs, in urbē duorum signorū milites transcenderūt. Id tantū dissimile fuit, q; & in fronte extrema, & ex lateribus, soli nō habebāt super capita elata scuta, ne nudarent corpora: sed prætectā pugnantiū more. ita nec ipsos tela ex muro missa subeunteis læserūt, & testudini iniecta imbris in modū lubrico fastigio innoxia ad imum labebantur. Et cōs. capta iam Heraclea castra cōpromouit, tanq; Diū, atq; inde summoto rege in Pieriam etiā progressurus. Sed hiberna iam præparans, uias cōmeatibus subuehendis ex Thessalia muniri iubet, & eligi horreis opportuna loca, tecta q; ædificari ubi diuersari portantes cōmeatus possent. Perseus tandē pauore eo quo attonitus fuerat recepto animo, mallet imperijs suis nō obtemperatū esse, cum trepidans gazam in mare deici Pellæ, Thessalonice naualia iusserat incendi. Andronicus Thessalonice missus traxerat tempus, id ipsum quod accidit, pœnitentiæ relinquens locū. incautior Nicias Pellæ proiciēdo pecuniæ partē, quod fuerat nactus: sed in rem emendabilem uisus lapsus esse, q; per urinatores omne ferme extractū est. tantusq; pudor regi pauoris eius fuit, ut urinatores clam interfici iusserit: deinde Andronicum quoq; & Nician, ne quis tam dementis imperij cōscius existeret. Inter hæc C. Marcius cum classe ab Heraclea Thessalonice profectus, & agrū pluribus locis expositis per littora armatis late uastauit: & procurrentes ab urbe secundis aliquot prælijs trepidos intra mœnia cōpulsit. iamq; ipsi urbi terribilis erat, cum dispositis omnis generis tormētis non uagi modo circa muros temere appropinquantes, sed etiā qui in nauibus erant saxi tormento emicantibus percuciebantur. Reuocatis igitur in naues militibus, omisssaq; Thessalonice oppugnatione, Æniam inde petūt. xv milia passuum ea urbs abest, aduersus Pydnam posita, fertili agro. Peruastatis finibus eius legentes oram Antigoneā perueniūt: ibi egressi in terrā primo & uastarunt agros passim, & aliquantū prædæ contulerunt ad naues. dein palatos eos adorti Macedones mixti pedites equitesq; fugientes effuse ad mare persecuti d ferme occiderunt, & non minus ceperunt. nec aliud q; ultima necessitas, cum recipere se ruto ad naues prohiberentur, animos militum Romanorū simul desperatione alia salutis, simul indignitate iritauit. redintegrata in litore pugna est: adiuuere & qui in nauibus erāt. Ibi Macedonū ducenti ferme cæsi, par numerus captus. Ab Antigonea classis profecta ad agrū Pallenensem exscensionē ad populandū fecit. Finium is ager Cassandrensiū erat, longe fertilissimus omnis orę quam præteruecti fuerant.

Ibi Eumenes rex. x x tectis nauibus ab Elca profectus obuius fuit, & quinque missæ à Prussia rege tectæ naues. Hac uirium accessione animus creuit prætori ut Cassandream oppugnaret. Condita est à Cassandro rege in ipsis faucibus quæ Pallenensem agrum cæteræ Macedoniæ iungunt, hinc Toronaico, hinc Macedonico septa mari. Eminent nanq; in altum lingua in qua sita est: nec minus q̄ in altum magnitudine Atho mons excurrit, obuersa in regionē Magnesiæ duobus imparibus promontorijs: quorum maiori Posideum est nomen, minori Carnastreum. Diuisis partibus oppugnare adorti. Romanus ad Clitas quas uocant, munimenta ceruis etiam obiectis ut uiam intercluderet, à Macedonico ad Toronaicum mare perducit. ab altera parte Euripus est: inde Eumenes oppugnabat. Romanis in fossa complenda, quam nuper obiecerat Perseus, plurimum erat laboris. Ibi quærenti Pr. quia nusquam cumuli apparebant, quò regesta è fossa terra foret: monstrati sunt fornices: non ad eandem crassitudinē qua ueterem murum, sed simplici laterū ordine structos esse. Consiliū igitur cepit, transfosso pariter iter in urbem patefacere. Fallere autē ita se posse, si muros à parte alia scalis adortus, tumultu iniectō in custodiā eius loci propugnatores urbis auertisset. Erant in præsidio Cassandreae præter non contemnendā iuuentutem oppidanorum d c c c Agrianes, & m m Penestaram Illyriorum à Pleurato inde missi, bellicosum utrunq; genus. His tuentibus muros cum subire Romani summa uiniterentur, momento temporis parietes fornicum perfossi urbem patefecerunt. quod si qui irrupere armati fuissent, extemplo cepissent. Hoc ubi perfectum esse opus militibus nuntiatum est, clamorē alacres gaudio repente tollunt, alijs parte alia in urbem irrupturis. Hosteis primū admiratio cepit, quid nam sibi repentinus clamor uellet. Postq̄ patere urbem accepere præfecti præsidij Pytho & Philippus Proco, qui occupasset aggredi opus factum esse rati, cum ualida manu Agrianū Illyriorumq; erumpunt: Romanosq; qui alij aliunde coibant, conuocabanturq; ut signa in urbē inferrent, incōpositos atq; inordinatos fugant persequunturq; ad fossam: in qua cōpulsos ruina cumulāt. d c ferme ibi interfecti, omnesq; propē qui inter murū fossamq; deprenti erant, uulnerantur. Ita suo ipse conatu percutus prætor, segnior ad alia factus consilia erat: & ne Eumeni quidē simul à mari simul à terra aggredienti quidquam satis procedebat. Placuit igitur utriq; custodijs firmatis ne quod præsidium ex Macedonia intromitti posset, quoniā uis aperta non processisset, operibus mœnia oppugnare. Hæc parantibus his x regij lembi ab Thessalonica cum delectis Gallorum auxiliarijs missi, cum in salo stantes hostiū naues conspexissent, ipsi obscura nocte simplici ordine q̄ poterant proxime litus tenentes intrarunt urbem. Huius noui præsidij fama absistere oppugnatione simul Romanos regemq; coegit: circumuecti promontorium ad Toronem classem appulerunt. Eam quoq; oppugnare adorti, ubi ualida defendi manu animaduertent, irritoincepto Demetriadem petunt. Ibi cum appropinquantes repleta mœnia armatis uidissent, præteruecti ad Iolcon classem appulerunt, inde agro uastato Demetriadē quoq; aggressuri. Inter hæc & c o s. ne segnis sederet tantū in agro hostico, M. Popiliū cum v milibus militū ad Melibœam urbem oppugnandā mittit. Sita est in radicibus Ossæ montis, qua parte in Thessaliā uergit, opportune imminens super Demetriadem. Primus aduentus hostium perculit incolas loci: collectis deinde nec opinato pauore animis, discurrunt armati ad portas ac mœnia quæ suspecti aditus erant: spemq; extemplo inciderunt capi primo impetu posse. Obsidio igitur parabatur, & opera oppugnationum fieri cœpta. Perseus cum audisset simul Melibœam à consulis exercitu oppugnari, simul classem Iolci stare, ut inde Demetriadem aggredetur: Euphranorem quendam ex ducibus cum delectis duobus milibus Melibœam mittit. eidem imperatum, ut si à Melibœa submouisset Romanos, Demetriadem prius occulto itinere intraret, quàm ab Iolco ad urbem castra mouerent Romani. & ab oppugnatoribus Melibœæ cum in superioribus locis repēte apparuisset, cū trepidatione multa relicta opera sunt, ignisq; iniectus: ita à Melibœa abscessum est. Euphranor soluta unius urbis obsidiōe, Demetriadem extemplo ducit. Nec tum mœnia modo, sed agros etiam considerunt se à populationibus tueri posse: & eruptiones in uagos populatores non sine uulneribus hostium factæ sunt. Circumuecti tamen mœnia sunt Pr. & rex, situm urbis cōtemplātes, si qua parte tentare aut opere, aut ui possent

ui possent. Fama fuit, per Cydantem Cretensem & Antimachum qui Demetriadi præerat, tractatas inter Eumenen & Persea conditiones amicitia: ab Demetriade certe abscissum est. Eumenes ad consulem nauigat: gratulatus quod prospere Macedoniam intrasset, Pergamum in regnum abit. Marcus Figulus prætor parte classis in hiberna Sciathum missa, cum reliquis nauibus Oreum Boetia: petit: eam urbem aptissimam ratus, unde exercitibus, qui in Macedonia quicq; in Thessalia erant, mitti commeatus possent. De Eumene rege longe diuersa tradunt. Si Valerio Antiati credas, nec classe adiutum ab eo prætorem esse, cum sæpe eum literis accersisset, tradit: nec cum gratia ab consule profectum in Asiam, indignatum quod ut isdem castris tenderet permissum non fuerit: ne ut equites quidem Gallos quos secum adduxerat relinqueret impetrari ab eo potuisse. Attalum fratrem eius, & remansisse apud consulem: & sinceram eius fidem æquali tenore, egregiamq; operam in eo bello fuisse. Dum bellum in Macedonia geritur, legati transalpini ab regulo Gallorum (Balanos ipsius traditur nomen, gentis ex qua fuerit non traditur) Romam uenerunt, pollicentes ad Macedonicum bellum auxilia. Gratia ab Senatu acta, muneraq; missa, torquis aureus duo pondo, & patera aurea quatuor pondo, equus phaleratus armaq; equestria. Secundum Gallos Pamphyli legati coronam auream ex xx milibus Philippiorum factam in curiam intulerunt: petentibusq; ijs ut id donum in cella 10 M ponere, & sacrificare in Capitolio liceret, permissum: benigneq; amicitiam renouare uolentibus legatis responsum, & binum milium æris singulis missum munus. Tum ab rege Prusia, & paulo post ab Rhodijs, de eadem re longe aliter differetes legati auditi sunt, utraq; legatio de pace reconcilianda cum rege Perseo egit. Prusia: preces magis q; postulatio fuere, profitentis & ad id tempus se cum Romanis stetisse, & quo ad bellum foret staturum. Cæterum cum ad se à Perseo legati uenissent de finiendo cum Romanis bello, & ijs pollicitum deprecatores apud senatum futurum, petere, si possent inducere in animum ut finiant iram: se quoq; in gratia reconciliata pacis posse uti. Hæc regij legati. Rhodij superbe commemoratis erga P R beneficijs, & penè uictoria: utiq; de Antiocho rege maiore parte à se uindicta, adierunt: cum pax inter Macedonas Romanosq; esset, sibi amicitiam cum rege Perseo coeptam, eam se inuitos, nullo eius in se merito, quoniam ita Romanis uisum sit in societatem se belli trahere, interrupisse. Tertium se annum multa eius incõmoda belli sentire: mari intercluso inopia insulam premi, amissis maritimis uectigalibus atq; cõmeatibus. Cum id ultra pati nõ possent, legatos alios ad Persea in Macedoniam misisse, qui ei denuntiarent, Rhodijs placere pacem eum componere cum Romanis: se Romam eadem nuntiatum missos: per quos stetisset quominus belli finis fieret, aduersus eos quid sibi faciendum esset Rhodios consideraturos esse. Ne nunc quidem hæc sine indignatione legi audiri uel posse certum habeo: inde existimari potest qui habitus animorum audientibus ea patribus fuerit. Claudius nihil responsum autor est: tantum s c recitatum, quo Caras & Lycios liberos esse iuberet P R: literasq; extemplo ad utranq; gentem scirent indicatum mitti. Qua audita re, principem legationis, cuius magniloquentiam uix curia paulo ante ceperat, corruisse. Alij responsum esse tradunt: P R & principio eius belli, haud uanis autoribus compertum habuisse, Rhodios cum Perseo rege aduersus Remp. suam occulta consilia inisse: & si id ante dubium fuisset, legatorum paulo ante uerba ad certum redigisse: & plerunq; ipsam se fraudem, etiam si initio cautior fuerit, detegere. Rhodios nuntio in orbe terrarum arbitria belli pacisq; agere: deorum nutu arma sumpturos positurosq; Romanos esse. Iam non deos fœderum testes, sed Rhodios habituros. Ita ne tandem ijs pareatur, exercitusq; de Macedonia deportentur? Visuros esse quid sibi faciendum sit. quid Rhodij uisuri sint, ipsos scire: populum certe Romanum deuicto Perseo, quod propediem sperent fore, uisurum ut pro meritis cuiusq; in eo bello ciuitatis gratiam dignam referat. Munus tamen legatis in singulos binum milium æris missum est, quod ij non acceperunt. Litera: deinde recitata: Q. Marcij consulis sunt, quemadmodum saltu superato in Macedoniam transisset. Ibi & ex alijs locis commeatus rempublicam prospectos in hyemem habere, & ab Epirotis xx milia modium tritici, x hordei sumpsisse, ut pro eo frumento pecunia Romæ legatis eorum curaretur. Vestimenta militibus ab Roma mittenda esse: equis c c ferme opus esse maxime

xime Numidis, nec sibi in his locis ullam copiam esse. s. c. ut ea omnia ex literis consulis fierent, factum est. C. Sulpicius Pr. vim togarum, xxx tunicarum, & equos deportanda in Macedoniam præbendaque arbitrato consulis locauit: & legatis Epirotarum pecuniam pro frumento soluit. Et Onesimum Pythonis filium nobilem Macedonem in senatum introduxit. Is pacis semper autor regi fuerat, monueratque, sicut pater eius Philippus institutum usque ad ultimum uitæ diem seruabat quotidie bis in die foederis iacti cum Romanis perlegendi, ut eum morem si non semper crebro tamen usurparet. Postquam deterrere eum à bello nequijt, primo subtrahere sese per alias atque alias causas, ne interesset ijs quæ non probabat, cepit: postremo cum suspectum se esse cerneret, & proditoris interdum crimine insimulari, ad Romanos transfugit: magnoque usui consuli fuit. Ea introductus in curiam cum memorasset, senatus in formulam sociorum eum referri iussit: locum lautia præberi: agri Tarentini, qui publicus populi Romani esset ducenta iugera dari, & ædes Tarenti emi: uti ea curaret, C. Decimio prætori mandatum. Censores censum Idibus Decembribus seuerius quam ante habuerunt: multis equi adempti, inter quos P. Rutilio qui tribunus pl. eos uiolenter accusarat: tribu quoque is motus, & operarius factus ad opera publica facienda. Cum eis dimidium ex uestigalibus eius anni attributum ex s. c. à quæstoribus esset: Tib. Sempronius ex ea pecunia quæ ipsi attributa erat, ædes P. Africani ponè Veteres ad Vortumni signum, lancasque & tabernas coniunctas in publicum emit, basilicamque faciendam curauit, quæ postea Sempronia appellata est. Iam in exitu annus erat, & propter Macedonici maxime belli curam in sermonibus homines habebant, quos in annum consules ad finiendum tandem id bellum crearent. Itaque s. c. factum est, ut Cn. Seruilius primo quoque tempore ad comitia habenda ueniret. s. c. Sulpicius Pr. ad consulem post paucos dies recitauit, quibus ante diem in urbem uenturum. & comaturauit: & comitia eo die qui dictus erat, sunt perfecta. Consules creati L. Æmilius Paulus iterum, septimodecimo anno postquam primo cos. fuerat, & C. Licinius Crassus. Prætores postero die facti, Cn. Bæbius Pamphilus, L. Anicius Gallus, Cn. Octavius, P. Fonteius Balbus, M. Ebutius Helua, C. Papirius Carbo. Omnia ut maturius agerentur belli Macedonici stimulabat cura. Itaque designatos extemplo sortiri placuit prouincias, ut utri Macedonia consuli, cuique prætori classis uenisset sciretur: ut iam inde cogitarent pararentque quæ bello usui forent, senatumque consulerent, si qua re consulto opus esset. Latinas ubi magistratum inissent, quod per religiones posset, primo quoque tempore fieri placere, neque consulem cui eundem in Macedoniam esset teneri. His decretis, consulibus Italia & Macedonia, prætoribus præter duas iurisdictiones in urbe, classis, & Hispania, & Sicilia, & Sardinia prouinciæ nominatæ sunt. Consul L. Æmilio Macedonia, Licinio Italia euenit. Prætores Cn. Bæbius urbanam, L. Anicius peregrinam, & si quò senatus censuisset, Cn. Octavius classem, P. Fonteius Hispaniam, M. Ebutius Siciliam, C. Papirius Sardiniam est fortitus. Extemplo apparuit omnibus non segniter id bellum L. Æmilium gesturum, præterquam quod alius uir erat, etiam quod dies noctesque intentus ea sola quæ ad id bellum pertinerent animo agitabat. Iam omnium primum à senatu petit, ut legatos in Macedoniam mitterent ad exercitus uisendos classemque, & comperta referenda quid aut terrestribus, aut naualibus copijs opus est. Præterea ut explorarent copias regias quantum possent, quaque prouincia nostra quæ hostium foret: utrum intra saltus castra Romani haberent, an iam omnes angustia exuperata & in æqua loca peruenissent: qui fideles nobis socij, qui dubij suspensaque ex fortuna fidei, qui certi hostes uiderentur: quanti præparati comearus, & unde terrestri itinere unde nauibus superportarentur: quid ea æstate terra marisque rerum gestarum esset: ex his bene cognitæ certa in futurum consilia capi posse ratus. Senatus Cn. Seruilio cos. negotium dedit, ut is in Macedoniam quos L. Æmilio uideretur legaret. Legati biduo post profecti, Cn. Domitius Acnobarbus, A. Licinius Nerua, L. Bæbius. Bis in exitu anni eius lapidatum esse nuntiatum est, in Romano agro simul in Veientibus: nouendiale sacrum factum est. Sacerdotes eo anno mortui sunt, P. Quintilius Varus flamen Martialis, & M. Claudius Marcellus Xuir, in cuius locum Cn. Octavius successit. Et iam magnificentia crescente notatum est, ludis Circensibus P. Cornelij

P. Cornelij Scipionis Naficæ, & P. Lentuli ædiliū curuliū LXXIII africanas, & XL urfos & elephātos lufiffe. L. Æmilio Paulo, C. Licinio coss. Idib. Martijs principio insequētis anni cum in expectatione patres fuiffent, maxime quid nam cōsul de Macedonia cuius ea prouincia efferet referret, nihil se habere Paulus quod referret, cum nondum legati rediffent, dixit. Cæterum Brundifij legatos iam effer, bis ex curfu Dyrracium eiectos. Cognitis mox, quæ nosci prius in rem effer, relaturum: id fore intra perpaucos dies. Et ne quid profectiōnem suam teneret, pridie Id. April. Latinis effer constitutam diem. Sacrificio rite profecto, se & Cn. Octauium simul senatus censuiffet exituros effer: C. Licinio collegæ suo fore curæ se absente, ut si qua parari mittiue ad id bellum opus fit parentur mittanturq;. Interea legationes exterarum nationum audiri posse. Sacrificio rite profecto, primi Alexandrini legati ab Ptolemæo & Cleopatra regibus uocati sunt. Sordidati, barba & capillo promisso, cum ramis oleæ ingressi curiam procubuerunt: & oratio quàm habitus fuit miserabilior. Antiochus Syriæ rex, qui obses Romæ fuerat: per honestam speciem maioris Ptolemæi reducendi in regnū, bellum cum minore fratre eius, qui tum Alexandriā tenebat, gerens: & ad Pelusium nauali prælio uictor fuerat, & tumultuario opere ponte per Nilum factō transgressus cum exercitu obsidione ipsam Alexandriam tenebat: nec procul abesse quin potiretur regno opulentissimo uidebatur. Ea legati querentes orabant senatum, ut opem regno regibusq; amicis imperio ferrent. Ea merita per in Antiochum, eam apud omnes reges gentesq; autoritatem effer: ut si legatos misiffent, qui denuntiarent non placere senatui socijs regibus bellum fieri, extemplo abscessurus à moribus Alexandræ abducturusq; exercitum in Syriam effer. Quod si cunctentur facere, breui extorres regno Ptolemæum & Cleopatram Romam uenturos cum pudore quodam per quod nullam opem in ultimo discrimine fortunarum tuliffent. Moti patres precibus Alexandrinorum, extemplo C. Popiliū Lenatem, & C. Decimium, & C. Hostiliū, legatos ad finiendum inter reges bellum miserunt. Prius Antiochum, dein Ptolemæum adire iulsi, & nuntiare, ni abiffatur bello, per utrum stetiffet, cum non pro amico nec pro socio habituros effer. His intra triduum simul cum legatis Alexandrinis profectis, legati ex Macedonia quinquatribus ultimis adeo expectati uenerunt, uti nisi uesper effer extemplo senatum uocaturi consules fuerint. Postero die senatus fuit, legatiq; auditi sunt. Ii nuntiāt, maiore periculo quàm cōsumento exercitum per inuios saltus in Macedoniam inductum. Pieriam, quō processiffet, regem tenere: castra castris propè ita collata effer, ut flumine Enipeo interiecto arceantur: neq; regem pugnandi potestatem facere, nec nostris uim ad cogendum effer: hyemem etiam asperam rebus gerendis interuenisse, in otio militem ali, nec plus quàm VI frumentum habere. Macedonum dici XXX milia armatorum effer. Si Ap. Claudio circa Lyncidum satis ualidus exercitus foret, potuiffet ancipiti bello distingere regem: nunc & Appium & quod cum eo præsidij sit, in summo periculo effer: nisi propere aut iustus exercitus eō mittatur, aut illi inde deducantur. Ad classem se ex castris profectos, sociorum naualium partem morbo audiffe absumptam, partem, maxime qui ex Sicilia fuerint, domos suas abiffe, & homines nauibus deesse: qui sint, neq; stipendiū accepiffe, neq; uestimenta habere. Eumenen classemq; eius, tanquam uento allatas naues, sine causa & ueniffe, & abiffe: nec animum eius regis constare satis uisum. Sicut omnia de Eumene dubia, Attali egregie constantem fidem nuntiabant. Legatis auditis tunc de bello referre sese L. Æmilius dixit. Senatus decreuit ut in octo legiōes parē numerum tribunorum consules & populus crearet: creari autem neminem eo anno placere, nisi qui honorem gessiffet. Tum ex omnibus Tr. mil. uti L. Æmilius in duas legiones in Macedoniam quos eorum uelit eligat: & ut solenni Latinarum profecto, L. Æmilius cos. Cn. Octauius Pr. cui classis obtigiffet, in prouinciam profiscantur. Additus est his tertius L. Anicius Pr. cuius inter peregrinos iurisdicctio erat. Eum in prouinciam Illyricum circa Lyncidum Ap. Claudio succedere placuit. Delectus cura C. Licinio consuli imposita: is VI milia ciuiū Romanorum & equites CC scribere iulsi: & socijs nominis Latini septem milia peditū imperare, CCC equites: & Cn. Seruilio Galliam obtinenti prouinciam literas mittere, ut DC equites conscriberet. Hunc exercitum ad collegam primo quoq; tempore mittere in Macedoniam iulsi, ne que

que in ea prouincia plus quàm duas legiones esse. eas repleri, ut sena milia peditum, trecenos haberent equites. cæteros equites peditescq; in præsidijis disponi. Qui eorum idonei ad militandum non essent, dimitti. x præterea milia peditum imperata socijs, & d c c equites. Id præsidij additum Anicio præter duas legiones, quas portare in Macedoniam est iussus, quinna milia peditum & ducenos habentes, trecenos equites. & in classem v milia naualium socium sunt scripta. Licinius consul duabus legionibus obtinere prouinciam iussus: cò addere sociorum x milia peditum, & d c equites. s c perfectis L. Æmilius c o s. è curia in concionem processit orationemq; talem habuit. Animaduertisse uideor Quirites, maiorem mihi sortito Macedoniam prouinciam gratulationem factam, quàm cum aut consul essem consalutatus, aut quo die magistratum inissem: neq; id ob aliam causam, quàm quia bello in Macedonia, quod diu trahitur, existimastis dignum maiestate p r exitu per me imponi posse. deos quoque huic fauisse sorti spero, eosdemq; in rebus gerendis affuturos esse. Hæc partim opinari, partim sperare possum. Illud affirmare pro certo habeo audeoq; , me omni ope adnissurum esse, ne frustra uos hanc spem de me conceperitis. Quæ ad bellum opus sunt, & senatus decreuit, & (quoniam extemplo proficisci placet, neq; ego in mora sum) C. Licinius collega, uir egregius, æque enixe parabit ac si ipse id bellum gesturus esset. Vos quæ scripsero senatui aut uobis, credite: rumores credulitate uestra ne alatis, quorum autor nemo extabit. Nam nunc quidem quod uulgo fieri hoc præcipue bello animaduerti, nemo tam famæ contemptor est, cuius non debilitari animus possit. In omnibus circulis, atq; etiam (si dijs placet) in conuiuijs sunt qui exercitum in Macedoniam ducant: ubi castra locanda sint sciant, quæ loca præsidij occupanda, quando aut quo saltu intranda Macedonia: ubi horrea ponenda, quæ terra mari subuehantur commeatis: quando cum hoste manus conferenda, quando quiescendum sit. Nec quid melius faciendum sit modo statuunt, sed quidquid aliter quàm ipsi consuecere factum est, consulem ueluti dicta die accusant. Hæc magna impedimeta res gerentibus sunt. Neq; enim omnes tam firmi & constantis animi contra aduersum rumorem esse possent, quàm Fabius fuit: qui suum imperium minui per uanitatem populi maluit, quàm secunda fama male rem gerere. Non sum is qui non existimem admonendos duces esse: imò eum, qui de sua unius sententia omnia gerat, superbum iudico magis quàm sapientem. Quid ergo est? Primum à prudentibus, & proprie rei militaris peritis, & usu doctis monendi imperatores sunt: deinde ab his qui interfunt gerendis loco, qui hostem qui temporum opportunitatem uidet, qui in eodem uelut nauigio participes sunt periculi. Itaq; si quis est qui quod è Rep. sit suadere se mihi in eo bello quod gesturus sum confidat, ne deneget operam Reip. & in Macedoniam mecum ueniat: naue, equo, tabernaculo, uatico etiam à me iuuabitur. Si quem id facere piget, ocium urbanum militiæ laboribus præoptat, è terra ne gubernauerit. Sermonu satis ipsa præbet urbs: locuacitatem suam contineat: nos castrensibus consilijs contentos futuros esse sciat. Ab hac concione, Latinis quæ pridie Calend. April. fuerunt, in monte sacrificio rite perpetrato, protinus inde & c o s. & Pr. Cn. Octauius in Macedoniam profecti sunt. Traditum est memoriæ, maiore quàm solita frequentia prosequentium consulem celebratum: ac propè certa spe ominatos esse homines, finem esse Macedonico bello, maturumq; reditum cum egregio triumpho consulis fore. Dum hæc in Italia geruntur, Perseus quod iam inchoatum perficere, quia impensa pecuniæ facienda erat, non inducebat in animum, ut Gentium Illyrioru regem sibi adiungeret: hoc postquam intrasse saltum Romanos, & adesse discrimen ultimum belli animaduertit, non ultra differendum ratus: cum per Hippiam legatum c c c argenti talenta pactus esset, ita ut obsides ultro citroq; darentur, Pantaucum misit ex fidelissimis amicis ad ea perficienda. Medcone Labeatidis terræ Pantaucus regi Illyrio occurrit: ibi & iusiurandum ab rege, & obsides accepit. Missus & à Gentio est legatus nomine Olympio, qui iusiurandum à Perseo obsidesq; exigeret. Cum eodem ad pecuniam accipiendam missi sunt: & autore Pantauco, qui Rhodum legari cum Macedonibus irent Parmenio & Morcus destinatur. Quibus ita mandatum, uti iureiurando obsidibusq; & pecunia accepta, tum demum Rhodum proficiscerentur. Duorum simul regum nomine incitari Rhodios ad bellum Romanum posse. Adiunctam

ciuitatem

ciuitatem penes quam unam tum rei naualis gloria esset, nec terra, nec mari spem relicturam Romanis. Venientibus Illyrijs, Perseus ab Enipeo amni ex castris cum omni equitatu profectus, ad Diem occurrit. Ibi ea quæ conuenerunt circumfuso agmine equitū facta, quos adesse fœderi sancitæ cum Gentio societatis uolebat rex, aliquantū eam rem ratus animorū ijs adiecturam. & obsides in conspectu omnium dati acceptiq;: & Pellam ad thesauros regio missis qui pecuniam acciperent, qui Rhodū irent cum Illyrijs legatis Thessalonicæ conscendere iussu. Ibi Metrodorus erat, qui nuper ab Rhodo uenerat: autoribusq; Dione & Polyarato principibus ciuitatis eius, affirmabat Rhodios paratos ad bellum esse. Is princeps iunctæ cum Illyrijs legationis datus est. Eodem tempore ad Eumenen, & ad Antiochum cōmunia mandata, quæ subijcere cōditio rerum poterat. Natura inimica inter se esse liberam ciuitatem & regem. Singulos p̄ r̄ aggredi, & quod indignius sit, regum uiribus reges oppugnare. Attalo adiutore patrem suū oppressum: Eumene adiuuante, & quadam ex parte etiam Philippo patre suo, Antiochum oppugnatum: in se nunc & Eumenen & Prusian armatos esse. Si Macedoniæ regnum sublatum foret, proximam Asiam esse: quam iam ex parte sub specie liberandarū ciuitatum suam fecerint: deinde Syriā. Iam Prusiam Eumeni honore præferri, iam Antiochum uictorem præmio belli ab Ægypto arceri. Hæc cogitantē prouidere iubebat, ut aut ad pacem secum faciendam compelleret Romanos, aut perseuerantes in bello iniusto cōmunes duceret omnium regum hostes. Ad Antiochū aperta mandata erant, ad Eumenen per speciem captiuorum redimendorū missus legatus erat: uerum occultiora quædam agebantur, quæ in præsentia inuisum quidem & suspectum Romanis Eumenen falsis grauioribus. Proditor enim ac propè hostis habitus, dum inter se duo reges captantes fraude & avaritia certant. Cydas erat Cretensis ex intimis Eumenis: hic prius ad Amphipolim cum Chimato quodā populari suo militante apud Persea, inde postea ad Demetriadem semel cum Menecrate quodam, iterum cum Antiocho regijs ducibus sub ipsis mœnibus urbis collocutus fuerat. Eropon quoq; qui tum missus est, duabus ad eundem Eumenen iam ante legationibus functus erat. Quæ colloquia occulta & legationes infames quidem erant, sed quid actum esset, quid uē inter reges conuenisset, ignorabatur. Res autem ita se habuit. Eumenes neq; fauit uictoriæ Persei, neq; bello eum inuadere animo habuit: non tam quia paternæ inter eos inimicitia erant, quàm ipsorum odijs inter se accensæ. Non ea regum æmulatio, ut æquo animo, Persea tãtas adipisci opes, tantamq; gloriã quanta Romanis uictis cum manebat, Eumenes uisurus fuerit. Cernebat & Persea iam inde ab initio belli omni modo spem pacis tentasse, & indies magis quo propior ad moueretur terror nihil neq; agere aliud neq; cogitare. Romanos quoq; quia traheretur diutius spe ipsorum bellum, & ipsos duces & senatum non abhorreere à finiendo tam incōmodo ac difficili bello. Hac utriusq; partis uoluntate explorata, quod fieri etiam sua sponte tēdio ualidioris metu infirmioris credebat posse, in eo suam operam uenditare concilianda gratia magis cupijt. Nam modo ne iuuaret bello Romanos terra mariq;, modo pacis patrãdæ cum Romanis pacifcebatur mercedem: ne bello interesset m̄ & d. in utroq; non fidem modo se, sed obsides quoq; dare paratū esse ostendebat. Perseus ad rem inchoandam promptissimus erat cogente metu, & de obsidibus accipiēdis sine dilatione agebat, cōueneratq; ut accepti Cretam mitterētur. ubi ad pecuniæ mentionem uentum erat, ibi hæsitabat: & utiq; alteram in tantis nominis regibus turpem ac sordidã, & danti & magis accipienti mercedem esse. Malebat in spem Romanæ pacis non reculare impensam: sed eam pecuniam perfecta re daturū, interea Samo thracæ in templo depositurū. Ea insula cum ipsius ditionis esset, uidere Eumenes nihil interesse an Pellæ pecunia esset: id agere ut partem aliquam præsentem ferret. Ita nequiquã inter se captati nihil præter infamiã mouere. Nec hæc tantum Perseo per avaritiã est dimissa res, cum pecuniam tutam & pacem habere per Eumenen, quæ uel parte regni redimenda esset: ac receptus protrahere inimicum mercede onustum, & hostes merito ei Romanos posset facere. Sed etiam Gentij regis parata societas, & tum Gallorum effusorum per Illyricū ingens oblatum avaritia dimissum est. Veniebant x milia equitū par numerus peditum, & ipsorum iungentium cursum equis, & in uicem prolapsorū equitum uacuos capientium ad pugnam equos. Hi

F facti

pacti erant, eques denos praesentes aurcos, pedes quinos, mille dux eorum. Venientibus his Perseus ab Enipeo ex castris profectus obviam cum dimidia copiarum parte, denuntiare per uicos urbesque quae uiae propinqua sunt coepit, ut commeatus expedirent, frumenti uini pecorum ut copia esset. Ipse equos phalerasque & sagula donum principibus ferre, & parum auri quod inter paucos diuideret, multitudinem credens trahi spe posse. Ad Almanam urbem peruenit, & in ripa fluminis Axij posuit castra: circa Desudabam in macedica exercitus Gallorum confederat mercedem pactam operiens. Eo mittit Antigonum ex purpuratis unum, qui iuberet multitudinem Gallorum ad Bylazora (Paeoniae is locus est) castra mouere, principes ad se uenire frequentes. LXV milia ab Axio fluminis & castris regis aberant. Haec mandata ad eos cum pertulisset Antigonus, adiecissetque per uiam quanta omnium praeparata cura regis copia multitudini foret, quibusque muneribus principes aduenientes uestis argenti equorumque excepturus rex esset: de his quidem se coram cognituros respondent. Illud quod praesens pepigissent interrogant, ecquid aurum, quod in singulos pedites equitesque diuidendum esset, secum adduxisset. Cum ad id nihil responderetur, Clondicus regulus eorum, Abi, renuntia ergo, inquit, regi: nisi aurum obsidesque accepissent, nusquam inde Gallos longius uestigium moturos. Haec relata regi cum essent aduocato consilio, cum quid omnes suaseri essent appareret: ipse, pecuniam quam regni melior custos, institit de perfidia & feritate Gallorum discere. Multorum iam ante cladibus expertum, periculosum esse tantam multitudinem in Macedoniam accipere, ne grauius eos socios habeant quam hostes Romanos. Quinque milia equitum sat esse, quibus & uti ad bellum possent, & quorum multitudinem ipsi non timeant. Apparebat in omnibus mercedem multitudinis timere, nec quidquam aliud: sed cum suadere consulenti nemo auderet, remittitur Antigonus qui nuntiaret, quinque milium equitum opera tantum uti regem, contemnere multitudinem aliam. Quod ubi audiuerunt barbari, caeterorum quidem fremitus fuit indignantium se frustra excitos sedibus suis: Clondicus rursus interrogat, ecquid ipsis quinque milibus quod conuenisset numeraret. Cum aduersus id quoque misceri ambages cerneret, inuiolato fallaci nuntio (quod uix sperauerat ipse posse contingere) retro ad Histrum perpopulati Thraciam qua uicina erat uiae redierunt. Quae manus quieto sedente rege ad Enipeum, aduersus Romanos Perseus saltum in Thessalia traducta, non agros tantum nudare populando potuit, ne quos inde Romani commeatus expectarent, sed ipsas excindere urbes, tenente ad Enipeum Perseo Romanos, ne urbibus socijs opitulari possent. Iphis quoque Romanis de se cogitandum fuisse: quando neque manere amissa Thessalia unde exercitus alebatur potuissent, neque progredi, cum ex aduerso castra Macedonum, qui ea perpenderant spe, haud mediocriter debilitauit. Eadem avaritia Gentium regem sibi alienauit. Nam cum CCC talenta Pellae missis a Gentio numerasset, signare eos pecuniam passus est. Inde X talenta ad Pantaucum missa, eaque praesentia dari regi iussit: reliquam pecuniam signatam Illyriorum signo portantibus suis praecipit paruis itineribus ueherent: dein cum ad finem Macedoniae uentum esset, subsisteret ibi ac nuntios ab se operirentur. Gentius exigua parte pecuniae accepta, cum assidue Pantauco ad laceffendos hostili facto Romanos stimularetur, M. Perpennam & L. Petiliu legatos, qui tum forte ad eum uenerant, in custodiam coniecit. Hoc audito Perseus, contraxisse eum necessitates ratus ad bellum utique cum Romanis, ad reuocandum qui pecuniam portabat misit: uelut nihil aliud agens, quam ut quanta maxima posset praeda ex uicto Romanis reseruaretur. Et ab Eumene Eropontis ignotis quae occulte acta erant, redit. De captiuis actum esse & ipsi euulgauerant, & Eumenes consulem uitandae suspicionis causa certiore fecit. Perseus post reditum ab Eumene Eropontis spe deiectus, Antenorē & Callippum praefectos classis cum XL lembis (adiectae ad hunc numerum quinque pristae erant) Tenedum mittit, ut inde sparsae per Cycladas insulas naues, Macedoniae cum frumento petentes, rutarent. Cassandreae deductae naues, in portus primum qui sub Atho monte sunt, inde Tenedum placido mari cum traiecissent: stantes in portu Rhodias apertas naues Eudamumque praefectum earum, inuiolatas atque etiam benigne appellatos dimiserunt. Cognito deinde in latere altero quinquaginta onerarias suarum, stantibus in ostio portus Eumeneis rostratis quibus Damius praerat, inclusas esse: circumuectus propere ac summotis terrore hostium

hostium nauibus, onerarias datis qui profecerentur x lembis in Macedoniam mittit: ita ut in totum profecuti redirent Tenedum. Nono post die ad classem iam ad Sigium stantem redierunt. Inde Subota (insula est interiecta Eleæ & Atho) trañciunt. Forte postero die quàm Subota classis tenuit, quinque & xxx naues quas hippagogus uocant, ab Elea profecta cum equitibus Gallis equisque, Phanas promontoriũ Chiorum petebant, unde transmittere in Macedoniam possent: Attalo ab Eumene mittebantur. Has naues per altum ferri cum ex specula signum datum Antenori esset, profectus à Subotis, inter Erythrarũ promontoriũ Chiumque quã artissimum fretum est, ijs occurrit. Nihil minus credere præfecti Eumenis, quàm Macedonum classem in illo uagari mari: nunc Romanos esse, nunc Attalum aut remissos aliquos ab Attalo ex castris Romanis Pergamum petere. Sed cum iam appropinquantium forma lemborum haud dubia esset, & concitatio remorum directaque in se prorã, hosteis appropinquare apparuisset: tũc iniecta trepidatio est, cum resistendi spes nulla esset, in habilique nauium genere, & Gallis uix quiete ferentibus in mari. Pars eorum qui propiores cõtinenti littori erant, in Erythream enarunt: pars uelis datis ad Chium naues eiecere, relictisque equis effusa fuga urbem petebant. Sed propius urbem lembi accessuque commodiore cum exposuissent armatos, partim in uia fugientes Gallos adepti Macedones ceciderunt: partim ante portam exclusos clauseram enim Chij portam, ignari qui sugerent aut sequerentur. DCCC ferme Gallorũ occisi, CC uiui capti: equi pars in mari fractis nauibus absumpti, partim neruos succiderunt in litore Macedones. XX eximia equos formæ cum captiuis, eosdem x lembos, quos ante miserat, Antenor deuehere Theffalonicam iussit, & primo quoque tempore ad classem reuertit: Phanis se eos expectaturum. Triduum ferme classis ad urbem stetit. Phanas inde progressi sunt, & spe celerius reuersis x lembis euecti Aegeo mari Delum traiecerunt. Dum hæc geruntur, legati Romani C. Popilius & C. Decimius, & C. Hostilius à Chalcide profecti tribus quinqueremibus Delum cum uenissent, lembos ibi Macedonum XL, & V regis Eumenis quinqueremibus inuenerunt. Sanctitas templi insulaque inuiolatos præstabat omnes. Itaque permixti Romanique & Macedones, & Eumenis nauales socij, in templo: inducias religione loci præbente, uersabantur. Antenor Persei præfectus, cum aliquas alto præferri onerarias naues ex speculis significatũ foret: parte lemborum ipse insequens, parte per Cyclades disposita, præter quàm si quæ Macedoniã peterent, omnes aut supprimebat, aut spoliabat naues: quibus potest Popilius aut Eumenis naues, succurrebat: sed uecti nocte binis aut ternis plerumque lembis Macedones fallebant. Per id ferè tempus legati Macedones Illyrijque simul Rhodum uenerunt: quibus auctoritatem addidit, non lemborum modo aduentus passim per Cycladas atque Aegeum uagantium mare, sed etiam coniunctio ipsa regum Persei Gentijque, & fama cum magno numero peditum equitumque uenientium Gallorum. Et iam cum accessissent animi Dionis ac Polyarato qui Persei partium erant, non benigne modo responsum regibus est, sed palam pronuntiatum bello finem se auctoritate sua imposituros esse: itaque ipsi quoque reges equos adhiberent animos ad pacem accipiendã. Iam ueris principium erat, nouique duces in prouinciã uenerant: COS. Aemilius in Macedoniam, Octavius Oreum ad classem, Anicius in Illyricum, cui bellandum aduersus Gætium. Patre Pleurato rege Illyriorum, & matre Eurydica genitus, fratres duos Platorem utroque parente, Carauantium matre eadem natum habuit. Hoc propter ignobilitatem paternam minus suspecto, Platorem occidit: & duos amicos eius, Etritiũ & Epicadum, impigros uiros: quo tutius regnaret. Fama fuit Honuni Dardanorum principis filiam Ecuram pacto fratri cum inuidisse, tanquam his nuptijs adiungenti sibi Dardanorũ gentem: & similis id uero fecit ducta ea uirgo. Platore interfecto grauis deinde decepto fratris metu popularibus esse coepit: & uiolentiam insitam ingenio intemperantia ulni accendebat. Cæterum, sicut ante dictum est, ad Romanum incitatus bellum, Lissum omneis copias contraxit. XV M armatorum fuerunt. Inde fratre in Cauiorum gentem uel aut terrore subigendam cum mille peditibus & quinquaginta equitibus misso, ipse ad Bassaniam urbem quinque milia ab Lisso ducit. Socij erant Romanorum: itaque per missos nuntios prius tentati, obsidionem pati quàm dedere sese maluerunt. Carauantium in Cauijs Durnium oppidum aduenientem be-

nigne accepit: Carauantis altera urbs exclusit: & cum agros eorum effuse uastaret, aliquot parati milites agrorum concursu interfecti sunt. Iam & Ap. Claudius, adsumptis ad eum exercitum quem habebat Bullianorum & Apolloniatium & Dyrracinorum auxilijs, profectus ex hibernis circa Genusuum amnem castra habebat: audito foedere inter Persea & Gentium, & legatorum uiolatorum iniuria accensus, bellum haud dubie aduersus eum gesturus. Anicius Pr. eo tempore Apolloniæ auditis quæ in Illyrico gererentur, præmissisq; ad Appium litteris, ut se ad Genusuum opperiretur, triduo & ipse in castra uenit: & ad ea quæ habebat auxilia, Partinorum iuuentutis duobus milibus peditum & equitibus cc, peditibus Epicadus equitibus Agalsus præerat. Parabat ducere in Illyricum, maxime ut Bassanitas solueret obsidione: tenuit impetum eius fama lemborum uastantium maritimam oram. LXXX crant lembi, autore Pantaucum missi à Gentio ad Dyrracinorum & Apolloniatium agros populandos. Tum classis ad

to eo tradiderunt se: deinceps & urbes regionis eius idem faciebant, adiuuante inclinationem animorum clementia in omnes & iustitia prætoris Romani. Ad Scodram inde uentum est, id quod belli caput fuerat: non eo solum quod Gentius eam sibi ceperat uelut regni totius arcem, sed etiam quod Labeatium gentis munitissima longe est & difficilis aditu. Duo cingunt eam flumina, Clausala latere urbis quod in orientem patet præfluens, Barbana ab regione occidentis ex Labeatide palude oriens. Hi duo amnes confluentes incidunt Oriundi flumini, quod ortum ex monte Scodro, multis & alijs auctum aquis mari Hadriatico infertur. Mons Scodrus longe altissimus regionis eius, ab oriente Dardaniam subiectam habet, à meridie Macedoniam, ab occasu Illyricum. Quanquam munitum situ naturali oppidum erat, gensq; id tota Illyriorum & rex ipse tuebatur: tamen prætor Romanus, quia prima successerat prospere, fortunam totius rei principia secururam esse ratus, & repentinum ualiturum terrorem, instructo exercitu ad mœnia succedit. Quod si clausis portis muros portarumq; turreis dispositis armatis defendissent, uano cum incepto mœnibus pepulissent Romanos. Nunc porta egressi prælium loco æquo maiore animo commiserunt quam sustinuerunt. Pulsi enim & fuga conglobati, cum cc amplius in ipsis faucibus portæ cecidissent, tantum intulerunt terrorem, ut oratores extemplo ad prætorem mitteret Gentius Teuticum & Bellum principes gentis, per quos inducias peteret, ut deliberare de statu rerum suarum posset. Triduo in hoc dato, cum castra Romana quingentos ferme passus ab urbe abessent, nauem conscendit & flumine Barbaño nauigat in lacum Labeatum, uelut secretum locum petens ad consultandum: sed, ut apparuit, falsa spe excitus, Carauantium fratrem multis milibus armatorum actis ex ea regione in quam missus erat ad uentare, qui postquam euanuit rumor, tertio post die nauem eadem secundo amni Scodram demisit: præmissisq; nuntijs ut sibi appellandi prætoris potestas fieret, copia facta in castra uenit. Et principium orationis ab accusatione stultitiæ orsus suæ, postremo ad preces lacrimasq; effusus, genibus prætoris accidens in potestatem sese dedit. Primo bonum animum habete iussus, ad cœnam etiam inuitatus, in urbem ad suos redijt, & cum prætore eo die honorifice est epulatus: deinde in custodiam C. Cassio Tr. militum traditus, uix gladiatorio accepto talentis ab rege rex ut in eam fortunam recideret. Anicius Scodra recepta nihil prius quam requisitos Petilium Perpennamq; legatos ad se duci iussit: quibus splendore suo restituto, Perpennam extemplo mittit ad comprehendendos amicos cognatosq; regis. qui Medeonem Labeatium gentis urbem profectus Erleuam uxorem cum filijs duobus Scerdilio Pleuratoq; & Carauantium fratrem Scodram in castra adduxit. Anicius bello Illyrico intra xxx dies profecto, nuntium uictoriæ Perpennam Romam misit: & post dies paucos Gentium regem ipsum cum parente coniuge ac liberis ac fratre alijsq; principibus Illyriorum. Hoc unum bellum prius perpetratum quam coeptum Romæ auditum est. Quibus diebus hæc agebantur, Perseus quoque in magno terrore erat, propter aduentum simul Aemilij noui consulis, quem cum ingentibus minis aduentare audiebat, simul Octauij Pr. Nec minus terroris à classe Romana & periculo maritimæ oræ habebat. Thessalonice Eumenes & Athenagoras præerat cum paruo præsidio MM cetratorum. Eo & Androclen præfectum mittit, iussum sub ipsis naualibus castra habere

habere. Aeniam & equites cum Antigono misit ad tutandam maritimam oram, ut quocumque litore applicuissent naues hostium audissent, extemplo ferrent agrestibus opem. v. m. Macedonum missa ad praesidium Pythoi & Petrae, quibus praepositi erant Histaeus & Theogenes & Midon. His profectis ripam munire Enipei fluminis aggressus est, quia sicco alueo transiri poterat. Huic ut omnis multitudo uacaret, foeminae ex propinquis urbibus coactae cibaria in castra afferebant: miles iussus ex propinquis syluis

postremo sequi se utrarum ad mare, quod minus ccc passus aberat, iussit, & in litore alios alibi modicis interuallis fodere. montes ingentis altitudinis spem faciebant, eo magis quia nullos apertos euergerent riuos, occultos continere latices, quorum uenae in mare permanentes undae misceretur. Vix deducta summa harena erat, cum scaturigines turbidae primo & tenues emicare, dein liquidam multamque fundere aquam uelut deum dono ceperunt. Aliquantum ea quoque res duci famae & autoritatis apud milites adiecit. Iussis deinde militibus expedire arma, ipse cum tribunis primisque ordinibus uadit ad contemplandos transitus, quae descensus facilis armatis, quae in ulteriorem ripam minime iniquus ascensus esset. His satis exploratis, illa quoque primum ut ordine ac sine tumultu omnia in agmine ad nutum imperiumque ducis fierent prouidit. Vbi omnibus simul pronuntiaretur quod fieret, neque omnes exaudirent, incerto imperio accepto alios ab se adiecentes, plus eo quod imperatum sit, alios minus facere: clamores deinde dissonos oriri omnibus locis, & prius hostes quam ipsos quid paretur scire. Placere igitur, Trium militum primo pilo legionis secretum edere imperium: illum & dein singulos proximo cuique in ordine centurioni dicere quid opus facto sit: siue a primis signis ad nouissimum agmen, siue ab extremis ad primos perferendum imperium sit. Vigiles etiam nouo more scutum in uigiliam ferre uetuit: non enim in pugnam uigilem ire ut armis utatur, sed ad uigilandum: ut cum senserit hostium aduentum, recipiat se excitetque ad arma alios. Scuto praese erecto stare galeatos: deinde ubi fessi sint innixos pilo, capite super marginem scuti posito sopitos stare: ut fulgentibus armis procul conspici ab hoste possit, ipse nihil prouideat. Stationum quoque morem mutauit. armati omnes, & frenatis equis equites, diem totum perstabant. id cum aestiuis diebus urente assiduo sole fieret, tot horarum aestu & languore ipsos equosque fessos, integri saepe adorti hostes uel pauci plures uexabant. Itaque ex matutina statione ad meridiem decedi, & in postmeridianam succedere alios iussit: ita nunquam fatigatos recens hostis aggredi poterat. Haec cum ita fieri placere concione aduocata pronuntiaisset, adiecit urbanae concioni conuenientem orationem. Vnum imperatorem in exercitu prouidere & consulere quid agendum sit debere, nunc per se, nunc cum ijs quos aduocauerit in consilium: qui non sint aduocati eos nec palam nec secreto iactare consilia sua. Militem haec tria curare debere: corpus ut quam ualidissimum & perniciosissimum habeat, arma apta, cibum paratum ad subita imperia: caetera scire de se deus immortalibus & imperatori suo curae esse. In quo exercitu milites consul & imperator rumoribus uulgi circumagatur, ibi nihil salutare esse. Se, quod sit officium imperatoris prouisurum, ut bene gerendae rei occasionem eis praebet: illos nihil quod futurum sit quaerere, ubi datum signum sit, tum militarem operam nauare. Ab his praecipis concionem dimisit, uulgo etiam ueteranis fatentibus, se illo primum die tanquam tirones quid agendum esset in re militari didicisse. Non sermonibus tantum his, cum quanto assensu audissent uerba consulis, ostenderunt: sed rerum praesens effectus erat. Neminem totis mox castris quietum uideres. ac uerere alij gladios: alij galeas bucculasque, scuta alij loricasque tergere: alij aptare corpori arma, experiri sub his membrorum agilitatem: quater alij pila, alij micare gladijs, mucronemque in tueri: ut facile quis cerneret, ubi primum conferendi manum cum hoste data occasio esset, aut uictoria egregia, aut morte memorabili inituros bellum. Perseus quoque, cum aduentu consulis simul & ueris principio strepere omnia mouerique apud hostes uelut nouo bello cerneret: mota a Phila castra in aduersa ripa posita: nunc ad contemplanda opera sua circumire ducem, haud dubie transitus speculantem:

F ; horum

norum esse. Quæ res Romanis auxit animos, Macedonibus regibus eorum haud mediocrem attulit terrorem. Et primo suppressere in occulto famam eius rei est conatus, missis qui Pantau cum inde uenientem appropinquare castris uertarent: sed iam & pueri quidam uisi ab suis erant inter obsides Illyrios ducti, & quo quæque accuratius curatur, eo facilius loquacitate regionum ministrorum emanant. Sub idem tempus Rhodij legati in castra uenerunt, cum iisdem de pace mandatis, quæ Romæ ingentem iram patrum excitauerunt. Multo iniquioribus animis à castris si consilio auditi sunt. Itaque cum alij præcipites sine responso agendos castris, pronuntiauit post diem quintumdecimum se responsum daturum. Interim ut appareret quantum pacificantium Rhodiorum autoritas ualisset, consultare de ratione belli gerendi cœpit. Placebat quibusdam & maxime maioribus natu, per Enipei ripam munitionesque uim facere: cõfertis & uim facientibus resistere Macedonas non posse, ex tot castellis aliquanto altioribus ac munitionibus, quæ ualidis præsijs infedissent, priore anno deiectos. alijs placebat Octauium cum classe Thessalonicam petere, & populatione maritimæ oræ distringere copias regias: ut altero ab tergo se ostendente bello, circumactus ad interiorē partem regni tuendam, nudare aliqua parte transitus Enipei cogeretur. Ipsi natura & operibus inexuperabilis ripa uidebatur: & præterquam quod tormenta ubique disposita essent, missilibus etiam melius & certiore ictu hosteis uti audierat. Aliò spectabat mens tota ducis: dimissoque consilio Perræbos mercatores Schœnum & Menophilum, notæ & fidei iam sibi & prudentiæ homines, accersitos secreto percunctatur, quales ad Perræbiam transitus sint. Cum loca non iniqua esse dicerent, præsijs autem regis obsideri: spem cepit, si nocte improviso ualida manu aggressus nec opinanteis esset, deijci præsidia posse. Iacula enim & sagittas & cætera missilia in tenebris, ubi quid petatur procul prouideri nequeat, inutilia esse: gladio cominus geri rem in permixta turba, quo miles Romanus uincat. His ducibus usus, prætorem Octauium accersitum, exposito quid pararet, Heraciam cum classe petere iubet, & mille hominibus decem dierum cocta cibaria habere. Ipse P. Scipionem Nasicam, Q. Fabium Maximum filium suum cum quinque delectis milibus Heracleam mittit, uelut classem conscensuros ad maritimam oram interioris Macedoniae, quod in consilio agitatum erat, uastandam. Secreto indicatum cibaria his præparata ad classem esse, ne quid eos moraretur. Inde iussi duces itineris ita diuidere uiam, ut quarta uigilia tertio die Pythoum adoriri possent. Ipse postero die, ut distineret regem ab circumspectu rerum aliarum, prima luce medio in aluco cum stationibus hostium prælium commisit: pugnatumque utrinque est leui armatura, nec grauioribus armis in tam inæquali aluco pugnari poterat. Descensus ripæ utriusque in alucum trecentorum ferme passuum erat: medium spatium torrentis alibi aliter cauati paulo plus quam mille passus patebat. Ibi in medio, spectantibus utrinque ex uallo castrorum hinc rege, hinc consule cum suis legionibus, pugnatum est. Missilibus procul regia auxilia melius pugnabant, cominus stabilior & tutior aut parma, aut scuto Ligustino Romanus erat. Meridie ferè receptui cani suis consul iussit: ita eo die diremptum prælium est, haud paucis utrinque interfectis. Sole orto postero die, iritatis certamine animis etiam acrius concursum est: sed Romani, non ab his tantum cum quibus contractum certamen erat, sed multo magis ab ea multitudine, quæ disposita in turribus stabat, omni genere missilium telorum ac laxis maxime uulnerabantur. Vbi propius ripam hostium subsissent, tormentis missa etiam ad ultimos perueniebant. Multo pluribus eo die amissis, consul paulo serius recepit suos. Tertio die prælio abstinuit, digressus ad imam partem castrorum, ueluti per deuxum in mare brachium transitum tentaturus. Perseus quod in oculis erat

*

*

anni post circumactum solstitium erat, hora diei iam ad meridiem uergebat, iter multo puluere & incalescente sole factum erat. lassitudo & sitis iam sentiebatur, & meridie instante magis accessurum utrunque apparebat. Statuit sic affectos recenti atque integro hosti non obijcere. Sed tantus ardor in animis ad dimicandum utrinque erat, ut consuli non minore arte ad suos eludendos quam ad hosteis opus esset. Nondum omnibus instructis, instabat tribunis militum ut maturarent instruere, circumibat ipse ordines, animos militum hortando in pugnam

gnam accendebat. Ibi primo alacres signum poscebant: deinde quantum increfceret æstus, & uultus minus uigentes & uoces segniores erant, & quidam incumbentes scutis nixiq; pilis stabant. Tum iam aperte primis ordinibus imperat, metarentur frontem castrorum, & impedimenta constituerent. Quod ubi fieri milites sensere, alij gaudere palàm quod fessos uix labore flagrantissimo æstu non coegisset pugnare: legati circa imperatorem ducesq; externe erant, inter quos & Attalus, omnes approbantes, cum pugnaturum consulem credebant. Neque enim ne his cunctationem aperuerat suam. Tunc mutatione consilij subita cum alij silerent, Nasica unus ex omnibus ausus est monere consulem. ne hostem quidem ludificatos priores imperatores. fugiendo certamen manibus emittere. uereri ne nocte abeat sequendus maximo labore ac periculo in intima Macedonia: exercitusq; sicut prioribus ducibus, per calles saltusq; Macedonicorum montium uagando circumagatur. Se magnopere suadere: dum in campo patenti hostem habeat, aggrediatur, nec oblatam occasionem uincendi amittat. Consul nihil offensus libera admonitione tam clari adulescentis: & ego, inquit, animum istum habui Nasica, quem tu nunc habes: & quem ego nunc habeo, tu habebis. Multis bellis casibus didici, quando pugnandum, quando abstinendum pugna sit. Non operæ sit stanti nunc in acie docere, quibus de causis hodie quiescere melius sit: rationes aliàs reposcito, nunc autoritate ueteris imperatoris contentus eris. Conticuit adulescens: haud dubie uidere aliqua impedimenta pugnae consulem, quæ sibi non apparerent. Paulus postquam metata castra impedimenta que collocata animaduertit, ex postrema acie triarios primos subducit, deinde principes, stantibus in prima acie hastatis, si quid hostis moueret: postremo hastatos, ab dextro primum cornu singulorum paulatim signorum milites subtrahens. Ita pedites equitibus cum leui armatura ante aciem hosti oppositis, sine tumultu abducti: nec ante quam prima frons ualli ac fossa perducta est, ex statione equites reuocati sunt. Rex quoque, cum sine detrectatione paratus pugnare eo die fuisset, contentus quod per hostem moram fuisse pugnae scirent, & ipse in castra copias reduxit. Castris permunitis C. Sulpicius Gallus tribunus militum secundæ legionis qui prætor superiore anno fuerat, consulis permissu ad concionem militibus uocatis pronuntiavit: nocte proxima, ne quis id pro portento acciperet, ab hora secunda usque ad quartam horam noctis lunam defecturam esse. Id quia naturali ordine stantis temporibus fiat, & sciri ante & prædici posse. Itaque quemadmodum, quia certi solis lunæq; & ortus & occasus sint, nunc pleno orbe, nunc senescente exiguo cornu fulgere lunam non mirarentur: ita ne obscurari quidem, cum condatur umbra terræ, trahere in prodigium debere. Nocte, quam pridie Nonas Septembris insecuta est dies, edita hora luna cum defecisset, Romanis militibus Galli sapientia propè diuina uideri: Macedonas ut triste prodigium occasum regni perniciemq; gentis portendens mouit: nec aliter uates clamor ululatusq; in castris Macedonum fuit, donec luna in suam lucem emerit. Postero die tantus utriusq; ardor exercitui ad concurrendum fuerat, ut & regem & consulem suorum quidam quod sine prælio discessum esset accusarent. Regi prompta defensio erat, non eo solum quod hostis prior aperte pugna detractans in castra copias reduxisset: sed etiam quod eo loco signa constitisset, quo phalanx, quam inutilem uel mediocrem iniquitas loci efficeret, promoueri nõ posset. Consul ad id quod pridie prætermisisset pugnandi occasionem uidebatur, & locum dedisse hosti si nocte abire uellet, tunc quoque per speciem immolandi terere uidebatur tempus, cum luce prima signum propositum pugnae ad exeundum in aciem fuisset. Tertia demum hora, sacrificio rite perpetrato, ad consilium uocauit: atq; ibi quod rei gerendæ tempus esset, loquendo & intempestiue consultando uidebatur quibusdam extrahere: post sermones tamen consul orationem habuit. P. Nasica egregius adulescens omnibus ex unus quibus hesternæ die pugnari placuit, denudauit mihi suum consilium: idem postea, ita ut transisse in sententiam meam uideri posset, tacuit. Quibusdam alijs absentem carpere imperatorem quam præsentem monere melius uisum est. & tibi P. Nasica & quicumq; idem quod tu occultius senserunt, non grauabor reddere dilatae pugnae rationem. Nam tantum abest ut me hesternæ quietis poeniteat, ut seruatum à me exercitum eo consilio credam. In qua me opinione esse ne quis

sine causa uestrum credat, recognoscat agedū mecum, si uideatur, quàm multa pro hoste & aduersus nos fuerint. Iam omniū primū quātum numero nos præstent, neminem uestrū nec ante ignorasse, & hesternò die implicatam intuentis aciem animaduertisse certū habeo. Ex hac nostra paucitate quarta pars militum præsidio impedimentis relicta erat, nec ignauissimum quemq; relinqui ad custodiam sarcinarum scitis. Sed fuerimus omnes: paruū hoc tandem esse credimus, quod ex his castris in quibus hac nocte mansimus, exituri in aciem hodierno aut summum crastino die, si ita uidebitur, dijs bene iuuātib; sumus. Nihil ne interest, utrum militem, quem neq; uia labor hodie neq; operis fatigauerit, requietum integrum in tentorio suo arma capere iubeas, atq; in acie plenum uirium uigentē & corpore & animo educas: an longo itinere fatigatum, & onere fessum, madentē sudore, ardentibus siti faucibus, ore atq; oculis repletis puluere, torrētē meridiano sole, hosti obijcias recenti, quieto, qui nulla re ante consumptas uires ad prælium adferat? Quis, pro deūm fidem, ita comparatus uel incers atq; imbellis fortissimum uirum non uicerit? Quid quod hostes per summum otium instruxerant aciem, reparaauerant animos, stabant compositi suis quisq; ordinibus: nobis tunc repente trepidandum in acie instruenda erat, & incompositis concurrēdum? At Hercule aciem quidem inconditam inordinatamq; habuissimus: castra munita, prouisam aquationē, tutum ad eam iter, præsidijs impositis, explorata circa omnia: an nihil nostri habentes præter nudum campum in quo pugnaremus? Maiores uestri castra munita, portum ad omneis casus exercitus ducebant esse: unde ad pugna exirent, quò iactati tempestate pugnae receptum haberent. Ideo cum munimentis ea sepissent, præsidio quoq; ualido firmabāt: quod qui castris exutus erat, etiam si pugnando acie uicisset pro uictō haberetur. Castra sunt uictori receptaculum, uictō perfugiū. Quàm multi exercitus, quibus minus prospera pugnae fortuna fuit, intra uallum compulsi, tempore suo, interdum momento post eruptione facta uictorem hostem pepulerunt: Patria altera est militaris hæc sedes, uallumq; pro mœnibus, & tentorium suum cuiq; militi domus ac penates sunt. Sine ulla sede uagi dimicassimus, ut quò uictores nos reciperemus? His difficultatibus & impedimentis pugnae illud opponit: Quid si hostis hac interposita nocte abisset, quantum rursus sequendo eo penitus in ultimam Macedoniam exhauriendum laboris erat? Ego autem neq; mansurū eum, neq; in acie copias educturum fuisse certum habeo, si cedere hinc statuisset. Quanto enim facilius abire suit cum procul abessemus, quàm nūc cum in ceruicibus sumus? Nec falleret nos, nec interdiu, nec nocte abeundo. Quid autē est nobis optatius, quàm ut quorum castra præalta fluminis ripa tuta, uallo insuper septa ac crebris turribus, oppugnare adorti sumus, eos relictis munimentis agmine effuso abeunteis in patētibus campis ab tergo adoriamur? Hæc dilatae pugnae ex hesternò die in hodiernum causæ fuerūt. Pugnare enim & ipsi mihi placet: & ideo quia per Enipeum amnem septa ad hostem uia erat, alio saltu deiectis hostium præsidijs nouum iter aperui: neq; priusquàm debellauero absistam. Post hanc orationem silentium fuit, partim traductis in sententiā eius, partim uerentibus ne quicquam offendere in eo quod utriq; prætermisum reuocari non posset. Ac ne illo ipso quidem die aut consule, aut rege, quod nec fessos ut pridie ex uia neq; trepidāteis in acie instruenda & uix dum compositos aggressurus erat: consule, quod in nouis castris non ligna, non pabulum conuectum erat, ad quæ petenda ex propinquis agris magna pars militum è castris exierat: neutro imperatorum uolente, fortuna quæ plus consilijs humanis pollet, contraxit certamen. Flumen erat haud magnum propius hostium castris, ex quo & Macedones & Romani aquabantur, præsidijs ex utraq; ripa positis, ut id facere tuto possent. Duæ cohortes à parte Romanorum erant Marrucina & Peligna, duæ turmae Samnitium equitum, quibus præerat M. Sergius Sylus legatus: & aliud pro castris statiuum erat præsidium sub C. Cluuiō legato tres cohortes Firmana Vestina Cremonensis, duæ turmae equitum Placentina & Effermina. Cum otium ad flumen esset neutris laceffentibus, hora circiter quarta iumentum è manibus curantium clapsum, in ulteriorem ripam effugit. Quod cum per aquam fermè genustenus altam tres milites sequerentur, Thraces duo id iumentum ex medio alueo in suam ripam trahentes: altero eorum occiso, receptoque eo iumento ad stationem suorum se recipiebant. Octingentorum

gentōrum Thracum præsidium in hostium ripa erat: ex his pauci primo, ægre passi popula-
rem in suo conspectu cæsum ad persequēdos interfectores fluuium transgressi sunt: dein plu-
res, postremo omnes, & cum præsidio

*

*

prælium ducit. Mouebat imperij maiestas, gloria uiri, ante omnia ætas, quod maior L X an-
nis iuuenum munia in parte præcipua laboris periculiq; capeſſebat. Interuallum, quod inter
cetratos & phalanges erat, impleuit legio, atq; aciem hostium interruptit. A tergo cetratis erat,
frontem aduersus clypeatos habebat: aglaſpides appellabantur. Secundam legionem L. Albi
nus conſularis ducere aduersus leucaſpidem phalangem iuſſus: ea media acies hostium fuit.
In dextrum cornu, unde circa fluuium commiſſum prælium erat, elephantes inducti & ala ſo-
ciorum: & hinc primū fuga Macedonū eſt orta. Nam ſicut pleraq; noua cōmenta mortalium
in uerbis uim habent explendo, cum agi non quemadmodū agantur edifferi oportet ſine ullo
effectu euaneſcunt: ita tum elephanti in acie nomen tantū ſine uſu fuerant. Elephantorū impe-
tum ſubſecuti ſunt ſocij nominis Latini, pepuleruntq; læuum cornu. In medio ſecūda legio im-
miſſa diſſipauit phalangē: neq; ulla euidentior cauſa uictoriæ fuit, quàm quod multa paſſim
prælia erant, quæ fluctuantē turbarunt primo, deinde diſſecerunt phalangē: cuius confertę &
intentis horrentis haſtis intolerabiles uires ſunt. Si carptim aggrediendo circumagere immo-
bilem longitudine & grauitate haſtam cogas, confuſa ſtruce implicantur: ſi uero aut ab latere,
aut ab tergo aliquid tumultus increpuit, ruine modo turbantur: ſicut tum aduersus cateruatim
incurrentes Romanos, & interrupta multifariā acie obuiam ire cogebātur: & Romani quacun-
que data interualla eſſent, inſinuabant ordines ſuos. Qui ſi uniuerſa acie in frontem aduersus
inſtructam phalangē concurriffent, quod Pelignis principio pugne incaute congreſſis aduer-
ſus cetratos euenit, induiffent ſe haſtis, nec confertā aciem ſuſtinuiſſent. Cæterū ſicut peditum
paſſim cædes fiebant, niſi qui abiectis armis fugerūt: ſic equitatus propè integer pugna exceſ-
ſit. Princeps fugæ rex ipſe erat: iam à Pydna cum ſacris aliſ equitū Pellam petebat. conſeſtim
Coſtocus ſequebatur, Odryſarūq; equitatus, cæteræ quoq; Macedonū alæ integris abibant
ordinibus: quia interiecta peditum acies, cuius cædes uictores tenebant, immemores fecerat ſe-
quendi equites. Diu phalanx à fronte à lateribus ab tergo cæſa eſt: poſtremo qui ex hoſtium
manibus elapſi erant, inermes ad mare fugiētes, quidam aquam etiam ingreſſi, manus ad eos
qui in claſſe erant tendentes, ſupliciter uitam orabant. & cum ſcaphas concurrere undiq; ab na-
uibus cernerent, ad excipiendos ſeſe uenire rati, ut caperent potius quàm occiderent: longius
in aquam quidam etiam natantes progreſſi ſunt. Sed cum hoſtiliter è ſcaphis cæderentur, re-
tro qui poterant nando repetentes terram, in aliam ſcædiorem peſtem incidebant: Elephanti
enim ab rectoribus ad litus acti exuenteis obterebant elidebantq;. Facile conueniebat Roma-
nis nunquam una acie tantum Macedonum interfectū. Cæſa enim ad xx milia hominum
ſunt: ad ſex M qui Pydnam ex acie perſugerant, uiui in poteſtatem peruenerunt: & uagi è fu-
ga v M hominum capta. Ex uictoribus ceciderunt non plus centum, & eorum multo maior
pars Peligni: uulnerati aliquanto plures ſunt. Quod ſi maturius pugnari cœptum eſſet, ut ſatis
diei uictoribus ad perſequendū ſuperreſſet, deletæ omnes copiæ forent: nunc imminēs nox &
fugientes texit, & Romanis pigritiam ad ſequendum locis ignotis ſecit. Perſeus ad Pieriam ſyl-
uam uia militari frequenti agmine equitum & regio comitatu fugit. Simul in ſyluam uentum
eſt, ubi plures diuerſæ ſemitæ erant, & nox appropinquabat, cum per paucis maxime fidis uia
diuertit. Equites ſine duce relictī aliq; aliā in ciuitates ſuas dilapſi ſunt: per pauci inde Pellam ce-
lerius quàm ipſe Perſeus, quia recta expedita uia ierant, peruenerunt. Rex ad mediam ſermè
noctem terrore & uarijs difficultatibus uia uexatus eſt. In regia Perſeo qui Pellæ præerat Eu-
ctus regiſq; pueri præſto erāt: contra ea amicorū qui aliq; alio caſu ſeruati ex prælio Pellam ue-
nerant, cum ſæpe accerſiti eſſent, nemo ad eum uenit. Tres erant tantū cum eo fugæ comites,
Euander Cretēſis, Neon Boetius, & Archidamus Ætolus. Cum iſs iam metuēs, ne qui uenire
ad ſe abnuerent, maius aliquid mox auderent, quarta uigilia profugit. Secuti cum ſunt ad mo-
dum D Cretēſes: petebat Amphipolim. ſed nocte à Pella exierat, properās ante lucē Axium
amnem

amnem trañcere, cum finem sequendi propter difficultatē transitus fore ratus Romanis. Consul cum se in castra uictor recepisset, ne sincero gaudio frueretur cura de minore filio stimulat. P. Scipio is erat, Africanus & ipse postea deleta Carthagine appellatus, naturalis consul Pauli, adoptione Africani nepos. Is septimum decimum tūc annum agens, quod ipsum curam augebat, dum effuse sequitur hostes in partem aliam turba ablatas erat: & serius cum redisset, tunc demum recepto sospite filio uictoriæ tantæ gaudium consul sensit. Amphipolim cum iam fama pugnae peruenisset, concursusq; matronarum in templum Dianæ quam Tauropolon uocant ad opem exposcendam fieret, Diodorus qui præerat urbi metuens ne Thracas quorum duo milia in præsidio erant urbem in tumultu diriperent, ab subornato ab se per fallaciam in tabellarij speciem, litteras in foro medio accepit. Scriptū in ijs erat, ad Emathiam classem Romanā appulsam esse, agrosq; circa uexari: orare præfectos Emathiæ ut præsidium aduersus populatores mittat. His lectis hortatur Thracas, ut ad tuendā Emathiæ oram proficiscantur: magnam eos cædem prædamq; palatis passim per agros Romanis facturos: simul eleuat famam aduersæ pugnae: quæ si uera foret, alium super alium recentes ex fuga uenturos fuisse. Per hanc causam Thracibus ablegatis, simul transgressos eos Strymonē uidit, portas clausit. Tertio die Perseus quàm pugnatū erat Amphipolim uenit: inde oratores cum caduceo ad Paulum misit. Interim Hippias & Midon & Pantaucus principes amicorū regis Berceam quò ex acie confugerant, ipsi ad consulē profecti Romanis dedunt: hoc idem & aliæ deinceps metu percussæ parabant facere. c o s. nuntijs uictoriæ Q. Fabio filio & L. Lentulo, & Q. Metello cum litteris Romam missis, spolia iacentis hostium exercitus peditibus concessit: equitibus prædam circūiecti agri, dum ne amplius duabus noctibus à castris abessent. Ipse propius mare ad Pydnam castra mouit. Bercea primum, deinde Thessalonica & Pella, & deinceps omnis ferme Macedonia intra biduum dedita. Pydnæ qui proximi erant nondum miserat legatos: multitudo incondita pluriū simul gentium, turbaq; quæ ex acie fuga in unum compulsata erat, consiliū & consensum ciuitatis impediēbat: nec clausæ modo portæ, sed etiam inædificatæ erant. Missi Midon & Pantaucus sub muros ad colloquium Solonis qui præsidio erat: per eum emittitur militaris turba, oppidum deditum militibus datur diripiendū. Perseus una tantum spe Bisaltarum auxiliij tentati, ad quos nequicquam miserat legatos, in concionē processit Philippum secum filium habens, ut & ipsos Amphipolitanos, & equitū peditumq; qui aut semper secuti, aut fuga eodem delati erant, adhortando animos confirmaret. Sed aliquotiens dicere incipientē cum lacrimæ præpedissent, quia ipse dicere nequijt, Euandro Cretensi editis quæ agi cum multitudine uellet, de templo descendit. Multitudo sicut ad cōspectum regis fletumq; tam miserabilem & ipsa ingemuerat lacrimaueratq; ita Euandri orationē aspernabatur: & quidam ausi sunt media ex concione succlamare, Abite hinc, ne qui pauci superfluum propter uos pereamus. Horum ferocia uocem Euandri clausit. Rex in domū se recepit, pecuniaq; & auro argentoq; in lembos qui in Strymone stabāt delatis, & ipse ad flumē descendit. Thracas nauibus se cōmittere non ausi domos dilapsi, & aliæ militaris generis turbæ: Cretenses spem pecuniæ secuti, & quoniā in diuidendo plus offensionum quàm gratiæ erat, tanta rēs posita sunt in ripa diripienda. Ab hac direptione cum per tumultū nauescenderent, lembum unum in ostio amnis multitudine grauatū merserūt. Galipsum eo die, postero Samothracā quam petebāt perueniunt: ad duo milia talentūm peruecta eò dicuntur. Paulus per omnes deditas ciuitates dimissis qui præessent, ne qua iniuria in noua pace uictis fieret: retentisq; apud se caduceatoribus regis, P. Nasicam ignarus fugæ regis Amphipolim misit cum modica peditum equitūque manu, simul ut Sinticen euastaret, & ad omnes conatus regis impedimento esset. Inter hæc Melibœa à Cn. Octauio capitur diripiturq; ad Aeginium, ad quod oppugnandum Cn. Anicius legatus missus erat, c c eruptione ex oppido facta amissi sunt, ignaris Aeginiensibus debellatū esse. c o s. à Pydna profectus cum toto exercitu die altero Pellā peruenit: & cum castra m passus inde posuisset, per aliquot dies ibi statiuā habuit, situm urbis undique aspiciens, quam non sine causa delectam esse regiam aduertit. Sita est in tumulto uergente in occidentem hibernum: cingunt paludes inexuperabilis altitudinis æstate & hyeme

& hyme, quas restagnantes faciunt lacus. In ipsa palude quæ proxima urbi est, uelut insula eminet aggeri operis ingentis imposita: qui & murum sustineat, & humore circumfusæ paludis nihil lædatur. Muro urbis coniuncta procul uidetur: diuisa est intermurali amni, & eadem ponte iuncta: ut nec oppugnante externo aditum ab ulla parte habeat, nec si quem ibi rex includat, ullum nisi per facillimæ custodiæ pontem effugium. Et gaza regia in eo loco erat: sed tum nihil præter ccc talenta, quæ missa Gentio regi deinde retenta fuerant, inuentum est. Per quos dies ad Pellam statua fuerunt, legationes frequentes quæ ad gratulandum conuenerant, maxime ex Thessalia, auditæ sunt. Nuntio deinde accepto Persea Samothracam traiecisse, profectus à Pella cõsul quartis castris Amphipolim peruenit. Effusa omnis obuiam turba cuius indicio erat, non bono ac iusto rege ob ra

DECADIS QVINTAE LIBER QVINTVS



VICTORIAE nuntij Quintus Fabius & Lucius Lentulus, & Quintus Metellus quanta potuit adhiberi festinatio celeriter Romam cum uenissent, præceptam tamen eius rei lætitiã inuenerunt. Quarto post die quàm cum rege est pugnatum, cum in circo ludi fierent, murmur repente populi tota spectacula peruasit, pugnatum in Macedonia & deuictum regem esse: dein fremitus increbuit, postremo clamor plaususque uelut certo nuntio uictoriæ allato est exortus. Mirari magistratus, & quærere autorem repentinæ lætitiæ: qui postquam nullus erat, euauit quidem tanquam certæ rei gaudium, omen tamen lætum insidebat animis. Quod postquam ueris nuntijs Fabij Lentulique & Metelli aduentu firmatum est, cum uictoria ipsa tum augurio animorum suorum lætabantur. Et aliter traditur circensis turbæ nõ minus similis ueri lætitiã. ad x. Calend. Octob. ludorum Romanorum secundo die, C. Licinio consuli ad quadrigas mittendas exscendenti tabellarius, qui se ex Macedonia uenire diceret, laureatas litteras dicitur. quadrigis missis consul currum conscendit: & cum per circum reueheretur ad foros publicos laureatas tabellas populo ostendit. Quibus conspectis repente immemor spectaculi populus in medium decurrit: eò senatum consul uocauit, recitatisque tabellis, ex autoritate patrum pro foris publicis denuntiavit populo: L. Aemilium collegam signis collatis cum rege Perseo pugnassee: Macedonum exercitum caelum fusumque, regem cum paucis fugisse: ciuitates omnes Macedoniae in ditionem PR uenisse. His auditis clamor cum ingenti plausu ortus: ludis relictis domus magna pars hominum ad coniuges liberosque lætum nuntium portabant. Tertiusedecimus dies erat ab eo quo in Macedonia pugnatum est. Postero die senatus in curia habitus, supplicationesque decretæ: & sc factum est, ut consul quos præter milites sociosque nauales coniuratos haberet, dimitteret: de militibus sociisque naualibus dimittendis referretur, cum legati ab L. Aemilio consule, à quibus præmissus tabellarius esset. Ad vi. Calend. Octob. hora serè secunda legati urbem ingressi sunt: ingentem secum occurrentium quacunquẽ ibant prosequentiumque trahentes turbam in forum ad tribunal perrexerunt. Senatus forte in curia erat: eò legatos cos. introduxit. Ibi tantum temporis retenti dum exponerent, quantæ regiæ copiæ peditum equitumque fuissent, quot milia ex his caesa, quot capta forent, quàm paucorum militum iactura tanta hostium strages facta, quàm cum paucis rex fugisset: existimari Samothraciam petiturum, paratam classem ad persequendum esse, neque terra neque mari elabi posse: eadem hæc paulo post in cõcionem traducti exposuerunt: renouataque lætitiã, cum cos. edixisset, ut omnes ædes sacrae aperirent, pro se quisque ex cõtione ad gratias agendas ire dijs: ingentisque turba non uirorum modo sed etiam foeminarum conferta tota urbe deorum immortalium templa. Senatus reuocatus in curiam supplicationes ob rem egregie gestam ab L. Aemilio cos. in quinque dies circa omnia puluinaria decreuit, hostisque maioribus sacrificari iussit. Naues quæ in Tiberi paratæ instructæque stabant, ut si rex posset resistere in Macedonia mitterentur, subduci & in naualibus collocari: socios naualeis dato annuo stipendio dimitti, & cum his omnes qui in consulis uerba iurauerant: & quod militum Corcyrae, Brundisij, ad mare Superum, aut in agro Larinati esset (omnibus his locis dispositus exercitus

exercitus fuerat, cum quo si res posceret C. Licinius collegæ ferret opem) hos omnes milites dimitti placuit. Supplicatio pro concione populi indicta est ex ante ad v Idus Octob. cum eo die in quinque dies. Ex Illyrico duo legati C. Licinius Nerua & P. Decius nuntiarunt, exercitum Illyriorum caesum, Gentium regem captum in ditione P. R. & Illyricum esse. Ob eas res gratias ductu auspicioque L. Anicij Pr. senatus in triduum supplicationes decreuit, ut Latinae editae à consule sunt in ante IIII & III & prid. Id. Nouemb. Tradidere quidam legatos Rhodios nondum missos, post uictoriam nuntiatam, uelut ad ludibrium stolidae superbiae, in senatum uocatos esse. Ibi Agepolim principem eorum ita locutum: missos esse legatos ab Rhodijs ad pacem inter Romanos & Persea faciendam, quod id bellum graue atque incommodum Graeciae omnium, sumptuosum ac damnosum ipsis Romanis esset. Fortunam perbene secisse, quando finito aliter bello, gratulandi sibi de uictoria egregia Romanis opportunitatem dedisset. Haec ab Rhodio dicta. Responsum ab senatu esse, Rhodios nec utilitatum Graeciae, neque cura impensarum P. R., sed pro Perseo legationem eam misisse. Nam si ea fuisset cura quae simularetur, tum mittendos legatos fuisse, cum Perseus in Thessalia exercitu inducto per biennium Graecas urbes, alias obsideret, alias denuntiatione armorum terreret. Tum nullam pacis ab Rhodijs mentionem factam: postquam superatos saltus transgressosque in Macedonia Romanos audirent, & inclusum teneri Persea, tunc Rhodios legationem misisse, non ad ullam aliam rem, quam ad Persea ex imminente periculo eripiendum. Cum hoc responso legatos dimissos. Per eosdem dies & M. Marcellus ex prouincia Hispania decedens Marcolica nobili urbe capta x pondo auri, & argenti ad summam sestertium deciens in aerarium retulit. Paulus Aemilius c o s. cum castra, ut supra dictum est, ad Siras terrae Odomantidicae haberet, cum literas ab rege Perseo per ignobiles tres legatos cerneret, & ipse illacrimasse dicitur fortis humanae: quod qui paulo ante non contentus regno Macedoniae Dardanos Illyriosque oppugnasset, Bastarnarum ciuissit auxiliis tum amisso exercitu, extorris regno, in paruam insulam compulsus, supplex, fani religione non uiribus suis tutus esset. Sed postquam regem Persea consuli Paulo S. legit, miserationem omnem stultitia ignorantis fortunam suam exemit. Itaque quanquam in reliqua parte literarum minime regiae preces erant, tamen sine responso ac sine litteris ea legatio dimissa est. Sensit Perseus cuius nominis obliuiscendum uicto esset: itaque alterae litterae cum priuati nominis titulo missae & petiere & impetrauerunt, ut aliqui ad eum mitterentur, cum quibus loqui de statu & conditione suae fortunae posset. Missi sunt tres legati, P. Lentulus, A. Postumius Albinus, A. Antonius. nihil ea legatione perfectum est, Perseo regium nomen omni ui amplectente: Paulo, ut se suaque omnia in fidem & clementiam P. R. permitteret, contendente. Dum haec aguntur, classis Cn. Octauij Samothracam est appulsa. Is quoque praesenti admoto terrore, modo minis modo spe perlicere ut se traderet cum conaretur, adiuuit in hoc eum res seu casu contracta, seu consilio. L. Atilius illustris adulescens cum in concione esse populum Samothracum animu aduertisset, a magistratibus petijt, ut sibi paucis alloquendi populi potestatem facerent. Permissis, utrum nos, hospites Samothraces, uere accepimus an falso sacram hanc insulam & augusti totam atque inuiolati soli esse? Cum creditae sanctitati assentirentur omnes, cur igitur, inquit, pollutam homicida sanguine regis Eumenis uiolauit? & cum omnis praefatio sacrorum eos quibus non sint pura manus sacris arceat, uos penetralia uestra contaminari cruento latronis corpore sinetis? Nobilis fama erat apud omnes Graeciae ciuitates, Eumenis regis per Euandrum Delphis propere perpetrata caedes. Itaque praeterquam quod in potestate Romanorum sese insulamque totam & templum cernebant esse, ne immerito quidem ea sibi exprobrari rati, Theondan qui summus magistratus apud eos erat (regem ipsi appellant) ad Persea mittunt, qui nuntiaret argui caedis Euandrum Cretensem: esse autem iudicia apud sese more maiorum comparata, de ijs qui incestas manus intulisse intra terminos sacros templi dicantur. Si confideret Euander innoxium se rei capitalis argui, ueniret ad causam dicendam: si committere se iudicio non auderet, liberaret religione templum ac sibimet ipse consulere. Perseus euocato Euandro, iudicium subeundi nullo pacto autor esse: nec causa nec gratia parem fore. Suberat & ille metus, ne damnatus autorem se nefandi facinoris protraheret. Reliqui quid esset, nisi ut fortiter moriatur. Nihil palam abnuere

abnuere Euander. Sed cum ueneno se malle mori quàm ferro dixisset, occulte fugā parabat. Quod cum renuntiatum regi esset, metuens ne, tanquā à se subtracto poenæ reo, iram Samo-
 thracum in se conuerteret, interfici Euandrū iussit. Qua perpetrata temere cæde, subiit exem-
 plo animū, in se nimirum receptam labem quæ Euandri fuisset: ab illo Delphis uulneratū Eu-
 menen, ab se Samothracæ Euandrū occisum: ita duo sanctissima in terris templa, se uno auto-
 re sanguine humano uiolata. Huius rei crimen corrupto pecunia Theonda auertitur, ut renun-
 tiaret populo Euandrū sibi ipsum mortē conscisse. Cæterum tanto facinore in unicū relictum
 amicum, ab ipso per tot casus expertū, proditumq; quia nō prodiderat, omniū ab se abaliena-
 uit animos. pro se quisq; transire ad Romanos: fugæq; consiliū capere solum prope relictum
 coegerunt: Oroandemq; Cretensem, cui nota Thraciæ ora erat, quia mercaturas in ea regio-
 ne fecerat: appellat, ut se sublatū in lembum ad Cotym deueheret. Demetrium est portus in
 promontorio quodā Samothracæ: ibi lembus stabat. Sub occasum solis deferuntur quæ ad
 usum necessaria erant, defertur & pecunia quanta clam deferri poterat. Rex ipse nocte media
 cum tribus conscijs fugæ per posticum ædium in propinquū cubiculo hortū, atq; inde mace-
 riam ægre transgressus ad mare peruenit. Oroandes iam tum dum pecunia deferretur primis
 tenebris soluerat nauem, ac per altum Cretam petebat. Postq; in portu nauis nō inuenta est,
 uagatus Perseus aliquandiu in littore, postremo timens lucem iam appropinquantē, in hospi-
 tium redire non ausus, in latere templi prope angulū obscurum delituit. Pueri regij apud Ma-
 cedonas uocabantur principum liberi ad ministerium electi regis: ea cohors persecuta regem
 fugientem ne tum quidem abscedebat, donec iussu Cn. Octauij pronuntiatum est per præco-
 nem: regios pueros Macedonasq; alios qui Samothracæ essent, si transirent ad Romanos in-
 columitatem libertatemq; & sua omnia seruatuos, quæ aut secum haberent, aut in Macedo-
 nia reliquissent. Ad hanc uocem transitio omnium facta est, nominaq; dabant ad C. Postu-
 mium tribunum militum. Liberos quoq; paruos regios Ion Thessalonicensis Octauio tradi-
 dit: nec quisquā præter Philippum maximū natu è filijs cum rege relictus. Tum sese filiumq;
 Octauio tradidit, fortunam deosq; quorum templo erant, nulla ope supplicem iuuantem ac-
 cusans. In prætoriam nauem imponi iussus, eodem & pecunia quæ superfuit delata est, exem-
 ploq; classis Amphipolim repetit. Inde Octauius regem in castra ad eos misit, præmissis li-
 teris ut in potestate eum esse & adduci sciret. Secundam eam Paulus, sicut erat, uictoriam ra-
 tus, uictimas cecidit eo nuntio: & consilio aduocato literas Pr. cum recitasset, Q. Ælium Tube-
 ronem obuiam regi misit, cæteros manere in prætorio frequentes iussit. Non aliās ad ullum
 spectaculum tanta multitudo occurrit. Patrū ætate Syphax rex captus in castra Romana ad-
 ductus erat: præter quàm quod nec sua, nec gentis fama cōparandus, tunc quoq; accessio Pu-
 nici belli fuerat, sicut Gentius Macedonici. Perseus caput belli erat: nec ipsius tantum, patris
 auicq; quos sanguine ac genere contingebat, fama conspectum eum efficiebat: sed effulgebant
 Philippus ac Magnus Alexander, qui summum imperium in orbe terrarum Macedonum fe-
 cerant. Pullo amictus illo Perseus ingressus est castra, nullo suorum alio comite qui socius ca-
 lamitatis miserabiliorem eum faceret. progredi præ turba occurrentium ad spectaculum non
 poterat, donec eos. lictores misisset, qui summouendo iter ad prætorium facerent. Consurre-
 xit eos. & iussis sedere alijs, progressusq; paulū introeunti regi dextram porrexit: summitten-
 temq; se ad pedes sustulit: nec attingere genua passus, introductum in tabernaculū aduersus
 aduocatos in consilium considerare iussit. Prima percontatio fuit, qua subactus iniuria contra
 P R bellum tam infesto animo suscepisset, quo se regnumq; suum ad ultimum discrimen ad-
 duceret. Cum responsum expectantibus cunctis, terrā intuens diu tacitus fletet, rursus eos.
 Si iuuenis regnum accepisses, minus equidem mirarer ignorasse te quàm grauis aut amicus,
 aut inimicus esset P R: nunc uero cum & bello patris tui quod nobiscum gessit interfuisses, &
 pacis postea quam cum summa fide aduersus eum coluimus meminisses, quod cōsilium quo-
 rum & uim bello & fidem in pace expertus esses, cum ijs tibi bellum esse quàm pacem malle?
 Nec interrogatus, nec accusatus cum responderet: Vt cunq; tamen hæc siue errore humano,
 seu casu, seu necessitate inciderunt, bonum animum habe: multorum regum, populorum, casu-
 bus

bus cognita per clementia non modo spem tibi, sed propè certam fiduciam salutis præbet. Hæc Græco sermone Perseo, Latine deinde suis. Exemplum insigne cernitis, inquit, mutationis rerum humanarum: uobis hoc præcipue dico iuuenes: ideo in secundis rebus nihil in quemquam superbe ac uiolenter consulere decet, nec præsentem credere fortunæ, cum quid uesper ferat incertum sit. Is demum uir erit, cuius animû nec prospera flatu suo efferet, nec aduersa infringet. Consilio dimisso tuendi cura regis Q. Alio mandatur. Eo die & inuitatus ad cõsulem Perseus, & alius omnis ei honos habitus est, qui haberi in tali fortuna poterat. Exercitus deinde in hiberna dimissus est: maximam partem copiarum Amphipolis, reliquas propinquæ urbes acceperunt. Hic finis belli, cum quadriennium continuû bellatû esset inter Romanos ac Persea fuit: idemq; finis inclyti per Europæ plerunq; atq; Asiam omnem regni. Vicesimû ab Carano qui primus regnauit Persea numerabât. Perseus Q. Fuluius, L. Manlius coss. regnum accepit: à senatu rex est appellatus M. Iunio, A. Manlio coss. regnauit x i annos. Macedonum obscura admodum fama usq; ad Philippum Amyntæ filium fuit: inde ac per eum crescere cum cœpisset, Europæ se tamen finibus continuit, Græciam omnem & partem Thraciæ atq; Illyrici amplexa. Superfudit deinde se in Asiam: & x i i annis quibus Alexander regnauit, primum omnia, quæ Persarum propè immenso spatio imperiû fuerat, suæ ditionis fecit. Arabas hinc Indiamq; quæ terrarum ultimus finis Rubrum mare amplectitur, peragrauit. Tum maximum in terris Macedonum regnum nomenq; inde morte Alexandri distractum in multa regna: dum ad se quisq; opes rapiunt lacerantes uiribus, à summo culmine fortunæ ad ultimum finem centum quinquaginta annos stetit. Victoriæ Romanæ fama cum peruassisset in Asiam, Antenor qui cum classe lemborum ad Phanas stabat, Cassandriam inde traiecit. C. Popilius qui ad Delum præsidio nauibus Macedoniam petentibus erat, postquâ de bellatum in Macedonia & statione summos hostium lembos audiuit, dimissis & ipse Atticis nauibus, ad susceptam legationem peragendam nauigare Ægyptû perguit: ut prius occurrere Antiocho posset, quàm ad Alexandriæ mœnia accederet. Cum præterueherentur Asiæ legati & Loryma uenissent, qui portus x x paulo amplius milia ab Rhodo abest ex aduerso urbi ipsi positus: principes Rhodiorum occurrunt (iam enim eò quoq; uictoriæ fama perlata erat) orantes ut Rhodum deueherentur. pertinere id ad famam salutemq; ciuitatis, noscere ipsos omnia quæ acta essent agerenturq; Rhodi, & comperta per se non uulgata fama Romam referre. Diu negantes perpulerunt, ut moram nauigationis breuem pro salute sociæ urbis paterentur. Postquam Rhodum uentum est, in concionem quoq; eos ijdem precibus pertraxerunt. Aduentus legatorum auxit potius timorem ciuitati quàm minuît: omnia enim Popilius, quæ singuli uniuersiq; eo bello hostiliter dixerant fecerantq;, retulit: & uir asper ingenio augebat atrocitatem eorum quæ dicerentur, uultu truci & accusatoria uoce, ut cum propriæ simultatis nulla causa cum ciuitate esset, ex unius senatoris Romani acerbitate, qualis in se uniuersi senatus animus esset, cõiectarent. C. Decimij moderatio oratio fuit: qui in plerisq; eorum quæ cõmemorata à Popilio essent, culpâ non penes populû, sed penes paucos concitores uulgi esse dixit: eos uenalem linguâ habentibus decreta plena regiæ assentationis fecisse, & eas legationes misisse, quarum Rhodios semper non minus puderet q̃ pœniteret: quæ omnia, si tamen populo foret, in capita noxiorum uersura. Cum magno assensu auditus est, non magis eo quod multitudinis noxam eleuabat, quàm quod culpam in autores uerterat. Itaq; cum principes eorum Romanis responderent, nequaquam tamen tam grata oratio eorû fuit, qui quæ Popilius obiecerat diluere utcunq; conati sunt: quàm eorû qui Decimio in autoribus ad piaculum noxæ obijciendis assensu sunt. Decretû igitur extemplo, ut qui pro Perseo aduersus Romanos dixisse quid aut fecisse conuincerentur, capitis condemnarentur. Excesserunt uerbe sub aduentû Romanorum quidam, alij mortem sibi consciuerunt. Legati non ultra quàm quinque dies Rhodi morati, Alexandriam proficiscuntur. Nec eo segnus iudicia ex decreto coram his facto Rhodi exercebantur: quàm perseuerantiam in exequenda re Decimij lenitas. Cum hæc gererentur, Antiõchus frustra tentatis mœnibus Alexandriæ abscesserat: cæteraq; Ægypto potitus, relicto Memphi maiore Ptolemæo, cui regnû quæri suis uiribus simulabat,

ut uicto

ut uictorem mox aggredetur, in Syriam exercitū abduxit. Nec huius uoluntatis eius ignarus Ptolemæus, dum conterritum obsidionis metu minorem fratrem haberet, posse se recipi Alexandræ & sorore adiuuante & non repugnantibus fratris amicis ratus: primum ad sororem, deinde ad fratrem amicosque eius non prius destitit mittere quam pacem cum ijs confirmaret. Suspectum Antiochum effecerat, quod cætera Ægypto sibi tradita Pelusij ualidum relictum erat præsidium: apparebat claustra Ægypti teneri, ut cum uelit rursus exercitū induceret. Bello intestino cum fratre eum exitum fore, ut uictor fessus certamine nequaquam par Antiocho futurus esset. Hæc prudenter animaduersa à maiore, cum assensu minor frater quicunque cum eo erant acceperunt: soror plurimum adiuuit, non consilio modo, sed etiam precibus. Itaque consentientibus cunctis pace facta Alexandream recipitur, ne multitudine quidem aduersante: quæ in bello non per obsidionem modo, sed etiam postquam à mœnibus abscessum est, quia nihil ex Ægypto subuehebatur, omnium rerum attenuata inopia erat. His cum lætari Antiochum conueniens esset, si reducendi eius causa exercitū Ægyptum induxisset, quo specioso titulo ad omnes Asiæ & Græciæ ciuitates legationibus recipiendis literisque dimittendis usus erat: adeo est offensus, ut multo acrius infestiusque aduersus duos, quam ante aduersus unum pararet bellum. Cyprum extemplo classem misit: ipse primo uere cum exercitu Ægyptum petens in Cœlen Syriam processit. Circa Rhinocolura Ptolemæi legatis agentibus gratias quod per eum regnum patrium recepisset, petentibusque ut suum munus tueretur, & diceret potius quid fieri uellet, quam hostis ex socio factus ui atque armis ageret, respondit: non aliter neque classem reuocaturum, neque exercitum reducturum, nisi sibi & tota Cypro & Pelusio agroque qui circa Pelusiacum ostium Nili esset cederet: diemque præstituit, intra quam de conditionibus peractis responsum acciperet. Postquam dies data inducens præterijt, nauigantibus hostio Nili ad Pelusium per deserta Arabiæ ad Memphim incolebant, & ab cæteris Ægyptijs partim uoluntate, partim metu, ad Alexandriam modicis itineribus descendit. Ad Leusinem transgresso flumen, qui locus quatuor milia ab Alexandria abest, legati Romani occurrerunt. Quos cum aduenientis salutasset, dextramque Popilio porrigeret, tabellas ei Popilius scriptum habentis tradit, atque omnium primum id legere iubet. Quibus perlectis, cum se consideraturum adhibitis amicis quid faciendum sibi esset dixisset: Popilius pro cætera asperitate animi uirga quam in manu gerebat circūscripsit regem, ac prius quam hoc circulo excedas, inquit, redde responsum senatui quod referam. Obstupefactus tam uiolento imperio parumper cum hæsitasset, Faciam, inquit, quod censet senatus. Tum demum Popilius dextram regi tanquam socio atque amico porrexit. Die deinde finita cum excessisset Ægypto Antiochus, legati concordia etiam autoritate sua inter fratres firmata, inter quos uix dum conuenerat, pars Cyprum nauigant: & inde quæ iam uicerat prælio Ægyptias naues classem Antiochi dimittunt. Clara ea per genteis legatio fuit, quod haud dubie adempta Antiocho Ægyptus habenti iam, redditumque patrium regnum stirpi Ptolemæi fuerat. COSS. eius anni sicut alterius clarus consulatus insigni uictoria, ita alterius obscura fama, quia materiam res gerendi non habuit. Iam primum cum legionibus ad conueniendum diem dixit, non auspicato templum intrauit: uitio diem dictam esse augures, cum ad eos relatū est, decreuerunt. Profectus in Galliā circa Macros campos ad monte Siciminam & Papinū statua habuit: deinde circa eadem loca cum socijs nominis Latini hibernabat. Legiones Romanæ, quod uitio dies exercitui ad conueniendum dicta erat, Romæ manserant. Et prætores, præter C. Papium Carbonem cui Sardinia euenerat, in prouincias iere: cum ius dicere Romæ (nam eam quoque sortem habebat) inter ciues & peregrinos patres censuerant. Et Popilius & ea legatio quæ missa ad Antiochum erat Romam redijt: rettulit controuersias inter reges sublatas esse, exercitumque ex Ægypto in Syriam reductum. Post ipsorum regum legati uenerunt: Antiochi legati referentes omni uictoria potiozem pacem regi quæ senatui placuisset uisam, eumque haud secus quam deorum imperio legatorum Romanorum iussis paruisse. gratulati deinde uictoriam sunt, ad quam ope si quid imperatum foret ad futurum regem fuisse. Ptolemæi legati communi nomine regis & Cleopatræ gratias egerunt. plus eos s. p. q. r. quam parentibus suis, plus quam dijs immortalibus debere: per quos obsidione miserrima liberati essent,

G 2 regnum

regnum patrium propè amissum recepissent. Responsum ab senatu est, Antiochum recte atq; ordine fecisse quod legatis paruisset, gratumq; id esse s p q r. Regibus Aegypti Ptolemæo Cleopatracq; si quid per se boni commodiq; euenisset, id magnopere senatum lætari, datumq; operam, ut regni sui maximum semper præsidium positum esse in fide populi Romani ducant. Munera legatis ut ex instituto mittenda curaret, C. Papirio prætori mandatum. Literæ deinde Macedonia allatae, quæ uictoriæ lætitiâ geminarent: Persea regem in potestatem eos uenisse. Dimissis legatis, disceptatum inter Pisanos Lunensesq; legatos: Pisanis querentibus agro se à colonis Romanis pelli, Lunensibus affirmantibus cum de quo agatur à triumuiris agrum sibi assignatum esse. Senatus qui de finibus cognoscerent statuerentq; quinque uiros misit, Q. Fabium Buteonem, P. Corneliû Blasionem, T. Sempronium Muscam, L. Nauium Balbum, C. Apuleium Saturninum. Et ab Eumene & ab Attalo, & ab Athenæo fratribus communis legatio de uictoria gratulatum uenit. Et Masgabæ regis Masanissæ filio Puteolis nauem egresso præsto fuit obuiam missus cum pecunia L. Manlius quæstor, qui Romam eum publico sumptu perduceret. Adueniens extemplo senatus datus est. Is adulescens ita locutus est, ut quæ rebus grata erant, gratiora uerbis faceret. Commemorauit quot pedites equitesq; quot elephantos, quantum frumenti eo quadriennio pater suus in Macedoniam misit. Sed duas res ei rubori fuisse, unam quod rogasset eum per legatos senatus quæ ad bellum opus esset, & non imperasset, alteram quod pecuniam ei pro frumento misisset. Masanissam meminisse regnum à populo Romano partum auctumq; & multiplicatum habere: usu regni contentum, scire dominium & ius eorum qui dederint esse. Sumere itaq; eosdem non se rogare æquum esse: neq; emere ea ex fructibus agri ab se dati quæ ibi proueniant. Id Masanissæ satis esse & fore, quod populo Romano superesset. Cum his mandatis à patre profectum, postea consecutos equites, qui deuictam Macedoniam nuntiarent: gratulatumq; senatui iuberent indicare, tantæ eam rem lætitiæ patri suo esse, ut Romam uenire uelit Iouicq; Opt. Max. in Capitolio sacrificare & grates agere: id, nisi molestum sit, ut ei permittatur ab senatu petere. Responsum regulo est: facere patrem eius Masanissam quod uirum gratum bonumq; facere deceat, ut pretium honoremq; debito beneficio addat. Et populum Romanum ab eo bello punico forti fidelicq; opera adiutum, & illum fauente regnum populo Romano adeptum: æquitate sua postea trium regum bellis deinceps, omnibus functum officijs. Victoria uero populi Romani lætari eum regem mirum non esse, qui sortem omnem fortunæ regnicq; sui cum rebus Romanis immiscuisset. Grates dijs pro populi Romani uictoria apud suos penates ageret, Romæ filium pro eo acturum. Gratulatum quoq; satis suo ac patris nomine esse. Ipsum relinquere regnum & Africa excedere, præterquam quod illi inutile esset, non esse è Rep. p r

* senatum censere. petenti Masgabæ ut Hanno Hamilcaris filius ospes in locum exigret. Munera ex senatus consulto emere regulo quæstor iussus ex c pondo argenti, & proficui eum Puteolos, omnemq; sumptum quoad in Italia esset præbere, & duas naues conducere quibus ipse comitesq; regis in Africam deucheretur: & comitibus omnibus liberis seruisq; uestimenta data. Haud ita multo post de altero Masanissæ filio Misagene literæ allatae sunt: missum eum ab L. Paulo post deuictum Persea in Africam cum equitibus suis, nauigantem dispersa classe in Adriatico mari Brudisium tribus nauibus ægrum delatum. Ad eum cum hisdem muneribus, quæ data Romæ fratri eius erant, L. Stertinius quæstor Brudisium missus: iussusq; curare ut ædes hospiti

In quatuor urbanas tribus descripti erant libertini, præter eos quibus filius quinquenni maior ex sc esset. Eos ubi proximo lustro censi essent censeri iusserunt: & eos qui prædiu prædiæue rustica pluris sestertium x x x milium haberent, censendi ius factum est. Hoc cum ita seruatum esset, negabat Claudius suffragij lationem iniussu populi censorem cuiquam homini, nedum ordini uniuerso adimere posse. Neq; enim si tribu mouere posset, quod sit nihil aliud quam mutare iubere tribum, ideo omnibus v & x x x tribubus emouere posse: id est ciuitatem libertatemq; eripere, non ubi censetur finire, sed censu excludere. Hæc inter ipsos disceptata: postremo eò descensum est, ut ex i i i i urbanis tribubus unam palam in atrio Libertatis sortirentur

sortirentur, in quam omnes qui seruitutē seruissent conſerent. Exquilinae fors exiit: in ea Tib. Gracchus pronuntiauit libertinos omnes cenſeri placere. Magno ea res honori cenſoribus apud ſenatū fuit. gratiæ actæ & Sempronio, qui in bene cœpto perſeueraffet: & Claudio qui non impediffet. Plures quàm à ſuperioribus, & ſenatu emoti ſunt: & equos uendere iuſſi: omnes iſdem ab utroq; & tribu remoti, & ararij facti: neq; ullius quem alter notaret, ab altero leuata ignominia. Petentibus ut ex inſtituto ad ſartatecta exigenda, & ad opera quæ locaſſent probanda, anni & bimeſis tempus prorogaretur: Cn. Tremellius tribunus, quia lectus non erat in ſenatum, interceſſit. Eodem anno C. Cicereius ædem in monte Albano dedicauit, quinquenio poſtq; uouit. Flamen Martialis inauguratus eſt eo anno L. Poſtunius Albinus. Q. Aelio, M. Iunio COSS. de prouincijs referētib. cenſuere patres duas prouincias Hiſpaniam rursus fieri, quæ una per bellū Macedonicum fuerat: & Macedoniā Illyricumq; eoſdē L. Paulum, & L. Anicium obtinere, donec de ſententiã legatorū & res bello turbatas, & ſtatū alium eius regni formando compoſuiſſent. COSS. Piſæ & Gallia decrete cum binis legionibus pedum, & equitum quadringentenis. Prætorum ſortes fuere, Q. Caſſij urbana, M. Iuuentij Taluæ inter peregrinos, Tib. Claudij Neronis Sicilia, Cn. Fuluij Hiſpania citerior, C. Licinij Neruæ uſterior. A. Manlio Torquato Sardinia obuenerat: nequijt ire in prouinciã, ad res capitales querendas ex ſc retentus. De prodigijs deinde nuntiatuſ ſenatus eſt cōſultus. Aedes deorum penatiū in Velia de cælo tacta erat, & in oppido Mineruio duę portę & muri aliquatū. Anagninæ terra pluerat, & Lanuuij fax in cælo uifa erat. Et Calatię in publico agro M. Valerius ciuis Romanus nuntiabat è foco ſuo ſanguine per triduum & duas noctes manaffe. Ob id maxime Xuiruſ libros adire iuſſi, ſupplicationē in diem unum populo edixerunt, & L capris in foro ſacrificauerunt: & aliorū prodigiorū cauſa diem alterū ſupplicatio circa omnia puluinaria fuit, & hoſtijs maioribus ſacrificatū eſt, & urbs luſtrata. Inde quod ad honorē deūm immortalium pertineret, decreuit ſenatus, ut quoniã perduelles ſuperati Perſeus & Gentius reges cum Macedonia atq; Illyrico in poteſtate PR eſſent: ut quãta dona Ap. Claudio, M. Sempronio COSS. ob deuictū Antiochū regem data ad omnia puluinaria eſſent, tãta Q. Caſſius & M. Iuuentius PR. curarent danda. Legatos deinde, quorū de ſententiã impp. L. Paulus, L. Anicius, cōponerent res, decreuerunt: decem in Macedonia, quinque in Illyricū. In Macedonia ſunt hi nominati. A. Poſtunius Luſcus, C. Claudius, ambo cenſorij: C. Licinius Craſſus collega in conſulatu Pauli, tum prorogato imperio prouinciã Gallia habebat. Hiſ cōſularibus addidere Cn. Domitiū Aenobarbū, Ser. Cornelium Syllam, L. Iuniū, C. Antiftium Labeonem, T. Numiſium Tarquinienſem, A. Terentiū Varronē. In Illyricum autē hi nominati, P. Aelius Ligus cōſularis. C. Cicereius, & Cn. Bębius Pamphilus (hic priore anno, Cicereius multis ante annis PR. fuerat) P. Terentiū Tuſciueicanus, P. Manilius. Moniti deinde COSS. à patribus, ut quoniam alterū ex his ſuccedere C. Licinio, qui legatus nominatus erat, in Gallia oporteret: primo quoq; tempore prouincias aut compararent inter ſe, aut ſortirentur. ſortiti ſunt. M. Iunio Piſæ obuenerunt (quem prius q̄ in prouinciã iret, legationes quę undiq; Romã gratulatum conuenerunt, introducere in ſenatū placuit) Q. Aelio Gallia. Cæterum quanq; tales uiri mitterentur, quorū de conſilio ſperari poſſet impp. nihil indignū nec clementia, nec grauitate PR decreturos eſſe: tamen in ſenatu quoq; agitata eſt ſumma conſiliorum, ut inchoata omnia legati ab domo ferre ad imperatores poſſent. Omnium primū liberis eſſe placebat Macedonas atq; Illyrios, ut omnibus gentibus appareret, arma PR non liberis ſeruitutē, ſed contra ſeruentibus libertatem afferre: ut & in libertate gentes quę eſſent, tutam eam ſibi perpetuamq; ſub tutela eſſe: & quæ ſub regibus uiuerent, & in præſens tempus mitiores eos iuſtioresq; reſpectu populi Romani habere ſe: & ſi quando bellum cum populo Romano regibus fuiſſet ſuis, exitum eius uictoriam Romanis, ſibi libertatem allaturum crederent. Metalli quoq; Macedonici, quod ingens uectigal erat, locationeſq; prædiorum ruſticorū tolli placebat. Nam neq; ſine publicano exerceri poſſe: & ubi publicanus eſt, ibi aut ius publicū uanum, aut libertatē ſocijs nullã eſſe. Ne ipſos quidē Macedonas idem exercere poſſe: ubi in medio præda adminiſtrantibus eſſet, ibi nunquam cauſas ſeditionum & certaminis deſore. Commune conſilium gentis

G 3 eſſet

esset, ne improbum uulgius à senatu aliquando libertatē salubri moderationi datam, ad licentiam pestilentem traheret. In quatuor regiones describi Macedoniam, ut suum quæq; consilium haberet, placuit: & dimidium tributi quàm quod regibus ferre soliti erant, populo Romano pendere. Similia his & in Illyricum mandata: cætera ipsis imperatoribus legatisq; relicta, in quibus præsens tractatio rerum certiora subiectura erat consilia. Inter multas regum gentiumq; & populorum legationes Attalus frater regis Eumenis maxime conuertit in se omnium oculos animosq;. exceptus enim est ab his qui simul eo bello militauerunt, haud paulo benignius quàm si ipse rex Eumenes uenisset. Adduxerant eum duæ in speciem honestæ res, una gratulatio conueniens in ea uictoria quam ipse adiuuisset: altera querimonia Gallici tumultus, Aduertæq; gladijs regnum in dubium adductum esse. Suberat & secreta spes honorum præmiorumq; ab senatu, quæ uix salua pietate eius contingere poterant. Erant enim quidam Romanorum quoq; non boni autores, qui spe cupiditatem eius elicerent: eam opinionem de Attalo & Eumene Romæ esse, tanquam de altero Romanis certo amico, altero nec Romanis, nec Persi fido socio. Itaque uix statui posse, utrum quæ pro se, an quæ contra fratrem petiturus esset, ab senatu magis impetrabilia forent: adeo uniuersos omnia & huic tribuere, & illi uero negare. Eorum hominum (ut res docuit) Attalus erat, qui quantum spes spondisset cuperent, ni unius amici prudens monitio uelut frenos animo eius gestienti secundis rebus imposuisset. Stratius cum eo fuit medicus, ad id ipsum à nõ securo Eumene Romam missus speculator rerum quæ à fratre agerentur, monitorq; fidus si decedi fide uidisset. Is ad occupatas iam aures sollicitatumq; iam animum cum uenisset, aggressus tempestiuis temporibus rem propè prolapsam restituit: alijs alia regna creuisse rebus dicendo, regnum eorum nouum, nullis uetustis fundatum opibus fraterna stare concordia: quod unus nomen regium & præcipuum capitis insigne gerat, omnes fratres regnent. Attalum uero, quia etate proximus, quis non pro rege habeat: neq; eo solum quia tantas præsentis eius opes cernat, sed quod haud ambiguum propè diem regnaturum eum infirmitate etateq; Eumenis esset nullam stirpem liberum habentis. (nec dum enim agnouerat eum qui postea regnauit.) Quid attineret uim afferre rei sua sponte mox ad eum aduenturæ? Accessisse etiam nouam tempestatē regno tumultus Gallici, cui uix consensu & concordia regum resisti queat. Si uero ad externum bellum domesticum seditio adijciatur, sisti non posse: nec aliud eum q̄ ne frater in regno moriatur, sibi ipsi spem propinquam regni erepturum. Si utraq; gloriosa res esset, & seruasse fratri regnū & eripuisse, seruati tamen regni quæ iuncta pietati sit potiore laudem fuisse. Sed enim uero cum detestabilis altera res & proxima parricidio sit, quid ad deliberationē dubij superesse? Vtrum enim partem regni petiturum esse, an totum erepturum? si partem: ambo infirmos distractis uiribus, & omnibus iniurijs obnoxios fore. Si totum, priuatum ne ergo maiorem fratrem, an exulem illa etate, illa corporis infirmitate, an ultimum mori iussurum? Egregium enim ut fabulis traditus impiorum fratrum euentus taceatur, Persei exitum uideri: qui ex fraterna cæde raptum diadema, in templo Samothracum, uelut præsentibus dijs exigentibus pœnas, ad pedes uictoris hostis prostratus posuerit. Eos ipsos, qui non illi amici, sed Eumeni infesti, stimulent cum, pietatem constantiamq; laudaturos, si fidem ad ultimum fratri præstitisset. Hæc plus ualere in Attali animo. Itaq; introductus in senatum, gratulatus uictoriam, & sua merita eo bello, fratrisq; (si qua erant) & Gallorum defectionem, quæ nuper ingenti motu facta erat, exposuit. Petijt ut legatos mitteret ad eos, quorum autoritate ab armis auocarentur. His pro regni utilitate editis mandatis, Aenum sibi & Maroneam petijt. Ita destituta eorum spe, qui fratre accusato partitionem regni petiturum crediderant, curiam excessit. Ut raro aliàs quisquam rex aut priuatus, tanto fauore tantoq; omnium assensu est auditus: omnibus honoribus muneribusq; & præsens est cultus, & proficiscentem prosecuti sunt. Inter multas Asiæ Græciæq; legationes, Rhodiorum maxime legati ciuitatem conuerterunt. Nam cum primo in ueste candida uisi essent, quod & gratulanteis decebat, & si sordidam uestem habuissent, lugentium Persei casum præbere speciem poterant: postquam consulti ab Marco Iunio consule patres, stantibus in comitio legatis, an locum lautia senatumq; darent, nullum hospitale

hospitale ius in ijs seruandum censuerunt: egressus è curia consul, cum Rhodij gratulatū se de uictoria purgatumq; ciuitatis crimina dicentes uenisse, petissent ut senatus sibi daretur, pronuntiat: socijs & amicis, & alia comiter atq; hospitaliter præstare Romanos, & senatum dare consueffe: Rhodios non ita meritos eo bello, ut amicorum sociorū numero habendi sint. His auditis prostrauerunt se omnes humi, consulem q; & cunctos qui aderant orantes, ne noua falsa q; crimina plus obesse Rhodijs æquum censerent, quàm antiqua merita quorum ipsi testes essent. Extemplo ueste sordida sumpta domos principum cum precibus ac lacrymis circumibant orantes ut prius cognoscerent causam quàm condemnarentur. Marcus Iuuentius Talua prætor cuius inter ciues & peregrinos iurisdictio erat, populum aduersus Rhodios incitabat: rogationem q; promulgauerat, ut Rhodijs bellum indiceretur, & ex magistratibus eius anni deligerent qui ad id bellum cum classe mitteretur, se cum sperans futurū esse. Huic actioni Marcus Antonius & Marcus Pomponius tribuni plebis aduersabantur. Sed & prætor nouo malo q; exemplo rem ingressus erat, quod ante non consulto senatu, non consulibus certio tibus factis, de sua unius sententia rogationem ferret: uellent iuberentne Rhodijs bellum indici: cum antea semper prius senatus de bello consultus esset, deinde ad populum latum. & tribuni plebis: cum ita traditum esset ne quis prius intercederet legi, quàm priuatis suadendū dissuadendū q; legem potestas facta esset: eo q; persæpe euenisset, ut qui non professi essent se intercessuros, animaduersis uirjs legis ex ratione dissuadentium, intercederent: & qui ad intercedendum uenissent, desisterent uicti autoritatibus suadentium legem. Tum inter prætorem tribunos q; omnia intempestiue agendi certamen erat. Tribuni festinationem prætoris ante tempus intercedendo in aduentum im/

peccauerimus ne adhuc dubium est, pœnas ignominias omnes iam patimur. Antea Carthaginensibus uictis, Philippo Antiocho superatis, cum Romam uenisset, ex publico hospitio in curiam gratulatum uobis Patres conscripti, ex curia in Capitolium ad deos uestros dona ferentes: nunc ex sordido diuersorio uix mercede recepti, ac propè hostium more extra urbem manere iussi, in hoc squalore uenimus in curiam Romanam Rhodij, quos prouincijs nuper Lycia atq; Caria, quos præmijs atq; honoribus amplissimis donastis. Et Macedonas Illyrios q; liberos esse, ut audimus iubetis, cum seruerint antequam uobiscum bellarent (nec cuiusquam fortunæ inuidemus, in dō agnoscimus clementiam populi Romani) Rhodios qui nihil aliud quàm quieuerūt hoc bello, hostes ex socijs facturi estis? Certe quidem uos estis Romani, qui ideo felicia bella uestra esse, quia iusta sint præ uobis fertis: nec tam exitu eorū quod uindicatis, quàm principijs, quod non sine causa suscipiatis, gloriâmini. Messana in Sicilia oppugnata, Carthaginenses: Athenæ oppugnatae, & Græcia in seruitutē petita, & adiutus Annibal pecunia auxilijs Philippum hostem fecerunt. Antiochus ipse ultro, ab Ætolis hostibus uestris accersitus, ex Asia classe in Græciā traiecit: Demetriade & Chalcide & saltu Thermopylarum occupato, de possessione imperij uos deijcere conatus. Cum Perseo, socij uestri oppugnati, alij interfecti reguli principes q; gentiū aut populorū, causa belli uobis fuere. Quem tandem titulum nostra calamitas habitura est, si perituri sumus? Nondum segrego ciuitatis causam à Polyarato & Dione ciuibus nostris, & ijs quos ut traderemus uobis adduximus. Si omnes Rhodij æque noxij essemus, quod nostrum in hoc bello crimen esset? Persei partibus fauimus, & quemadmodum Antiochi Philippi q; bello, pro uobis aduersus reges, sic nūc pro rege aduersus uos stetimus. Quemadmodum solcimus socios iuuare, & quàm impigre capessere bella, C. Liuium, L. Æmilium Regillum interrogare, qui classibus uestris in Asia præfuerunt. Nunquam uestre naues pugnauere sine nobis: nostra classe pugnauimus semel ad Samum, iterum in Pamphylia aduersus Annibalem imperatorem: quæ uictoria nobis eo gloriosior est, quod cum ad Samum magnam partem nauiū aduersa pugna & egregiam iuuentutem amississemus, ne tanta quidem clade territi, iterum ausi sumus regie classi ex Syria uenienti obuiam ire. Hæc non gloriandi causa retuli, neq; enim ea nunc nostra est fortuna: sed ut admonerem quemadmodū adiuuare socios solerent Rhodij. Præmia Philippo & Antiocho deuictis

deuictis amplissima accepimus à uobis. Si quæ uestra nunc est fortuna deum benignitate & uirtute uestra, ea Persei fuisset, & præmia petitem ad uictorem regem uenissemus in Macedoniam, quid tandem diceremus? Pecunia ne à nobis adiutum, an frumento? auxilijs terrestribus an naualibus? Quod præsidium tenuisse nos? Vbi pugnassem, aut sub illius ducibus, aut per nos ipsos? Si quæreret, ubi miles noster, ubi nauis intra præsidia sua fuisset, quid responderemus? Causam fortasse diceremus apud uictorem, quemadmodum apud uos dicimus. Hoc enim legatos utroque de pace mittendo consecuti sumus, ut ne ab utraque parte gratiam iniremus, ab altera etiam crimen & periculum esset. Quanquam Perseus uere obijceret, id quod uos non potestis Patres conscripti: nos principio belli misisse ad uos legatos, qui pollicerentur uobis quæ ad bellum opus essent: naualibus armis, iuuentute nostra, sicut prioribus bellis, ad omnia paratos fore. ne præstaremus per uos stetit, qui de quacunque causa tum aspernati nostra auxilia estis. Neque fecimus igitur quicquam tanquam hostes, neque bonorum sociorum defuimus officio, sed à uobis prohibiti præstare fuimus. Quid igitur? nihilne factum neque dictum est in ciuitate uestra Rhodij quod nolletis, quo merito offenderetur populus Romanus? Hinc iam non quod factum est defensus sum: non adeo insanio, sed publicam causam à priuatorum culpa segregaturus. Nulla enim est ciuitas quæ non & improbos ciues aliquando, & imperitam multitudinem semper habeat. Etiam apud uos fuisse audiui, qui assentando multitudini grassarentur: & secessisse aliquando à uobis plebem, nec in potestate uestra Remp. fuisse. Si hoc in hac tam bene morata ciuitate accidere potuit, mirari quisquam potest aliquos fuisse apud nos, qui regis amicitiam petentes plebem nostram consilijs deprauarent? qui tamen nihil ultra ualuerunt, quam ut in officio cessaremus. Non præteribo id, quod grauissimum est in hoc bello, crimen ciuitatis nostræ. Legatos eodem tempore & ad uos & ad Persea de pace misimus. quod infelix consilium furiosus (ut postea audiuimus) orator stultissimum fecit: quem sic locutum constat, tanquam C. Popilius legatus Romanus, quem ad summouendos à bello Antiochum & Ptolemæum reges misistis, loqueretur. Sed tamen ea siue superbia, siue stultitia appellanda est, eadem quæ apud uos & apud Persea fuit. Tam ciuitatum quam singulorum hominum mores sunt: gentes quoque aliæ iracundæ, aliæ audaces, quædam timidæ, in uinum, in uenerem proniores aliæ sunt. Atheniensium populum fama est celerem & supra uires audacem esse ad conandum: Lacedæmoniorum circulatorum & uix in ea quibus fidit ingredientem. Non negauerim & totam Asiæ regionem inania parere ingenia, & nostrorum tumidiorem sermonem esse, quod excellere inter finitimas ciuitates uideamur: & id ipsum non tam uiribus nostris, quam uestris honoribus ac iudicijs. Satis quidem & tunc in præsentia castigata illa legatio erat, cum tam tristi responso uestro dimissa. si tum parum ignominie pensum est, hæc certe tam miserabilis ac supplex legatio, etiam insolentioris quam illa fuit, legationis satis magnum piaculum esset. Superbiam uerborum præsertim, iracundi oderunt, prudentes irriderent, utique si inferioris aduersus superiorem est: capitali poena nemo unquam dignam iudicauit. Id enim uero periculum erat, ne Romanos Rhodij contemnerent: etiam deos aliqui uerbis ferocioribus increpant, nec ob id quenquam fulmine ictum audimus. Quid igitur superat quod purgamus, si nec factum hostile ullum nostrum est, & uerba tumidiora legati offensionem aurium non perniciem ciuitatis meruerunt? Voluntatis nostræ tacite uelut litem æstimari uestris inter uos sermonibus audio: periculi: fauisse nos regi & illum uincere maluisse: ideo bello persequendos esse credunt. Alij uestrum, uoluisse quidem nos hoc, non tamen ob id bello persequendos esse: neque moribus, neque legibus ullius ciuitatis ita comparatum esse, ut si qui uellet inimicum perire, ut si nihil fecerit quo id fiat, capitis damnetur. His qui nos poena non crimine liberant, gratiam quidem habemus: ipsi nobis hanc dicimus legem, si omnes uolumus quod arguimur, non distinguimus uoluntatem à facto, omnes plectamur. Si alij principum nostrorum uobis, alij regi fauerunt: non postulo ut propter nos, qui partium uestrarum fuimus, regis fautores salui sint. illud deprecor, ne nos propter illos pereamus. Non estis uos illis infestiores, quam ciuitas ipsa: & hoc qui sciebant, plerique eorum aut profugerunt, aut mortem sibi conscuerunt: alij damnati à nobis in potestate uestra erunt Patres conscripti. Ceteri Rhodij, sicut

sicut gratiam nullam meriti hoc bello, ita ne pœnam quidem sumus. Priorum nostrorū benefactorum cumulus, hoc quod nunc cessatū in officio est, expleat. Cum tribus regibus gessistis bella per hos annos: ne plus obsit nobis quod uno bello cessauimus, quàm quod duobus bellis pro uobis pugnauimus. Philippum Antiochum Persea tanquã treis sententias ponite. duæ nos absoluunt: una dubia est, ut grauior sit. Illi de nobis si iudicarent, damniati essemus. uos iudicate Patres conscripti, sit Rhodus in terris, an funditus deleatur. Non enim de bello delibetatis Patres conscripti, quod inferre potestis, gerere non potestis, cum nemo Rhodiorū armā aduersus uos laturus sit. Si perseuerabitis in ira, tempus à uobis petemus, quo hanc funestā legationem domum referamus: omnia libera capita, quicquid Rhodiorum uirorum foeminarum est, cum omni pecunia nostra naues conscendemus: ac relictis penatibus publicis priuatisq; Romā ueniemus: & omni auro & argento, quicquid publici, quicquid priuati est, in comitio in uestibulo curiæ uestræ cumulato, corpora nostra coniugumq; ac liberorū uestræ potestati permittemus, hic passuri quodcumq; patiendum erit: procul ab oculis nostris urbs nostra diripiatur, incendatur. Hosteis Rhodios esse Romani iudicare possunt: est tamen & nostrum aliquod de nobis iudicium, quod nunquam iudicauimus nos uestros hosteis, nec quicquā hostile, etiamsi omnia patiemur, faciemus. Secundū talem orationē uniuersi rursus prociderunt, ramosq; oleæ supplices iactantes tandem excitati curia excefferunt. Tunc sententiæ interrogari cœpta. Infestissimi Rhodijs erant, qui consules prætoresq; aut legati gesserant in Macedonia bellū. Plurimū causam eorū adiuuit M. Portius Cato, qui asper ingenio tum lenem mitemq; senatorem egit. Non inseram simulachrū uiri copiosi quæ dixerit referendo: ipsius oratio scripta extat, Originum quinto libro inclusa. Rhodijs responsum ita redditū est, ut nec hostes fierent, nec socij permanerēt. Philocrates & Astymedes principes legationis erant. partem cum Philocrate renuntiare Rhodum legationem placuit, partem cum Astymede Romæ subsistere, quæ agerētur sciret, certioresq; suos faceret. In præsentia deducere ante certam diem ex Lycia Cariaq; iusserunt præfectos. Hæc Rhodū nuntiata, quæ per se tristitia fuissent: quia maioris mali leuatus erat timor, cum bellum timuissent, in gaudium renuntiata uerterunt. Itaque ex templo coronam x x milibus aureorum decreuerunt: Theodotum præfectum classis in eam legationem miserūt. Societatem ab Romanis ita uolebant peti, ut nullum de ea re scitum populi fieret aut litteris mandaret: quod nisi impetrarent, maior repulsis ignominia esset. Præfecti classis id unius erat ius, ut agere de ea re sine rogatiōe ulla perlata posset. Nam ita per tot annos in amicitia fuerant, ut sociali fœdere se cum Romanis non illigarent: ob nullam aliā causam, quàm ne spem regibus abscederent auxilij sui, si cui opus esset, neu sibi ipsis fructus ex benignitate & fortuna eorum percipiendi. Tunc utiq; petenda societas uidebatur, non quæ tutiores eos ab alijs faceret: nec enim timebant quenquam præter Romanos, sed quæ ipsis Romanis minus suspectos. Sub idem ferè tempus & Caunij desciuere ab his, & Mylassenses Euromentium oppida occuparunt. Non ita fracti animi ciuitatis erant, ut non sentirent, si Lycia & Caria ademptæ ab Romanis forent, cætera aut seipsa per defectionem liberarent, aut à finitimis occuparentur: includi se insulæ paruæ & sterilis agri litoribus, quæ nequaquā alere tantæ urbis populum posset. Missa igitur iuuentute propere & Caunios, quanquam Cybiratarum ascuerant auxilia, cœgerunt imperio parere: & Mylassenses Alabandenosq; qui Euromentium prouinciā ademptā, ad ipsos cōiuncto exercitu uenerunt, circa Orthosiam acie uicerunt. Dum hæc ibi, alia in Macedonia, alia Romæ geruntur, interim in Illyrico L. Anicius rege Gentio, sicut ante dictum est, in potestatem redacto, Scodrae quæ regia fuerat præsidio imposito Gabinium præfecit: Rhizoni & Olcinio urbibus opportunis C. Licinium. Præpositis his Illyrico cum reliquo exercitu in Epirum est profectus. Vbi prima Phanota ei dedita, tota multitudine cum infulis obuiam effusa. Hic præsidio imposito, in Molossidem transgressus: culus oppidis præter Passaronem & Tegmonem, & Phylacen, & Horreum receptis, primū ad Passaronem ducit. Antinous & Theodotus principes eius ciuitatis erant, insignes & fauore Persei & odio aduersus Romanos, ijdem uniuersæ genti autores desciscendi ab Romanis. Hi conscientia priuatae noxæ, quia ipsis nulla spes ueniæ erat, ut cōmuni ruina patriæ opprimerentur clau-

H serant

ferunt portas, multitudinē ut mortem seruituti præponerent hortantes. Nemo aduersus præpotenteis uiros hiscere audebat. Tandem Theodotus quidam nobilis & ipse adulescens, cum maior à Romanis metus timorem à principibus suis uicisset: quæ uos rabies, inquit, agit, qui duorum hominū noxæ ciuitatis accessionē facitis? Equidem pro patria qui letum oppetissent sæpe fando audiui, qui patriam pro se perire æquū censerent hi primi inuenti sunt. Quin aperimus portas, & imperium accipimus quod orbis terrarū accepit. Hæc dicentem cum multitudo sequeretur, Antinous & Theodotus in primam stationem hostium iruperunt, atq; ibi offerentes se ipsi uulneribus interfecti: urbs dedita est Romanis. Simili pertinacia Cephalonis principis claufum Tegmonem, ipso interfecto per deditionem recepit. Nec Phylace nec Horreum oppugnationem tulerunt. Pacata Epiro diuisisq; in hiberna copijs per opportunas urbes, regressus ipse in Illyricum, Scodraë, quò quinq; legati ab Roma uenerant, euocatis ex tota prouincia principibus conuentum habuit. Ibi pro tribunali pronuntiauit de sententia consilij, s p q r Illyrios esse liberos iubere, præsidia ex omnibus oppidis arcibus & castellis sese deducturum: non solum liberos, sed etiam immunes fore Issenses & Taulantios, Dassaretiorum Tirustas Rizonitas Olciniatas, quod incolumi Gëtio ad Romanos defecissent. Daorseis quoque immunitatē dare, quod relicto Carauantio cum armis ad Romanos transissent. Scodrensibus & Dassarensibus & Selepitanis cæterisq; Illyrijs uectigal dimidium eius quod regi pendissent. Inde in tres partes Illyricum diuisit. unam eam fecit, quæ supradicta est, alterā Labearas omneis, tertiam Agrauonitas, & Rizonitas, & Olciniatas accolascq; eorum. Hac formula dicta in Illyrico, ipse in Epiri Passaronē in hiberna redijt. Dum hæc in Illyrico gerunt, Paulus ante aduentum decem legatorum Q. Maximum filium iam ab Roma regressum ad Ægynium & Agassas diripiendas mittit: Agassas quod cum Marcio cos. tradidissent urbem, petita ultro societate Romana, defecerant rursus ad Persea: Aeginiensium nouum crimen erat. Famæ de uictoria Romanorum fidem non habentes, in quosdam militum urbem ingressos hostiliter sæuierāt. Ad Aeniorum quoq; hostiliter urbem diripiendam L. Postumium misit, quod pertinacius quàm finitimæ ciuitates in armis fuerant. Autumni ferè tempus erat, cuius temporis initio circumeundam Græciam, uisendaq; quæ nobilitata fama magis auribus accepta sunt quàm oculis noscuntur, ut statuit: præposito castris C. Sulpicio Gallo, profectus cum haud magno comitatu, regentibus latera Scipione filio & Arhenæo Eumenis regis fratre, per Thessaliam Delphos petit inclytū oraculum. Vbi sacrificio Apollini factò, inchoatas in uestibulo columnas, quibus imposituri statuas regis Persei fuerant, suis statuis uictor destinauit. Lebadix quoq; templum Iouis Trophonis adijt: ibi cum uidisset os specus, per quod oraculo utentes sciscitatū deos descendunt, sacrificio Ioui Hercynneq; factò, quorum ibi templum est, Chalcidem ad spectaculum Euripi, æuoq; ante insulæ ponte continenti iunctæ descendit. A Chalchide Aulidem traicit trium milium spatio distantem, portum inclytū statione quondam mille nauium Agamemnoniæ classis. Dianæq; templum: ubi nauibus cursum ad Troiam, filia uictima aris admota rex ille regum petijt. Inde Oropum Atticæ uentum est, ubi pro deo uates Amphilochns colitur, templumq; uetustum est fontibus riuiscq; circa amœnum. Athenas inde, plenas quidem & ipsas uetustate famæ, multa tamen uisenda habentis: arcem, portus, muros Pireum urbi iungentis, naualia magnorum imperatorū, simulacra deorū hominumq; omni genere & materiæ & artiū insignia. Sacrificio Mineræ præsidii arcis in urbe factò profectus, Corinthum altero die peruenit. Vrbs erat tunc præclara ante excidium, arx quoque & isthmus præbuere spectaculū: arx inter omnia in immanem altitudinem edita, scatens fontibus: isthmus duo maria ab occasu & ortu solis finitima artis faucibus dirimēs. Sicyonem inde & Argos nobiles urbes adit: inde haud parem opibus Epidaurū, sed inclytam Aesculapij nobili templo: quod v millibus passuum ab urbe distans, nunc uestigijs reuulsorū donorū, tum donis diues erat, quæ remediorū salutarium ægri mercedem sacrauerant deo. Inde Lacedæmonem adit, non operum magnificentia, sed disciplina institutisq; memorabilem: unde per Megalopolim Olympiā ascendit. Vbi & alia quidem spectanda uisa, & Iouem uelut præsentem intues motus animo est. Itaq; haud secus quàm si in Capitolio immolaturus esset, sacrificium

amplius

amplius solito apparari iussit. Ita peragrata Græcia, ut nihil eorum, quæ quisque Persei bello priuatim ac publice sensisset, inquireret, ne cuius metu sollicitaret animos sociorum: Demetria dem cum reuertit, in itinere sordidata turba Acrolorū occurrit. mirantiq; & percunctanti quid esset, defertur DL principes ab Lycisco & Tisippo circumfesso senatu per milites Romanos missos à Bebio præside interfectos: alios in exilium actos esse: bonaq; eorum qui interfecti essent & exulum possidere qui arguebant. Iussis Amphipolim adesse, ipse cōuento Cn. Octa uio Demetriade, postquam fama accidit traiecisse iam mare x legatos, omnibus alijs omissis Apolloniam ad eos pergit. Quò cum Perseus obuiam Amphipoli nimis soluta custodia pro ccessisset (id diei iter est) ipsum quidem benigne allocutus est: cæterum postquam in castra ad Amphipolim uenit, grauiter increpuisse traditur C. Sulpicium: primum quod Persea tam pro cul à se uagari per prouinciã passus est: deinde quod adeo indulgisset militibus, ut nudare te gulis muros urbis ad tegenda hibernacula sua pateretur: referriq; tegulas & refarciri tecta si cut fuerant iussit. Et Persea quidem cum maiore filio Philippo traditos A. Postumio in custo diam misit: filiam cum minore filio à Samothrace accitos Amphipolim, omni liberali cultu habuit. Ipse ubi dies uenit, quo adesse Amphipoli denos principes ciuitatiū iusserat, litterasq; omneis quæ ubiq; depositæ essent & pecuniam regiam conferri, cum x legatis circumfusa o mni multitudine Macedonum in tribunali consedit. Assuetis regio imperio tamen nouū for mam terribilem præbuit tribunal, summotor aditus, præco, accensus, infucta omnia oculis auri busq;, quæ uel socios nedum hosteis uictos terrere possent. Silentio per præconē facto, Pau lus Latine quæ senatui quæ sibi ex consilij sententia uisa essent pronuntiauit: ea Cn. Octauius Pr. (nam & ipse aderat) interpretata fermone Græco referebat. Omnium primum liberos esse iubere Macedonas, habentis urbes easdem agrosq;, utetes legibus suis, annuos creantibus ma gistratus: tributum dimidium eius quod pependissent regibus pendere p r. Deinde in IIII regiones diuidi Macedoniam. unam fore & primam partem, quod agri inter Strymonem & Nessum amnem sit: accessurum huic parti trans Nessum ad orientem uersum, quæ Perseus re nuisset uicos castella oppida, præter Aenum & Maroneam & Abdera: trans Strymonem au tem uergentia ad occasum Bisalticam omnem cum Heraclea quam Sinticen appellant. Secun dam fore regionem quam ab ortu Strymo amplecteretur amnis, præter Sinticen Heracleam & Bisaltas: ab occasu quæ Axius terminaret fluuius, additis Pæonis qui prope Axium flumen ad regionem orientis colerent. Tertia pars facta, quam Axius ab oriente, Peneus amnis ab oc casu, cingunt: ad septentrionem Bora mons obijcitur. adiecta huic parti regio Pæoniæ, quæ ab occasu præter Axium amnem porrigitur: Edessa quoq; & Berœa eodem concesserunt. IIII regio trans Boram montem, una parte confinis Illyrico, altera Epiro. Capita regionū ubi con cilia fieret, primæ regionis Amphipolim, secundæ Thessalonicen, tertiæ Pellam, quartæ Pela goniam fecit. Eò concilia suæ cuiusq; regionis indici, pecuniam conferri, ibi magistratus creati iussit. Pronuntiauit deinde, neq; connubium, neq; cōmercium agrorum ædificiorumq; inter se placere cuiquam extra fines regionis suæ esse. Metalla quoq; auri atq; argenti non exerce ri: ferri & æris permitti: uectigal exercentibus dimidium eius impositum quod pependissent re gi. Et sale inuecto uti uetuit. Dardanis repetentibus Pæoniam, quod & sua fuisset, & continens esset finibus suis, omnibus dare libertatē pronuntiauit, qui sub regno Persei fuissent. Post non impetratam Pæoniam, salis cōmercium dedit: tertiæ regioni imperauit ut Stobos Pæoniæ de ueherent, pretiumq; statuit. Naualem materiam & ipsos cædere, & alios pati uetuit. Regionibus, quæ affines barbaris essent: excepta autem tertia omnes erant: permisit ut præsidia arma ta in finibus extremis haberent. Hæc pronuntiata primo die conuentus, uarie affecerunt ani mos. Libertas præter spem data arrexit, & leuatum annum uectigal: regionatim commercijs interruptis ita uideri lacerata tanquã animalia in artus alterum alterius indigenteis distracta: adeo quanta Macedonia esset, quam diuisui facilis, & à seipsa quæq; contempta pars esset, Ma cedones quoq; ignorabāt. Pars prima Bisaltas habet fortissimos uiros (trans Nessum amnem incolunt, & circa Strymonem) & multas frugum proprietates, & metalla, & opportunitatem Amphipolis, quæ obiecta claudit omnes ab oriente sole in Macedonia aditus. Secunda pars

H 2 celeberrimas

celeberrimas urbes Theſſalonicen & Caſſandriam habet, ad hoc Pallenem fertilem ac frugū feram terram: maritimas quoq; opportunitates ei præbent portus ad Toronen ac montem Athò (Aeneæ uocant hunc) alij ad inſulam Eubœam, alij ad Hellespontum opportune uerſi. Tertia regio nobileis urbes Edeſſam & Berœam, & Pellam habet, & Vettiouū bellicoſam gentem, incolas quoque permultos Gallos & Illyrios impigros cultores. Quartam regionem Eordei & Linceſtæ, & Pelagones incolunt: iuncta his Atintania & Stymphalis & Elimiotis. Frigida hæc omnis duraq; cultu & aſpera plaga eſt: cultorum quoq; ingenia terræ ſimilia habet: ferociores eos & accolæ barbari faciūt, nunc bello exercētes, nunc in pace miſcentes ritus ſuos. Diuiſæ itaq; Macedoniae partium uſibus ſeparatis, quanta uniuerſos teneat Macedonas formula dicta, cum leges quoq; ſe daturū oſtendiſſet. Actoli deinde citati, in qua cognitione magis ultra pars Romanis ultra regi fauiſſet quaſitum eſt, quàm utri feciſſent iniuriam aut accipiſſent. Noxa liberati interfectores, exilium pulſis æque ratum fuit ac mors interfectis. A. Bæbius unus eſt damnatus, quod milites Romanos præbuiſſet ad miniſterium cædis. Hic euētus Actolorum cauſæ, in omnibus Græciæ gentibus populisq; eorum qui partis Romanorū fuerant, inflauit ad intolerabilem ſuperbiam animos: & obnoxios pedibus eorum ſubiccit, quos aliqua parte ſuſpicio fauoris in regem contigerat. Tria genera principum in ciuitatibus erant: duo quæ adulando aut Romanorum imperium aut amicitiam regum ſibi priuatim opes oppreſſis faciebant ciuitatibus: medium unum utriq; generi aduerſum libertatem & leges tuebatur. His ut maior apud ſuos caritas, ita minor apud externos gratia erat. Secundis rebus elati Romanorum partis eius fautores, ſoli tum in magiſtratibus, ſoli in legationibus erant. Hi cum frequentes & ex Peloponneſo & ex Boetia, & ex alijs Græciæ concilijs aſſent, implere aures decem legatorum: non eos tantum, qui ſe propalām per uanitatem iactaſſent tanquā hoſpites & amicos Perſei, ſed multo plures alios ex occulto fauiſſe: reliquos per ſpeciem tuendæ libertatis in cōcilijs aduerſus Romanos omnia inſtruxiſſe: nec aliter eas manſuras in fide gentes, niſi fractis animis partium, aletetur confirmareturq; autoritas eorum, qui nihil præter imperium Romanorum expectarent. Ab his editis nominibus, euocatis litteris imperatoris ex Actolia Acarnaniaq; & Epiro & Boetia, qui Romam ad cauſam dicendam ſequerentur: in Achaïam ex decem legatorum numero profecti duo, C. Claudius, & Cn. Domitius, ut ipſi edicto euocarent. Id duabus de cauſis factum: una quod fiducia plus animorumq; eſſe Acheis ad nō parendū credebant, & forſitan etiam in periculo fore Callicratem & cæteros criminum autores delatoresq;. altera cur præſentes euocarēt cauſa erat: quod ex alijs gentibus principum litteras deprenſas in cōmentarijs regijs habebant: in Achaïis cæcum erat crimen, nullis eorum litteris inuentis. Actolis dimiſſis, Acarnanum citata gens: in his nihil nouatum, niſi quod Leucas exempta eſt Acarnanum concilio. Quærendo deinde latius, qui publice aut priuatim partium regis fuiſſent, in Aſiam quoq; cognitionem extendere: & ad Antiffan in Leſbo inſula diruendam, traducendos Methymnam Antiffæos, Labeonem miſerunt: quod Antenorem regium præfectum, quo tempore cum lembis circa Leſbum eſt uagatus, portu receptum cōmeatibus iuiſſent. Duo ſecuri percuſſi uiri inſignes: Andronicus Andronici filius Actolus, quod patrem ſecutus arma contra populum Romanum tuliſſet: & Neo Thebanus, quo autore ſocietatem cum Perſeo iunxerant. His rerum externarum cognitionibus interpoſitis, Macedonum ruriſus aduocatum concilium: pronuntiatū quod ad ſtatum Macedoniae pertinebat, ſenatores quos Synedros uocant legendos eſſe, quorum conſilio reſpublica adminiſtraretur. Nomina deinde ſunt recitata principum Macedonū, quos cum liberis maioribus quàm xv annos natis præcedere in Italiam placeret. Id prima ſpecie ſæuū, mox apparuit multitudini Macedonum pro libertate ſua eſſe factū. Nominati ſunt enim regis amici purpuratiq; duces exercituum, præfecti nauium aut præſidiorū, ſeruire regi humiliter, alijs ſuperbe imperare aſſuetis prædiuites alij, alij quos fortuna non æquarent his ſumpribus pares: regius omnibus uictus ueſtitusq;, nulli ciuilibus animus neq; legum neq; libertatis æque patiens. Omnes igitur qui ita aliquibus miniſterijs regijs etiā qui in minimis legationibus fuerant, iuſſi Macedonia excedere, atq; in Italiā ire: qui non paruſſet imperio, mors denuntiata. Leges Macedoniae dedit cum

tanta

tanta cura, ut non hostibus uictis, sed socijs bene meritis dare uideret: & quas ne usus quidem longo tempore, qui unus est legum corrector, experiendo argueret. Ab serijs rebus ludicrum, quod ex multo ante præparato, & in Asiæ ciuitates & ad reges missis qui denuntiarent, & cum circumiret ipse Græciæ ciuitates indixerat principibus, magno apparatu Amphipoli fecit. Nam & artificum omnis generis qui ludicram artem faciebant, ex toto orbe terrarum multitudo & Athletarum & nobilium equorum conuenit: & legationes cum uictimis, & quidquid aliud deorum hominumque causa fieri magnis ludis in Græcia solet. Ita factum est, ut non magnificenciam tantum, sed prudentiam in dandis spectaculis, ad quæ rudes tum Romani erant, admirarentur. Epulæ quoque legationibus paratæ & opulencia & cura eadem. Vulgo dictum ipsius ferebant, & conuiuium instruere, & ludos parare, eiusdem esse qui uincere bello sciret. Edito ludicro omnis generis, clypeisque æreis in naues impositis, cætera omnis generis arma cum mulata in ingentem acruum, precatus Martem Mineruam Luamque matrem & cæteros deos quibus spolia hostium dicare ius fasque est, ipse imp. face subdita succendit: deinde circumstantes tribuni militum pro se quisque ignes coniecerunt. Notata est in illo conuentu Europæ Asiæque undique partim ad gratulationem partim ad spectaculum contracta multitudine, tantis naualibus terrestribusque exercitibus, ea copia rerum ea uilitas annonæ, ut & priuatis, & ciuitatibus, & gentibus dona data pleraque eius generis sint ab imperatore, non in usum modo præsentem, sed etiam quod domos auerent. Spectaculo fuit ei quæ uenerat turbæ, non scænicum magis ludicrum, non certamina hominum aut curricula equorum, quam præda Macedonica omnis ut uiseretur exposita, statuarum tabularumque, textilium, & uasorum ex auro & argento, ære, & ebore factorum ingenti cura in ea regia: ut non in præsentem modo speciem, qualibus referta regia Alexandræ erat, sed in perpetuum usum fierent. Hæc in classem imposita, deuenienda Romam Cn. Octauio data. Paulus benigne legatis dimissis, transgressus Strymonem, mille passuum ab Amphipoli castra posuit: inde profectus, Pelam quinto die peruenit. Prætergressus urbem, ad Spelæum (quod uocant) biduum moratus, P. Nasicam, & Q. Maximum filium cum parte copiarum ad depopulandos Illyrios qui Persea iuuerant bello, misit, iussos ad Oricum sibi occurrere: ipse Epirum petens quintidecim castris Passaronem peruenit. Haud procul inde Anicij castra aberant. ad quem litteris missis, ne quid ad ea quæ fierent moueretur: senatum prædam Epiri ciuitatum, quæ ad Persea defecissent, exercitui dedisse: summissis centurionibus in singulas urbes, qui se dicerent ad præsidia deducenda uenisse, ut liberi Epirotæ sicut Macedones essent: denos principes ex singulis euocauit ciuitatibus. Quibus cum denuntiasset, ut aurum atque argentum in publicum proferretur, per omnes ciuitates cohortes dimisit. ante in ultiores quam in propiores profecti, ut uno die in omnes perueniretur. Edita tribunis centurionibusque erant quæ agerentur: mane omne aurum argentumque collatum: hora quarta signum ad diripiendas urbes datum est militibus: tantaque præda fuit, ut in equitem ccc denarij, peditibus ducenti diuiderentur, centum quinquaginta milia capitum humanorum abducerentur. Muri deinde direptarum urbium diruti sunt: ea fuere oppida circa lxx. uendita præda omnium, de ea summa militi numeratum est: Paulus ad mare Oricum descendit, nequaquam ut ratus erat expletis militum animis: qui tanquam nullum in Macedonia gessissent bellum, experteis regiæ prædæ esse indignabantur. Orici cum missas cum Scipione Nascica Maximoque filio copias inuenisset, exercitu in naues imposito in Italiam traiecit. Et post paucos dies Anicius conuentu reliquorum Epirotarum Acarnanumque acto, iussisque in Italiam sequi principibus, quorum cognitionem causæ reseruarat: & ipse nauibus expectatis, quibus usus Macedonicus exercitus erat, in Italiam traiecit. Cum hæc in Macedonia Epirotæ gesta sunt, legati, qui cum Attalo ad finiendum bellum inter Gallos & regem Eumenen missi erant, in Asiam peruenierunt. Inducijs per hyemem factis, & Galli domos abierant, & rex in hiberna coefferat Pergamum, grauique morbo æger fuerat. Ver primum ex domo exiuit: iamque Synnada peruenierant, cum Eumenes ad Sardeis undique exercitum contraxerat. Ibi & Romani Solouettium ducem Gallorum Synnadis allocuti, & Attalus cum eis profectus: sed castra Gallorum intrare eum non

placuit, ne animi ex disceptatione irritarentur. P. Licinius cum regulò Gallorum est locutus, retulitq̃ ferociorem cum deprecando factum: ut mirum uideri posset, inter opulentos reges Antiochum Ptolemæumq̃ tantum legatorum Romanorum uerba ualuisse, ut extemplo pacem facerent, apud Gallos nullius momenti fuisse. Romam primū reges captiui Perseus & Gentius in custodiam cum liberis abducti, dein turba alia captiuorum: tum quibus Macedonum denuntiatum erat, ut Romam uenirent, principumq̃ Græciæ. nam hi quoque non solum præsentis exciti erant: sed etiam si qui apud reges esse dicebantur, litteris accersiti sunt. Paulus ipse post dies paucos regia naue ingentis magnitudinis, quam x v i uersus remorum agebant, ornata Macedonicis spolijs, non insignium tantum armorum, sed etiam regiorum textiliū, aduerso Tiberi ad urbem est subuectus, completis ripis obuiam effusa multitidine. Paucos post dies Anicius & Octavius classe sua aduecti. Tribus hjs omnibus decretus est ab senatu triumphus: mandatumq̃ Q. Cassio prætori cum tribunis plebis ex auctoritate patrum ageret, rogationem ad plebem ferrent, ut hjs quo die urbem triumphantes inueherentur imperium esset. Intacta inuidia media sunt, ad summa fermè tendit. Nec de Anicij, nec de Octauij triumpho dubitatum est: Paulum, cui ipsi quoque se comparare erubuisse, obtrectatio carpsit. Antiqua disciplina milites habuerat: de præda parcius quàm sperauerant ex tantis regijs opibus dederat, nihil relicurus, si auiditati indulgeretur, quod in ærarium deferret: totus Macedonicus exercitus imperatori erat negligenter adfuturus comitibus ferendæ legis. Sed eos Seruius Sulpicius Galba, qui tribunus militum secundæ legionis in Macedonia fuerat, priuatim imperatori inimicus, prensando ipse, & per suæ legionis milites sollicitando, stimulauerat ut frequentes ad suffragium adessent: imperiosum ducem & malignum, antiquando rogationem quæ de triumpho eius ferretur, ulciscerentur: plebem urbanam securam esse militum iudicia: pecuniam illum dare non potuisse, militem honorem dare posse: ne speraret ibi fructum gratiæ ubi non meruisset. His incitatis, cum in Capitolio rogationem eam T. Sempronius tribunus plebis ferret, & priuatis lege dicendi locus esset ad suadendum, ut in re minime dubia, si quisquam procederet: Seruius Galba repente processit: & à Tr. postulauit, ut quoniam hora iam octaua diei esset, nec satis temporis ad demonstrandum haberet, cur L. Aemilius non iuberent triumphare: in posterum diem differrent, & mane eam rem agerent. Integro sibi die ad causam eam orandam opus esse. Cum tribunus dicere eo die si quid uellet iuberet: in noctem rem dicendo extraxit, referendo admonendoq̃ exacta acerbè munia militiæ, plus laboris, plus periculi quàm desiderasset res in iunctum: contra in præmijs, in honoribus, omnia arctata: militiamq̃, si talibus succedat ducibus, horridiorem asperioresq̃ bellantibus, eandem uictoribus inopem atque inhonoratam futuram. Macedonas in meliori fortuna, quàm milites Romanos, esse. Si frequentes postero die ad legem antiquandam adessent, intellecturos potentes uiros, non omnia in ducis, aliquid & in militū manu esse. His uocibus incitati, postero die milites tanta frequentia Capitolium compleuerunt, ut aditus nulli præterea ad suffragium ferendum esset. Intro uocata primæ tribus cum antiquarent, concursus in Capitolium principum ciuitatis factus est, indignum facinus esse clamitantium, L. Paulum tanti belli uictorem dispoliari triumpho: obnoxios imperatores tradi licentiæ atque auaritiæ militari: in uno nimis se per ambitionem peccare. Quid si domini milites imperatoribus imponantur? In Galbam pro se quisque probra ingerere. Tandem hoc tumultu sedato, M. Seruilius qui c o s. & magister equitum fuerat, ut de integro eam rem agerent ab tribunis petere, dicendiq̃ sibi ad populum potestatem facerent. Tribuni cum ad deliberandum secessissent, uicti auctoritatibus principum, de integro agere cœperunt: reuocaturusq̃ se eisdem tribus renuntiarunt, si M. Seruilius alijsq̃ priuati qui dicere uellent dixissent. Tum Seruilius: Quantus imp. L. Aemilius fuerit Quirites, si ex alia re nulla æstimari possit, uel hoc satis erat, quod cū tam seditiosos & leues milites, tam nobilem, tam temerarium, tam eloquentem ad instigandā multitudinem inimicum in castris haberet, nullam in exercitu seditionem habuit. Eadem seueritas imperij quam nunc oderunt, tunc eos continuit. Itaque antiqua disciplina habiti neque fecerunt. Seruius quidem Galba, si

in L. Pau/

in L. Paulo accusando tirocinium ponere & documentum eloquentiæ dare uoluit, non triumphum impedire debuit: quem, si nihil aliud, senatus iustum esse iudicauerat: sed postero die quàm triumphatum est priuatum cum uisurus esset, nomen deferret, & legibus interrogaret: aut serius paulo, cum primum magistratus ipse cepisset, diem diceret, inimicum ad populum accusaret. Ita & pretium recte facti triumphum haberet L. Paulus pro egregie bello gesto: & pœnam, si quid & uetere gloria sua & noua indignum fecisset. Sed uidelicet cui crimen nullum probrum dicere poterat, eius obtrectare laudes uoluit. Diem integrum hesternò die accusandum L. Paulum petijt: quatuor horas quantũ supererat diei, dicendo absumpsit. Quis unquam tam nocens reus fuit, cuius uitia uitæ tot horis expromi non possent? Quid interim obiecit quod L. Paulus, si causam dicat, negatum uelit? Duas mihi aliquis conciones parumper faciat: unam militum Macedonicorum, puram alteram integrioris iudicij & à fauore & odio: uniuerso iudicante P. R. apud concionem togatam & urbanam prius reus agatur. Quid apud Quirites Romanos Serui Galba diceres? Illa enim tibi tota abscisa oratio esset: in statione seuerius & intentius institisti: uigiliæ acerbius & diligentius circũitæ sunt operis plus quàm antea fecisti, cum ipse imperator & exactor circumires. Eodem die & iter fecisti, & in aciem ex itinere duxisti. Ne uictorem quidem te adquiescere passus est: statim ad persequendos hostes duxit. Cum te præda partienda locupletẽ facere posset, pecuniã regiam translaturus in triumpho est, & in ærariũ laturus. Hæc sicut ad militũ animos stimulandos aliquem aculeum habent, qui parum licetiæ patũ auaritiæ suæ inseruitũ censent: ita apud P. R. nihil ualissent: qui ut uetera atq; audita à parentibus suis nõ repetat, quæ ambitione imperatorum clades acceptæ sint, quæ seueritate imperij uictoriæ partæ: proximo certe Punico bello, quid inter M. Minuciũ magistrum equitũ, & Q. Fabium Maximum dictatorẽ interfuerit, meministis. Itaq; accusatorẽ id scire potuisset, & superuacaneam defensionẽ Pauli fuisse. Transeat ad alterã concionem: nec Quirites uos, sed milites uideor appellaturus, si nomen hoc saltem ruborem incutere, & uerecundiã aliquam imperatoris uiolãdi adferre possit. Equidem ipse aliter affectus animo sum, qui apud exercitũ mihi loqui uideat: quàm paulo ante eram, cum ad plebem urbanã spectabat oratio. Quid etiã dicitis milites? Aliquis est Romæ, præter Persea, qui triumphari de Macedonibus nolit, & eum nõ nõsdem manibus discerpitis, quibus Macedonas uicistis? Vincere uos prohibuisset, si potuisset, qui triumphanteis urbem inire prohibet. Erratis milites, si triumphũ imperatoris tantum, & non militum quoq; & uniuersi P. R. esse decus censeris. Non unius hoc Pauli. Multi etiã qui ab senatu non impetrarunt triumphũ, in monte Albano triumpharunt. Nemo L. Paulo magis eripere decus perfecti belli Macedonici potest, quàm C. Lutatio primi Punico belli, quàm P. Cornelio secundi, quàm illis qui triumphauerunt. Nec L. Paulum minorem aut maiorẽ imperatorem triumphus faciet: militũ magis in hoc uniuersiq; populi Romani fama agitur: primũ ne inuidiæ & ingrati animi aduersus clarissimum quemq; ciuem opinionem habeat, & imitari in hoc populũ Atheniensem lacerantem inuidia principes suos uideatur. Satis peccatũ in Camillo à maioribus uestris est, quem tamen ante receptam per eum à Gallis urbẽ uiolarunt: satis insuper uobis in P. Africano, Linterni domicilium & sedem fuisse domitoris Africæ, Linterni sepulchrum ostendi. Erubescamus, gloria si par illis uiris L. Paulus, iniuria uestra exæquetur. Hæc igitur primũ infamia deleatur, fœda apud alias gẽtes, damnosa apud nostros. Quis enim aut Africani, aut Pauli similis esse in ingrata & inimica bonis ciuitate uelit? Si infamia nulla esset, & de gloria tantum ageretur, qui tandem triumphus non cõmunem nominis Romani gloriam habet? Tot de Gallis triumphi, tot de Hispanis, tot de Pœnis, ipsorum tãtum imperatorũ, an populi Romani dicuntur? Quemadmodum non de Pyrrho modo, nec de Annibale, sed de Epirotis Carthaginiẽsibusq; triũphi acti sunt: sic non M. Curius tantum nec P. Cornelius, sed Romani triumpharunt. Militum quidem propria est causa: qui & ipsi laureati, & quisq; donis quibus donati sunt insignes, triumphum nomine cient, suasq; & imp. laudes canentes per urbem incedunt. Si quando non deportati ex prouincia milites ad triumphũ sint, fremunt: & tamen suum quoq; se absentis, quod suis manibus parta uictoria sit, triumphare credunt. Si quis uos interroget milites, ad quã rem in Ita-

liam deportati & non statim confecta prouincia dimissi sitis: quid Romam frequentes sub signis ueneritis: quid moremini hic, & non diuersi domos quisque abeatis uestras: quid aliud respondeatis, quàm uos triumphanteis uideri uelle? Vos certe uictores conspici uelle debetis. Triumphatum nuper de Philippo patre huius & de Antiocho est: ambo regnabant cum de his triumphatum est. De Perseo capto in urbem cum liberis abducto non triumphabitur? Quod si in curru scandenteis Capitolium auratos purpuratosq; ex inferiore loco Lucius Paulus in turba togatorum unus priuatus interroget: Lucii Anici, Cn. Octaui, utrum uos digniores triumpho esse, an me censetis? currum ei cessuri, & præ pudore uidentur insignia ipsi sua tradituri: & uos Gentium quàm Persea duci in triumphum inuaultis Quiritès, & de accessione potius belli quàm de bello triumphari? Et legiones ex Illyrico laureatæ urbem inibunt, & nauales socij: Macedonicæ legiones suo abrogato triumphos alienos spectabunt? Quid deinde tam opimæ prædæ, tam opulentæ uictoriæ spolijs fiet? Quò nam abdentur illa tot milia armorum detracta corporibus hostium? an in Macedoniam remittentur? Quo siigna aurca, marmorea, eburnea: tabulæ pictæ, textilia: tantum argenti cælati, tantum auri, tanta pecunia regia? An noctu tanquam furtiua in ærarium deportabuntur? Quid illud spectaculum maximum? nobilissimus opulentissimusq; rex captus ubi uictori populo ostenditur? Quos Syphax rex captus, accessio Punici belli, concursus fecerit, pleriq; meminimus. Perseus rex captus, Philippus & Alexander filij regis, tanta nomina subtrahètur ciuitatis oculis? Ipsum L. Paulum bis c. o. s. domitorem Græciæ, omnium oculi conspiciere urbem curru ingrediens auent. Ad hoc fecimus consulem, ut bellum per quadriennium ingenti etiam pudore nostro tractum perficeret: cui sortito prouinciam, cui proficiscenti prælagentibus animis uictoriam triumphumq; destinauimus, ei uictori triumphum negaturi? & quidem non homines tantum, sed deos etiam suo honore fraudaturi: dijs quoque enim non solum hominibus debetur. Vtrum maiores uestri omnium magnarū rerum & principia exorsi ab dijs sunt, & finem cum statuerunt? Consul proficiscentis prætorū paludatis licitoribus in prouinciam & ad bellum, uota in Capitolio nuncupati uictor perpetrato eodem, in Capitolio triumphas, ad eosdem deos quibus uota nuncupauit, merita dona populi Romani tradit: Pars non minima triumphis est, uictimæ præcedentes: ut appareat dijs grates agentem imperatorem ob rempublicam bene gestam redire. Omneis illas uictimas quas traducendas in triumpho uindicauit, alias alio credente mactate, illas quidem epulas senatus, quæ nec priuato loco, nec publico profano, sed in Capitolio eduntur: utrum hominum uoluptatis causa, an deorum hominumq; autore Seruio Galba turbaturi estis? L. Pauli triumpho portæ claudentur: rex Macedonum Perseus cum liberis & turba alia captiuorum, spolia Macedonum, circa flumen relinquentur? L. Paulus priuatus tanquam rure rediens à porta domum ibit? Et tu centurio, miles, quid de imp. Paulo senatus decreuit potius, quàm quid Seruius Galba fabuletur audi: & hoc dicere me potius quàm illū audi. Ille nihil præterquàm loqui, & ipsud maledice ac maligne didicit: ego ter & uiciens cum hoste per prouocationem pugnaui: ex omnibus cum quibus manum conferui spolia retuli: insigne corpus honestis cicatricibus omnibus aduerso corpore exceptis habeo. Nudasse deinde se dicitur, & quo quæq; bello uulnera accepta essent retulisse. Quæ dum ostentat, ad apertis forte quæ uelanda erant, tumor inguinum proximis risum mouit. tum, hoc quoque quod ridetis, inquit, in equo dies noctesq; per sedendo habeo: nec magis me eius quàm cicatricum harum pudet pœniterq; quando nunquam mihi impedimento ad rempublicam bene gerendam domi militiæq; fuit. Ego hoc ferro sæpe uexatū corpus uetus miles adulescentibus militibus ostendi. Galba nitens & integrum denudet. Reuocare, si uidetur, tribuni ad suffragium tribus: ego ad uos milites

summam omnis captiui auri argentiq; translati H—S millies ducenties fuisse, Valerius Antias tradit: quæ haud dubie maior aliquantò summa ex numero plaustrorum ponderibusq; auri argenti generatim ab ipso scriptis efficitur. Alterum tantum aut in bellum proximum absumptum, aut in fuga cum Samothracem peteret dissipatum, tradunt: eoq; id mirabilius erat

erat, quod tantum pecuniæ intra triginta annos post bellum Philippi cum Romanis, partim ex fructu metallorum, partim ex uectigalibus alijs coaceruatū fuerat. Itaq; admodum inops pecuniæ Philippus, Perseus cōtra prædiues, bellare cum Romanis cœpit. Ipse postremo Paulus in curru, magnam cum dignitate alia corporis, tum senectâ ipsa maiestatem præ se ferens. post currū inter alios illustres uiros filij duo, Maximus & P. Scipio: deinde equites turmatim, & cohortes peditum suis quæq; ordinibus. Pediti in singulos dati centeni, duplex centurioni, triplex equiti: tantum pediti daturū fuisse credunt, & pro rata alijs, si aut non refragati honori eius fuissent, aut benigne hac ipsa summa nunziata acclamassent. Sed nō Perseus tantum per illos dies documentum humanorum casuum fuit, in catenis ante currum uictoris ducis per urbem hostium ductus, sed etiam uictor Paulus auro purpuraq; fulgens. Nam duobus e filijs, quos duobus datis in adoptionem, solos nominis sacrorum familiæq; heredes retinuerat domi, minor fermè XII annos natus, quinque diebus ante triumphum, maior XIII annorum triduo post triumphum decessit: quos prætextatos curru uehi cum patre, sibi ipsos simili leis prædestinanteis triumphos oportuerat. Paucis post diebus data à M. Antonio tribuno plebis concione, cum de suis rebus gestis more cæterorum imperatorum disseruisset, memorabilis eius oratio & digna Romano principe fuit. Quanquā & quā feliciter rempublicam administrauerim, & quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint, non ignore re uos Quirites arbitror, cum spectaculo uobis nunc triumphus meus, nūc futūra liberorum meorum fuerint: tamen paucis quæso sinatis me cum publica felicitate comparare eo quo de beo animo priuatam meam fortunam. Profectus ex Italia classem à Brundisio sole orto soluui, nona diei hora cum omnibus meis nauibus Corcyram tenui. Inde quinto die Delphis Apollini pro me exercitibusq; & classibus lustra sacrificauī. A Delphis quinto die in castra perueni: ubi exercitu accepto, mutatis quibusdam, quæ magna impedimenta uictoriæ erant, progressus quia inexpugnabilia castra hostium erant, neque cogi pugnare poterat rex, intec præsidia eius saltum ad Petram euasi: & ad pugnam rege coacto acie uici: Macedoniam in potestatem populi Romani redegi. & quod bellum per quadriennium quatuor ante me consules ita gesserunt, ut semper successorī traderent grauius, id ego quindecim diebus perfeci. Aliarum deinde secundarum rerum uelut prouentus secutus: ciuitates omnes Macedoniae se dediderunt: gaza regia in potestatem uenit: rex ipse, tradentibus prope ipsis dijs in templo Samothracum cum liberis est captus. Mihi quoque ipsi nimia iam fortuna mea uideri, coepi suspecta esse. Maris pericula timere cœpi in tanta pecuniâ regia in Italiam tranzienda & uictore exercitu transportando. Postquā omnia secundò nauisū cursu in Italiam peruenerunt, neque erat quod ultra precarer, illud optaui, ut cum ex summo retro uolui fortuna consuesset, mutationem eius domus mea potius, quā rempublica sentiret. Itaque defunctam esse fortunam publicam mea tam insigni calamitate spero, quod triumphus meus, uelut ad ludibrium casuum humanorum, duobus funeribus liberorum meorum est interpositus. Et cum ego & Perseus nunc nobilia maxime fortis mortalium exempla spectemur, ille qui ante se captiuos captiuus ipse duci liberos uidit, incolumes tamen eos habet: ego qui de illo triumphauī, ab alterius funere filij currum ex Capitolio propè iam expirantem ueni: neque ex tanta stirpe liberū superest qui Lucij Aemilij Pauli nomen ferat. Duos enim tanquam ex magnâ progenie liberorum in adoptionem datos Cornelia & Fabia gens habent. Pauli in domo præter se nemo superest. Sed hanc cladem domus meæ, uestra felicitas & secunda fortuna publica consolatur. Hæc tanto dicta animo magis confudere audientium animos, quā si miserabiliter orbitatem suam descendendo locutus eisset. Cn: Octauius Calend: Decembribus de rege Perseo naualē triumphum egit. Is triumphus sine captiuis fuit, sine s; alijs. Dedit socijs naualibus in singulos denarios septuagenos quinque, gubernatoribus qui in nauibus fuerant duplex, magistris nauium quadruplex. Senatus deinde habitus est: patres censuerunt ut Quintus Cassius Persea regem cum Alexandro filio Albam in custodiam duceret, comites pecuniam argentum instrumentum quod haberet. Bitis regis Thracum filius cum obsidibus in custodiam Carleolos est missus. Cæteros captiuos, qui in triumpho ducti erant, in carcerē condi pla


cuit. Paucos post dies quàm hæc acta, legati ab Corye rege Thracum uenerunt, pecuniam ad redimendum filium aliosque obsides adportantes. Eis in senatum introductis, & id ipsum argumenti prætentibus orationis, non sua uoluntate Cotyn bello iuuisse Persea, quod obsides dare coactus esset: orantibusque ut eos pretio quantum ipsi statuissent patres redimi paterentur: responsum ex autoritate senatus est: populum Romanum meminisse amicitiae quæ cum Corye maioribusque eius & gente Thracum fuisset, obsides datos crimen non criminis defensionem esse, cum Thracum genti ne quietus quidem Perseus, nedum bello Romano occupatus, timendus fuerit. Cæterum etsi Cotys Persei gratiam prætulisset amicitiae populi Romani: magis quid se dignum esset, quàm quid merito eius fieri posset, æstimaturum: filium atque obsides ei remissurum. Beneficia gratuita esse populi Romani: pretium eorum malle relinquere in accipientium animis, quàm præsens exigere. Legati nominati, T. Quintius Flaminius, C. Licinius Nerva, M. Caninius Rebilus, qui obsides in Thraciam reducerent: & Thracibus munera data in singulos binum milium æris. Bitis cum cæteris obsidibus à Carseolis accersitus, ad patrem cum legatis missus. Naues regiae captæ de Macedonibus inusitatae ante magnitudinis, in campo Martio subductæ sunt. Hærente adhuc nõ in animis modo, sed penè in oculis memoria Macedonici triumphis, L. Anicius Quirinalibus triumphauit de rege Gentio Illyrisque. Similia omnia magis uisa hominibus quàm paria: minor ipse imp. & nobilitate Anicius cum Aemilio, & iure imperij Pr. cum c o s. collatus: non Gentius Perseo, non Illyrij Macedonibus, non spolia spolijs, non pecunia Macedonica, non dona donis comparari poterant. Itaque sicut præfulgebat huic triumphus recens: ita apparebat ipsum per se intuentibus nequaquam esse contemnendum. Perdomuerat intra paucos dies terra marique ferocem locisque munitis fretam gentem Illyriorum: regem regiaeque omne stirpis ceperat: transtulit in triumphum multa miliaria signa spoliisque alia & supellectilem regiam: auri pondo xx & vii, argenti x & ix pondo: denarium tria milia: & cxx milia Illyrici argenti. Ante curtum ducti Gentius rex cum coniuge & liberis, & Carauantius frater regis & aliquot nobiles Illyrij. De præda militibus in singulos quadragenos quinos denarios, duplex centurioni, triplex equiti, socijs nominis Latini quantum ciuibus, & socijs naualibus dedit quantum militibus. Lætiior hunc triumphum est secutus miles, multisque dux ipse carminibus celebratus. Hæc ducenties ex ea præda redactum esse, autor est Antias, præter aurum argentumque quod in gratium sit latum: quod quia unde redigi potuerit non apparebat, autorem pro re posui. Rex Gentius cum liberis & coniuge & fratre Spoletium in custodiam ex senatus consulto ductus: cæteri captiui Romæ in carcerem coniecti: recusantibusque custodiam Spoletinis Igiturium reges traducti. Reliquum ex Illyrico præde c c x x lembi erant: de Gentio rege captos eos Corcyreis & Apolloniatis & Dyrracinis Q. Cassius ex senatus cõsulto tribuit. Consules eo anno agro tantum Ligurum populato, cum hostes exercitus nunquam eduxissent, nulla re memorabili gesta, Romam ad magistratus subrogandos redierunt: & primo comitali die consules crearunt, M. Claudium Marcellum, C. Sulpicium Gallum. Deinde prætores postero die, L. Iulium, L. Apuleium Saturninum, A. Licinium Neruam, P. Rutilium Caluum, P. Quintilium Varum, M. Fonteium. His prætoribus duæ urbanæ prouinciæ sunt decretæ, duæ Hispaniæ, Sicilia ac Sardinia. Intercalatum eo anno: postridie Terminalia intercalares fuerunt. Augur eo anno mortuus est C. Claudius: in eius locum augures legerunt T. Quintium Flaminiũ: & flamẽ Quirinalis mortuus M. Fabius Pictor. Eo anno rex Prusia uenit Romam cum filio Nicomede. Is magno comitatu urbem ingressus, ad forum à porta tribunalique Q. Cassij prætoris perrexit: concursuque undique facto, deos qui urbem Romam incolerent, senatumque & populum Romanum salutatum se dixit uenisse: & gratulatum quod Persea Gentiumque reges uicissent, Macedonibusque & Illyris in ditionem redactis auxissent imperium. Cum prætor senatum ei, si uelit, eo die daturum dixisset, biduum petijt, quo templa deum urbemque & hospites amicosque uiseret. Datus qui circumduceret cum L. Cornelius Scipio quaestor, qui & Capuam ei obuiam missus fuerat: & ædes, quæ ipsum comitesque eius benigne recipere, conductæ. Tertio post die senatum adit, gratulatus uictoriam est: merita sua in eo bello

bello commemorauit: petijt, ut uotum sibi soluere, Romæ in Capitolio x maiores hostias, & Præneste unam Fortunę liceret: ea uota pro uictoria populi Romani esse. Et ut societas secum renouaretur: agerq; sibi de rege Antiocho captus, quem nulli datum à populo Romano Galli possiderent, daretur. Filium postremo Nicomedem senatui commendauit. Omnium qui in Macedonia imperatores fuerant, fauore est adiutus. Itaq; cætera quæ petebat cõcessa: de agro responsum est, legatos ad rem inspiciendam missuros. Si ager p r fuisset, nec cuiquam datus esset, dignissimũ eo dono Prusiam habituros esse. Si autem Antiochi non fuisset, eo ne populi quidem Romani factum apparere: aut si datus Gallis esset, ignoscere Prusiam debere, si ex nullius iniuria quidquã ei datum uellet p r. Ne quod detur quidem gratũ esse donum posse, quod eum qui det ubi uellet ablaturum esse sciat. Facile Nicomedis cõmendationem accipere. Quanta cura regum amicorũ liberos tuëatur p r documento Ptolemæum Aegypti regem esse. Cum hoc responso Prusias est dimissus. Munera ei ex sestertijs iussa dari, & uasorum argenteorum pondo l. & filio regis Nicomedi ex ea summa munera dari censuerunt, ex qua Masgabæ filio regis Masanissæ data essent: & ut uictimæ aliq; quæ ad sacrificium pertinerent, seu Romę, seu Præneste immolare uellet, regi ex publico sicut magistratibus Romanis præberentur: & ut ex classe quæ Brundisij esset naues lōge uiginti assignarentur quibus uteretur: donec ad classẽ dono datam ei rex peruenisset, L. Cornelius Scipio ne ab eo abscederet, sumptumq; ipsi & comitibus præberet donec nauẽ conscendisset. Mire lætum & ea benignitate in se populi Romani regem fuisse, ferunt: munera sibi ipsum emisit: filiũ iussisse donum p r accipere. Hæc de Prusia nostri scriptores. Polybius eum regem indignum maiestate nominis tanti tradit: pileatum capite raso obuiam ire legatis solitum, libertumq; se p r ferre, & ideo insignia ordinis eius gerere. Romæ quoq; cum ueniret in curiam summississe se, & osculo limen curię contigisse: & deos seruatores suos senatum appellasse: aliamq; orationem non tam honorificam audientibus, quàm sibi deformem habuisse.

Moratus circa urbem xxx haud amplius dies, in regnum est profectus.

FINIS

BASILEAE, IN OFFICINA FROBENIANA
per Hieronymum Frob. & Nicolaum Episcopium,
M D XXXIIII



PRO

BEN.

TITI LIVII PATAVINI
DECADVM XIII
EPITOME

T. LIVII PATAVINI HISTORIARVM AB VRBE CONDITA LIBRI PRIMI EPITOME.

STORiarvm AB VRBE CONDITA LIBRI
PRIMI EPITOME.



ADVENTVS Æneæ in Italiam, & res ab eo gestæ, Ascanij regnum Albæ, & Syluij Aeneæ, ac deinceps Syluiorū regum primo libro continentur. Numitoris filia à Marte compressa. nati Romulus, & Remus. Amulius obruncatus. Vrbs à Romulo condita. Senatus lectus. Cum Sabinis bellatum. Opima spolia Ioui Feretrio lata. In centurias populus diuisus. Fidenates, & Veientes uicti. Romulus consecratus. Numa Pompilius ritus sacrorum tradidit: Iano templum constituit: eiusq; portā, pacatis omnibus circa populis, primus clausit: cum dea Aegeria sibi congressus nocturnos esse simulans, feroces populi animos ad religionem perpulit. Tullus Hostilius Albanos bello petijt. Post hæc trigeminorū pugna. Horatius absolutus. Metij Suffetij supplicium. Alba diruta. Albani in ciuitatem recepti. Sabinis bellum indictum. Ad postremū fulmine absumptus est. Ancus Marcius cærimonia à Numa institutas renouauit: Latinis uictis, & ad ciuitatem ascitis montem Auentinum assignauit: Politorium urbem Latinorum bello repetitam, quam prisca Latini occupauerant: diruit: pontem Sublicium in Tyberim fecit: Ianiculum collem urbi addidit: fines imperij protulit: Ostiam condidit. Tarquinius Priscus in Anci amicitiam receptus. Centum additis patrum numerum auxit: Latinos subegit: circum designauit: ludos edidit: Sabinorum bello potiturus, equitum centurias ampliari. Tentandæ scientiæ causa Accij Nauij auguris, consuluisse fertur: an id, de quo cogitaret: effici posset: quod cum ille fieri posse respondisset: iussisse eum nouacula cotem præcidere: idq; protinus factum. Sabinos præterea acie uicit: urbem muro circumdedit: cloacas fecit. Seruius Tullius natus ex captiua corniculana, cui puero in cunisposito caput arsisse traditum est: Veientes atq; Hetruscos prælio fudit: censum primus omnium egit: iustrum condidit: classes, centuriasq; descripsit: Pomcerium protulit: colles urbi, Quirinalem, Viminalem, Esquilinumq; adiecit: templum Dianæ cum Latinis in Auentino fecit.

Lucius Tarquinius Superbus, occiso Seruio eius socero, inuasit regnum. quo die scelerata Tullia per patris iacentis corpus carpentum egit. Armatos circa se ad custodiam corporis sui habuit: Turnum Herdonium fraude interemit: bellum cum Volscis gessit: & ex eorum præda templum Ioui in Capitolio fecit. Terminus, & Iuventas non addixere: quorum aræ moueri non potuerunt. Filius Sextus Tarquinius dolo Gabios in potestatem suam redegit.

Huius filijs Delphos profectis, & consulentibus, quis eorū regnaturus esset Romæ: dictum est: eum regnaturum: qui primus matrem osculatus esset. quod responsum cum ipsi aliter interpretarentur: Iunius Brutus, qui cum ijs profectus erat: prolapsus se simulauit: & terram osculatus est. idq; factum eius euentus rei comprobauit. nam cum impotenter se gerendo Tarquinius Superbus omnes in odium suum adduxisset: ad ultimum propter expugnatam nocturna ui à Sex. filio eius Lucretiæ pudicitiam, quæ uocato patre ad se Tricipitino, & uiro Collatino obtestata ne inulta mors eius esset, cultro se interemit: Bruti opera maxime expulsus est: cum regnasset annos uiginti quinque. Tunc consules primum creati sunt L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.

LIBRI II

BRutus iureiurando populum astrinxit: neminem regnare Romæ passurum: Tarquinium Collatinum collegam suum propter affinitatem Tarquiniarum suspectum, coegit consulari se abdicare, & ciuitate cedere: bona regum diripi iussit: agrū Marti consecrauit: qui Campus Martius nominatus est. adolescentes nobiles, in quibus suos quoq; & fratris filios, quia coniurauerant de recipiendis regibus: securi percussit: seruo iudici, cui Vindicius nomen fuit: libertatem dedit: ex cuius nomine uindicta est appellata. Cum aduersus reges, qui contractis Veientium, & Tarquiniarum copijs bellum intulerāt: exercitum duxisset: in acie cum Arunte

I 1 filio

filio Superbi commortuus est: eumq; matronæ annum luxerunt. L. Valerius consul legem de prouocatione ad populum tulit. Capitolium dedicatum est. Porfena rex Clusinarum, bello pro Tarquinij suscepto, cum ad Ianiculum uenisset: ne Tyberim transiret, uirtute Coclitis Horatij prohibitus est, qui, dum alij pontem Sublicium rescindunt: solus Hetruscos sustinuit: & ponte rupto armatus se in flumen misit: & ad suos tranauit. Alterum accessit uirtutis exemplum à Mutio, qui, cum ad ferendum Porfenam castra hostium intrasset: occiso scriba, quem regem esse putabat: comprehensus, impositam altaribus manum, in quibus sacrificatum erat: exuri passus est: dixitq; tales trecentos esse coniuratos in mortem ipsius regis. quorum admiratione coactus Porfena pacis condiciones ferre, bellum omisit, acceptis obsidibus, ex quibus uirgo una Clælia deceptis custodibus per Tyberim ad suos tranauit: & cum redita esset: à Porfena honorifice remissa, equestriq; statua donata est. Ap. Claudius ex Sabinis Romam transfugit: ob hoc Claudia tribus adiecta est. Numerus tribuum ampliatus est: ut essent triginta una. Aduersus Tarquinium Superbum cum Latinorum exercitu bellum inferentem A. Postumius dictator prospere pugnavit apud lacum Regillum. Plebs, cum propter nexos ob æs alienum Sacrum in montem secessisset: consilio Menenij Agrippæ à seditione reuocata est. Idem Agrippa cum decessisset: propter paupertatem publico impendio elatus. Tribuni plebis quinque creati sunt. Oppidum Volscorum Corioli captum est uirtute & opera Cn. Martij: qui ob hoc Coriolanus uocatus est. T. Latinus uir de plebe, cum in uisu admonitus esset: ut de quibusdam religionibus ad senatū perferret: & neglexisset: amissio filio, debilis factus, posteaquam delatus ad senatū lectica eadem illa indicauerat, usu pedum recepto, domum reuersus est. Cum Cn. Martius Coriolanus, qui in exiliū pulsus, dux Volscorum factus exercitum hostium urbi primo admouisset: & missi ad eum primum legati, postea sacerdotes frustra deprecati essent, ne bellum patriæ inferret: Veturia mater, & Volumnia uxor impetrauerunt ab eo: ut recederet. Lex agraria primum lata est. Sp. Cassius consularis regni crimine damnatus est, necatusq;. Oppia uirgo uestalis ob incestū uiua defossa est. Cum uicini hostes Veientes incommodi magis, quam graues essent: familia Fabiorum id bellum gerendū depoposcit: misitq; in id trecentos sex armatos: qui ad Cremeram ad unum ab hostibus cæsi sunt, uno impubere domi relicto. Res præterea aduersum Volcos, & Æquos, & Veientes, & seditiones inter patres, plebemq; continet. Appius Claudius consul, cum aduersum Volcos contumacia exercitus male pugnatum esset: decimum quenque militum fuste percussit.

LIBRI III

Seditiones de agrarijs legibus factæ. Capitolium ab exulibus, & seruis occupatum, cæsisq; receprum est. Censu bis actus est. priore lustro censa sunt ciuium capita centū, quatuor & uiginti milia, c c x i i i i, præter orbos, orbosq; sequenti, c x x x i i milia, c c c c x i x. Cum aduersum Æquos res male gesta esset: L. Quintius Cincinnatus dictator factus, cum rure intentus rustico operi esset: ad bellum gerendum accersitus est. Is uictos hostes sub iugum misit. Tribunorū plebis numerus ampliatus est: ut essent decem: x x x v i anno à primis tribunis plebis. Petitis per legatos, & allatis atticis legibus, ad constituendas eas, proponendasq; decem uiri pro consulibus sine ullis alijs magistratibus creati, altero & trecentesimo anno, quàm Roma cõdita erat: & ut à regibus ad consules, ita à consulibus ad decemuiros translatum imperium. Ii decem tabulis legum positis, cum modeste se in honore gessissent: & ob id in alterum quoq; annum eundem esse magistratum placuisset: cum complura impotenter fecissent: magistratum noluerunt deponere: & in tertium annum detinuerunt: donec inuictorum imperio finem attulit libido Ap. Claudij, qui cum in amorem uirginis incidisset: summisso, qui eam in seruitutem peteret: necessitatem patri eius Virginio imposuit, rapto ex taberna proxima cultro: ut filiam interimeret: cum aliter eam tueri nõ posset: ne in potestatem stuprum uilaturi ueniret. hoc tam magnæ luxuriæ exemplo plebs incitata montem Auentinum occupauit: coegitq; decemuiros abdicare se magistratu. ex quibus Appius, & unus collegarum, qui præcipue poenam meruerant, in carcerem cõiecti: cæteri in exiliū acti. Res præterea contra Sabinos

Sabinos, & Volscos, & Aequos prospere gestas continet: & parum honestum populi Romani iudicium: qui iudex inter Ardeates & Aricinos sumptus, agrum de quo ambigebatur sibi adiudicauit.

LIBRI IIII

LEx de connubio patrum & plebis contentione magna, patribus repugnātibus, perlata est à trib. pl. Aliquot annis res populi Ro. domi militiaeque per hoc genus magistratus administratae sunt. Item censores tunc primum creati sunt. Ager Ardeatinus Romani populi iudicio ablatus, missis in eum colonis, restitutus est. Cum fame populus Ro. laboraret: Sp. Melius eques Romanus frumentū populo sua impensa largitus est: & ob id factum conciliata sibi plebe, regnum affectans à C. Seruilio Hala magistro equitū iussu Quintij Cincinnati dictatoris occisus est. L. Minutius index boue aurata donatus est. Legatis Romanis à Fidenatibus occisis, quoniam ob Remp. occubuerant: statuæ in rostris positæ sunt. Cornelius Cossus tribunus militum, occiso Tolumnio rege Veientium, opima spolia secunda retulit. Mamercus Aemilius dictator censuræ honore, qui antea per quinquennium gerebatur: anni & sex mensium spacio finito, ob eam rem à censoribus notatus est. Fidenæ in potestatem redactæ: eoque coloni missi sunt. quibus occisis Fidenates cum defecissent à populo Ro. à Mamercio Aemilio dictatore uicti sunt: & Fidenæ captæ. Coniuratio seruorum oppressa est. Postumius tribunus militum propter crudelitatem ab exercitu occisus est. Stipendium ex ærario tum primum militibus datum est. Res præterea gestas aduersum Volscos & Veientes continet.

LIBRI V

IN obsidione Veiorum hibernacula militibus facta sunt. ea res cum esset noua: indignationem tribunorum plebis mouit, querentium non dari plebi nec per hyemem militiae requiem. Equites tum primum equis suis merere cœperūt. Cum inundatio in lacu Albano facta esset: uates, qui eam rem interpretaretur: ab hostibus captus est. Furius Camillus dictator decem annos obsessos Veios cepit: simulacrum Romam transtulit: decimam partem prædæ Delphos Apollini misit. Idem tribunus militum, cum Faliscos obsideret: proditos hostium filios parentibus remisit: statimque deditioe facta, Faliscorum uictoriam iustitia consecutus est. Cum alter ex censoribus, Iulius decessisset: in locum eius M. Cornelius successit. nec id postea factum est: quoniam eo lustro à Gallis Roma capta est. Furius Camillus, cum e dies à L. Apuleio trib. pl. dicta esset: in exilium abiit. Cum Senones Galli Clusium obsiderent & legati à senatu missi ad componendum inter eos, & Clusinos pacem, pugnantem contra Gallos in acie Clusinorum steterent: hoc facto eorum concitati Senones urbem infesto exercitu petierunt: fusisque ad Alliam flumen Romanis, cepere urbem, præter Capitolium: in quod se iuuenes contulerant. maiores natu cum insignibus honorum, quos quisque gesserat: in uestibulis ædium sedentes occiderūt. & cum per auersam partem Capitolij iam in summum euassissent: proditi clangore anserum, M. Manlij præcipue opera deiecti sunt. coactis deinde propter famem Romanis despondere, ut mille pondo auri darent: & hoc pretio finem obsidionis emerent: Furius Camillus dictator absens creatus inter pendendum aurum cum exercitu uenit: & Gallos post sextum mensem urbe expulit: ceciditque. Aedes Loquutio facta: quo loco ante urbem captam uox audita erat: aduentare Gallos. Dictum est ad Veios migrandum esse, propter incensam, & dirutam urbem. quod cōsiliū Camillo autore discussum est. Mouit populum uocis quoque omen ex centurione auditæ. qui, cum in forum uenisset: manipularijs suis dixerat: sta miles: hic optime manebimus.

LIBRI VI

Res aduersus Aequos, & Volscos, & Hetruscos prospere gestas continet. Quatuor tribus additæ sunt: Stellatina, Sabbatina, Promentina, Arniensis. M. Manlius, qui Capitolium à Gallis defenderat: cū obstrictos ex alieno liberaret: nexos exolueret: crimine affectati regni damnatus, de saxo Tarpeio deiectus est. in cuius notam sc. factū est: ne cui de Manlia gente Marco cognomen esset. C. Licinius, & L. Sestius trib. pl. legem promulgarunt: ut consules etiam ex plebe fierent: qui ex patribus creabantur. eam legem cum magna contentione repugnātibus

gnantibus patribus, cum iisdem tribuni plebis per quinquenniū soli magistratus fuissent: per-
tulerant. & primus omnium ex plebe consul L. Sextius creatus est. Lata est altera lex: ne cui-
quam plus quingentis iugeribus agri liceret possidere.

LIBRI VII

DVo noui magistratus adiecti sunt: prætura, & ædilitas curulis. Pestilentia ciuitas labo-
rauit: eamq; insignem fecit mors Furij Camilli. cuius remedium, & finis cum per nouas
religiones quaereretur: ludi scenici tunc primum facti sunt. Cum dies L. Manlio dicta esset à
M. Pompeio trib. pl. propter delectum acerbe factum, & ob T. Manlium filium relegatū sine
ullo crimine: adolescens ipse, cuius relegatio patri obijciatur: uenit in cubiculum tribuni: stri-
ctoq; gladio coegit eum in uerba sua iurare: non persequeretur se in accusatione. tunc omnia
pernitiosa omissa sunt. In patentem uoraginem urbis Romæ Curtius armatus equo se præ-
cipitauit: eaq; expleta est. Manlius adolescens qui patrem à tribunitia uexatione liberauerat:
contra Gallum prouocantem aliquem ex militibus Romanis, in singulare certamen des-
cendit: eiq; occiso torquem aureum detraxit: quem ipse postea tulit, & ex eo Torquatus est
nuncupatus. Duæ tribus additæ: Pontina, & Publicia. Licinius Stolo lege ab ipso lata damna-
tus est: quod plus quingentorum iugerum agri possideret. M. Valerius trib. militū Gallum,
à quo prouocatus erat: insidente galea coruo, & unguibus rostroq; infestante hostem, intere-
mit: & ex eo Coruini nomen accepit: consulq; proximo anno creatus est ob uirtutem: cum
XXIII ageret annum. Amicitia cum Carthaginensibus iuncta. Campani, cum urgeren-
tur à Samnitibus bello: auxilio aduersus eos à senatu petito, cum id non impetrarent: urbem,
atq; agros populo Romano dederunt. ob quam causam ea, quæ populi Romani facta es-
sent: defendi bello aduersus Samnites placuit. Cum ab A. Cornelio consule exercitus in ini-
quum locum deductus in magno discrimine esset: P. Decij tribuni militū opera seruatus est.
qui occupato colle super id iugum, in quo Samnites federant: occasionem consuli in æquio-
rem locum euadendi dedit: ipse ab hostibus circūfessus erupit. Milites Romani, qui Capuæ
in præsidio erant relictī: cum de ea occupanda urbe cōspirassent: & detecto consilio, metu sup-
plicij à populo Romano defecissent: per M. Valerium Coruinum dictatorem, qui cōsilio suo
eos à furore reuocauerat: patriæ restituti sunt.

LIBRI VIII

LAtini cum Campanis defecerunt: & missis legatis ad senatum conditionem tulerunt: ut, si
pacem habere uellent: alterum ex Latinis consulem facerent. Qua legatione perlata, præ-
tor eorum Annius de Capitolio ita prolapsus est: ut exanimaretur. T. Manlius cōsul filium
suum, quod contra edictum pugnauerat aduersum Latinos: quāuis prospere pugnaisset: securi
percussit. Laborantibus Romanis, P. Decius tunc cum Manlio deuouit se pro exercitu: & con-
citato equo cum in medios hostes se intulisset: interfectus morte sua Romanis uictoriam resti-
tuit. Latini in deditionē uenerunt. T. Manlio in urbem reuerso nemo ex iuuentute obuiam
processit. Minucia uirgo Vestalis incesti damnata est. Aufonibus uictis, in oppidum Cales
colonia deducta est. Item Fregellæ colonia deductæ sunt. Veneficium cōplurium matrona-
rum deprehensum: quarum plurimæ statim æpotis medicaminibus perierunt. Lex de ue-
neficio tunc primū constituta est. Priuernatibus, cum rebellassent: uictis ciuitas data est. Pa-
læpolitani uicti bello: & obsidione in deditionem uenerūt. Q. Publilio, qui eos obsederat: pri-
mum imperiū prolatus: & per consules ei decretus triumphus. Plebs nexu liberata est pro-
pter Lucij Papyrij creditoris libidinem: qui C. Publilio debitori suo stuprum inferre uoluerat.
Cum L. Papyrius dictator reuersus in urbem ab exercitu esset propter auspicia repetenda:
Q. Fabius magister equitum occasione rei bene gerendæ inuitatus, contra edictū eius prælia-
tus est: qui prospere aduersus Samnites pugnauit. ob eam causam cum dictator de magistro
equitum supplicium sumpturus uideretur: Fabius Romam profugit: & cum causa parum pro-
ficeret: populi precibus donatus est. Res præterea contra Samnites prospere gestas cōtinet.

LIBRI IX

Titus Veturius, & Sp. Posthumius apud Caudinas furcas, deducto in locum iniquum ex-
ercitu

etiam cum nulla spes euadēdi esset: fœdere cum Samnitibus factō, & sexcentis equitibus Romanis obsidibus datis, ita exercitū abduxerunt: ut omnes sub iugum mitterentur. idemq̄ auctore Sp. Posthumio cōs. qui in senatu suaserat: ut eorum deditōne, quorum culpa tam deforme fœdus ictum erat: publica fides liberaretur: cum duobus trib. plebis, & omnibus, qui per fœdus sponderant: dediti Samnitibus non sunt recepti. nec ita multo post fufis à Papyrio Cursore Samnitibus, & sub iugum missis, receptisq̄ sexcentis equitibus Romanis, qui obsides dati erant: pudor prioris flagitiū abolitus. Tribus duæ adiectæ sunt: Ventina, & Falerina. Sueffa, & Pontia coloniae deductæ sunt. Ap. Claudius censor aquam Claudiam perduxit: uiam strauit, quæ Appia uocata est: libertinorum filios in senatu legit. ideoq̄, quoniam is ordo uidebatur inquinatus indignis: sequentis anni consules in senatu legendo obseruauerunt: quemadmodum ante per proximos censes obseruatum fuerat. Res præterea contra Apulos, Hetruscos, Umbros, Marfos, Pelignos, Æquos, & Samnites, quibus fœdus erat restitutum: prospere gestas continet. Flauius Scriba libertino patre natus ædilis curulis fuit, per forensē factionem creatus, quæ, cum comitia & campum turbaret: & in ijs propter nimias uires dominaretur: à Q. Fabio censore in quatuor tribus redacta est: eaq̄ res Fabio Maximo nomen dedit.

LIBRI X

Coloniae deductæ sunt Sora, & Alba. Carseoli Marsi in deditōne accepti sunt. Collegium augurum ampliatur: ut essent nouem: cum antea quaterni fuissent. Lex de prouocatione ad populū à Valerio consule tunc primum lata est. Duæ tribus adiectæ sunt: Aniensis & Terentiana. Samnitibus bellum indictum: & aduersus eos prospere pugnatum est. Cum aduersus Hetruscos, Umbros, Samnites, Gallos P. Decio, & Q. Fabio ducibus pugnaretur: Romanusq̄ exercitus in maximo esset discrimine: P. Decius secutus exemplum patris deuouit se pro exercitu: & morte sua uictoriam eius pugnae populo Romano dedit. Papyrius Cursor Samnitium exercitū, qui iureiurādo astrictus suo: quo maiore constantia uirtutis in aciem descenderet: fudit. Census actus est: lustrum conditum. censa sunt ciuium capita ducenta sexagintaduo millia, & trecenta uigintiduo.

LIBRI XI

QUAM Fabius Gurges cōsul male aduersum Samnites pugnasset: & senatus de remouendo eo ab exercitu ageret: Fabius Maximus pater deprecatus hanc sibi ignominiam, eo maxime senatum mouit: quod iturum se filio legatum pollicitus est: idq̄ præstitit, atque eius consilijs, & opera filius consul adiutus, cæsis Samnitibus triumphauit. C. Pontium imperatorem Samnitium ductum in triumpho securi percussit. Cum ciuitas pestilentia laboraret: missis legatis, ut Æsculapij signum Romam ab Epidaurō transferrent: anguem, qui se in nauem eorum contulerat: in quo ipsum numen esse constabat: deportauerunt: eoq̄ in insulam Tyberis egresso, eodem loco sedes Æsculapij constituta est. L. Posthumius consularis, quoniam, cum exercitui præesset, opera militum in agro suo usus esset: damnatus est. Cum Samnitibus pacem petentibus fœdus quarto renouatū est. Curius Dentatus consul Samnitibus cæsis, & Sabinis, qui rebellauerant, uictis, & in deditōnem acceptis, bis in eodem magistratu triumphauit. Coloniae deductæ sunt, Castrum, Sena, Adria. Triumuii capitales tunc primum creati sunt. Census actus est: lustrum conditum. censa sunt ciuium capita cclxxiiii milia. Plebs propter æs alienum, & graues, & longas seditiones ad ultimum secessit in Ianiculum: unde à Q. Hortensio dictatore deducta est: isq̄ in ipso magistratu decessit. Res præterea contra Volturnenses gestas continet: item aduersus Lucanos: contra quos auxilium Tyrrenis ferre placuerat.

LIBRI XII

CUM legati Romanorum à Gallis Senonibus interfecti essent: bello ob id Gallis indicto, L. Cæcilius prætor cum legionibus ab ijs cæsus est. Cum à Tarentinis classis Romana direpta esset, duce, qui præerat classi, occiso: legati ad eos à senatu, ut de ijs iniurijs quererentur, missi, pulsati sunt. ob id bellum ijs indictum est. Samnites defecerunt. Aduersus eos, & Lu-

canos, & Brutios, & Hetrufcos aliquot prælijs à compluribus ducibus bene pugnatum est.

Pyrrhus Epirotarum rex, ut auxilium ferret Tarentinis: in Italiam uenit. Cum in præsidium Rheginorum legio campana cum præfecto Decio Iubellio missa esset: occisis Rheginis Rhegium occupauit.

LIBRI XIII

Valerius Leuinus consul parum prospere aduersus Pyrrhum pugnavit: elephantorum maxime inusitata facie territis militibus. Post id prælium cum corpora Romanorum, qui in acie ceciderant: Pyrrhus inspiceret: omnia uersa in hostem inuenit: populabundusq; ad urbem Romam processit. C. Fabricius missus ad eum, ut de redimendis captiuis ageret: frustra ut patriam desereret à rege tentatus est. captiui sine pretio remissi sunt. Cyneas legatus à Pyrrho ad senatum missus petijt: ut componendæ pacis causa rex in urbem reciperetur. de qua re cum ad frequentiore senatum referri placuisset: Ap. Claudius, qui propter inualitudinem oculorum iamdiu à consilijs publicis abstinuerat: uenit in curiam: & sententia sua tenuit: ut id Pyrrho negaretur. P. Domitius censor primus ex plebe lustrum condidit. censa sunt ciuium capita *CCCLXXVIII* milia, *CCXXII*. Iterum aduersus Pyrrhum dubio euentu pugnatum est. Cum Carthaginensibus quarto fœdus renouatum est. Cum C. Fabricio consuli is, qui ad eum à Pyrrho transfugerat: polliceretur se regi uenenum daturum: cum in iudicio ad regem remissus est. Res præterea contra Hetrufcos, Lucanos, & Brutios, & Samnites prospere gestas continet.

LIBRI XIII

PYrrhus in Siciliam traiecit. Cum inter alia prodigia fulmine deiectum esset in Capitolio Iouis signum: caput eius per aruspices inuentum est. Curius Dentatus, cum delectum haberet: eius qui citatus non responderat: bona uendidit. Pyrrhum iterum ex Sicilia in Italiam reuersum uicit: & Italia expulit. Fabricius censor P. Cornelium Rufinum consularem senatu mouit: quod decem argenti pondo facti haberet. Lustrum à censoribus condito, censa sunt capita ciuium *CCCLXXI* milia, *CCXXIII*. Cum Ptolemæo Ægypti rege societas iuncta est. Sextilia uirgo Vestalis damnata incesti uiua defossa est. Coloniae deductæ sunt Posidonia, & Consa. Carthaginensium classis auxilio Mamertinis uenit. quo facto ab ijs fœdus uiolatum est. Res præterea contra Lucanos, Samnites, & Brutios feliciter gestas & Pyrrhi mortem continet.

LIBRI XVI

Victis Tarentinis pax & libertas data est. Legio Campana, quæ Rhegium occupauerat: obseffa, deditioe facta, securi percussa est. Cum legatos Apolloniatium ad senatum missos quidam iuuenes pulsassent: dediti sunt Apolloniatibus. Picentibus uictis pax data. Coloniae deductæ: Ariminum in Piceno: Beneuentum in Samnio. Tunc primum populus Romanus argento uti cœpit. Umbri, & Salentini uicti in deditioe accepti sunt. Quæstorum numerus ampliatus est.

LIBRI XVI

ORigo Carthaginensium, & primordia urbis referuntur: cõtra quos, & Hieronem regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendum censuit senatus. Cum de ea re inter suadentes, ut id fieret: dissuadentesq; contentio fuisset: transgressis tum primum mare equitibus Romanis aduersus Hieronem sæpius bene pugnatum. Petenti pax data est. Lustrum à censoribus conditum. censa sunt ciuium capita *CCCLXXII* milia, *CCXXIII*. D. Iunius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris edidit primus. Colonia Esernia deducta est. Res præterea contra Pœnos, & Volscos prospere gestas continet.

LIBRI XVII

CN. Cornelius c. o. s. à classe punica circumuentus, & per fraudem ueluti in colloquiũ eocatus captus est. Cn. Duilius c. o. s. aduersus classem Pœnorum prospere pugnavit: priusq; omnium Romanorũ ducum naualis uictoriæ duxit triumphum. ob quam causam ei perpetuus honos habitus est: ut reuertenti à cœna tibicines canerent: & funale præferretur.

L. Cor/

L. Cornelius cos. in Sardinia contra Sardos, & Corfos, & Hannonem Pœnorum ducem feliciter pugnavit. Attilius Calatinus cos. cum in locum iniquum à Pœnis circumfessum temere duxisset exercitum: M. Calpurnij tribuni militum uirtute, & opera euasit. qui cum trecentis militibus eruptione facta hostes in se conuertit. Annibal dux Pœnorum uicta classe, cui præfuerat: à militibus suis in crucem sublatus est. Attilius Regulus cos. uictis nauali prælio Pœnis, in Africam traiecit.

LIBRI XVIII

Attilius Regulus in Africa serpentem portentosæ magnitudinis cum maxima militum clade occidit. & cum aliquot prælijs aduersum Carthaginenses pugnasset: successorq; à senatu prospere bellum gerenti nō mitteretur: id ipsum per literas ad senatum missas conquestus est. in quibus inter causas petendi successoris erat, quod agellus eius à mercenarijs deuasaretur. Quærente deinde fortuna ut magnum utriusq; casus exemplum in Regulo prodertur: accersito à Carthaginensibus Xanthippo Lacedæmoniorum duce, uictus in prælio, & captus est. Res deinde à ducibus Romanis omnibus terra maricq; prospere gestas deformauere naufragia classium. T. Coruncanus primus ex plebe pōtifex maximus creatus est. M. Sempronius Sophus, Valerius Maximus censores cum senatum legerent: XIII senatu mouerūt. lustrum condiderunt. quo censa sunt ciuium capita CCCXVII milia. CCXVII. Regulus missus à Carthaginensibus ad senatum, ut de pace, & si eam minime imperraret: de captiuis commutandis ageret: iureiurando astrictus est rediturum se Carthaginem: si commutari captiuos non placuisset. utrunq; negandi autor senatui fuit: & cum fide custodita reuersus esset: supplicio à Carthaginensibus de eo sumpto, periit.

LIBRI XIX

Cæcilius Metellus, rebus aduersus Pœnos prospere gestis, speciosissimū egit triumphum: CXIII ducibus hostium, & centum uiginti elephantis in eo ductis. Claudius Pulcher cos. qui contra auspicia profectus iussit immergi pullos: qui cibari nolebant: infeliciter aduersus Carthaginenses classe pugnavit: & reuocatus à senatu, iussusq; dictatorē dicere, C. Glauciam dixit, fortis ultimæ hominē: qui coactus abdicare se magistratu, postea ludos prætextatus spectauit. Attilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. Cum Pœnis captiuorum commutatio facta est. Coloniae deductæ sunt, Fregellæ, in agro Salentino Brundisium. Lustrum à censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita CCLII milia. CCXXII. Claudia soror P. Claudij, qui contemptis auspicijs male pugnauerat: à ludis diuertens, cum turba premeretur: dixit. utinam frater meus uiueret: iterumq; classē duceret. ob eam causam mulctata est. Duo prætores tum primum creati sunt. Cæcilius Metellus pontifex maximus A. Posturnium cōsulem, quoniam idem & flamen Martialis erat: cum uile ad bellum gerendum proficisci uellet: in urbe tenuit: nec passus est à sacris recedere. Rebus aduersus Pœnos pluribus ducibus gestis, summam uictoriæ C. Lucretius consul uicta ad Ægates insulas classe Pœnorū, finem bello imposuit. Petentibus Carthaginensibus pax data est. Cum templum Vestæ arderet, Cæcilius Metellus pontifex maximus ex incendio sacra rapuit. Duæ tribus adiectæ sunt: Velina, & Esquilina. Falisci, cum rebellassent: sexto die domiti in deditionem uenerunt.

LIBRI XX

Spoletium colonia deducta est. Aduersus Ligures tunc primum exercitus promotus est. Sardi & Corsi, cum rebellassent: subacti sunt. Tutia uirgo Vestalis incesti damnata est. Bellum Illyrijs propter unum ex legatis, qui ad eos missi erāt: occisum indictū est: subactiq; in deditionem uenerunt. Prætorum numerus ampliatus est: ut essent quatuor. Galli transalpini, qui in Italiam eruperant: cæsi sunt. Eo bello populus Romanus sociorū, Latiniq; nominis trecenta milia armatorum habuisse dicitur. Exercitibus Romanis tum primum trans Padum ductis, Galli Insubres aliquot prælijs in deditionem uenerunt. M. Claudius Marcellus consul, occiso Insubrium Gallorum duce Viridomaro, opima spolia retulit. Istri subacti sunt. Item Illyrij, cum rebellassent: domiti in deditionem uenerunt. Lustrum à censoribus

ribus conditum est: ex quo censa sunt ciuium capita *cclxx* milia. Libertini in quatuor tribus redacti sunt: cum antea dispersi fuissent: Esquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam * muniuit: & circum flaminium extruxit. Coloniae deductae sunt in agro de Gallis capto, Placentia, & Cremona.

LIBRI XXI

IN Italia belli punici secundi acta narrantur: & Annibalis Pœnorum ducis contra scædus per Iberum amnem transitus: à quo Saguntus sociorum populi Romani ciuitas octauo mense capta est. de quibus iniurijs missi legati ad Carthaginenses, qui quererentur. & cum satisfacere nollent: bellum ijs indictum est. Annibal superato Pyreneo saltu, per Gallias fuis, qui obsistere ei conati erant: ad Alpes uenit: & laborioso per eas transitu cum montanos quoq; Gallos obuios aliquot prælijs repulisset: descendit in Italiam: & ad Ticinum amnem Romanos equestri prælio fudit: in quo uulneratum P. Cornelium Scipionem protexit filius: qui Africani postea nomē accepit. iterumq; exercitu Romano ad flumen Trebiam fuso, Annibal Apenninum per maximam militum uexationem propter uim tempestatum transijt. Cn. Cornelius Scipio in Hispania contra Pœnos prospere pugnauit, duce hostium Magone capto.

LIBRI XXII

ANnibal per continuas uigilias in paludibus oculo amisso, uenit in Hetruriam: per quas paludes quattiduo, & tribus noctibus sine ulla requie iter fecit. C. Flaminius consul homo temerarius contra auspicia profectus, signis militaribus effossis, quæ tolli non poterant: & ab equo, quem conscenderat: per caput deuolutus, insidijs ab Annibale circumuentus ad Thrasimenum lacum cum exercitu cæsus est. Sex milia, quæ eruperant: fide ab Maharbale data, perfidia Annibalis uincta sunt. Cum ad nuntiū cladis Romæ luctus esset: duæ matres insperato receptis filijs, gaudio mortuæ sunt. Ob hanc cladem ex sibyllinis libris uer sacrum uotum. Dum deinde Q. Fabius Maximus dictator aduersus Annibalem missus nollet acie cum eo configere: ne contra ferocem tot uictorijs hostem territum aduersis prælijs militem pugnae committeret: & opponendo se tantummodo conatus Annibalis impediret. M. Minucius magister equitum, ferox & temerarius, criminando dictatorem, tanquam timidum & segnem, effecit: ut populi iussu ei imperium cum dictatore æquaretur. diuisoq; exercitu, cum in iniquū locū conflixisset: & in maximo discrimine legiones eius essent: superueniente cum exercitu Fabio Maximo ex discrimine liberatus est. quo beneficio uictus castra cum eo iunxit: & patrē eum salutauit: idemq; milites facere cōmilitonibus iussit. Annibal uastata Campania inter Casilinum oppidum, & Calliculam montem à Fabio clausus, sarmentis ad cornua bouum alligatis, & incensis, præsidium Romanorum, quod Calliculam insidebat: fugauit: & sic transgressus est saltum. idemq; Fabij Maximi dictatoris, cum circumposita ureret: agro pepercit: ut illum tanquā proditorem suspectum faceret. Æmylio deinde Paulo, & Terentio Varone consulibus, & ducibus cum maxima clade aduersus Annibalem ad Cannas pugnatum est, cæsaq; eo prælio Romanorum quadragintaquinque milia cum Paulo consule, & senatoribus *lxxx*. consularibus atq; prætorijs aut ædilijs triginta. Post quam cladem cum à nobilibus adolescentibus propter desperationem consiliū de relinquenda Italia iniretur: P. Cornelius Scipio tribunus militū, qui postea Africanus nuncupatus est: stricto super capita deliberrantium ferro, iurauit pro hoste se habiturū eum, qui in uerba sua non iurasset, effecitq; ut omnes minime relictum iri à se Italiam iureiurando astringerētur. Præterea trepidationem urbis, & luctum, & res in Hispania meliore euentu gestas cōtinet. Opimia, & Flornia Vestales uirgines incesti damnatae sunt. Propter paucitatem uero militum seruorum octo milia armata sunt. captiui cum potestas esset redimendi: redempti non sunt. Varroni obuiam itum est: & gratiæ actæ: quod de republica non desperasset.

LIBRI XXIII

CAmpani ad Annibalem defecere. Nuntius Cannensis uictoriæ Mago Carthaginem missus annulos aureos à digitis occisorum Romanorū detractos in uestibulo curiæ fudit: quos

dit: quos excessisse modij mensuram traditur. post quem quidem nuntium Hanno ex Pœnis uir nobilissimus suadebat senatui Carthaginensium: ut pacem à populo Romano peterent: nec tenuit, obstrepente barchina factione. Cl. Marcellus prætor ad Nolam eruptione aduersus Annibalem ex oppido facta prospere pugnavit. Exercitus Annibalis per hiberna Capuæ ita luxuriatus est: ut corporum uiribus, atq; animorum enervaretur. Casilinum à Pœnis obsessum ita fame uexatum est: ut lora, & pelles scutis detractas, item mures essent: & nucibus per Vulturum amnem à Romanis missis uixerint. Senatus ex equestri ordine hominibus centum nonaginta septem suppletus est. L. Posthumius prætor à Gallis cum exercitu cæsus est. Cn. & P. Scipiones in Hispania Asdrubalem uicerunt: & Hispaniã suam fecerunt. Reliquiæ cannensis exercitus in Siciliam relegatæ sunt: ne recederent inde, nisi finito bello. Inter Philippum Macedonum regem, & Annibalem societas iuncta est. Sempronius Gracchus coss. Campanos cecidit. Præterea in Sardinia feliciter à T. Manlio prætore aduersus Pœnos, Sardosq; res gestas continet: à quo Asdrubal dux, & Mago, & Hanno capti. Claudius Marcellus prætor Annibalis exercitum ad Nolam prælio fudit: & uicit: primusq; omnium tot cladibus fessis Romanis meliorem spem belli dedit.

LIBRI XXIII

Hieronymus Syracusanorum rex, cuius auus Hiero amicus populo Ro. fuerat: ad Carthaginenses defecit: & propter crudelitatem, superbiamq; à suis interfectus est. T. Sempronius proconsul prospere aduersus Pœnos, & Hannonem ducem ad Beneuentum pugnavit, feruorum maxime opera: quos liberos esse iussit. Cl. Marcellus coss. in Sicilia, quæ propè tota ad Pœnos defecerat: Syracusas obsedit. Philippo Macedonum regi bellum indictum est. qui ad Apolloniam nocturno prælio oppressus, fugatusq; in Macedoniam cum propè integri exercitu profugit. ad id bellum gerendum Valerius prætor missus est. Res præterea in Hispania à P. & Cn. Scipionibus aduersus Carthaginenses gestas continet. Syphax rex Numidarum in amicitiam ascitus contra Masanissam regem Masæfulorum pro Carthaginensibus pugnans, uictus, in Hispaniam ad Scipionem cum maxima manu transiit contra Gades: ubi angusto freto Africa, & Hispania dirimuntur. Celtiberi quoq; in amicitiam recepti sunt: quorum auxilijs accitis, tunc primum mercenarium militem Romana castra habuerunt.

LIBRI XXV

P Cornelius Scipio, postea Africanus, ante legitimos annos ædilis factus est. Annibal urbem Tarentum præter arcem per Tarentinos iuuenes, qui se noctu uenatum ire simulauerant, cepit. Ludi Apollinares ex Marcij carminibus, quibus cannensis clades prædicta fuerat, instituti sunt. A Q. Fulvio, & Ap. Claudio coss. aduersus Hannonem Pœnorum ducem prospere pugnatum est. T. Sempronius Gracchus proconsul ab hospite suo Lucano in insidias ductus à Magone interemptus est. Centenius Penula, qui centurio militauerat: cum petisset à senatu: ut sibi exercitus daretur: pollicitusq; esset, si hoc impetrasset: de Annibale uictoriam: octo millibus acceptis militum dux factus cõfluxit acie cum Annibale: qui cum exercitu eum cecidit. Cn. Fuluius prætor male aduersus Annibalẽ pugnavit: in quo prælio hominum sexdecim millia ceciderunt: ipse cum equitibus ducentis effugit. Capua oblessa est à Q. Fulvio, & ab Ap. Claudio coss. Cl. Marcellus Syracusas expugnauit anno tertio: & ingentem se uirum gessit. in eo tumultu urbis captæ Archimedes intentus formis, quas in puluere descripserat: interfectus est. P. & Cn. Scipiones in Hispania tot tantarumq; rerum feliciter gestarum tristem exitum tulerunt, propè cum totis exercitibus cæsi anno octauo, q̃ in Hispaniam iuerant. amissaq; eius prouinciæ possessio foret: nisi L. Martij equitis Romani uirtute & industria contractis exercituum reliquijs, eiusdem hortatu bina castra hostium expugnata essent. ad triginta septem millia cæsa: ex mille octingentis: præda ingens capta. dux Martius appellatus est.

LIBRI XXVI

Annibal ad tertium ab urbe Roma lapidem super Anicnem castra posuit. ipse uero cum duobus millibus equitum usq; ad portam Capenam, ut urbis situm exploraret, obequitauit. & cum per triduum in aciem utrinq; exercitus omnis descendisset: certamen tempestas dirimit

diremit . nam cum in castra redissent : statim serenitas erat . Capua capta est à Q. Fulvio , & Ap. Claudio c o s s . principes Campani ueneno sibi consciuerunt mortem . Cum senatus Campanorum deligatus esset ad palos : ut securi feriretur : literas à senatu missas Q. Fuluius c o s . qui bus iubebatur parcere : antequam legeret , in sinu posuit : & lege agi iussit : & supplicium peregit .

Cum in comitijs apud populum quaeretur : cui mandaretur Hispaniarum imperium : nullo id uolente suscipere , P. Scipio P. filius , qui in Hispania ceciderat : professus est se iturum . & suffragio populi , consensuq; omnium missus , Nouam Carthaginem uno die expugnauit : cum ageret uigesimum quartum annum : uidereturq; diuina stirpe creatus : quoniam & ipse postea aquam togam acceperat , quotidie in Capitolio erat : & in cubiculo matris eius anguis saepenumero uisus est . Res praeterea in Sicilia gestas continet : & amicitiam cum Aetolis iunctam , bellumq; gestum aduersus Acarnanas , & Philippum Macedonum regem .

LIBRI XXVII

C. N. Fuluius praetor cum exercitu ab Annibale caesus est . Meliore euentu à Claudio Marcello c o s . aduersus eundem ad Numistronem pugnatum est . inde Annibal noctu recessit . Marcellus insecutus est : & subinde cedentem pressit : donec effugeret . priore pugna Annibal superior fuit : Marcellus in sequenti . Fabius Maximus pater consulis Tarentinos per ditionem accepit . In Hispania ad Betulam Scipio cum Asdrubale Amilcaris conflixit : & uicit . inter alia captum puerum regalem eximia formae ad auunculum Masanissam cum donis misit . Cl. Marcellus , T. Quintius Crispinus c o s s . speculandi causa egressi è castris insidijs ab Annibale circumuenti sunt . Marcellus occisus fuit : Crispinus fugit . Res praeterea à P. Sulpicio praetore aduersus Philippum , & Aethios gestas continet . Lustrum à censoribus conditum est : censa sunt ciuium capita centum triginta septem milia , centum & octo . ex quo numero apparuit quantum hominum tot praetiorum aduersa fortuna populo Romano abstulisset .

Asdrubal , qui cum exercitu nouo transenderat Alpes : ut se Annibali coniungeret : cum milibus hominum LVI caesus est M. Liuij consulis ductu , non minore opera Claudij Neronis consulis . qui cum Annibali oppositus esset : relictis castris , ita ut inimicum falleret : electa manu profectus Asdrubalem circumuenit .

LIBRI XXVIII

Res in Hispania prospere gestae à Syllano Scipionis legato , & L. Scipione fratre aduersus Poenos , à Sulpicio procos . & ab Attalo rege Asiae aduersus Philippum regem Macedonum pro Aetolis referuntur . Cum M. Liuio , & Claudio Nerone c o s s . triumphus decretus esset : Liuus , qui in prouincia sua rem gesserat : quadrigis inuectus est : Nero , qui in collegae prouinciam , ut uictoriam eius adiuuaret : uenerat : equo est secutus : & in hoc habitu plus gloriae , reuerentiaeq; habuit . nam & plus in bello , quam collega fecerat . Ignis in aede Vestae negligentia uirginis , quae non custodierat : extinctus est . uirgo caesa est flagro . P. Scipio in Hispania cum Poenis debellauit XIII anno eius belli , anno quinto , posteaq; ierat : exclusisq; in totum possessione eius hostibus , Hispaniam recepit : & à Tarracone in Africam ad Syphacem regem Numidarum duobus nauigijs transuectus , foedus iunxit . Asdrubal Gisgonis ibi cum eo in eodem lecto accubuit . munus gladiatorium in honorem patris , patriq; Carthagini Nouae dedit , non ex gladiatoribus : sed ex ijs , qui aut in honorem ducis , aut ex prouocatione in certamen descendebant : in quo reguli fratres de regno ferro contenderunt . Cum Astapa urbs ab Romanis oppugnaretur : oppidani liberos , & coniuges rogo extracto occiderunt : se insuper praecipitauerunt . Ipse Scipio dum graui morbo implicitus esset : seditionem in parte exercitus motam confirmatus discussit : rebellantesq; Hispaniae populos coegit in deditionem uenire . Et amicitia facta est cum Masanissa rege Numidarum : qui illi quidem auxilium , si in Africam traiecisset : pollicebatur . cum Gaditanis quoq; post discessum inde Magonis , cui ex Carthagine scriptum erat : ut in Italiam traiceret . Romam reuersus , consulq; creatus . Africam prouinciam petenti , contradicente Q. Fabio Maximo , Sicilia data est : permissumq; : ut in Africam traiceret : si ex republica esse censeret . Mago Amilcaris filius à minore Baleari insula , ubi hyemarat : in Italiam traiecit .

Libri

Ex Sicilia C. Lælius in Africam à Scipione missus ingentē prædam reportauit: & mādātā Masanißæ Scipioni exposuit, conquerentis quod non exercitum in Africam traiecißet. Bellum in Hispania finitū, uictore Romano: quod Indibilis excitauerat. ipse in acie occisus: Mandonius exposcentibus Romanis à suis deditus est. Magoni, qui in Galliam, & Liguriam ierat: ex Africa & militum ampla manus missa: & pecuniæ, quibus auxilia conduceret: præceptumq̃, ut se Annibali iungeret. Scipio à Syracusis in Brutios traiecit: & Locros, pulso punico præsidio, fugatoq̃ Annibale recepit. Pax cum Philippo facta est. Idæa mater deportata est Romā à Pescinunte oppido Phrygiæ, carmine in libris sibyllinis inuēto: pelli Italia alienigenam hostem posse: si mater Idæa deportata Romam esset. tradita autē est Romanis per Attalum regem Asiæ. lapis erat: quem matrem deūm incolæ dicebant. excepit P. Scipio Nasica, Cn. filius, eius, qui in Hispania perierat: uir optimus à senatu iudicatus, adolescens nōdum quæstorius: quoniā ita responsum habebatur: ut numen id ab optimo uiro reciperet, consecrareturq̃. Locrenses legatos Romā miserunt: qui de impotētia Q. Pleminij legati quererent: quod pecuniā Proserpinæ abstulerat: & liberos corū & coniuges stuprauerat. Pleminius in catenis Romā perductus in carcere mortuus est. Cum falsus rumor de P. Scipione proconule, qui in Sicilia erat, in urbem perlatus esset, tanquā luxuriaretur: missis ob hoc legatis à senatu: qui explorarent, an ea uera essent: purgatus infamia Scipio in Africam traiecit senatus permissu. Syphax accepta in matrimoniu Aſdrubalis Gisgonis filia, amicitia, quā cum Scipione ipse iunxerat, renunciauit. Masanißa rex Masæfulorum, dum pro Carthagine in Hispania militat: amisso patre Gala, de regno exciderat. quo per bellum sæpe repetito, aliquot prælijs à Syphace rege Numidarum uictus, in totum priuatus est: & cum ducentis equitibus exul Scipioni se iunxit: & cum eo primo statim bello Hānonem Amilcaris filium cum amplā manu interemit. Scipio aduentu Aſdrubalis & Syphacis, qui propè cum centum millibus armatorum uenerāt: ab obsidione Vticę depulsus hyberna cōmunuit. Sempronius cōsul in agro crotonensi prospere aduersus Annibalem pugnauit. Lustrum à censoribus conditum est. censa sunt ciuiū capita c c x v millia: Inter censes M. Liuium, & Claudiū Nerōnem notabilis discordia fuit. nam & Claudius Liuiō collegæ equum ademit, quod à populo Romano damnatus, actusq̃ in exilium fuerat: & Liuius Claudio, quod falsum in se testimonium dixisset: & quod minime bona fide secum in gratiam redisset: idem omnes tribus, extra unā, gratias reliquit: quod & innocentē se damnassent, & postea consulē censemq̃ fecissent.

LIBRI XXX

IN Africa Scipio Carthaginieses, & eundem Syphacem Numidarū regem, Aſdrubalemq̃ pluribus prælijs uicit, adiuuante Masanißa: bināq̃ hostium castra expugnauit: in quibus x l millia hominū ferro igniq̃ consumpta sunt. Syphacem per C. Lælium cepit. Masanißa Sophonisbam uxore Syphacis, filiam Aſdrubalis, captam statim adamauit: & nuptijs factis uxorem habuit: castigatusq̃ à Scipione uenenū ei transmisit: quo quidem hausto illa decedit. Effectumq̃ est multis Scipionis uictorijs: ut Carthaginieses in desperationē acti in auxilium publicæ salutis Annibalem ex Italia reuocarēt. isq̃ anno decimosexto Italia discedens in Africam traiecit: tentauitq̃ per colloquiu pacem cum Scipione cōponere: & cum de cōditionibus pacis non conuenisset: acie uictus est. Pax Carthaginensibus data est petentibus. Annibal Gisgonem pacem dissuadentem manu sua detraxit: excusata deinde temeritate facti, ipse pacem suauit. Mago bello, quo in agro Infubrium cum Romanis cōflixerat: uulneratus, dum in Africam per legatos reuocatus reuerteretur: ex uulnere mortuus est. Reuersus in urbem Scipio amplissimū, nobilissimumq̃ egit triumphū: quem Q. Terentius Culleo senator pileatus secutus est. Scipio Africanus, incertum militati prius fauore, an populari aura ita cognominatus sit, primus certe hic imperator uictæ à se nomine gentis nobilitatus est.

LIBRI XXXI

BELLI aduersus Philippū Macedoniæ regem, quod intermissum erat: repetiti cauſe feruntur hæc. Tempore inuiciorū duo iuuenes Acarnanes, qui non initiati erant,

K Athenas

Athenis uenerunt: & in sacrariū Cereris cum alijs pluribus suis intrauerunt. ob hoc, tanquam nefas summum cōmississent: ab Atheniēsisibus cæsi sunt. Acarnānes mortibus suorum commoti ad uindicandū illos auxilium à Philippo petierunt. Paucis mensibus post pacem Carthaginensibus datam, quingentesimo quadagesimo anno ab urbe condita, cum Atheniensium, qui obsidebantur à Philippo: legati auxilium à senatu petissent: & senatus id censuisset ferendum, plebe, quod tot bellorū continuus labor grauis erat, dissentiente: tenuit autoritas patrum, ut sociā ciuitati ferri opem populus quoq; iuberet. Bellum id P. Sulpicio consuli mandatū est: qui exercitu in Macedoniā ducto, equestribus prælijs cum Philippo prospere pugnauit. Abydeni à Philippo obsessi ad exemplum Saguntinorum suos seque occiderunt. L. Furius prætor Gallos Insubres rebellātes, & Amilcarem Pœnū bellum in ea parte molientem acie uicit.

Amilcar eo in bello occisus est, & millia hominum xxxv. Præterea expeditiones Philippi regis, & Sulpicij consulis, expugnationesq; urbiū ab utroq; factas continet. Sulpicius eos adiuuātib; rege Attalo, & Rhodijs bellū gerebat. Triumphauit de Gallis L. Furius prætor.

LIBRI XXXII

COMPLURA prodigia ex diuersis regionibus nuntiata referuntur: inter quæ in Macedonia in puppi longæ nauis laureā esse natam. T. Quintius Flamininus eos aduersus Philippum feliciter pugnauit in faucibus Epiri: fugatūq; coegit in regnum reuerti. Ipse Thessaliā, quæ est uicina Macedonia: socijs Aetolis, & Athamanibus, uexauit. L. Quintius Flamininus cōsulis frater nauali prælio, Attalo rege, & Rhodijs adiuuantibus, Eubœam, & maritimam oram cepit. Achei in amicitiam recepti sunt. Coniuratio seruorum facta de soluendis Carthaginensibus obsidibus oppressa est. Prætorū numerus ampliatus est: ut seni crearentur. Cornelius eos Gallos Insubres prælio fudit. Cum Lacedæmonijs, & tyrannorum Nabide amicitia iuncta est. Præterea expugnationes urbiū in Macedonia referunt.

LIBRI XXXIII

TITVS Quintius Flamininus procōsul cū Philippo ad Cynoscephalas in Thessalia acie uicto debellauit. L. Quintius Flamininus frater procōsulis, Acarnānes, Leucade urbe, quæ apud est Acarnaniæ, expugnata, in deditionem accepit. C. Sempronius Tuditanus prætor à Celtiberis cum exercitu cæsus est. Attalus à Thebis ob subitam ualitudinē trāslatus decessit. Pax petenti Philippo, Græciæ libertas data est. L. Furius, & Claudius Marcellus consules Boios, & Insubres Gallos subegerunt. Marcellus triumphauit. Annibal frustra in Africa bellum molitus, & ob hoc Romanis per epistolas aduersæ factionis principum delatus, propter metum Romanorum, qui legatos ad Carthaginensium senatum de eo miserant: profugus ad Antiochum regem Syriæ se contulit, bellum contra Romanos parantem.

LIBRI XXXIII

LEX Oppia, quam C. Oppius tribunus plebis bello punico de stringēdis cultibus matronarum tulerat: cum maxima contentione abrogata est: cum Porcius Cato autor fuisset: ne ea lex aboleretur. Is in Hispaniam profectus bello quod Emporijs orsus est: citeriorē Hispaniam pacauit. T. Quintius Flamininus bellum aduersus Lacedæmonios, & tyrannū eorū Nabidem prospere gestum, data ijs pace, qualem ipse uoluit: liberatisq; Argis: qui sub ditione tyranni erant: finiuit. Senatus tunc primum lecretus à populo ludos spectauit. ut id fieret; Sex. Aelius Petus, & L. Cornelius Cethegus censors interuenerunt cum indignatione plebis.

Coloniæ pleræq; deductæ sunt. M. Porcius Cato de Hispania triumphauit. Res præterea aduersus Boios, & Insubres Gallos feliciter gestæ referuntur. T. Quintius Flamininus, qui Philippū Macedonū regem, & Nabidem Lacedæmoniorū tyrannū uicerat: Græciāq; omnem liberauerat: ob hanc rerū gestarū multitudinē triduo triumphauit. Legati Carthaginensium nuntiauerunt: Annibalē, qui ad Antiochū cōfugerat bellū cum eo moliri. tentauerat aut per Aristonē Tyrium sine literis Carthaginē missum ad rebellandum Pœnos concitare.

LIBRI XXXV

PSCIPIO Africanus legatus missus ad Antiochum, Ephesi cum Annibale, qui se Antiocho iunxerat: collocutus est: ut, si fieri posset, metum uitæ, quem ex populo Romano conceperat

ceperat, eximeret. Inter alia cum quæreret ab Annibale, quem fuisse maximum imperatorem Annibal crederet, respondit: Alexandrum Macedonum regem, quod parua manu innumera biles exercitus fudisset: quodq; ultimas oras, quas uiscere supra fidem humanã esset, peragraisset. quæretî deinde quem secundum poneret, inquit, Pyrrhũ: eo quod castra metari docuisset: ad hæc neminem elegantius loca cepisse, præsidia disposuisse. exequeti quem tertium diceret: semet dixit. ridens Scipio, quidnam tu diceres: si me, inquit, uicisses: tunc uero, inquit, me & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante alios posuissem. Inter ea prodigia, quæ plurimã fuisse traduntur: bouem, Cn. Domitio consule, locutum: Roma caue tibi, refertur. Apparãt in Antiochum bellum Romani Nabis Lacedæmoniorum tyrannus incitatus ab Aetolis, qui & Philippum, & Antiochum ad inferendum bellum populo Romano sollicitabant, à populo Romano desciiuit, & bello aduersus Philopœmenem Acheorum prætorem gesto, ab Aetolis interfectus est. Aetoli quoq; ab amicitia populi Romani defecerunt. cum quibus societa te iuncta Antiochus Syriæ rex cum bellum Græciæ intulisset, complures urbes occupauit: inter quas Chalcidem, & totam Eubœam. Res præterea in Liguribus gestas, & apparatus belli ab Antiocho continet.

LIBRI XXXVI

MARCUS Acilius Glabrio cos. Antiochum apud Thermopylas, Philippo rege adiuuante, uictum Græcia expulit: idemq; Aetolos subegit. P. Cornelius Scipio Nasica cos. ædem matris deũm, quam ipse in Palatiũ intulerat, uir optimus à senatu iudicatus: dedit: idemq; Boios, & Gallos uictos in deditiõnem accepit, & de ijs triumphauit. Præterea naualia certamina prospera aduersus præfectos Antiochi regis referuntur.

LIBRI XXXVII

CORNELIUS Scipio cos. legato P. Scipione Africano, qui se fratris legatũ futurum dixerat: si ei Græcia, & Asia prouincia decerneretur, cum C. Lælio, qui multum in senatu poterat, ea prouincia dari uideretur: profectus ad bellum aduersus Antiochum gerendum in Asiam primus omnium Romanorum ducum traiecit. Aemylus Regillus aduersus regiam classem Antiochi feliciter pugnauit ad Myonesum, Rhodijs adiuuantibus. Filius Africani ab Antiocho captus patri remissus est. M. Acilius Glabrio de Antiocho, quæ Græcia expulerat, & de Aetolis triumphauit. Victo deinde Antiocho à L. Cornelio Scipione, adiuuante Eumene rege Attali Pergameni filio, pax data, ea conditione, ut omnibus prouincijs citra Taurum montem cederet. Eumeni, quo iuuante Antiochus uictus erat: regnum ampliatum: Rhodijs quoq; qui & ipsi iuuerant, quædam ciuitates concessa. Colonia deducta est Bononia. Aemylus Regillus, qui præfectos Antiochi nauali certamine uicerat: naualem triumphum duxit. L. Cornelius Scipio, qui cum Antiocho bellauerat, cognomine fratri cõæquatus, Asiaticus appellatus est.

LIBRI XXXVIII

MARCUS Fuluius cos. in Epiro Ambracienses obsessos, per deditiõnem accepit: Cephæleniam subegit: Aetolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manlius cos. collega eius Gallogræcos Tolistobogios Tectosagos, & Trocmos, qui Brenno duce in Asiam trãsierant: cum soli citra Taurum montem minime parerent, uicit. Eorum origo, & cum eo loca, quæ tenent: occupauerantq; referuntur. Exemplum quoq; uirtutis, & pudicitia in scemina traditur. Quæ cum regis Gallogræcorũ uxor fuisset: capta centurionẽ, qui ei uim intulerat, occidit.

Lustrũ à cõsõribus cõditũ est, cõsa sunt ciuiũ capita cclviii millia, & cccxxviii.

Cum Ariarathe rege Cappadocia amicitia iuncta est. Cn. Manlius, cõtradicentibus decem legatis, ex quorum consilio fœdus cum Antiocho conscripserat: de Gallogræcis, acta per se causa in senatũ, triumphauit. Scipio Africanus, die ei dicta, ut quidam aiunt, à Petilio Acteo tribuno plebis, ut quidam, à Næuio, quod præda cum Antiocho capta ærarium fraudasset: posteaquam is dies uenit, euocatus in rostra, hac die, inquit, Quirites Carthaginẽ uici, & prosequente populo, Capitoliũ ascendit: inde, ne amplius tribunitijs iniurijs uexaretur: in uoluntariũ exilium Liternũ cõcessit, incertũ ibi, an Romæ defunctus. nam eius monumentum

utrobique fuit. L. Scipio Asiaticus, frater Africani, eodē peculatus crimine accusatus, damnatusque, cum in uincula, & carcerē duceretur: Tib. Sempronius Gracchus tribunus plebis, qui antea Scipionibus inimicus erat, intercessit: & ob id beneficium Africani filiam duxit. Cum populus quaestores in bona eius publice possidenda misisset: non modo in his nullum uestigium pecuniae regiae apparuit: sed nequaquam tantum in aërium redactum, quantae summæ erat damnatus. collatam à cognatis, & amicis innumerabilem pecuniã accipere noluit: quæ necessitati ei erat ad cultum, retenta.

LIBRI XXXIX

A E M Y L I V S C O S. Liguribus subactis, uiam à Placentia usque Ariminum perductã Flaminiam iunxit. Initia luxuriæ introducta ab exercitu Asiatico referuntur. Ligures, quicunque circa Apenninũ erant, subacti sunt. Bacchanalia sacrum Græcũ, & quidem nocturnum, scelerum omnium maximum seminarium, cum ad ingentis turbæ cõiurationem peruenisset: à consule inuestigatũ, & multorum pœna sublata est. A censoribus L. Valerio Flacco, & M. Porcio Catone, uir & belli & pacis artibus maximus motus est senatu L. Quintius Flamininus T. Quintij frater, eo quod cum Galliam prouinciam eos. obtinuerat: rogatus à Philippo Pœno, quem amabat: scorto nobili, Gallum quendam sua manu occiderat: siue, ut quidam tradiderunt, unum damnatorũ securi percusserat, rogatus à meretrice Placentina: cuius amore deperibat. Extat in eum M. Catonis oratio. Scipio Literni decessit. Et tanquam iungente fortuna circa id tempus duo funera maximorum uirorum, Annibal à Prusia Bithyniæ rege, ad quem uicto Antiocho confugerat, cum dederetur Romanis: qui ad exposcendum illum T. Quintium Flamininum miserant: ueneno sibi mortem cõsciuit. Philopœmen quoque dux Acheorum, uir maximus est à Messenijs interemptus ueneno, cum ab his bello captus esset. Coloniae Pollentia, & Pisaurum, & Mutina, & Parma, deductæ sunt. Præterea res aduersum Celtiberos prospere gestas, & initia, causasque belli Macedonici cõtinet. cuius origo inde uenit, quod Philippus ægre ferebat regnum suum minui à Romanis, eo quod cogere tur à Thracibus, aliisque locis præsidia deducere.

LIBRI XL

C V M Philippus liberos eorum, quos in uinculis nobilissimorum quidem hominũ habebat, conquiri ad mortem iussisset: Theoxena pro liberis suis & sororis admodum pueris regis uerita libidinem, prolatis in medium gladijs, & poculo, in quo erat uenenum, suasisit, ut imminens ludibrium morte effugerent: & cum persuasisset, ipsa etiam se interemit. Certamina inter Philippi Macedoniæ regis liberos Perseum & Demetrium referuntur: & ut fraude fratris sui Demetrius confictis criminibus, inter quæ accusatione parricidij, & affectati regni, primum petitus, ad ultimum, quoniam populi Romani amicus erat, ueneno necatus est: regnumque Macedoniæ mortuo Philippo ad Perseum deuenit. Item res in Liguribus, & Hispania contra Celtiberos à compluribus feliciter gestas continet. Libri Numæ Pompiliij in agro L. Petilij scribæ sub Ianiculo à cultoribus agri, in arca lapidea clausi & græci & latini, inuenti sunt, in quibus plura quæ dissoluendarũ religionum erant: prætor ad quem delati erant, cum legisset: iurauit senatui cõtra repub. esse, ut legerentur, seruarienturque: & ex S. C. in comitio exusti sunt. Colonia Aquileia deducta est. Philippus ægritudine animi confectus, quod Demetrium filium falsis alterius filij in eundem delationibus impulsus ueneno sustulisset: & de pœna Persei cogitauit: uoluitque Antigonom potius amicum suum successorem regni sui relinquere, sed in hac cogitatione morte raptus est. regnum Perseus accepit.

LIBRI XLI

I G N I S in æde Vestæ extinctus est. Tib. Sempronius Gracchus proconsul Celtiberos uictos in deditioem accepit: monumentumque operum suorum, Gracchurim, oppidum in Hispania cõstituit. A Posthumio Albino proconsule Vaccei, ac Lulitanis subacti sunt. de utrisque triumphauit. Antiochus Antiochi filius obses Romanis à patre datus, mortuo fratre Seleuco, qui patri defuncto successerat, in regnum Syriæ ab urbe dimissus. Lustrũ à censoribus cõditũ est. Censa sunt ciuũ capita cclxxiii millia, ccxliiii.

Q. Volu

Q. Volumnius Saxa trib. ple. legem tulit, ne quis hæredem mulierem institueret. suavitatem legem M. Cato. extat oratio eius. Præterea res cōtra Ligures, Istros, Sardos, & Celtiberos à compluribus ducibus gestas cōtinet. & initia belli Macedonici, quod Perseus Philippi filius moliebatur. miserat enim ad Carthaginenses legationē, & ab ijs nocte audita erat. sed & alias Græciæ ciuitates sollicitabat. qui præter religionem, quod quàm multa templa magnifica multis locis crexit: Athenis Iouis Olympij, & Antiochiæ, uilissimum regem egit.

LIBRI XLII

FVLVIVS Flaccus censor templū Iunonis Lacinię tegulis marmoreis spoliavit: ut ædem, quam dedicauerat, tegetet. tegulæ ex S. C. reportatæ. Eumenes Asiæ rex in senatu de Perseo Macedoniae rege questus est. cuius iniuriæ in populum Romanum referuntur. ob quas bello ei indicto, P. Licinius Crassus cos. cui Macedonia decreta erat, in Macedonia transiit: leuibusq; expeditionibus, equestribus prælijs in Thessalia cum Perseo felici euentu pugnavit.

Inter Masanissam, & Carthaginenses de agro fuit dies ad disceptandū à senatu datus. Legati missi ad ciuitates socias, & reges rogandos, ut in fide permanerent: dubitatibus Rhodij. Lustrum à censoribus conditū est. Censa sunt ciuium capita CCLVII millia CCXXXI. Res præterea aduersus Corsos, & Ligures prospere gestas continet.

LIBRI XLIII

PRÆTORES nonnulli, eo quod auare & crudeliter prouincias administrassent, damnati sunt. P. Licinius Crassus procos. complures in Græcia urbes expugnauit, & crudeliter diripuit. ob id captiui, qui ab eo uenierat, ex S. C. postea restituti sunt. A præfectis classium Romanarū multa impotenter in socios facta. Res præterea à Perseo rege in Thracia prospere gestas cōtinet: & uictis Dardanis, & Illyrico, cuius rex erat Gentius: motus, qui in Hispania ab Olonico factus erat: ipso interempto confedit. M. Aemylius Lepidus à censoribus princeps in senatu lectus.

LIBRI XLIIII

MARCIVS Philippus per saltus penetrauit in Macedonia: compluresq; urbes occupauit. Rhodij misere legatos Romam, minantes, ut Perseo essent auxilio: nisi populus Romanus cum eo pacem atq; amicitiam coniuugeret. indigne id latum. Cum id bellū L. Aemylio Paulo sequentis anni consuli iterum mandatum esset, Paulus in concione precatus est, ut quidquid diri populo Ro. immineret, supra domum suam conuerteretur: & in Macedonia profectus Perseum uicit: uniuersamq; Macedonia in potestatem redegit. antequam confligeret, dixit exercitui, ne miraretur quod luna nocte proxima defectura esset. Gentius quoque rex Illyricorum, cum rebellasset: ab Anicio prætore uictus uenit in ditionē: & cum uxore, & liberis, & propinquis Romam missus. Ab Alexandria legati à Cleopatra, & Ptolemæo regibus uenerunt, querentes de Antiocho rege Syriæ, quod is bellum inferret. Perseus sollicitatis in auxilium Eumene rege Pergami, & Gëtio rege Illyriorum, quia is pecuniam, quam promiserat minime dabat: ab eis relictus est.

LIBRI XLV

PERSEVS ab Aemylio Paulo in Samothracia captus est. Cum Antiochus Syriæ rex Ptolemæum & Cleopatram, Aegypti reges obsideret: & missis ad eum à senatu legatis, qui iuberent, ab obsidione socij regis abisteret: editisq; mandatis consideraturū se ille, quid faciendum esset, respondisset: unus legatorū Popilius uirga regem circūscripsit: iussitq; antequam circulo excederet, respōsum daret. qua asperitate effecit ut Antiochus bellum omitteret. Legationes gratulantium populorum, ac regum in senatū admittit. Rhodiorum, quia eo bello contra populum Romanū fuerant, exclusa. postero die cum de eo quæreretur, ut ijs bellū indiceretur: causam in senatu patriæ suę legati egerunt: nec tanquā hostes, nec tanquā socij dimissi. Macedonia in prouinciæ formam redacta est. Aemylius Paulus repugnantibus militibus eius propter minorē prædam, & cōtradicante Seruio Sulpicio Galba triumphauit: & Perseum cum tribus filijs ante currū duxit. cuius triumphi læticia, ne solida ei cōtingeret: duorum filiorum funibus insignita est. quorum alterius mors patris triumphū præcessit: alterius secuta est. Lustrum conditū est à censoribus. Censa sunt ciuium capita CCCXII millia, DCCCXV. Prusias

K 3 Bithyniæ

Bithyniæ rex Romam, ut senatui gratularetur ob uictoriã ex Macedonia partam, uenit, & Nicomedem filium suum senatui commendauit. rex plenus adulationis libertum se populi Romani esse dicebat.

LIBRI XLVI

EVMESES rex Romã uenit, qui, quia Macedonico bello se mediũ egerat: ne aut inimicus iudicatus uideretur, si exclusus esset: aut liberatus crimine, si admitteret: in comitio lex lata est, ne cuiquam regi Romã uenire liceret. Claudius Marcellus c o s. alpinos Gallos, C. Sulpicius Gallus Ligures subegit. Legati Prusiæ regis conquesti sunt de Eumene: quod fines suos depopularetur: dixeruntq; eum conspirasse cum Antiocho cõtra populum Romanum. Societas cum deprecantibus Rhodijs iuncta est. Lustrũ à censoribus cõditum est. Censa eo sunt ciuiũ capita c c c x x v i i millia, x x i i. Princeps senatus lectus M. Æmylius Lepidus. Ptolemæus Aegyptiorũ rex à minore fratre è regno pulsus, missis ad eum legatis, in regnũ restitutus est. Ariarathe Cappadociæ rege mortuo, filius eius Ariarathes accepit regnũ: & amicitiam per legatos cum populo Ro. renouauit. Res præterea aduersus Ligures, Corsos, & Lusitanos uario euentu gestas, & motus Syriæ, mortuo Antiocho, qui filiũ Antiochum puerum admodum reliquerat, cõtinet. Hunc Antiochum puerũ cum Lysia tutore Demetrius, Seleuci filius, qui Romam obses missus fuerat: clam, quia minime dimittebatur à Romanis, interemit: & ipse in regnũ receptus. L. Æmylius Paulus, qui Perseum uicerat, mortuus: cuius tanta abstinentia fuit: ut cum ex Hispania, & Macedonia maximas opes retulisset: uix ex auctione bonorũ eius redactũ sit, unde dos uxori eius redderetur. Pomptinæ paludes à Cornelio Cethego consule, cui ea prouincia euenerat, siccata: agerq; ex ijs factus.

LIBRI XLVII

CN. Tremellio trib. ple. multa dicta est: quod cũ M. Æmylio Lepido pontifice maximõ iniuriose contenderat. sacrorum quoq; magistratuũ ius potentius fuit. Lex de ambitu lata. Lustrum à censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita c c c x x v i i i i millia, c c c x i i i i. Et princeps senatus lectus Æmylius Lepidus. Inter Ptolemæos fratres, qui dissidebant, foedus ictum: ut alter in Aegypto, alter Cyrenis regnaret. Ariarathes Cappadociæ rex consilio Demetrii regis Syriæ, & uiribus pulsus regno à senatu restitutus est. Missi à senatu legati, qui inter Masanissam, & Carthaginenses de agro iudicaret. C. Marcus c o s. aduersum Dalmatas parum prospere primũ, postea feliciter pugnauit. cum quibus bello configendi causa fuit: quod Illyricos populi Romani socios uastauerant. eandemq; gentem Cornelius Nasica c o s. domuit. Q. Opimius c o s. transalpinos Ligures, qui Massiliensiu opida Antipolim & Nicæam uastabant, subegit. Præterea in Hispania à compluribus parum prospere res gestas continet. Consules anno quingentesimo nonagesimo octauo ab urbe condita magistratũ, peractis comitijs, insequentisq; anni consulibus creatis, inire cœperunt. Mutandi comitia causa fuit, quod Hispani rebellabãt. Legati ad disceptandũ inter Masanissam, & Carthaginenses missi nuntiauerũt: uim naualis materiæ se Carthagine deprehendisse. Quidam prætores à prouincijs auaritiæ nomine accusati, & damnati sunt.

LIBRI LXVIII

LVSTRVM à censoribus conditũ est. Censa sunt ciuiũ capita c c c x x i i i i millia. *Sermina* tertij belli punici referunt. Cum in finibus Carthaginensiu maximus Numidarum exercitus, Archobarzane duce Syphacis nepote, diceret esse: M. Porcius Cato suasisit, ut Carthaginensibus, qui exercitũ specie contra Masanissam regem, sed re uera cõtra Romanos accitum in finibus haberet: bellum indiceretur. contradicente P. Cornelio Nasica, placuit legatos mitti Carthaginẽ, qui specularentur, quid ageretur. Castigato senatu Carthaginensiu, quod contra foedus exercitũ & nauales materias haberet: pacem inter Masanissam, & eos facere uoluerunt: Masanissa agro, de quo lis erat, cedente. sed Gisgo, Amilcaris filius, homo seditiosus, qui tunc in magistratu erat: cum senatus pariturũ se iudicio legatorũ dixisset: ita bellum aduersus Romanos luadendo cõcitauit: ut legatis, quo minus uiolarentur, fugam explicuerit. Id nuntiantes infestũ iam senatũ Carthaginensibus infestiorẽ fecerũt. M. Porcius Cato funus mortui filij in prætura tenuissimo, ut ualuit: (nam pauper erat) sumptu fecit. Andriscus, qui se Persei

se Persei filium, regis quondam Macedoniae, ingenti asseueratione mentiret: Romam missus.

M. Aemilius Lepidus, qui princeps senatus sextis iam censoribus erat lectus, antequam ex-
piraret: praecepit filiis, lecto se strato sine linteis, sine purpura efferrēt: in reliquū funus ne plus
quam aëris denos consumerent. imaginū specie, non sumptibus nobilitari maximorū uirorum
funera solere. De ueneficis quæsitū. Publilia, & Licinia nobiles feminae, quæ uiros suos ne
casse insimulabant: cognita causa, cum prætori prædes, uadesq; dedissent, cognatorū decreto
necatae sunt. Gulusa Masanissæ filius denuntiavit Carthagine delectus agi, classem com-
parari: & haud dubiū bellū strui. Cum Cato suaderet, ut ijs bellū indiceret: P. Cornelio Na-
sica dicente nihil temere faciendum, placuit, decē mitti legatos exploratū. L. Licinius Lucul-
lus, A. Posthumius Albinus coss. cum delectū seuerè agerent, nec quenquā gratia dimitte-
rent: à tribunis plebis, qui pro amicis suis uacationē impetrare nō potuerunt, in carcerē cōiecti
sunt. Hispaniense bellū cum parū prospere aliquoties gestū ita confudisset ciuitatē Roma-
nam: ut ne ij quidē inuenirēt, qui aut tribunatū exciperēt, aut legati ire uellent, P. Cornelius
Aemilianus processit: & excepturum militiæ genus, quodcunq; imperatū esset, professus est.
quo exemplo ad militandi studiū omnes incitauit. L. Lucullus cos. cui Claudius Marcel-
lus successerat, pacasse omnes Celtiberiæ populos cum uideretur: Vaccos, Cantabros, & alias
regiones, & iterū alias incognitas nationes in Hispania subegit. Ibi P. Cornelius Africanus Sci-
pio Aemilianus, L. Pauli filius, Africani nepos, sed adoptiuus prouocatorē barbarū tribunus
militū occidit: & in expugnatione captæ urbis maius multo etiam periculū adiit. nam murū pri-
mus omniū transcendit. Seruius Sulpicius Galba prætor male aduersus Lusitanos pugna-
uit. Cum legati ex Africa cum Carthaginiensiu oratoribus, & Gulusa Masanissæ filio re-
diissent, dicerentq;: & exercitū & classem Carthagine deprehendisse, perrogari sententiā pla-
cuit, Catone, & alijs principibus senatus suadentibus: ut in Africā cōfestim transportaret exer-
citus. quia uero Cornelius Nasica dicebat: nondū sibi iustā causam belli uideri: placuit, ut bel-
lo desisteretur: si Carthaginenses classem exussissent, & exercitū dimississent: si minus, proximi
consules de bello punico referrent. Cum locatū à censoribus theatrum extrueretur, P. Cor-
nelio Nasica autore, tanquā inutile & nociturum publicis moribus, ex S. C. destructū est: po-
pulusq; aliquandiu stans ludos spectauit. Carthaginenses tum aduersum fœdus bellum
Masanissæ intulerunt. Victi ab eo nonagesimū secundum annum habente, & sine pulpamine
mandere, & gustare cibum tantummodo solito, insuper Romanum bellum meruerunt.

LIBRI XLIX

TERTII punici belli initiū altero & sexcentesimo anno ab urbe condita: intra quintū an-
num, quā erāt cœptū, consummatū omnino est. Inter M. Porcium Catonem, & Sci-
pionem Nasicā, quorum alterum sapientissimū uirum in ciuitate habebant: alter uir optimus
à senatu iudicatus erat, diuersis certatū est sententijs, Catone suadente bellū: & ut omnino de-
leretur Carthago, Nasica dissuadente: placuit nihilominus, eo quod contra fœdus naues ha-
berent: & extra fines exercitū duxissent: quodq; socio populi Ro. & amico Masanissæ arma in-
tulissent: & quod filiū eius Gulusam, qui cū legatis Romanis erat, in oppidū minime recepis-
sent, bellū ijs indici. Prius quā ullæ copiæ in naues imponerent: Uticenses legati Romā uene-
runt, se, suaq; omnia dedentes. Ea legatio, ueluti maximum belli omen grata patribus, acerbā
Carthaginensibus fuit. Diti patri ludi ad Tarentum ex præcepto librorū Sibyllinorū facti:
qui anno primo primi punici belli quingentesimo & altero anno ab urbe condita facti erant.

Legati triginta Romā uenerunt, per quos Carthaginenses se dedebant. Catonis sententia
peruicit, ut decreto perstaret: & ut consules quāprimum proficiscerentur ad bellū. Qui ubi in
Africā transierunt, acceptis, quos imperauerāt, trecentis obsidibus, & armis, omnibusq; instru-
mentis belli, siqua Carthagine erant: tunc cum ex autoritate patrum iuberent, ut in alio loco
procul à mari decem millia passuum, nec minus, remoto oppidum facerent: indignitate rei ad
bellandum Carthaginenses compulerunt. Obsideri, oppugnariq; cœpta est Carthago à
L. Marcio, M. Manlio consulibus. In qua oppugnatione, cum neglectos ab una parte muros
duo tribuni temere cum cohortibus irrupissent: & ab oppidanis grauiter cederentur: à Scipio-

ne Africano expliciti sunt. per quem & castellum Romanorū, quod nocte oppugnabant, paucis equitibus iuuantibus liberatum est: castrisque, quæ Carthaginenses omnibus copijs pariter ab urbe egressi oppugnabant: liberatis, is præcipuam gloriam tulit. Præterea cum ab irrita oppugnatione Carthaginis eos. (alter enim Romam ad comitia ierat) exercitum ducere aduersus Asdrubalem uellet: qui cum altera manu iniquum saltum infederat: suasisit primo cōsuli, ne tam iniquo loco confligeret. uictus deinde complurium, qui & prudentiæ eius, & uirtuti inuidebant: sententijs, & ipse saltum ingressus est. cumque, sicut prædixerat, susus fugatusque esset Romanus exercitus: & duæ cohortes ab hoste obsiderentur: cum exiguis equitū turmis in saltum reuersus liberauit eas, & incolumes reduxit. Quam uirtutē eius & Cato uir promptioris multo ad uituperandū linguæ, in senatu sic prosecutus est, ut diceret: reliquos, qui in Africa militarent, umbris militare: Scipionem uigore, & populus Romanus eo fauore illum complexus est: ut comitijs complurimæ eum tribus consulem scriberent: cum hoc per ætatem minime liceret. Cum L. Scribonius tribunus ple. rogationem promulgasset, ut Lusitani, qui ex foedere populo Ro. dediti à Sergio Galba in Galliam uenissent, in libertatē restituerentur: M. Cato acerrime suasisit. extat oratio in annalibus eius inclusa. Q. Fuluius Nobilior etiam ab eo in senatu laaceratus respondit pro Galba. ipse quoque Galba, cum se damnari uideret: complexus duos filios prætextatos, & filium Caij Sulpicij, cuius tutor erat: ita miserabiliter pro se locutus est, ut rogatio antiquaretur. extant tres orationes eius: duæ aduersum Libonem tribunū plebis, rogationesque eius habitas de Lusitanis, una contra L. Corneliū Cethegū, in qua Lusitanos propter sese castra habentes cæcos fatetur: quod compertū habuerit, equo atque homine suo immolatis per speciem pacis adoriri exercitū suum in animo habuisse. Andrius quidam ultimæ sortis homo, Persei regis se filiū ferens, & mutato nomine Philippus uocatus, cum ab urbe Roma quod illum Demetrius Syriæ rex ob hoc ipsum mendaciū miserat, clam profugisset: multis ad falsam eius famam uelut ad uerā euntibus, contracto exercitu, totam Macedoniā aut uoluntate incolentiū, aut armis occupauit. Fabulam autem huiusmodi finxerat. Ex pellice se Perseo rege ortum, traditū educandum Cyrtusæ cuidam esse: ut in belli casus, quod ille cum Romanis ageret, aliquod uelut semen stirpis regiæ extaret. Perseo demortuo, Adramiti se educatū usque ad duodecimū annum ætatis. patrem esse credentem, à quo educaretur: ignarum generis suū se sui. affecto deinde eo, cum prope uitæ finem ultimum esset, detectam tandem originem suam: falsæque matri libellum datum signo Persei regis signatū, quem sibi traderet, cum ad puberem ætatem uenisset: obtestationesque ultimas adiectas, ut res in occulto ad id tempus seruetur. pubescenti libellum tradidit: in quo relictū sibi duo thesauri à patre dicerentur. tum scientem mulierem subditiū se esse, uerā stirpem ignorantī edidisse genus: atque obtestatā, ut prius quàm ad Eumenem maneret res, Perseo inimicum, excederet ijs locis, ne interficeretur. eo se exterritum, simul sperātem aliquod auxilium à Demetrio, in Syriam se contulisse: atque ibi primum quis ipse omnino esset, palam expromere ausum.

LIBRI L

THESALIA, cum & illam inuadere armis, atque occupare Pseudophilippus uellet: per Romanorū legatos auxilijs Achæorū defensa est. Prusias rex Bithyniæ omnium humillimorū fautor, atque uitiorum, à Nicomede filio, adiuuante Attalo rege Pergami occisus est. Habebat aliū filium, qui pro superiore ordine dentū enatū habuisse unū os continēs dicitur.

Cum legatos ad pacē inter Nicomedē & Prusiā faciendā Romani misissent: & unus ex ijs caput multis cicatricibus sparsum haberet: alter pedibus æger esset: tertius ingenio socors habere: dixit Cato, eam legationē nec caput, nec pedes, nec cor habere. In Syria, quæ eo tēpore ex stirpe generis Persei regis Macedonū inertia secordiæque similē Prusiæ regē habebat: iacente eo in ganeo & iustis, Ammonius regnabat. per quē & amici omnes regis, & Laodice regina, & Antigonus Demetrii filius, occisi. Masanissa Numidiæ rex maior nonaginta annis uir insignis decessit. Inter cætera opera iuuenilia, quæ ad ultimū edidit: adco etiam uersus in se necatam uiguit: ut post sextū & octogesimū annum genuerit unum filiū. Inter tres liberos, maximum natu Mycipsam, Gulussam, & Manastabalem, qui etiam græcis literis erat eruditus:

P. Scipio

P. Scipio Æmylianus, cum commune eis pater regnū reliquisset, & diuidere eos arbitrio Scipionis iussisset, administrationem regni diuisit. Item Phaniæ Himilconis præfecto equitum Carthaginensium, uiro forti, & cuius opera præcipua Pœni utebatur, suavit, cum equitatu suo ad Romanos transire. Trium legatorum, qui ad Masanissam missi fuerant: Claudius Marcellus coorta tempestate fluctibus obrutus est. Carthaginenses Asdrubalem Masanissæ nepotem, quem prætorem habebant, prodicionis suspectum, in curia interemerunt. quæ suspicio inde emanauit, quod propinquus esset Gulussæ, auxilia Romanorū iuuantis. P. Scipio Æmylianus cum ædilitatem peteret, consul à populo dictus, quoniam per x annos consulem fieri minime licebat, cum maximo certamine suffragantibus plebeis, & repugnantibus aliquantum patribus, legibus solutus, & c. o. s. creatus est. M. Æmylius nonnullas urbes circumpositas Carthagini expugnauit. Pseudophilippus in Macedonia, cæso cum exercitu M. Iuuentio prætore, à Q. Cæcilio uictus, captusq; relicta Macedonia.

LIBRI LI

CARTHAGO uiginti tria milia quidem passuum in circuitu labore maximo obsessa, & per partes capta est, primum à Mancino legato, deinde à Scipione consule, cui extra sortem prouincia Africa data est. Carthaginenses portu nouo, quia uetus a Scipione erat obstructus, facto, & contracta exiguo tempore ampla classe, nauali prælio infeliciter pugnauerunt. Asdrubalis quoque eorum ducis castra ad Nesentem oppidum loco difficillimo sita cum exercitu deleta sunt à Scipione. qui tandem urbem expugnauit septingentesimo anno, quàm erat condita. spoliolum maior pars Siculis, quibus ablata erant: reddita. Ultimo urbis excidio cum se Asdrubal Scipioni dedidisset: uxor eius, quæ paucis ante diebus de marito minime impetrare potuerat ut ad uictorem transfugeret, se flagrantis in medium urbis incendium duobus cum liberis ex arce præcipitauit. Scipio exemplo patris eius Æmylij Pauli qui Macedoniam uicerat, ludos fecit, transfugas, atque fugitiuos bestiis obiecit. Belli Achaici semina referuntur hæc, quod legati populi Romani ab Achaicis pulsati sunt. Corinthum missi erant, ut eas ciuitates, quæ sub ditione Philippi fuerant, ab Achaico concilio secernerent.

LIBRI LII

CVM Achæis, qui in auxilium Bœotios, & Chalcidenses habebant: Q. Cæcilius Metellus ad Thermopylas bello confligit. quibus uictis, dux eorum Critolaus ueneno sibi mortem consciiuit. in cuius locum Dracus Achaici motus primus autor ab Achæis dux creatus, ad Isthmon à L. Mumio consule uictus est. qui, omni Achaia in ditionem accepta, Corinthum ex s. c. diruit, quia ibi legati Romanorum uiolati erant. Thebæ quoq; & Chalcis, quæ auxilio fuerant, dirutæ. Ipse L. Mumius se abstinentissimum uirum egit. nec quicquam ex ijs opibus ornamentisq; quæ prædiues Corinthus habuit, in domum eius peruenit. Q. Cæcilius Metellus de Andrisco triumphauit: P. Cornelius Africanus Scipio Æmylianus de Carthagine, & Asdrubale. Viriatus primum in Hispania ex pastore uenator, & ex uenatore latro, mox iusti quoq; exercitus dux factus, uniuersam Lusitaniam occupauit. M. Verilium prætorem, fuso eius exercitu, cepit. post quæ C. Plautius prætor nihilo felicius rem gessit, tantumq; terrorem is hostis intulit, ut aduersus eum consulari opus esset & duce & exercitu. Præterea motus Syriæ, & bella inter reges gesta referuntur. Alexander homo ignotus, & incertæ stirpis, occiso (sicut ante dictum est) Demetrio rege, in Syria regnabat. hunc Demetrius, Demetrii filius, qui à patre quondam ob incertos belli casus ablegatus in Gnidon fuerat, contempta secordia inertiaq; eius, adiuuante Ptolemæo Ægypti rege, cuius filiam Cleopatram acceperat in matrimoniū, bello interemit. Ptolemæus in caput grauer uulneratus, inter curationem, dum ossa medici terere contendunt, expirauit, atq; in locum eius frater minor Ptolemæus, qui Cyrenis regnabat, successit. Demetrius ob crudelitatem, quam per tormenta in suos exercebat: à Diodoro quodam uno ex subiectis, qui Alexandri filio bimulo admodum regnum affererat, bello superatus, Seleuciam fugit. L. Mumius de Achæis triumphauit. signa ærea, marmoreaq; & tabulas pictas in triumpho tulit.

Libri

AP. Claudius cos. Salassos, gentem alpinam, domuit. Alter Pseudophilippus in Macedonia à L. Tremellio quaestore cū exercitu cæsus est. Q. Cæcilius Metellus proconsul Celtiberos cecidit. à Q. Fabio proconsule pars maxima Lusitaniæ, expugnatis multis urbibus, recepta est. C. Iulius senator græce res Romanas scripsit.

QUOMPEIUS COS. in Hispania Terrestinos subegit, cum eisdem quidē, & Numantinis pacē ob infirmitatē fecit. Lustrum à censoribus conditū est. Censa sunt ciuium capita ccccxxviii millia, cccxlii. Cum Macedonū legati conquestū uenissent de Iunio Syllano prætoris: quod acceptis pecunijs prouinciā spoliasset: & senatus de querelis eorū uellet cognoscere: T. Mælius Torquatus, Syllani pater, petijt, impetrauitq; ut sibi huiusmodi cognitio mandaret. & domi causa cognita, filiū condemnauit, abdicauitq;: ac ne funeri quidē eius, cum suspendio uitā finisset, interfuit: sedensq; domi potestatē consultantibus ex instituto fecit. Q. Fabius proconsul, rebus in Hispania prospere gestis, labem imposuit, pace cum Viriato æquis cōditionibus facta. Viriatus à proditoribus cōsilio Seruili Cepionis interemptus est: & ab exercitu eius multū imploratus, ac nobilissime tumultus, uir duxq; maximus, per quatuordecim annos, quibus cum Romanis bellum gessit, frequentius superior.

PORNELIO Nasica, cui cognomen Serapion fuit, ab iridente Curiatio tribuno ple. impositum: & D. Iunio Bruto cos. delectum habentibus in conspectu tyronum res saluberrimi exempli facta est. nam C. Matienus accusatus est apud tribunos plebis: quod exercitum in Hispania deseruisset: damnatusq; sub furca diu uirgis cæsus est: & sestertio nummo uenijt. Tribuni pl. quia nō impetrarunt ut sibi denos, quos uellent, milites eximere liceret: consules in carcerem mitti iusserunt. Iunius Brutus cos. in Hispania ijs, qui sub Viriato militauerant, agros, oppidumq; dedit, quod Valentia uocatum est. M. Popilius à Numantinis, cum quibus pacem factam senatus irritam censuerat: cum exercitu fusus fugatusq;. C. Hostilio Mancino consule sacrificante, pulli ex cauea euolauerunt. conscendenti deinde in nauim, ut in Hispaniam proficisceretur: accidit audiri. mane mane Mancine. Mancino auspicia tristia fuisse probatum est. uictus enim à Numantinis, & castris exutus, cum spes nulla seruandi exercitus esset: pacem cum eis fecit ignominiosam, quam ratam esse senatus uctuit. Triginta millia Romanorum à Numantinorū millibus quatuor uicta erant. D. Iunius Lusitaniam urbium expugnationibus usq; ad oceanum perdomuit: & cum fluuium Obluionem transire nollent, raptum signifero signum ipse transtulit: & sic ut transgredere tur persuasit. Alex. filius, rex Syriæ, decem annos admodum habens, à Diodoro, qui Triphon cognominabatur, tutore suo per fraudem occisus est: corruptis quidem medicis, qui cum calculi dolore consumi ad populum mentiti dum secant illum, occiderunt.

DIVNIVS Brutus in ulteriore Hispania feliciter aduersus Gallecios pugnauit: dissimili euentu M. Aemilius Lepidus proconsul aduersus Vacceos rem gessit: clademq; similem Numantine passus est. Ad exoluendum numantini fœderis religione populum Mancinus, cum huius rei autor fuisset: deditus Numantinis minime est receptus. Lustrum à censoribus conditum est. Censa sunt ciuium capita cccxxiii millia. Fuluius Flaccus cos. Vardeos in Illyrico subegit. M. Cæsonius prætor in Thracia cum Scordiscis prospere pugnauit. Cum uitio ducum bellum numantinū non sine publico pudore duraret: delatus est ultro Scipioni Africano à senatu, populocq; Romano consulatus. quē cum ille capere ob legem, quæ uetabat, quenquam intra decem annos iterum consulem fieri licere, minime uellet: sicuti priori consulatu, legibus solutus est. Bellum seruile in Sicilia ortum, cum opprimi à prætoribus minime ualuisset: C. Fuluius consuli mandatum est, cuius belli initium fuit Eunus seruus, natione Syrus, qui cōtracta agrestium seruorum manu, & solutis ergastulis, iusti exercitus numerum impleuit. Cleon quoq; alter seruus ad lxx millia seruorum contraxit. & copijs iunctis

ctis contra populum Romanum, exercitumq; eius bellum sæpenumero gesserunt.

LIBRI LVIII

SCIPIO AFRICANVS Numantiam obsedit: & corruptum licentia, luxuriaq; exercitum ad generosissimam militiæ disciplinam reuocauit. omnia enim deliciarum instrumenta recidit: duo millia scortorum à castris reiecit: militem omni die in opere habuit: & triginta dierum frumentum, ad septenos uallos ferre cogebat. ægre propter onus incedenti dicebat: cum gladio recte uallare scieris, uallum ferre desinito. Alij nimirum parum habiliter scutum ferenti cum scutum amplius iusto ferre iussit. neq; id se reprehendere: quoniam melius scuto, quam gladio uteretur. Quem militem extra ordinem deprehendit: si Romanus esset, uiribus: si extraneus, uirgis cecidit. Iumenta quidem omnia, ne exoneraret milites, uendidit. multoties contra hostium eruptiones feliciter pugnavit. Vacca obsessi, liberis & coniugibus trucidatis, ipsi se interemerunt. Scipio amplissima munera sibi ab Antiocho rege Syriæ missa, cum celare alijs imperatoribus regum munera mos esset: pro tribunali accepturum se esse dixit. eaq; omnia referre quaestorem in publicas tabulas iussit. ex his uiris fortibus munera se daturum. Cum undiq; Numantiam obsidione clausisset: & oppressos fame uideret urgeri: hostes qui pabulatam exierant, uocauit interimi: q; diceret, uelocius eos absumpturos frumentum, quod haberent, si plures quidem fuissent.

LIBRI LVIII

TIB. SEMPRONIUS Gracchus tribunus plebis cum agrariam legem ferret aduersus uoluntatem senatus, & equestris ordinis, ne quis ex publico agro plus quam decem iugera possideret, in eum furor exarsit: ut M. Octauio collegæ causam diuersæ partis defendenti potestatem lege lata abrogaret: seq; & fratrem Gracchum, & Ap. Claudium socerum triumuiros ad diuidendum agrum crearet. Promulgauit & aliam legem agrariam. qua si quis latius agrum patefaceret: ut idem omnino triumuiroi iudicarent quæ publicus ager, quæ priuatus esset. Deinde cum minus agri esset, quam quod diuidi posset: sine offensa etiam plebis, quoniam eos ad cupiditatem amplam modo sperandi incitauerat: legem se promulgaturum ostendit ob id: ut his, qui Semproniam legem agrum accipere deberent: pecunia, quæ regis Attali fuisset, diuideretur. Heredem autem populum Romanum reliquerat Attalus, rex Pergami, Eumenis filius. Tot indignitatibus commotus grauer senatus: ante omnes C. Antonius c. o. s. qui cum in senatu in Gracchum perorasset: raptus ab eo ad populum, delatusq; plebi, rursus in eum pro rostris concionatus est. Cum iterum tribunus plebis creari uellet Gracchus, autore P. Cornelio Nasica in Capitolio à primatibus occisus est, ictus primum fragmentis subselliorum: & inter alios, qui in eadem seditione occisi erant, insepultus est in flumem proiectus. Res præterea in Sicilia uario euentu aduersum fugitiuos gestas continet.

LIBRI LIX

NUMANTINI fame maxime coacti, ipsi se per uices trucidauerunt. Captam urbem Scipio Africanus deleuit, & de ea triumphauit: quartodecimo anno post Carthaginensem delictam. P. Atilius c. o. s. in Sicilia cum fugitiuis debellauit. Aristonicus, regis Eumenis filius, Asiam occupauit: cum testamento Attali regis legata populo Romano libera esse deberet. Aduersus eum P. Licinius Crassus c. o. s. cum idem pontifex maximus esset: quod nunquam antea factum erat: extra Italiam profectus, prælio uictus, & interemptus est. M. Perpenna c. o. s. uictum Aristonicum in ditionem accepit. Q. Pompeius, & Q. Metellus tunc primum uterq; ex plebe cæsores facti. Lustrum à censoribus est conditum. Censæ sunt capita cccxxiii millia, dcccxiii, præter pupillos & uiduas. Q. Metellus cæsor cæsuit, ut ducere uxores omnes omnino cogere liberorum creandorum causa. extat oratio eius, quam Augustus Cæsar, cum de maritalibus ordinibus ageret: uelut eo tempore scriptam in senatu recitauit. C. Atinius Labeo tribunus pl. Q. Metellum censorem, à quo in senatu legendo præteritus erat: de saxo deici iussit. quod ne fieret, ceteri tribuni ple. auxilio quantum maxime fuerunt. Cum Carbo tribunus ple. rogationem tulisset, ut eundem tribunum ple. quoties quidem uellet, creari liceret: rogationem eius P. Africanus grauissima oratione dissuasit. in qua dixit: Tib. Gracchum iure cæsum uideri. Gracchus contra suasit rogationem: sed Scipio tenuit. Bella inter Antiochum regem Syriæ, & Phraatem

Phraatem Parthorū regem gesta, nec magis quietæ res Aegypti referuntur. Ptolemæus Euergetes cognominatus, ob nimiam eius crudelitatem suis inuisus, incensa à populo regia clam in Cyprum profugit. & cum sorori eius Cleopatraz, quam eius uirgine filia per uim compressa, & in matrimoniū ducta, repudiauerat: regnum à populo datum esset: infensus filium, quem ex illa habebat: in Cypro occidit: caputq; eius, & manus, & pedes matri misit. Seditiones à triumuiris Fuluius Flacco, C. Graccho, & C. Carbone de agro diuidendo creatis excitatae: quibus cum P. Scipio Africanus aduersaretur: fortisq; ac ualidus pridie domum se recepisset: mortuus in cubiculo inuētus est. Suspecta fuit, tanquā uenenum ei dedisset Sempronia uxor: hinc maxime, quod soror esset Gracchorū: cum quibus similtas Africano fuerat. de morte tamen eius nulla quæstio acta. quo defuncto, seditiones triumuirales acrius exarserunt. C. Sempronius c o s. contra Iapidas primo rem male gessit: mox uictoria cladem acceptam emendauit, uirtute D. Iunij Bruti, eius qui Lusitaniam subegerat.

LIBRI LX

AVRELIUS c o s. Sardos subegit. Fuluius Flaccus primus omnium Transalpinos Ligures bello domuit, missus in auxilium Massiliensibus aduersus Falanios Gallos: qui populabantur fines Massiliensium. L. Opimius prætor Fregellanos, qui defecerant: in deditiōnem accepit: Fregellas diruit. Pestilentia in Africa à maxima multitudine locustarum, & deinde necatarum strage fuisse traditur. Lustrum à censoribus conditum est. Censa sunt ciuium capita cccxc millia, dccxxxvi. C. Gracchus, Tyberij frater, tribunus plebis eloquentior quàm frater, perniciosas aliquas leges tulit: inter quas frumentaria, ut semisse & triente frumentū plebi daretur: alteram legem agrariam, quam frater eius tulerat: tertiam qua eque stretem ordinē cum senatu consentientē corruperat: (trecenti senatores erant, sexcenti equites) ut trecentis senatoribus admiscerent: id est: ut equester ordo bis tantū uirium in senatu haberet. & cōtinuato in alterum annum tribunatu, legibus agrarijs latis effecit: ut cōplures coloniaz in Italia deducerentur: & una in solo diruta Carthagini. quo ipse triumuir creatus coloniā deduxit. Præterea res à Q. Metello consule aduersus Baleares gestas cōtinet: quas Græci Gymnesias appellant: quia ætatem nudi exigant. Baleares à teli missu appellati: uel à Balco Herculis comite ibi relicto tunc, cum Hercules ad Geryonen nauigaret. Motus quoq; Syriæ referuntur. in quibus Cleopatra Demetriū uirum suum, & Seleucum filium, multum indignata, quod occiso patre eius à se, iniussu suo diadema sumpserit: interemit.

LIBRI LXI

SEXTIVS proconsul uicta Saluiorū gente, coloniam Aquas Sextias cōdidit, ob aquarum copiam & calidis & frigidis fontibus, atque à nomine suo ita appellatas. Cn. Domitius proconsul contra Allobroges ad oppidum Vindaliū multū feliciter pugnauit. Quibus bellum inferēdi causa fuit: quod Teutomaliū Saluiorum regem fugientem recepissent, & omni ope iuissent: quodq; Heduorum agros, sociorum populi Romani uastauissent. C. Gracchus seditioso tribunatu acto, cum Auentinum armata quoq; multitudine occupauisset: à L. Opimio cōsule, ex S. C. uocato ad arma populo, pulsus interemptus est: & cum eo Fuluius Flaccus socius eiusdem. Q. Fabius Maximus c o s. Pauli nepos, aduersus Allobroges, & Bituitum Aruernorum regem feliciter pugnauit. Ex Bituiti exercitu caesa millia hominum centum uiginti. & cum ipse ad satisfaciendum senatui Romam profectus esset: Albæ custodiendus datus est: quia contra pacem uidebatur, ut in Galliam remitteretur. decretum quoq; est: ut Congentiatus, filius eius, comprehensus Romam mitteretur. Allobroges in deditiōnem accepti. L. Opimius accusatus apud populū. à Q. Decio tribuno plebis, quod indemnatos ciues in carcerem coniecisset: liberatus est.

LIBRI LXII

CN. Marcus c o s. Sarnios gentem alpinam expugnauit. Micipsa Numidarum rex mortuus, regnum tribus filijs reliquit, Adherbali, Hyempsali, & Iugurthæ fratris filio: quem in filium adoptauerat. L. Cæcilius Metellus Dalmatas obsedit. Iugurtha Hyempsalem fratrem bello petijt: quem uictum interemit: Adherbalem regno expulit: qui à senatu restitutus

restitutus est. L. Cæcilius Metellus, Cn. Domitius Ænobarbus censores, duos & triginta senatu amouerunt. Præterea motus Syriæ regum continet.

LIBRI LXIII

CAto Porcius cos. in Thracia male aduersus Scordiscos pugnavit. Lustrum à censoribus conditum est. Censa sunt ciuium capita cccxciiii millia, cccxxxvi. Æmylia, Licinia, & Marcia uirgines Vestales incesti damnatae sunt. idèq; incestum quemadmodum commissum, deprehensum, & iudicatum sit, refertur. Cimbri gens uaga populabundi in Illyricum uenerunt. ab ijs Papyrius Carbo cos. cum exercitu fusus est. Liuius Drusus cos. aduersus Scordiscos gentem à Gallis oriundam in Thracia feliciter pugnavit, magnumq; honorem tulit.

LIBRI LXIIII

ADherbal bello petitus à Iugurtha, & in oppido Cirta obsessus, contra denuntiationem senatus ab eo occisus est. Ob hoc ipsi Iugurthæ bellum indictum. idèq; etiam Calpurnius Bestia cos. gerere iussus pacem cum Iugurtha iniussu populi & senatus fecit. Iugurtha fide publica euocatus ad indicandum consiliorum autores, quod multos pecunia in senatu corripuisse dicebatur, Romam uenit. & propter eadem admissam in regulum quendam nomine Massiuam, qui regnum eius populo Romano inuisi appetebat, interfectum, Romæ cum periclitaretur, causam capitis dicere iussus clam profugit, & discedens urbe fertur dixisse. Urbem uenalem, & cito perituram, si emptorem inuenerit. A. Posthumius legatus infeliciter prælio aduersus Iugurtham gesto confligit: pacemq; etiam multum ignominiosam adiecit, quam quidem minime esse seruandam senatus censuit.

LIBRI LXV

QCæcilius Metellus cos. duobus prælijs Iugurtham fudit, & uniuersam Numidiam uastauit. M. Iunius Syllanus cos. aduersum Cimbrorum sedem & agros, in quibus considerent, postulantibus senatus negauit. M. Minutius proconsul contra Thracas feliciter quidem pugnavit. L. Cassius cos. à Tigurinjs Gallis pagus Heluetiorum, qui à ciuitate secesserant, in finibus Allobrogum cum exercitu cæsus est. milites qui ex ea clade superauerant, obsidibus datis, & dimidia rerum omnium parte, ut incolu mes dimitterentur, cum hostibus pacti sunt.

LIBRI LXVI

Iugurtha pulsus à C. Mario ex Numidia, auxilio Bocchi Maurorum regis adiutus est. & cæsis prælio Bocchi quoq; copijs, nolente Boccho bellum infeliciter susceptum diutius sustinere uinctus ab eo, et traditus Mario est. in qua re præcipua opa L. Cornelij Syllæ, questoris Marij fuit.

LIBRI LXVII

AVrelius Scaurus legatus consulis à Cimbris fuso exercitu, captus est. & cum in consilium ab ijs euocatus deterreret eos, ne alpes transirent Italiam petaturi, eo quod diceret Romanos uinci minime posse: à Bolo rege feroce iuvene occisus est. Ab iisdem hostibus C. Manlius, & Q. Seruilius Cepio proconsules uicti prælio, castrisque binis exuti sunt. octoginta millia militum occisa: calonum ac lixarum quadraginta millia. Secundum populi Romani iussionem Cepionis, cuius temeritate clades accepta erat: dånati bona publicata sunt. primoq; post regem Tarquinium imperium ei abrogatum. In triumpho C. Marij ductus ante currum eius Iugurtha cum duobus filijs, & in carcere necatus. Marius triumphali ueste in senatum uenit, quod nemo ante cum fecerat: eiq; propter Cimbrici belli metum continuatus per complures annos magistratus est. consulatu secundo & tertio absens cos. creatus, quartum consulatum dissimulanter captans consecutus est. Cn. Domitius pontifex maximus populi suffragio creatus est. Cimbri, uastatis omnibus, quæ circa Rhodanum, & Pyreneum sunt, per saltum in Hispaniam transgressi, ibiq; multa loca populati, à Celtiberis fugati sunt, reuersiq; in Galliam bellicosus quidem se Theutonius coniunxerunt.

LIBRI LXVIII

ANtonius prætor in Sicilia maritimos prædones persecutus est. C. Marius cos. summa
L ui oppugnata

ui oppugnata à Teuthonis & Ambronibus castra defendit. duobus deinde prælijs circa Aquas Scitias eos hostes deleuit. in quibus caesa traduntur hostium ducenta millia, capta nona ginta. Marius absens quintum eos. creatus est. triumphum oblatum, donec Cimbro uinceret, distulit. Cimbri repulso ab alpibus fugatoq; Q. Catulo proconsule, qui fauces alpium obsederat, & ad flumen Athesim castellum editum insederat, reliqueratq;, ubi uirtute sua explicata fugientem proconsulem, exercitumq; profecuti in Italiam traiecessent, iunctis eiusdem Catuli, & C. Marij exercitibus, prælio uicti sunt ab eis, in quo caesa traduntur hominum centum quadraginta milia, capta sexaginta. Marius totius ciuitatis cōsensu receptus pro duobus triumphis, qui offerebantur, uno contentus fuit. Primores ciuitatis, qui aliquantulum, ut nouo homini ad tantos honores cuecto, inuiderant, conseruatam ab eo Remp. fatebantur. P. Malleolus, matre interempta, primus omnium insutus culleo in mare præcipitatus est. An-cylia cum strepitu mota esse, antequam Cimbricum bellum consummaretur, referuntur. Bella præterea inter Syriæ reges continet.

LIBRI LXIX

C. N. Apulcius Saturninus, adiuuante C. Mario, & per milites occiso A. Numio competitore, tribunus plebis per uim creatus non minus uolenter tribunatum, quam petierat, gessit. & cum legem agrariam per uim tulisset: Metello Numidico, eo quod in eam minime iurasset, diem dixit, qui cum à bonis ciuibus defenderetur, ne causa malorum certaminum esset, in uoluntarium exilium Rhodum profectus est. ibiq; legendo, & audiendis magnis uiris uacabat. Profecto C. Marius seditionis autor, qui sextum quidem consulatum per tribus sparsa pecunia emerat: aqua & igni interdixit. Idem Apulcius Saturninus tribunus pl. C. Memmii candidatum consulatus petitorum, quem maxime aduersarium actionibus suis timebat, interemit. quibus rebus concitato quamplurimum senatu in eius causam, & C. Marius homo mutabilis, & uarij consilij, ingenijq;, qui semper secundam fortunam transferat, cum cum tueri minime posset, oppressus armis cum Glaucia prætor, & alijs eiusdem furoris socijs bello quodam interfectus est. Q. Cæcilius Metellus ab exilio ingenti totius fauore ciuitatis reductus est. M. Aquilius eos. in Sicilia bellum seruile concitatum confecit.

LIBRI LXX

Cum M. Aquilius de pecunijs repetendis causam diceret, ipse rogare iudices noluit. M. Antonius, qui pro eo perorabat: tunicam à pectore eius discidit, ut honestas cicatrices ostenderet, quibus conspectis, indubitanter absolutus est. Cicero eius rei solus autor. Didius pro consul aduersum Celtiberos feliciter pugnavit. Ptolemæus Cyrenarum rex, cui cognomen tum Apionis fuit, mortuus hæredem populum Romanum reliquit. & eius regni ciuitates senatus liberas esse iussit. Ariobarzanes in regnum Cappadociæ à L. Cornelio Sylla reductus est. Parthorum legati à rege Arsace missi ad Syllam uenerunt, ut amicitiam à populo Romano peterent. P. Rutilius, uir summæ innocentiae, qui legatus C. Marij proconsulis à publicanorum iniurijs Asiam defenderat, inuisus equestri ordini, penes quem iudicia erant: repetundarum damnatus in exilium missus est. C. Geminius prætor contra Thracas infelicitè pugnavit. Senatus cum impotentiam equestris ordinis in iudicijs exercendis ferre nollet, omni uiribus cepit, ut ad se iudicia transferrentur, sustinente causam eius M. Liuius Drusus tribuno plebis, qui, ut uires sibi acquireret, perniciofa spe largitionis plebem concitauit. Præterea motus Syriæ regum continet.

LIBRI LXXI

MLIUIVS Drusus tribunus pl. ut maioribus uiribus senatus causam susceptam tueretur: socios, & Italicos populos, spe ciuitatis Romanæ sollicitauit. ijsq; adiuuantibus per uim legibus agrarijs, frumentarijsq; latis legem quoq; iudicalem tulit, ut æqua parte iudicia penes senatum, & equestrem ordinem essent. Cum deinde promissa socijs ciuitas præstari non posset: irati Italici defectionem cœperunt agitare. eorum coitus, coniurationes, orationesq; in concilijs principum referuntur. propter quæ Liuius Drusus etiam senatui inuisus factus, uelut socialis belli autor, incertum à quo, domi occisus est.

Libri

ITalici populi defecerunt, Picentes, Vestini, Marfi, Peligni, Marrucini, Lucani, Samnites: initio belli à Picentibus moto. Q. Seruilius proconsul in oppido Asculo cum omnibus ciuibus Romanis, qui in eo oppido erant: occisus est. saga populus sumpsit. Seruius Galba à Lucanis comprehensus, unius sceminae opera, ad quam diuertebatur, captiuitate exemptus est. Esernia, & Alba coloniae ab Italicis obsessae sunt. Auxilia demum Latini nominis, externarumque gentium missa populo Romano, & expeditiones inuicem, urbiumque expugnationes referuntur.

LCaesar cos. male aduersus Samnites pugnavit. Nola colonia in potestatem Samnitium cum L. Posthumio praetore uenit: qui interemptus est. Complures populi ad hostes defecerunt. Cum P. Rutilius cos. parum prospere contra Marfos pugnasset: & in praelio cecidisset: C. Marius legatus eius meliore quidem euentu cum hostibus confligit. Ser. Sulpicius Pelignos fudit. Q. Cepio legatus Rutilij cum obsessus prospere in hostes erupisset: & ob eum successum aequatum ei cum C. Mario esset imperium: temerarius factus, & circumuentus insidijs, fuso exercitu, cecidit. L. Caesar cos. feliciter contra Samnites pugnavit. ob eam uictoriam Romae saga posita sunt. & ut uaria belli fortuna esset: Esernia colonia cum M. Marcello in potestatem Samnitium uenit. Sed & C. Marius praelio Marfos fudit: Hirnio Asinio praetore Marrucinatorum occiso. C. Caecilius in Gallia transalpina Saluios rebellantes uicit.

CN. Pompeius Picentes praelio fudit: & obsedit. propter quam uictoriam Romae praetextae, aliaque magistratuum ornamenta insignia sumpta sunt. C. Marius cum Marfis dubio euentu pugnavit. Libertini tum primum militare ceperunt. Aurelius Plotius legatus Umbros, L. Porcius praetor Marfos, cum uterque populus defecisset: praelio uicerunt. Nicomedes in Bithyniae, Ariobarzanes in Cappadociae, regna reducti sunt. Cn. Pompeius cos. Marfos acie uicit. Cum aere alieno oppressa esset ciuitas: A. Sempronius Asellus praetor, quoniam secundum debitores ius dicebat: ab ijs, qui scenerantur: in foro occisus est. Praeterea incursiones Thracum in Macedoniam, populationesque continet.

APosthumius Albinus legatus in obsidione castrorum hostilium cecidit. Sulpicius legatus, cum classi praefectus: infamis crimine proditoris ab exercitu suo interfectus. L. Cornelius Sylla legatus Samnites praelio uicit: & bina castra eorum expugnauit. Cn. Pompeius Vestinos in deditioem accepit. L. Porcius cos. rebus prospere gestis, fuisque aliquoties Marfis, dum castra eorum expugnat: cecidit. Ea res hostibus uictoriam eius praelii dedit. Cosconius, & Luceius Samnites acie uicerunt, Marium Egnatium, nobilissimum hostium ducem occiderunt: compluraque eorum oppida in deditioem acceperunt. L. Sylla Hirpinos domuit: Samnites multis praelijs fudit: aliquot populos recepit: quantisque raro quisquam ante consulatum rebus gestis, ad petitionem consulatus Romam est profectus.

AGabinus legatus, rebus aduersum Lucanos prospere gestis, multis oppidis expugnatis, in obsidione castrorum hostilium cecidit. Sulpicius legatus Marrucinos cecidit: uniuersamque eam regionem recepit. Cn. Pompeius proconsul Vestinos & Pelignos in deditioem accepit. Marfi quoque à L. Murena, & Caecilio Pinna legatis aliquot praelijs fracti pacem petierunt. Asculum à Cn. Pompeio captum est: caesis à Mamercio Aemylio legato Italicis. Silo Popedius, dux Marforum, autor huius rei in praelio cecidit. Ariobarzanes Cappadociae, Nicomedes Bithyniae regno à Mithridate Ponti rege pulsi sunt. Praeterea incursiones Thracum in Macedoniam continet.

Cum P. Sulpicius tribunus plebis, autore C. Mario, perniciosas leges promulgasset: ut exules reuocarentur: & noui ciues, libertinique distribuerentur in tribus: & ut Marius aduersus

Mithridatem Ponti regem dux crearetur: & aduersantibus coss. Q. Pompeio, & L. Syllæ uim intulisset: occisoq; Pompeij consulis filio, genero Syllæ: L. Sylla cos. cum exercitu in urbem uenit, & aduersus factionem Sulpicij, & Marij in ipsa urbe pugnauit: eamq; expulit. ex quo duodecim à senatu hostes, inter quos C. Marius pater, & filius iudicati sunt. P. Sulpicius cum in quadam uilla lateret: indicio serui sui retractus, & occisus est. seruus, ut præmiū promissi indicij haberet: manumissus est: & ob scelus domini proditi de saxo deiectus est. C. Marius filius in Africam traiecit. C. Marius pater, cum in paludibus Minturnensium lateret, extractus est ab oppidanis. & cum ad occidendum eum missus seruus natione Gallus maiestate tanti uiri perterritus recessisset: impositus publice in nauim delatus est in Africam. L. Sylla ciuitatis statum ordinauit: exinde colonias deduxit. Q. Pompeius cos. ad capiendum à Cn. Pompeio proconsule exercitum profectus, consilio eius occisus est. Mithridates Ponti rex Bithynia & Cappadocia occupatis, & pulso Aquilio legato, Phrygiam prouinciam populi Romani cum ingenti exercitu intrauit.

LIBRI LXXVIII

Mithridates Asiam occupauit: Q. Oppium proconsulem, item Aquilium legatum in uinacula cōiecit: iussuq; eius quicquid ciuium Romanorum in Asia fuit, uno die trucidatum est. urbem Rhodum, quæ sola in fide permanerat, oppugnauit: & aliquot prælijs naualibus uictus recessit. Archelaus præfectus regis in Græciam cum exercitu uenit, Athenas occupauit. Præterea trepidationem urbium, insularumq; alijs ad Mithridatem, alijs ad populum Romanum ciuitates suas trahentibus, continet.

LIBRI LXXIX

Cornelius Cinna cum perniciosas leges per uim ferret: pulsus urbe à Cn. Octauio collega cum Sextio tribuno plebis: imperioq; ei abrogato, corruptum Ap. Claudij exercitum in potestatem suam redegit, & bellum urbi intulit: accersito C. Mario cum alijs exulibus ex Africa. in q̄o bello duo fratres, alter ex Pompeij exercitu, alter ex Cinnæ, ignorantes concurrerunt. & cum uictor mortuum spoliaret: agnito fratre ingenti lamentatione edita, rogo ei extracto ipse supra rogam se transfodit: & eodem igni consumptus est. Et cum opprimi inter initia potuisset: Cn. Pompeij fraude, qui utranq; partem souendo, uires Cinnæ dedit: nec nisi profligatis optimatum rebus auxilium tulit, & consulis segnitie, confirmati Cinna & Marius quatuor exercitibus, quorum duo Q. Sertorio, & Carboni dati sunt: urbem circumsederunt. Ostiam coloniam Marius expugnauit, & crudeliter diripuit.

LIBRI LXXX

ITalicis populis à senatu ciuitas data est. Samnites, qui soli arma recipiebant: Cinnæ, & Mario se coniunxerunt. ab ijs Plancius cum exercitu cæsus est. Cinna & Marius cum Carbone & Sertorio Ianiculū occupauerunt: & fugati ab Octauio consule recesserunt. Marius Antium quidem, & Ariciam, & Lauinium colonias deuastauit. Cum nulla omnino spes esset optimatibus resistendi propter segnitiam & perfidiam & ducum, & militum, qui corrupti aut pugnare nolebant, aut ad diuersas partes transibant: Cinna & Marius in urbem recepti sunt. qui uelut captam eam cædibus & rapinis uastarunt: Cn. Octauio consule occiso, & omnibus aduersæ partis nobilibus trucidatis: inter quos M. Antonio eloquentissimo uiro, & C. Cæsare, quorum capita in rostris posita. Crassus filius ab equitibus Fimbriæ interemptus. pater Crassus, nequid indignum uirtute sua pateretur, gladio se transfixit. Et citra ulla comitia consules in sequentem annum seipsos renuntiauerunt. eodem die, quo magistratum inierant: Marius Sex. Licinium senatorem de saxo deiici iussit: editisq; multis sceleribus Idibus Ianuarijs decessit: uir, cuius si examinentur cum uirtutibus uitia, haud facile sit dictu: utrum bello melior, an pace perniciosior fuerit. adeo quam rempublicam armatus seruauit: eam primo togatus omni genere fraudis, postremo armis euertit.

LIBRI LXXXI



SYLLA Athenas, quas Archelaus præfectus Mithridatis occuparat, circumsedit, & cum maximo labore expugnauit: urbi libertatem, & ciuibus quæ habuerant, reddidit

didit. Magnesia, quæ sola in Asia ciuitas in fide manserat, summa uirtute aduersus Mithridatem defensa est. Præterea à Thracibus in Macedonia gesta continet.

LIBRI LXXXII

Sylla copias regis, quæ Macedonia occupata in Thessaliam uenerat, prælio uicit, cæsis hostium centum millibus, castris quoque expugnatis. renouato deinde bello, iterum exercitum eius fudit, ac deleuit. Archelaus cum classe regia Syllæ se tradidit. L. Valerius Flaccus collega Cinnæ missus, ut Syllæ succederet, propter auaritiam inuisus exercitui suo à C. Fimbria legato ipse, ultimæ audaciæ homine, occisus est: & imperium ad Fimbriam translatum.

Præterea expugnata in Asia urbes à Mithridate, & crudeliter direpta prouincia: incursiones quoque Thracum in Macedoniam referuntur.

LIBRI LXXXIII

CFimbria in Asia fuis aliquot copijs Mithridatis, urbem Pergamum cepit, obsessumque regem non absuit multum quin caperet: urbem Ilion, quæ se potestati Syllæ reseruabat, expugnauit, ac deleuit, & magnam partem Asiæ recepit. Sylla multis prælijs Thracas cecidit. Cum L. Cinna, & Cn. Papyrius Carbo à se ipsis consules per biennium creati, bellum contra Syllam pararent: effectum quidem est per L. Valerium Flaccum principem senatus, qui orationem in senatu habuit: & per eos, qui concordia studebant: ut legati ad Syllam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu suo, quem inuitum cogebat naues conscendere, & aduersus Syllam proficisci: interemptus est. consulatum Carbo solus gessit. Sylla cum in Asiam traiecisset, pacem cum Mithridate fecit: ita, ut his cederet prouincijs: Asia, Bithynia, Cappadocia. Fimbria desertus ab exercitu, qui ad Syllam transierat: ipse se percussit, impetrauitque à seruo præbens ceruicem, ut eum omnino interficeret.

LIBRI LXXXIII

Sylla legatis, qui à senatu missi erant, futurum se in potestate senatus respondit, si ciues qui à Cinna pulsati ad se confugerant, restituerentur. quæ conditio cum iusta senatui uideretur, per Carbonem, factionemque eius, cui bellum uidebatur utilius, ne conueniret, effectum est. Idem Carbo, cum ab omnibus oppidis Italiæ obsides exigere uellet, ut fidem illorum contra Syllam obligaret, consensu senatus prohibitus. Nouis ciuibus s. c. suffragium datum est. Q. Metellus Pius, qui partes optimatum sequutus erat: cum in Africa bellum moliretur: à C. Fabio prætore pulsus est, senatusque consultum per factionem Carbonis, & marianarum partium factum est, ut omnes ubique exercitus dimitterentur. Libertini in quinque & triginta tribus distributi sunt.

Præterea belli apparatus contra Syllam, quod plurimum excitabatur, continet.

LIBRI LXXXV

Sylla in Italiam cum exercitu traiecit: missisque legatis, qui de pace agerent, & à consule Cn. Carbone, & C. Norbano uiolatis, eundem Norbanum prælio uicit. Et cum L. Scipionis alterius consulis, cum quo per omnia id egerat, ut pacem iungeret, nec potuerat: castra oppugnaturus esset, uniuersus exercitus consulis sollicitatus per emissos à Sylla milites signa ad Syllam transtulit: Scipio, cum interim posset, dimissus est. Cn. Pompeius, Cn. F. eius, qui Asculum ceperat, conscripto quidem uoluntariorum exercitu, cum tribus legionibus ad Syllam uenerat, ad quæ se nobilitas omnis conferebat, ita ut deserta urbe ad castra ueniretur. Præterea expeditiones per uniuersam Italiam utriusque partis ducum referuntur.

LIBRI LXXXVI

Cum C. Marius, C. Marij filius cos. ante annos uiginti per uim creatus esset, C. Fabius in Africa propter crudelitatem & auaritiam in prætorio suo uiuus exustus est. L. Philippus legatus Syllæ Sardiniam, Q. Antonio prætore pulso & occiso occupauit. Sylla cum Italicis populis, ne timeretur ab ijs uelut erepturus ciuitatem, & suffragij ius nuper datum, foedus percussit. itemque ex fiducia tam certæ uictoriæ litigatores, à quibus adhibebantur uadimoniam, Romam deferre iussit. Cum à parte diuersa urbs adhuc teneretur: L. Damasippus prætor ex uoluntate C. Marij consulis, cum senatum contraxisset, omnem, quæ in urbe erat, nobilitatem trucidauit. ex cuius quidem numero Q. Mutius Scæuola pontifex maximus fugiens

in uestibulo ædis Vestæ occisus est. Præterea bellum à L. Murena aduersus Mithridatem in Asia renouatum continet.

LIBRI LXXXVII

Sylla C. Marium, exercitu eius fuso delectoq; ad Sacripotum, in oppido Præneste obsedit, urbem Romam ex inimicorum manibus recepit, Marium erumpere tentatam repulit. Præterea res à legatis eius eadem ubiq; fortuna partium gestas continet.

LIBRI LXXXVIII

Sylla Carbonē, exercitu eius ad Clusium, ad Fauentiam, Fidentiamq; caeso, Italia expulit: cum Samnitibus, qui soli Italicorum populorum nondum arma deposuerat, iuxta urbem Romam ante portam Collinam debellauit: recuperataq; Rep. pulcherrimam uictoriam crudelitate, quanta in nullo homine unquam fuit, inquinauit. Octo milia deditorum in uia publica trucidauit: tabulam proscriptionis posuit: urbem, & uniuersam Italiam cadibus repleuit. inter quos omnes Prænestinos inermes interimi iussit. Marium senatorij ordinis uirum cruribus, brachijsq; fractis, auribus praefectis, & e fossis oculis necauit. C. Marius Præneste obsessus à Lucretio Asella, Syllanarum partium uiro, cum per cuniculum captaret euadere, septus ab exercitu mortem sibi consciiuit in ipso cuniculo, cum sentiret se euadere minime posse: cum Pontio Telefino fugae comite stricto utrinq; gladio concurrir, quem cum occidisset, saucius à seruo impetrauit, ut se occideret.

LIBRI LXXXIX

L Brutus à Cn. Papyrio Carbone, qui Corcyram appulerat, missus natis piscatoria Lilybaeum, ut exploraret, an ibi Pompeius esset, & circumuentus à nauibus, quas Pompeius miserat, in se mucrone uerso ad transtrum nauis obnixus corporis pondere occubuit. Cn. Pompeius in Sicilia cum imperio à senatu missus Cn. Carbonem, qui flens muliebriter mortem tulit, captum occidit. Sylla dictator factus, quod nemo quidem unquam fecerat: cum fascibus uiginti quatuor processit, rebusq; nouis Reip. statum confirmauit. tribunorum plebis potestatem minuit: & omne ius legum ferendarum ademit: pontificum, augurumq; collegium ampliuit, ut essent quindecim: senatum ex equestri ordine suppleuit: proscriptorum liberis ius petendorum honorum eripuit, & bona eorum uendidit. ex quibus primo multa rapuit, redactum est sestertium ter millies quingentesq;. Lucretium Asellam consulatum contra uoluntatem suam petere ausum iussit interimi in foro: & cum indigne ferret populus Romanus, concione uocata se iussisse dixit. Cn. Pompeius in Africa Cn. Domitium proscriptum, & Hieram regem Numidarum bellum molientes, uictos interemit: & IIII & XXX annos natus adhuc eques Romanus, quod quidem nemini contigerat, ex Africa triumphauit. Cn. Norbanus consularis proscrip- tus in urbe Rhodo, cum comprehenderetur, se ipse interemit. Metellus ex proscriptis unus clam capite adoperto ad posticum ædis Bastiae uxoris cum accessisset, admissus minime est, quia illum proscriptum diceret. itaq; se transfodit, & sanguine suo fores resperfit. Sylla Nolam in Samnio recepit. XLVII. legiones in agros captos deduxit, & eos his diuisit. Volaterras: quod oppidum adhuc in armis erat, obsessum in deditioem accepit. Mitylenae quoq; in Asia, quae sola urbs post uictum Mithridatem arma retinebat, expugnatae, dirutaeq; sunt.

LIBRI XC

Sylla decessit, honosq; ei à senatu habitus est, ut in campo Martio sepeliretur. M. Lepidus, cum acta Syllae tentaret rescindere, bellum excitauit. & à Q. Catulo collega Italia pulsus est, & in Sardinia frustra bellum molitus periit. M. Brutus, qui Cisalpinam Galliam tenebat, à Cn. Pompeio occisus est. Q. Sertorius proscriptus in ulteriore Hispania ingens bellum excitauit. L. Manlius proconsul, & M. Antonius legatus ab Hirtuleio quaestore praelio uicti sunt. Præterea à P. Seruilio proconsule aduersus Cilicas res gestas continet.

LIBRI XCI



CN. Pompeius, cum adhuc quaestor esset: cum imperio consulari aduersus Sertorium missus est. Sertorius aliquot urbes expugnauit, plurimasq; ciuitates in potestatem suam redegit. Ap. Claudius proconsul Thracas pluribus praелиjs uicit. Q. Metellus proconsul L. Hirtuleium quaestorem Sertorij omnium exercitu cecidit.

Libri

LIBRI XCII

CN. Pompeius adhuc dubio euentu cum Sertorio pugnavit, ita, ut singula ex utraq; parte cornua uicerint. Q. Sertorius Metellū & Perpennam cum duobus exercitibus prælio fudit. cuius uictoriæ partem cupiens auferre Pompeius parū prospere pugnavit. obsessus deinde Calagurij Sertorius assiduis eruptionibus nō leuiora damna obsidētibus tulit. Præterea à Curione proconsule in Thracia res gestas aduersus Dardanos, & Q. Sertorij multa crudelia in suos facta continet. qui plurimos amicorum, & secum proscriptorum crimine proditionis insimulatos interemit.

LIBRI XCIII

PScriuius proconsul in Cilicia Isauros domuit, & aliquot urbes piratarū expugnauit. Nicomedes Bithyniæ rex moriens populum Romanum fecit hæredem, regnumq; eius in prouinciæ formam redactum est. Mithridates, scedere cum Sertorio icto, bellum populo Romano intulit. Apparatus deinde regiarum copiarum pedestrium naualiumq;, & occupata Bithynia. M. Aurelius Cotta c. o. s. ad Chalcedonem prælio à rege uictus est, rexq; à Pompeio, & Metello uictus. & ut contra Sertorium egerunt. qui omnibus belli militiæq; artibus par fuit. quos etiam ab obsidione Calagurij oppidi depulsos coegit diuersas regiones petere, Metellum ulteriorem Hispaniam, Pompeium Galliam.

LIBRI XCIII

Lucullus c. o. s. aduersus Mithridatem equestribus prælijs feliciter pugnavit: & expeditiones aliquot præsperas fecit, poscentesq; pugnam milites à seditione inhibuit. Deiotarus Gallogræciæ tetrarches præfectos Mithridatis bellum in Phrygia mouentes cecidit. Præterea res à Pompeio in Hispania contra Sertorium prospere gestas continet.

LIBRI XCV

CCurio proconsul Dardanos in Thracia domuit. Quatuor & septuaginta gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profugerunt, & congregata seruorum & ergastulorum multitudine, Chryso, & Spartaco ducibus bello excitato, Claudium Pulchrum legatum, & P. Votenum prætorem prælio uicerunt. L. Lucullus proconsul ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroq; deleuit, pulsumq; à Bithynia regem uarijs belli ac naufragiorum casibus fractum coegit in Pontum profugere.

LIBRI XCVI

QArius prætor Chrysum, fugitiuorum ducem, cum uiginti millibus hominum cecidit. C. Lentulus c. o. s. male aduersus Spartacum pugnavit. Ab eodem L. Gellius, & Q. Arius prætor acie uicti sunt. Sertorius à M. Antonio, & M. Perpenna, & alijs coniuratis in conuiuio interfectus est, octauo ducatus sui anno, magnus dux, & aduersus duos imperatores, Pompeium & Metellum sæpe par, ut frequentius uictor, ad ultimum desertus & proditus. Imperium partium ad Marium tralatum est. quem Cn. Pompeius uictum, captumq; interemit, ac recepit Hispanias decimo ferè anno, quàm cœptū erat bellum. C. Cassius proconsul, Cn. Manlius prætor male aduersus Spartacum pugnaucrunt, idq; bellum M. Crasso prætori mandatum est.

LIBRI XCVII

MCrassus prætor primum cum parte fugitiuorum, quæ ex Gallis, Germanisq; constabat, feliciter pugnavit, cæsis inimicorum x x v millibus, & duce eorum Granico. Cum Spartaco dein debellauit, cæsis cum ipso millibus quadraginta. M. Antonius prætor bellum aduersus Cretenses parum prospere gestum morte sua finiuit. M. Lucullus proconsul Thracas subegit. L. Lucullus in Ponto aduersus Mithridatem feliciter pugnavit, cæsis hostium amplius quàm sexaginta millibus. M. Crassus, & Cn. Pompeius c. o. s. facti sunt.

* sicut Pompeius, antequàm quæsturam gereret, ex equite Romano. tribunitiam potestatem restituerunt. Iudicia quoque per M. Aurelium Cottam prætorem ad equites Romanos translata sunt. Mithridates desperatione rerum suarum coactus ad Tigranem Armeniæ regem confugit.

L Achares filius Mithridatis, Bospori rex, à L. Lucullo in amicitiam receptus est. C. Lentulus, & L. Gellius censores asperam censuram egerunt: quatuor & sexaginta senatu mortis, à quibus lustrum conditum est. Censa sunt ciuium capita ccccl millia. L. Metellus prætor in Cilicia aduersum piratas prospere rem gessit. Templum Iouis in Capitolio, quod incendio consumptum erat, restructum à Q. Catulo dedicatum est. L. Lucullus in Armenia Mithridatem, & Tigranem, & immensas utriusque regis copias multis certaminibus sedit. Q. Metellus proconsul, bello sibi aduersum Cretenses mandato, Cydoniam urbem obsedit. C. Triarius legatus Luculli aduersus Mithridatem parum prospere pugnauit. Lucullum, ne persequeretur Mithridatem, ac Tigranem, summamque uictoriæ imponeret, seditio militum tenuit, qui sequi nolbant: quia legiones Valerianæ, impleta à se stipendia dicentes, Lucullum reliquerunt.

Q Metellus proconsul Gnoson, & Lyctum, & Cydoniam, & alias plurimas ciuitates expugnauit. L. Roscius tribunus plebis legem tulit, ut equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi assignarentur. Cn. Pompeius lege ad populum lata persequi piratas iussus, qui commercium annonæ intercluserant: intra quadragesimum diem toto mari eos expulit, belloque cum ijs in Cilicia confecto, acceptis in deditionem piratis, agros & urbes dedit. Præterea res à Q. Metello aduersus Cretenses continet: & epistolas Metelli, & Cn. Pompeij inuicem missas. queritur Metellus gloriam rerum à se gestarum à Pompeio sublatam præteriri, qui in Cretam miserit legatum suum ad accipiendas urbium deditiones. Pompeius Romæ rationem reddit, hoc se facere debuisse.

C Manlius tribunus plebis indignatione maxima nobilitatis legem tulit, ut Pompeio bellum Mithridaticum mandaretur. Concio eius bona. Q. Metellus domitis Cretensibus, liberæ in id tempus insulæ leges tulit. Cn. Pompeius ad gerendum bellum aduersus Mithridatem profectus, cum rege Parthorum Phraate amicitiam renouauit: equestri prælio Mithridatem uicit. Præterea bellum inter Phraatem regem Parthorum, & Tigranem Armeniorum regem, ac demum inter filium Tigranem, patremque gestum continet.

C Pompeius Mithridatem nocturno prælio uictum coegit Bosporon profugere: Tigranem in deditionem accepit, eiisque, ademptis Syria, Phœnicia, & Cilicia, regnum Armeniæ restituit. Coniuratio eorum, qui in petitione consulatus ambitus damnati erant, facta de interficiendis coss. oppressa est. Cn. Pompeius cum Mithridatem persequeretur, in ultimas ignotasque gentes penetrauit: Iberos, Albanos, qui transitum minime dabant, prælio uicit. Præterea fugam Mithridatis per Colchos, Heniochosque, & res ab eo in Bosporo gestas continet.

C Pompeius in prouinciæ formam Pontum redegit. Pharnaces filius Mithridatis bellum patri intulit, ab eo Mithridates obsessus in regia, cum ueneno sumpto parum proficisset ad mortem: à milite Gallo, nomine Bithoco, à quo ut iuuaretur petierat, interfectus est. Cn. Pompeius Iudæos subegit. sanum eorum Hierosolyma inuiolatum ante id tempus cepit. L. Catilina bis repulsam in petitione consulatus passus, cum Lentulo prætore & Cethego & pluribus coniurauit, de cæde consulum & senatus, incendijs urbis, opprimenda republica: exercitu quoque in Hetruria comparato. Ea coniuratio industria M. Tullij Ciceronis cruta est. Catilina urbe pulso, de reliquis coniuratis omnino sumptum supplicium est.

C Atilina à C. Antonio proconsule cum exercitu cæsus. P. Clodius accusatus, quod in mulieris habitu sacrarium, in quod uirum intrare nefas est, intrasset: cumque uxorem Metelli Pontificis stuprauisset, absolutus. Cn. Potitius prætor Allobroges, qui rebellauerant, ad Solonem domuit. P. Clodius ad plebem transijt. C. Cæsar Lusitanos subegit. eoque consulatus

fulatus candidato, & captante rempublicam inuadere, conspiratio inter tres principes ciuitatis facta est, Cn. Pompeium, M. Crassum, & C. Cæsarem. Leges agrariæ à Cæsare consule cum maxima contentione, inuito senatu & altero consule M. Bibulo, latæ sunt. C. Antonius proconsul in Thraciâ parum prospere rem gessit. M. Cicero lege à P. Clodio tribuno plebis lata, quia indemnatos ciues necauisset, in exilium missus est. Cæsar in prouinciâ Galliâ profectus Helucios, gentem uagam, domuit, quæ sedem querens per prouinciâ Cæsaris Narbonem iter facere uolebat. Præterea situm Galliarum continet. Pompeius de liberis Mithridatis, Tigrane & Tigranis filio triumphauit: Magnusq; à tota concione consalutatus est.

LIBRI CIIII

PRima pars libri situm Germaniæ, moresq; continet. C. Cæsar contra Germanos, qui Ariouisto duce in Galliam descenderant: cum exercitum duceret, rogatus ab Heduis, & Sequanis: quorum ager possidebatur: trepidationem militum propter metum nouorum hostium ortam allocutione exercitus inhibuit, & uictos prælio Germanos Gallia omni expulit.

M. Cicero, Pompeio inter alios orante, & T. Annio Milone tribuno pl. ingenti gaudio senatus, ac uniuersæ Italiæ ab exilio reductus est. Cn. Pompeio per quinquennium annonæ cura mandata est. Cæsar Ambianos, Sueffiones, Viromandos, Atrebatas, Belgarû populos, quorum quidem maxima multitudo erat, prælio uictos in deditiõne accepit: ac deinde contra Neruios unam harum ciuitatum cum maximo discrimine pugnauit, eamq; gentem deleuit, quæ bellum gessit, donec ex sexaginta millibus armatorum trecenti superessent: ex nonaginta quinque senatoribus tres tantummodo euaderent. Lege lata de redigenda in prouinciæ formam Cypro, & publicanda pecunia regiâ, M. Catoni administratio eiusdem rei mandata est. Ptolemæus Ægypti rex ob iniurias, quas patiebantur, à suis regno pulsus Romam uenit. C. Cæsar gentem oceano iunctam, Venetos, nauali prælio uicit. Præterea à legatis eius eadem fortuna res gestas continet.

LIBRI CV

CUm M. Catonis tribuni plebis intercessionibus comitia tollerentur: senatus uestem mutauit. M. Cato in petitione præturæ, prælato Vatinio repulsam tulit. idem cum legem impediret: qua prouinciæ consulatus in quinquennium, Pompeio Hispaniæ, Crasso Syria & Parthicum bellum, Cæsari Gallia & Germania dabantur, à C. Trebonio tribuno plebis legis autore in uincula ductus est. A. Gabinius proconsul Ptolemæum in regnum reduxit Ægypti, reiecto Archelao, quem sibi regem ascuerant. Cæsar, uictis Germanis, & in Gallia cæsis, Rhenum transcendit, proximam partem Germaniæ domuit, ac deinde oceano in Britanniam parum prospere tempestatibus aduersis traiecit: iterumq; parû felicius, maximaq; hominum multitudine cæsa, reliquam partem insulæ in potestatem redegit.

LIBRI CVI

Iulia Cæsaris filia, Pompeij uxor, decessit, honosq; maximus ei à Populo habitus est, ut in campo Martio sepeliretur. Gallorum multi populi, Ambiorige duce Eburonum defeecerunt, à quibus Cotta, & T. Aurunculeius legati Cæsaris insidijs circumuenti, cum exercitu, cui præerant, cæsi sunt. & cum aliarum quoq; legionum castra oppugnata maximo labore defensa essent: interq; eos, qui in Treuiris præerat, Q. Cicero, ab ipso Cæsare hostes prælio fusi sunt.

M. Crassus bellum Parthis illaturus Euphratem fluuium transiit. uictusq; prælio, in quo & filius eius cecidit, cum reliquias exercitus in collem recepisset, euocatus in colloquium ab hostibus, ut de pace acturus, quorum dux erat Surenas, comprehensus, & nequid uiuus pateretur, repugnans interemptus est, & ita periit.

LIBRI CVII

Cæsar Treuiris in Gallia uictis, iterum in Germaniâ transit, nulloq; ibi inuento hoste, reuersus in Galliam Eburones, & alias ciuitates, quæ conspirauerant, uicit, & regem Ambiorigem in fuga persecutus. P. Clodij à T. Annio Milone, candidato cõsulatus, Appia uia ad Bouillas occisi corpus plebs in curia cremauit. Cum seditiones inter candidatos consalutatus, Hypseum, Scipionem, & Milonem essent, qui armis ac uis contendebant: ad comprimend-

das eas Cn. Pompeius legatus à senatu consul tertium factus est absens, & solus, quod nemini unquam contigit. Quæstione decreta de morte P. Clodij, Milo iudicio damnatus in exilium actus est. Lex dicta est, ut ratio absentis Cæsaris in petitione consulatus haberetur, inuito & contradicente M. Catone. Præterea res gestas à C. Cæsare aduersum Gallos, qui prope uniuersi Vercingentorige Aruerno duce, defecerunt, & laboriosas obsidiones urbium continet: inter quas Auarici Biturigum, Gergouie Aruernorum.

LIBRI CVIII

C Cæsar Gallos ad Alexiam uicit, omnesq; Gallie ciuitates, quæ in armis fuerant, in ditionem accepit. C. Cassius quæstor M. Crassi Parthos, qui in Syriam transcenderant, cecidit. In petitione consulatus M. Cato repulsam tulit: creati coss. Ser. Sulpicio, & M. Marcello. C. Cæsar Bellouacos cum alijs Gallorum populis domuit. Præterea contentiones inter coss. de successore C. Cæsari mittendo, agente in senatu M. Marcello consule, ut Cæsar ad petitionem consulatus ueniret, cum is, lege lata in id tempus consulatus, prouincias obtinere deberet: resq; à M. Bibulo gestas in Syria continet.

LIBRI CIX

C Ausæ ciuilium armorum, & initia referuntur, contentionesq; de successore C. Cæsari mittendo, cum se dimissurum exercitum negaret, nisi à Pompeio dimitteretur. & C. Curionis tribuni plebis primum aduersus Cæsarem actiones continet. Cum sc. factum esset, ut successor Cæsari omnino mitteretur: M. Antonio, & Q. Cassio tribunis plebis, quoniam intercessionibus id sc. impediabant, urbe pulsus, mandatum à senatu consulibus, & Cn. Pompeio, ut uiderent nequid Resp. detrimenti caperet. C. Cæsar bello inimicos persecutus cum exercitu in Italiam uenit: Corfinium cum L. Domitio, & L. Lentulo cepit, eosq; dimisit: Cn. Pompeium, uniuersosq; eius partium Italia omnino expulit.

LIBRI CX

C Cæsar Massiliam, quæ portas ipsi clauserat, obsedit, & relictis in obsidione C. Trebonio, & D. Bruto, profectus in Hispaniam L. Afranium, & C. Petreium legatos Cn. Pompeij cum septem legionibus ad Ilerdã in ditionem accepit, omnesq; incolumes dimisit: Varrone quoque legato Pompeij cum exercitu in potestate sua redacto. Gaditanis ciuitatem dedit. Massilienses duobus naualibus prælijs uicti, post longam obsidionem in potestatem Cæsaris se permiserunt. C. Antonius legatus Cæsaris male contra Pompeianos pugnauit, & in Illyrico captus est. in quo bello Opitergini trãspadani Cæsaris auxiliares rate sua ab hostilibus nauibus clausa, potius qm in potestate inimicorum uenirent, inter se concurrentes occubuerunt. C. Curio legatus Cæsaris in Africa, cum aduersus Pompeianarum partium ducem Varronem pugnasset: à Iuba rege Mauritanie cum exercitu cæsus est. C. Cæsar in Græciam traiecit.

LIBRI CXI

C AECILIVS Rufus prætor cum seditiones in urbe quàm maxime concitaret, nouarum tabularum spe plebe sollicitata, abrogato magistratu, pulsus urbe Miloni exuli, qui fugitiuorum exercitum contraxerat, se coniunxit. uterq; cum bellum molirentur, interempti sunt. Cleopatra Ægypti regina à Ptolemæo fratre regno pulsa est. Propter Q. Catuli prætoris auaritiã crudelitatemq; Cordubenses in Hispania cum duabus Varrianis legionibus à partibus Cæsaris descuerunt. Cn. Pompeius ad Brundisium obsessus à Cæsare, & præsidij eius cum magna clade diuersæ partis expugnatis, obsidione liberatus, translato in Thessaliam bello, apud Pharsaliam acie uictus est. Cicero in castris remansit, uir nihil minus, quàm ad bella natus. omnibusq; aduersarum partium, qui se potestati uictoris permiserunt, Cæsar ignouit.

LIBRI CXII

T Repidatio uictarum partium per diuersas orbis terrarum partes, & fuga referuntur. Cn. Pompeius, cum Ægyptum petisset, iussu Ptolemæi regis pupilli, autore Theodoro præceptore, cuius apud regem maxima erat autoritas: & Photino occisus est ab Achilla, cui delegatum id facinus erat, in nauicula, antequam in terram exiret. Cornelia uxor, & Sex. Pompeius filius

filii in Cyprum refugerunt. Cæſar poſt tertium diem inſecutus, cum ei Theodorus caput Pompeij, & annulum obtuliſſet, inſenſus eſt, & illachrymauit, ſine periculo Alexandriam tumultuantem intrauit. Cæſar dictator creatus Cleopatram in regnū Ægypti reduxit, & inferentem bellum iſdem autoribus Ptolemæum, quibus Pompeium interfeccerat, cum maximo ſuo discrimine uicit. Ptolemæus, dum fugit, in Nilo nauicula ſubſedit. Præterea laborioſum M. Catonis in Africa per deſerta cum legionibus iter, & bellum à Cn. Domitio contra Phraatem Parthum proſpere geſtum continet.

LIBRI CXIII

CONfirmatis in Africa Pompeianis partibus, earum imperium P. Scipioni delatū eſt, Cato cui ex æquo deferebatur imperium, cedente. Et cum de diruenda urbe Vtica propter fauorem ciuitatis eius in Cæſarem deliberaretur, idq̄ ne fieret, M. Cato tenuiſſet: Iuba ſua dente, ut dirueretur, tutela eius, & custodia mādata eſt Catoni. Pōpeij Magni filius in Hiſpania cōtractis uiribus quarū ducātū nec Afranius, nec Petreius excipere uolebāt, bellū aduerſus Cæſarem renouauit. Pharnaces Mithridatis filius, rex Ponti ſine ulla belli mora uictus eſt.

Cum ſeditiones Romæ à P. Dolobella tribuno pl. legē ferente de nouis tabulis excitatæ eſſent, & ex ea cauſa plebs tumultuaretur, inductis à M. Antonio magiſtro equitū in urbem militibus octingenti e plebe caſi ſunt. Cæſar ueteranis cum ſeditione miſſionē poſtulantibus dedit. & cū in Africā traieciſſet, contra copias Iubæ regis cum discrimine maximo pugnauit.

LIBRI CXIIII

BELLUM in Syria Cæcilius Baſſus eques Romanus Pompeianarum partium excitauit, & relicto à legione Sexto Cæſare, quæ ad Baſſum tranſierat: occiſoq̄ eo Cæſar Scipionem prætorem, Afranium, Iubamq̄ uicit ad Tapſum, caſtris eorum expugnatis. Cato audita re, cum ſe percuiſſet Vticæ, & interueniente filio curaretur, inter ipſam curationem reſciſſo uulnere expirauit, anno ætatis quadrageſimonono. Petreius Iubam, ſeq̄ interemit. P. Scipio in naue circumuentus honeſtæ morti uocem quoq̄ adiecit. quærentibus enim hoſtibus imperatorem, dixit. imperator bene ſe habet. Fauſtus & Afranius occiſi: Catonis filio uenia data. Brutus legatus Cæſaris in Gallia Bellouacos rebellantes uicit.

LIBRI CXV

CÆſar quatuor triumphos duxit: ex Gallia, ex Ægypto, ex Ponto, & Africa. epulum, & omnis generis ſpectacula edidit. M. Marcello conſulari, ſenatu rogante, conſeſſit reditum. qui Marcellus beneficio eius frui minime potuit, à P. Magio Chitone cliente ſuo Athenis occiſus. Et cenſum egit, quo cenſa ſunt ciuium capita centum quinquaginta millia. Proſectus in Hiſpaniam contra Sex. Pompeium, utrinq̄ multis expeditionibus factis, & aliquot urbibus expugnatis, ſummam uictoriam cum maximo discrimine ad Mundam urbem cōſecutus eſt. Pompeius Sex. effugit.

LIBRI CXVI

CÆſar ex Hiſpania quintum triumphum egit. & cum multi, quammaximiq̄ honores ei à ſenatu decreti eſſent, inter quos, ut pater patriæ appellaretur, & ſacroſanctus, ac dictator in perpetuum eſſet, inuidiæ cauſam aduerſus eum præſtitere, quod ſenatu deferenti hos honores, cum ante ædem Veneris genitricis ſederet, minime aſſurrexit, & quod M. Antonio conſule collega ſuo inter Lupercos currente Diadema capiti ſuo impositum in ſella reſpoſuit: & quod Epidio Marullo, & Cæſetio Flauo tribunis plebis inuidiam ei tanquam regnum affectanti mouentibus potestas abrogata eſt. Ex ijs cauſis conſpiratione in eum facta, cuius capita fuerunt, M. Brutus, & C. Trebonius, & C. Caſſius, & ex Cæſaris partibus D. Brutus, in curia Pompeij occiſus eſt uiginti tribus uulneribus, occupatumq̄ ab interfeccoribus eius Capitolium. Obluione deinde cædis eius à ſenatu decreta, obſidibus Antoni, & Lepidi liberis acceptis, coniuſurati à Capitolio deſcenderunt. Teſtamento Cæſaris hæres ex parte dimidia inſtitutus C. Octauius ex ſore nepos, & in nomen adoptatus eſt. Cæſaris corpus cum in campū Martium ferretur, à plebe ante roſtra crematū eſt. Dictaturæ honos in perpetuum ſublatus eſt. Chamaces humillimæ fortis homo, qui ſe C. Marij filium ferebat

ferbat: cum apud credulam plebem seditiones moueret, interfectus est.

LIBRI CXVII

COctavius Romam ex Epiro uenit. eò enim illum Cæsar præmiserat, bellum in Macedo-
nia gesturus, omnibusq; prosperis exceptus, etiam nomē Cæsaris sumpsit, in cōfusione
rerum, ac tumultu Lepidum pontificem maximum interemit. Sed M. Antonius eos. cum
impotenter dominaretur, legemq; de prouinciarum permutatione tulisset per uim, & Cæsa-
rem quoq; petentē, ut sibi aduersum auunculi percussores adesset, magnis iniurijs affecit. Cæ-
sar, ut sibi & reipublice uires contra eum paraturus, deductos in colonias ueteranos excitauit.
Legiones quoque quarta & Martia signa ab Antonio ad Cæsa-rem tulerunt. deinde plures
saucia M. Antonij passim in castris suis trucidati, quia & suspecti erant, & ad Cæsa-rem descir-
uerunt. D. Brutus, ut petenti Cisalpinam Galliam Antonio obsisteret, Mutinam cum ex-
ercitu occupauit. Præterea discursus utriusq; partis uirorum ad accipiendas prouincias, appa-
ratusq; belli continet.

LIBRI CXVIII

M Brutus in Græcia sub prætextu reipublicæ, & suscepti contra M. Antonium belli, exer-
citum, cui Vatinius præerat, cum prouincia in potestatem suam redegit. C. Cæsar, qui
primus reipub. arma sumpserat pro populo Romano: imperium à senatu datum est cum con-
sularibus ornamentis: adiectumq;: ut senator esset. M. Antonius D. Brutum Mutinæ obsē-
dit: missiq; ad eum legati à senatu de pace parum ad eam componendam ualuerunt. Popu-
lus Romanus saga sumpsit. M. Brutus in Epiro C. Antonium prætorem cum exercitu po-
testati suæ subegit.

LIBRI CXIX

C Trebonius in Asia fraude P. Dolobellæ occisus est. ob id facinus Dolobella à senatu
hostis iudicatus est. Cum Panfa Cos. male aduersus Antonium pugnasset: A. Hir-
cius Cos. cum exercitu superueniens, fufis M. Antonij copijs, fortunam utriusq; partis æqua-
uit. Victus deinde ab Hircio & Cæsa- re Antonius in Galliam confugit: & M. Lepidū cum le-
gionibus, quæ sub ipso erant: sibi iunxit: hostisq; à senatu cum omnibus, qui intra præsidia
eius erant: iudicatus est. A. Hircius, qui post uictoriam ipsius in inimicorum castris cecide-
rat: & L. Panfa è uulnere, quod in aduerso prælio exceperat: defunctus, in Campo Martio se-
pulti sunt. Aduersus C. Cæsa-rem, qui solus è tribus ducibus supererat: parum gratus sena-
tus fuit, qui D. Bruto obsidione mutinensi à Cæsa- re liberato, honore triumphi decreto, Cæsa-
ris, militumq; eius mentionem non satis gratam habuit. ob quæ C. Cæsar, reconciliata per
M. Lepidum cum M. Antonio gratia, Romam cum exercitu uenit: & perculsis aduentu eius
ijs, qui in eum iniqui erant: cum annos XVIII haberet, cos. creatus est.

LIBRI XX

C Cæsar eos. legem tulit de quæstione habenda in eos, quorum opera pater occisus esset.
postulatiq; ea lege M. Brutus, C. Cassius, D. Brutus absentes damnati sunt. Cum M.
Antonio uires Asinius quoq; Pollio, & Munacius Plancus cum exercitibus suis adiuncti am-
pliaffent, & D. Brutus, cui senatus ut persequeretur Antoniū, mandauit: relictus à legionibus.
suis profugisset, iussu Antonij, in cuius potestatem uenerat, à Capeno Sequano interemptus
est. C. Cæsar pacem cum Antonio, & Lepido fecit, ita, ut tres uiri Reip. constituendæ qui-
dem per quinquennium præessent. ipse Lepidus, & Antonius statuerunt, ut suos quisq; inimi-
cos proscriberent. in qua proscriptione plurimi equites, cxxx senatorum nomina fuerant,
& inter eos L. Pauli fratris M. Lepidi, & L. Cæsarum Antonij auunculi, M. Ciceronis, cuius occisi
à Popilio legionario milite, cum haberet annos LXIII, caput quoq; cum manu dextra in
rostris positum est. Præterea res à M. Bruto in Græcia gestas continet.

LIBRI CXXI



CASSIUS cui mandatum à senatu erat, ut Dolobellam inimicum iudicatum bel-
lo persequeretur: auctoritate Reip. adiutus Syriam cum tribus exercitibus, qui in ea-
dem prouincia erant, in potestatem suam redegit: Dolobellam in urbe Laodicea
obsessum.

obfessum mori coegit. M. quoque Bruti iussu C. Antonius captus occisus est.

LIBRI CXXII

M Brutus aduersus Thracas parum prospere rem gessit, omnibusq; transmarinis prouincijs, exercitibusq; in potestate eius, & C. Cassij redactis, coierunt Smyrnæ uterq; ad ordinanda futuri belli consilia. M. Messalæ Publicolam fratrem iunctum communi consilio condemnauerunt.

LIBRI CXXIII

S Ex. Pompeius, Magni filius, lectis ex Epīro proscriptis ac fugitiuis, cū exercitu diu sine ulla loci cuiusquam possessione prædatus in mari, Messanam oppidum in Sicilia primum, deinde totam prouinciã occupauit: occisoq; à Pompeio A. Bithynico prætore, Saluidienum legatum Cæsaris nauali prælio uicit. Cæsar & Antonius cum exercitibus in Græciam traicerunt, bellū contra Brutum, & Cassium gesturi. Q. Cornificius in Africa T. Sestium Cassianarum partium ducem prælio uicit.

LIBRI CXXIII

C Cæsar, & Antonius apud Philippos uario euentu contra Brutum, & Cassium pugnauerunt: ita, ut utriusq; dextera cornua uicerint, & castra quoq; utrinq; ab ijs, qui uicerant, expugnarentur. Sed inæqualem fortunam partium mors quidem Cassij fecit. qui cum in eo cornu fuisset, quod pulsū erat: totum exercitum fuscum ratus, mortem sibi consciiuit. Altero deinde prælio uictus M. Brutus & ipse uitã finiuit, exorato Stratone fugæ comite, ut sibi gladium adijceret. annorū erat circiter ætatis XL. Inter quos Q. Hortensius occisus est.

LIBRI CXXV

C Cæsar, relicto Antonio (transmarinæ prouinciæ ex parte imperium ei cessit) reuersus in Italiam ueteranis agros diuisit. seditionis exercitus sui, quas corrupti à Fuluiã M. Antonij uxore milites contra imperatorē suum concitauerant, cum grandi periculo inhibuit. L. Antonius cōs. M. Antonij frater, eadem Fuluiã consulente, bellum Cæsari intulit: receptis in partes suas populis, quorum agri ueteranis assignati erant: & M. Lepido, qui custodiæ urbis cum exercitu præerat: scisso, hostiliter in urbem irrupit.

LIBRI CXXVI

C Cæsar, cum esset annorum XXIII. obfessum in oppido Perusia L. Antonium, conatumq; aliquoties erumpere, & repulsum fame coegit in deditiōem uenire: ipsiq; & omnibus quidem militibus eius ignouit: Perusiam diruit: redactis in potestatem suam omnibus diuersæ partis exercitibus, bellum citra ullum sanguinem confecit.

LIBRI CXXVII

P Arthi, Labieno, qui Pompeianarum partium fuerat, duce, in Syriam irruerunt: uictosq; Didio Saxa M. Antonij legato, uniuersam eam prouinciã occupauerunt. M. Antonius cum ad bellum contra Cæsarem gerendum incitaretur, uxore Fuluiã dimissa, ne concordia ducum obstaret: pace facta cum Cæsare, sororē eius Octauiam in matrimoniū duxit. Q. Saluidienum consilia nefaria contra Cæsarem molitum indicio suo detexit: isq; damnatus mortem sibi consciiuit. P. Ventidius Antonij legatus Parthos prælio uictos Syria expulit: Labieno eorum duce occiso. Cum uicinus Italiæ hostis Sex. Pompeius Siciliam teneret, & annorū comæatū impediret: cum eo postulatam pacem Cæsar, & Antonius quidem fecerunt: ita ut Siciliam prouinciã haberet. Præterea motus Africæ, & bella gesta continet.

LIBRI CXXVIII

C Vm Sex. Pompeius rursus latrocinijs mare infestum redderet: nec pacem, quam acciperat, præstaret: Cæsar necessario bello contra eum suscepto, duobus naualibus prælijs dubio euentu pugnauit. L. Ventidius legatus M. Antonij Parthos in Syria uicit: Regemq; eorum interemit. Iudæorū quoq; legati ab Antonio interempti sunt. Præterea belli Siculi apparatus continet.

LIBRI CXXIX

A Duersus Sex. Pompeium uario euentu naualibus certaminibus pugnatum est: ita, ut duarum

duarum classium, Cæsaris altera, cui Agrippa præerat, uinceret: altera, quam Cæsar duxerat, deleta, expositi in terram, in quàm maximo periculo essent. uictus deinde Pompeius in Sicilia profugit. M. Lepidus, ex Africa uelut ad societatem belli contra Sex. Pompeium à Cæsare gerendi traiecerat: ei bellum cum Cæsar quoque inferret, relictus ab exercitu, abrogato triumphus uiratus honore, uitam impetrauit. M. Agrippa nauali corona à Cæsare donatus est, qui honos nemini ante eum habitus est.

LIBRI CXXX

Marcus Antonius, dum cum Cleopatra luxuriaretur: Mediam prouinciã ingressus bellum cum legionibus XVIII. & XVI millibus equitum Parthis intulit. & cum duabus legionibus amissis, nulla re prospere cedente retro rediret: insecutus subinde Parthis, & ingenti trepidatione, & magno totius exercitus periculo, in Armeniam reuersus est, XXI die trecenta milia fuga emensus. circa octo milia hominum tempestatibus amisit. tempestates quoque infestas super infelicitè susceptum Parthicum bellum culpa sua passus est: quia hinc mare in Armenia nolbat: dum ad Cleopatram festinat.

LIBRI CXXXI

Sex. Pompeius, cum in fidem M. Antonij ueniret, bellum aduersus eum in Asia molirens à legatis eius oppressus est. Cæsar seditionem ueteranorum cum magna pernicie motam inhibuit: Iapidas, Dalmatas, & Pannonios subegit. Antonius Artauasdem Armeniæ regem fide data perductum in uincula conijci iussit, regnumque Armeniæ filio suo ex Cleopatra nato dedit: quam uxoris loco iam pridem captus amore eius habere cœperat.

LIBRI CXXXII

Cæsar in Illyrico Dalmatas domuit. Cum M. Antonius ob amorem Cleopatræ, ex qua duos filios habebat, Philadelphum, & Alexandrum: neque in urbem uenire uellet, neque finito eius tempore triumuiratus imperium deponere, bellumque moliretur, quod urbi, Italiæque inferret, ingentibus tam naualibus, quam terrestribus copiis ob hoc contractis, remissoque Octauiæ sorori Cæsaris repudio, Cæsar in Epirum cum exercitu traiecit. Pugnae deinde nauales & prælia equestria secunda Cæsaris referuntur.

LIBRI CXXXIII

Marcus Antonius ad Actium classe uictus Alexandriam profugit: obsessusque à Cæsare in ultima rerum desperatione, præcipue occisæ Cleopatræ falso rumore impulsus, seipsum interemit. Cæsaris Alexandria in potestatem redacta. Cleopatra, ne in arbitrium uictoris ueniret, uoluntaria morte occubuit. In urbem reuersus tres triumphos egit: unum ex Illyrico, alterum ex Actiaca uictoria, tertium ex Cleopatra: imposito fine ciuilibus bellis altero & trigesimo anno. M. Lepidus, qui Lepidi triumuiri fuerat filius: coniuratione contra Cæsarem facta, bellum molirens oppressus, & occisus est.

LIBRI CXXXIII

Cæsar rebus compositis, & omnibus prouincijs in certam formam redactis, Augustus quoque cognominatus est: & mensis Sextilis in honorem eius appellatus est. Cum ille conuentum Narbonæ egit, census à tribus Gallijs, quas Cæsar pater uicerat, actus. Bellum contra Bastarnas, & Mæsos, & alias gentes à M. Crasso refertur.

LIBRI CXXXV

Bellum à M. Crasso aduersus Thracas, & à Cæsare aduersus Hispanos gestum refertur: & Salassi, gentes alpinæ, perdomiti.

LIBRI CXXXVI

Rhetia à Tyberio Nerone, & Druso Cæsaris priuigno domita: Agrippa Cæsaris gener mortuus, & à Druso census actus est.

LIBRI CXXXVII

Ciuitates Germaniæ cis Rhenum, & trans Rhenum positæ oppugnantur à Druso, & tu multus, qui ob censum exortus in Gallia erat, compositus. Ara Cæsari ad confluentem Araris & Rhodani dedicata, sacerdoteque creato C. Julio Vercondaridubio Heduo.

Libri

THraces domiti à Scipione: item Cherufci, Tenchateri, Cauci, aliæq; Germanorum trans Rhenum gentes subactæ à Druso referuntur. Octauia soror Augusti defuncta, ante amisso filio Marcello. cuius monimenta sunt theatrum, & porticus, eius nomini dicata.

Bellum contra transhenanas gentes à Druso gestum refertur. in quo inter primores pugnaverunt, Senectius & Anectius, tribuni ciuitatis Neruiorum. Dalmatas, & Pannonios Nero frater Drusi subegit. Pax cum Parthis facta est: signis à rege eorum, quæ sub Crasso & postea sub Antonio capta erant redditis.

Bellum aduersus Germanorum trans Rhenum ciuitates gestum à Druso refertur. ipse ex fractura equo super crus eius collapsus, xxx die quam id acciderat, mortuus est. corpus à Nerone fratre, qui nuntio ualitudinis euocatus raptim occurrerat, Romam reuectum, & in C. Iulij tumulo conditum. Laudatus à Cæsare Augusto uictorico, & supremis illius funeribus plures honores additi.

107

108

109

CHRONOLOGIA SIVE

TEMPORVM SUPPUTATIO IN OMNEM ROMANAM
historiam ab Troia capta ad millesimum ducentessimum octogesimum
tertium ab Vrbe condita annum, qua multi luculenti è mendosis
autorum codicibus sublati sunt errores: & autor ipse Liuius,
simulq; Romana historia multum accepit lucis, per
HENRICVM GLAREANVM P. L. in incly-
ta Friburgensium academia pu-
blicum professorem.



BASILEAE ANNO M D XXXIIII

CLEMENTISSIMO CAESARI FERDINANDO BOEMIAE HUNGARIAE QVE REGI &c.
HENRICVS GLAREANVS S. D. P.



NNI aliquot elapsi sunt, Inuictissime Rex, quum in Frobeniana officina
 T. Liiij Decades, cum aliquot libris recens inuentis excuderentur. Quapro-
 pter ut tam eminenti auctori, præter aliorum doctorum uirorum multam ac
 egregie nauatam industriam, à nobis etiam aliquid lucis accederet, Chrono-
 logiam ab Vrbe condita, ad sinem usq; Romanæ historiæ, qua tenus com-
 prendit Liius, adijci curauimus. In ea autem, ut absque errore atq; men-
 dis, quantum fieri posset, ad exemplar nostra manu descriptum excudere-
 tur, quum uid. issem summã adhibuisse curam Nicolaum Episcopium, Hie-
 ronymi Frobenij uelut alterum Theseum, illectus sum ut longius dilatarem
 eam & à principio & à fine. Itaque exorsus à Troia capta, altius repetitis an-
 nis, propter eximij uiri Dionysij Haicarnaisci præclarissimam historiam, adieci post Liiij tempora sin-
 gulis cum Consulibus annos ad Iustinianum usque Cæsarem. Id quod Cassiodorus quoq; fecit, quan-
 quam codex eius mire corruptus hodie habetur, quem tamen Gregorius Holoander, uir magna, meo
 iudicio, industria multis in locis emendauit. Idem ego in prioribus annis annisus, qui Liiiana continen-
 tur historia, nec cum hoc nec cum illo ubique consentiens, quemadmodum nec inter ipsos ubique con-
 uenit. Porro quot locis dissentiam, & quibus autoribus sultus, lector eruditus legendo facile uidebit.
 Spero autem fore, ut optimus quisque cõfessus sit, me nec temere nec sine fructu lectorum hanc post
 illos susceptisẽ prouinciam. Simpliciter autem autorum loca ostendo lectori, relinquens illum suo iudi-
 cio, nec omnia, quæ poteram odiose inculcans, nec ubique: illic tædium euitans, hic ostentationem. Sed
 hæc obiter de causa quæ nos ad hoc negocium scribendum compulerit, dicimus. Nam de utilitate huius,
 hoc unum adinonero, Neutiquam negligendum ut temporis ratio in historia constet. Si enim hi-
 storia testis est temporum, ut uere dixit Cicero, quid absurdius fieri potest, quàm ita narrare historiam,
 ut quid prius quid posterius gestum sit ignores: perinde atq; uulgus narret fabulas. In hac igitur Chrono-
 logia initium à capta Troia sumptum est, quod Romani a Troianis oriundi credantur, per Aencam,
 Ascanium, ac deinde Reges Albanos usque ad Romulum, qui Urbis fuit conditor. Fuere autem ab
 Troia capta ad Urbem conditam anni quadringenti triginta duo. Qui numerus ter à Dionysio prodiz-
 tus, corrupte legebatur in uulgatis codicibus. Nos autem collatis ex Chronicis Eusebii annis, ac uarijs
 comparatis locis, regum Albanorum seriem maxime uerisimilem ac summe congruentem, diligent
 adhibita ratione deduximus. Et ne nudæ essent semipaginae, ex sacra historia, Iudæorum Reges, qui in
 hæc inciderunt tempora, adiunximus. Deinde etiam Medorum, Macedonum ac Persarum: ut multis
 daremus ansam diligentius inspiciendi Eusebii Chronica. Quod si quem ea offendent, ac minime ob-
 tundi his lectorem oportuisse clamet, is sciat eo consilio à nobis instituta esse, ut Albanorum Romanor-
 rumq; regum series ab initio lectorem ducat: alia autem ita adpicta, ut omitti facile queant. Quare Lec-
 tor ea ita existimet, perinde atque uacua margine non adsint Cuius rei euidentis signum est, quod Euse-
 bii supputationem in regibus Romanis, ubi maioris in hoc negocio autoritatis uiri Liius atq; Dio-
 nysius urgebant, omiserimus. Quod autem Hebræorum reges maluerimus quàm uel Aegyptiorum
 uel Lydorum uel Atheniensium, hæc nostra tempora in causa fuerunt, quibus multi Iudæorum histo-
 riam legunt absq; omni iudicio. Sed breuiter omnia eò direximus, ut Lectoris utilitas spectetur. Acci-
 pe igitur & hos labores nostros Clementissime Cæsar, animi grati erga liberalitatem tuam specimen.
 Maiora & me debere, & maiestatem tuam decere, certo scio: sed in eo fastigio Deus Opt. Max. te col-
 locauit, ut animum beneuolum ac gratum non minus uelis quàm relaxam gratiam. Idem Deus Opt.
 Max. tuis pijs conatibus, felicissime Rex, det gratiam in publicum Christiani orbis commodum.
 Friburgi Brisgoiæ, anno à Christo nato M D XXXVIII idibus Octobribus.



CRONOLOGIA, sive temporum supputatio in omnem Rom. historiam, præsertim Dionysij Halicarnassei & T. Livij, à Troia capta usque ad Iustinianum Cæsarem: continens primum xv Reges Latinorū, post Aeneæ in Italiam aduentū, septemq; Romanorum: Deinde coss. Decemviros, ac Tribunos militum Conf. potestate, Denique Cæsares, adiectis Regibus Hebræorum, Iudæ ac Israel: item Medorum, Persarum ac Macedonum, qui in hæc tempora inciderunt, per HENRICVM Glarcanum in indyta Friburgensi Academia publicum professorem.

Anni à Troia capta	TROIA CAPTA Troia capta est decem & septem dies ante solstitium.		
1	PRIMVS hic post Captam Troiam annus incipit uiginti dies post solstitium, quod octauo Calendas Quintileis sive Iulias est, authore Plinio lib. 18. cap. 28. Dionysius ait octauo desinentis mensis Iunij, quod idem est, ut puto. Circiter autem æquinoctium autumnale per Hellespontum in Thraciam profecti Troiani duce Aenea, atq; ibidem eam commorati hyemem, ut susciperent ex fuga reliquos, ac appararent ad nauigationem necessaria. Quod ubi factum est, ueris principio in Siciliam usq; nauigarunt. finitusq; est primus annus.		
2	SECUNDO anno in Sicilia per hyemem manserunt, condentes urbeis Elymis, Deinde nauigabili facto mari ex Sicilia soluentes, Tyrrhenum transmittunt mare, in Laurentem profecti agrum. Ibi isto cum Rege Latino foedere, ac accepta agri quadam portione Lauinium condere cœperunt.		
3	TERTIO hoc anno ab exitu à Troia, Aeneas solus Troianus imperat, ducta in matrimonium Lauinia Latini Regis filia. unde & Lauinium nomen habet.		
4	QUARTO hoc anno Latinus Rex pugna, qua aduersus Rutulos ac eorum ducem Turnum, ipse cum suis, ac genero Aenea, Troianisq; stetit, occiditur, & regnum iure belli affinitatisq; ad Aeneam uenit, qui & suis, & Latinis imperauit annis tribus.		
REGNUM			
Latinorum			
AENEAS primus Latinorum			
5	1	Rex post Latini foederi mortem regnauit annis tribus	
6	2		
7	3	Septimo hoc anno (qui quartus erat post Latini obitum) regni Aeneæ, ipse in pugna ad Numicum amnem, qua aduersus Hetruscos, ac Mezentium eorum Regem stetit, ultimus uisus est: & sub finem septimi anni, eius filius Ascanius imperare cepit, qui fuit Aeneæ ex Creusa filius, Lauiniæ priuignus.	
8	1	Ascanius secundus Latinorum	Iudices Hebræorum
9	2	Rex annis 38.	Sanson omnium fortissimus
10	3		
11	4		
12	5		
13	6		
14	7		
15	8		
16	9		
17	10		
18	11		
19	12		
20	13		
21	14		
22	15		
23	16		
24	17		
25	18		
26	19		
27	20		
28	21		Heli Sacerdos
29	22		In libris Reg. hic 40. annis iudicasse Israel dicitur, in LXX autem interpretatione. 20. ut scribit Eusebius: Ideoq; nos numeros omisimus.
30	23		
31	24		

Anni à Tro.ca.	An.re. Latin.	LATINORVM REGNV M	IVDIC. HEB.
32	25	Hoc anno, qui est tricesimus à Lauinio condito, sed tricesimus secundus à Troia	
33	26	capta, Ascanius nouam coepit condere urbem, Longam Albam, relinquens no-	
34	27	uerca Lauinium.	
35	28		
36	29		
37	30		
38	31		
39	32		
40	33		
41	34		
42	35		
43	36	Amazones Ephesi templum succenderunt.	
44	37		
45	38		
46	1	Syluius tertius Latinorum Rex an. 29.	In Chronicis Eusebii
47	2		hoc loco superest an-
48	3	Hic Aeneae ex Lauinia posthumus fuit filius, Ascanij frater. Quod autem in Sylua	nus in Regibus La-
49	4	educatus erat, Syluius dictus est, ac deinceps omnes reges Albani Syluij.	tinorum.
50	5		
51	6		
52	7		
53	8		
54	9		
55	10		
56	11		
57	12		
58	13		
59	14		
60	15		
61	16		
62	17		
63	18		
64	19		
65	20		
66	21		
67	22		1 Saul Hebraeorū
68	23		2 primus Rex ex
69	24		3 tribu Benjamin
70	25		4 an. 40.
71	26		5
72	26		6
73	28		7
74	29		8
75	1	Aeneas Syluius IIII Latinorum rex annis 31.	9
76	2	Eusebius ait reperisse se in quibusdam historijs Latinum Syluium quarto post	10
77	3	Aeneam loco regnasse, Lauinia ac Melampodis filiu, uterinu fratrem posthumi	11
78	4	Syluij: quinto uero loco, qui hic quarto ponitur, Aeneam Sylutum posthumi	12
79	5	filium. Sed neminem hoc secutum uideo, quapropter hic omittitur.	13
80	6		14
81	7		15
82	8	Eurysthenes Aristodemi filius Proclis frater, apud Lacedemonios regnauit,	16
83	9	à quo altera regia familia, de qua Cleomenes, item Leonidas, qui apud	17
84	10	Thermopylas Xerxus exercitum inuasit.	18
85	11		19
86	12		20

Anni à Tro.ca.	An.Re. Latin.	LATINORVM	HEBRAEORVM	
87	13		21	
88	14		22	
89	15		23	
90	16		24	
91	17		25	
92	18		26	
93	19	<i>Codrus Melanthes filius</i>	27	
94	20		28	
95	21		29	
96	22		30	
97	23		31	
98	24		32	
99	25		33	
100	26		34	
101	27		35	
102	28		36	
103	29	<i>Amazonum ac Cimmericorum incurfus in Afiam</i>	37	
104	30		38	
105	31		39	
106	1	<i>Latinus Syluius v Latinorum rex ann. 50.</i>	40	
107	2	<i>Dionysius huic dat annos 51. sed errore, ut opinor, libra-</i>	1	DAVID primus He-
108	3	<i>riorum. Ego propter summam omniu regum Albanorum</i>	2	braeorum rex ex tribu
109	4	<i>ter à Dionysio positam, 50 posui, ut etiam Eusebius.</i>	3	luda annis 40.
110	5		4	
111	6		5	Hebraeorum pontifex Abia-
112	7		6	thar clarus habetur
113	8		7	
114	9		8	
115	10		9	
116	11		10	Prophetabant Gad, Nathan
117	12		11	& Asaph
118	13		12	
119	14		13	
120	15		14	
121	16		15	
122	17		16	
123	18		17	
124	19		18	
125	20		19	
126	21		20	
127	22	<i>Magnesia in Asia condita</i>	21	
128	23		22	
129	24		23	
130	25		24	
131	26	<i>Cumae in Italia condita</i>	25	
132	27		26	
133	28		27	
134	29	<i>Ephesus condita</i>	28	
135	30		29	
136	31		30	
137	32	<i>Carthago condita secundum quosdam</i>	31	
138	33		32	
139	34		33	
140	35		34	
141	36		35	

Anni à Tro. ca.	An.Re. Latin.	LATINORVM	HEBRAEORVM
142	37		36
143	38		37
144	39		38
145	40		39
146	41		40
147	42		1 SOLOMON II Hebrao
148	43		2 rum rex de tribu Iuda an
149	44		3 nis 40.
150	45		4 Hic Davidis fuit filius ex ea que
151	46		5 fuit Vrie.
152	47		6
153	48		7
154	49		8
155	50		9
156	1	Alba Syluius VI Latinorum rex ann.39.	10
157	2	Eusebius ait,hunc Aeneæ Syluij fuisse filium.	11 Sadoch Hebraeorum sacerdos 8
158	3		12
159	4		13
160	5		14
161	6		15
162	7		16
163	8		17
164	9		18
165	10		19
166	11		20
167	12		21
168	13		22
169	14		23
170	15		24
171	16		25
172	17		26
173	18		27
174	19		28
175	20		29
176	21		30
177	22		31
178	23		32
179	24		33
180	25		34
181	26		35
182	27		36
183	28		37
184	29		38
185	30		39
186	31		40
Post mortē Solo. seditiōe orta in gēte Iuda, ac regno bifariā diuiso, in Samaria X tribub. prefuit Hieroboā: in Hierlm II, Roboā			
187	32		1 Roboam He
188	33		2 braorū Iudæ
189	34		3 rex III an. 17
190	35		4 Hic Solomons
191	36		5 fuit filius.
192	37		6
193	38		7
194	39		8
195	1	Capetus Syluius Latinorum rex VII ann.26.	9

Anni à Tro. ca.	An. Re. Latin.	LATINORVM	HEBRAEORVM IVDÆ	HEBR. ISRAEL
196	2	Hunc Eusebius Atyn uocat,	10	10
197	3	ut Liuius: Ouidius, Epitum.	11	11
198	4	Addit Eusebius & Aegypti	12	12
199	5	dictum, ac regnasse ann. 24.	13	13
200	6	sed nos hoc loco Dionysium	14	14
201	7	sequi maluimus.	15	15
202	8	Thracas Bithyniã occupant	16	16
203	9		17	17
204	10		1 Abia IIII rex Iudæ ann. 3	18
205	11		2	19 Hebræorum Pont. Max.
206	12		3	20 Abimelech clarus habetur
207	13		1 Afa V rex Iudæ ann. 41	21
208	14		2	22
209	15		3	1 Nadab II rex Israel
210	16		4	2 annis 2.
211	17		5	1 Baasa IIII rex Is-
212	18		6	2 rael annis 24
213	19		7	3
214	20		8	4
215	21		9	5
216	22		10	6
217	23		11	7
218	24		12	8
219	25	<i>In Eusebij Chronicis duo defunt anni ab Dionysij supputatione quam hic sequimur</i>		
220	26			
221	1	Capys Syluius VIII La	13	9
222	2	tinorum rex ann. 28.	14	10
223	3	Hic superioris regis filius,	15	11
224	4	autore Eusebio.	16	12
225	5		17	13
226	6		18	14
227	7		19	15
228	8		20	16
229	9		21	17
230	10		22	18
231	11		23	19
232	12		24	20
233	13		25	21
234	14		26	22
235	15		27	23
236	16		28	24
237	17		29	1 Hela IIII rex Israel
238	18		30	2 annis 2
239	19		31	1 Amri V rex Israel an-
240	20		32	2 nis 12
241	21		33	3
242	22		34	4
243	23		35	5
244	24		36	6
245	25		37	7
246	26		38	8
247	27		39	9
248	28	Calpetus Syluius IX	40	10
249	1	Lat. rex an. 13. Et hic supe	41	11
250	2	rioris regis fili ⁹ , eodẽ autore	1 Iosaphat VI rex Iudæ an. 25	12

Anni à Tro.ca.	An.Re. Latin.	LATINORVM	HEBRÆORVM IVDÆ	HEBR. ISRAEL
251	3		2	1 Achab rex Israel
252	4		3	2 VI. ann.22
253	5		4	3
254	6		5	4 Apud Hebræos prophetabant
255	7		6	5 Abdias, Iehu, Ozias, Micheas
256	8		7	6 Helias
257	9		8	7
258	10		9	8
259	11		10	9 Falsi prophetae erant Sedechi-
260	12		11	10 as, Eliazer.
261	13		12	11
262	1	Tyberinus Syluius La-	13	12
263	2	tinorum X ann.8.	14	13
264	3	Hic est, à quo Albula cepit	15	14
265	4	deinde nomen Tyberis, supe-	16	15
266	5	rioris regis filius.	17	16
267	6		18	17
268	7		19	18
269	8		20	19
270	1	Agrippa Syluius Lati-	21	20
271	2	norum XI. an. 4 ^o	22	21
272	3	Et hic superioris regis filius.	23	22
273	4	In annis autem sequuti sumus	24	1 Ochozias VII rex
274	5	Eusebium potius quam Dio-	25	2 Israel annis 2.
275	6	nyfium, ob regum Albanorū	1	1 Ioram VII rex Iudæ an.8.
276	7	summam, de qua paulo ante	2	2 Ioram VIII rex Is-
277	8	diximus.	3	rael ann.12
278	9		4	3
279	10		5	4
280	11		6	5
281	12		7	6
282	13		8	7
283	14		1	1 Ochozias VIII rex Iudæ an.1
284	15		1	1 Athalia, Iudæ regnum IX
285	16		2	2 habuit ann.7. Ionadab filius
286	17		3	3 Rechab clarus habetur
287	18		4	4 Ioiade pontifex apud Hebræos
288	19		5	5 clarissimus
289	20		6	6
290	21		7	7
291	22		1	1 Ioaas X rex Iudæ an. 4 ^o
292	23		2	2
293	24		3	3
294	25		4	4
295	26		5	5
296	27		6	6
297	28		7	7
298	29	Lycurgus Lacedæmoniorum	8	8
299	30	legislator insignis habetur.	9	9 Zacharias Hebræorum prophe-
300	31		10	10 ta occiditur
301	32		11	11
302	33		12	12
303	34		13	13
304	35		14	14
305	36		15	15

Anni à Tro.ca.	An.ve. Latin.	L A T I N O R V M	H E B R . I V D A E	H E B R . I S R A E L
306	37		16	20
307	38		17	21
308	39		18	22
309	40		19	23
310	1	Alladius Syluius Latinorum duo/ decimus Rex annis 19.	20	24
311	2		21	25
312	3	Hic superioris filius, uaria habet apud scri/ ptores nomina, ut in Annotationibus nostris	22	26
313	4	diximus.	23	27
314	5		24	28
315	6		25 Helifeus Propheta	1 Ioacham decimus
316	7		26 moritur.	2 Rex Israel an. 17
317	8		27	3
318	9		28	4
319	10		29	5
320	11		30	6
321	12		31	7
322	13		32	8
323	14		33	9
324	15		34	10
325	16		35	11
326	17		36	12
327	18		37	13
328	19		38	14
329	1	Auentinus Syluius XIII Latinorū	39	15
330	2	Rex annis 37.	40	16
331	3	Superioris regis & hic fuit filius, in Auentino	1 Amasias undeci/ mus Rex Iudæ	17
332	4	monte sepultus, unde & mons nomen habet.	2 Annis 29.	1 Ioas undecimus
333	5			2 Rex Israel an. 16.
334	6		4	3
335	7		5	4
336	8		6	5
337	9		7	6
338	10		8	7
339	11		9	8
340	12		10	9
341	13		11	10
342	14		12	11
343	15		13	12
344	16		14	13
345	17		15	14
346	18	Sardanapalus ultimus Assyriorum Rex hic regnare cœpit.	16	15
347	19		17	16
348	20		18	1 Hieroboam duo/ decimus Rex
349	21		19	2 Israel an. 41.
350	22		20	3
351	23		21	4
352	24		22	5
353	25		23	6
354	26		24	7
355	27		25	8
356	28		26	9
357	29		27	10
358	30		28	11
359	31		29	12
360	32		1 Ozias XII	13

Anni à Tro.ca.	An. re. Latin.	Latinorum		Judæ	Israel	
361	33			2 Rex lud.	14	
362	34			3 an. 52.	15	
363	35			4	16	
364	36			5	17	
365	37	Hoc anno destructum est Assyriorum imperium, ac in Medos transf- latum per Arfacem: fuere tamen absq; tyrannide Medi usq; ad Deiocem uerū Regem.		6	18	
366	1	Procas Syluius X1111	1 Arfaces liberis præfuit	7	19	
367	2	Latinorum an. 23.	2 primum Medis an. 28.	8	20	
368	3		3	9	21	
369	4		4	10	22	
370	5		5	11	23	
371	6		6	12	24	
Eusebius hoc loco Macedonū orditur regnum, Ceterum Regum hæc nomina usq; ad Perdicam, qui hic quartū obtinet locum, nescio quam uera habeantur.						
			Macedon.			
372	7		7	1 Prim. rex	25	
373	8		8	2 Cranaus	26	
374	9		9	3 an. 28.	27	
375	10		10	4	28	
Prophetabant apud Hebræos, Osee, Amos, Esaias & Ionas.						
376	11		11	5	29	
377	12		12	6	30	
378	13		13	7	31	
379	14		14	8	32	
380	15		15	9	33	
381	16		16	10	34	
382	17		17	11	35	
383	18		18	12	36	
384	19		19	13	37	
385	20		20	14	38	
386	21		21	15	39	
387	22		22	16	40	
388	23		23	17	41	
389	1	Amulius Syluius X V.	24	18	30	
		Latinorum Rex An. 44.			1 Zacharias XIII. Rex	
		<p>NVMITOR Procæ superioris Regis filius maior, à fratre Amulio regno pulsus in agro suo uixit. Filia eius adimendæ spei partus gratia, uirgo Vestalis lecta. quæ cum uigesimo septimo patris suo anno geminos adidisset infantes, iuxta legem, in terram uiua defossa est. Verum paruulos prope ripam Tyberis expositos, Faustulus regij pastor armenti ad Acciam Laurentiam uxorem suam detulit: quæ propter pulchritudinem & rapacitatem corporis quæstuosi lupa à uicinis appellabatur. Vnde ad nostram usq; memoriam meretricum cellule, lupanaria dicuntur. Pueri uero cum adoleuissent, collecta pastorum & latronum manu, interfectoq; apud Albam Amulio, auum Numitorem in regnum restitunt. Hæc Eusebius in Chronicis. Legendum autem uicesimo septimo patris sui anno: quæ uerba in omnibus, quæ nos uidimus, exemplaribus corrupta erant, sed ex Dionysio restituumus.</p>				<p>Israel mētib. 6. Sellum XIII Rex Israel diebus 28. Pro his septē mensibus Eusebius supputat annū, qd' hæc de causa annotare placuit, ne nimis aliquādo anxij simus, cum uideamus</p>
				magnos uiros non perpetuo ad amūsim hæc obseruasse.		
390	2		25	19	31	
391	3		26	20	32	
392	4		27	21	33	
393	5		28	22	34	
394	6		1 Medorum	23	35	
395	7		2 secundus	24	36	
396	8		3 Solaramus	25	37	
397	9		4 An. 30	26	38	
398	10		5	27	39	
399	11		6	28	40	
					1 Manahem	
					2 XV. Rex	
					3 Israel An. 10	
					4	
					5	
					6	
					7	
					8	
					9	
					10	

	Anni à Tro. ca.	Anni re. Latinorū	L A T I N O R V M	M E D O R V M	M A C E D O N V M	I V D A E	I S R A E L
	400	12		7	1 Macedonum II	41	1 Phaccia
	401	13		8	2 Cœnus annis 12	42	2 XVI rex
	402	14		9	3	43	3 Israel an
	403	15		10	4	44	4 nis 10
	404	16		11	5	45	5 li. 4. Reg.
	405	17		12	6	46	6 c. 15. biēnio
	406	18		13	7	47	7 legitur, sed
	407	19		14	8	48	8 nūeri silitu
	408	20		15	9	49	9 do fefellit.

O L Y M P I A S P R I M A

OLYMPIAS spacium est quatuor annorum, quod puto apud Romanos uocari lustrum, ut apud Horatium libro quarto Carminum: Fortuna lustrum prospera tertio Belli secundos reddidit exitus. Ab initio enim eius belli, quo primum Augustus cum Q. Pedio COS. fuit, ad finem bellorum ciuiliū fuerunt 12 anni, atq; ita etiam exponit Acron. Non sum tamen nescius Porphyriōnem exponere 15 annos. Et illud eiusdem poetæ: Cuius octauum trepidauit etas Claudere lustrum. pro quadraginta annis omnes exponere commentatores. Sed alius erit de his discernendi locus. Fefellit autem quosdam hic loquendi modus apud Latinos. Quinto quoque anno agon gymnicus totius Græciæ celebrabatur. Item quinto quoque anno lustrum Romæ condebatur, ut olympiada spacium quinq; annorum crediderint, atq; adco etiam scriptis prodiderint, non intelligentes, annum quo sequens olympias incipit, quintum dici annum, qui tamen est primus sequentis olympiados. Quatuor itaq; anni interiacent, exceptis his quibus luditur mensibus.

Olym/ piades	Anni à Troia ca.	An. reg. Latinor.	L A T I N O R V M	M E D O R V M	M A C E D O N V M	I V D A E	I S R A E L
1	1	409	21	16	10	50	10
	2	410	22	17	11	51	1 Phacce
	3	411	23	18	12	52	2 X VII
	4	412	24	19	1 Macedonum III	1 loathā	3 rex Isra
2	1	413	25	20	2 rex Tyrinas an	2 X III	4 el ann.
	2	414	26	21	3 nis 38	3 rex lu	5 20
	3	415	27	22	4	4 dæ an	6
	4	416	28	23	5	5 nis 16	7
3	1	417	29	24	6	6	8
	2	418	30	25	7	7	9
	3	419	31	26	8	8	10
	4	420	32	27	9	9	11
4	1	421	33	28	10	10	12
	2	422	34	29	11	11	13
	3	423	35	30	12	12	14
	4	424	36	1 Medorū III	13	13	15
5	1	425	37	2 rex Medi /	14	14	16
	2	426	38	3 dus ann. 40	15	15	17
	3	427	39	4	16	16	18
	4	428	40	5	17	1 Achaz	19
6	1	429	41	6	18	2 X IIII	20
	2	430	42	7	19	3 rex lu	1 Olee II.
	3	431	43	8	20	4 dæ an	2 r. XVIII
	4	432	44	9	21	5 nis 16	3 annis 9.

V R B S C O N D I T A

ATROIA capta ad Urbem conditam anni sunt 432, ut ter Dionysius admonet, sed ab Alba condita anni 400. Romulus ac Remus fratres novam condentes Urbem Romam septima Olympiade, Numitori auctore Albam reliquerunt. Ceterum orta seditione, in qua Remus cecidit, Romulo soli imperium relictum est. Scio esse qui sexta Olympiade Romam conditam dicant, sed nos hic Dionysium sequendum putamus.

Olympiadem anni	Anni ab urbe condita	Anni regni Romani	ROMANORVM	MEDORVM	MACEDONVM	IYDAE	ISRAEL
7	1	1	Romulus i Roma	10	22	6	4
	2	2	Norm rex ann. 37.	11	23	7	5
	3	3	Consulibus Iudis Sabi-	12	24	8	6
	4	4	nae captae anno ab Urbe	13	25	9	7
8	5	5	condita tertio, ut ait Eu-	14	26	10	8
	6	6	sebius: at Gellius apud	15	27	11	9
	7	7	Dionysium anno quar-	16	28	12	CAPTIV
	8	8	to scripsit. Bellum inde	17	29	13	uitas Israel,
9	9	9	cum Antennatibus, Ce-	18	30	14	hoc est X tri
	10	10	ninensibus, ac Crustur-	19	31	15	uum a Sen
	11	11	mijis ortum, quibus ui-	20	32	16	nacherib rex
	12	12	ctis, cum Sabinis atro-	21	33	17	Ezech. ge Chaldeo
10	13	13	cius natum, quo Tatius	22	34	18	2 XV rex rum, uel Sab
	14	14	Sabinorum rex Urbem,	23	35	19	3 lu. an. 29 manasar rex
	15	15	capta primo per prodij-	24	36	20	4 Apud ge Aegyptior
	16	16	tionē arce, inuasit. Tri-	25	37	21	5 Hebraeos rum, ut legi
11	17	17	buis autem annis bello	26	38	22	6 propheta tur 4 Reg.
	18	18	cum Romanis gesto, tan-	27	39	23	7 tabant 17. Regnatū
	19	19	demq; pace facta, per	28	40	24	8 Esajas itaq; in Israe
	20	20	quinque postea annos	29	41	25	9 Osee el annis 250
12	21	21	cum Romulo imperium	30	42	26	
	22	22	Romae tenuit.	31	43	27	
	23	23		32	44	28	
	24	24		33	45	29	
13	25	25		34	46	30	
	26	26		35	47	31	
	27	27		36	48	32	
	28	28		37	49	33	
14	29	29		38	50	34	
	30	30		39	51	35	
	31	31		40	52	36	
	32	32		41	53	37	
15	33	33		42	54	38	
	34	34		43	55	39	
	35	35		44	56	40	
	36	36		45	57	41	
16	37	37		46	58	42	
	38	38	Interregnum.	47	59	43	
	39	39		48	60	44	
	40	40		49	61	45	
	41	41		50	62	46	
	42	42		51	63	47	
	43	43		52	64	48	
	44	44		53	65	49	
17	45	45	Nicomedia condita, que	54	66	50	1 Manasses XVI rex
	46	46	prius Astacos ait Euseb.	55	67	51	2 Iude an. 55. Manasses
	47	47		56	68	52	3 impius Esaiam interfecit,
	48	48		57	69	53	4 cit, multaq; alia mala.
18	49	49		58	70	54	5 fecit.

Romulus ad Capreae paludē nusquā cōparuit, et persuadente Iulio Proculo Quirini nomine apud suos consecratus est. Eusebius.

Mortuo Romulo quinos dies senatores rempublicam rexerunt, atq; ita unus annus expletus, quod tempus Interregnum appellatum est. Hæc Eusebius, apud quem in plerisq; codicibus hic annus adiectus est Romuli annis, quasi 38 Romulus regnasset annos.

Numa Pompilius duos menses anno addidit, Ianuarium Februariūq; quum ante hunc decem tantum menses apud Romanos fuissent. Hic quoque rex nullum gessit bellum.

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.	Anni re gū Ro.	ROMANORVM	MEDORVM	MACEDONVM	HEBRAE. IVDÆ
	2	45	8	2 rex Deioces	29	6
	3	47	9	Tarentū conditū a Par thenijs duce Phalanto.	30	7
	4	48	10		31	8
19	1	49	11	Corynthij Corcyram coloniism deduxere.	32	9
	2	50	12		33	10
	3	51	13		34	11
	4	52	14		35	12
20	1	53	15		36	13
	2	54	16		37	14
	3	55	17		38	15
	4	56	18		39	16
21	1	57	19		40	17
	2	58	20		41	18
	3	59	21		42	19
	4	60	22		43	20
22	1	61	23	In Sicilia Gela, in Pam phylia Phaselus cōditur	44	21
	2	62	24		45	22
	3	63	25		46	23
	4	64	26		47	24
23	1	65	27		48	25
	2	66	28		49	26
	3	67	29		50	27
	4	68	30	Chalcedon condita	51	28
24	1	69	31		1 Macedonum V	29
	2	70	32	Cyzicus condita	2 Argæus ann.38.	30
	3	71	33		3 Herodotus libro 8	31
	4	72	34		4 ad finem, ἀπαίου	32
25	1	73	35		5 uocat.	33
	2	74	36		6	34
	3	75	37		7	35
	4	76	38		8	36
26	1	77	39		9	37
	2	78	40		10	38
	3	79	41		11	39
	4	80	42	Hic in Eusebij supputatione desunt duo anni a Romana historia. Nos uero Lulium ac Dionysium		
27	1	81	43	hic potius sequuti sumus autores, tanquam ex proposito Romanam scribentis historiam.		
	2	82	1	Tullus Hostilius	12	40
	3	83	2	III Romanorum	13	41
	4	84	3	rex annis 32.	14	42
28	1	85	4		15	43
	2	86	5		16	44
	3	87	6	Alba longa diruta	17	45
	4	88	7		18	46
29	1	89	8		19	47
	2	90	9		20	48
	3	91	10		21	49
	4	92	11		22	50
30	1	93	12		23	51
	2	94	13		24	52
	3	95	14		25	53
	4	96	15	Cypselus Corinthiorum	26	54
31	1	97	16	tyranus Byzantiū cond.	27	55
	2	98	17	Alemæo clarus habetur	28	1 Amon XVII rex
	3	99	18		29	2 Iudæ annis 12.
	4	100	19		30	3 4. Reg. 21. 5. 2. Para

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.	Anni re. Roman.	ROMANORVM	MEDORVM	MACEDONVM	HEBRAE. IVDAB		
32	1	101	20		1 Medorū VI	31	4 lip 33. dicitur regnasse	
	2	102	21	Pbalaris tyrannus.	2 rex Phraor	32	5 se annis duobus. sed sē	
	3	103	22	Lampsacus condita &	3 tes ann. 24	33	6 cilis est lapsus in nu	
	4	104	23	Abdera.	4 Herodotus ait.	34	7 meris. nos sequuti su	
33	1	105	24		5 annis 22	35	8 mus hic Eusebiū, ut in	
	2	106	25		6	36	9 plerisq; alijs.	
	3	107	26	Selinus cōdita in Sicilia	7	37	10	
	4	108	27		8	38	11	
34	1	109	28		9	1 Macedonū V	12	
	2	110	29		10	2 Philippus an. 38	1 Iosias XVIII rex	
	3	111	30	In Ponto Borysthenes	11	3	2 Iudæ annis 32	
	4	112	31	condita	12	4	3 4. Reg. 22. & 2. Paral.	
35	1	113	32	Terpander musicus.	13	5	4 34. annis 31 dicitur re	
	2	114	1	Ancus Martius IIII	14	6	5 gnasse.	
	3	115	2	Rom. rex annis 24	15	7	6	
	4	116	3	Tbales Milesius his tem	16	8	7	
36	1	117	4	poribus uixisse creditur	17	9	8 Helchias Hebræorum	
	2	118	5		18	10	9 Pont. Max.	
	3	119	6		19	11	10 Hieremias propheta	
	4	120	7		20	12	11 orsus.	
37	1	121	8		21	13	12 Oida mulier propheta	
	2	122	9		22	14	13 bat apud Hebræos.	
	3	123	10		23	15	14	
	4	124	11		24	16	15	
38	1	125	12	Battus condidit Cyrenē.	1 Cyaxares	17	16	
	2	126	13	Synope cōdita in Ponto.	2 VII Medorū	18	17 Prophetabant Hierer	
	3	127	14	Periander Corinthi ty	3 rex annis 32	19	18 mias & Sophontas.	
	4	128	15	rannus	4	20	19	
39	1	129	16		5	21	20	
	2	130	17	Epidamnus cōdita, que	6	22	21	
	3	131	18	postea Dyrrhachium.	7	23	22	
	4	132	19		8	24	23	
40	1	133	20	Ancus Martius Hostiā	9	25	24	
	2	134	21	urbem condidit.	10	26	25	
	3	135	22		11	27	26	
	4	136	23		12	28	27	
41	1	137	24	Rursus hic in Eusebij supputatione deest annus à Romane historie annis.				
	2	138	1	L. Tarquinius Pri	13	29	28	
	3	139	2	scus V Romanorū	14	30	29	
	4	140	3	rex annis 38	15	31	30	
42	1	141	4		16	32	31	
	2	142	5		17	33	32	
	3	143	6		18	34	1 Ioachaz XIX Iu	
						In serie regum Iudæ Eusebius hoc loco tres menses pro anno supputat, quan		dæ mentibus tribus.
						quam tertio hinc rege tres rursus menses huc accedunt. Id etiam superius fecit in terdecimo ac decimoquarto regibus Israel.		
	4	144	7	Stesichorus poeta	19	35	1 Eliacin qui & Ioa	
43	1	145	8		20	36	2 chim XX rex an. II.	
	2	146	9		21	37	3	
	3	147	10		22	38	4	
	4	148	11	Pythacus Mityleneus	23	1 Macedonū VII	5	
44	1	149	12	septem sapientum unus	24	2 Europis ann. 26	6 Anno 3 Nabuchodon	
	2	150	13		25	3	7 Iudæam cepit.	
	3	151	14		26	4	8 In Babylone Daniel.	
	4	152	15		27	5	9 Ananias, Azarias &	
45	1	153	16		28	6	10 Misael clari habentur.	

Olym- piades	Anni ab urbe cō.	An. reg. Roman.	ROMANORVM	MEGORVM	MACEDONVM	HEBRAE. IVDÆ	
	2	154	17	Perinthus condita.	29	7	11
Iechonias tres menses ueniunt in eos qui decimonono regi Iudæ cefferunt, uidelicet sex men- ses duo annos, quod bis antea admonuimus.						Iochim, qui & Ier- chonias, XXI rex Iudæ, mensibus tribus.	
	3	155	18	Camerina urbs condita.	30	8	1 Sedechias XII
	4	155	19	Sappho & Alceus poe- te clari habentur.	31	9	2 rex Iudæ annis 11
46	1	157	20		32	10	3
	2	158	21		1 Medorū rex	11	4
	3	159	22		2 VIII Astya	12	5
	4	160	23		3 ges annis 38	13	6
47	1	161	24	Solon Atheniensis.	4 Herodotus ait	14	7
	2	162	25		5 annis 35	15	8
	3	163	26		6	16	9
	4	164	27		7	17	10
48	1	165	28		8	18	11
	2	166	29	Thales Milesius.	9	19	1 Captiuitas Hebræo- rum Iudæ sub Na- buchodo. Chaldæo rum rege.
	3	167	30		10	20	2
	4	168	31		11	21	3
49	1	169	32		12	22	4
	2	170	33		13	23	5
	3	171	34		14	24	6
	4	172	35		15	25	7 In Babylone propheta- bat Daniel & Ezechiel
50	1	173	36		16	26	8
	2	174	37		17		9
	3	175	38		Hic in Eusebio rur-	1 Macedonū VIII	
	4	176	39	Seruius Tullius VI	18 susceperunt annos	2 rex Alceras an- nis 29	10
51	1	177	40	Rom. rex annis 44	19	3	11
	2	178	41	Eusebius dat huic annos	20	4	12
	3	179	42	34. Tarquinio autem Su- perbo, 35. Quos igitur	21	5	13
	4	180	43	decem annos huic detra- xit, Superbo adiecit, ni-	22	6	14
52	1	181	44	hil officiens summe no- stræ: nos Liuium ac Dio-	23	7	15
	2	182	45	nysium sequuti sumus.	24	8	16
	3	183	46		25	9	17
	4	184	47		26	10	18
53	1	185	48		27	11	19
	2	186	49		28	12	20
	3	187	50		29	13	21
	4	188	51		30	14	22
54	1	189	52		31	15	23
	2	190	53		32	16	24
	3	191	54		33	17	25
	4	192	55	Aesopus interimitur.	34	18	26
55	1	193	56	Pisistratus tyrannus,	35	19	27
	2	194	57	Cræsus Lydorum rex.	36	20	28
	3	195	58		37	21	29
	4	196	59		38	22	30
Cyrus Hebræorum captiuitate laxata, 50 ferme hominum milia regredi fecit in Iudæam, qui constructo altari, templi fundamenta iecerunt. Sed quia à uicinis gentibus fabricatio impediretur, imperfectum opus usque ad Dareium permansit, solo altari consistente. Euseb.							
56	1	197	60		1 Cyrus I rex	23	31
	2	198	61		2 Perfarum an-	24	32
	3	199	62		3 nis 30. Hic Cy-	25	33
	4	200	63		4 rus, Medorum	26	34
57	1	201	64		5 destruxit impe-	27	35
	2	202	65		6 rium.	28	36
	3	203	66		7	29	37 Prophetabat Aggeus & Zacharias.
	4	204	67		8	1 Macedonū IX	38

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.	Anni re gū Ro.	ROMANORVM	PERSARVM	MACEDONVM	HEBR. CAPTIVI.
58	1	205		9	2 Amyntas an/	39
	2	206		10	3 nis 50.	40
	3	207		11	4	41
	4	208		12	5	42
59	1	209	Cræsus à Cyro captus	13	6	43
	2	210	est, & Lydorū regnum	14	7	44
	3	211	destructum.	15	8	45
	4	212		16	9	46
60	1	213	Theognis poeta agno/	17	10	47
	2	214	scitur.	18	11	48
	3	215		19	12	49
	4	216		20	13	50
61	1	217		21	14	51
	2	218		22	15	52
	3	219		23	16	53
	4	220	L. Tarquinius Su	24	17	54
62	1	221	perbus VII aculti/	25	18	55
	2	222	mus Roman. rex,	26	19	56
	3	223	annis 25.	27	20	57
	4	224		28	21	58
63	1	225	Tomyris Massageta/	29	22	59
	2	226	rum regina Cyrum	30	23	60
	3	227	interfecit.	1 Cambyfes II	24	61
	4	228		2 Perfarum rex	25	62
64	1	229		3 anni 8	26	63
	2	230		4	27	64
	3	231		5	28	65
	4	232		6	29	66
65	1	233		7	30	67
	2	234		8	31	68

Tertio apud Persas regnarunt per septem menses duo fratres Magi, pro quibus mensibus Herodotus supputat annum. Herodotus autem ad impletionem octavi anni, Cambyse ait hos septem fuisse menses.

	3	235		1 Magi.	32	69
	4	236		1 Dareitis an/	33	70
66	1	237		2 nis 36.	34	71

Secundo anno Dareij regis templum in Hierosolymis extruitur ab Zorobabel, consummaturq; opus anno quadragesimo. Remissio quidem captiuitatis Iudeorum, & uenia templi edificandi sub Cyro exordium habuit. Consummatur uero tem/ plum sub Dareio, quia uicine gentes assiduis incursum edificacionem impediabant.

	2	238		3	35	
	3	239		4	36	
	4	240		5	37	
67	1	241		6	38	
	2	242		7	39	
	3	243		8	40	
	4	244		9	41	

REGNATVM Romæ est sub regibus annis 244. autoribus Liuius atque Dionysio. In Eusebij uero supputationib/ us desunt anni quatuor: quanquam ipse fatetur tribus uariatum annis apud autores. At nos maluimus hos sequi, ut ex proposito Romanam scribenteis historiam, quemadmodum ante quoq; aliquoties testati sumus. Caterum quum sequen/ tia spacia uix pro Consulū nominibus, ac leuibus aliquot annotatiunculis sufficiant, omnia reliqua seposuimus: Et Iudeor/ um captiuitas iam laxata finitaq; erat. Desecerant etiam Lydorum Aegyptiorumq; regna, hoc sub Cambyse, illud sub Cyro, omnia iam obtinentibus Persis, Quapropter non magnopere ad Romanam historiam illustrandam pertinere mi/ sum est, latius ea persequi. Qui autem omnino ea habere uelit, apud Eusebium requirat, licebit. Nos nunc ad Consules & olympiadum, annorumq; ab Vrbe condita numeros descendamus.

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.	C O N S V L E S	
68	1	245	COSS. L. Iunius Brutus L. Tarquinius Collatinus <i>Huic suffectus Sp. Lucretius Tricipitinus Rursus huic suffectus, M. Horatius Pulvillus. Huic suffectus, P. Valerius Publicola</i>
	2	246	COSS. P. Valerius Publicola II T. Lucretius Tricipitinus
	3	247	COSS. P. Valerius Publicola III M. Horatius Pulvillus II <i>Ita Dionysius. In omnibus Livi codicibus, P. Lucretius habetur, nomen mihi suspectum</i>
	4	248	COSS. Sp. Largius Rufus T. Herminius Aquilinus <i>Horum Coss. nomina apud Livium omisa, iniuria ut puto temporum, ex Dionysio apposuimus</i>
69	1	249	COSS. M. Valerius Volesus P. Posthumius Tubertus <i>Hunc Publicole fratrem scribit Dionysius libro quinto</i>
	2	250	COSS. P. Valerius Publicola IIII T. Lucretius Tricipitinus II
	3	251	COSS. P. Posthumius Tubertus II Agrippa Menenius Lanatus
	4	252	COSS. Sp. Cassius Vicelinus Opiter Verginius Tricoftus <i>Dionysius Viscellinum uocat, si codex non fallit. Cicero autem in Latio, Becillinum.</i>
70	1	253	COSS. Posthumius Cominius Aurunus T. Largius Flavius <i>Posthumus hic, ac iterum postea, prænomen est, quum aliàs nomen esse solrat. Quidam codices habebant, C. Posthumius, quod placet.</i>
	2	254	COSS. Ser. Sulpitius Camerinus M. Manlius Tullus Longus <i>Seruius prænomen est, Serullius aut ac Sergius nomina, quod ob codicū errorē admonemus, ne quis temere hallucinetur. Mira uariatio in his nominibus, Manlius, Manilius, ac Mamilius, ut in Tullius ac Tullus, item in Rutilus ac Rutilius, Cicero De claris oratoribus, manifeste uocat hunc, Tulliu.</i>
	3	255	COSS. P. Veturius Geminius T. Ebutius Helua <i>Livius, Cn. Vetsium uocat. Dionysius, P. Veturium Geminium, alij, Cicurinum. Cassiodorus etiam, L. non P. Livi codices, T. Ebutium uocant, & recte. Dionysius, P. Sed codex eius errat.</i>
	4	256	COSS. T. Largius Flavius II Q. Chloelius Siculus <i>In Livi codicibus non recte T. Lartius legitur. Quidam etiam Voculam cognominant</i>
71	1	257	COSS. A. Sempronius Atratinus M. Minutius Augurinus
	2	258	COSS. A. Posthumius Regillensis T. Virginius Tricoftus <i>In Cassiodori codice, C, prænomen est</i>
	3	259	COSS. Ap. Claudius Sabinus P. Seruilius Priscus <i>Horum Coss. meminit Plinius libro 35 capite 3 ab initio. conuenit autem etiam in annis. Quidam Strictum quoq; cognominant</i>
	4	260	COSS. A. Virginius Coelimontanus T. Vetsius Geminius <i>Hunc annum ab Vrbe condita esse 266 Dionysius perhibet, qui Virginius, Montanum cognominat. Livius, ut solet frequentius, cognomen omittit SECESSIO plebis in Sacrum montem</i>
72	1	261	COSS. Sp. Cassius Vicelinus II Posthumius Cominius Aurunus II <i>Primi Tribuni plebis, autore Dionysio</i>
	2	262	COSS. T. Geganius Macerinus P. Minutius Augurinus
	3	263	COSS. A. Sempronius Atratinus II M. Minutius Augurinus II
	4	264	COSS. Q. Sulpitius Camerinus Sp. Largius Flavius III <i>Horum atq; sequentis anni Coss. nomina omittit Livi codex: ex Dionysio apposuimus. Dionysij codex habet Flavius, quū potius Rufus sit legendū</i>
73	1	265	COSS. C. Iulius Tullus P. Pinarius Rufus <i>Toties Iunium pro Iulio, & Tullium pro Tullio reperias, ut uix scias quid sequaris, nec in Coss. solū, sed in duobus etiam Rom. regibus. Quidam Tullius nomen putant, Tullus cognomen, sed & prænomen in tertio Rom. rege</i>
	2	266	COSS. Sp. Nautius Rutilius Sex. Furius Philus <i>Cn. Martij Coriolani mors</i>

Olym. piades	Anni ab urbe cō.		
	3	267	COSS. C. Aquilius T. Sicinius Horum Coss. cognomina nusquam inuenio
	4	268	COSS. Sp. Cassius Vicelinus III Proculus Virginius Rutilus
74	1	269	COSS. Q. Fabius Vibulanus Ser. Cornelius Maluginensis
	2	270	COSS. L. Aemilius Mamercus Caeso Fabius Vibulanus Et hunc annum 270 ab Vrbe condita fatetur Dionysius Hic Caeso Fabius, Q. ac M. Fabiorum frater fuit. Porro par rens horum Caeso quoq; dicebatur
	3	271	COSS. M. Fabius Vibulanus L. Valerius Potitus Dionysius libro 8 ait, hunc Publicolæ eius qui eiecit reges fratrem fuisse. Quapropter à quibusdam etiam Publicola cognominatur. Sed suspicor eo in loco errare Dionysij codicem
	4	272	COSS. Q. Fabius Vibulanus II C. Iulius Tullus Vide num idem sit qui anno 265 fuit, & Tullus non Tul- lius cognominandus, & qui postea factus Decemuir
75	1	273	COSS. Caeso Fabius Vibulanus II Sp. Furius Medullinus Hoc anno Xerxem in Græciam duxisse exercitum. autor est Dionysius libro 9 ab initio
	2	274	COSS. M. Fabius Vibulanus II Cn. Manilius Cincinnatus Quidam Mamilius, quidam Mallius legunt, sed non placet
	3	275	COSS. Caeso Fabius Vibulanus III T. Virginius Rutilus
	4	276	COSS. L. Aemilius Mamercus II C. Seruilius Priscus Et huic Struilius alterum adijciunt cognomen
76	1	277	COSS. C. Horatius Pulvillus T. Menenius Lanatus A. Gellius lib. 17. ca. ult. M. Horatium uocat. si codices non fallunt CCCVI. FABII CAESI Hic Agrippæ Menenij filius fuit. Et Gellius, Meneniū Agrippā uocat
	2	278	COSS. Sp. Seruilius Priscus A. Virginius Rutilus Struilius rursus alibi adiectum. Dionysius etiam Seruium Seruiliū uocat. sed errore, ut puto, codicum
	3	279	COSS. P. Valerius Publicola C. Nautius Rutilus Hic Publicolæ filius fuit, eius qui eiecit Reges
	4	280	COSS. L. Furius Medullinus C. Manlius Volfo In Dionysij codice est, A. Manlius
77	1	281	COSS. L. Aemilius Mamercus III Opiter Virginius alius Vopiscus Iulius Tullus Annotauit hoc etiam Lilius
	2	282	COSS. P. Furius Medullinus L. Pinarius Rufus
	3	283	COSS. T. Quintius Capitolinus Barbatus Ap. Claudius Sabinus Hic primi Appij filius fuit
	4	284	COSS. L. Valerius Potitus II T. Aemilius Mamercus Dionysius hunc Tyberium uocat, sed errorem puto codicum
78	1	285	COSS. A. Virginius Cœlimontanus T. Numitius Priscus Dionysius hunc Nomentanum uocat, sed anno 260. Monta- num alium Virginiū uocat, ut putem errorem esse codicum
	2	286	COSS. T. Quintius Capitolinus Barbatus II Q. Seruilius Priscus
	3	287	COSS. T. Aemilius Mamercus II Q. Fabius Vibulanus
	4	288	COSS. Q. Seruilius Priscus II Sp. Posthumius Albus Regillensis
79	1	289	COSS. T. Quintius Capitolinus Barbatus III Q. Fabius Vibulanus II
	2	290	COSS. A. Posthumius Albus Regillensis Sp. Furius Medullinus Fuscus
	3	291	COSS. P. Seruilius Priscus L. Ebutius Helua
	4	292	COSS. L. Lucretius Tricipitinus T. Veturius Geminus Quidam Vetustum, quidam Geminum uocant
80	1	293	COSS. P. Volumnius Auentinus Ser. Sulpitius Camerinus
	2	294	COSS. P. Valerius Publicola II C. Claudius Sabinus L. Quintius Cincinnatus hic Publicolæ suffectus Herdonius Capitolium occupat

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
	3	295	COSS. Q. Fabius Vibulanus III L. Cornelius Maluginensis
	4	296	COSS. L. Minutius Carbetus C. Nautius Rutilus II <i>Diony. C. uocat, at Liuius ac Casiod. L. Nautiū. si codices non fallunt</i>
81	1	297	COSS. Q. Minutius Augurinus C. Horatius Puluillus II <i>Casiodorus atq; Liuius M. uocant. Dionysius, C.</i>
	2	298	COSS. M. Valerius Maximus Sp. Virginius Cœlimontanus
	3	299	COSS. T. Romulius Vaticanus C. Veturius Cicurinus
	4	300	COSS. Sp. Tarpeius Capitolinus A. Aternius Fontinalis <i>In Pl. lib. 7. ca. 28. Thermus legitur pro Aternius, sed corrupte</i>
82	1	301	COSS. P. Horatius Trigemini <i>Liuius pro Horatio Curiatū habet, sicut Decemuirū ultimū primi or dinis nominat. alij hoc in loco Trigemini cognominat, cū Decemuirū Puluilliū</i> Sex. Quintilius Varus <i>Dionysius ait, huic Quintilio peste mortuo successit Sp. Furium</i>
	2	302	COSS. L. Menenius Lanatus <i>Horiū Coss. nomina in plerisq; Liuij codicibus omisa erāt, quidā codices etiā, P. pro L. habebāt: ac pro P. Sextio, P. Sextiliū Capitolinū. sed ex Dio nyf. P. Sextius legēdū cōpbat. tametsi etiā ipsius codex una parte fallit</i> P. Sextius Vaticanus
	3	303	Decem- Ap. Claudius Sabinus Regillensis A. Manlius <i>Alij Manilium legunt</i> uiri T. Genutius P. Sextius Vaticanus T. Romulius Vaticanus Sp. Posthumius Albus C. Julius Tullus <i>Tres hos postremos Con sulares fuisse ait Dionys.</i> P. Sulpitius Camerinus P. Horatius Trigemini <i>Liuius Curiatium habet</i>
	4	304	Decem- Ap. Claudius Sabinus Regillensis II M. Sergius <i>Seruilium habet Dionysius</i> uiri Q. Fabius Vibulanus M. Robuleius M. Cornelius Maluginensis Q. Petilius L. Minutius Augurinus Cæso Duillius <i>Tres plebei</i> T. Antonius Merenda Sp. Oppius Cornicen
83	1	305	<i>Hoc anno regnarūt per tyrannidē proximi Decemuiri. Quod ipse indicat Liuius in Valerij Horatijq; re sponcione, qua negabant se aliter ituros, q̄ si Decemuiri deponerent insignia magistratus eius, quo anno iam ante abissent. Ostēditur etiā ex Dionysij supputatione, qui lib. 11 ait, primos consulari potestate tribunos mil. creatos tertio octogesima quarta olympiadis anno, qui fit ab Vrbe condita trecentesimus undecimus. Apuđ Liuium uero ita trecentēsimus decimus, ut Decemuirorum trecentēsimus alter.</i>
	2	306	COSS. L. Valerius Potitus <i>Hic Valerius eius filius fuit qui aduersus Herdoniū pugnās, in Capitolio oc ciscus est, anno ab Vrbe cond. 294. Pronepos hic fuit eius Horatij, qui cum Va lerio Publicola Cos. fuit āno ab ur. cō. 247</i> M. Horatius Barbatus
	3	307	COSS. Sp. Herminius Continianus T. Virginius Cœlimontanus Tricoctus
	4	308	COSS. M. Geganius Macerinus <i>Quidam hunc Geganiū Macrinū cognomināt. At Iulium Casiodo rus Claudiū pro Cæso uocat, At qui haud scio, an usquā inuenias apud uetustissimos Claudiū</i> C. Julius Tullus <i>prænomen: certe post Augustū factum primū uidetur, quum prius nomen esset</i>
84	1	309	COSS. T. Quintius Capitolinus Barbatus IIII Agrippa Furius Medullinus
	2	310	COSS. M. Genutius Augurinus <i>Hoc anno Thuriy Herodotū suā scripsisse historiā, ait Plin. li. 12. ca. 4. In Dionysij codice est C. Quintius</i> P. Curiatius Philo
	3	311	TRIB. A. Sempronius Atratinus COSS. L. Papyrius Mugilanus L. Sempronius Atratinus <i>Hic L. Sem pronius, Auli frater fuit, ait Dionysius</i> MIL. T. Clællus Siculus
	4	312	COSS. M. Geganius Macerinus III T. Quintius Capitolinus Barbatus V
85	1	313	COSS. M. Fabius Vibulanus <i>Rursus Posthumius hic prænomen est, sed ob tot cognomina omissum uideri potest prænomen</i> Posthumius Ebutius Helua Cornicen
	2	314	COSS. C. Furius Pacilus M. Papyrius Crassus
	3	315	COSS. Proculus Geganius Macerinus L. Menenius Lanatus <i>Vide num sit qui anno 302 Cōsul fuit, ut addendum II</i>
	4	316	COSS. T. Quintius Capitolinus Barbatus VI Agrippa Menenius Lanatus

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
86	1	317	M. Aemilius TRIB. L. Quintius Cincinnatus MIL. L. Iulius Tullus <i>Quidam in Liuiō Mamercus addidere, alij Fidenas. Liuius hunc Cincinnati filium ait. Alij Caium Iulium uocant</i>
	2	318	M. Geganius Macerinus III COSS. L. Sergius Fidenas <i>De A. Cornelio Cossō etiam ipse Liuius dubitat hoc in loco, Consul'ne huius anni, an Tribunus mil. fuerit</i>
	3	319	COSS. M. Cornelius Maluginensis L. Papyrius Crassus
	4	320	COSS. C. Iulius Tullus II L. Virginius Tricoftus <i>Hic primum fit Coss. anno 308. Ac alius ab L. Iulio qui Tribunus mil. anno 317</i>
87	1	321	COSS. M. Manlius Capitolinus Q. Sulpitius Coffus <i>Macer Licinius, ut autor est Liuius, prioris anni Coss. refectos scribit, ut Iulius III, Virginius II. Macrum sequutus est Cassiodorus</i>
	2	322	M. Fabius Vibulanus TRIB. M. Fofius Flaccinator MIL. L. Sergius Fidenas
	3	323	L. Pinarius Mamercus TRIB. Sex. Furius Medullinus MIL. Sp. Posthumius Albus <i>Quidam, L. legunt: sed ego Sextum legendum puto, qui fit Trib. mil. II. anno 335</i>
	4	324	COSS. L. Quintius Pœnus Cincinnatus Cn. Iulius Mento <i>Hic Cincinnati filius dicitur à Liuiō</i>
88	1	325	COSS. L. Papyrius Crassus II L. Iulius Tullus
	2	326	COSS. L. Sergius Fidenas II Hostius Lucretius Tricipitinus
	3	327	COSS. T. Quintius Pœnus Cincinnatus II A. Cornelius Cossus C. Seruilius Fala
	4	328	COSS. L. Papyrius Mugillanus II <i>Anno 311 fuit hic Cos. quanquam Liuius fatetur eius an ni Coss. nomina in priscis annalibus non esse</i>
89	1	329	T. Quintius Pœnus Cincinnatus TRIB. C. Furius MIL. M. Posthumius A. Cornelius Cossus <i>Pro hoc Furio, quidam habent L. Calphurnium Pisonem</i>
	2	330	A. Sempronius Atratinus II TRIB. L. Furius Medullinus MIL. L. Quintius Cincinnatus II L. Horatius Barbatus <i>Quidā in Liuiō adiecerūt, L. Furium Medullinū: at in ueteribus libris, hi tres dūtaxat reperiuntur: sub quibus Veientibus in 20 annos datae sunt indutiæ, quarū tēpus exisse ait Liuius, sub tribu nis qui fuerē anno 348. Que ratio, ut minimū, anno deficit uno.</i>
	3	331	Ap. Claudius Craſſus TRIB. Sp. Nautius Rutilius MIL. T. Sergius Fidenas <i>Quidam posuerunt huc, C. Papyrium Craſſum: sed ex Liuiō satis patet Ap. Claudium legendum</i>
	4	332	COSS. Sex. Iulius Tullus Sempronius Atratinus Q. Fabius Vibulanus <i>In Valerij codice li. 3. ca. 2. Q. Catulus legitur p. Q. Fabio</i>
90	1	333	L. Manlius Capitolinus TRIB. Q. Antonius Merenda MIL. L. Papyrius Mugillanus
	2	334	COSS. Cn. Fabius Vibulanus T. Quintius Capitolinus <i>Hic Capitolini fuit filius.</i> <i>Post hos Coss. si quis Liuij uerba diligenter inspiciat, in ueniet annum omiſſum: quem tamen ponere ausi non su mus, propter Camilli supputationē lib. 5 Liuij ad finem. Ad idem confirmandū accedit, quod de inducijs Veienti bus datis, ac deinde finitis, paulo superius diximus.</i>
	3	335	L. Quintius Cincinnatus III TRIB. Sex. Furius Medullinus II MIL. M. Manlius Capitolinus L. Sempronius Atratinus <i>Hoc in Sempronio uidetur memoria lapsus Li uius, uide apud eum lib. 4.</i>
	4	336	Agrippa Menenius Lanatus TRIB. P. Lucretius Tricipitinus MIL. Sp. Nautius Rutilius II

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
91	1	337	L. Sergius Fidenas II TRIB. M. Papyrius Mugillanus MIL. C. Seruilius Structus
	2	338	Agrippa Menenius Lanatus II TRIB. C. Seruilius Structus II MIL. P. Lucretius Tricipitinus II Sp. Rutilius Crassus <i>Cur Seruilio continuatus honos, ratio non red- ditur à Livio, quum id aliquando faciat in alijs, ut anno 348, de C. Seruilio Hala.</i>
	3	339	A. Sempronius Atratinus III TRIB. M. Papyrius Mugillanus II MIL. Sp. Nautius Rutilius III <i>Rutilius hic cognomē est, quod præcedēte anno erat nomen.</i>
	4	340	P. Cornelius Cossus C. Valerius Potitus TRIB. T. Quintius Cincinnatus MIL. C. Martius Rutilius M. Fabius Vibulanus II <i>Hunc Martium quidam codices non habent.</i>
92	1	341	Cn. Cornelius Cossus TRIB. L. Valerius Potitus MIL. Q. Fabius Vibulanus M. Posthumius Regillensis <i>Fabio apud Livium adiectū est II, quū nusquā antea inter Trib. mil. reperiat. Cos. quidē fuit annis 332. si fortasse inde error.</i>
	2	342	A. Cornelius Cossus COSS. L. Furius Medullinus <i>Hic, nisi sit alius, etiam anno 327. Cos. fuit. At quia Livius dubitatur, num anno Urbis 318. etiam Cos. fuerit, idco nume- rum quoq; omisisse videtur. Cassiodorus M. Corn. uocat.</i>
	3	343	COSS. Q. Fabius Vibulanus Ambustus C. Furius Pacilus
	4	344	COSS. M. Papyrius Mugillanus C. Nautius Rutilius <i>Atratinus, quidam habebant libri, sed non recte, ut puto.</i>
93	1	345	COSS. M. Aemilius Mamercus C. Valerius Potitus <i>Veteres plerique codices, P. Valerium habent.</i>
	2	346	COSS. Cn. Cornelius Cossus L. Furius Medullinus II
	3	347	C. Iulius Tullus TRIB. Cn. Cornelius Cossus II MIL. C. Seruilius Hala <i>Cur huic cōtinuatus honos, nō reddidit causam Livius, quū tamē id in Seruilio āno sequēte nō neglexerit. Multi tamē C. Cornelium uocāt hūc Cossū</i>
	4	348	L. Furius Medullinus II TRIB. C. Valerius Potitus II MIL. Q. Fabius Vibulanus II C. Seruilius Hala II <i>Livius omnes hos eo honore functos ait, ergo L. Furio adijciendum</i>
94	1	349	P. Cornelius Cossus II TRIB. Cn. Cornelius Cossus III MIL. C. Fabius Ambustus L. Valerius Potitus II <i>Hoc primum tempore stipendium datum ex publico</i>
	2	350	T. Quintius Capitolinus Q. Quintius Cincinnatus TRIB. C. Iulius Tullus II MIL. A. Manlius Sex. Furius Medullinus III M. Aemilius Mamercus <i>Veij circumfessi Quidam Manilium legunt</i>
	3	351	C. Valerius Potitus III M. Sergius Fidenas TRIB. P. Cornelius Maluginensis MIL. Cn. Cornelius Cossus IIII C. Fabius Ambustus II Sp. Nautius Rutilius <i>Hic Nautium aliū puto ab eo q fuit āno 339. aliog adijciendū IIII, Lini^o addit II</i>

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
4	352	M. Aemilius Mamercus II L. Valerius Potitus III Ap. Claudius Crassus II TRIB. M. Quintilius Varus MIL. M. Iulius Tullus M. Posthumius Regillensis M. Furius Camillus M. Posthumius Albinus	<i>Alij hunc Mamertinum uocant, haud scio quare.</i>
95 1	353	C. Seruilius Hala III Q. Seruilius Fidenas TRIB. P. Virginius MIL. Q. Sulpitius Camerinus A. Manlius II M. Sergius Fidenas II	<i>Alij C. Sulpitium Cornutum uocant. Et hunc Manlium, Manilium.</i>
2	354	L. Valerius Potitus IIII M. Furius Camillus II TRIB. M. Aemilius Mamercus IIII MIL. C. Cornelius Cossus C. Fabius Ambustus III L. Iulius Tullus	<i>Et horum duorum, Cossi ac Ambusti, magna in prænominibus uarietas.</i>
3	355	P. Manlius Capitolinus P. Titinius TRIB. P. Melius MIL. Sex. Furius Medullinus IIII L. Popilius Volscus P. Licinius Caluus	<i>Manilium quidam habent. Primus ex plebe Trib. mil. consulari potestate.</i>
4	356	M. Veturius Cicurinus L. Titinius Longus TRIB. P. Menenius MIL. Cn. Genutius Pansa L. Racilius Volfo	<i>Primus Trib. ex patribus, alij omnes ex plebe. Menenium hunc quidam Racilium cognominant. In alijs, Attilius legitur pro Racilio.</i>
96 1	357	L. Valerius Pontus V M. Valerius Maximus TRIB. M. Furius Camillus IIII MIL. L. Furius Medullinus IIII Q. Seruilius Fidenas II Q. Sulpitius Camerinus II	<i>Q. habebant quidam codices: sed anno 360, M. legitur. Vix alius in toto hoc Catalogo plus facebat negocij quam hic L. Furius.</i>
2	358	L. Iulius Tullus II L. Furius Medullinus IIII TRIB. L. Sergius Fidenas MIL. A. Posthumius Regillensis P. Cornelius Maluginensis A. Manlius III	<i>Hic Sergius eius proles uidetur qui anno 337 iterum tribunus mil. fuerat, & bis Cos. anno 326</i>
3	359	P. Licinius Calui filius L. Titinius Longus II TRIB. P. Menenius II MIL. Cn. Genutius Pansa II L. Racilius Volfo II	<i>Cum hoc Licinio V. patribus eius anni quo pater fuerat Trib. mil. uidelicet 355. hic fieri debebant. At Licinius quatuor plebeios qui cum Veturio fuerant anno 356, nobis exhibet, eosq; in sequentibus eiusdem anni gestis repetit. Veni capti.</i>
4	360	P. Cornelius Cossus IIII P. Cornelius Scipio TRIB. M. Valerius Maximus II MIL. Cæso Fabius Ambustus L. Furius Medullinus V Q. Seruilius Fidenas III	

Olym. piades	Anni ab urbe cō.		
97	1	361	M. Furius Camillus IIII L. Furius Medullinus VI TRIB. C. Aemilius Mamercus MIL. L. Valerius Publicola Sp. Posthumius Albinus P. Cornelius II <i>De cognomine huius Cornelij dubium.</i>
	2	362	COSS. L. Lucretius Flavius Ser. Sulpitius Camerinus
	3	363	COSS. L. Valerius Potitus M. Manlius <i>Dionysius libro primo, sub his Coss. ait lustrum conditum, & esse à primis Coss. annum hunc 119. Locus tamen in Dionysio serè de prauate legitur, quare cum iudicio inspiciendus.</i>
	4	364	L. Lucretius Tricipitinus Ser. Sulpitius Rufus TRIB. M. Aemilius Mamertinus MIL. L. Furius Medullinus VII Agrippa Furius Philo C. Aemilius Mamercus II <i>Plinius libro 33 capite primo, si numerus non fallit, hoc anno ait captam Romam, Plutarchus in Camillo anno 360, ut ser nes apud Lium libro 5. quum iuniores in Capitolium con scenderent. At Camillus in oratione postea habita ne Veios migrarent, diligentius numerauit, ut & Dionysius, quos hic sequimur autores.</i>
98	1	365	Q. Fabius Ambustus TRIB. Duo alteri Fabij MIL. P. Sulpitius Longus Q. Seruilius Fidenas IIII P. Seruilius Maluginensis <i>ROMA capta à Gallis, autore Dionysio libro primo. Hic alij annum inferunt sub dictatore Camillo, quod Lius dicat Romanos non passos eum abdicare se dictatura, nisi anno circum acto, quod tamen ego de hoc anno, quo urbs capta est, intelligendum puto.</i>
	2	366	L. Valerius Publicola II L. Virginius Tricoftus TRIB. P. Cornelius MIL. A. Manlius Capitolinus L. Aemilius Mamertinus L. Posthumius Albinus <i>Hic Cornelius nullum habet cognomen in Lii codicibus. A. Manlius legendum, non Manilius, ut errant quidam codices quod planum est ex anno 372.</i>
	3	367	T. Quintius Cincinnatus Q. Seruilius Fidenas V TRIB. Q. Iulius Tullus MIL. L. Aquilius Coruus L. Lucretius Tricipitinus II Ser. Sulpitius Rufus II
	4	368	L. Papyrius Cursor TRIB. Cn. Sergius Fidenas MIL. L. Aemilius Mamertinus II Licinius Menenius Lanatus L. Valerius Publicola III <i>Ex nomine hic prænomen factum.</i>
99	1	369	M. Furius Camillus V Ser. Cornelius Maluginensis TRIB. Q. Seruilius Fidenas VI MIL. L. Quintius Cincinnatus L. Horatius Puluillus P. Valerius Potitus
	2	370	A. Manlius Capitolinus II TRIB. P. Cornelius MIL. T. Quintius Capitolinus L. Quintius Capitolinus L. Papyrius Cursor II <i>Huius Cornelij cognomen bis antea omisum annis 361, & 366. Videtur autem hoc anno omisum nomen Cn. Sergij Fidenatis, qui anno 375 fit tertium Tribunus mil. sed primum anno 368.</i>
	3	371	Ser. Cornelius Maluginensis II P. Valerius Potitus II TRIB. M. Furius Camillus VI MIL. Ser. Sulpitius Rufus III C. Papyrius Crassus T. Quintius Cincinnatus II <i>M. Manlius de saxo Tarpeio deiectus. Gellius libro 17 capite 12 ait, hoc anno natum Aristotelem.</i>

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
	4	372	L. Valerius Publicola IIII A. Manlius Capitolinus III TRIB. Ser. Sulpitius Rufus IIII MIL. L. Lucretius Tricipitinus III L. Aemilius Mamertinus III M. Trebonius Flautus
100	1	373	Sp. Papyrius L. Papyrius TRIB. Ser. Cornelius Maluginensis III MIL. Q. Seruilius Fidenas C. Sulpitius Peticus L. Aemilius Mamertinus IIII <i>Hos duos Papyrios Livius ait novos Trib. mil. quare nos nullum adposuimus numerum.</i>
	2	374	M. Furius Camillus VII A. Posthumius Regillensis TRIB. L. Posthumius Regillensis MIL. L. Furius Medullinus L. Lucretius Tricipitinus IIII M. Fabius Ambustus <i>Hic Furius iuuenis cum Camillo certamen suscepit. His septimum Trib. quidam adiiciunt L. Valerium Potitum III. at Livius non habet.</i>
	3	375	L. Valerius Publicola V P. Valerius Potitus III TRIB. Cn. Sergius Fidenas III MIL. Licinius Menenius Lanatus II P. Papyrius Ser. Cornelius Maluginensis IIII <i>Hic primum fit tribunus mil. anno 368. iterum anno 370. hoc autem loco III. atq; ita omnes habent Livij codices. Alter est ex ijs qui anno 373. quanquam prænomen uariat.</i>
	4	376	P. Manlius Capitolinus C. Manlius Capitolinus TRIB. L. Iulius Tullus MIL. C. Sextilius M. Albinus L. Antistius <i>Plebei hi tres.</i>
101	1	377	Sp. Furius Medullinus Q. Seruilius Fidenas II TRIB. Licinius Menenius Lanatus III MIL. P. Clœlius Crassus M. Horatius Pulvillus L. Geganius Macerinus <i>Quidam C. pro M habent.</i>
	2	378	L. Aemilius Mamertinus V P. Valerius Potitus IIII TRIB. C. Veturius MIL. Ser. Sulpitius Rufus V L. Quintius Cincinnatus II C. Quintius Cincinnatus
	3	379	QVINQVENNIO MAGISTRATVVM SOLITVDO VRBEM TENVIT, INQVIT LIVIVS, ET PLEBE REFICIENTE DVOS TRIB. LICINIVM STOLO/ <i>Huius anni meminit Plinius lib. 16. cap. ultimo, ubi numerus</i>
	4	380	NEM LVCIVM QVE SEXTIVM LATERANVM, ET HIS COMITIA TRIBVNORVM MILITVM PER/ <i>decenario exorbitat in plerisque exem-</i>
102	1	381	PETVA INTERCESSIONE TOLLENTIBVS, NEC SEGNIVS RESISTENTIBVS PATRIBVS OB TREIS, QVAS IL/ <i>plaribus.</i>
	2	382	LI PROMVLGAVERVNT, LEGES. QVARVM PRIMA FVIT, DE AERE ALIENO MINVENDO: ALTERA, DE MODO AGRORVM
	3	383	FINIENDO: POSTREMA, DE COMMVNICANDO CVM PLEBE CONSVLATV. ET CAETERA.
	4	384	L. Furius Medullinus II A. Manlius Capitolinus TRIB. Ser. Sulpitius Rufus VI MIL. Ser. Cornelius Maluginensis V A. Valerius C. Valerius <i>Si is est qui anno 372 erit IIII.</i> <i>His Valerij nihil adijcit Livius cognominis.</i>

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
103	1	385	<p>Q. Seruilus Fidenas II C. Veturius II TRIB. A. Cornelius Cossus MIL. M. Cornelius Maluginensis Q. Quintius Capitolinus M. Fabius Ambustus II</p>
	2	386	<p>T. Quintius Capitolinus II Ser. Cornelius Maluginensis VI TRIB. Ser. Sulpitius MIL. Sp. Seruilus Structus L. Papyrius Crassus L. Veturius Crassus Cicurinus</p> <p><i>Quidā Liuij codices habebāt, L. Quintius, tum uero & cognomen & numerus in dubio, ut etiā Liuius reliquit. Quidam Prætextatum hunc Sulpitium uocant, ac IIII adiungunt, quum in prioribus nulla Prætextati mentio. Neque uero suffectio, opinor, hic locum habuit in tanta turba</i></p>
	3	387	<p>P. Valerius Potitus V TRIB. C. Licinius Stolo MIL.</p> <p><i>Reliquorum nomina non inuenio, ac ne horum quidem suo in loco. Potitus sanē VI. etiā à Liuiio dicitur sequēti anno, quum nusquam V. dicatur. & C. Licinius Stolo, qui à P. Manlio Dictatore Magister equitum dictus est, dicitur antea fuisse Tribunus militum consulari potestate, quum nusquam eius sit nomen toto hoc Catalogo. Adiuuat hanc opinionem nonus ille annus quo Tribuni L. Sextius ac Stolo se iam in aciem aduersus optimates maximo priuato periculo, nullo publico emolumento stare conquerebantur.</i></p>
	4	388	<p>A. Cornelius Cossus II M. Cornelius Maluginensis II TRIB. M. Geganius Macerinus MIL. P. Manlius Capitolinus II L. Veturius Crassus Cicurinus II P. Valerius Potitus VI</p>
104	1	389	<p>COSS. L. Aemilius Mamercus L. Sextius Lateranus</p> <p><i>Primus ex plebe Cos.</i></p>
	2	390	<p>COSS. Q. Seruilus Hala L. Genutius Auentinensis</p> <p><i>Camilli mors</i></p>
	3	391	<p>COSS. C. Sulpitius Peticus C. Licinius Stolo Caluus</p>
	4	392	<p>COSS. C. Genutius Auentinensis L. Aemilius Mamercus II</p> <p><i>Vide Diodorum Siculum in Philippo ex quo collationē olympiadum huc posuimus. Sed ille more Græco secundum olympiadas numerat Coss. nos contra, secundū Coss. olympiadas</i></p>
105	1	393	<p>COSS. Q. Seruilus Hala II L. Genutius Auentinensis II</p> <p><i>Diodorus hunc Genutium, Q. uocat, sicut præcedentis anni Cn. pro C. uerum Græci in prænominibus non admodum diligentes, ut uidere est apud illos</i></p>
	2	394	<p>COSS. C. Sulpitius Peticus II C. Licinius Stolo Caluus II</p> <p><i>T. Manlij singulare cum Gallo certamen</i></p>
	3	395	<p>COSS. M. Fabius Ambustus C. Petilius Balbus</p> <p><i>Libo Visolus, duo hæc cognomina alij adiiciunt</i></p>
	4	396	<p>COSS. M. Popilius Lenas Cn. Manlius Capitolinus Imperiosus</p> <p><i>Diodorus, C. uocat. Quod si is est Torquati pater, non C. sed L. esset. ut Liuius eum, Valerius ac Cicero libro 3 Officiorum uocant</i></p>
106	1	397	<p>COSS. C. Fabius Ambustus C. Plautius Proculus</p> <p><i>Quidam codices, Cn. habent. Diodorus, M. sed Liuius addidisset II. Plotius dicitur apud Diodorum cognatione o & au. Et Proculus hic cognomen, quod alibi prænomen</i></p>
	2	398	<p>COSS. C. Martius Rutilius Cn. Manlius Capitolinus Imperiosus II</p> <p><i>Vide huius olympiadis annum hunc apud Plinium libro 36 capite sexto, sed errore haud dubie codicum. Quidam & hic & in sequentibus, Rutilum uocant hunc Martium. Quidam hoc anno T. Manlium legunt, quod anno 402 & 406. T. Manlius Dictator factus sit, quod uerisimile non uidetur de eo qui nunquam Cos. antea, & hunc II. Cos. faciunt anno 408.</i></p>

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
	3	399	COSS. M. Fabius Ambustus II M. Popilius Lenas II
	4	400	COSS. C. Sulpitius Peticus IIII M. Valerius Publicola <i>Vide hos annos apud Liuium libro 7. Vnus enim numerus illic claudicat, quum ait, Ablato post nonū annum à plebe consulatu, post undecimū legendum. Qui error facile incidit alternatione numerorum XI ac IX</i>
107	1	401	COSS. M. Fabius Ambustus IIII T. Quintius Capitolinus <i>De hoc Quintio dubitatum in quibusdam annalibus inuenio, ac pro eo M. Popilius inquit Liuius</i>
	2	402	COSS. C. Sulpitius Peticus IIII M. Valerius Publicola II
	3	403	COSS. P. Valerius Publicola C. Martius Rutilus II <i>Hoc anno Graciam uexatam à Philippo Alexandri Magni parente, scribit Plinius lib. 2. cap. 27. In Diodoro est, M. Fabius. errore fortassis codicum</i>
	4	404	COSS. C. Sulpitius Peticus V T. Quintius Pœnus <i>Cæsonem etiam cognominatum à quibusdam ait Liuius hunc Quintium</i>
108	1	405	COSS. M. Popilius Lenas IIII L. Cornelius Scipio Aruina <i>Plinius libro 2 cap. 25. olympiada centesimam octauam comparat ad annos 398. sed eo in loco puto legendum, centesima sexta anno secundo</i>
	2	406	COSS. L. Furius Camillus Ap. Claudius Crassus <i>In Diodoro hic Coss. nomina inuersa reperiuntur, nunc anticipantia nostrum ordinem, nunc sequentia. Quod admonendum duximus, ne ea res lectorem moraretur, turbaret ue. Meminit autem horum Coss. Gellius libro 9 capite II M. Valerij cum Gallo pugna.</i>
	3	407	COSS. M. Valerius Publicola Coruinus M. Popilius Lenas IIII
	4	408	COSS. T. Manlius Torquatus C. Plautius Venox <i>Qui anno 398. T. Manlium legunt, hoc loco Cn. Manlium II legunt. sanè apud Liuium, T. Manlius hic II Cos. dicitur, qui antea nusquam positus ab eo, si codices non fallunt</i>
109	1	409	COSS. C. Valerius Coruinus II C. Petilius Balbus II <i>Libo Visolus adijcitur alibi, ut antea anno Urbis 395</i>
	2	410	COSS. M. Fabius Dorsuo Ser. Sulpitius Camerinus
	3	411	COSS. C. Martius Rutilus IIII T. Manlius Torquatus II <i>In Liuij codicibus adiectum erat, II. quum tamen eundem anno 408. Liuius etiam II. Cos. exhibeat, sed codices errant.</i>
	4	412	COSS. M. Valerius Coruinus IIII A. Cornelius Cossus <i>Bellum Samniticum</i>
110	1	413	COSS. Q. Seruilius Hala IIII C. Martius Rutilus IIII
	2	414	COSS. L. Aemilius Mamercus C. Plautius Venox II <i>Nouus hic est Aemilius, quanquam alij hunc Mamercum, illum autem anno 389. Mamertinum uocant</i>
	3	415	COSS. T. Manlius Torquatus IIII P. Decius Mus <i>Meminit Cicero libro 3 Officiorum horum Coss. Decij patris deuotio</i>
	4	416	COSS. T. Aemilius Mamercus Q. Publilius Philo <i>Diodorus, Tiberium uocat. alij non Mamercum, sed Mamertinum cognominant</i>
111	1	417	COSS. L. Furius Camillus II C. Menius Nepos <i>Huius Cos. Menij meminit Plinius libro 34. capite 5. sed uno anno noster numerus anticipat. Quidam hunc Manlium, alij Menenium uocant. sed haud scio quàm bene.</i>
	2	418	COSS. C. Sulpitius Longus P. Aelius Pætus
	3	419	COSS. L. Papyrius Crassus Cæso Duillius Helua
	4	420	COSS. M. Valerius Coruinus IIII M. Atilius Regulus Calenus

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
112	1	421	COSS. T. Veturius Calpinus Sp. Posthumius Albinus Hic post Caudinam pacem anno 433 factam, etiam Caudinus dictus est, non magna ipsius laude
	2	422	COSS. L. Cornelius Scipio Aemilianus II Cn. Domitius Calpinus Diodorus Cassiodorusq; A. Cornelium habent. Tu uide utrum fuisse putes, qui anno 405. an qui anno 412. Ceterum alij hic annum sine Coss. inserunt, cuius Linius ne uerbo quidem meminit, & Diodori ordo non admittit. C. Domitius habent quidam codices, ac etiam Diodorus.
	3	423	COSS. T. Valerius M. Claudius Marcellus De cognomine huius Valerij etiam Linius uariatam in annalibus fatetur, Potius ne an Flaccus uocetur. Orosius sane libro tertio capite tertio, Flaccus habet. Porro Diodorus Cassiodorusq; praenomen habent C. non T.
	4	424	COSS. L. Papyrius Crassus II L. Plautius Venox Cassiodorus, C. habet pro L.
113	1	425	COSS. L. Aemilius Mamercus Priuernas C. Plautius Decianus Alij Cn. uocant
	2	426	COSS. P. Cornelius Scapula P. Plautius Proculus Barbatum aliud cognomen addunt alij. C. habet Cassiodorus
	3	427	COSS. L. Cornelius Lentulus Q. Publilius Philo II In Diodoro erat Popilius, sed errore codicum, ut Publius maiore errore, quippe quod praenomen est
	4	428	COSS. L. Papyrius Mugillanus uel Cursor C. Paetilius Balbus III Ita Linius. Et hic Libo Visolus cognominatus
114	1	429	COSS. L. Furius Camillus IIII D. Iunius Brutus Scæua
	2	430	L. Papyrius Cursor Dictator sine Coss. Alios sequuti hos posuimus, quum tamen Linius ne uerbo quidem meminisset eius anni, sed praecedente anno, eorum facit mentionem
	3	431	COSS. C. Sulpitius Longus II Q. Aulius Cæritanus Mire in Lini codicibus hoc nomen uariatam, quidam Aemilium, quidam Aulium appellatum contendunt.
	4	432	COSS. Q. Fabius Rutilianus L. Fuluius Curuius Plinius, Linius atq; Valerius hunc Rutilianum uocant, Plutarchus in Pompeio Rullum, quidam Rullianum. Hic Maximi nomen adeptus anno ab Vrbe condita 450. ut libro 9 ad finem narrat Linius. Papyrij Dictatoris Magister equitum, Ambusti filius, Q. Gurgitis pater. Vide num Plinius de hoc, libro 7 capite 43 loquatur
115	1	433	COSS. T. Veturius Calpinus III Sp. Posthumius Albinus III Caudina pax. Meminit Cicero libro 3 Officiorum. & in Catone. Quod ideo ad monendum duximus, quod in Officijs, numeri additi reperiantur, in Catone uero omisi
	2	434	COSS. L. Papyrius Cursor II Q. Publilius Philo IIII
	3	435	COSS. L. Papyrius Cursor IIII Q. Aelius Cæritanus II Quidam annales habent Mugillanus
	4	436	COSS. M. Follius Flaccinator L. Plautius Venox II Plinius libro 13 capite 3 de Plautio bis Cos.
116	1	437	COSS. Q. Aemilius Barbula C. Iunius Brutus Bubulcus
	2	438	COSS. Sp. Nautius Rutilius M. Popilius Lenas
	3	439	Q. Fabius Dictator sine Coss. Linius duorum Dictatorum hoc anno meminit, sed locus corruptus est, ut diligenter legenti satis luculenter apparet. Alij septimo post anno Dictatorem cum Magistro equitum fuisse sine Coss. ponunt, quum Linius Fabio continuatum honorem manifeste faciat
	4	440	COSS. L. Papyrius Cursor IIII Q. Publilius Philo IIII Linius huius anni Coss. nomina omisit, nos ex Cassiodoro apposuimus . . .

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
117	1	441	COSS. C. Sulpitius Longus M. Pætilius Libo <i>Si non est alius ab eo qui anno 431. adijciendum III</i>
	2	442	COSS. L. Papyrius Cursor V C. Iunius Brutus Bubulcus II <i>Appij Censura, qui postea cæcus</i>
	3	443	COSS. M. Valerius Maximus P. Decius Mus
	4	444	COSS. Q. Aemilius Barbula II C. Iunius Brutus Bubulcus III
118	1	445	COSS. Q. Fabius Rutilianus II C. Martius Rutilius <i>Censorinus etiam alio cognomine ab alijs dicitur</i>
	2	446	COSS. Q. Fabius Rutilianus III P. Decius Mus II <i>Fabio cōtinuatum consulatum ob egregie domitam Hetruriam Liuus fatetur, ergo non recte hic annum inseruere alij Dictato ris absq; Coss. quod paulo ante etiam admonuimus</i>
	3	447	COSS. Ap. Claudius Crassus L. Volumnius Flamma <i>Huius sequentisq; anni Coss. omisso ait Liuus à Pifone. At Cice ro in Catone non omisit. Sunt etiam apud Castiodorum. Hic Cen sor ille est, postea Cæcus: eius filius fit Cos. anno 485. At qui est anno 504. nepos eius est, autore Plinio libro 15 capite 1. Violentis etiam hic Volumnius à quibusdam nominatur.</i>
	4	448	COSS. P. Cornelius Aruina Q. Martius Tremulus
119	1	449	COSS. L. Posthumius Megellus T. Minutius Augurinus <i>Liuus ait in huius Cos. Minutij occisi locum secun dum quosdam autores, subrogatum M. Fuluium</i>
	2	450	COSS. P. Sulpitius Auerrio P. Sempronius Sophus Longus <i>Plinius libro 33 capite 1. si numerus bene habet, de his Coss. duobus annis distat ab hac supputatione, sed ut datur Dionysij rationem hic sequutus</i>
	3	451	COSS. Ser. Cornelius Rufus L. Genutius Auentinensis
	4	452	COSS. C. Aemilius Paulus M. Liuius Denter <i>Quidam libri Q. Aemilium habent. Castiodorus, L.</i>
120	1	453	COSS. M. Valerius Coruinus V Q. Apuleius Panfa
	2	454	COSS. T. Manlius Torquatus M. Fuluius Pætus <i>M. Valerius Coruinus VI Plinius libro 7 capite 48 ait inter primum sextumq; Coruini consula tum intercessisse annos 46. Idem Cicero in Catone. Plutarchus in Mario 45. si codex non fallit. Nostra supputatio cum Plinio ac Cicerone conuenit</i>
	3	455	COSS. L. Cornelius Scipio Cn. Fuluius Centumalus
	4	456	COSS. Q. Fabius Maximus Rutilianus IIII P. Decius Mus IIII <i>Hic Maximi nomen adijcitur, quippe quod anno 450 meruit</i>
121	1	457	COSS. Ap. Claudius Crassus II L. Volumnius Flamma II
	2	458	COSS. Q. Fabius Maximus Rutilianus V P. Decius Mus IIII <i>Decij filij deuotio</i>
	3	459	COSS. L. Posthumius Megellus II M. Attilius Regulus <i>Castiodorus, L. prænomen habet, ut sit qui anno 449. Plu res etiam hos Megillos non Megellos uocatos contendunt</i>
	4	460	COSS. L. Papyrius Cursor Sp. Caruilus Maximus <i>Hic superioris Cursoris filius fuit, ut patet ex Plinio libro 7 cap. ultimo</i>
122	1	461	COSS. Q. Fabius Max. F. Gurges D. Iunius Brutus Scæua <i>Hic Fabius Rutiliani filius fuit, Ambusti nepos, ut Plinius testatur lib. 7. cap. 41.</i>
	2	462	COSS. L. Posthumius Megellus IIII C. Iunius Brutus P. Cornelius Rufinus <i>SECUNDA DECAS Meminit horum Liuus libro 7 de secundo bello Punico, pau lo ante creationem magistratus anni eius belli decimi Ex huius familia L. Sylla fuit.</i>
	3	463	COSS. M. Curius Dentatus <i>Huius Curtij consulatum Cicero in Catone ait quinquennio fuisse post filij Decij deuotionem</i>

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
	4	464	COSS. M. Valerius Corvinus Q. Cæditius Noctua <i>Hic Valerius illius Coruini progenies uidetur. Nam quod alij VI addiderunt, non probatur. Quippe Coruinus VI fit Consul anno 454. Torquato subrogatus. hic ergo VII fieret Cos. Atqui C. Marius primus fuit Romæ septies Cos. ut autor est Plutarchus. Præterea numerus annorum à primo Coruini consulatu ad sextum, non patitur ut hic ponamus VI.</i>
123	1	465	COSS. Q. Martius Tremulus II P. Cornelius Aruina II
	2	466	COSS. M. Claudius Marcellus C. Nautius Rutilius
	3	467	COSS. M. Valerius Maximus C. Aelius Pætus <i>Haud scio, ille ne sit qui anno 443. an alius</i>
	4	468	COSS. C. Claudius Caninius M. Aemilius Lepidus
124	1	469	COSS. C. Seruilius Tucca L. Cæcilius Metellus <i>Cassiodorus habet Cælius pro Cæcilius, sed errore codicum</i>
	2	470	COSS. P. Cornelius Dolabella Maximus Cn. Domitius Caluus <i>Meminit huius anni Plinius libro 16 capite 10</i>
	3	471	COSS. C. Fabritius Lulcinus Q. Aemilius Papus <i>Bellum cum rege Pyrrho Vide Plinium libro septimo capite ultimo. de hoc anno. & libro 16 capite 2.</i>
	4	472	COSS. L. Aemilius Barbula Q. Martius Philippus <i>Hoc anno primum elephantos uidit Italia, inquit Plinius libro octauo capite sexto</i>
125	1	473	COSS. P. Valerius Leuinus T. Coruncanus <i>Huius Coruncani multa mentio apud Ciceronem. Quidam non Titum sed Tiberium uocatum putant. Error ex litera T, oriri facile potuit</i>
	2	474	COSS. P. Sulpitius Auerrio P. Decius Pyrrhicus <i>Idem nomen est anno 450 Hoc anno Ap. Claudius Cæus orationem habuit, ne cum rege Pyrrho pax fieret, autore Cicerone in Catone</i>
	3	475	COSS. C. Fabritius Lulcinus II Q. Aemilius Papus II
	4	476	COSS. P. Cornelius Rutinus II C. Iunius Brutus II <i>Gellius huius Rufini meminit libro 4 capite 8. & libro 17 capite 21</i>
126	1	477	COSS. Q. Fabius Gurges II C. Genutius Clepsina
	2	478	COSS. M. Curius Dentatus II L. Cornelius Lentulus <i>Plerique libri ueteres Manium Curium, pro M. hunc uocant, neque certum est, errore ne id fiat, an Manium pro Marcum dixerint uetustiores, ut Vetustum pro Veturium</i>
	3	479	COSS. Ser. Cornelius Merenda M. Curius Dentatus III <i>Hoc anno in triumpho M. Curij, ut puto, elephantos Roma primum uidit, ait Plinius libro 8 capite 6</i>
	4	480	COSS. C. Fabritius Lulcinus III C. Claudius Cinna
127	1	481	COSS. L. Papyrius Cursor II Sp. Caruilius Maximus II <i>Caruilius Carbiliumq; uarie scriptum reperias, propter cognationem b ac u consonantium</i>
	2	482	COSS. C. Quintius Claudus L. Genutius Clepsina
	3	483	COSS. C. Genutius Clepsina Cn. Cornelius Asina
	4	484	COSS. Q. Fabius Maximus Pictor L. Quintius Gulo <i>Huius meminit Plinius libro 33 capite 3. ubi impudens mendum in omnibus, quotquot nos uidimus exemplaribus. Arrogatum, inquit, signatum est anno Urbis D. LXXXV. quum legendum sit, CCCCLXXXIII. Quod si Fabius Verrucosus quartus fuit nomine Maximi à Rutiliano, qui primus id nominis in ea habuit familia, puto hunc esse ex eorum numero.</i>
128	1	485	COSS. P. Sempronius Sophus Ap. Claudius Ruffus

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
	2	486	COSS. M. Atilius Regulus Seranus L. Julius Libo
	3	487	COSS. M. Fabius Pictor Decius Iunius Pera
	4	488	COSS. M. Valerius Maximus Q. Mamilius Vitulus
129	1	489	COSS. Ap. Claudius Pulcher Caudex Q. Fulvius Flaccus <i>Initium primi belli Punici Polybius libro primo ait Romanos primum mare ingreſſos olympiade centesima uigesima nona. Dionysius autem anno tertio centesima uigesima octaua olympiados</i>
	2	490	COSS. M. Valerius Maximus II M. Octacilius Crassus Messala <i>Vide Plinium libro 35 capite 4 & libro 7 capite ultimo. tum compara locos, uter ex altero emendandus</i>
	3	491	COSS. L. Posthumius Megellus Q. Manilius Vitulus II
	4	492	COSS. L. Valerius Flaccus L. Octacilius Crassus <i>T. Octacilius uocat Polybius libro primo, sed in pronomi nibus ipſius codex sepe errat</i>
130	1	493	COSS. Cn. Cornelius Scipio Asina C. Duillius <i>Vnus, quod sciam, Florus hunc Cn. uocat: omnes alij, C.</i>
	2	494	COSS. C. Aquilius Florus L. Cornelius Scipio
	3	495	COSS. C. Sulpitius Paterculus A. Atilius Calatinus <i>Polybij codex habet Rutilium, sed non placet</i>
	4	496	COSS. Cn. Cornelius Blaesus M. Atilius Regulus Seranus II <i>Polybius hoc anno captū ait Regulum, qui fuit bis Cos. au toribus Plinio ac Cicrone, antea anno Urbis 486. & hoc anno, quare alius est C. Atilius Regulus anno Urbis 503.</i>
131	1	497	COSS. Q. Cæditius Longus L. Manlius Regulus
	2	498	COSS. M. Aemilius Paulus Ser. Fulvius Nobilior
	3	499	COSS. C. Cornelius Scipio A. Atilius Calatinus II <i>Hic Scipio alius uidetur ab eo, qui captus turpiter à Pænis anno Urbis 493. Cicero Atilij huius meminit, ut puto, in Catone post Valerium Coruinum</i>
	4	500	COSS. Cn. Seruilius Cæpio C. Sempronius Blaesus
132	1	501	COSS. C. Aurelius Cotta P. Seruilius Geminus
	2	502	COSS. L. Cæcilius Metellus C. Furius Pacilus <i>Meminit huius anni Plinius libro 8 capite 6. Polybius ait hunc decimumquartum huius belli annum.</i>
	3	503	COSS. C. Atilius Regulus Seranus L. Manlius Volſo <i>Hic non est ille Regulus qui ad supplicium est profectus, ut fide m hosti datam conseruaret. Quippe sex ante annos captus erat, si Polybio credimus, & à Carthaginensibus misere occisus</i>
	4	504	COSS. Ap. Claudius Pulcher Cæci Nepos L. Iunius Pullus <i>Plinius libro 15 capite 1 horum meminit. Ceterum eo in loco legendum quingentesimo quarto, non quinto. Gellius autem libro 10 capite 6, huius sororem Cæci filiam uocat, haud scio quàm bene. Hic enim male ad uersus Pænos pugnavit, non Ap. Claudius Caudex, ut ex Floro ac Polybio plane intelligitur</i>
133	1	505	COSS. P. Seruilius Geminus II C. Aurelius Cotta II
	2	506	COSS. L. Cæcilius Metellus II M. Fabius Buteo <i>Huius Metelli meminit bis Cicero in Catone, eum Cato puer u dise se ait. Quod fieri facile potuit, quum hic diu postea uixer rit, ut eodem loco ait Cato</i>
	3	507	COSS. M. Fabius Licinius M. Octacilius Crassus Messala II
	4	508	COSS. M. Fabius Buteo II C. Atilius Balbus

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
134	1	509	COSS. A. Manlius Atticus C. Sempronius Blaesus II
	2	510	COSS. C. Fundanius Fundulus C. Sulpitius Gallus
	3	511	COSS. C. Lucatius Catulus Cæreōnius A. Posthumius Albinus <i>Horum Coss. meminit Hanno apud Liviū libro 3. secun- di belli Punici. Videntur enim Carthaginenses à C. iusti, pacem uero sequente anno firmatam habuisse</i>
	4	512	COSS. Q. Lucatius Catulus Cercus A. Manlius Atticus II <i>Et hos quidem Liviū libro ultimo secundi belli Punici, non ita longe à fine memorat. At in prænominibus horum duorum Lu- catorum ingens error est in omnibus propemodū codicibus</i>
135	1	513	COSS. C. Claudius Cento M. Sempronius Tuditanus <i>Cicero in Catone, ubi de Liviō Andronico, non ubi de Maximo, horum Coss. meminit. At omnia exēplaria pro Centone habent Cethego, decepti Coss. de Maximo. Theodorus Gaza quū hæc ueteret, ac temporum rationem disidere uideret, Coss. nomina omisit. Meminit & in Bruto Cicero, ubi de Liviō Andronico, ubi perperam quadringētesimo pro quingentesimo legitur. Meminit & Gellius libro 17 capite 21</i>
	2	514	COSS. C. Manlius Lucrinus Q. Valerius Flaccus <i>Maniliū uocant alij, ut Gellius qui eo anno natum ait Ennium ex M. Varrone</i>
	3	515	COSS. T. Sempronius Gracchus P. Cornelius Falco
	4	516	COSS. L. Cornelius Lentulus Caudinus Q. Fuluius Flaccus <i>Meminit huius anni Plinius libro 18 capite 29. Nam Flora lia in eo instituta esse ex libris Sibyllinis scribit</i>
136	1	517	COSS. C. Licinius Varus P. Cornelius Lentulus Caudinus
	2	518	COSS. T. Manlius Torquatus C. Atilius Balbus II <i>Vide num hisint Coss. quibus Iani templum secundo clausum, quor- um Plutarchus in uita Numæ Pompilij meminit, & Manlij item Liviū in eodem Numæ. In Plutarchi item codice est, M. Atilius, pro C. altero hic Cos.</i>
	3	519	COSS. L. Posthumius Albinus Sp. Caruilus Maximus
	4	520	COSS. Q. Fabius Maximus Verrucosus M. Pomponius Matho <i>Cognomen Maximi à Rutiliano habet, quare nequa- quam omitendum. Verrucosum autem appellat tum Plutarchus tum Plinius libro 34 capite 7</i>
137	1	521	COSS. M. Aemilius Lepidus M. Oblicius Malleolus <i>Hoc anno natus Cato Censorinus</i>
	2	522	<i>Hic desunt nobis huius anni Coss. Quod unde conijcimus, longum esset enumerare: autoribus tamen certis, Dionysio, Cicerone ac Plinio moti: hunc sequuti sumus ordinem, omittentes Coss. quos alij ter- tio anno secundi belli Punici, post Flāminium ac Seruiliū posuere, uidelicet M. Atilium Fabianum ac Cn. Seruiliū Mustanum, atq; id etiam autoribus Polybio, Plinio ac Liviō fecimus.</i>
	3	523	COSS. M. Pomponius Matho II C. Papyrius Maffo <i>Hoc primum anno Romæ diuortium fuisse testatur Dionysius li- bro 2 in Romulo. Conueniunt autem anni nobiscum in nostra ra- tione, duorum anticipatione annorum</i>
	4	524	COSS. M. Aemilius Barbula M. Iunius Pera
138	1	525	COSS. L. Posthumius Albinus II Cn. Fuluius Centumalus <i>In Polybio utriusq; Cos. prænomen uariatū est.</i>
	2	526	COSS. Q. Fabius Maximus Verrucosus II Sp. Caruilus Maximus <i>Horum Coss. meminit Cicero in Catone, ubi de lau- dibus Q. Fabij Max.</i>
	3	527	COSS. P. Valerius Flaccus M. Atilius Regulus <i>Bellum Gallicum. Horum Coss. meminit Gellius iam dicto loco</i>
	4	528	COSS. L. Apustius M. Valerius Leuinus
139	1	529	COSS. C. Atilius Regulus L. Aemilius Paulus <i>Meminit horum Plinius libro 3 capite 20. quanquam codices qui- dam eo in loco mire errant. Hic Aemilius, siue Paulus, ut Plinius uocat, siue Pappus, ut alij, cor- gnominandus, certe hoc bello Gallico perijt, ut autor est Poly- bius libro secundo</i>

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.	COSS.	
	2	530	T. Manlius Torquatus II Q. Fulvius Flaccus II
	1	531	C. Quintius Flaminius P. Furius Philo <i>Philus pro Philo legendum puto, Nam apud Liviū libro 2 de secundo bello Punico, P. Furij Philī, viri consularis filij, mentio est. Et apud Ciceronem Philī cum Paulis, Catonibus, Scipionibus, ac ceteris magnis nominantur in Lelio</i>
	4	532	M. Claudius Marcellus Cn. Cornelius Scipio Calvus <i>C. est prænomen in Polybio</i>
140	1	533	P. Cornelius Asina M. Minutius Rufus
	2	534	L. Vetturius Leuina C. Lucatius Scævola
	3	535	M. Livius L. Aemilius Paulus <i>Horum meminit Plinius libro 29 capite I quum numero etiā huius anni, unde clare patet, Plinium hunc nostrum habuisse ordinem. Ceterum hic M. Livius postea Salinator dictus est.</i>
DECAS TERTIA			
	4	536	P. Cornelius Scipio T. Sempronius Longus <i>Initium secundi belli Punico. Polybius libro 3 ait, anno primo centesimæ quadragesimæ olympiados Saguntum expugnatum, ac deinde postero anno Hannibalem in Italiam uenisse. Sequutus uidetur Dionysij supputationem, quæ hanc Liviū duobus præuenit annis</i>
141	1	537	Cn. Seruilius Geminus C. Quintius Flaminius II <i>Tertio anno olympiados centesimæ quadragesimæ in Tuscia cum Pænis conflictum, ait Polybius lib. 5. ubi rursus duobus anticipat annis. Porro idem cum Liviū fatetur M. Attiliū Regulum subrogatum Flamminio, ac anno sequenti Procoss. res gessisse, quare nullus hic inferendus propter eos annos. M. Attilius Regulus II suffectus</i>
	2	538	L. Aemilius Paulus II C. Terentius Varro <i>Hic Scipionis Aemilianī auus fuit, cuius identidem meminit Cicero, & quarto ante anno Cos. cum M. Liviū, non C. Lelio, ut depruate legitur in T. Liviū. perijt autem apud Cannas. Cannensis pugna</i>
	3	539	L. Posthumius Albinus III T. Sempronius Gracchus <i>M. Claudius Marcellus II Q. Fabius Max. Verrucosus III Posthumio suffecti</i>
	4	540	Q. Fabius Maximus Verrucosus IIII M. Claudius Marcellus III <i>Cassiodorus habet II. sed non numerat consulatum, quem uitio creatus non gessit</i>
142	1	541	Q. Fabius Maximus Verrucosī filius T. Sempronius Gracchus II <i>Cato apud Ciceronem De senectute, Maximi filium Marcum nominat. sed errore, ut suspicor, codicum. nam & Liviū & Gellius Q. uocant.</i>
	2	542	Ap. Claudius Pulcher Q. Fulvius Flaccus III
	3	543	P. Sulpitius Galba Cn. Fulvius Centumalus <i>Quidam etiam hunc Sulpitium, Maximum cognominant. Liviū cum nullum antea Curulem Magistratum gessisse fatetur. In omnibus Liviū codicibus numerus omisus est, ut sit alius ab eo qui Cos. fuit anno Urbis 525. Alij autem ponunt numerum II.</i>
	4	544	M. Valerius Leuinus II M. Claudius Marcellus IIII <i>Et huius Leuini numerus omisus est in Liviū codice, at ipse Liviū libro 9 huius belli ait, hunc bis Cos. fuisse, quare non est omittendus</i>
143	1	545	Q. Fabius Maximus Verrucosus V Q. Fulvius Flaccus IIII <i>Tarentum receptum</i>
	2	546	T. Quintius Crispinus M. Claudius Marcellus V <i>Liviū obiter hic causam reddit, cur Marcellus V Cos. dicatur</i>
	3	547	C. Claudius Nero M. Livius Salinator II <i>Liviū hoc anno olympiæ ludicrum fuisse testatur in horum Coss. creatione, atq; ad id missum L. Manlium. Per quod ostenditur, Dionysij supputationem ueriores illa, quam sequutus est Liviū</i>
	4	548	L. Vetturius Philo Q. Cæcilius Metellus

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
144	1	549	COSS. P. Cornelius Scipio P. Licinius Crassus <i>Quidam etiam alterum cognomen adiecerunt, Diues.</i>
	2	550	COSS. M. Cornelius Cethegus P. Sempronius Tuditanus <i>Meminit horum Cicero, ubi de laudibus Q. Fabij Maximi, in Catone. Caterum de Liuiio Andronico iudem in omnibus uulgatis exemplaribus per errorem, quum is sint qui anno 513. quod etiam antea admonuimus. Catonis Censorij quæstur. autore Liuiio</i>
	3	551	COSS. Cn. Seruilius Cæpio Cn. Seruilius Geminus <i>Cn. Seruilius Geminus, qui Cos. fuit anno Urbis 537 occisus dicitur apud Cannas, quapropter non est opus hic C. pro Cn. legere</i>
	4	552	COSS. T. Claudius Nero M. Seruilius Geminus
145	1	553	COSS. Cn. Cornelius Lentulus P. Aelius Pætus <i>Meminit horum Plinius libro 18 capite 18. ubi cum Liuiio eadem inuenies prænomina, etiamsi in Cassiodoro alia ponantur. Et hoc anno idem Plinius fatetur Hannibalem uictum, quum superiore scribat Liuius uictum</i>
	2	554	COSS. Ser. Sulpitius Galba C. Aurelius Cotta <i>Bellum Macedonicum cum Philippo. DECAS QUARTA</i>
	3	555	COSS. L. Cornelius Lentulus P. Iulius Appulus <i>Hoc nomen fere deprauatum erat in codicibus, hic ad finem noni huius belli libri fit Prætor. At alij, P. Villium Tappulum uocant</i>
	4	556	COSS. T. Quintius Flamminius Sex. Aelius Pætus <i>Hic Flamminius eius filius fuit, qui apud Thrasimenum periit, ut autor est Plutarchus in Hannibale. Catonis Censorij Prætura. Quidam addunt Catus alterum cognomen ex Plinio lib. 33 capite 11. at ego puto eum loqui de eo qui Cos. anno Urbis 587. propter uerba que statim de Perseo sequuntur</i>
146	1	557	COSS. Cn. Cornelius Cethegus Q. Minutius Rufus
	2	558	COSS. L. Furius Purpureo M. Claudius Marcellus
	3	559	COSS. L. Valerius Flaccus M. Portius Cato
	4	560	COSS. P. Cornelius Scipio Africanus II T. Sempronius Longus <i>Horum parentes, inquit Liuius, initio secundi belli Punici, unâ fuere Coss.</i>
147	1	561	COSS. L. Cornelius Merula Q. Mutius Thermus
	2	562	COSS. L. Quintius Flamminius Cn. Domitius Aenobarbus <i>Hic T. Flamminij frater fuit, à Catone Censore Senatu mortuus, ut De senectute, ipse memorat apud Ciceronem</i>
	3	563	COSS. P. Cornelius Scipio Nasica M. Atilius Glabrio <i>Cassiodorus habet M. pro P. sed contrarium est in Liuiio, & apud alios. Hic uir optimus iudicatus à senatu Romano, Cn. Scipionis proles fuit, eius qui cū P. fratre in Hispanijs periit</i>
	4	564	COSS. L. Cornelius Scipio Asiaticus C. Lælius Africanus <i>Cognomen Lælij Africanus erat in plerisque Liuij codicibus libro sexto huius belli: at quidam deleuere. Non est autem hic Lælius qui apud Ciceronem, sed apud Liuium libris aliquot de secundo bello Punico. Meminit Gellius horum libro 16 capite 4.</i>
148	1	565	COSS. M. Fuluius Nobilior Cn. Manlius Volfo <i>Huius anni meminit Plinius libro 33 capite 3. absq; Coss.</i>
	2	566	COSS. M. Valerius Messala C. Liuius Salinator <i>Meminit huius Cato apud Ciceronem non ita longe ab initio De senectute</i>
	3	567	COSS. M. Aemilius Lepidus C. Quintius Flamminius <i>Hic Flamminius uiam à Bononia perduxit Aretium</i>
	4	568	COSS. Sp. Posthumus Albinus Q. Martius Philippus <i>Plinius libro 33 capite 10 hos memorat Coss.</i>

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
449	1	569	COSS. Ap. Claudius Pulcher M. Sempronius Tuditanus Hoc anno P. Scipionem superiorem mortuū, ait Cato apud Ciceronem De senectute: Anno ante me, inquit, Censorem mortuus est, nouem annis post meum consulatum, quum Cos. iterum, me Cos. creatus esset. Quo in loco paulo ante legendum, quintus & trigessimus, non tertius, quod obiter notandum duximus
	2	570	COSS. P. Claudius Pulcher L. Portius Licinius Nobilis Catonis Censura
	3	571	COSS. M. Claudius Marcellus Q. Fabius Labeo Hic Marcellus alius est ab eo qui fuit Cos. anno 558. Hannibalis mors, autore Liuiο
	4	572	COSS. Cn. Boebius Pamphilus L. Aemilius Paulus Cassiodorus ac uetusti plerique codices, Pamphilus habent. Alij putant hoc tempore Romanos non pauca à Græcis sumpsisse, fortassis & quedam affectasse nomina peregrina, ut sunt homines nouarum rerum cupidi. Hic Paulus eius progenies uidetur, qui apud Cannas periit
150	1	573	COSS. P. Cornelius Lentulus Cethegus M. Boebius Pamphilus Meminit horum Plin. lib. 13. cap. 13. cum uirorum numero, huic nostro congruenti, si à primo Numæ anno supputabis
	2	574	COSS. A. Posthumius Albinus C. Calphurnius Piso
	3	575	COSS. L. Manlius Accidinus Q. Fuluius Flaccus Horum Coss. meminit Plin. lib. 35. cap. 3. cum numero etiam annorum
	4	576	COSS. M. Manlius Volfo M. Iunius Brutus Cn. Manlium habet Cassiodorus. Quidam autem Liuiani codices, A. Manlium habent, pro Cn.
151	1	577	COSS. C. Claudius Pulcher T. Sempronius Gracchus QVINTA DECAS Cicero libro secundo Officiorum, Plutarchus item, hunc, Tiberium non Titum uocant. error ex T. sola litera. fuit autem hic, T. & C. Gracchorum pater
	2	578	COSS. Cn. Cornelius Scipio Hispalus Q. Pætilius Spalo Huic mortuo subrogatus est M. Valerius Leuinus Spurinus est in recens inuentis Liuianis codicibus
	3	579	COSS. Q. Mutius Scauola M. Aemilius Lepidus
	4	580	COSS. Sp. Posthumius Paulus P. Mutius Scauola Plinium libro secundo capite 31 de his loqui puto: quanquam Q. Minutio apud eum, pro P. Mutio legitur. Et ita in Liuij fragmentis, Quinti mentio est
152	1	581	COSS. L. Posthumius Albinus M. Popilius Lenas
	2	582	COSS. C. Popilius Lenas P. Aelius Ligus Vide Ciceronem libro primo Officiorum, ubi de Catonis filio militante, de utro loquatur Popilio: nisi quis apud Ciceronem pro Popilio legendum putet, Paulum Aemilium, ut plane suspicor. Certe de Cos. huius temporis loquitur. Bellum cum Perseo
	3	583	COSS. P. Licinius Crassus C. Cassius Longinus Plinius libro 7 capite 4. horum meminit. In Gellio libro 9 capite 4. corrupte legitur Q. Licinius. Huius Crassi Cato apud Ciceronem semel atq; iterum meminit, opinor
	4	584	COSS. C. Hostilius Mancinus C. Attilius Seranus
153	1	585	COSS. Q. Martius Philippus II Q. Seruilius Cæpio Meminit horum Cicero De senectute, ubi de Ennij ætate, ubi plerique codices habent Scipione pro Cæpione
	2	586	COSS. L. Aemilius Paulus II C. Licinius Crassus Horum mentionem facit Cicero in Lelio, ubi tamen non recte Lucinio pro Licinio. Caterum locus ibidem corruptissimus. Si quis tempora & uiros conserat, & quæ præcedunt uerba perpendat
	3	587	COSS. Q. Aelius Pætus Catus M. Iunius Pœnus De hoc Plinius uidetur loqui libro 33 capite 11
	4	588	COSS. C. Sulpitius Gallus M. Claudius Marcellus Huius Sulpitij multi meminere scriptores, Plinius libro 2 capite 12. & Quintilianus libro primo & alij. His Coss. edita est Terentij Andria
154	1	589	COSS. T. Manlius Torquatus Cn. Octavius Terentij Hecyram his Coss. secundo datam scribunt, sed non placuisse. Videtur Cicero de hoc loqui lib. 1. Officiorum, ubi de Honorati hominis domo
	2	590	COSS. A. Manlius Torquatus Q. Cassius Longinus

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
	3	591	COSS. T. Sempronius Gracchus II M. Iuuentius Helua <i>His Coss. acta Terentij ἐαυτοῦ τιμωροῦ μωθ. Non est omissendus hic numerus, si Plutarcho credimus in uita Gracchorum, qui eum bis Cos. fuisse testatur. In Plinij libro 7 capite 53. quidam Talpa, quidam Talua scribunt</i>
	4	592	COSS. P. Scipio Nasica C. Martius Figulus <i>Hunc Nasicam Cicero in Bruto uocat Corculum: & nisi locus corruptus est, Nasica filium, eius qui Idæe matris sacra susceperat, consulq; fuit anno 563. Hunc autem Corculum dictum, Cicero bis Cos. fuisse, duobus perhibet locis</i>
155	1	593	COSS. M. Valerius Messala C. Fannius Strabo <i>Terentij Eunuchus ac Phormio actæ. Meminit horum Gellius libro 2 capite 24. & libro 15 capite 21. De hoc Fannio loqui uidetur Plinius libro 10 capite 50. Atque eo in loco XI legendum, non XL. ut quidam libri errant</i>
	2	594	COSS. L. Anitius Gallus M. Cornelius Cethegus <i>Terentij Adelphi acta bis Coss.</i>
	3	595	COSS. Cn. Cornelius Dolabella M. Fuluius Nobilior <i>Huius numeri annorum Urbis meminit Plin. lib. 7, cap. ultimo</i>
	4	596	COSS. M. Aemilius Lepidus C. Popilius Lenas II
156	1	597	COSS. Sex. Iulius Cæsar L. Aurelius Orestes <i>Hos Coss. septem annis ante Punicum tertium bellum memorat Plinius libro 33 capite 3</i>
	2	598	COSS. L. Cornelius Lentulus C. Martius Figulus II
	3	599	COSS. P. Cornelius Scipio Nasica II M. Claudius Marcellus II <i>Hic numerus non est omissendus. Est enim idem qui fuit Cos. anno 592. ut ex Ciceronis Bruto intelligitur</i>
	4	600	COSS. Q. Opimius L. Posthumius Albinus
157	1	601	COSS. Q. Fuluius Nobilior T. Annius Fufius <i>Vide quid sibi uelit hoc loco Cassiodori synchronismus, & que Florus libro 4.7 de incundis magistratibus habet</i>
	2	602	COSS. M. Claudius Marcellus III L. Valerius Flaccus
	3	603	COSS. L. Licinius Lucullus A. Posthumius Albinus <i>Meminit horum Gellius lib. 11. cap. 8. & Cicero De claris oratoribus Hic Albinus Romanâ historiam Græce scripsit, iisdem autoribus</i>
	4	604	COSS. L. Quintus Flaminius M. Acilius Balbus <i>Tertium bellum Punicum Cato apud Ciceronem fingitur his Coss. loquutus cum Scipione ac Lælio. Meminit horum Plinius libro 7 cap. 36, quod ideo admonemus, quod & apud hunc & apud Ciceronem nomina corrupta sunt</i>
158	1	605	COSS. L. Martius Censorinus M. Manlius <i>Cicero De somnio scipionis statim ab initio horum meminit, omnibus propemodum quæ nos uidimus exemplaribus corruptis. Meminit huius anni Plinius libro 29 capite 1 Plinius libro 22 capite 6. & Florus libro 4.9. Cassiodorus item, hunc Manlium uocant.</i>
	2	606	COSS. Sp. Posthumius Magnus L. Piso Cæsonianus
	3	607	COSS. P. Scipio Africanus Aemilianus C. Liuius Drusus
	4	608	COSS. L. Cornelius Lentulus L. Mummius Achaicus <i>Cassiodorus habet Cn. Cornelium</i>
159	1	609	COSS. Q. Fabius Maximus Aemilianus L. Hostilius Mancinus <i>De his Coss. Cicero in Lælio. Meminit huius Mancini Plinius libro 36 capite 4</i>
	2	610	COSS. Ser. Sulpitius Galba L. Aurelius Cotta <i>Suetonius in Galba huius meminit, ut puto, Sulpitij</i>
	3	611	COSS. Ap. Claudius Pulcher Q. Cæcilius Metellus Macedonicus
	4	612	COSS. L. Metellus Calvus Q. Fabius Maximus Seruilianus
160	1	613	COSS. Cn. Seruilius Cæpio Q. Pompeius Nepos

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
	2	614	COSS. C. Lælius Q. Seruilius Cæpio <i>Hunc Lælium sapientem usurpatum ait Cicero libro secundo Offi- ciorum, & De amicitia Dialogus ab eo habet nomen. Socer fuit Q. Mutij Scæuolæ Auguris, ac C. Fannij</i>
	3	615	COSS. Cn. Calphurnius Piso M. Popilius Lenas
	4	616	COSS. P. Scipio Nalica Serapion D. Iunius Brutus <i>Hoc Scipione autore Tib. Græchus in Capitolio à prima tibus cæsus est: ait Florus libro 58. Est autem eius filius qui Cos. fuit annis 592 & 599. ut ex Cicrone demonstratur</i>
161	1	617	COSS. M. Aemilius Lepidus Porcina C. Hostilius Mancinus
	2	618	COSS. P. Furius Philo Sex. Atilius Seranus
	3	619	COSS. Ser. Fuluius Flaccus Q. Calphurnius Piso
	4	620	COSS. P. Scipio Africanus Aemilianus II C. Fuluius Flaccus <i>Quum hic sit annus 14. à priore cōsultu Scipionis miror quid sibi Florus lib. 56 uelit, quum lege quæ nullos eosdē intra 10 annos Coss. creari permittit. Ceterum & Cn. Fuluius est in Floro, non C.</i>
162	1	621	COSS. C. Mutius Scæuola L. Calphurnius Piso <i>Mutium Cos. etiam Plutarchus ponit, quando cæsus est Tib. Græchus. Hoc ideo admonemus, quod in Floro perperam C. Antonius legitur, libro 58. Tib. Sempronij Græchi interitus</i>
	2	622	COSS. P. Popilius Lenas Q. Sulpitius Galba <i>Apud Florum libro 59. P. Atilius legitur, si codex non fallit. Cicero in Lælio, ubi de C. Blofio, pro Sulpitio habet Rutilium</i>
	3	623	COSS. P. Licinius Crassus L. Valerius Flaccus <i>Quidam hunc Licinium etiam Mutianum cognominant. Vide de eo Valerium libro 3 capite 2. & Gellium libro 1 capite 13</i>
	4	624	COSS. Ap. Claudius Lentulus M. Perpenna Nepos <i>De hoc Perpenna Valerius libro 3 capite 4.</i>
163	1	625	COSS. C. Sempronius Tuditanus M. Aquilius
	2	626	COSS. Cn. Octavius T. Annius Rufus
	3	627	COSS. L. Calsius Longinus Rauilia L. Cornelius Cinna
	4	628	COSS. M. Aemilius Lepidus L. Aurelius Orestes
164	1	629	COSS. M. Plaurius Hypsæus M. Fuluius Flaccus
	2	630	COSS. C. Calsius Longinus Sex. Domitius Caluinus <i>Dionysius libro 2 non ita longe à principio, anno 630 primum bella ciuilia coepisse ait. sed ego errorem decem annorū puto, legendumq; anno urbis 620. Florus libro 62. & Cassiodorus hunc C. Sextium uocant</i>
	3	631	COSS. Q. Cæcilius Metellus T. Quintius Flaminius Apellās
	4	632	COSS. Cn. Domitius Aenobarbus C. Fannius <i>Meminit horum Coss. Plinius libro 2 capite 32. quan- quam serè libri eo in loco corrupti C. Græchi interitus.</i>
165	1	633	COSS. L. Opimius Q. Fabius Maximus <i>Et huius cōsultus meminit Plinius libro 2 capite 29. ubi numeri fru- stra additi in plerisq; codicibus. Opimij etiam mentio apud eundem libro 14 capite 4. cum numero annorum urbis 634. quum tamen ca- pite 14. eiusdem libri, ac de eodem Opimio, sint anni 633. ut hic no- ster numerus. Ceterum & hunc Maximum Florus libro sexagesimo primo, Pauli nepotem uocat</i>
	2	634	COSS. P. Manilius C. Papyrius Balbus <i>Manlius, Cassiodorus</i>
	3	635	COSS. L. Cæcilius Metellus L. Aurelius Cotta

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
	4	636	COSS. M. Portius Cato Nepos Q. Martius Rex <i>Micipsa mors.</i> <i>Plinius libro 2 capite 31 horum meminit. & Gellius libro 13 capite 18</i> <i>In Floro, Cn. corrupte legitur pro Q.</i>
166	1	637	COSS. L. Cæcilius Metellus Diadema Q. Mutius Scauola
	2	638	COSS. C. Licinius Geta Q. Maximus Eburnus
	3	639	COSS. M. Aemilius Scaurus M. Cæcilius Metellus <i>De hoc Scauro in Iugurthino bello</i>
	4	640	COSS. M. Acilius Balbus C. Portius Cato <i>Attilius legitur apud Plinium libro 2 capite 29. & libro eodem capite 56. aut, ut alij, 58.</i>
167	1	641	COSS. C. Cæcilius Metellus Caprarius C. Papyrius Carbo <i>Cn. est in Plinio libro 2 capite 33</i>
	2	642	COSS. M. Livius Drusus L. Piso Cæsonianus
	3	643	COSS. P. Scipio Nafica L. Calphurnius Bestia <i>Videtur hic Serapionis filius, de quibus Cicero libro primo Officiorum, ubi de animorum uarietate.</i> <i>Iugurthinum bellum</i>
	4	644	COSS. M. Minutius Rufus Sp. Posthumius Albinus <i>Q. pro M. legitur in Sallustij codicibus de bello Iugurthino</i>
168	1	645	COSS. Q. Cæcilius Metellus Numidicus M. Iunius Syllanus <i>De hoc Metello Florus libro 65. quanquam cognomen eo in loco omisum. uicit enim Numidiam. Hic L. Luculli auunculus fuit. ait Plutarchus in Lucullo</i>
	2	646	COSS. Ser. Sulpitius Galba M. Aemilius Scaurus Hortensius
	3	647	COSS. L. Cassius Longinus C. Marius Nepos <i>Plinius libro 10 capite 13 habet L. Crassum: sed errore, ut puto, codicum. Hic à Tigurinis Heluetijs occisus est, ait Caesar libro primo de bello Gallico. & Florus libro 65.</i> <i>C. Marium, Nepotem quidam uocant: quum Plutarchus in eius uita, tertium se nomen nescire fateatur</i>
	4	648	COSS. C. Attilius Seranus Q. Seruilius Cæpio <i>Meminit horum Gellius libro 15 capite 28</i>
169	1	649	COSS. P. Rutilius Rufus C. Manlius Maximus
	2	650	COSS. C. Marius Nepos II C. Flauius Fimbria
	3	651	COSS. C. Marius Nepos III L. Aurelius Orestes
	4	652	COSS. C. Marius Nepos IIII Q. Lucretius Catulus <i>Plutarchus in Mario ait, quartum Consulatum Marium gessisse cum Q. Catulo. ita Florus, ita Cassiodorus, ita Plinius libro 17 capite 1. in quibusdam libris inuersi erant Coss. huius atque sequentis anni altera ex parte</i>
170	1	653	COSS. C. Marius Nepos V M. Aquilius
	2	654	COSS. C. Marius Nepos VI L. Valerius Flaccus <i>Meminit huius Consulatus Plinius libro 2 capite 34. quanquam Cn. ibi pro C. præterea numerus omisus</i>
	3	655	COSS. M. Antonius A. Posthumius Albinus <i>Meminit horum Plinius libro 8 capite 7. etiam cum annis ab Vrbe condita. Gellius item meminit libro 4. capite 6</i>
	4	656	COSS. Q. Cæcilius Metellus T. Didius Viuius
171	1	657	COSS. Cn. Cornelius Lentulus Clodianus P. Licinius Crassus <i>Plinius bis eorum meminit libro 30 capite 1. iterum libro 10 capite 2. quanquam hoc in loco, M. non Cn. Cornelius dicitur</i>
	2	658	COSS. Cn. Domitius Aenobarbus C. Cassius Longinus
	3	659	COSS. L. Licinius Crassus Q. Mutius Scauola <i>P. est in Cassiodoro</i>

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.	COSS.	
	4	660	C. Cælius Caldus L. Domitius Aenobarbus
172	1	661	C. Valerius Flaccus M. Herennius <i>Plinius hos nominat libro 19 capite 3</i>
	2	662	P. Claudius Pulcher M. Pulcher Perpenna <i>C. Claudius in Cassiodoro</i>
	3	663	L. Martius Philippus Sex. Iulius Cæsar <i>Mentio est horum apud Plinium libro 33 capite 3. & libro 2 capite 85. aut, ut alij enumerant, 83. Bellum Sociale</i>
	4	664	L. Iulius Cæsar P. Rutilius Lupus
173	1	665	Cn. Pompeius Strabo L. Portius Cato <i>Plinius libro 3 capite 5 ubi de oppido Stabijs in Campano agro, de his loqui mihi videtur, quanquam nomina ferè ibidem corrupta in omnibus, quotquot nos vidimus, exemplaribus. Hic autè Pompeius Magni Pompeij pater fuit, autoribus Plutarcho ac Floro</i>
	2	666	L. Cornelius Sylla Q. Pompeius Rufus
	3	667	Cn. Octavius L. Cornelius Cinna <i>Hic Octavius quod Cinna obstitisset, ab eo ac C. Mario occisus est, cum eo etiam M. Antonius uir eloquentissimus ac C. Cæsar</i>
	4	668	C. Marius Nepos VII L. Cornelius Cinna II
174	1	669	Cn. Papyrius Carbo L. Cornelius Cinna III
	2	670	L. Cornelius Cinna IIII Cn. Papyrius Carbo II
	3	671	L. Scipio Asiaticus C. Norbanus Bulbus
	4	672	Cn. Papyrius Carbo IIII C. Marius Gratidianus <i>Meminit horum Plinius libro 7 capite 48 & 49 ubi in priore capite numerus IIII omisus est, in sequente non item. Et de hoc Plinius lib. 34. ca. 6</i>
175	1	673	M. Tullius Decola Cn. Cornelius Dolabella <i>Meminit horum Gellius libro 15 capite 28 sicut & sequentis anni</i>
	2	674	L. Cornelius Sylla II Q. Metellus Pius
	3	675	P. Seruilius Vatia Isauricus Ap. Claudius Pulcher
	4	676	M. Aemilius Lepidus Q. Lucretius Catulus <i>Horum meminit Plinius sepe, ut libro 10 capite 21. & libro 36 capite 6. ubi in numero annorum erratum est decem annis. item libro eodem capite 15. & libro 35 capite 3. & Florus libro 90. Cicero libro 1 Officiorum, de decoro, patrem ac filium Catulos ponit, quare hic uidetur filius eius qui fuit Cos. anno Urbis 652</i>
176	1	677	M. Aemilius Mamercus D. Brutus Iulianus
	2	678	Cn. Octavius C. Scribonius Curio <i>Plinius libro 2 capite 35 horum mentionem facit</i>
	3	679	L. Aurelius Cotta L. Octavius <i>C. Aurelius est in Cassiodoro. Placet autem ut sint Coss. qui iterum decennio post.</i>
	4	680	L. Licinius Lucullus M. Aurelius Cotta <i>Et huius Luculli meminit Plinius libro 36 capite 6. & Florus libro 94. & 95. Plutarchus etiam in Lucullo ait Coss. hos factos circa 177 olympiada</i>
177	1	681	C. Cassius Varus M. Licinius Lucullus
	2	682	L. Gellius Publicola Cn. Cornelius Lentulus
	3	683	P. Cornelius Lentulus Cn. Aufidius Orestes
	4	684	Cn. Pompeius Magnus M. Licinius Crassus <i>His Coss. natum aiunt Virgilium</i>

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
178	1	685	COSS. Q. Hortensius Nepos Q. Cæcilius Metellus
	2	686	COSS. L. Cæcilius Metellus Creticus Q. Martius Vatia <i>Sallustius in Catilina uidetur hunc Q. uocare, non L. ubi Roma parat arma. & Florus item libro 99</i>
	3	687	COSS. C. Calphurnius Piso M. Acilius Glabrio
	4	688	COSS. M. Aemilius Lepidus L. Iulius Tullus <i>Sallustius in Catilina hos Coss. ponit sub quibus designati sequentis anni Coss. P. Cornelius Sylla, & P. Antronius Pætus legibus ambitus interrogati pœnas dederunt</i>
179	1	689	COSS. L. Aurelius Cotta II L. Manlius Torquatus II <i>Hoc anno natus est Horatius</i>
	2	690	COSS. L. Iulius Cæsar Q. Martius Thermus <i>Sallustius in Catilina cum L. Cæsare nominat C. Figulum</i>
	3	691	COSS. M. Tullius Cicero C. Antonius <i>Sallustius in Catilina, & Plin. lib. 8. ca. 53. Ceterum idem Plin. Cicerone consule numerat annum Urbis 700. errore haud dubie, lib. 9. cap. 39 Catiline coniuratio</i>
	4	692	COSS. D. Iunius Syllanus L. Murena
180	1	693	COSS. M. Pupius Piso Calphurnianus M. Valerius Messala <i>Meminit horum Plin. lib. 7. ca. 26. & lib. 8. ca. 36. & lib. 37 ca. 2. ab initio. & Cæsar lib. 1 de bello Gallico</i>
	2	694	COSS. L. Atranius Q. Cæcilius Metellus Celer <i>Plin. hunc C. Afranium uocat lib. 2. cap. 69. & hunc Metellum Celerem, & Sallustius in Catilina</i>
	3	695	COSS. C. Iulius Cæsar M. Calphurnius Bibulus
	4	696	COSS. L. Piso Cæsonianus A. Gabinius <i>Hic Piso, Cæsaris socer fuit, cuius filia Calphur nia Cæsari nupta, Plutarchus autor Bellum Gallicum quod C. Cæsar gessit</i>
181	1	697	COSS. P. Cornelius Lentulus Q. Metellus Nepos <i>De horum collegio Plin. lib. 7. cap. 12</i>
	2	698	COSS. Cn. Lentulus Marcellinus L. Martius Philippus <i>Hunc puto Augusti uiricum fuisse</i>
	3	699	COSS. Cn. Pompeius Magnus II M. Licinius Crassus II
	4	700	COSS. L. Domitius Aenobarbus Ap. Claudius Pulcher <i>Suetonius de hoc initio Neronis, antea autem admonimus, Plin. li. 9. ca. 39. hunc annorū numerū ab Urbe con. tribuisse Ciceroni Cos. sed haud dubio codicum errore plus X annis</i>
182	1	701	COSS. Cn. Domitius Caluinus M. Valerius Messala <i>P. Clodius à Milone cæsus</i>
	2	702	COSS. Cn. Pompeius Magnus III solus Q. Metellus Scipio <i>Plin. li. 15. ca. 1. Pompeij IIII consulatum numerat sed codices, ut puto, errant. Et quamuis Pompeius solus Cos. creatus esset, tamen socerum Metellum Scipionem in collegam ad V mensis delegit, ait Plutarchus in Pompeio</i>
	3	703	COSS. Ser. Sulpitius Rufus M. Claudius Marcellus <i>Meminit huius Suetonius in Cæsare</i>
	4	704	COSS. L. Aemilius Paulus C. Claudius Marcellus <i>Plin. horum mentionem facit lib. 2. cap. 58 Suetonius in Cæsare ait hunc Caium Marci Mar celli patruelem fuisse fratrem</i>
183	1	705	COSS. C. Claudius Marcellus III C. Lentulus Cruscellus
	2	706	COSS. C. Iulius Cæsar III P. Seruilius Isauricus <i>C. Iulius Cæsar oppressa Rep. primus singulare imperium obtinuit</i>
	3	707	COSS. Q. Fufius Calenus P. Vaticanus <i>Meminit Plin. lib. 8. cap. 7</i>
	4	708	COSS. C. Iulius Cæsar IIII M. Aemilius Lepidus
184	1	709	COSS. C. Iulius Cæsar IIII solus Fabius Maximus <i>Cassiodorus hunc apponit</i>

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		
	2	710	COSS. C. Iulius Cæsar V M. Antonius P. Cornelius Dolabella Cæsari successus
	3	711	COSS. A. Hirtius C. Cæsar Octavianus C. Vibius Pansa Q. Pedius Ab hoc anno quidam Augusti ordiuntur imperium. Huius Pedij meminit Plin. li. 35. ca. 4. & eius nepotis
	4	712	COSS. M. Aemilius Lepidus II L. Munatius Plancus Suetonius in Augusto: C. Cæsar Octavianus primum cum M. Antonio, M. q; Lepido: deinde tantum cum Antonio per XII fere annos, nouissime per IIII & XL solus Rempub. tenuit. Horum Coss. meminit Plin. lib. 2. cap. 31. & Suetonius in Tiberio
185	1	713	COSS. P. Seruilius Isauricus II L. Antonius Patas Hoc loco hic Seruilius Cos. II dicitur, quum apud Eusebium in Chronicis, si codices non fallunt, sub mortem Iulij Cæsaris publico funere elatus dicatur. Hic L. Antonius M. Antonij Triumuii frater fuit, ait Florus libro 125
	2	714	COSS. Cn. Domitius Calvinus C. Asinius Pollio
	3	715	COSS. L. Portius Censorinus C. Caluiscus Sabinus
	4	716	COSS. Ap. Claudius Pulcher C. Norbanus Flaccus
186	1	717	COSS. M. Vipsanius Agrippa L. Caninius Gallus
	2	718	COSS. L. Gellius Publicola M. Cocceius Nerua Meminit huius Satyra quinta Horatius
	3	719	COSS. L. Cornificius Sex. Pompeius
	4	720	COSS. L. Scribonius Libo L. Atratinus
187	1	721	COSS. C. Cæsar Octavianus III M. Tullius Cicero Quidam pro Cicerone, M. Lelium Volcatium Tullum posuerunt. Casiodorus, L. Volcatium. at ex Plutarcho atq; etiam ex Plinio libro 21. capite 6 satis liquet M. Tullij Ciceronis fuisse filium
	2	722	COSS. Cn. Domitius Aenobarbus C. Sossius
	3	723	COSS. C. Cæsar Octavianus IIII M. Valerius Messala C. Cæsar Octavianus solus. Augusti uerum imperium, autore Suetonio, & ciuili bello finis impositus, Dionysius libro primo
	4	724	COSS. C. Cæsar Octavianus IIII M. Licinius Crassus
188	1	725	COSS. C. Cæsar Octavianus V Sex. Apuleius
	2	726	COSS. C. Cæsar Octavianus VI M. Vipsanius Agrippa II
	3	727	COSS. C. Cæsar Octavianus VII M. Vipsanius Agrippa III
	4	728	COSS. C. Cæsar Octavianus Augustus VIII T. Statilius Taurus
189	1	729	COSS. C. Cæsar Octavianus Augustus IX M. Iunius Syllanus
	2	730	COSS. C. Cæsar Octavianus Augustus X C. Norbanus Flaccus Nomen hoc etiam anno 716
	3	731	COSS. C. Cæsar Octavianus Augustus XI Cn. Calphurnius Piso
	4	732	COSS. M. Claudius Marcellus L. Arruntius
190	1	733	COSS. M. Lollius Q. Lepidus Meminit Horatius horum Coss. libro 1 Epistolarum uersu ultimo
	2	734	COSS. M. Apuleius P. Sillius Nerua

Olym. piades	Anni ab urbe cō.	COSS.		
	3	735	COSS. C. Sentius Saturninus Sp. Lucretius Cinna	Eusebius in Chronicis his Coss. ait mortuum Virgilium. Q. pro Sp. est in Castodoro, & in uita Virgilij
	4	736	COSS. Cn. Cornelius Lentulus P. Cornelius Lentulus	
191	1	737	COSS. T. Furnius C. Iunius Syllanus	
	2	738	COSS. L. Domitius Aenobarbus P. Scipio	
	3	739	COSS. M. Drusus Lilius L. Calphurnius Piso	
	4	740	COSS. M. Licinius Crassus Cn. Lentulus Augur	
192	1	741	COSS. Cl. Tiberius Nero Q. Quintilius Varus	P. pro Q. habet Castiodorus
	2	742	COSS. M. Valerius Messala II P. Sulpitius Quirinius	Huius, ut multi putat, mentio est apud euangelistā Lucā ca. 5
	3	743	COSS. Q. Aelius Tubero Paulus Fabius Maximus	Plinius libro 8 capite 17
	4	744	COSS. Iulius Antonius Fabius Africanus	Suetonius in Claudio
193	1	745	COSS. Drusus Nero L. Quintius Crispinus	
	2	746	COSS. C. Martius Censorinus C. Asinius Gallus	
	3	747	COSS. Cl. Tiberius Nero II Cn. Calphurnius Piso	Hos Coss. Diony. li. 1. ait fuisse olympiade 193. annum autem ab Vrbe con. 745 numerat, rotādo prorsus numero, duos ta- men annos à nostra supputatione differens, ut alibi diximus
	4	748	COSS. D. Laelius Belbus C. Antistius Vetus	
194	1	749	COSS. C. Cæsar Octavianus Augustus XII L. Sylla	
	2	750	COSS. C. Calpurnius Sabinus II L. Passienus Rufus	Anni à nat. chr.
	3	751	COSS. C. Lentulus Getulicus M. Messalinus	IESV CHRISTI natalis. 1
	4	752	COSS. C. Cæsar Octavianus Augustus XIII M. Plautius Siluanus	2
195	1	753	COSS. Collus Cornelius Lentulus L. Calphurnius Piso	Id nominis est etiam anno 759 3
	2	754	COSS. P. Vinitius P. Alfenus Varus	Inter hos atq; prioris anni Coss. in Castodoro erant Coss. C. Cæsar Octavianus Augustus XIII. & L. Paulus, sed Suetonij supputationes hunc annum non admittunt 4
	3	755	COSS. L. Aelius Lamia M. Seruilius	5
	4	756	COSS. Sex. Aelius Catulus C. Sentius Saturninus	6
196	1	757	COSS. Cn. Cinna Magnus L. Valerius Messala	7
	2	758	COSS. M. Aemilius Lepidus L. Arruntius	Id nominis antea etiam fuit anno Urbis 752 8
	3	759	COSS. Q. Cæcilius Creticus A. Licinius Nerua	9
	4	760	COSS. M. Furius Camillus Sex. Nonius Quintilianus	10
197	1	761	COSS. Q. Sulpitius Camerinus C. Poppæus Sabinus	Meminit horum Suetonius in Vespasiano, & Pli. li. 7. ca. 48. quod ideo admonemus, ut mendum in eo loco tollatur 11

Olym/ piades	Anni ab urbe cō.		Anni Christi
	2	762 COSS. P. Cornelius Dolabella C. Iunius Syllanus	12
	3	763 COSS. M. Aemilius Lepidus T. Statilius Taurus II	13
	4	764 COSS. Germanicus Cæsar C. Fonteius Capito	14 <i>Meminit Suetonius in Caligula</i>
198	1	765 COSS. L. Munatius Plancus II C. Silius	15
	2	766 COSS. Sex. Pompeius Sex. Apuleius	16 <i>Suetonius in Augusto</i>
	3	767 COSS. Drusus Cæsar C. Norbanus Flaccus	17 <i>Claudius Tiberius Cæsar Horum Coss. meminit Suetonius in Vitellio</i>
	4	768 COSS. Sifenna Statilius Taurus L. Scribonius Libo	18
199	1	769 COSS. L. Pomponius Flaccus C. Cælius Rufus	19
	2	770 COSS. Cl. Tiberius Nero Cæsar III Germanicus Cæsar II	20
	3	771 COSS. M. Iunius Syllanus L. Norbanus Balbus	21 <i>Mentio est horum Coss. apud Pli. li. 2. ca. 87. aut, ut alij, 89. T. Liuij historiographi mors, auctore Eusebio.</i>
	4	772 COSS. M. Valerius Messala M. Aurelius Cotta	22

F I N I S

G L A R E A N V S

HACTENVS præter unum aut alterum annum, Liuiana est historia, cui nos potissimum hanc partem Chronologiam: quod reliquum Consulum est, à Gregorio Haloandro diligenter collectum, subiungere placuit, ipsius ordine ac uerbis, ne in alieno opere ingeniosi uideremur: nisi quod annos ab eicctis regibus omisimus: qui facile ex anno, qui primos præcedit Coss. sciri potest. Sunt igitur nunc in sequentibus Coss. unius anni per unum uersum, non duos descripti, ut illum in toto opere suo obseruasse uidimus. Quapropter si quid in his erratum est, quod equidem nescio, fidem meam hac confessione apud Lectores purgatam uolo.

GREGORIVS HALOANDER

Olym piad.	Anni urbis			Anni Christi
200	773	Claud. Tiberius Nero Cæsar IIII	Drusus Cæsar II	23
	774	D. Haterius Agrippa	C. Sulpitius Galba	24
	775	C. Asinius Pollio	C. Antistius Vetus	25
	776	Sex. Cornelius Cethegus	L. Vifellius Varro	26
201	777	M. Asinius Agrippa	Cossus Cornelius Lentulus	27
	778	Cn. Lentulus Getulicus	C. Calpurnius Sabinus	28
	779	M. Licinius Crassus	L. Calphurnius Piso	29
	780	App. Iunius Syllanus	P. Silius Nerva	30
202	781	C. Rubellius Geminus	C. Fusius Geminus	31
<i>His Coss. ad VIII calen. April. Dei filius IESVS CHRISTVS Dominus Deus & saluator noster ac redemptor cruci affigitur, si quid Tertulliano credimus: nam alij secus opinantur.</i>				
	782	M. Vinitius Quartinus	C. Cassius Longinus Iurifconsul.	32
	783	Cl. Tiberius Cæsar V solus, licet postmodum collegam assumpserit Aelium Seianum		33
	784	Fur. Camillus Arruntius Scribonianus	Cn. Domitius Aenobarbus	34
203	785	Ser. Sulpitius Galba	L. Cornelius Sylla	35
	786	L. Vitellius	Paulus Fabius Priscus	36
	787	P. Gallus Camerinus	Q. Nonianus	37
	788	Sex. Papinius Galkienus	Quintius Plautianus	38
204	789	C. Acerronius Proculus	C. Pontius Nigrinus	39
C. Cæsar Caligula				
	790	C. Cæsar Caligula II	L. Cæstianus	40
	791	M. Aquilius Iulianus	L. Nonius Asprenas	41
	792	C. Cæsar Caligula III. & solus		42
205	793	C. Cæsar Caligula IIII	L. Volusius Saturninus	43
Tib. Claudius Cæsar				
	794	Tiberius Claudius Cæsar II	Longus	44
	795	Tib. Claudius Cæsar III	L. Vitellius II	45
	796	L. Quintius Crispinus II	M. Statilius Taurus	46
206	797	M. Vinitius Quartinus II	A. Cornelius Coruinus	47
	798	P. Valerius Asiaticus II	L. Cornelius Syllanus	48
	799	Tib. Claudius Cæsar IIII	L. Vitellius III	49
	800	A. Vitellius	L. Vipsianus Publicola	50
207	801	Q. Veranius	C. Pompeius Gallus	51
	802	C. Antistius Vetus	M. Sullius Seruilianus	52
	803	Tib. Claudius Cæsar V	Ser. Cornelius Orphitus	53
	804	Faustus Sylla	Syluius Otho	54
208	805	D. Iunius Syllanus	Q. Haterius Antoninus	55
	806	M. Asinius Marcellinus	M. Acilius Auola	56
Cl. Domitius Nero Cæsar				
	807	Claudius Nero Cæsar	L. Antistius Vetus	57
	808	Q. Volusius Saturninus	P. Cæpio	58
209	809	Claud. Nero Cæsar II	L. Calphurnius Piso	59
	810	Claud. Nero Cæsar III	M. Valerius Messala	60

Olym piad.	Anni urbis			Anni Christi
	811	C. Vipsanius Apronianus	L. Fonteius Capito	61
	812	Claud. Nero Cæsar IIII	Cossus Cornelius Lentulus	62
210	813	Cælonius Pætus	Petronius Turpilianus	63
	814	P. Marius	L. Aferius Gallus	64
	815	L. Memmius Regulus	Virginus Rufus	65
	816	Q. Lecanius Bassus	M. Licinius Crassus Frugi	66
211	817	Silius Nerua	Atticus Vestinus	67
	818	C. Suetonius Paulinus	L. Telesinus	68
	819	Fonteius Capito	Iulius Rufus	69
	820	Valerius Turpilianus Trachala	Silius Italicus poeta	70
Ser. Sulpitius Galba Cæf.				
212	821	Ser. Galba A. II	T. Iunius	71
<i>Trucidato Galba nouæ tēpestates & cedes in rep. extiterūt, donec verū potiretur Fl. Vespasianus pater, qui reip. statū pristinū & orbi pacē restituit. Nam neq; M. Silius Otho ultra menses III dies V. neq; A. Vitellius ultra menses VIII dies X imperauit</i>				
Flavius Vespasianus pater				
	822	Fl. Vespasianus A. II	T. Vespasianus Cæf.	72
	823	Fl. Vespasianus A. III	Cocceius Nerua	73
	824	Fl. Vespasianus A. IIII	T. Vespasianus filius Cæsar II	74
213	825	Fl. Domitianus II	Valerius Messalinus	75
	826	Fl. Vespasianus A. V	Tit. Vespasianus Cæf. III	76
	827	Fl. Vespasianus A. VI	Tit. Vespasianus Cæf. IIII	77
	828	Fl. Vespasianus A. VII	Tit. Vespasianus Cæf. V	78
214	829	Fl. Vespasianus A. VIII	Fl. Domitianus VI	79
	830	Commodus	Priscus	80
	831	Fl. Vespasianus A. IX	Tit. Vespasianus Cæf. VI	81
T. Vespasianus filius				
	832	T. Vespasianus A. VII	Fl. Domitianus VII	82
215	833	Sylvanus	Verus Pollio	83
Fl. Domitianus				
	834	Fl. Domitianus A. VIII	Valerius Messalinus II	84
	835	Fl. Domitianus A. IX	Virginus Rufus II	85
	836	Fl. Domitianus A. X	Sabinus	86
216	837	Fl. Domitianus A. XI	Furuis	87
	838	Fl. Domitianus A. XII	Ser. Cornelius Dolabella	88
	839	Fl. Domitianus A. XIII	A. Volusius Saturninus	89
	840	Fl. Domitianus A. XIII	L. Minutius Rufus	90
217	841	Fuluis	Atratinus	91
	842	Fl. Domitianus A. XV	Cocceius Nerua II	92
	843	Glabrio	Vlp. Traianus Crinitus	93
	844	Fl. Domitianus A. XVI	Volusius Saturninus II	94
218	845	Collega	Priscinus	95
	846	Nontus Asprenas	Lateranus	96
	847	Fl. Domitianus A. XVII	Flavius Clemens	97
	848	Antistius Verus	L. Valerianus alias Valens in Eutro.	98
Cocceius Nerua				
219	849	Cocceius Nerua A. III	Virginus Rufus	99
	850	Cocceius Nerua A. IIII	Vlp. Traianus Crinitus II	100
Vlp. Traianus				
	851	Palma	Sosius Senecio II	101
	852	Vlp. Traianus A. III	M. Fronto	102
220	853	Vlp. Traianus A. IIII	Articuleius Pætus	103
	854	Sosius Senecio III	Licinius Sura II	104
	855	Vlp. Traianus A. V	Q. Maximus II	105
	856	Suranus II	Seruianus Marcellus II	106
221	857	Candidus	Vuidius Quadratus II	107
	858	Commodus	Cerealis	108

Olym piad.	Anni urbis		Anni Christi	
	859	Sossius Senecio IIII	Lcinius Sura IIII	109
	860	App. Ann. Trebonius Gallus	Metilius Bradua	110
222	861	Palma II	Caluissius Tullus	111
	862	Priscinus II	Solenus Orphitus	112
	863	Calphurnius Piso	Rusticus Bolanus	113
	864	Vlp. Trafanus A.VI	Iul. Africanus	114
223	865	Iuuentius Celsus Filius iurisconsultus	Crispinus	115
	866	C. Piso Vopiscus	Seruilus Hasta	116
	867	Valerius Messala	Q. Pedro	117
	868	Aemilius Aelianus	L. Vetus	118
224	869	Quintius Niger	T. Apronianus	119
Aelius Hadrianus				
	870	Aelius Hadrianus A. I I	Salinator	120
	871	Aelius Hadrianus A. III I	Rusticus	121
	872	Catilius Seuerus II	T. Aurel. Fulvius Antoninus	122
225	873	Annius Verus	Augur	123
	874	Acilius Auifola	Corellius Panfa	124
	875	Pætinus	Cassius Apronianus	125
	876	M. Acilius Glabrio	C. Bellicius Torquatus	126
226	877	Astiatius II	Q. Aquilinus	127
	878	Aelius Verus IIII	Ambiguus Bibulus	128
	879	Artilius Titianus	Gallicanus	129
	880	Torquatus Asprenas	Annius Libo	130
227	881	Iuuentius Celsus II	Neratius Marcellus	131
	882	Catullinus	Aper	132
	883	Lenas Pontianus	Antonius Rufinus	133
	884	Augurinus	Sergianus	134
228	885	Tiberius	Silenna	135
	886	Sergius Sertianus	Verus	136
	887	Pompeianus Lupercus	Atticus Atilianus	137
	888	L. Ceionius Commodus	Ciuita Pompeianus II	138
229	889	L. Aelius Cæsar II	Balbinus	139
	890	Niger	Camerinus	140
T. Aurel. Fulvius Antoninus Pius				
	891	T. Antoninus Pius A. I I	Brutius Præfens	141
	892	T. Antoninus Pius A. III I	Aelius Aurelius Cæsar	142
230	893	Plautius Sylvianus	Iul. Seuerus	143
	894	Rufinus	Quadratus	144
	895	Torquatus II	Herodes Atticus	145
	896	Lollianus Auitus	Gaius Maximus	146
231	897	T. Antoninus Pius A. IIII I	Aelius Aurelius Cæsar II	147
	898	Clarus II	Seuerus	148
	899	Largus	Messalinus	149
	900	Torquatus IIII	Iulianus	150
232	901	Orphitus	Priscus	151
	902	Gallicanus	Venustus	152
	903	Maximus	Gordianus	153
	904	Glabrio	Homullus	154
233	905	Præfens	Rufinus	155
	906	Aelius Commodus	Sextilius Lateranus	156
	907	Sabinus II	Seuerus	157
	908	Sylvianus	M. Vibullius Augurinus	158
234	909	Barbatus	Regulus	159
	910	Tertullus	Sacerdos	160
	911	Quintillus	Priscus	161

Olym piad.	Anni urbis		Anni Christi
	912	Verus II Eusebius addit adhuc annū Ant. Pio	162
		Metilius Bradua	
		M. Aelius Antoninus philosophus & L. Aelius Commodus Verus Diui fratres duo AA. simul	
235	913	M. Antoninus philosophus A	163
	914	Iun. Rusticus	164
	915	L. Aelianus	165
	916	Macrinus	166
236	917	Pudens	167
	918	Pudens II	168
	919	Verus III	169
	920	Apronianus	170
237	921	Priscus	171
	922	Erutius Clarus II	172
		M. Aelius Antoninus philosophus solus	
	923	Seuerus	173
	924	Maximus	174
238	925	Seuerus II	175
	926	Gallus	176
	927	Piso	177
	928	Pollio II	178
		M. Aelius pater & Commodus filius Antonini AA	
239	929	Antoninus Commodus A	179
	930	Orphitus	180
	931	Antoninus Commodus A. II	181
		Antoninus Commodus solus	
	932	Arrius Præfens	182
240	933	Antoninus Commodus A. III	183
	934	Petronius Mamertinus	184
	935	Antoninus Commodus A. IIII	185
	936	M. Marullus	186
241	937	Maternus	187
	938	Antoninus Commodus A. V	188
	939	Crispinus	189
	940	Fuscianus	190
242	941	Duo Silani	191
	942	Antoninus Commodus A. VI	192
	943	Apronianus	193
	944	Antoninus Commodus A. VII	194
		P. Aelius Pertinax	
243	945	Falco	195
		Clarus Non est apud Eusebiū hic annus totus	
		<i>Pertinace post alterum mensem. et dies XXV quam Imperator factus erat, V. cal. April. occiso, Didius Iulianus cædis autor, per menses II et V dies tantummodo imperium tenuit. Hunc deinde sequutus est L. Septimius Seuerus cum M. Bassiano Antonino Caracalla filio.</i>	
	946	Septimius Seuerus A. I	196
	947	Tertullus	197
	948	L. Turpilius Dexter	198
244	949	Lateranus	199
	950	Ti. Saturninus	200
	951	P. Cornelius Anulinus	201
	952	L. Septimius Seuerus A. III	202
245	953	L. Annius Fabianus	203
	954	L. Septimius Seuerus A. IIII	204
	955	Geta Cæsar	205
	956	Fabius Chilo	206
246	957	Bassianus Antoninus A. II	207
	958	Clodius Albinus	208

Olym piad.	Anni urbis		Anni Christi
	959	Aper	209
	960	Balsianus Antoninus A.III	210
247	961	Pompeianus	211
	962	Faustinus	212
	963	Gentianus	213
M. Antoninus Caracalla solus			
	964	Duo Aspri	214
248	965	Antoninus A.IIII	215
	966	Messala	216
	967	Lætitius II	217
	968	Sabinus II aliàs Aquilinus	218
249	969	Præfens	219
Opilius Macrinus			
	970	Antoninus Heliogabalus	220
M. Antoninus Heliogabalus			
	971	Antoninus A.II	221
	972	Antoninus A.III	222
250	973	Gratus	223
	974	Antoninus A.IIII	224
Aurelius Alexander Seuerus			
	975	Maximus II	225
	976	Iulianus II	226
251	977	Fuscus	227
	978	Alexander A.II	228
	979	Albinus	229
	980	Modestus	230
252	981	Alexander A.III	231
	982	Agricola	232
	983	Pompeianus	233
	984	Lupus	234
253	985	Maximus II	235
	986	Maximus III	236
	987	Seuerus	237
Iul. Maximinus cum filio			
	988	Maximinus A	238
254	989	Perpetuus	239
	990	Pius	240
Gordianus iunior			
	991	Gordianus A	241
	992	Sabinus II	242
255	993	Gordianus A.II	243
	994	Atticus	244
	995	Arrianus	245
	996	Peregrinus	246
M. Iul. Philippus			
256	997	Philippus A	247
	998	Præfens	248
	999	Philippus A.II	249
	1000	Philippus A.III	250
257	1001	Aemilianus	251
Decius cum filio Cæsare			
	1002	Decius A.II	252
	1003	Decius A.III	253
Gallus Hostilianus & Volusianus fil.			
	1004	Virius Gallus A.II	254

Olym piad.	Anni urbis			Anni Christi
258	1005	Volusianus A. II	Valer. Maximus	255
Licinius, Valerianus & Galienus				
	1006	Valerianus A. II	Gallienus A	256
	1007	Valerianus A. III	Gallienus A. II	257
	1008	Valer. Maximus II	Glabrio	258
259	1009	Valerianus A. IIII	Gallienus A. III	259
	1010	Aurel. Tuscus alias Fuscus	Pomponius Bassus	260
	1011	Aemilianus	Bassus	261
	1012	Corn. Secularis II	Iun. Donatus	262
Gallienus & Valerianus iunior				
260	1013	Gallienus A. IIII	Patronus Volusianus	263
	1014	Gallienus A. V	Fauftinus	264
	1015	Numius Albinus	Max. Dexter	265
	1016	Gallienus A. VI	Saturninus	266
261	1017	Valerianus A. II	Lucillus	267
Gallienus solus				
	1018	Gallienus A. VII	Sabinillus	268
	1019	Paternus	Arcefilaus	269
	1020	Paternus II	Marinianus	270
Fl. Claudius				
262	1021	Claudius A	Quinius Paternus	271
	1022	Fl. Antiochianus	Lurius Orphitus	272
Valer. Aurelianus				
	1023	Valer. Aurelianus A. II	Ceionius Bassus	273
	1024	Quinctus	Voldumianus	274
263	1025	Ann. Tacitus	Placidianus	275
	1026	Aurelianus A. III	Capitolinus	276
	1027	Aurelianus A. IIII	Marcellinus	277
	1028	Ann. Tacitus II	Aemilianus	278
<i>Occiso per serui sui fraudem Aureliano A. per sex menses Imperator ex Cos. factus Ann. Tacitus & ipse perit. Quod idem & Floriano Taciti fratri, per menses duos diesq; uiginti, arrepto imperio contigit. Post hos Imperium adeptus est</i>				
Aurelius Probus				
264	1029	Aurel. Probus A	Paulinus	279
	1030	Aurel. Probus A. II	Lurius Lupus	280
	1031	Aurel. Probus A. III	Quinius Paternus II	281
	1032	Iun. Messala	Gratus	282
265	1033	Aurel. Probus A. IIII	Iun. Tyberianus	283
	1034	Aurel. Probus A. V	Pompon. Victorinus	284
Carus, Carinus & Numerianus				
	1035	Carus A	Carinus A	285
Carinus & Numerianus				
	1036	Carinus A. II	Numerianus A	286
Diocletianus Iouius				
266	1037	Diocletianus A. I	Aristobulus	287
Diocletianus Iouius & Maximianus Herculis				
	1038	Iun. Maximus II	Aquilinus	288
	1039	Diocletianus A. III	Maximianus A	289
	1040	Maximianus A. II	Pomponius Ianuarius	290
267	1041	Bassus II	Quintianus	291
	1042	Diocletianus A. IIII	Maximianus A. III	292
	1043	Iun. Tyberianus II	Cassius Dion	293
	1044	Afranius Hannibalianus	Aclepiodorus	294
268	1045	Diocletianus A. V	Maximianus A. IIII	295
	1046	Constantius Cæs.	Maximianus Cæs.	296

Olym piad.	Anni urbis			Anni Christi
	1047	Numidius Tuleus	Anulinus	297
	1048	Diocletianus A. VI	Constantius Cæs. II	298
269	1049	Maximianus A. V	Maximianus Cæs. II	299
	1050	Anicius Faustus II	Gallus	300
	1051	Diocletianus A. VII	Maximianus A. VI	301
	1052	Constantius Cæs. III	Maximianus Cæs. III	302
270	1053	Posthumius Titianus II	Nepotianus	303
	1054	Constantius Cæs. IIII	Maximianus Cæs. IIII	304
	1055	Diocletianus A. VIII	Maximianus A. VII	305
	1056	Diocletianus A. IX	Maximianus A. VIII	306
271	1057	Constantius Cæs. V	Maximianus Cæs. V	307
	1058	Constantius Cæs. VI	Maximianus Cæs. VI	308
<p><i>Hoc anno Diocletianus & Maximianus Hercules ob ætatis defectum uno die purpura deposita, ætate iunioribus, nempe Cæsaribus administratione rei publicæ, & imperio ultro ceſerunt. Postea seniores AA dicti, quemadmodum veteres inscriptiones testantur. Ergo in eorum locum facti sunt Imp. AA. Constantius Cblorus, & Maximianus Galerius</i></p>				
	1059	Maximianus Hercules IX	M. Fl. Constantinus	309
	1060	Diocletianus X	Maximianus A. VII	310
<p><i>Hoc anno Eboraci in Britannia demortuo Constantio, eius filius Constantinus ex Helena favore militum & Croco Alemanorū rege illic auxilium ferente, imperium arripuit: quum postea in Italia ad imperij fastigium à Galerio A subeheretur Licinius, eodē; paulo post mortuo alterum par Augustorum, nempe Maxentius Augusti filius, & Maximinus accederet. Qui paulatim gliscente odio, mutuis bellis confecti, conciderunt. Longissima tamen concordia inter Constantinum & Licinium fuit.</i></p>				
Maximianus Galerius & Constantinus				
272	1061	Post consularum Diocletiani X & Maximiani A. Septimum		311
	1062	Item post consularum Diocletiani X & Maximiani A. Septimum, anno secundo		312
	1063	Maximian. Galer. A. VII. & solus: postea tamen Licinium collegam adlumpſit, quem Augustum creauerat.		313
Constantinus, Maxentius, Licinius & Maximinus.				
	1064	Constantinus A. II	Licinius A. II	314
273	1065	Constantinus A. III	Licinius A. III	315
Constantinus, Licinius & Maximinus				
	1066	Rufius Volusianus	Annianus	316
	1067	Constantinus A. IIII	Licinius A. IIII	317
	1068	Sabinus	Arcadius Rufinus	318
274	1069	Quinius Gallicanus	Septimius Bassus	319
Constantinus & Licinius				
	1070	Licinius A. V	Crispus Cæsar	320
	1071	Constantinus A. V	Licinius Cæsar	321
	1072	Constantinus A. VI	Constantinus Cæsar	322
275	1073	Crispus Cæsar II	Constantinus Cæsar II	323
	1074	Panonus Probianus	Anicius Iulianus	324
	1075	Acilius Seuerus	Anicius Rufinus	325
	1076	Crispus Cæsar III	Constantinus Cæsar III	326
276	1077	Anicius Paulinus	Ceionius Iulianus Camœnius	327
Constantinus solus				
	1078	Constantinus A. VII	Constantinus Cæsar IIII	328
	1079	Constantinus Cæsar V	Valer. Max. Bassus	329
	1080	Ianuarus	Iustus	330
277	1081	Constantinus A. VIII	Constantinus Cæsar V	331
	1082	Gallicanus	Symmachus	332
	1083	Bassus	Ablabius	333
	1084	Pacatianus	Mecilius Hilarianus	334

Olym piad.	Anni urbis			Anni Christi
278	1085	Dalmatius Cæsar	Xenophilus	335
	1086	Publilius Optatus	Anicius Paulinus Iunior	336
	1087	Constantius Cæsar	Rufius Albinus	337
	1088	Nepotianus	Facundus	338
279	1089	Felicianus	Titianus	339
	1090	Vrius	Polemius	340
<i>His Coss. Constantinus cognomento Magnus in fata concessit, prius in filios fratrisq; filium Dal- matii concordie conseruande causa diuiso imperio, quod pleno ad ipsos iure perinebat, & post- ea quoq; peruenit. Sed Dalmatio protinus à Constantini A. morte à militibus in Thracia truci- dato, simul regnant.</i>				
Constantinus, Constantius & Constans				
	1091	Constantius A. II	Constans A.	341
	1092	Sept. Acindinus	Valer. Proculus	342
280	1093	Marcellinus	Cælius Probinus	343
Constantius & Constans				
	1094	Constantius A. III	Constans A. II	344
	1095	Placidus	Romulus	345
	1096	Leontius	Sallustius	346
281	1097	Constantius A. IIII	Constans A. III	347
	1098	Amantius	Albinus	348
	1099	Post consulatum Amantij & Albini		349
	1100	Rufinus	Eusebius	350
282	1101	Philippus	Salia	351
	1102	Limentius	Aco Catulinus Philonianus	352
	1103	Sergius	Nigrinianus	353
Constantius solus				
	1104	Post consulatum Sergij & Nigrin an:		354
283	1105	Constantius A. V	Constantius Gallus Cæs.	355
	1106	Constantius A. VI	Constantius Gallus Cæs. II	356
	1107	Constantius A. VII	Constantius Gallus Cæs. III	357
	1108	Arbitio	Lollianus	358
284	1109	Constantius A. VIII	Cl. Iulianus Cæsar	359
	1110	Constantius A. IX	Cl. Iulianus Cæsar II	360
	1111	Fab. Titianus	Nerattus Cerealis	361
	1112	Eusebius	Hypatius	362
285	1113	Constantius A. X	Cl. Iulianus Cæs. III	363
	1114	Taurus	Florentius	364
Claudius Iulianus				
	1115	Mamertinus	Nevita	365
	1116	Iulianus A. IIII	Sallustius	366
Iouinianus				
286	1117	Iouinianus A	Varronianus	367
Fl. Valentinianus & Fl. Valens				
	1118	Valentinianus A	Valens A	368
	1119	Gratianus N.P.	Dagalaiphus	369
	1120	Lupicinus	Iouinus	370
Fl. Valentin. Fl. Valens & Gratianus				
287	1121	Valentinianus A. II	Valens A. II	371
	1122	Valentinianus N.P.	Sex. Aurel. Victor	372
	1123	Valentinianus A. III	Valens A. III	373
	1124	Gratianus A. II	Probus	374
288	1125	Modestus	Arintheus	375
	1126	Valentinianus A. IIII	Valens A. IIII	376
	1127	Gratianus A. III	Equitius	377
	1128	Post consulatum Gratiani A. IIII & Equitij V.C.		378

Olym piad.	Anni urbis		Anni Christi
Fl. Valens, Fl. Gratianus & Fl. Valentinianus II			
289	1129	Valens A. V	Valentinianus A. II
	1130	Gratianus A. IIII	Merobaudes
	1131	Valens A. VI	Valentinianus A. III
Gratianus & Valentinianus II			
	1132	Decius Ausonius Gallus	Olybrius
Gratian. Valent. II. & Theodosius			
290	1133	Gratianus A. V	Theodosius A
	1134	Syagrius	Eucherius
	1135	Antonius	Euagrius
	1136	Merobaudes II	Saturninus
291	1137	Richomer alias Nicomedes	Clearchus
<i>Hoc anno apud Lugdunum capto & occiso Gratiano, item Valentiniano in triennium per fœderis simulationem à Maximo tyranno ditone Italiae ceterisque prouincijs eieeto Theodosius solus regnat.</i>			
	1138	Arcadius	Bauto
Theodosius & Arcadius			
	1139	Honorius nob. P.	Euodius
Valentin. II. Theodof. & Arcadius			
	1140	Valentinianus A. IIII	Eutropius
292	1141	Theodosius A. II	Cynegius
	1142	Fl. Timastus	Fl. Promotus
	1143	Valentinianus A. V	Neoterius
	1144	Tatianus	Symmachus
293	1145	Arcadius A. II	Rufinus
Theodosius, Arcadius & Honorius			
	1146	Theodosius A. III	Abundantius
	1147	Arcadius A. III	Honorius A. II
	1148	Olybrius	Probinus
Arcadius & Honorius			
294	1149	Arcadius A. IIII	Honorius A. III
	1150	Cæfarius	Atticus
	1151	Honorius A. IIII	Eutichianus
	1152	Eutropius	Theodorus
295	1153	Fl. Stilico	Aurelianus
	1154	Vincentius	Frauita alias Fabritius
	1155	Arcadius A. V	Honorius A. V
Arcadius, Honorius, & Theodosius iunior			
	1156	Theodosius A	Rumoridius
296	1157	Honorius A. VI	Aristanctus
	1158	Fl. Stilico II	Anthemius
	1159	Arcadius A. VI	Probus
	1160	Honorius A. VII	Theodosius A. II
297	1161	Bassus	Philippus
Honorius & Theodosius iunior			
	1162	Honorius A. VIII	Theodosius A. III
	1163	Fl. Varro	Tertullus
<i>Hoc anno prima Romæ direptio facta à Gothicis, duce Alaricho, qui tamen preda contentus, uir gloria nimis insolenter usus non est.</i>			
	1164	Theodosius A. IIII. & solus	
298	1165	Honorius A. IX	Theodosius A. V
	1166	Lucius V. C.	Herodianus <i>Sed huius deinde memoria ob crimen perduellionis damnata fuit.</i>
	1167	Constans	Constantius
	1168	Honorius A. X	Theodosius A. VI
299	1169	Theodosius A. VII	Palladius

Olym piad.	Anni urbis			Anni Christi
	1170	Honorius A. XI	Constantius II	420
	1171	Honorius A. XII	Theodosius A. VIII	421
	1172	Maximus	Plinta	422
300	1173	Theodosius A. IX	Constantius III	423
	1174	Eustachius	Agricola	424
	1175	Honorius A. XIII	Theodosius A. X	425
	1176	Asclepiodorus	Marinianus	426
Theodosius iunior solus				
301	1177	Castinus	Victor	427
	1178	Theodosius A. XI	Valentinianus Cæsar	428
Theodosius iunior & Valentinianus III				
	1179	Theodosius A. XII	Valentinianus A. II	429
	1180	Hierius	Ardaburius	430
302	1181	Felix	Taurus	431
	1182	Florentius	Dionysius	432
	1183	Theodosius A. XIII	Valentinianus A. III	433
	1184	Bassus	Antiochus	434
303	1185	Aëtius	Valerius	435
	1186	Theodosius A. XIV	Maximus	436
	1187	Ariouindus	Asper	437
	1188	Theodosius A. XV	Valentinianus A. IIII	438
304	1189	Isidorus	Senator	439
	1190	Aëtius II	Sigismundus	440
	1191	Theodosius A. XVI	Fauftus	441
	1192	Theodosius A. XVII	Festus	442
<i>Hoc anno Carthago à Vandalis duce Gensericho capta, quum iam per annos 585 in ditione Romanæ imperij fuisset. Cuius mentio in. C. de offi. præf. præf. africa. l. i. in principio.</i>				
305	1193	Valentinianus A. V	Anatolius	443
	1194	Cyrus V. C. & solus		444
	1195	Eudoxius	Dioscorus	445
	1196	Maximus II	Paterius	446
306	1197	Theodosius A. XVIII	Albinus	447
	1198	Valentinianus A. VI	Nonius	448
	1199	Aëtius III	Q. Aurel. Symmachus	449
	1200	Callippius	Ardaburius	450
307	1201	Rufius Posthumianus	Zeno	451
	1202	Protogenes	Asterius	452
	1203	Valentinianus A. VII	Autenus	453
Valentin. III. & Martianus				
	1204	Martianus A	Adelphus	454
308	1205	Herculanus	Asporatius	455
	1206	Opilio	Vincomalus	456
	1207	Aëtius	Studius aliàs Asterius	457
	1208	Valentinianus A. VIII	Anthemius	458
<i>Iterum hoc anno caput Imperij & gentium domina, Roma, in prædam & direptionē fuit exposita: sed Vandalis, qui præter id quod Urbem post homines natos potentissimam omnibus opibus spoliarunt, Imperialia etiam ornamenta & insignia, duce Gensericho secum in Africam transtulerunt: scribente id Iustiniano. C. de offi. præf. præf. africa. Ut verum tandem sit, quod M. Varro libro 18 Antiquitatum, apud Censorinum scriptum reliquit: Vectium se Romæ in augurio non ignobilem, & ingenio cuius doctori in disceptando parem, audiuisset dicentem, Quoniam CXX annos incolumis præterisset populus Romanus, ad M. & CC. peruenturum. Quid enim ab eo tempore Urbis Roma vel Imperij vel maiestatis habuit, quæ si uetera memoria repetimus, improbißimo cuique maxime semper patuit, tot incurfiones barbararum gentium, tot oppresiones tyrannorum, tot calamitates perpeffa, donec ad extremum misera in summis malis consennit?</i>				
Martianus solus				
309	1209	Ioannes	Varar	459

Olym piad.	Anni urbis		Ann. Christi	
	1210	Constantinus	Rufus	460
Leo & Maiorianus				
	1211	Leo A	Maiorianus A	461
	1212	Patritius	Richomer	462
310	1213	Magnus	Apollonius	463
	1214	Seuerinus	Dagalaiphus	464
Leo & Seuerus				
	1215	Leo A. II	Seuerus A	465
	1216	Basilius	Vituanus	466
311	1217	Rusticius	Olybrius	467
	1218	Fl. Basilicus	Hermimerichus	468
Leo & Anthemius				
	1219	Leo A. III. & solus		469
	1220	Buseus	Ioannes	470
312	1221	Anthemius A. II. & solus		471
	1222	Martianus	Zeno Mauricus	472
Leo solus				
	1223	Iordanes	Seuerus	473
	1224	Leo A. IIII	Probianus	474
313	1225	Festus	Martianus	475
	1226	Leo A. V. & solus		476
Leo iunior & Zeno Mauricus				
	1227	Leo iunior A. & solus		477
Zeno Mauricus solus				
	1228	Post consulatum Leonis iunioris A		478
314	1229	Fl. Basilius II	Armatius	479
	1230	Post consulatum Basilij II. & Armatij		480
	1231	Ellus V. C. & solus		481
	1232	Zeno A. II. & solus		482
315	1233	Basilius iunior V. C. & solus		483
	1234	Placidus V. C. & solus		484
	1235	Seuerinus V. C. & solus		485
	1236	Faustus V. C. & solus		486
316	1237	Theodericus rex	Venantius	487
	1238	Symmachus V. C. & solus		488
	1239	Decius	Longinus	489
	1240	Fl. Boetius V. C. & solus		490
317	1241	Dynamius	Sifidius	491
	1242	Probinus	Eulebius Cronio	492
	1243	Faustus iunior V. C. & solus		493
	1244	Olybrius iunior V. C. & solus		494
Anastasius				
318	1245	Anastasius A	Rufinus	495
	1246	Albinus V. C. & solus		496
	1247	Asterius	Præfidius	497
	1248	Viator	Aemylus	498
319	1249	Paulus V. C. & solus		499
	1250	Anastasius A. II. & solus		500
	1251	Ioannes	Paulinus	501
	1252	Post consulatum Ioannis & Paulini		502
320	1253	Ioannes	Aclepion	503
	1254	Patritius	Hypatius	504
	1255	Fl. Auienus	Pompelius	505
	1256	Auienus iunior	Probus	506

Olym piad.	Anni urbis			Anni Christi
321	1257	Cætheus V.C.& solus		507
	1258	Sabinianus	Manlius Theodorus	508
	1259	Ariouinius	Messala	509
	1260	Anastafius A.III	Venantius	510
322	1261	Anatolius	Agapitus	511
	1262	Venantius iunior	Celer	512
	1263	Importunus V.C.& solus		513
	1264	Boetius	Euthericus	514
323	1265	Felix	Secundinus	515
	1266	Paulus	Mufchianus	516
	1267	Clementinus	Probus	517
	1268	Senator V.C.& solus		518
324	1269	Aurelius Cafiodorus V.C.& solus		519
	1270	Florentinus	Anthemius	520
	1271	Perrus V.C.& solus		521
Iulianus				
	1272	Iulianus A	Euthericus Cillica	522
325	1273	Ruiticus	Vitalis	523
	1274	Iulianianus	Valerius	524
	1275	Symmachus	Seuerinus Boetius	525
	1276	Maximus V.C.& solus		526
326	1277	Iulianus A.II	Opilio	527
	1278	Probus	Philoxenus	528
	1279	Olybrius V.C.& solus		529
Iulianianus				
	1280	Mauortius V.C.& solus		530
327	1281	Iulianianus A.II.& solus		531
	1282	Decius V.C.& solus		532
<i>Hoc primum anno D.Iulianianus A.ex tribus Codicibus Gregoriano,Hermogeniano & Theodo- siano, reiectis inde inutilibus, & super additis necessarijs, sacrarum constitutionum codicem com- positum, & suo nomine præfulgentem edidit.</i>				
	1283	Lampadius	Orestes	533
	1284	Post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC.		534
328	1285	Item post consulatum Lampadij & Orestis VV.CC.anno secundo		535
	1286	Iulianianus A.III.& solus		536
<i>Hoc anno quinquaginta libri Digestorum seu Pandectarum, in quibus tota Iuris civilis ex uetere iure enucleati, & in compendium ac nouum ordinem redacti ratio continetur, à Triboniano ex- cellentis ingenij & doctrine uiro, mandato D. Iulianiani A. primum absoluti sunt & editi. His accefferunt quatuor Institutionum libri, qui fores quodammodo aperiunt ad penetralia Iuris in- gredi uolentibus.</i>				
	1287	Iulianianus A.IIIII	Theodorus Paulinus	537
<i>Hoc deinde anno repetitam Codicis prælectionem D. Iulianianus A. instituit & absoluit.</i>				

HACTENVS HALOANDER

SO A V T O R E S Q V I B V S
IN HAC TEMPORVM SVPPVTATIO,
NE VSI SVMV S


GRAECI

Plutarchus
Polybius
Dionysius Halicarnassensis
Diodorus Siculus
Eusebius
Strabo

LATINI

T. Liviſus
M. Tullius Cicero
Salluſtius
Plinius
Suetonius Tranquillus
Valerius Maximus
A. Gellius
C. Iulius Caſar
Quintilianus
Aurelius Caſſiodorus
Oroſius
L. Florus
Gregorius Haloander

BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA PER
Hieronymum Frobenium & Nicolaum Episcopium
Anno à uirgineo partu M D XXXV,



**RERVM ET VOCVM A/
pud T. Liuium insigniorū Index, ubi pri
or numerus Decadē, posterior pa
ginam notat: quē qui sibi usui
uolet esse, imprimis prae
nominū propriorū
turā habeat,**

Per Nicolau Episcopium congestus.



Abydus expugnatur 4. 13. 118
Abydeni legatos ad Philippi
 pum mittunt de traden-
 da urbe fol. 4. 15
Abydenorū in sese crudeliss. facinus 4. 13
Acanthū oppugnātū & direptū 4. 24
Acarnanū cōiuratio in Actolos 3. 137
Acarnanes duo adolescentes interfecti
 ab Athenien. 4. 12
Acarnanes se dedunt 4. 45
Accensi 1. 181
Accius Nauis augur 1. 17
Accij Nauis statua 1. 18
Accius Tullij Volscorū princ. 1. 42
Accij Tullij uersipelle cōsiliū 1. 43
Accij Tull. ad suos oratio Ibidem
Acedux Hisp. transfugit ad Scip. ac pro
 dit obsides sibi creditos 3. 40
Acerranis ciuitas data 1. 186
Acerra diripiūtū & incendūtū 3. 65
Acerranorū ex urbe fuga Ibidem
Acradina & Nassus capiuntur 3. 118
Achei Philippi regis auxilium implo-
 rant 3. 179
Achaorum pugna cum Aetolis Elciisq;
 prope Messenem 3. 169
Acheorum conciliū contra Nabin 4. 16
Acheorū trepidatio cōsiliij inopia 4. 34
Achei Quintio se iungunt 4. 64
Achei presidio Pergamentis 4. 122
Achei funditores certissimi 4. 152
Acheorū et lacedaemoniorū bellū 4. 153
Achai pacem cum Ro. Attalo ac Rho-
 dijs ineunt 4. 36
Acheros fl. 1. 189
Adria Thuscorum colonia 1. 127
Aegeria dea 1. 9
Aegeria lucus 3. 10
Aemylus Lepidus Pont. Max. 4. 205
Aemylus praetor Messane 3. 25
Aemi montis fama 4. 197
Aenea in Italiam aduentus 1. 2
Aenesidemi honestas et animositas 4. 37
Aepulo Histrorū regulus sese occidit 5. 9
Aenne uir fortis 3. 96
Aennensium animi ad defectionē ab Ro-
 manis parati 3. 96
Aenuen. caesi à L. Pinario ciuitatis eius
 praesidij praefect. 3. 97
Aequi caesi 1. 55. 68. 57. 125
Aequi arcem Thusculanam capiūt 1. 64
Aequi ab Thuscul. sub iugū missi 1. 65
Aequi pacis foedus faciūt cū Ro. 1. 65

Aequi agrū thusculanū populātū 1. 70
Aequorū & Volscorū strages 1. 80. 86
Aequi & Volsi Lat. & Ro. agrum in-
 uadunt 1. 83
Aequorū cū Ro. induciē 1. 98
Aequi Volsciq; in Hernicos bella mouēt
 inde in Ro. post in Thusculanos 1. 57
Aequi ac Volsi in Algidū profecti 1. 96
Aequorum & Volscorum clades, dedi-
 tio & uenundatio 1. 98
Aequis et Veietib. induciē cōcessisse 1. 100
Aequorum fuga 1. 105
Aequi bellum reparant. 1. 104
Aequi uicti à Ro. 1. 40. 125
Aequi expugnati 1. 137. 222
Aequi bello repetiti & quur 1. 221
Aequorū 41. oppida itra 60. dies capta,
 Aequis frē delectis à Romanis 1. 221
Aequimellium 1. 95
Acrarij Ro. inopia 1. 68
Aeris crepitus in defectu Lunaedi so-
 litus 3. 127
Aes alienum, res damnosiss. 1. 141
Aes graue 1. 111
Aesculapij templum Epidauri 5. 82
Aesculapio supplicatio habita 1. 244
Aetoli 4. 105
Aetoli pacem cum Philippo faciūt 3. 209
Aetolorū cū Acarnanibus bellū 3. 137
Aetolorū clades à Philippo 3. 167. 4. 23
Aetolorū cum Ro. amicitia 3. 137
Aetoli Rhion depopulantur 3. 167
Aetoli Thaumacis obsessis auxilio ue-
 niunt 4. 27
Aetolorum populationes, oppidorumq;
 direptiones 4. 31
Aetoli calumniantur 4. 73
Aetoli foedus pacis Rom. cum Philippo
 capiunt 4. 49
Aetolorum opprobria in Ro. 4. 48
Aetolorū odium in Ro. & conatus ho-
 stiles 4. 82
Aetolos umbilicum Graeciae inhabitat/
 re. 4. 84
Aetoli Chalcidem, Demetriadem & La-
 cedaemonem occupare conātur 4. 91
Aetoli eaduntur 4. 92
Aetolorum legatio ad Antiochum pro
 auxilio 4. 108
Aetolorum legatio ad M. Acilium pro
 pace Ibidem
Aetolis pax à Ro. senatu negata 4. 115
Aetolorū labor p. pace impetrata 4. 117
Aetoli Coracē montē occupant 4. 116
Aetolorū legatio ad Ro. 4. 134
Aetoli pacē à M. Fulvio petunt 4. 145
Aetoli ab Acarnanibus capiuntur Ibid.
Aetolis quibus conditionibus à Ro. pax
 data 4. 144
Aetolorum legati 5. 83. & 84
Aetol. inter semetipfos seditio 5. 15. 18
Agatirren. latrocinio & praeda uiuen-

tes à Sicilia traducti per M. V. Leui/
 nam 3. 145. 157
Agatoles Syracusarum rex, quomodo
 bellum à Sicilia auerterit 3. 208
Agesipolis princeps Lacedaemoniorum
 exul 4. 65
Aglaspides qui dicuntur 5. 69
Agnus cum duobus capitibus 4. 30
Agnus biceps cum quinque pedibus 4. 39
Agnus cum sullo capite 4. 18
Agrigentum Romanis traditur per Mu-
 tinē. 3. 145
Agrippa Furius 1. 82
Agrippa Furius milites incitat 1. 85
Agrippa Furius tr. mil. con. pot. 1. 126
Agrippa Menenius eos. 1. 34
Agrippa Menen. Lanatus tr. mil. 1. 104
Agrippa Menē. Lanatus 11 tr. mil. 1. 105
Agrippa Menenius Lanatus eos. 1. 91
Aborna oppidum 1. 235
Alba longa opp. 1. 2
Albam coloniae deductae 1. 212
Albanorum regum successio 1. 2
Albanorum & Ro. bellum 1. 10
Alban Romam traducti 1. 14
Alba diruta Ibidem
Alba diurnitas Ibidem
Albula & Tyberis idem 1. 2
Allia fl. 1. 128
Alce oppugnatur & se dedit 4. 208
Alcide dicta Minerva 3. 55
Alcon Saguntinus transfuga 3. 18
Alatrinatib. leges redditae 1. 220
Alexamenus quomodo Nabin intreme-
 rit fol. 4. 98
Alexamenus occisus 4. 92
Alexander Acarnan. 4. 106
Alexander Acarnan. susceptor belli in Ro-
 manos 4. 84
Alexandri regis Epyri in Italiam pro-
 fectio 1. 178
Alex. Epeiri regis bellum contra Sami-
 nites & Lucanos 1. 186
Alexandri Epeiri clara gesta & inte-
 ritus 1. 189
Alex. regis Epeiri dictum 1. 207
Alexander Epeiri rex Alexandri Ma-
 gni auunculus 1. 206
Alexander Magnus 4. 95
Alex. Magni exercitus cum Ro. compa-
 ratio 1. 207
Alex. Mag. & L. Papyrij Cursoris col-
 latio, ac aliorū aliquot Ro. 1. 206
Alexandri Magni uicta Ibidem
Alexandri Magni regnū quantū fuerit,
 & quantū durarit 5. 74
Alexander princeps Aetolorum 4. 65
Alexandri Aetolorum principis in Phi-
 lippum oratio 4. 40
Alexandria Aegypti condita 1. 189
Aliartum obsessum 5. 37
Aliartum captum & dirutum 5. 40
 & **A**liis

- Allifæ captæ* 1.216
Allifares subacti 1.218
Allobroges, eorumq; contentiones 3.18
Alorci oratio ad Saguntinos 3.11
Allutius Celtiberorū princeps 3.150
Ambigatus rex Gallorum 1.127
Ambitio magna Romæ 4.81
Ambratiæ situs & oppugnatio per M. Fulvium cos. 4.141
Ambrosius recepta 4.33
Amicitia quibus rebus maxime uiolatur 4.67
Amilcar Barchas socer Annib. 3.7
Amilcar Gisgonis fil. T. Sempronio traditur à Meliten. 3.26
Amilcar ceditur 4.14. & 39
Amilcar Placentiam diripit 4.10
Aminander Athamanū rex 3.167 4.22
Aminandri gesta 4.31. 101
Aminander Athamania cecit 4.103
Aminander quomodo Athamania re/cuperauit 4.140
Aminandri legatio ad Ro. 4.141
Amiternum captum 1.240
Amadocus Thracū dux captus 4.120
Amphilochus uates pro deo cultus 5.82
Amphilochia ab Aetol. recuperata 4.141
Amulij impietas i fratre et stirpē eius 1.5
Amulius obtruncatur & Numitori re/gnum restituitur Ibidem
Amusius Aufetanorū princeps ad An/mibalem profugit 3.30
Antiū obsidetur 1.34
Ancus Marcius creatur rex 1.15
Anci ingenium & instituta Ibidem
Ancus capit Politorium op. Lat. 1.16
Anci regnū 24. an. 1.17 (quin. 1.19)
Anci filiorū odiū & insidiæ in L. Tar/
Anci liberi Spessam Pometiā exulāt 1.19
Ancyliā 1.10. 4.128
Andronicus Macedo 4.120
Andronicus atolus securi percussus 5.84
Andronodorus Siciliæ regnū affectans
submittit se senat. ac pop. ptāti 3.90
Andronodorus gener Hieronis 3.82
Andronodorus occisus 5.91
Andrum captam ac prædatam, Attalo
donant Rom. 4.24
Anienis pons incensus Sabinis cladens
attulit 1.18
Aniensis tribus 1.226
Annibal iureiurando adactus, ut hostis
esset Romanis 3.7
Annibal fit imperator Ibidem
Annibal in Hisp. missus 3.8
An. ingenū & nature dotes ac uitia Ib.
An. ad Saguntū semur tragula istū 3.9
An. quas condiciones Saguntinis pacem
orantibus obtulerit 3.11
An. Herculi uota soluit, & noua facit Ib.
Annibal Hispaniam & Africam presi/dijs firmat Ibidem
An. profectio in Italiā ac somniū Ibidem
Annibal supra 7000. milites domum re/
mittit 3.15
An. Gallos traiciēti suum exercitum
obstantes fugat 3.16
An. elephantorum traiectio 3.17
An. suos milites adhortatur ad transien/dum alpes Ibidem
An. alpes traicit à montanis obsessas, à
quibus est propē circūuentus 3.19
An. in iugo alpiū niue circūuentus Ibidem
An. igni, aceto ac ferro rupes diuidit 3.20
An. alpes transgresso quis exercitus su/
peruerit 3.20
An. quomodo suum exercitum contra
Scipionem animarit 3.22
An. promissa suis militibus 3.23
An. cum Scipione pugna & uictoria ad
Ticinum 3.24
An. agrū circa Padū populatur 3.26
An. pugna cum Sempronio ad Trebiā
& uictoria 3.27
An. uulneratur 3.28
An. Apenninum transit Ibidem
An. pugna cū Sempr. ad Placentiā 3.29
An. quō se à Gallorū insidijs tutauerit 3.31
An. per Arnū transitus 3.32
An. oculo captus Ibidem
An. cum C. Flamio apud Thrasyme/
num pugna & uictoria 3.33
An. 4000. equites Romanos in Umbria
circumuenit 3.34
An. Spoletū obsidens repulsus, multa Ita
liæ loca populatur 3.35
An. uarijs modis prouocat Q. F. Max.
& animum eius tentat 3.36
An. Telesiam capit Ibidem
An. ducem itineris uirgis casum in cru/
cem egit 3.37
An. primus cōgressus cū Q. F. Max. 3.38
An. stratagema contra Ro. Ibidem
An. cum M. Minucio pugna 3.42
An. M. Minucium circumuenit 3.43
An. dictū de Fab. Max. 3.44 (48. 49)
Ann. magna necessitate premitur 3.45
An. insidijs tentat Terentium & Aemy
lium coss. 3.49
An. ad Cannas castra metatur 3.49
An. & Maharbalis disceptatio 3.52
An. quibus conditionibus Romanos cas/
ptos dimiserit 3.55
An. in Hirpinos uocatur 3.57
An. ad Cāpan. cōfœderatos uerba faciēs,
Mag. Deciū ad supplicium poscit 3.61
An. cū Marcello Cl. pugna ad nolā 3.64
An. exercitus uoluptatib. corruptus 3.65
An. Cumas oppugnat 3.74
An. ad Hirpinos et Sānites respōsio 3.77
An. Nolam corona aggreditur 3.78
An. pugna cū M. Marcello ad Nolā Ib.
An. equit. 1272. ad Marcell. cōfugiūt Ib.
An. cū T. Sem. Gracho prælia leuia 3.81
An. in Campaniam reditus 3.85
An. uastat agrū Cumanū et Neap. 3.86
An. castra Salapiæ metatur 3.89
An. Tarentum proditur 3.107
An. cū Q. Ful. Flacco. t. Ap. Cl. Pulchro
coss. ad Capuā pugna 3.112. 113
An. cū M. Centenio Penula pugna. 3.113
An. Galatia castello capto, Capuam ob/
sidentes Ro. aggreditur 3.127
An. relicta Capua Romam tendit. 3.128
An. obequitans moenia & situm Romæ
contemplans 3.129
An. & Ro. acies instructas bis imbre dir
reptas esse 3.130
An. Romam obsidentem, que terruerit
ut inde recesserit Ibidem
An. spoliari q̄ tueri neqbat conat 3.143
An. equitum robur succumbit 3.144
An. cū Cn. Fuluiο pugna ac uictoria ad
Herdoniam 3.151
An. pugna cum Marcello Ibidem
An. in Apuliam reditus 3.152
An. pugna cum M. Marcello 3.157
An. alia pugna cū Mar. et uictoria 3.158
An. alia pugna cū Marcello infelix Ib.
An. dictum Qu. Fab. Max. & dolus in
cundem 3.160
An. Ro. insidijs circūuenit ceditq; 3.165
An. Marcelli corpus sepelit 3.166
An. qua fraude Salapianos adortus Ib.
An. Locrorū obsidionem soluit 3.167
An. uictus Apuliam contendit. inde Me/
tapontum 3.173
An. dictū cognita fratris morte 3.177
An. suum exercitum in Brutium agrum
traducit Ibidem
An. ingenū miratur hic historicus 3.184
Annibal scorpione ictus, dum Locros ob
equitat 3.227
An. uictor, uincitur iterū, & Crotonem
castra mouet 3.228
An. in Africam reuocati reditus, & Ita/
liæ desiderium 3.231
An. multos Italici generis milites in lu/
nonis Lacinie templo trucidat 3.231
An. speculatores per castra Scipionis cir
cumducti ut omnia explorarent, atq;
dimissi 3.235
Annibal nuncium mittit ad Scipionem
pro colloquio 3.235
An. ad Scip. oratio Ibidem
An. ad milites adhortatio cum pugnare
cum Scipione uellet 3.237
An. ac Scipionis pugna qua Annibal ui/
ctus est 3.238 (3.238)
An. laudes in restituēda acie cōtra Scip.
An. ab Adrumetio Carthaginem uocatū
confessio 3.239
An. Gisgonē male suadētē ex superiore lor
co detrahbit Ibidem
An. in publico fletu risit, cuius increpitiō
quid responderit 3.243
 Annibalis

- An. implacabilis animus* 4.55
Annibal præ. Carthaginen. factus. iudices perpetuos, in annuos commutat. noua lege promulgata 4.54
Annibalis prudentia in restituendis uel eligalibus Ibidem
Annibalis fuga à Cartbagine, & astutia in fallendis mercatoribus Ibidem
Annibal Tyri exceptus 4.55
Annibal Antiocho suspectus, purgat se ac regi reconciliat 4.84
Annibalis cū Antiocho tractatio de bello Romanis inferendo 4.76.113
Annibalis oratio & consilium in concilio Demetriadis 4.100
Annibalis mors 4.186
Annaliorū aurcorum multitudo, quos ex Ro. clade An. nactus fuerit 3.62
Anseres Capitolij 1.132
Antēnates Ro. fines inuadūt 51.6
Antenor Macedo Gallos sternit .65
Antepilani 1181
Antiatū cum Ro. bellum 1.109
Antiates urbē agrosq; Ro. dedūt 1.151
Antiates coloniā satricū deduxere 1.169
Antiatum fuga 1.177
Antiatum populationes 1.185
Antium dedit se Ro. 1.55
Antium Volscorum caput 1.140
Antium colonia deducta 1.185
Anticyra situs descriptio 3.139
Anticyra capta 4.35
Ancyra urbs 4.150
Antigoni præceptū suis liberis 4.197
Antigonus Echecratis fil. 4.209
Antigonus à Perseo interficitur 4.210
Antimachus præ. ale sacre cadit 5.42
Antinous & Theodotus occisi 5.82
Antiochi bellum 4.44
Antiochi leg. ad T. Quintium 4.49
Antiochi cū legatis Ro. disceptatio 4.51
Antiochus Seleucū fil. relinquit ad Lysimachiam restituendam 4.52
Antiochus omnes Asia ciuitates sibi conatur subigere 4.52
Antiochi clasīs tempestate disiecta & hausta 4.52
Antiochi legati 4.75
Antiochus proficiscitur ad Pisidas oppugnandos 4.82
Antioch. morabantur tres ciuitates quominus posset commode cū Ro. bellum gerere 4.94
Ant. in Græciā profectio & copie Ibid.
Ant. ad Aetolos oratio Ibidem
Antiochus cū Aetolis Chalcidem occupare tentat 4.95
Antiochus. Achaos & Animandrum tentat 4.95.96
Antiochum recipiunt Chalciden. 4.97
Antiochus totam Eubœam capit 4.79
Antiochi in cōcilio Thebano acta 4.99
Antiochi nuptia cum Cleoptolemi Chalciden. filia, & luxus 4.102
Ant. suā ignauitā agnoscit 4.105
Antiochus Aetolis cōuocatis, Thermopylas occupat 4.104
Antiochi fuga 4.106
Antiochus Chersonesum præsidij muniat 4.113
Antiochus pacē facere tentat cum Aemylia 4.122
Antiochus præsidium ab Lysimachia inconsulte deducit 4.127
Antiochus hostis quā fuerit Romanis contemptus 4.130
Antiochi fuga 4.132
Antiochus P. Scipioni Africano filium reddit captum 4.129
Antiochi exercitus & legatio ad Romanos pro pace 4.129.158
Antiochi uicti sœdus cum Ro. 4.155
Ant. Syria regis cum fratre bellū 5.59
Antiochi cum fratre Ptolemao reconciliatio 5.75
Antipatria diruta à T. Apustio 4.12
Anxur quæ nunc Terracina, capitur à C. Fabio Ambusto 1.110
Anxur Colonos accipit 1.188
Anxur receptum 1.18
Aous fl. 4.28
Apamea ciuit. 4.145 (4.209)
Apelles & Philocles corrupti à Perso
Aperantij ad Aetolos deficiunt 4.141
Appie municipia 5.128
Ap. Claudius ab Regillo trās fugit 1.34
Ap. Claudius cos. eiusq; ingeniu 1.36.37
Ap. Cl. & P. Seruiliij cos. certant 1.38
Ap. Claudij de plebis seditione sententia 1.40
Ap. Claudij de abolenda tribunitia potestate consilium 1.46
Ap. Claudij in milites seueritas 1.52
Appij cos. & Tr. pl. atrox cōtentio Ibi.
Ap. Claudius Ap. fil. cos. Ibidem
Ap. Cl. dies dictus, & eius constantia ac mors 1.53
App. Claudius animaduertit in militie proditores Ibidem
Ap. Claudius accōmodat se plebi & impudens ambitio 1.68.69
Ap. Cl. xuirū stuprū uirginie oblatū 1.75
Ap. Cl. à Virginio dies dicta 1.78
Ap. Cl. in carcerem coniectus, sibi mortem consciiuit 1.79 (112.155)
Ap. Cl. Crassus tr. pl. se opponit 1.106.153
Ap. Cl. Crassus dict. in Hernicos 1.159
A. Cl. Crassus cos. 1.169
Ap. Cl. Crassus moritur Ibidem
Ap. Claudius censor 1.212
Ap. Claud. luminibus captus Ibidem
Ap. Cl. cœsura se nō uult abdicare 1.214
Ap. Cl. solus censuram gerit 1.215
Ap. Cl. cos. fit 1.219
Ap. Claudij & P. Decij Muris certant 1.224
Ap. Claudio pegrinitas obijcitur 1.225
Ap. Claud. interrex. 1.226
Ap. Claud. cos. 1.228
Ap. Claud. cos. infeliciter pugnat 1.229
Ap. Cl. cauilla in L. Volumnium 1.230
Ap. Cl. uouet Bellonæ templum. Ibidem
Ap. Claudius 1.232
Ap. Cl. pr. Ro. dimissus 1.233
Ap. Claudij propræt. in Samnites profectio 1.236
Ap. Cl. Pulcher tr. mil. 3.53
Ap. Cl. Pulcher pr. 3.68
Ap. Cl. Pulchro nihil succedit 3.76
Ap. Cl. Pulcher cos. 3.103
Ap. Cl. Pulchro prorog. imp. 3.125
Ap. Cl. Pulch. gesti istu uulneratur 3.127
Ap. Cl. quāli stratagemate Antiochum fugauit 4.102
Ap. Cl. Pulcher cos. 4.147
Ap. Cl. Pulchri gesta 4.178
Ap. Cl. ouatio 5.16
Ap. Claudius Thessalorum seditionem componit 5.18
App. Claudij exercitus apud Vscanam casus 5.46
Ap. Claudius rursus infeliciter pugnas redit Romam 5.51
Ap. Herdonius Sabinus exulū dux 1.61
Apocleti, sanctius concilium Aetolorum 4.90. & 95. & 108
Apollinis ades uota 1.96
Apollinis ædis dicatio. 1.98.166
Apollinarium ludorum origo 3.109
Apollinares ludi in certum diem constituantur 3.164
Apollodorus Athenis autor deflectionis à Ro. damnatus 4.97
Apollonidis oratio adhortans ciues ad concordiam 3.92
Apulus ager uastatur 1.196
Apulorum sœdus cum Ro. 1.208
Apuli fusi 1.228
Aquileia colonia deducitur 4.188
Aquileie colonie deductio. 4.201
Aquilonia direpta exustaq; 1.245
Arato Achaorum principi uxor Polykratia adempta per Philippū 3.168
Arbacala capta 3.8 Arcas 4.87
Ariarates Cappad. rex 5.26
Arce due sub ianiculo inuēta, altera Numæ pilij, altera librōrū eius 4.200
Archædamus Aetolorū legatus 4.96
Archimedis interitus, cuius sepultura Marcello cure fuit. 3.119
Archus Herodici filie fortitudo 4.189
Ardea 1.26
Ardeatiū & Aricinorū de agro ambiguo disceptatio 1.85
Ardeatū à Ro. defectio 1.86 (Ro. 1.89)
Ardeates agrū repetūt, & cū eis sœdus 4.2 Ardeatiū

Ardeatunū seditio, eiusq; causa	1.90	Asdr. frustra Placentiā oppugnat	3.172	Auguriū apd' quæ trib. Ro. fuerit	1.224
Ardeatibus coloni adscripti	1.91	Asdr. equites 1111. ad Annibalē missi, capi untur à Ro.	3.173	Augurium Lucumoni datum	1.17
Ardeatib. agrorū redditus	Ibid.	Asdrubalis Amilcaris fil. Annibalis fra/ tris laudes & interitus	3.176	Augustus Cæs. Iouis Feretrii tēplū resti/ Antica loquacitas	4.69 (cit 1.94
Arcthen. fl.	4.141	Asdrubalis fuga	3.225	Aulis portus	5.82
Aretinis obsides imperatū dare, & præ sidium impositum	3.164	Asdrubalis Gisg. fil. fuga	Ibidem	A. Aeternius cos.	1.68
Aretium opp. Hetrur.	1.216	Asdrubal Hædus ad senat. Ro	3.242	A. Att. antiochi cōmētus excipit	4.106
Arcus & Alcibiades damnati	4.180	Asdr. Syphaci Numid. regi persuadet, ut Masanissa bellū inferat	3.218	A. Attilij & Q. Marcij legatio	5.30
Argeorum sacra	1.10	Asdrubal à T. Manlio captus	3.76	A. Att. Larissam occupandā missus	5.34
Argi	4.63	Asena capta à transfugis Carthag.	3.69	A. Bebius damnatus	5.84
Argi à Philocle capti p. pditionē	4.37	Aforus fl.	4.107	A. Cornelius 11. tr. mil. con. pot.	1.156
Argihea caput Athamaniæ	4.140	Asylum aperit Romulus	1.5	A. Cornelius Aruina à Samnitibus pro/ pè circumuentus	1.196
Argiuorū mos prio. comitorū die	4.37	Astape urbis odiū in Ro. et oppug.	3.189	A. Cor. Aruina dict.	1.196
Argiui quomodo proditi	4.42	Astapen. seuerū in se ac suos facinus	Ibi.	A. Cor. Aruine de Samn. triūspbus	1.197
Argiui presidium Nabidis urbe expule/ rūt, & Nemeorū ludicrū celebrarūt		Atella in deditiōnem accepta	3.13	A. Cor. Aruine scæcialis uerba ad C. Pon tium	1.202
Argumentū nouandi	1.87 (4.70	Atellani traducti	3.152	A. Cor. Cossus tr. mil. con. pot.	1.99
Ariarates rex in amicitiam acceptus à Gn. Manlio	4.156	Atellanarum autores	1.158	A. Cor. Cossus tr. mil. & eius gesta	1.94
Ariaratis legatio ad Ro.	5.23	Athamania i Phil. ditionē cōcessit	4.103	A. Cornelius Pont.	1.97
Aricini in ciuitatem recepti	1.185	Athanagia obfessa & diruta	3.30	A. Cor. Cossus mag. eq.	1.99
Arniens. tribus Ro. addita	1.139	Athenæum castellum	4.140	A. Cor. Cossi animositas	1.100
Aristæus Acheorū pr.	4.34. 4.64	Athenæus Eumenis frater	4.144. 145	A. Cor. Cossus dict.	1.141
Ar. Nabin hortatur ut sibi cōsulat	4.68	Athenien. quid perdidit	3.199	A. Cor. Cossus mag. eq.	1.65. & 169
Aristo Tyrius minister negociorum An nibalidis	4.77	Athenien. implorat auxiliū à Ro.	4.78	A. Cor. Cossus mag. eq.	1.65. & 169
Aristomachus Crotoniata proditor, trās fugit ad Hannonem	3.51	Athenien. legati ad P. Sulpitium	4.12	A. Cor. Cossus dict. M. Manlium factio/ sum in uincula duci iubet	1.145
Aristo tragicus actor indicat senatui co natum Andronodori	5.91	Athenien. cum Philippo causa belli Ma/ cedonici	Ibidem	A. Cor. Cossi de Samnit. uictorie due do nationesq; in milites	1.174
Arpi Ro. restituti	3.101	Athen. de aduentu Phil. præmoniti	4.15	A. Cor. Cossi de Samnit. uictorie due do nationesq; in milites	1.174
Arpi	3.203	Athenienses odium in Philippum diu ce/ latum produunt	4.23	A. Cor. Cossus cos.	1.98. 107. 169
Arpinatib. ciuitas data	1.222	Athen. literis solū uerbisq; ualere	4.24	A. Cornelius cos. Samnio primus arma intulit	1.237
Arpinū receptū à Samnitib.	1.221	Athenien. audacia	5.80	A. Cor. Mammula propr. comæatum petit à Ro.	5.67
Arretinorum seditio	1.223. 226	Attanis Turdetanorum reguli ad Rom. transiit	3.186	A. Cor. Mammula pr.	4.98
Arretinorū induciæ & multa	1.239	Attalus Asia rex	3.137. 167	A. Hostilius Cato pr.	5.169
Artona oppugnata	1.45	Attalus rex Nicæam traicit	3.180	A. Hostilius Q. Marcio occurrit	5.52
Artona opp. et Arx capta dirutaq;	1.111	Attalus cū Athen. cōtra Philippū	4.12	A. Manlius tr. mil. c. p.	1.111. 115. 119. 137
Artetarus Illyriorū rex occisus	5.31	Attalis trib. quando coeperit	Ibidem	A. Man. tr. mil. occisus	3.166. (14. 146
Aruns fil. Tarq. Sup.	1.25	Attali classis cū Ro. iuncta	4.23	A. Manlius Volso cos.	4.211
Aruns Porfene fil.	1.34	Attali legatio ad Ro. senatum querens de Antiocho	4.29	A. Ogulnius occisus	4.50
Arūtis & Bruti cōgressus & mors	1.30	Attalus coronam auream 146. pondo in Capitolio ponit	4.38	A. Posthumius dict.	1.55
Aruns Clusinus Gall. dux in Italiā	1.127	Attali nuncium de Antiocho	4.86	A. Posthumius dictator quomodo fugi/ entes suos retinuerit	1.56
Ascanius fil. Acneæ	1.2	Attalus Eumenis pater, Gallos in Asia uincit	4.146	A. Posthumius dictator Castori edens uouit	1.56
Asdrubal Amilcaris fil. & eius cum Ro manis fœdus	3.7	Attali munificentia in Syconem ciui/ tatem	4.43	A. Posthumius cos.	Ibidem
Asdr. Ro. palantes multos opprimit	3.29	Attali mors, & quomodo ad regium no men peruenerit	4.45	A. Posthumius Tubertus mag. eq.	1.95
Asdr. ex 30. nauib. 25. perdit	3.39	Attalus Eumenis frater donatus à Cn. Manlio	4.150	A. Posth. Tuberti dict. gesta.	1.97
Asdrubalis cum transfugis pugne	3.69	Attalus Eumenis frater quàm charus Romanis	5.22. 78	A. Posthumius Tubertus triumphās Ro. mam inuectus	1.98
Asdr. à Ro. uictus, pecunias imperat suis pop. & ad Iberū descendit	3.70	Auariciam & luxuriam omnia imperia euertere	4.56	A. Posthumius Regillus tribunus militū con. pot.	1.119. & 1.146
Asdrubalis fuga	Ibidem	Auentinus	1.5	A. Posthum. Alb. Luscus cos.	4.202
Asdrubal Caluus in Sardiniam missus à Carthagine	3.72	Auentinū & Ianiculū urbi iunctum	1.16	A. Posthumij Alb. gesta	4.205
Asdrubal Amilcaris fil.	5.119	Aufidena capta	1.177	A. Sempronius cos.	1.36. 43
Asdr. Gisgonis fil. dux Pænorū	Ibidem	Aufidena fl.	3.49	A. Sempronius Atratinus trib. mil. con. pot.	1.89. 100. 104. 105
Asdr. quō sfellerit Cl. Nerone	3.135	Augures V ex pl. prioribus additi	1.225	A. Terentij pr. gesta	4.183. 188
Asdr. pugna cum P. Scip.	3.161			A. Terentij ouatio	4.195
Asdrubalis fuga	3.162			A. Val. Publicola tr. mil. c. pot.	1.137. 155
Asdrubali Annibalis fratri Galli & Al/ pini se addunt	3.172			A. Virginius	

A. Virginius cos. 1.56.59. 50.54
 A. Virginius contra Volscos 1.40.
 A. Virgini bellū contra Aequos 1.54
 A. Virginius triumphat 1.55
 A. Virg. Casoni Quintio diē dicit 1.60
 A. Virginto & Q. Pōponio dies ac mul-
 ta dicta 1.125
 Auruncum bellum 1.169
 Auruncorū bellū aduersus Rō. 1.34 35
 Aurunci securi percussi 1.35
 Aurunci fusi 1.38
 Auruncorū ac Sidicinorū bellū 1.185
 Ausonum bellū & cedes ibidem
 Ausones proditi in potestatem Romano-
 rum uenerunt 1.210
 Axylos 4.147

B

Bacchanalium sacrorum descriptio
 & origo 4.170
 Bacchanalium abolitio 4.172
 Bacchium insula direpta 4.123
 Badius Camp. T. Qu. Crispinum ad sin-
 gulare certamen prouocat 5.112
 Balanos Gallorum regulus 5.57
 Balbus mons 3.210
 Balcares insula 2 et eius fūditores 5.197
 Balista mons 5.11
 Barbari 4.137
 Barcillus praefectus Aetolorum temulen-
 tus occiditur 4.47
 Bargusij pop. Hispanie 5.15
 Bastarnarum gens quali consilio uocata
 à Philippo 4.210
 Bastarnarum oppressio ibidem
 Bastarnarum cum Dardanis pugna 5.12
 Basilica portia 4.184
 Bebius Herennius tr. pl. obtrectator ma-
 gistratibus Rō. 5.45
 Begorrites lacus 5.36
 Belli indicendi mos 1.16
 Belli iura 4.18
 Bello quæ res magno momēto sint 1.206
 Bellum in Hispania ulteriore 4.45
 Bellouesi in Italiam transitus 1.127
 Bendidum templum 4.157
 Beneuentani quō exceperint Rō. exerci-
 tū à pugna cū Hānone redeūtē 3.87
 Bergistanorū castella se dedūt Rō. rur-
 sumq; deficiūt, ac iterū subiguntur à
 Beundos 4.146 (cos. 4.61
 Beuus fl. 4.19
 Balistages regulus 4.19
 Bisalta populus 5.85
 Bituriges olim Gallorum imperium te-
 nuerunt 1.127 (bale 3.145
 Blaetij & Dasij disceptatio corā Anni-
 Blaetij conatus i tradēda Rō. Salapia ib.
 3.218
 Bochar rex Maurorum 3.218
 Bochar prae. Syphacis, Masanissam acer-
 rime persecutus 3.229
 Bozoti ad Romanos deficiunt 5.32
 Bozotorum ingratitude & latrocinia in

Romanos milites 4.47.48
 Boij tumultuantur 4.75
 Boiorum à Romanis defectio 5.15
 Boiorum exercitus dissipatus 4.39
 Boiorum ingens clades 4.51.79
 Boiorix Boiorum regulus 4.72
 Boiorū primates ad eoss. cōfugiūt 4.80
 Boij dedūt se Cn. Domitio cos. 4.93
 Bomilcar noctu ex portu Syracus. Car-
 thag. uectus indicat Syrac. statū 3.116
 Bononia Latina colonia deducta 4.139
 Bos locutus 5.85.157. & 5.9.13.181
 Bos ingentis magnitudinis Dianae immo
 Bos equuleū peperit 5.72 (latur 1.21
 Bouem in tertiam contignationem con-
 scendisse 3.30
 Boues scalas ascendisse 4.112
 Bostrar male persuasus ab Aceduce pro-
 ditore 5.40
 Bostraris Hannonisq; literæ, quibus An-
 nibalem obiurgantur 5.136
 Botis rex captus, quō dimissus 5.89.90
 Bouianum oppugnat 1.211
 Bouianū captū Rō. 1.213.221.227.242
 Brennus regulus Gallorū 1.129.145
 Brenni iniquitas & superbia ferox 1.135
 Brixia ciuitas 4.39
 Brutij Tarentum produnt 3.160
 Brutulus Papius auctor Samnitib. bellorū
 cōtra Rō. seipsum interemit 1.197
 Budaris imp. Hispanorū captus 4.55
 Busta Gallorū 1.135.5.37
 Buthrotus fl. 5.207
 Byrsa Carthag. sedes 4.77
 Byzātius heraclides leg. antiochi 4.128

C

Cacus ab Hercule interceptus 1.4
 Cæso Duellius cos. 1.185
 Cæso Fabius q̄ iuisus exercitui Rō. 1.46
 Cæso Fabius uir fortis 1.47
 Cæso Fabius cos 1.45.48
 Cæso Fabius censet agrum captum plebi
 diuidendum 1.48
 Cæso Quintius Tribunis ualidis. obiti-
 Cæsonis Quintij laudes 1.60 (tit 1.60
 Cælij historici nugamenta 5.215
 C. Aemyl. 11. tr. mil. con. pot. 125.126
 C. Aemyl. i. in Aequis gesta 1.125
 C. Aemyl. cos. eiusq; gesta 1.222
 C. Albius Calenus seditiosorū imp. 3.190
 C. Albius Calenus securi percussus 3.195
 C. Appius Boiorū fines inuadit 4.7
 C. App. cum 7000. casus 4.7
 C. Aquilius cos. 1.44.
 C. Atrius Vmber seditiosorum militum
 imperator 3.190
 C. Atrius Vmber securi percussus 3.195
 C. Attilius auxilio mittitur Mālio 3.16
 C. Attilius Seranus pr. 3.30
 C. Aurelius Cotta cos. 4.8
 C. Aurelio Italia euenit 4.8
 C. Aurelius cos. redit Romam 4.26

C. Aurelius leg. Rō. 3.64
 C. Aurelius Cotta pr. 3.234
 C. Arunculeius pr. 3.154
 C. Arunculeio prorog. imp. 3.165
 C. Bebius ab Insulrib. circūuentus 4.29
 C. Calpurnij & L. Quintij gesta in Hi-
 spanos 4.177
 C. Calpurnius Piso pr. 3.124
 C. Calpurnij pr. triumphus 4.185
 C. Calpurnius Piso cos. 4.202
 C. Calpurnij mors 4.205
 C. Caruilius Spoletinus 5.50
 C. Cassius Longinus cos fit 5.26
 C. Catinij gesta & mors 4.175
 C. Cicereij pr. pugna 5.19
 C. Cicereio triumphus negatus 5.24
 C. Claudius Cento 4.12
 C. Claudius Ap. F. cos. 1.60
 C. Curiatius comitorum praef. 1.89
 C. Claudij sententia de Xuiris 1.71
 C. Claudij p. Appio Claud. praecet 1.79
 C. Claudius Hortator mag. eq. 1.185
 C. Canulei rogatio & furor in cos. 1.86
 C. Canulei responsum cōtra eoss. 1.87
 C. Claud. Regillen. dictator 1.185
 C. Claudius tr. mil. 3.54
 C. Claudius flamē sacerdotio abijt 3.136
 C. Claudius Cento dictator 5.105
 C. Claud. Nero leg. 3.158
 C. Claud. Nero cos. 3.169
 C. Cl. Neronis & M. Liuij eoss. inimici-
 tie per senat. sedatae 3.170.
 C. Cl. Neronis cū An. pugna felix 3.175
 C. Cl. Neronis alia pugna ibidem
 C. Claudij ad milites oratio 5.174
 C. Cl. Neronis mandata ad senat. & si-
 mulata profectio 5.174
 C. Claud. Neronis & M. Liuij exercitus
 iuncti 5.175
 C. Claud. Neronis & M. Liuij pugna cū
 Asdrubale 3.176
 C. Claudij Neronis Romam reditus &
 triumphus 5.182
 C. Claud. Censor 3.221
 C. Claudius equum uendere iussus 3.222
 C. Cluilius Albanus rex 1.10
 C. Claudius Pulcher cos. creatus 5.7
 C. Claudij Pulchri uictoriae & trium-
 phus 5.9
 C. Claudij censoris seueritas 5.48.58
 C. Claudius accusatus absoluitur 5.49
 C. Claud. & Tib. Gracchi amicitia 5.49
 C. Decimius Flauius tr. mil. 3.159
 C. Decimij lenitas 5.74
 C. Duellius mensarius 1.166
 C. Fabius Ambustus quaestor 1.108
 C. Fab. Ambustus tribunus militum, con.
 pot. 1.110.111.116.122.
 C. Fabij Doruonis audacia 5.132.134
 C. Fabius cos. 3.162
 C. Flaminius cos. 3.28
 C. Flaminij odium in Patres 3.30
 a b C. Flaminio

I N D E X

- C. Flamini immolanti qd acciderit 3.31
 C. Flamini inuidia renouata 3.33
 C. Flam. atrocia, & pugnam aggressuro
 que omnia obucnerint 3.32
 C. Flamini interuus 3.33
 C. Flamini quaestor 3.149
 C. Flaminius cos. 4.158
 C. Flamini gesta in Liguribus 4.116
 C. Flamini praet. bella in Hispan. 4.80
 C. Flaminius Litabrum expugnat, & re
 gem Corribilonem capit uiuū 4.86
 C. Flavius Cn. fil. aedilis curul. 1.221
 C. Fuluius Flaccus Pont. fit 4.205
 C. Ful. quaest. ab Annib. interceptus 3.29
 C. Furius Pacilus censor 1.95
 C. Furius tr. mil. con. pot. 1.99
 C. Genutius II. cos. 1.158
 C. Horatius cos. 1.49
 C. Hostilius Tubulus pr. 3.154
 C. Hostil. Tubulo prorog. imp. a. 163. 210
 C. Hostilius Cato pr. 3.169
 C. Hostilij Tub. cū Annib. pugna 3.172
 C. Iulius cos. 1.82. 95
 C. Iulius Xuir diem Sextio dixit 1.69
 C. Iul. Tullus tr. mil. cō. pot. 1.109. 111
 C. Iulius dict. 1.166
 C. Iulij censoris mors 1.126
 C. Iunius Bubulcus cos. 1.208. 211. 212
 C. Iunius Bubulcus mag. eq. 1.217
 C. Iunius Bubulcus dict. 1.222
 C. Lacerius tr. mil. 1.116
 C. Lectorius leg. ad coss. 3.114. pr. 3.136
 C. Lectorius Xuir sacrorū 3.155
 C. Lelius praef. classis 3.216
 C. Lel. in Africa praedatū missus 3.204
 C. Lel. mittitur in Hisp. cū classe 3.154
 C. Lelij Romam reditus 3.154
 C. Lelius cos. 4.115
 C. Lelio cos. autore duæ coloniae in Bo/
 ios deducæ 4.134
 C. Lelio imperium prorog. 4.135
 C. Lelius aurea corona & 30. bobus do/
 natur 3.149
 C. Lelij cū Asdrubale pugna 3.193
 C. Lelij in Africam aduentus 3.205
 C. Licinius Stolo 1.152
 C. Licinius Stolo cos. fit 1.157
 C. Licinius Stolo damnatus 1.164
 C. Licinius tr. pl. 1.41
 C. Licinius cos. 1.160
 C. Licinius Crassus fit eos. 5.59
 C. Liuius Salinator pr. 3.234. & 4.98
 C. Liuius Salinator cos. 4.154
 C. Liuius praef. classis quid gesserit 4.113
 C. Liuij pugna naualis 4.114
 C. Liuij gesta 4.118. 120. 121
 C. Liuij pugna cum Lycijs circa Phoc/
 nicunta 4.121
 C. Lucretius 3.15
 C. Lucretius Iuir naualis 4.199
 C. Lucretius praef. classis 5.34
 C. Lucretij superbia 5.44 & 45
 C. Lucretius accusatur 5.45
 C. Lucretius multatus & dānatus 5.46
 C. Lucretius primum bellum Punicū de/
 bellauit 3.197
 C. Menius cos. 1.184
 C. Me. & M. Follius abdicāt se magistra
 tu, causamq; dicētes, absoluūtur 1.211
 C. Manlius cos. 1.50
 C. Manlius tr. mil. & eius gesta 1.150
 C. Manlius Aurelius primus ex plebe
 Max. Curio 3.155
 C. Martius Rutilius cos. 1.166
 C. Manlius pr. 3.169
 C. Mart. Rutilius cos. & dict. 1.164. 175
 C. Martij gesta triūphusq; 1.164
 C. Martius Rut. III. cos. 1.169
 C. Martius Rutil. censuram ambit &
 ordines turbat 1.167
 C. Martius Rutil. censor 1.167. 244
 C. Martius classis praef. 5.55
 C. Martij exercitus ceditur 5.56
 C. Matienus Iuir naualis 4.199
 C. Matienus 32. naues Ligurū capit Ibi.
 C. Menenius cos. 1.68
 C. Menius dictator 1.210
 C. Minorum gentium 1.17
 C. Minutius Numatius qu. occisus 3.51
 C. Mutius Porfene scribā obrūcat 1.32
 C. Mutij magnanimitas 1.33
 C. Mutius cognominatus Scauola dona/
 tur à Romanis Ibidem
 C. Nautius cos. 1.50
 C. Octauij gesta 3.203
 C. Papyr. Crassus tr. mil. cō. pot. 1.144
 C. Papyrius Maffo C. F. mortuus 3.103
 C. Papyrius Maffo L. F. mortuus Ibidem
 C. Plautius cos. 1.162
 C. Plautius mag. eq. 1.164
 C. Plautius cos. 1.169
 C. Plautius II. cos. 1.177
 C. Plautius Proculus cos. 1.188
 C. Plautius censor 1.212
 C. Persius 3.144
 C. Petilius Balbus cos. 1.161. 169. 189
 C. Petilij Balbi triumphus 1.161
 C. Petilius dictator 1.211
 C. Pōtius Samnit. imp. in Caudinis furcu
 lis exercitū Ro. sub iugū mittit 2.197
 C. Pont. quib. cōditōib. pacē cū Ro. coss.
 in caudinis fur. circūuētis ierit 1.199
 C. Pontius sub iugum missus 1.205
 C. Pontius Ro. fidem accusat 1.202
 C. Popilius Sabellus 5.6
 C. Popilij legatio 5.49
 C. Popilius Stratū occupat 5.51
 C. Popilij austeritas 5.74. & 75
 C. Publilij Bibuli simultas cū M. Cl. Mar
 cello 3.163 (191)
 C. Publius quō à foeneratore tractatus 1.
 C. Quint. Cincin tr. mil. con. pot. 1.151
 C. Semp. Atratinus cos. 1.101
 C. Semp. cum Volscis praliū Ibidem
 C. Semp. dies dicta, eiusq; constantia &
 damnatio 1.104
 C. Scrg. III. tr. mil. con. pot. 1.149
 C. Seruilius cos. 1.49
 C. Seruilius cos. 1.55
 C. Seruilius Hala magist. equitum factus
 Sp. Melium occidit 1.92.
 C. Seruilius Hala cos. 1.99
 C. Seruil. Hala tr. mil. con. pot. 1.109. 110
 C. Seruilius Hala mag. eq. 1.110. 137
 C. Seruilius Quint. fil. 1.105
 C. Seruil. Hala tr. mil. con. pot. 1.115
 C. Seruil. Fidenas V. tr. mil. cō. pot. 1.138
 C. Seruilius cos. 1.157
 C. Seruilius mag. equitum 1.167
 C. Seruilius Casta tr. pl. 3.105
 C. Seruilius in portum Tarentinum in/
 ter hostium custodias cum frumento
 peruenit 3.110
 C. Semp. Blesi in Cn. Fuluium uexatio/
 nes & accusationes 3.125
 C. Seruilius Pontifex 3.154
 C. Seruilius ed. pl. 3.163
 C. Seruilius mag. eq. 3.169
 C. Seruilius pr. 3.183
 C. Sempromium Tuditanum praelio ui/
 ctum & mortuum in Hisp. 4.46
 C. Seruilius Geminus Pont. Max. 4.184
 C. Seruilij Pont. Max. & L. Cor. Dolo/
 belle conuentio 4.205
 C. Sextilius tr. mil. con. pot. 1.150
 C. Sulpitius tr. mil. con. pot. 1.146
 C. Sulpitius Camerinus censor 1.149
 C. Sulpitius legatus 1.159
 C. Sulpitius cos. 1.160
 C. Sulpicius dict. 1.162
 C. Sulpitij stratagemā in Gallos & tri/
 umphus 1.163
 C. Sulpitius interrex 1.164
 C. Sulpitius Peticus cos. 1.165. 166
 C. Sulpicius Longus cos 1.185
 C. Sulpicius Longus II. cos. 1.195
 C. Sulpicius pr. 3.124
 C. Sulpitius Galba Pont. 3.240
 C. Sulpitius pr. 5.46
 C. Sulpitius Gallus fit cos. 5.90
 C. Sulpitius Gallus exercitui eclipsim lu
 nae praenunciat 5.67
 C. Terentius Varro homo abiectus quo/
 modo euectus 3.42
 C. Terentium Varronem in consulatum
 protrudere nititur uulgus 3.45
 C. Teren. Varro fit cos. 5.46
 C. Terentij Varronis fuga 3.51
 C. Terentij Varronis literæ Ro. 3.54
 C. Terentio Varroni prorog. imp. 3.84
 C. Terentius Varro cum legione Arre/
 tium missus 3.164
 C. Teren. Varro leg. ad Philippū 3.235
 C. Terentillus Arsa tr. pl. in cōsulare im
 perium inuebitur 1.58
 C. Trebonius tr. pl. con. pot. 1.166
 C. Tremellius

I N T A L I V I V M

C. Tremelii Flaccus legat.	3.208	Campana mulier scortum prodit Rom.	cum Hannone praef. interitus	3.2.7	
C. Valerius Flaccus tr. mil. cō. pot.	1.153	Numidarum conatum	3.130	Carthag. pugna & strages ingēs	3.224
C. Val. Flaccus Flamen Dialis	3.155	Campus Stellates	1.220	Carthag. legatos mittunt ad Scipionem	
C. Val. Flaccus in Senatū admissus Ibidē		Campus Martius	1.29	pro pace	3.227
C. Valerius Leuini filius, frater M. Fuluij		Campi Maeri	5.11	Carthag. legationes ad sen. Ro.	3.232
ex matre	4.143	Cannensis pugna Annibalis & Ro.	3.50	Carthag. inducias cū Ro. uiolant	3.235
C. Val. Potitus tr. mil.	1.106.110.111	Cannetum uicus	3.15	Carthag. nauis uelata infulis ramisq;	
C. Veturius cos.	1.68	Cantherius in fossa prouerbiū	3.79	oleæ occurrit Scipioni ad pacem	
C. Veturius accusatus damnatur	1.68	Capenates & Falisci auxilio ueniunt		petendam	3.239
C. Veturius tr. mil. con. pot.	1.151	Veijs	1.115	Carthag. quæ conditiones datæ à Scipio	
C. Veturius tr. mil. con. pot.	1.155	Capenates subacti	1.122	ne induciarum	3.239
C. Vetusius cos.	1.35	Capitolij locus & nomen	1.136	Carthag. legati Romā pro pace	3.242
Calatis & Sora capiuntur	1.219	Capitol. saxo quadrato substruētū	1.138	Carthag. responsum legati Rom.	4.13
Calatis in deditiōem acceptæ	3.133	Capras lanatas factas	3.31	Carthag. quando primū in stipendiū sol	
Calauij Camp. qui Rom. incendium fece		Capua, & unde dicta	1.101.3.58	uerint Romanis pecuniam	4.27
rant puniuntur	3.158	Capua circumsidetur à coss. Rom.	3.115	Carthag. perfidiæ notati	4.66
Cales deducitur colonia	1.186	Capuæ praef. primum creati	1.208	Carthaginensium statutum de Impera	
Calores fluu.	3.86	Capuæ coniurationes in Romanos in-		toribus	4.161
Callieratis consiliū cōtra Persea	5.13	quisitæ	1.210	Carthag. & Masanissæ pro agro discep	
Callidromon	4.104	Capua dedita	3.132	tatio apud Rom.	4.195
Calligenes Philip. regis medicus	4.210	Cap. post expugnationē quō. culta	3.135	Carthag. nouæ situs & oppugnat.	3.146
Calo index cōiuratio. in Hieronym.	3.82	Capua capta quō. Ro. se gesserint	4.181	Carthago noua capitur	3.148
Cambunij montes	5.36	Capusa Desaleis fil.	3.218	Carthaginis nouæ opes ingentes Ibidem	
Cameli dromades	4.131	Carcer edificatus Rom.	1.16	Carthalo Carthaginien.	3.55
Camertes Umbri	1.216	Carceres primum Rom.	1.187	Carthalonis interitus	3.160
Camertum auxilium Scip. praestitum ad		Carne pluisse	1.59	Carthea urbs	3.193
Punicum bellum	3.203	Carpentanorum cum Annibale pugna		Carteia expugnata ac direpta	3.3
Campani	4.18	& deditio	3.8	Caruentana arx capta receptaq;	1.108
Campani uicti à Samnitibus	1.170	Carpetana arx ab Aequis & Volscis		Carystij se ac suam urbē Ro. dedūt	4.35
Campanorū ad Ro. legatio, p. aux.	1.170	capta	1.109	Carystiorum agri uastantur	4.32
Campani se Rom. dedunt	1.171	Caracolos colonia dicta	1.227	Carystiorum agri populati	4.24
Campani equit. ciuitate donantur	1.183	Carthaginenses exercitum in Siciliam		Casander minister cædis Maronitarum	
Campanis equit. & Formianis funda		traiciunt	1.98	ueneno sublatus	4.179
nisq; ciuitas data	1.185	Carthag. cum Rom. sedus istū	1.169	Cassandria ciuitas oppugnatur	5.56
Campani exercitum Caudinum accipi		Carthaginenses Rom. mittunt coronam		Casignatus Gallorum dux occisus	5.38
unt benigne	1.200	auream 15 pondo	1.175	Casilinū frustra oppugnat Annib.	3.65
Campani legati ad cos. Rom. post cla		Carthaginenses cum Romanis foedus		Casilinum captum à Fabio Maximo	
dem Cannensem	3.59	tertio renouant	1.220	& Marcello	3.88
Campani quibus conditionibus foederati		Carthaginien. 12 naues captæ ab Hiero		Casilini ingens fames & deditio	3.66
sint Annibali	3.60	ne rege Syracusanorum	3.25	Cassinum colonia dedita	1.212
Campani Ro. aliquot in balneis seruore		Carthag. & Ro. pugna naualis	5.26	Castoris ædes dedicata	1.45
occiderunt	Ibidem	Carthag. 7. naues captæ	Ibidem	Castulo oppugnata à Scipio. dedit se	
Campani equit. ccc. propter uirtutem et		Carthag. speculator Romæ deprehensus			3.187.188
fidem Romana ciuitate donati	3.72	precis manib. dimittitur	3.45	Catmelus regulus Gallorum	5.5
Campani qb. infidijs Cumis adorti	3.73	Carthaginien. pug. ad Aegates ins.	3.53	Caudina pax quomodo facta	1.199
Campanorū ad Annibal. legatio	3.85	Carthaginenses Annib. supplementum		Caudinarum furcularū descriptio	1.199
Campani exij nobiles ad Romanos		ac pecunias mittunt	3.65	Caudinus exercitus qualem lucum	
transeunt	3.101	Carthag. nauium praefectorum transitio		Rom. tulerit	1.20
Campan. ad Annib. legatio pro cōmea		& tumultus cædesq;	3.69	Caulonia oppugnatur	3.157
tu & socordia	3.109	Carthaginien. transfugarū cædes	Ibidē	Cauloniam obsidentes, dedunt se An	
Campan. obfessorum literæ ad Annib.		Carthaginien. elades duæ	5.80	nibali	3.160
pro auxilio	3.114	Cartha. classis quassata tempestate	3.73	Celena ciuitas	4.145
Campanorum equit. in Rom. exercitum		Carthag. duces eleuant uerbis uictoriā		Celeres stipatores Romuli	1.8
irruptio	3.126	Scip. quum celare nequeunt	3.151	Celta	1.127
Campan. legatio ad Rom. pro dedenda		Carthag. 17. naues captæ 4 merse	3.179	Celtrum dedit se Rom.	4.22
ciuitate	3.132	Carthag. in castra fugati, dehinc tota Hi		Celtiberi Carth. regionem inuadūt	5.40
Camp. senatorum supplicium	Ibidem	spania pulsi.	3.186	Celtiberi Romanorū mercenarij milites	
Camp. aurum & argentum post captam		Carthag. infidi focij, graues & superbi		in Hispania	3.102
urbem	Ibidem	domini	3.201	Celtiberi pecunia Asdrubalis corrupti,	
Camp. oratio ad senat. Rom.	3.141	Carthag. quantus terror ceperit, audito		relicto Cn. Cor. Scip. domū redeunt	
Camp. preces ad M. Val. leuiniū	3.138	Scip. in Africam aduentu	3.205	Celtiberorum elades & figa	(3.119
Campanus ager. à Ro. uenditus	5.203	Carthag. equitum speculatum missorum		- 3.178. & 4.201.204	

Celtiberis in Hispan. militantib. tres con- ditiones obtulit cos. 4. 62	Circense ludicrum 5. 55	Cn. Fulvius cos. 1. 226
Celtiberorum bellum cum Q. Fulvio Flacco 4. 200	Circus Apollinaris 1. 81	Cn. Fulvii profectio in Samnites, ac tri- umphus 1. 227
Celtiberorum strages & deditio 4. 207	Circus flaminus 1. 77	Cn. Fulvius legatus 1. 223
Celtiberi rebellantes casti 5. 15	Circus Maritimus 1. 219	Cn. Fulvius propr. 1. 234
Cenomani 3. 27	Circha ciuitas 3. 227	Cn. Ful. Centimalus pr. 5. 99
Cenomanoꝝ pactum cum Cn. Cor- nelio cos. 4. 39	Ciuismarus Gallorū regulus cæsus 3. 99	Cn. Ful. Centimalus cos. 3. 124
Cenomani arma adempta & reddita 4. 167	Classis nauium plaustris uectā industria Annibalis 3. 108	Cn. Fulvio dies dicta qua nullus uexatus est conuictus 3. 125
Censorum seueritas 3. 157. 5. 48 & 58	Classius Altinius Arpinus in uinculis ser- uatus 3. 100	Cn. Ful. Tarquinius exulatū miss. 3. 126
Censore demortuo nullus sufficitur 1. 126. 149. 215	Classij Altinij uxor & liberi uiui com- busti 3. 100	Cn. Ful. Flacco prorogatu Imper. 5. 139
Ro. Censorum animaduersio in deserto/ res Reip. 3. 88	Clasidium incensum 4. 40	Cn. Ful. procos. cum Annibale pugna ad Herdoniam & interitus 3. 151
Censorum contentio de eligendo Sena- tus principe 3. 157	Clasidium Annibali proditur 5. 25	Cn. Fulvii procos. militū ignomin. 3. 154
Censuræ & Censorum origo 3. 89	Claudia quinta 3. 210	Cn. Genutius tr. mil. 1. 118
Censores unde dicti ibidem	Cl. Craesus tr. mil. con. pot. 1. 100	Cn. Genutius tr. mil. con. pot. 1. 120
Censurā quinquennalis sublata 1. 96	Cl. Marcellus cos. 1. 186	Cn. Genutij mors ibidem
Censurā à multis magnis ambita 4. 139	Claud. Nero pr. 3. 105	Cn. Heluius tr. mil. cæsus 3. 231
Censuræ candidatorū contentio 4. 182	Claud. Nero cum exercitu in Hisp. profi- ciscitur 3. 153	Cn. Iulius Mento cos. 1. 96
Census Rom. institutio 1. 20	Clauis pangendi mos & lex 1. 158	Cn. Lentuli cum Aemilio morituro col- loquium 3. 51
Censu Ciuiū Romanorum actus 1. 20 56. 65. 95. 186. 207. & 3. 170. 222, & 4. 80. 155. & 5. 19	Cleomedon Philippi legatus 4. 35	Cn. Manlius cos. 1. 4. 6. 161. 164
Centurionis Rom. & Latini certar- um 1. 181	Cleonymus Græcorum dux 1. 222	Cn. Manlius uulneratur 1. 47
Centurionis in comitio uox 1. 136	Cleopatra uxor Alex. reg. Epiri 1. 190	Cn. Manlius occumbit 1. 48
Centurio nexus liberatur à Man. 1. 142	Cliternum expugnatum 5. 101	Cn. Manlius interrex 1. 164
Cerdibellus Himilconem Romanis prodit 3. 188	Cloacina tabernæ 1. 74	Cn. Manlius Capitol. mag. equit. 1. 169
Cerealia habita 3. 240	Clæiæ uirginis facinus & statua 1. 33	Cn. Manlius Volso cos. 4. 134
Cereris sacrum Rom. propter luctum in- termissum 3. 54	Clondicus Gallorum regulus 5. 62	Cn. Manlij cos. cum Gallogræcis bel- lum 4. 144
Certinium captum 4. 22	Cluilius Aequus dux Volscorum 1. 90	Cn. Manlij oratio ad milit. & pugna cum Gallogræcis 4. 147
Certima obsessa & Ro. dedita 4. 207	Clusium olim Camars 1. 235	Cn. Manlius procos. redit Romā 4. 159
Cerites ac Tarquinien. pacem à Rom. rogant 1. 166	Clusinoꝝ legati auxilium aduersus Gallos petunt 1. 126. 127	Cn. Manlio triumphus decretus & actus 4. 161. 168
Cerue & lupi cursus inter duo agmi- na, omen 1. 234	Clusinoꝝ cædes 1. 236	Cn. Manlius procos. quomodo legatis uarijs responderit 4. 155
Cestrophendones descriptio 5. 41	Cluuiā obsessa dedit se Samnitibus atq; interim à Rom. recipitur 1. 235	Cn. Manlij responsum ad L. Furij & Ae- mylij Pauli orationem 4. 160
Cesseus mons 3. 180	Clytus leucadiorum præf. 4. 102	Cn. Manlius legatus ad Philippū 3. 235
Chalcis à Rom. capta 4. 15	Cn. Bebius Liuius & Claud. Cens. diem dixit 3. 222	Cn. Martius Coriolanus 1. 41. 42
Chalciden. querela apud Rom. 5. 45.	Cn. Bebius Pamphilus cos. 4. 188	Cn. Martius Coriolanus in exilium missus 1. 42
Charilaus & Nymphius principes Pa- lepoleos, quomodo ciuit. Rom. dedi- derint 1. 190	Cn. Bebij & L. Aemilij cos. profectio in ligures 4. 195	Cn. Martius Cor. fit dux Volscis contra Rom. & eius gesta 1. 45
Chalcicæcō, tēplū Mineræ areū 4. 92	Cn. Claudius Cento interrex 5. 45	Cn. Martius Cori. quid responderit Ro. pro pace 1. 44
Chersonesus à Gallis capta 4. 146	Cn. Corn. Cethegus cos. 4. 38	Cn. Mar. Coriolanus quid impulerit ad patriam oppugnandam 3. 195
Chium 4. 125	Cn. Corn. Cossus cos. 1. 108	Cn. Magio Attellanus 5. 89
Cicliades Achæorum exul. 4. 40	Cn. Corn. Cossus tr. mil. con. pot. 1. 109 110. 111. 116	Cn. Octavius pr. 3. 197
Cimbis locus 3. 196	Cn. Cornelij cos. mors 5. 10	Cn. Octauij classis dissecta tempestate in Carthaginien. manus uenit 3. 235
Ciminia sylua 1. 215	Cn. Corn. lentulus cos. 3. 241	Cn. Octauij aduentus leucadem 4. 102
Cimetra capta 1. 228	Cn. Cor. lentuli cōtentio p Africa 5. 241	Cn. Octauij legatio 5. 49
Cingilia op. 1. 192	Cn. Cornelio triumphus decretus & actus 4. 46	Cn. Octauij triumphus 5. 89
Cinnæ oppugnata ab Annibale 3. 74	Cn. Cor. lentuli præda ex Hispan. 4. 47	Cn. Plautius cos. 1. 187
Cissus portus 4. 114	Cn. Corn. consiliū Philip. deuicto 4. 50	Cn. Plautij uictor. de Priuernatib. 1. 188
Circei colonia 1. 25	Cn. Cornelij monumenta 4. 154	Cn. Quintilius dict. 1. 187
Circei Volscis restituuntur per Coriola- num multa q; aliæ ciuitates 1. 44	Cn. Dolabella rex sacrorum 5. 170	Cn. & Q. Ogulnij sceneratorib. diem di- cunt, quorū grauis multa fuit 1. 232
	Cn. Domitius cos 1. 186	Cn. Scipio in Hispaniā contra Asdruba- lem mittitur 3. 18
	Cn. Domitius Aenobarbus cos. 4. 81	Cn. Scir
	Cn. Fabius Vibulanus cos 1. 105	
	Cn. Fabius Vibulanus tr. mil. con. p. 1. 110	
	Cn. Fulvius Flaccus pr. 3. 105	
	Cn. Ful. Flauī fuga 3. 114	

I N D E X

D. Quintius præs. clasis	3.144	Elatia capta	4.117	Eurylochus profugit in Aetoliam	4.90
D. Quintius hasta transfixus	Ibidem	Eleorum legatio ad Antiochum	4.99	Eurylochus mortem sibi consciscit	4.110
Decurie Rom.	1.8	Elephantes anceps pugnae genus	3.159	Exodia quae dicantur & quando ceperint	1.359
Dedendi formula antiqua	1.18	Elephantorum Antiochi robur	4.130	Exulum Rom. cohors	1.36
Delphicum oraculum	1.25	Elephantorum rectores quo instrumento elephantes occidant dum regere nequeunt	3.176	Exulum ingentia	1.159
Delphicum oraculum quid Tarquinij responderit	1.26	Emathia quae quondam Paonia	4.199	Exules & serui Capitolium occup.	1.61
Delphicum oraculum de Veijs	1.119	Emporia urbs	3.134.216	F	
Demarata uxor Andronodori, quid marito consuluerit	3.90	Emporia, regio	4.77	Fabiorum nomen plebi inuisum	1.45
Demarata uxor Andronodori interfecta	3.91	Emporia duo opp.	4.59	Fabiorum gentis facinorosa claudera	1.47
Demetrias ab Aetolis capta doliis	4.91	Empulum captum	1.165	Fabiorum gentis magnitudo, & aduersus Veientes profectio	1.49
Demetrias Philippo se dedit	4.110	Epicides fit pr.	3.92	Fabij circumuenti insidijs hostium, omnes ad unum caesi ad Cremeram	1.49
Demetrius obses patris Philipp. Maced. redditus à Rom.	4.111	Epicides proficiscitur in Leontinos	3.95	Fabij tres tr. mil. con. pot.	1.128
Demetrius responsum ad fratris accusationem	4.195	Epicides & Hippocratis fuga	Ibidem	Fabraternorum & Lucanorum legati ad Romanos	1.187
Demetrius falso accusati interitus	4.198	Epicides ad Bomilcarem nauigat, inde Agrigentum	3.117	Falarica Saguntina	3.9
Democrates cadit	3.160	Epocrates Rhodius	4.121	Falernia tribus	1.208
Democritus praet. Aetolorum corruptus à Philippo	4.18	Epirus	4.9	Falcatarum quadrigarum descriptio	4.131
Deorum peregrinus cultus in urbem inuectus, & rursus emendatus	1.98	Epiri direptio, & praedae eius magnitudo	5.85	Falisci Capenatesque, fusi ac fugati	1.120
Derriopi regio	4.189	Epirotarum legatio ad Antiochum	4.29	Faliscorum obsidio	1.124
Desalces rex Masafulorum	3.218	Epirotarum legati relegantur Romam ab Acilio	4.11	Faliscorum puerorum iuuentutis magister proditor, uirgis caeditur	1.124
Deuouendi mos	1.185	Epsoignatus regulus	4.147	Faliscorum deditio	Ibidem
Dexagoridas Gorgopam praef. Gytthae occidit	4.66	Equitum Centuriae	1.20	Falisci ab Rom. foedus petunt	1.175
Diane fanum Romae	1.21	Equitum Rom. uirtus	1.81.160	Faliscis bellum indictum	1.245
Diane festum Syracusis	3.115	Equites Rom. effrenis equis in hostes inferuntur	1.100	Fames ingens Petelliae	3.71
Diaphanes Aethorum princ.	4.110	Equites quando primum equis merere ceperint	1.115	Fames Romae 1.68.91.146.178.251.242	
Diaphanes dux Aethae exercitus	4.125	Equites transuerti Idib. Quintil.	1.222	Fames ac frigus miserrima mortis generosa	1.274
Diaph. cum Seleuco pugnat	Ibidem	Equitum Corn. Scipionis & Annibalis pugna	3.17	Fanum quid	1.240
Dictatorem populus creare non poterat	3.34	Ecetra	1.56.59	Faucula Clunia	5.141
Dictatorum ueterum moderatio	1.194	Eretria oppugnatur & capitur	4.32.35	Faueria ciuitas deleta	5.9
Didas pr. Philippi regis proditor Demetrii	4.197	Eretrani pacem cum Rom. faciunt	1.38	Faustulus pastor regius educator Romuli & Remi	1.5
Didas Paon occisor Demetrii fratris Persei	3.35	Ergauia ciuit.	4.208	Fauno ades dedicata	4.74
Diodorus Amphipoleos quaestor	5.7	Echedemus princeps legationis Atheniensium	4.117	Ferentinae aquae & lucus	1.24
Dionysij tyranni dictum	3.90	Euander Herculi aram dicat	1.4	Ferentines nouum ius tentant	4.71
Diuitum arrogantia	1.66	Euander Cretenensis	5.39	Ferentinum captum, & eius ager Hernicis donatus	1.107.160.229
Diuiti opp.	5.54	Euander interfectus	5.75	Ferentinatibus sua leg. redditae	1.220
Dodonaeus Iupiter	1.189	Eudamus praef. nauium Rhodiarum	4.120	Ferentinum desertum ab habitatoribus captum	1.237
Dolopes ad Aetolos deficiunt	4.141	Eumenes rex	4.121	Festinatio	3.48
Donuca mons	4.210	Eumenes populationes	4.118	Fidei solenne	1.10
Dorimachus princeps Aetolorum	5.157	Eumenes apud Senatus Romanum oratio	4.135. & 156	Fidenates Romanis infrunt bellum fundunturque	1.7
Dorulacus dux Gallorum	4.72	Eumenes regis auxilia con. Antioch.	4.115	Fidenatium fuga & Veientum	1.15
Draudacum castellum	5.50	Eumenes regis benignitas	5.18	Fidene colon. Ro. ad Veientes deficiunt, & legatos Rom. occidunt	1.95
Druentia flu.	3.18	Eumenes Romam uenit indicaturus Persei conatus	5.20	Fidenates colonos suos occidunt	1.99
Duellij tribunitij	1.69	Eumenes grauiter uulneratus	5.22	Fidenates & Veientes agrum Romanum inuadunt	1.95
Ducarius Insuber L. Flamminium occidit	3.33	Eumenes inbiat Persei pecunijs	5.61	Fidene capiuntur diripiunturque	1.95.100
Duronia expugnata	1.240	Eumenes & Gallorum bellum	5.85	Fides Porfene & Rom.	1.35
Dux quis	1.94	Euphranor dux Persei	5.16	Flamen dialis creatur primus	1.10
E		Eupolemus praef. militum	4.141	Flamen dialis	1.355
Eclipsis	4.116	Enipeus fl.	5.55	Fl. Lucanus T. Semp. proditor	3.111
Edeiconis ad Annib. transitio	3.160	Euripi aetus	3.180	Floronia uestalis stupri poenas dedit	3.54
Egerius	1.16	Euryalus tumulus in Syracusis	3.115	Faciales	
Elatia capitur à T. Quint.	4.37	Eurylochus Magnetarches importunus	4.89		

Fœciales Rom. quibus uerbis, quoq; modo pacem cum Carthag. & fœdus percusserunt 3.242
 Fœderis faciendi mos 1.11
 Fœderum tria genera inter reges & ciuitates 4.75
 Fœminas Rom. duas præ gaudio exanimatas 3.54
 Fœminarum insignia 4.58
 Fœnus unciarum 1.164
 Fœnus semunciarum 1.169
 Fœneratorũ iudicia & multæ Ro. 4.95
 Fori 1.17
 Forum Rom. collapsum 1.159
 Fori ornandi Rom. origo 1.218
 Forensis factio 1.222
 Forensis turba in 4. ordines cõiecta lb.
 Formianis Fundanis & Arpinatibus suffragij latio concessa 4.155
 Fornicata uia 3.46
 Fortis fortuna ædes faciend. locata 1.244
 Fortune muliebris templum 1.44
 Fortune Primigeniæ ædes dedicata in colle quirinali 4.74
 Fortune equestri ædes uouetur 4.204
 Fortune equestris templum 5.17
 Fossa Cluilia 1.11.44
 Fregelle occupantur 1.205.212
 Fregellas ducta colonia 1.188
 Frusinate tertio parte agri multa 1.232
 Fructus rerum cognitionis 1.1
 Frumentũ uilitas Romæ 4.26
 Fusula capta à Fabio 3.89
 Fulmen aureum L. pondo. Ioui, Iunoni, Mineruæq; ex argento datum 3.30
 Fundanorum Senatus Plautio eos. occurrat 1.187
 Furius fr. Sp. furij cadit 1.157

G Abij quomodo proditi Tarquinio per filium Sextum 1.24
 Gadenses persugi urbis proditorem pollicentur Scipioni 3.190
 Gaditani se dedunt Romanis 3.197
 Gala Numidia partis rex 3.102
 Galesus fluu. 3.107
 Gallorum fuga cladesq; 1.115.131.156. 161.165.167.168.236
 Gallorum in Italiam transitus primi causa 1.127
 Gallorum fraus qua contra Hetruscos usi 1.226
 Gallorum corporum & ingeniorum de/ser. 1.133.255.3.176.4.72.147.149
 Gallorum & Samnit. cum Ro. pug. 1.235
 Gallorum fortitudo 1.128
 Gallorum ad Rom. legatio 1.128
 Galli Romam capiunt 1.130
 Galli Capitoliũ occupantes deturbantur 1.132
 Galli religiosa gens 1.132

Gallis pro redemptione obsidionis quid obtulerint Romani 1.133
 Gallus Romanos prouocat ad singulare certamen 1.160
 Galli in Campaniam recedunt 1.161
 Gallus Romanum prouocat ad certamen 1.168
 Gallorum & græcorum pugna 1.168
 Galli irrident Ro. legationem 3.13
 Galli apud Scipionẽ meretes ad Annibalem transfugiunt, cede in castris Ro. facta 3.24
 Gallica 15. oppida dedunt se Rom. 4.39
 Gallorum in Asiam profectio 4.146
 Galli transalpini in Italiam transgressi si 4.184.209
 Galli transalpini Italia cedere coguntur 4.188
 Galli à Perseo delusi 5.62
 Gallogræcia 4.118
 Gallogræci 4.147
 Gelius Egnatius ante Thuf. belli 1.229
 Gelius Egnatius cadit 1.238 (C) 231
 Gelo Hieronis fil. 3.82
 Gelo Hieronis fil. ad Pœnos deficit 3.71
 Gemindus Metius Latinus 1.180
 Gentij Illyricorũ regis leg. ad R. 4.205
 Gentius Illyriorum rex Romam delatus 5.25.27 (C) 49
 Gentius fratrem Platorẽ occidit 5.65
 Gentij exercitus 5.65
 Gentius se Romanis dedit 5.64
 Gentius rex Rom. ductus cum suis in curiam missus 5.69
 Gerasticus portus 4.128
 Geridon castellum Apulie capitur 3.41
 Gestã priuata ac publica quomodo comfusa 1.197
 Gisgo, Bostar et Mago, Annib. ad Philippum legati à Rom. capiuntur 5.75
 Gordium oppid. 4.148
 Gordia tichos 4.145
 Gomphi se dedunt 4.32
 Gonni oppidum 4.102
 Gracchus Cluilius 1.65
 Gracchus quomodo Casilinis fame laborantibus subuenerit 3.66
 Græcus sacrificulus sceleratorũ Bacchanalium Romæ autor 4.189
 Græcorum classis Thurias capit, Patavinarumq; populatur fines 1.222
 Grauisæ colonia deducta 4.200
 Gyttheũ opp. oppugnat L. Quint. 4.66
 Gyttheum tradit se Rom. Ibidem

H Ame sacrificium 3.74
 Hannonis oratio de Annibale Rom. dedendo 3.7.01
 Hannoni presidium finium Hiss. & Gallie commissum 3.29
 Hannonis & Gnei Scipionis pugna 3.29

Hannonis responsum ad Himilconis increpationem 3.62
 Hanno captus à T. Manlio 3.76
 Hannonis & Brutiorum contra Ro. pugna acris ad Beneuentum 3.86
 Hannonis fuga 3.87.145.195
 Hanno Campanas cohortes palatas occidit 3.89
 Hannonis castra expugnata ac direpta 3.100
 Hannonis odium Mutinẽ ad Rom. facit deficere 3.145
 Hanno nouus Imp. Asdrubali Barchino suffectus, Magoni se iungit 3.178
 Hanno uiuus capitur, Romamq; missus 3.178.179
 Hanno equitatum sibi comparat ac Saletram capit 3.210
 Hannonis interitus Ibidem
 Harmonia Gelonis filia uxor T. berni. filij 3.91
 Harpagones quid 3.226
 Harpalus Persei legatus ad Ro. 3.21
 Harficora Sardus 3.72
 Harficora sibi mortem consciscit 3.76
 Hegeas præf. equitum cadit 3.58
 Hemerodromi qui dicantur 4.15
 Heneti pop. 1.1
 Heraclea filia Hieronis, uxor Sosippi moritur 3.91
 Heraclea situs & direptio 4.107
 Heraclea arx dedit se 4.108
 Heraclides in uincula coniectus 4.28
 Heraclea capitur 5.55
 Herculi Græco Romulus sacrũ inst. 1.4
 Hercules simulacrum in Capitol. 1.221
 Herdonia incenditur, ac principes eius occiduntur ab Annibale 5.151
 Herennius Pontius quid censuerit circunuento faciendum de Romano exercitu 1.198
 Herennij Bassi & Herij Petrij colloquium cum Hannone 3.77
 Hermandica capta 3.8
 Hernici deuicti 1.165
 Hernicorum induciæ & deditio 1.219
 Hernicorum & Rom. pugna 1.160
 Hernici rebellantes uincuntur 1.219
 Herodorus Citanus mercator 4.92
 Herodorus in uinculorum coniectus, quaestionibus occiditur 4.198
 Hersilia uxor Romuli 1.6
 Hetruria concilium 1.95
 Hetruscus ex 12. populis singulos lixtores regi dabant 1.4
 Hetruscorum cedes & fuga 1.34.40. 100.138.141.215.216.217.224.227
 Hetrusci campi fertilitas 3.52
 Hetruscum bellam eorumq; pertinacia in pug. contra Rom. 1.223
 Hetrusci rebellant 1.223
 Hetruscorũ cũ Ro. induciæ 1.218.224
 Hetrusci

Metruſci Campaniam populantur ac predantur	1.234	Hiftri caſi	5.68	Inſubres	4.127
Metruſcorum, Samnitum, Vmbroꝝ & Gallorum conſpiratio in Rom.	1.232	Hiftria pacata	5.9	Inſubrum clades	4.39
Hexapylus regio milites accipit	3.94	Honofca capta ac direpta à Ro.	3.39	Inſula Gallie	3.18
Hiera come	4.144	Horatorum & Curiatorum ſingulare certamen	1.11	Inter pocula atque epulas quid agen/ dum	4.185
Hiero nagenarius uoluit Syracuſas re linquere liberat	3.82	Horatia à ſatre occiſa	5.12	Interregnum	1.8
Hieronis morientis preces ad tutores Hieronymi	3.82	Horatius uictor trium Albanorum, ſoro rem occidit Horatiam	Ibidem	Inundationes Romæ & circa	4.85
Hieronis munificentia in Romanos & ſauor	3.46	Horatius aſenſatus abſoluitur	1.13	Ioui Statori uouet Romulus templū	1.6
Hieronis beneficia in Oſtaciū & eius clafſem	3.67	Horatij Coclitis fortitudo	3.32	Iouis Feretrii templi amplificatū	1.16
Hieronymus nepos Hieronis, auo ſucce/ dit in regnum Siciliæ	3.82	Horatio Coclitis quæ gratia relata à Romanis	Ibidem	Iouis templum in Tarpeio	1.25
Hieronymi regis inſolentia moresq;	3.82	Hoſtia urbs condita	1.16	Iouis epulum	1.135
Hieronymi ſocietas cū Annibale	3.82	Hoſtijs humanis litatum Rom. in foro boario	3.54	Ioui II. ædes in Capit. dedicatæ L. Quin/ tio & Cn. Damitio conſ.	4.95
Hieronymus quomodo interfectus	3.83	Hoſt. Hoſtilius caſus & Ro. fugati	1.6	Iſalca pref. Annibalis	3.65
Hieronymi familiares quas turbas mo/ uerint poſt regem interfectum	3.89	Hoſt. Hoſtilius caſus & Ro. fugati	1.98	Iſidorus 10. nauium Antiochi pref.	4.106
Hieronymi interfectores ſiunt. prætores regni	3.90	Hyampolis recepta	4.33	Iſionda obſidione liberata	4.146
Hierony. ſtirps omnis extincta.	3.92	Hybla deficit ad pœnos	3.135	Iubellij Taureæ Campani nobilis, equi/ tis fortiffimi cum Claudio Afello ſin/ gulare certamen	3.79
Hilermus rex captus	4.80	Hybriſtas lacædemonius	4.120	Iubellius Taureæ ſcipſum occidit	3.132
Himera amnis	3.83	I		Iugum quomodo fiat	1.67
Himilco Hannonem increpat.	3.62	Ianiculum à Thuſcis captum	1.49	Iulius Tullus tr. mil. con. pot.	1.138
Himilconis geſta	3.71	Ianus à Numa pacis & belli index ſit	19	Iunius Brutus mag. equitū	1.184
Himilco Siciliæ aliquot ciuit. capit	3.96	Iaſſus oppugnatur à L. Acmylio	4.121	Iunius Brutus Scæua conſ.	1.191
Hioſtus Harſicoræ fil. occiſus	3.76	Iaſſenſes exules	Ibidem	Iunonis Acrææ promontorium	4.57
Hippagogi, genus nauium	5.63	Ibera oppugnatur	5.70	Iunonis Laciniæ templum prope Crotonem & lucus, columnaq; aurea ſor/ lida	3.22
Hippæ cum Romanis pugna	5.52	Iciliij	1.69.108.	Iunonis Matutæ ædes in foro olitorio dedicata	4.74
Hippocrates & Epicles regijs militib. ſe permittunt	5.94	Idea dea quò Peſiunte ueniens	3.210	Iunoni Monete ædes uota & dedi/ cata	1.169
Hippocrates Leontinis præſidio mitti/ tur	5.92	Idus Maiæ ſolennes magiſtratus in/ cundijs	1.69	Iunonis reginæ templum in Auentino locatum	1.122
Hippocrates ſit. pr.	Ibidem	Ilium Macedonia oppid. captum	4.17	Iunonis reginæ ædis dedicatio	1.126
Hippolochus dux præſ. lariffæorū	4.102	Ilienſes Sardiniam inuadunt	5.7	Iunoni reginæ ſacrificatum à matronis Romæ quomodo	3.173
Hirp. ac Samnitū leg. ad Annib.	3.76	Ilietæ Sardiniam inuadunt	5.7	Iunonis Veianæ Romani translatio, eius ædis per Fur. Camill. dedicatio	1.122
Hirpini dedunt ſe Q. Ful. Flacco	3.159	Ilietæ defeſiones bine	3.30	Iupiter Elicius	1.10
Hiſpale Fecenia meretricis amor erga P. Ebutium	4.169	Ilietæ ab M. Portia auxilium ro/ gant	4.59	Iupiter feretrius	1.6
Hiſpale Fecenia præmium propter indi/ cata Bacchanalia	4.173	Ilietæ caſi, & quibus conditionibus ea gens poſtea ſe dederit	3.205	Iuuentutis ædis dedicatio	4.111
Hiſpani reſpuunt Ro. amicitiam	3.13	Iliurgi oppugnatio & pugna illic Car/ thag. & Romanorum.	3.30	Iuuentus dea Rom. immobilis	1.136
Hiſpanorum in bello habilitas	3.59	Iliurgi captum ſeuere diripitur ac di/ ruitur	3.188	L	
Hiſpanorum ingenia	3.40	Iliuates ſe dedunt	4.40	Lacædæmonij Interamne	4.72
Hiſp. obſides Annibalis dati in arce Sa/ guntij cuſtodiebantur	3.40	Iliotæ occiduntur	4.65	Lacædæmon undiq; cinſta exerci/ tu à T. Quint. & ſtrenue oppu/ gnata	4.96
Hiſpan. apud Aſdrubalem mercenarium fuga	3.70	Imperij uis omnis in conſenſu	1.53	Lacædæmonij rurfus conſigunt cum Romanis	Ibidem
Hiſpanis quotquot cis Iberum habitabāt eos. arma adimit	4.62	Imperium in Hiſp. nemo Romanus am/ biuit	3.134	Lacædæmonij tyrannide liberati, adiun/ gunt ſe ſocios Acheis autore Philon/ pæmene	4.29
Hiſpanorum ingens ſtrage	4.61.178	Incendium Romæ	4.93	Lacædæmonij Acheis ſubditi ſunt	4.154
Hiſpanica ciuit. dedunt ſe Gatoni & ca/ ptiuos reducunt	4.63	Incendium Rom. per 2. noctes. ac diem unum	3.101	Lacædæmoniorum cunctatio	5.80
Hiſpania ductu auſpicioſq; Auguſti Cæſ. perdomita	3.184	Incendium Ro. circa forum die ac nocte continuum	3.138	Lacædæmonij à Seip. ceduntur	3.30
Hiſpaniæ rebellio compreſſa	3.205	Indibilis ad Seip. tranſitio & oratio	3.161	Lacædæmonij quomodo capti	4.62
Hiſter Thuſcis ludio dictus, unde hi/ ſtriones	1.157	Indibilis rurfum bellum mouet	3.204	Lacumaces regno pellitur à Maſaniſ/ ſa	3.218
Hiſtri Romanos uincunt	5.5	Indibilis caſus	3.205	Lacus Albanus in altitudinem inſoli/ tam creuit	1.119
		Indigemines cuſtos & proditor Hiero/ nymy	3.83	Lacus Curtius unde dictus	1.159
		Induſ flu.	4.145	Lacus	Lacus
		Infantem in utero matris clamaffe, lotri/ um phe	3.85		
		Ingaunorū cum Epanterys bellū	3.205		
		Inſani montes	3.240		

Lacus Timani	5.5	Legati Rom. ad Gallos Clusium obse-	Ligustinus ager uiribus diuisus	5.19
Lacumaces rex Masafulorū fit.	3.218	dentes	Lipparenſium mos	1.124
Lagos direpta	4.145	Legati Romanorum Delphos cum donis	Litana ſylua, ubi Rom. exercitus à Gal-	
Lampſacum dedit ſe Antiocho	4.51	miſi	lu occiſus	3.68
Lampſer portus	4.127	Legati Philippi Mæced. ad Senatum	Literæ laureatæ	1.125
Lanam pullam terra enatam	5.17	Romanorum	Lituus quid	1.9
Lanuuii in ciuitatem recepti	1.185	Legati Rom. in Græciam	Locren. deſectio & proditio	3.71
Lapis de celo lapſus	5.8	Legati Rom. Delphos miſi, à Liparen-	Locrenſib. urbe egreſſus ad comportan-	
Lapides atri, locus	3.135	ſibus capiuntur	da in ciuitatem neceſſaria, intercludi	
Lariſſa quæ alio nomine Cremæſte ca-		Legati Rom. qui Aſiæ res componen-	tur reditus ab Amilcare	3.80
pitur	4.25	rent	Locrenſium pax & ſocietas cum Annibale	3.81
Lariſſa arx	4.37	Legio 4. milium hominum Rom. ſecuri	Locren. exules de locris recipiendis ad	
Lariſſans Antiochus oppugnare tenta-	4.101	percuſſa	Scipion. reſerunt	3.206
Lariſſæorum legati ad Antiochū	4.101	Leon Athenien. orator quomodo Sen.	Locri à Rom. recepti	3.207
Lariſſus amnis	3.168	permouit	Locrenſium leg. querelæ de Q. Plimnio	
Lars Tolumnius Venientiū rex	1.39	Leontia loci nomen	apud Senat. Rom.	3.211
Lartis Tolumnij interitus	1.94	Leptis ciuitas	Locrenſibus leges ſuæ cum libertate reſ-	
Latinus ſyluius	1.2	Letus mons	ſtitute	3.214
Latini cur dicti	Ibidem	Leucadij	Locutij templum	1.154.155
Latini cum Aenæa bellū & amicitia Ib.		Leucas expugnatur à L. Quintio	Locuſtarum ingentia examina in A-	
L. cinorum cum Rom. bellum ad lacum		Leues milites qui dicti	pulia	5.20
Regillum	1.55	Lex Acilia de Auentino publicatio	Lomnoriuſ reguluſ Gallorum	4.146
Latini fuſi, caſtraq; eorū capta	1.36	Lex agraria lata	Loryma portus	4.122
Latinis 6000. Captiuorū reddita à Ro.		Leg. agrariæ promulgatio, & tributum	Lucanorum Appulorumq; ſædus cum	
Latinæ feriæ quo tempore	(1.37	conferri prohibitum	Romanis	1.190
anni habitæ	3.108	Lex Aemylia	Luc. decepti à Rom. deſiciunt, ſocietas	
Latini ac Hernici domū redeunt	1.140	Lex Cincia	temq; cum Samnitib. renouant	1.191
Latini, Hernici, Circeienſes cum Volſcis		Lex, de militis ſcripti nomine non de-	Lucanorum legati ad Rom. & ſædus	
capti	1.142	lendo	cum ipſis	1.217
Latinorum ac Volſcorum ſtrages	1.151	Lex de mulctarum æſtimatione	Lucanorum ſeditio compreſſa per Fab.	
Latini Thuſc. ad unū omnes caſi	1.152	Lex Hôratiæ	procos.	1.230
Latinorum à Rom. deſectio	1.168	Lex Licinia	Lucani dedunt ſe Q. Ful. Flacco	3.159
Latinorū principes X. Ro. uocati	1.178	Lex oppia & cur lata & abrogata	Lucani in diſtioneſ populi Romani re-	
Latinorum concilium	1.179		deunt	3.184
Latinorum acies & ordines qualis fue-		Leges ambitus	Lucrini ac Samnites ad internitionem	
rint, ut & Rom.	1.181	Leges Solonis quomodo à Rom. tranſ-	caſi & colonia miſſa	1.210
Latinorum ac Ro. pugna grauis	1.182	ſcriptæ & Romæ propoſitæ	L. Aemyluſ cos.	1.45.49.50
Latinorum cædeſ	Ibidem	Legum X 11. tabule in æſ inciſæ Ro-	L. Aemyluſ tribunus militum con. pot.	
Latini rebellantes fuſi	1.183	mæ	1.137.139.146	
Latinorum Campanorumq; deſectio &		Libertatis Rom. origo unde potiſſ.	L. Aemyl. mag. equ.	1.154.166
multa propter deſectioſem	Ibidem	Libertate quomodo utendum	L. Aemyluſ Mamercuſ cos.	1.157.158.
Latium uniuerſum à Romanis do-		Libertinorum filijs quando primum Ro.	L. Aemyl. Mamercuſ	1.177 (187)
mitum	1.184	Senatuſ inquinatur	L. Aemyluſ interrex	1.164.189
Latin. ciuitates debellatæ quas pœnas		Libri Linteï	L. Aemyl. Mamercuſ mag. equ.	1.176
dederunt	1.185	Libui populuſ	L. Aemyl. Mamercuſ dict.	1.186.208
Lauicanis bellum à Rom. indicitur	1.105	Libyphœnicæſ	L. Aemyl. Pauluſ cos.	5.46
Lauicani & Aequi fuſi, fugatiq;	1.105	Liciniuſ Craſſuſ fit pont. Max.	L. Aemyl. Pauli in C. Terentiuſ di-	
Lauicos colonia deducta	Ibidem	Liciniuſ Meneniuſ 1. tribunuſ militū	ctā	3.47
Lauici opp. capitur & diripitur	Ibidem	con. pot.	L. Aemyl. Ter. Varr. pugna ad Can-	
Lauinia	1.2	Liciniuſ Meneniuſ 111. tribunuſ milit.	naſ cum Annibale	3.50
Lauinium opp. conditur	Ibidem	con. pot.	L. Aemyl. Pauluſ. uulneratuſ, & morituſ	
Lauream in puppe nauis enatam	4.27	Liciniuſ pont. Maximuſ	ruſ quid Ro. iuſſerit nunciari	3.50
Laurentes ſædus renouant cū Ro.	1.185	Lyciorum querela ad Senatuſ Rom.	L. Aemyl. Pauli moſ	3.50
Lectiſterniuſ primum Romæ	1.118	Ligures qualis gens	L. Aemyl. Lepiduſ Xuir ſacrorū	3.136
Lectoriuſ trib. pl. legiſ agrariæ aſſertor		Ligures cos. caſtra oppugnant	L. Aemyl. Pappuſ pr.	3.197
audentiſſ.	1.52	Ligurum cædeſ	L. Aemyl. Pauluſ pr.	4.98
Legati Græcarum Urbium ad Senatuſ		& 5.19	L. Aemyluſ prætoriuſ concilium	
Romanorum	3.235	Ligures Piſas obſident	cogit	4.120
Legati Latini & Hernicorum	1.79	Ligures uicti & iraduſti	L. Aemyl. Pauli uictoria de Luſita-	
Legati Rom. Eldeniſ decifiſi ſtatue in		Ligurum X. millia proſtigata	niſ	4.139
Roſtris poſitæ	1.99	Ligurum rebellio & ſentia	L. Aemyluſ Pauluſ cos.	4.188

I N D E X

L. Aemylus Regillus classis praef.	4.115	L. Atilius praefectus praesidij apud Lor- censes	3.80	L. Cornelij Scipionis & Antiochic ercitus	4.120
L. Aemylus Regilli triumphus	4.139	L. Atilij gesta	4.201	L. Scipio frater Publij Oringini ex pugnat	3.179
L. Aemylus pr. Teios accedit, & Chi- os populatur	4.126	L. Atilij & C. Marcij rogatio	1.212	L. Scipio in uincula ductus	4.165
L. Aemylus Scaurus in Hellepontum missus	4.127	L. Bantius eques Nolanus, à Marcello co- mitate & muneribus placatus	3.64	L. Scipio ludos edit	4.174
L. Aemylus praelium nauale cum Antio- cho inter Myonensem & Cory- cum	4.127	L. Bebius legatus Scipionis ad Cartha- ginienfes	5.235	L. Cornelius Scipio Romam missus ab Acilio	4.106
L. Aemylus propr. infelix pugna in Va- scetanis	4.135	L. Bebius pr. fuga & mors	4.138	L. Cornelius Scipio paludatus urbe pro- ficiscitur	4.116
L. Aemylus profectio in ligures, & quo- modo circumuentus ab hostibus	4.198	L. Brutus terram osculatur	1.26	L. Cornelij Scip. triu- phus	4.139
L. Aemylus in ligurum castra eruptio & uictoria	4.199	L. Caecilius Metellus	3.88	L. Scipio dimissus	4.166
L. Aemylus Paulus 11. cos. fit	5.58	L. Caecilius Metellus autor deserendae Italiae post Cannen. cladem	5.157	L. Scipionis equus adeptus à Portio censore	4.185
L. Aemylus cos. Maced. fortitus Ibidem		L. Caelius Illyrici praef. repulsus & uul- neratus	5.50	L. Coruinus trib. pl.	1.192
L. Aemylus cos. oratio	5.60. & 66. & 89	L. Calpurnius legatus Romanorum ad Achaeos	4.34	L. Decimius legatus Rom. infamis	5.35
L. Aemilij profectio in Maced. Ibidem		L. Cantilius ob stuprum Vestalis, uir- gis caesus	Ibidem	L. Duronius praetor Gentium regem accusat	4.205
L. Aemilij cum Persa pugna	5.66	L. Canuleius pr. Hispaniae	5.45	L. Ebutius cos. moritur	1.57
L. Aemilius uictoriae nuncios Romam mittit	5.70	L. Cincius Alimentus pr.	5.136	L. Fabius legatus Scipionis ad Carthagi- nienses	3.235
L. Aemilius quomodo Persa uictum ex- ceperit, quidq; ei locutus	5.85	L. Cincius Siciliae parti praef.	5.155	L. Fuluius mag. equ.	1.208
L. Aemilius post uictoriam circumit & uisit Graeciam	5.82	L. Cincio committitur Locrorum op- pugnatio	5.165	L. Fuluius cos.	1.196
L. Aemilius Macedonibus aperit sena- tus decreta	5.85	L. Cincius Alimentus legatus ad Cri- spinum	5.167	L. Furius Bibaculus quest. occisus	3.51
L. Aemil. Macedoniam diuidit Ibidem		L. Cornelius 11. cos.	1.186	L. Furius & C. Manlius rei	1.51
L. Aemilius Macedonib. senatum creat, & ludos celebrat	5.84. & 85	L. Cornelij reditus Rom. & quam nihil apud Senatum impetrauit	4.80	L. Furius Pacilus cos.	1.50. 91. 107
L. Aemilij triumphus lugubris	5.89	L. Cornelius uocatur Romam ad cre- andos coss.	Ibidem	L. Furius tribunus militum obrecta- tur Camillo	1.146. 147
L. Albinus trib. pl.	1.41	L. Cornelij & Antiochi pugna	4.151	L. Fur. Camilli animi moderatio	1.148
L. Albinus sacra Romanorum peruexit Cere	1.150	L. Cornelius Iluir	5.5	L. Fur. str. mil. con. pot.	1.155
L. Anicius Gentium regem & Scodram ciuitatem capit	5.64	L. Cor. Lentulus Xuir sacrorum	5.105	L. Furius Camillus dict.	1.167. 169
L. Anicij gesta	5.81	L. Cor. Lentulus mortuus	Ibidem	L. Fur. Camillus cos.	1.168. 184. 191
L. Anicij triumphus	5.90	L. Cor. Lentulus praet.	5.124	L. Furius Camilli de Latinis ad Senatum relatio	1.184
L. Annius Latinos contra Rom. incitat ad defectionem	1.179	L. Cor. Lentulus legat.	5.158	L. Furio Camillo Samnium euenit	1.191
L. Annij ferox oratio ad Romanorum Senatum	Ibidem	L. Cor. Caudinus ed. cur.	5.165	L. Furius Medullinus tribunus militum consulari potestate	1.100
L. Annij interitus	Ibidem	L. Corn. Lentulus cos. & eius gesta	1.188	L. Furius Purpurio tr. mil.	3.152
L. Antistius trib. mil. con. pot.	1.50	L. Cor. Lentulo, & L. Manlio Acidino Hispania à Scipione tradita	3.197	L. Furius Purpurionis pugna cum Gallis clara	4.14
L. Apustius cadit	4.121	L. Cornelius Lentulus dux contra Ille- getes	3.204	L. Furius Purpurio legatus Romanorum ad Actolos	4.17
L. Aquilius Coruus tribunus militum consulari potestate	1.138	L. Cor. Lentulo prorog. Imp.	3.210	L. Furius reditus Romam & triumphus	4.25. 26
L. Aquilius Petus augur.	5.170	L. Cor. Lentulo prorog. Imp.	3.223	L. Furius Purpurio cos.	4.46
L. Arennius praef. mil. captus	3.166	L. Cornelij Lentuli oratio	4.14	L. Furius consulis ad colligam profe- ctio	4.7. & 50
L. Atij consilium & uictoria de Hi- stris	5.6	L. Corn. Lentulus cos.	4.26	L. Furius Medullinus cos.	1.107. 108
L. Atilius Longus tribunus militum conf. pot.	1.89	L. Cornelius Maluginensis Xuiris pa- trocinatur	1.71	L. Furius Medullinus tribunus militum consulari potestate	1.110. 111. 118. 119. 122. 123. 126
L. Atilius tribunus militum consulari potestate	1.120	L. Cor. Maluginen. cos.	1.64	L. Geganius tribunus militum consulari potestate	1.150
L. Atilius quibus uerbis plebem roga- uerit quid de Campanis uictis uelit fieri	3.141	L. Cornelij Merula cos.	4.74	L. Genutius legatus ad Syphacem	1.152
L. Attilium questor	3.51	L. Cor. Scipio cos.	1.226 (4.79)	L. Genutius cos.	1.157. 158
		L. Cornelius Scipionis in Hetruriam profectio	1.227	L. Genutij aduersus Hernicos profectio & mors	1.159
		L. Corn. Scipio cos.	1.167	L. Genutij lex de non scenerando	1.177
		L. Scipio collaudatus à fratre cum Han- none captiuo Rom. mittitur	3.179	L. Horatius Barbarus tribunus militum consulari potestate	1.100
		L. Cornelius Scipio frater Africani consulis	4.5	L. Horatius Pulullus tribunus militum consulari potestate	1.159
		L. Cornelius Scipio Africanus Miner- ue sacrificat	4.129	L. Hortensius	

L. Hortensius C. Sempr. diem dicit	1.105	L. Manlij Acidini cum Celtiberis pu-	4.173	L. Papyrius cos. eiusq; fortia facta con-	1.240
L. Hortensius accusatur	5.44. & 45	gna	4.173	tra Samnites	1.240
L. Hostilius Mancinus cum equitib. ex-	3.38	L. Manlius Acidinus cos	4.206	L. Papyrij Cursor. concio ad milit.	1.241
ploratum missus, occiditur	3.38	L. Manlij ouatio	4.177	L. Papyrius fit pretor, & triumphus	1.244
L. Icilius	1.73	L. Manlius Torquatus dictator	3.169		
L. Icilius trib. pl. seditiosus	1.107	L. Manlius Torquatus Lustrum uo-	3.169	L. Papyrius Mugillanus Censor pri-	1.89
L. Iulius magister equ.	1.97	net	3.169	mus	1.89
L. Iulius cos.	1.98	L. Marcius Septimij. filius collapsam	3.121	L. Papyrius Mugillanus cos.	1.99
L. Iulius tribunus militum consulari	1.93.116.150	rem Romanam apud Hispanos re-	3.121	L. Papyrius Mugillanus cos.	1.99
potestate	1.93.116.150	stituit	3.122	L. Papyrius Mugillanus tribunus mili-	1.105
L. Iulius Tullus tribunus militum consu-	1.119	L. Marcij temerarium consilium sed felix	3.122	tum consulari pot.	1.105
lari potestate	1.119	& clara uictoria	3.122	L. Papyrius Mugillanus interrex	1.104
L. Iulij lex de magistratibus	4.206	L. Martio concionanti flammam ex ca-	3.123	L. Papyr. Mugill. cos.	1.89
L. Iulius fulmine ictus	4.47	pite susam	3.123	L. Pinarius cos.	1.53
L. Iunius Brutus uir magnanimus	1.25	L. Marcij gesta in Hispan. 3.188.190.195	3.199	L. Pinarius Mamercus tribunus militum	1.96
L. Iunij Bruti & caterorum coniaratio	1.27	L. Marcius laudatur	3.199	consulari potestate	1.96
aduersus Tarquin. Superbum	1.27	L. Menenius Lanatus cos.	1.91	L. Pinarij astus quo Aennenses oppres-	3.79
L. Iunius Brutus cos.	Ibidem	L. Minutius cos.	1.65	fit	3.79
L. Iunius Brutus Senatorum numerum	1.28	L. Metelli & Posthumij Albini cer-	4.135	L. Pinarius magister equ.	1.158
ad 300. supplet.	1.28	tamen	4.135	L. Pinarius pref. presidij	3.96
L. Iunius Brutus filiorum suorum iu-	1.29	L. Minutius pref. annonae	1.91	L. Plautius Venox cos.	1.187.207
dex	1.29	L. Minucij timiditas	1.66	L. Pomponij Vcientani cum Hannone in	3.102
L. Iunij mors quomodo Romanis luctu	1.30	L. Minutius consulatu priuatur per di-	1.67	felix pugna in qua ipse captus quor-	3.102
celebrata	1.30	ctatorem Cincin.	1.67	que	3.102
L. Licinius tr. mil. con pot.	1.139	L. Minucius boue aurato donatus	1.93	L. Porcius Licinius cos.	4.179
L. Licinius Stolo tr. pl.	1.152	L. Naucius Sabinum agrum popula-	1.66	L. Porcius Licinius ad. pl.	3.154
L. Licinius mag. equit.	1.154	tur	1.66	L. Porcius Licinius prator	3.169
L. Licinius Pollio leg. ad Crispin.	3.167	L. Opimius Pansa quaestor occisus &	1.237	L. Porcij praetoris literae	3.171
L. Licinius trib. pl.	1.201	quaestorium captum	1.237	L. Porcij Licinij praetoris gesta	3.175
L. Lucretius Flauus cos.	1.125	L. Oppius & Q. Fuluius tribunus plebis	4.38	L. Posthumius diem dictum fugit	1.244
L. Lucretius tribunus militum consula-	1.126	obstant cos. ne sortiantur prouin-	4.38	L. Posthumius cos.	1.220
ri potestate	1.126	ciae	4.38	L. Posthumius Megillus propraet.	1.234
L. Lucretius Tricipitinus cos.	1.138.158	L. Oppius Salinator praetor	4.98	L. Posthumius Megillus cos. adem Vi-	1.237
L. Lucretius tribunus militum consula-	1.146	L. Papyrius tribunus militum consulari	1.139	storiae dedicat.	1.237
ri potestate	1.146	potestate	1.139	L. Posthumij Megilli triumphus inui-	1.240
L. Lucretius quaestor ab Annibale	3.29	L. Papyrius Craffus dictator	1.183	to Senatu	1.240
occisus	3.29	L. Papyrius Craffus cos	1.198	L. Posthumius Megill. tribunus militum	1.146
L. Manlius Tbusculanorum dictator	1.62	L. Papyrius Craffus cos	1.185	consulari potestate	1.146
auxilio uenit Rom.	1.62	L. Papyrius Craffus cos	1.95	L. Postb. Albinus praetor	3.46
L. Mamilio Thuscul. ciuitas data	1.62	L. Papyrius Cursor trib. militum con-	1.141.146.154	L. Posthumij cos. interitus	3.68
L. Manlius Capitolinus tribunus militum	1.103	sulari potestate	1.141.146.154	L. Posthumij calua auro celata fit uas	3.68
con pot.	1.103	L. Papyrij turpis libido	1.191	sacrum	3.68
L. Manlio dies dicta	1.158	L. Papyrius Cursor magister equi-	1.183	L. Posthumius & T. Sempronius Grac.	3.70
L. Manlius Imperiosus, dict.	1.158	tum	1.183	Asdrubali occurrunt	3.70
L. Manlij seueritas in dictatura	1.158	L. Papyrius Cursor dict.	1.192	L. Posthumius Tympanus occisus	4.72
L. Manlij in filium seueritas	Ibidem	L. Papyrius Cursor Lucerianos sub iu-	1.194	L. Posthumius tribunus militum consula-	1.137
L. Manlius praetor in Galliam cum exer-	3.12	gum mittit	1.194	ri potestate	1.137
citu missus	3.12	L. Papyrius Cursor, milites sibi recon-	1.195	L. Posthumij quaestiones in pastores	4.177
L. Manlius ad Mutinam Gallos ster-	3.15	ciliat	1.195	latrones	4.177
nit	3.15	L. Papyrius Cursor 11. cos.	1.203	L. Posthumij praetoris gesta	4.183.206
L. Manlius Acidinus pr.	3.156	L. Papyrij Cursoris in Apuliam profe-	1.203	L. Posthumij gesta	4.208
L. Manlij Acidini literae	3.177	ctio	1.203	L. Posthumij Albini triumphus	5.7
L. Manlius Acidinus dux in Hergetes	3.204	L. Papyrij Cursoris laudes, & cognomi-	1.205	L. Posthumius cos. primus socios Rom.	5.17
	3.204	nis eius origo	1.205	sumptibus grauauit	5.17
L. Manlio Acidino prorogatur Imper-	3.210	L. Papyrius Cursor v. cos.	1.211	L. Publij Aemylj & C. Terentij Varr.	3.48.50
rium	3.210	L. Papyrius dictator	1.217	dissidium	3.48.50
L. Manlio Acidino prorog. Imper.	3.223	L. Papyrij Cursoris dictatoris trium-	1.218	L. Pub. Bibulus trib. mil.	5.53
L. Manlius Acidinus prohibitus per M.	4.29	phus	1.218	L. Quintius Capitolinus trib. militum	1.143
Portium Leccam ouatione	4.29	L. Papyrius Cursor quomodo uouerit	1.242	consulari potestate	1.143
L. Manlius & L. Minutius Myrtilus Car-	4.158	Ioui Victori	1.242	L. Quintius Cincinnatus fit cos. ac se	1.65
ibaginem aurati	4.158	L. Papyrius Cursor edil. Cur.	1.226	trib. pl. opponit	1.65

I N D E X

L. Quint. reficitur cos.	1.64	L. Ticinius tribunus militum	1.118	L. Veturius cos.	3.183
L. Q. Cincinnati animositas & militaris scientia	1.66	L. Ticinius tribunus militum consulari potestate	1.120	L. Veturius Philo magister equit.	3.209
L. Q. Cincinnatus quibus conditionibus dimiserit Aequos victos	1.67	L. Trebonij trib. pl. rogatio	1.82	L. Virginius	1.73
L. Quintij Cincin. triumphus	ibidem	L. Valerius Antias praef. nauium	5.73	L. Virginius quomodo filiam suam defendit à stupro	1.74
L. Quintus Cincinnatus maior dictator sic	1.92	L. Valerius Appio se opponit	1.75	L. Virginius Appij scelus exercitui in Algido exponit, eumq; secum Rom. reducit	1.75
L. Quintius Cincinnati filius tribunus militum con. pot.	1.93	L. Valerius cos.	1.45.53.77	L. Virginius cos. refectus	1.95
L. Quintius Cincinnatus iunior magister equitum	1.93.103	L. Valerij aduersus Aequos & Volscos bellum	1.53.80	L. Virginius tribunus militum consulari potestate	1.137
L. Quintius Cincinnatus trib. militum consulari potestate	1.100	L. Valerij adhortatio ad milites	ibidem	L. Volumnius cos. & eius gesta	1.228 219.232
L. Quintius Cincinnatus III. trib. militum con. pot.	1.104	L. Valerius & M. Horatius ad plebem ex Aucentino in urbem reuocandam missi	1.76	L. Volunius auxiliatur Ap. Claud.	1.230
L. Quintius Cincinnatus trib. militum consulari potestate	1.139	L. Valerius interrex	1.120	L. Volumnij & Appij Claudij inimicitiae	ibidem
L. Quintius Cincinnatus trib. militum consulari potestate	1.151	L. Valerio triumphus decernitur	1.126	L. Volumnij in Samnium reditus	1.230
L. Quintius Flaminius augur.	3.103	L. Valer. magister equitum	1.135	L. Volumnio prorogatum Imper.	1.232
L. Quintio Flamino classis praefectura prorogata	4.39	L. Valerius IIII. tribunus militum consulari potestate	1.146	Lucerum centuria	1.7
L. Quintus T. Quintij cos. frater quid gesserit	4.32	L. Valerius v. tribunus militum consulari potestate	1.149	Lucumo Demarati Corinthij fil.	1.16
L. Quintius cos.	4.91	L. Valerius trib. mil. con. pot.	1.151	Lucus Feroniae	3.150
L. Quintius Ligures populatur	4.93	L. Val. magister equitum	1.187	Lucretia bonestum studium	1.26
L. Quintij Crispini triumphus	4.183	L. Valerius tribunus pleb. contra legem Oppiam	4.55	Lucretia se occidit	1.27
L. Rammius Brundisinus	5.22	L. Valerius contra legem Oppiam & pro mulieribus	4.57	Ludi Apollinares ut in perpetuum fierent, uotum	3.136
L. Scribonius Libo praetor	3.209	L. Valerij pugna cum Gallis	4.72	Ludi Capitolini	1.154
L. Sempronius Atratinus Censor primus	1.89	L. Valerius Flaccus cos	4.52	Ludi funebres	4.26
L. Serg. Fidenas cos. & eius gesta	1.93	L. Valerij Flacci cum Boijs praelium & uictoria	4.63	Ludi Magni instaurantur	1.45
L. Sergius Fidenas tribunus militum consulari potestate	1.96	L. Valerius Flaccus Rhoduntiam missus	4.194	Ludi plebei restaurati	3.71.103 & 48.46
L. Sergius Fidenas III. cos.	1.98	L. Valerius Flaccus legatus ad Actolos	4.108	Ludi Romani habiti instauratiq;	3.71.103 & 4.26
L. Serg. Fidenas trib. mil.	1.105	L. Val. Flaccus magister equitum	1.201	Ludi scenici primum facti ab edilibus curulibus	3.99 & 4.74
L. Sergius cum Aequis male pugnat	1.105	L. Valerius Philo dictator	5.45	Ludi Scenici Romae celebrati magnifice	4.58
L. Sergius Fidenas tribunus militum consulari potestate	1.119	L. Valerij Potiti oratio in Xuiris	1.71.72	Ludi promiscue spectati Romanis	4.74.108
L. Seruilius Stru. tus III. tribunus militum	1.105	L. Valerius Potitus cos.	1.108	Lunensium cum Pisanis disceptatio	5.76
L. Sextius cos. primus de plebe	1.157	L. Valerius Potitus tribunus militum consulari potestate	1.100	Lupercalia	2.5
L. Sextius tribunus plebis & eius leges	1.152	L. Valerius Potitus v. tribunus militum consulari potestate	1.118	Lupi duo in formijs aliquot laniauerunt	4.59
L. Siccius à Xuiris proditus	1.72	L. Valerius Potitus cos.	1.126	Lupum in Capitolium penetrasse	4.39
L. Stertiniij praeda Hispanica	4.47	L. Valerius Potitus interrex	1.126.138	Lupus interdiu Romae agitatus	5.8
L. Tarquinius Collatinus	1.27	L. Valerius Publicola tribunus militum consulari potestate	1.125	Lusitani caesi	4.78
L. Tarquinius Collatinus abdicat se consulatu	1.28	L. Valerius Publicola IIII. tribunus militum consulari pot.	1.139	Lustratio exercitus apud Macedones qualis fuerit	4.190
L. Tarquinius urbem triumphans primus ingreditur, & eius aedificia	1.18	L. Veturius Philo praetor	3.154	Lustrum conditum	1.20.56.244
L. Tarquinij Superbi crudelitas in sacerum	1.22	L. Veturius alius aed. cur.	ibidem	Lutarius regulus Gallorum	4.146
L. Tarquinius Superbus quomodo occurrat regnum	1.22	L. Veturius tribunus militum consulari potestate	1.154.156	Luxuriae Romanae origo e bello Asiatico	4.168
L. Tarquinio Superbo urbs clauditur & indicitur exilium	1.27	L. Veturius Philo Censor	5.154	Lycorte praetoris Achaeorum oratio contra Laced. accusationem	4.180
L. Tarquinij mors	1.36	L. Veturio Philoni prorog. Imp.	3.163	Lysimachiam restaurat Antiochus	4.51
L. Tarquinius magister equitum homo pauper	1.66	L. Veturius Philo, leg. it. uictoriae de Asdrubale	3.177.240	Lysimachia Rom. excipit	4.128
		L. Veturius Philo Romae recenset deuiam Africam	3.240		

Macedonum

Macedonum strages & fuga	5.69	Mamercus Aemilius tribunus militum		M. Aemyl. Pappus mortuus	3.154
Macedoniae ciuitates se dedunt Ro.	5.70	con. pot.	1.93	M. Aemyl. Regillus mortuus	3.208
Macedonici pueri regij ad Romanos		Mamercus Aemyl. dictator	1.93.99	M. Aemilius ad Philippum	4.13
transcunt	5.73	Mamerci Dictatoris triumphus	1.94	M. Aemyl. Lepidus pr.	4.98
Macedonici Metallum uectigal sublatum à		Mamercus post triumphum se magistra		M. Aemilius moritur	4.123
Romanis	5.78	tu abdicat	1.100	M. Aemilius trib. mil.	4.152
Macedoniae diuisio in IIII. regio-		Mamerci Aemyl.ij dictatoris cum Fide-		M. Aemilius Lepidus cos.	4.158
nes	5.83	natibus ac Veientibus pugna, & ad		M. Aemyl.ij & M. Fuluij i	4.158
Macedonicae praede magnitudo	5.85	suos oratio	1.100	M. Aemyl.ij cos. gesta in	4.168
Machanida gesta leuia	3.181	Mamilius fauciatur	1.35	liguribus	4.206
Machanidis tyrann. Lacedaemon.	3.167	Mandonius Illergetum regulus	5.40	M. Aemyl.ij Lepidi & Fuluij Nobilioris	4.206
Maeris insula	4.126	Mandonij uxoris preces ad Scipionem		certamen	4.208
Maander flu.	4.145	Africanum	3.149	M. Aemyl.ij Lepidi structurae	4.208
Mesia flua	1.16	Mandonij ad Scip. transitio	3.161	M. Albinus trib. mil. con. pot.	1.150
Magella deficit ad Poenos	3.135	Mandonius & indibilis Suecitanum Se-		M. Antonius mag. equi.	1.186
Magistratum nullum sine pronocatione		detantumq; agrum populantur	3.190	M. Antistius leg. Rom.	5.31
creandum	1.77	Mandonius & Indibilis desperantes ue-		M. Attilius Regulus consul	1.185
Magnesia	4.130	niam renouant bellum	3.194	237 & 3.42	
Magni campi	3.223	Mandonij oratio pro uenia quam im-		M. Attilij cum Samnitibus pugna cru-	3.238
Magni ludi	1.17	petrat	3.195	entia	3.238
Mago praef. equitum apud Annibalem		Mandonius & ceteri belli autores Ro.		M. Attilius quomodo suos milites fugi-	
frater Annibalis	3.24	dati ad supplicium	5.205	entes denuo pugnare coegit ac tem-	
Mago ad insidias locatur ab Anniba-		Manduria capta	3.159	plum Ioui Statori uouet	1.239
le	3.225	Manliana imperia	1.98 & 181	M. Attilius Rom. missus	5.48
Mago gesta fratris Annibalis in Italia		Manlius Nexius censor	1.167	M. Attilius Regulus Censor	5.85
recitat senatui Carthaginensi belloq;		Manitius praenestinus	3.66	M. Attilius praetor	5.99
petit necessaria	3.62	Mannus index incendij Romani &		M. Attilio Censori dies dicta	Ibidem
Mago cum clasibus & copijs in Hispani-		eius premium	3.138	M. Attilius	3.236
niam reuersus	3.72	M. Aburius trib. pl.	4.167	M. Attilij Reguli sententia de Cam-	
Mago captus à T. Manlio	5.76	M. Acilij Glabronis cos. uotū	4.97.98	panis	5.41
Magonis dispositio exercitus	5.146	M. Acilius paludatus urbe proficisci-		M. Atilius Glabrio cos.	4.86
Mago se cum praesidio & arce de-		tur	4.99	M. Atilius mare traiecit	4.103
dit	3.148	M. Acilij & Antiochi pugna ad Py-		M. Atilij oratio ad milites	4.104
Mago cum captiuis Rom. mittitur	3.150	lus	4.105	M. Atilij triumphus	4.133
Mago & Asdrubal Gisgonis auxilio ue-		M. Acilij seueritas	4.109	M. Atilius Glabrio ambit censurā	4.139
niunt Asdrubali Barchino, sed se-		M. Acilius Aetolas ad rogandam ue-		M. Atinius occisus	4.72
ro	3.162	niam hortatur	4.106	M. Atinius	3.110
Magonis eruptio in L. Cincium	3.166	M. Acilius Heracleam obsidet	Ibidem	M. Aurelius legatus ad Philippum	3.233
Magonis fuga	3.178	M. Acilius Elatiam oppugnat	4.116	M. Aurelius indicat quam instructus sit	
Mago & Masanissa P. Cornelium Scipio-		M. Acilius Amphissa expugnata cedit		Philippus ad bellum	4.7
nem & P. Syllanum castra ponentes		prouincia	4.117	M. Aur. Cotta Xuir sacrorum	3.222
inuadunt	3.184	M. Acutius tr. pl. con. pot.	1.116	M. Aur. Cotta L. Scipionis legatus Ro-	
Mago iubetur cum exercitu petere Ita-		M. Aemilius cos.	1.108	mam	4.135
liam ac se Annibali iungere	5.196	M. Aemilius Mamercus	1.111	M. Bebius Pamphilus cos.	4.196
Mago Carthaginem nouam capere co-		M. Aemilius Mamercus IIII. tribunus		M. Bebij imperium & triumphus	4.205.204
natur, sed frustra	Ibidem	mil. con. pot.	1.116		
Mago in Italiam traiecit, ac Genuam		M. Aemilius tribunus militum consula-		M. Caeditius Gallorum aduentum nun-	
capit	3.203	ri potestate	1.126	ciat	1.126
Magoni naues, exercitus & pecunia		M. Aemyl. Pappus dict.	1.201	M. Caecilius Metellus praet.	3.183
missa à Carthag.	3.205	M. Aemyl. Paul. mag. equi.	1.225	M. Caecil. Metellus legatus	3.208
Magonis & Gallorum consilium	3.206	M. Aemilius Paulus ab hostibus amif-		M. Centenius Penula miles Rom. exerci-	
Magoni semen transfixum	3.238	sis aliquot signis in castra compel-		tum in Annib. infeliciter ducit	3.113
Mago in Africam traieciens in itinere		litur	Ibidem	M. Centenij interitus	Ibidem
moritur	3.251	M. Aemyl.ij Lepidi filij ludos funebres		M. Cincius Alimentus tr. pl.	3.214
Maharbal populatur agrum sociorum		edunt	3.71	M. Cincius Pifarum praef.	4.25
Romanorum	3.23	M. Aemilius Regillus Flamen Quiri-		M. Claudius cliens, Appij minister li-	
Maharbal Himilconis fil.	3.18	nalis	3.83	bidinis	1.73
Maleuentum olim nunc Bencuentum		M. Aemilius Regillus cos. consulatum		M. Claud. damnatur	1.79
oppiam	1.211	non gessit	Ibidem	M. Claud. Marcellus dictat.	1.189
Mamercus Aemilius dictator III. 1.95		M. Aemyl. Lepidus pr.	5.99	M. Claud. Marcellus pr.	3.46.63
Mamerci lex, magistratus abdicatio, &		M. Aemilio praetori datum, nouis reli-		M. Claud. Marcellus praef. clasiss	3.54
tribu motio.	1.96	gionibus Rom. liberare	3.102	M. Claud. quomodo prohibuerit Nola-	
				nam deditioem	6.64
				M. Claud.	

M. Claud. Nolanos proditores securi percussit	3.65	M. Cor. Cethegus Censor	3.157	M. Fuluij triumphus	4.168
M. Claudio exercitus in Siciliam traducendus mandatur	3.71	M. Cor. Cethegus. cos.	3.209	M. Fuluius ludos edit	4.174
M. Claud. Marcello cur imperium esse popul. iusserit	Ibidem	M. Cor. Cethegi gesta	3.221	M. Fuluius Nobilior & eius milites notati	4.205
M. Claud. Marcellus cos. fit	3.72.136	M. Cor. Cethego proconsuli Gallia traditur provincia	3.225	M. Fuluij Nobilioris edificia pub. & edium dedicationes	4.208
M. Cl. Marcelli in Samnitib. gesta	3.76	M. Cor. Maluginen. cos.	1.95	M. Fundanius tr. cōtra leg. oppiā	4.55
M. Claud. Marcelli providentia	3.77	M. Cosconius trib. mil. cæsus	3.231	M. Furius Camillus trib. mil. con. pot.	1.116.118.123.139.144.146
M. Claud. Marcelli ad milites adhortatio	3.78	M. Cūrcius pro R. pop. se deuouet	1.159	M. Fur. Camillus interrex	1.120.126.137
M. Cl. Marcellus 111. cos.	3.84	M. Duellius	1.76	M. Fur. Camillus dictator	1.120.137.156
M. Claud. Marcelli cum Annibale pugna	3.87	M. Duellij moderatio	1.79	M. Furius ludos magnos nouet	1.120
M. Claud. Marcellus Nolam ad Q. Fab. cum suo exercitu uocatus uenit Casilinum, quod obsident	3.88	M. Duellij Tribunis opponit se	1.82	M. Furius Camillus cuniculum in arcem Veiorum agit	1.121
M. Cl. Marcelli legatio ad Syracus.	3.95	M. Duellij & L. Menenij rogatio de senore unciario	1.104	M. Furius Senatium de præda Veiorum consulit	1.121
M. Claud. Marc. leontinos capit	Ibidem	M. Duellij trib. pl. rogatio	1.77	M. Furius Apollini Pythico nouet præda decimam	Ibidem
M. Claud. Marcellus capit ciuit. que ad Carthag. defecerant	3.95	M. Ebutius trib. pl.	5.5	M. Furij Camilli triumphus	1.122
M. Claud. Marcelli conatus in capiendis Syracusis	3.114	M. Fabius Ambustus tribunus militum consulari pot.	1.146.152.153	M. Furius in exilium abiit	1.126
M. Claud. Marcellus Acradinam circūfedit	3.116	M. Fab. Ambustus Hernicos uincit	1.161	M. Furius Camillus ab exilio reuocatus dictator fit	1.123
M. Claud. Marcelli responsum ad Syracus. ueniam rogantes	3.119	M. Fab. Ambustus interrex	1.164	M. Furij Camilli gesta in Faliscos	1.123
M. Claud. Marcelli alia pugna & uictoria	3.124	M. Fabius Ambustus cos.	1.161.164.115	M. Furius Camillus rogationi trib. pl. obnititur	1.125
M. Claud. Mar. Syracusarum ornamenta Rom. deuehit	3.123	M. Fabius Rom. captus, oppidum Cales prodit	1.186	M. Furij Camilli ad Ardeates orat.	1.131
M. Claud. Marcelli ex Sicilia reditus Romam	3.135	M. Fabius dist.	1.167	M. Furij Camilli triumphus & militum acclamationes	1.133
M. Claud. Mar. responsum ad Siculos accusantes apud Senatium	3.140	M. Fabius interrex	1.178	M. Furij Camilli oratio, ne populus Romam deserat	1.134
M. Claud. Marcellus Annibalem sequendū urget	3.157	M. Fab. Ambustus mag. equ.	1.196	M. Furius Camillus prohibetur se abdicare magistratu	1.136
M. Claud. Marcelli increpatio militum & animaduersio ignominiosa in cohortes ac Centuriones	3.158	M. Fabius Buteo dictator	1.67	M. Furij Camilli trium bellorum uictoris triumphus	1.138
M. Claud. Marcellus v. cos.	3.163	M. Fabius Buteo pr.	3.241	M. Furij Camilli gesta contra Volcos & Antiates	1.139
M. Claud. Marcellus interfectus	3.166	M. Fabius Cæsonis frater cos.	1.45	M. F. Camil. generosum dictum	Ibidem
M. Claud. Marcellus trib. pl.	3.254	M. Fabius cos.	1.46	M. F. Camillo triumphus decretus	1.157
M. Claud. Marcellus cos. 4. 46. 139. 184		M. Fabius increpat fugientes Rom.	1.47	M. F. Camillus patres & pleb. contententes placat	Ibidem
M. Claudius Marcellus Gallos fundit & Comum capit	4.50	M. Fabius triumphare non uult	1.48	M. Furij Camilli mors & laudes	Ibidem
M. Claudius Marcellus cladem à Bois accipit	Ibidem	M. Fabius legatus	1.97	M. Furij Camilli exilium ruina urbis secuta	3.104
M. Claudij Marcelli triumphus	4.51	M. Fabius Dor suo cos.	1.169	M. Furius pr. provin. cedere iub.	4.167
M. Claudius Marcellus cos. moritur	5.9	M. Fabius frater Q. Fabij cos.	1.215	M. Furius procos. triumphū petit	Ibidem
M. Claudius legatus obtrectator L. Cornelij	4.80	M. Fabius Labro cos.	4.184	M. Geganius Macerinus cos.	1.82
M. Claudius pr.	5.46. & 47	M. Fab. Rat. oratio aduersus dist.	1.195	M. Geganius Macerinus 11. cos.	1.89
M. Claudij Marcelli præda ex Hispanijs	5.72	M. Fabius Vibulanus cos.	1.90	M. Geganij triumphus	1.90
M. Claudius Marcellus cos. fit	5.90	M. Fabius Vibulanus legatus	1.95.94	M. Geganius Mac. 111. cos.	1.93
M. Cornelius tribunus militum consulari potestate	1.153.156	M. Fabius Vibulanus tribunus militum consulari potestate	1.96	M. Geganius Macer. cens.	1.95
M. Cor. Cethegus Pont. Max.	3.103	M. Fabius Vibulanus tribunus militum consulari potestate	1.106	M. Geganius Aequorū castra cap.	1.97
M. Cor. Cethegus ad I. Curul. Ibidem		M. Flauoleius Centurio	1.47	M. Geganius tr. mil. con. pot.	1.136
M. Cor. ciuitates quæ defecerant in deductionem redigit	3.136	M. Flauij trib. pl. rogatio de Tusculanis	(1.188) 1.196	M. Genutius cos.	1.85
		M. Follius trib. mil. con. pot.	1.96	M. Genutius trib. mil. occisus	4.79
		M. Follius mag. equit.	1.210	M. Heluij prælium cum Celtiberis & ouatio	4.59
		M. Follius 11. magister equitum it fregellæ	1.211	M. Hor. Puluillus fit cos.	1.31.67.77
		M. Follius Flaccina cos.	1.207	M. Hor. dedicat templū Ioui in Capit.	
		M. Fuluius Petus cos.	1.226	M. Horatij gesta	1.67 (1.31. & 158)
		M. Fuluius trib. mil. cæsus	3.158	M. Hor. Barb. oratio in Xuiros	1.71.72
		M. Fuluius trib. mil.	1.228	M. Horatius Appio se opponit	1.75
		M. Fuluius procos.	4.86	M. Horatij gesta contra Sabinos	1.80
		M. Fuluij Nobilioris ouatio	4.106	M. Horatius	
		M. Fuluij præ. bella in Hispan.	4.80		
		M. Fuluius Nobilior cos.	4.154		
		M. Fuluij in Cephalēiā traiectio	4.144		
		M. Fuluij gesta in Cephalenia	4.152		
		M. Fuluius & Cn. Manlio prorogatur Imperium.	4.154		

M. Horatius tr. mil. con. pot.	1.150	M. Marcellus Claud. f. uulneratur.	3.166	M. Por. Cato positus Callidromo	4.108
M. Iunius dict.	3.54	M. Martius tr. mil. occisus	4.79	M. Portius Cato Romam missus	4.108
M. Iunius captiuorū leg. ab Annib.	3.55	Marcus Marci fil. primus Pont.	1.10	M. Portius Cato	4.159.5.81
M. Iunij dictatoris ab urbe profectio in Annibalem	3.65	M. Martius rex sacrorū mortuus	3.154	M. Por. C. inimicus P. Scip. Afr.	4.165
M. Iunius Syllanus pr.	3.63.105	M. Martius Ralla pr.	3.209	M. Portij Cat. felix ingenium	4.182
M. Iunius Syllanus propr. adiutor Scipioni Africano additur	3.134	M. Martius Ralla legatus	3.240	M. Por. cęsoris seuerus in cęsara	4.175
M. Iunius Pœnus pr.	3.241	M. Matienus pr. Hispaniæ exilio demissus	5.43	M. Posthumius tr. mil. con. pot.	1.99
M. Iun. pr. creat xuiros	4.8	M. Menenius tr. mil.	1.108	M. Posthumius X mil. grauis æris demissus	1.105
M. Iunius Syllanus occisus	4.50	M. Menenius tr. mil. con. pot.	1.159	M. Posthumij Regillensis tr. mil. perfidia	1.106
M. Iunius Brutus pr.	4.98	M. Menenij & Q. Publij tr. pl. prudens consilium	1.145	M. Posth. Regill. dictū in milites Ibidem	1.107
M. Iunius Brutus cos.	4.211	M. Metellius legatus ad coss.	3.114	M. Posth. Regill. lapidatur	1.107
M. Iunius fit. cos.	5.77	M. Metelli tr. pl. in Fab. dict. dicta	3.42	M. Retius legatus	3.170
M. Lætorius	1.38	M. Minucius cos.	1.36.42	M. Sempronius Tuditanus cos.	4.174
M. Licinius Crassus	4.208	M. Minucius Ruffus mag. eq.	3.35	M. Sempr. Tud. gesta in Ligurib.	4.178
M. Licinius tr. mil. cęsus	3.158	M. Minucij ingenium	3.36	M. Sempr. Tudit. fit Pontifex	4.184
M. Licinius tr. mil. oppressus	5.5	M. Min. increpat milites & dictat.	3.37	M. Sergius Fidenas tr. mil. con. pot.	1.111
M. Liuius Pont.	1.235	M. Minucij temeritas	3.44	M. Sergius 11. tr. mil. con. pot.	1.115
M. Liuius pæfectus pæsidij Tarentinæ arcis	3.144	M. Minucius Fabio se & suum subdit exercitum	3.44	M. Sergio & P. Virginio dies dicta & mulcta	1.117
M. Liuij ex arce eruptio in Taren. Ibid.		M. Næuius tr. pl.	4.187	M. Sergius tr. mil.	5.208
M. Liuius pæf. arcis Tarentinæ diuersis sententijs distrahitur	3.164	M. Ogulnius legatus	3.152	M. Sergius & P. Matienus tr. mil. uirgis cęduntur, & à Q. Pleminio debine occiduntur indigne	3.208
M. Liuius cos.	3.169	M. Papyrius Crassus cos	1.91	M. Sestius Sabinus pr.	3.254
M. Liuius qua ignominia à pop. Ro. affectus, quamq; egre tulerit Ibidem		M. Papyrius Crassus dict.	3.186	M. Seruilius augur	3.156
M. Liuius quid responderit Q. Fabio monenti, ne temere manum cum hoste conferat	3.172	M. Papyrius mensarius	1.166	M. Statilius Lucanus exploratum mittitur	3.49
M. Liuij dictum	3.177	M. Papyr. Mugill. tr. mil.	1.105	M. Seruiliij orō pro L. Aemylio	5.86
M. Liuij reditus Ro. & triūphus	3.182	M. Papyrius senex Gallum in se conuocitat	1.150	M. Seruilius legatus Scipionis ad Carthagenen.	3.255
M. Liuius dict.	3.182	M. Petilius cos.	1.209	M. Seruilius mag. eq.	Ibidem
M. Liuius procos. Ariminum cum exercitu missus	3.205	M. Pinarij cum Corsicis & Ilienfibz pugna	4.202	M. Seruilius Geminus cos.	Ibidem
M. Liuius suum exercitum in Galliam traducit	3.206	M. Pomp. Matho pr.	3.46.53.208.216	M. Sextilius Fregehanus 18. coloniarum nomine quid responderit Ro.	3.156
M. Liuius prorog. imp.	5.210	M. Pomp. Matho mag. eq.	3.45	M. Sulpicius cos.	1.209
M. Liuius censori unde Salinatori cognomen inditum	3.221	M. Pomponio prorog. imp.	5.84	M. Syllanus pæsidij pæfectus	3.146
M. Liuius censor	Ibidem	M. Pomp. tr. pl.	1.158	M. Syllano prorog. imp.	3.155.165
M. Liuius equū uendere iussus	3.222	M. Pomp. matho legatus	3.202	M. Syllanus cum Hannone & Magone pugnat & uincit	3.178
M. Liuij & C. Claudij certamē, unde eius dies dicta à Cn. Bebio	Ibidem	M. Pomp. pæf. nauium	3.215	M. Ticinius mag. eq.	1.222
M. Manij oratio ad pop. Ro.	1.211	M. Popilius Lenas cos.	1.161	M. Trebonius tr. mil. con. pot.	1.145
M. Manius tr. mil. cęsus	3.231	M. Popilius Lenas 11. cos.	1.164	M. Tuccio propr. prorog. imp.	4.155
M. Manlius Tullus cos.	1.35	M. Popilij contra Gallos pugna & fortitudo uictoriaq;	1.167	M. Valerius sacralis	1.11
M. Manlius	4.147	M. Popilius Lenas cos.	Ibidem	M. Val. dictaturam abiicit	1.41
M. Manlius tr. mil. con. pot.	1.104	M. Popilij triumphus	1.168	M. Valerius moritur	1.58
M. Manlius Capitolinus cos.	1.126	M. Popilius Lenas 111. cos.	1.169	M. Valerius dict. primus	1.62
M. Manlio ouatio decernitur	Ibidem	M. Popilius cos.	1.208	M. Valerius cos.	1.68
M. Man. Capitolinus interrex	3.138	M. Popilij Lenatis pugna cum Ligurib. & seueritas	5.19	M. Valerius Coruinus trib. mil. Gallum occidit	Ibidem
M. Man. Gallū de Capit. deturbat	1.132	M. Popilius causam Ro. dixit	5.24	M. Valer. Coruinus corona aurea & 10 bobus donatur	Ibidem
M. Manlius Camillo obtrectatur, seditio nemq; mouet	1.141.142	M. Popilij orō pro centurionibus	5.28	M. Val. Coruini cos. triumphus	1.169
M. Manlij ad plebem concitandam oratio	1.144	M. Portius Cato questor	3.216	M. Val. Coruini nomen unde	Ibidem
M. Man. in uineula coniectus	1.145	M. Portius Cato. cos.	4.52	M. Val. Coruinus 11. cos.	Ibidem
M. Man. uinculis liberatus	1.144	M. Portij Catonis oratio pro lege Opelia	4.55	M. Val. Cor. ad milites adhortatio	1.172
M. Manlio dies dicta	1.145	M. Portij in Hisp. profectio	4.59	M. Val. Coruini laudes	1.172.176
M. Man. de saxo Tarpeio deiectus	Ibid.	M. Portij adhortatio ad suos milites & pugna cum Hispanis	4.60	M. Valerij Coruini fortitudo & de Samnitibus uictoria	Ibidem
M. Manlij laudes	1.145	M. Portij ingenium ac animus	4.62	M. Val. Coruini ad Ro. & hostiū exercitus pacificandos orō	1.176
		M. Portij Catonis triumphus	4.72		
		M. Portius Cato dedicauit adiculam uirginitatis	4.81		
		M. Por. Cat. Callidromū mittitur	4.104		

M. Val. Corvinus dictator	1.176	M. Volscij falsum testimonium in Caesone,		Matronarum contentio Ro.	1.232
M. Val. interrex	1.178	unde dies ei dicta	1.65	Matrone quoties processerint in publi-	
M. Val. IIII. cos.	1.185	Mare arsit	3.72	co Romae	4.57
M. Val. legatus	1.195	Marius Alsius Campanorum dux cum		Maurusij Numidae	5.102
M. Val. Corvinus interrex	1.201	suis occisus	5.74	Medi argyraspides	4.130
M. Valerius cos.	1.212	Maroneam & Aenum opp. Philippus		Mediastuticus quid sit	3.128
M. Valerij legatio Ro.	1.218	expugnat	4.12	Mediolanum à Gallis conditur	1.127
M. Valerij. pr. fit	Ibidem	Maronea & Meles recipiuntur per Mar-		Meduacus amnis	1.222
M. Valerio prorog. imp.	1.84	cellum	3.151	Medullae oppugnatio	1.16.18
M. Valerij gesta	3.98	Marius Blossius pr. Campanus.	3.60	Megalesia festa	5.210. & 4.111
Martius uates & eius uaticinia	5.108	Maronitarum legati aduersus Phil.	4.176	Megara capta diripitur	3.96
M. Valerij reditus ex Ligurib.	4.158	Maronit. caedes ex insidijs Phil.	4.179	Megiste portus	4.124
M. Val. Falco legatus	5.208	Marforum defectio à Ro.	1.218	Melas fl.	4.107
M. Val. Flaccus pr.	5.241	Marsi uicti & multati	1.223	Mele & Blande à Fab. capiuntur	5.89
M. Val. Falconi prorogatum imperium		Marsyas fl.	4.145	Meliboeae ciuitatis situs	5.56
Campaniae	4.9	Martis edis dedicatio	1.139	Militum in Siciliam transportatorum	
M. Val. Leuinus pr.	3.68	Masafuli gens	5.186	seditio	3.155
M. Val. Leuinus in Apulia missus ad ex-		Masanissa Gale fil.	3.102	Menenius Agrippa plebem apologo ste-	
ercitum accipiendum	3.72	Masanissa gesta contra Ro.	3.120	xit	1.41
M. Val. Leuinus Hirpinorum oppida re-		Masina quam humaniter remissus ad pa-		Menenij Agr. mors, eiusque inopia	1.42
cipit	3.75	trem à P. Scip.	3.162	Meninx insula uastata	3.44
M. Val. Leuinus cos.	3.136	Masanissa clam cum Syllano pacem fa-		Mensariorum nomen & origo	1.166
M. Valerius Leuinus amiciciam & soci-		cit	3.186	Menti edem uouit C. Atilius	3.55
etatem Romanam iungit cum Aeto-		Masanissa cum Scip. colloquium	5.196	Mercurij promontorium	5.217
lis alijsque populis	3.137	Masanissa mandata à C. Laelio ad Sci-		Mercurius Teutates	3.146
M. Val. Leuini gesta ad Anticyram	3.138	pionem	3.206	Mericus Hispanus praef. Acradinam pro-	
M. Valerius Leuinus M. Cl. Mar. obtre-		Masanissa Gale filius ad Scipionem ue-		didit Marcello	3.118
ctatur	Ibidem	nit contra Carthaginenses	3.217	Merico quae praemia Ro. data	3.135
M. Val. Leuini adhortatio ad magistrat-		Masanissa quam uaria sit usus fortuna in		Messene ab Achaëis oppugnata	4.109
tus Ro. honestissima	3.142	amittendo recuperandaque regno Ib.		Metapontini & Thurini ad Annibalem	
M. Val. Leuino prorog. imp.	3.165	Masanissa quomodo Hannonem cum suo		deficiunt	5.110
M. Val. Leuini in Africam profectio, &		exercitu in hostium manus pertra-		Metilius tr. pl. seditiosus	1.106
pugnae nauales	3.167	xerit	3.220	Metia & Seaptia tribus	1.186
M. Val. Leuini populatōes in agro Vti-		Masanissa regnum Masefulorum coe-		Metius Curtius Sabin. dux contra Ro.	1.6
centi Carthaginensiumque	3.179	sum, & pugna cum Syphace	3.227	Metius Suffetius dict.	1.11
M. Val. Leuinus legatus	3.208	Masanissa amor in Sopbonisbam, quam		Metij ac Tulli colloquium	Ibidem
M. Valerius Leuinus in Macedoniam		sibi matrimonio iungit	3.228	Metij & Albanorum perfidia	1.15
missus	4.7	Masanissa legati Ro. responsum ipsis da-		Metius proditionis & perfidiae poenae	
M. Valerij dictatoris gesta contra Sa-		tum cum muneribus	3.230	luit	1.14
binos	1.40	Masanissa regnum primum cum aliquot		Mezentius	1.2
M. Val. Max. tr. mil. con. pot	1.118	alijs ciuitatibus agrisque à Scipione		Mezetull. Capusa regnum extorquet	3.218
M. Val. Maximus dictator	1.223	restituitur	3.243	Miction Chalciden. princeps	5.45
M. Val. Max. triumphus	1.224	Masanissa munificentia in Ro.	4.38	Miction & Xenocides Chalcidem ser-	
M. Val. Max. cos. & eius gesta	Ibidem	Masanissa auxiliū Ro. contra Phil.	4.13	uarunt	4.92
M. Valerij lex	1.225	Masanissa Carthag. bello infestat	4.77	Milionia capta	1.237
M. Val. tr. mil.	1.122. 228	Masanissa Gulussa patris leg.	5.24. 43	Milionij dictum	1.185
M. Valer. Max. cos. eiusque gesta	1.226	Masanissa regis dolosa consilia	5.27	Militum sub Ap. Cl. perfidia	1.53
M. Valer. Messala in Africam praedatum		Masgabus quō exceptus Romae	5.76	Militum in dictatorem Sulpicium di-	
missus, spoliatumque	5.155	Masilia	4.147	cteria	1.162
M. Val. Leuinus Romam reuersus senas-		Masilienfes	4.157	Milit. defectorum pacta	1.177
tui sua gesta refert	Ibidem	Masilienfes benigne legatos Romanos		Milites Ro. conantur Capuam Campaniam	
M. Valerius cos. Samnio primus arma		excipiunt	3.14	adimere, ipsique inibi habitare	1.175
intulit	1.237	Masilienfes à Phoeae profecti sedem		Militum conatus quomodo per Rutil.	
M. Valerius Messala cos.	4.154	querunt	1.127	elusus	Ibidem
M. Valerius frater Publicolae transi-		Massyla gens	3.102	Mil. Ro. coniuratorum praedationes Ibidem	
xus	1.56	Mater decum, sacer Lapis	3.209	Milites quando primum Ro. ad iurand-	
M. Valerius Publicola cos.	1.165	Matris magne aedes locata facienda	3.221	dum sint adacti	3.47
M. Valer. Volesi fil. dictator	1.40	Matris magne Idae aedis dedicatio	4.111	Militum Romanorum in castris ad Su-	
M. Veturius tr. mil.	1.118	Matute aedis dedicatio	1.122	cronem seditio	3.190
M. Volscius Fictor testimonium fert con-		Matrone Ro. aurum & ornamenta sua		Minio princeps amicorum Antiochi	4.81
tra Caes. Quintium	1.60	in erarium deferunt	1.123	Mimonis oratio ad Sulpicium & Villi-	
M. Volscius damnatur	1.67	Matronarum Ro. ueneficia	1.186	um leg. Rom.	4.88

Minus

Minus Cerrinius Ardeam mittitur cu/
stodiendus 4.175
Minturna urbs prodicione capta 1.210
Minturne colonia deducta 1.231
Minucia Vestalis uina sub terram de/
fossa 1.185
Misagenes Masanisse fil. 5.76
Mnesilochus Acarnanū princeps 4.102
Moages tyrannus quibus conditionibus
pacem à Ro. emerit 4.145
Moenicaptus regulus Gall. cæsus 3.99
Monete edes 1.89.94
Mopselus loci nomen 5.39
Mulam peperisse 3.136
Mulierum seruitus quādo cessat 4.58
Mulierum agmen coit pro abroganda
lege Oppia 4.59
Multitudinis mobilitas 3.192
Murgantia capta à Himilcone 3.96
Murgantia à Ro. capta & direpta 1.229
Murgantia deficit ad Pœnos 3.135
Mutia prata 1.33
Mutia opp. deletum 5.9
Mutina colonia 4.188
Mutin. legati à Gallis capti 3.15
Musines Hipponiates 3.124
Mutines ciuis Ro. factus 3.153
Mutinis gesta in Sicilia, quæ Hannoni eū
inuifum reddiderunt 3.146
Mutines Numida & eius fil. 4.157
Myle capta à Perseo 5.36
Myonesus promontorium 4.126

N

Nabis Lacedæmoniorū tyrannus
& eius perfidia 4.42.53
Nab. tyrāni crudele facinus in suos 4.65
Nabidis oratio ad T. Quintium 4.56
Nabis Gythcum recuperat 4.87
Nabis nouæ seditiones contra Romanos
excitat & bellum 4.82
Nabis Gythcum oppugnat, & Achæ/
rum agros uastat 4.86
Nabis imperata Quintij facit 4.70
Nab. exercitus uix 4. pars euasit 4.89
Nabidis interitus 4.92
Nabidis uxor par marito 4.43
Narnia colonia 1.226
Naupacli oppugnatio 4.109
Naustathmos unde dictus portus 4.127
Neapolitanorum legati Romam seren/
tes 40. pateras aureas donant 3.45
Neapolitani equites ab Annibale circū/
uenti 3.58
Nesti Romæ quando desitū 1.191
Nemorum ludicrum 4.70
Neo Thebanus securi percussus 5.84
Nepete recipitur à Camillo 1.141
Nequini op. situs, obsidio pditioq; 1.226
Nesattium captum 5.9
Nerulum captum 1.208
Necius Crispus qualem cædem fecerit
Macedonib. 3.98

Nicander à Macedonibus captus, beni/
gne à Philippo rege tractatur 4.109
Nexorum seditio Ro. 1.37
Nicander pr. apud Aetolos 4.141
Nicatores cohors regia Maced. 5.50
Nicia præf. Achæorū nauigatio per me/
dios hostes 3.182
Nico Perco D. Quintium hasta trans/
figit 3.144
Nico Perco cadit 3.160
Nico Tarentinus An. ciuitatē pdit 3.106
Nicodamus præfectus militū in Ambra/
ciam receptus 4.141.142
Nicomedis & Zybææ bellum 4.146
Nobiliū conspiratio Cannusij 3.53
Nobilitatis origo 1.87
Nola capta 1.212
Nolanorum magnatum prudentia & le/
gatio ad Marcellū Claud. 3.63
Nolane pl. cum Pœnis consultationes de
prodenda ciuitate 3.64
Nolanorum disidium intestinum 3.75
Nolanorum defectionem Claudius Mar/
cellus præuenit 3.86
Nomentana uia prius Ficulensis 1.76
Nometani in ciuit. recepti 1.135
Norba colonia deducta 1.42
Notiū opp. Antiochus oppugnat 4.125
Nouendiale sacrum 1.15. & 3.106
Nuceria fame coacta Annib. se dedit 3.63
Nuceria direpta ac incensa Ibidē
Nuceria deleta 3.152
Nucerini traducti Ibidem
Numa Pompilius fit rex Ro. 1.9
Numa Pompilij laudes ac instituta Ibid.
Numa quomodo rudibus Romanis reli/
gionem persuaserit Ibidem
Numa 43. annis regnauit 1.10
Numa Pompilij arca & libri 4.200
Numerius Decius Samnis princeps au/
xiliatur Ro. 3.42
Numerus Mineruæ inuentum 1.158
Numidæ gens libidinosa 3.215
Numidæ transfuga in castris Romanis
comprehensi, uirgis cæsi, manibusq;
precisus Capuam reducti 3.15
Numidæ equites magno fuce & commodo
Romanis 4.81
Numid. mos in regni hereditate 3.218
Numidia capta 4.207
Numisius Latinos ad restaurandum bel/
lum incitat 1.183

O

Occasio non negligenda 3.123
Ooculani sponsione in amicit/
am accepti 1.219
Ost. Mamilius Thufeculanus 1.23
Oencum captum 5.50
Oeta 4.104
Offilius Calauius Ouij fil. interpres tri/
bitiæ Caudini exercitus 1.200
Olcades 3.8

Olympius mater Alexandri 1.190
Olympium Iouis templum 3.95
Onesimus Pythonis filius ad Romanos
transfugit 5.58
Onomastus præf. 4.179
Opima spolia 1.6.94
Opimia uestalis stupri pœna dedit 3.54
Opiter Virginius cos. 1.35.50
Oppia Vestalis incesti pœnas dat 1.45
Opus capta ac direpta ab Attalo 3.181
Orbitanium captū à Fab. 3.89
Orei oppugnatio & proditio 3.180
Orctani ac Carpetani ab Annibale opr/
pressi 3.11
Oricū à Philip. captū Val. recipit 3.98
Oreum expugnatur 4.24.25
Orgiagontis reguli uxoris nobile hone/
stum facinus 4.150
Oringis expugnatio 3.179
Oroandis mercatoris perfidia 5.73
Oroandenses pacem à Romanis imper/
trant 4.147
Ouius Paccius sacerdos Samnitū 1.240

P

Paccius Brutiorū leg. ad Flac. 3.159
Pacnuus Calauus quanto scelere
sibi dominiū Capuæ cōparauerit 3.58
Palatinus mons unde 1.3
Paleopolis Falernū Campanumq; agrum
populatur 1.188
Paleopolitanis bellum à Ro. inditū Ibid.
Paleopolis quō capta 1.190
Pallensis ager 5.55
Pallori Pauoriq; fana uouet Tullus 1.13
Palma quādo primū data uictor. 1.244
Pamphilidas nauium præf. 4.124
Pandusia capta 3.222
Pana colonia 4.188
Patauini Venetiq; Græcos prædones cū
suo rege fugāt, multis occisis 1.225
Pateræ aureæ ante Iunonis pedes positæ
Patres, Patricij 1.5 (1.133)
Patrū Ro. cōtentio pro regno post mor/
tem Romuli 1.8
Patrem sequuntur liberi 1.88
Patrū ac Plebis reconciliatio 1.111
Patrū inter se cōtentio & tr. mil. 1.109
Patrū ac trib. cōsultatio de Mālio tollen/
Patrū ac pl. cōtentib 1.165 (do. 1.45)
Pactū inter Romanos & Pœnos primo
bello Punico 3.41
Paulæ Busiæ in Romanos milites bene/
ficia 3.53
Pausistrati interitus 4.119
Praxo hospes latronū Delphis 5.22
Pecuarij mulctati 1.232
Pedani uicti, urbsq; eorū capta 1.184
Pedani in ciuit. recepti 1.185
Pelignorum defectio à Ro. 1.218
Pelium ui capta 4.22
Pelinnaem dedit se 4.103
Pella regia Macedonū 3.35

Peloponnesus

<i>Peroponnesus</i>	4.35	<i>Pherzorum fides erga Ro.</i>	4.101	<i>Pbilip. capit Philippopolim & Acium</i>	4.147
<i>Peltastæ</i> 4.20	<i>Peneus fl.</i> 5.54	<i>Phera ui capta</i>	4.32	<i>montem ascendit</i>	4.147
<i>Perfuge</i> 370. <i>recepti, uirgis Ro. cæsi, ac</i>		<i>Phileas Tarentinus obsides Ro. datos ad</i>		<i>Philippus Maced. rex filium Demetri-</i>	
<i>de saxo deicisti</i>	3.89	<i>fugiendum persuadet</i>	3.106	<i>um occidit</i>	5.14. & 20
<i>Perfuge Ro. redditi quō puniti</i>	3.242	<i>Philippi Macedonū regis leg. ad Anni-</i>		<i>Philippus Macedo sœdus cum Ro. istum</i>	
<i>Pergumum obsessum</i>	4.122	<i>balem, & sœdus cum eo</i>	3.72. 73. 75	<i>quotidie bis perlegit</i>	5.58
<i>Persei exercitus & duces</i>	3.35	<i>Philippus rex Macedonum Oricum ca-</i>		<i>Philippi mors</i>	4.210
<i>Persei adhortatio ad exercitum</i>	3.36. 39	<i>pit, unde prima origo belli Mace-</i>		<i>Philippus Megalopolitanus mittitur lee-</i>	
<i>Persei insidie in fratrem Demetriū</i>	4.190	<i>donici</i>	3.98	<i>rum ossa Macedonum ad Cynocæ-</i>	
<i>Perf. Demetriū frat. accusat patri</i>	4.191	<i>Philippus Pellam redit</i>	3.138	<i>phalas</i>	4.101
<i>Perseus regno potitus</i>	4.210	<i>Philippi Maced. regis in Oricinos &</i>		<i>Philip. Antigono Ecbcratis. fil. studet re-</i>	
<i>Perf. Delphicū oraculū sciscitatur</i>	5.15	<i>Apolloniatas expeditio</i>	3.137	<i>linquere regnum</i>	4.209
<i>Persei malicia</i>	5.18. & 21	<i>Philip. Iampharniam oppugnat</i>	<i>Ibidem</i>	<i>Philocles Philippi præf.</i>	4.16. 37
<i>Persei insidie in Eumenē & alios</i>	5.22	<i>Philip. Achæis auxiliatur</i>	3.167. 181	<i>Philodemus Argiuus</i>	3.115
<i>Persei responsum ad legatos Ro.</i>	5.25. 30	<i>Phil. celebrat Heræa & Nemea</i>	3.167	<i>Philomenes Tarēt. An. ciuit. pdit</i>	3.106
<i>Persei ad Rhodios legatio</i>	5.33	<i>Phil. quō se Achæorū pop. cōmendarit,</i>		<i>Philopæmen pr. Achæorum</i>	4.86
<i>Persei & Ro. pugna</i>	5.38	<i>& eius libido</i>	3.168. & 4.18	<i>Philop. fuga in prælio nauali</i>	4.87
<i>Persei cū uicijset, ad Ro. legatio</i>	5.40	<i>Phil. uarijs simul curis impeditus, Hera-</i>		<i>Philopæm. ignominiam fugæ naualis res-</i>	
<i>Persei trepidatio cognito hostium ad-</i>		<i>cleam tendit & segetes uastat</i>	3.180	<i>pensat multis claris factis</i>	<i>Ibidem</i>
<i>uentu</i>	5.52. 55	<i>Philippus Toronem capit, aliq; oppi-</i>		<i>Philop. solertia in capiendis locis</i>	4.87
<i>Perseus Gentij amicitia emit</i>	5.69	<i>dula</i>	3.181	<i>Philopæmenis uictoria de Nabidis ex-</i>	
<i>Persei auaritia propter quā periit</i>	5.61	<i>Philip. Attalū ad naues suas fugat</i>	<i>Ibid.</i>	<i>ercitu</i>	<i>Ibidem</i>
<i>Persei fuga cum omni equitatu</i>	5.69	<i>Philippus in pugna cum Eleis equo effu-</i>		<i>Philop. alia pugna</i>	4.89
<i>Persei deuicti stulta arrogantia</i>	5.72	<i>sus in caput, eiusq; fuga & in Mace-</i>		<i>Philopæmen Achæorum pr.</i>	4.123. 153
<i>Perseus Octauio se dedit</i>	5.73	<i>doniam reditus</i>	3.98. 168	<i>Philopæmen captus</i>	4.185
<i>Perseus Maced. regum uicesimus</i>	5.74	<i>Philip. Apolloniatas populatur</i>	3.209	<i>Philopæm. mors & sepultura</i>	4.186
<i>Perseus Romam abductus</i>	5.86	<i>Philippi arrogans responsum ad legatos</i>		<i>Phocæa seditio</i>	4.118
<i>Perseus ubi custoditus</i>	5.89	<i>Romanos</i>	4.13	<i>Phocæa oppugnatio</i>	4.122
<i>Perseuerantia</i>	1.114	<i>Philippus Eleusinem oppugnans pulsus,</i>		<i>Phocæenses urbem dedunt Romanis &</i>	
<i>Peræa expugnata</i>	4.123	<i>Atticam populatur</i>	4.16	<i>depredantur</i>	<i>Ibid.</i>
<i>Perolla Calauij filij consilium patri, quo</i>		<i>Philippi imprudens factum</i>	4.20	<i>Picentes Samnitium rebellionem Roma-</i>	
<i>mortē conabatur inferre Annib.</i>	3.60	<i>Philippus tentat pacem facere cum Ro-</i>		<i>nis indicant</i>	1.226
<i>Perustum Hetruria opp.</i>	1.216	<i>manis</i>	4.30. 42	<i>Pietatis ædis dedicatio</i>	4.20
<i>Perusinorū 45000. occisi</i>	1.236	<i>Philippus fugit et oppidatim uastat que</i>		<i>Pila Horatia</i>	1.12
<i>Perusinorum induciæ & multæ ab Ro-</i>		<i>sciebat in hostiū manus uentura</i>	4.31	<i>Pilum Ro.</i>	1.207
<i>manis</i>	1.239	<i>Phil. malicia & dicacitas</i>	4.35. 41. 189	<i>Pinaræ</i>	1.4
<i>Pesti legati Romam</i>	3.46	<i>Philippus & Ptolemæus Aegypti rex,</i>		<i>Pisanorū ac Luensiu disceptatio</i>	5.78
<i>Pestilentia commune malum, orta apud</i>		<i>auxilia pollicentur Romanis, ite Ma-</i>		<i>Pisaurum colonia</i>	4.184
<i>Syracusas Romanos & Pænos eque</i>		<i>sanissa & Carthag.</i>	4.99	<i>Pisces in agro Gallico emerfisse</i>	5.17
<i>infectat</i>	3.116	<i>Philippus circa Stobos Pæoniæ, hostes</i>		<i>Pisistratus</i>	4.47
<i>Pestis Ro. per matronas inducta</i>	1.186	<i>propellit</i>	4.44	<i>Pityusa insula</i>	5.197
<i>Pestilentia Romæ</i> 1.57. 68. 118. 146. &		<i>Philippus Macedo ludibrium facit Phi-</i>		<i>Placentia direpta & incensa</i>	4.10
<i>3.164. & 4.196. 203. & 5.15</i>		<i>lippo Megalopolitano</i>	4.103	<i>Placentini capti 2000. liberantur</i>	4.14
<i>Petellia ab Himilconē expugnata</i>	3.71	<i>Philippus Megalopolitanus uinctus Ro-</i>		<i>Placentinorum & Cremonensium que-</i>	
<i>Petellini Romanorum auxiliū frustra im-</i>		<i>nam mittitur</i>	<i>Ibidem</i>	<i>rele apud Senatū Ro.</i>	5.183
<i>plorant</i>	3.66	<i>Philippi Macedonis & M. Bebij gesta</i>		<i>Placentinis & Cremonensib. coloni ad-</i>	
<i>Petiliij factiosum ingenium</i>	1.91	<i>contra Antiochum</i>	<i>Ibidem</i>	<i>scribuntur</i>	4.138
<i>Petilia capta</i>	3.222	<i>Philippi regis fuga</i>	4.140	<i>Plator Philippi præf. proditor</i>	3.180
<i>Petra Philippo se dedit</i>	4.197	<i>Philippi & aliquot populorum discep-</i>		<i>Plator à fratre Gentio occisus</i>	3.63
<i>Pbalanx</i>	4.35	<i>tatio apud legatos Ro.</i>	4.175. 184	<i>Plebei coss. quando duo</i>	3.72
<i>Pbalera</i>	3.167	<i>Phil. odiū in fil. Demetrium</i>	4.190	<i>Plebei q. primi magistra. gesserint</i>	1.225
<i>Pbaleria direpta à T. Quintio</i>	4.32	<i>Philippus iudex filiorū suorum</i>	4.191	<i>Plebs Ro. multis subleuata grauaminib;</i>	
<i>Phancæ Aetolorum pr. dictum ad Alc-</i>		<i>Philippus Athenas oppugnat, eiusq; for-</i>		<i>à patribus</i>	1.31
<i>xandrum</i>	4.41	<i>titudo</i>	4.15	<i>Plebis cum Patribus contentio propter</i>	
<i>Phancas pr. Aetolorum pacis & Roma-</i>		<i>Philippi legatorum ad Actolos oratio</i>		<i>questores duplicandos</i>	1.102
<i>ne amicitie cupidus</i>	4.94	<i>aduersus Ro.</i>	4.17	<i>Plebis cōtra patres motus</i>	1.107. 108. 109
<i>Phancas legatus Aetolorum ad M. Acir-</i>		<i>Philippi aduersus Ro. expeditio</i>	4.17. 19	<i>Plebis secessio in sacrum montem</i>	1.41
<i>lium</i>	4.108	<i>Philip. iterū ex equo præcipitatus</i>	4.21	<i>Plebs Ro. in cōcordiā redacta</i>	1.77
<i>Pbanates castellum</i>	5.50	<i>Philipp. quomodo se suis & aliquot ex-</i>		<i>Plebis inmodestia</i>	1.86
<i>Pbanotea capta</i>	4.33	<i>teris nationibus conciliat</i>	4.28	<i>Plebis Romane ad sustinendum ararij</i>	
<i>Phaselidis situs</i>	4.124	<i>Philippi cū Quintio induciæ</i>	4.40. 42	<i>inopiam promptitudo</i>	3.88
<i>Pheræ & Scotussa dedunt se Antiocho</i>		<i>Philippus Argos Nabidi dat</i>	4.42	<i>Plebis fauor</i>	1.144

Plebiscitum

Plebiscitū de Campanis	3.141	Primus pilus	1.181	P. Cornel. Afina omnes Italiae exercitus	
Pleuratus illyriorū rex	3.137.4.142	Priuatū pecuniā reddite, quas erario		Ro. uocat	3.128
Picinus miles	3.12	exhausto contulerant Romae	3.211	P. Cor. Cethegi bellū in Hisp.	4.26
Picorum strages	3.76	Priuos remiges cū stipendio et cibarijs		P. Cor. Cossus tr. mil. c. p.	1.106.110.122
Picorum naues captae Ro.	3.203	dare decretum, propter inopiam era		P. Cor. Maluginen. tr. mil. c. pot.	1.111.119
Picorum clades, & bina castra capta		rijs Romani	3.142	P. Cor. Lentulus pr.	3.84.222
ductu Martij	3.123	Priuernates Norbā ac Setiā populātur		P. Cor. Lentulus cos.	4.196
Polinei Acradin. oratio, incitans ciues		Priuernatū bellū & fugā	1.164.177.187	P. Cor. Lētuli et M. Bebij triūph.	4.204
ad concordiam	3.90	Priuernū dirutū	1.187	P. Cor. Lētulo & M. Bebio prorog. imp.	
Politorium diruitur, & ciues Romani		Priuernatis legati respōsum ad quārens		& eorum gesta	4.205
traducuntur	1.16	tem qua pōna dignos censet Pri		P. Cor. Ruffinus dict.	1.186
Pollentia colonia	4.184	uernates	1.188	P. Cor. Scapula cos.	1.188
Pollie tribus sententia de Thufcul.	1.196	Priuernatib. ciuitas data	Ibidem	P. & Cn. Cor. Scipiones	3.103
Polyxenidas consalit Antiocho	4.113	Proculus Iulius	1.8	P. & Cn. Corn. Scipionum in Hispania	
Polyxenide cum Romanis nauale praer		Proculus Virginius cos.	1.44	gesta	3.119
lium	4.114	Proculus Geganijs Maecr. cos.	1.91	P. & Cn. Cor. Scipionum literae ex His	
Polyxenide cū pausistrato cōtētio	4.118	Prodictator creatur primum	3.35	spanijs Romam	3.79
Polyxenide fuga	4.127	Prodigia. Dec. 1. pag. 15. 18. 25. 30. 45. 59		P. Cor. dictator	1.110
Pomœrium quid	1.20	169. 236. Dec. 3. pag. 23. 30. 31. 46. 54.		P. Cor. Scipio interrex	1.126
Pometina trib. Ro. addita	1.139 (1.134)	72. 85. 100. 105. 136. 152. 157. 164. 170. 183		P. Cornelius Scipio magister equitum,	
Pometiae & Corae ad Aurucos defectio		210. 223. 240. Dec. 4. pag. 11. 27. 30. 39		eiusq; gesta	1.120
Pometia infelicitē à Ro. obsessa, tandem		47. 72. 80. 85. 112. 116. 154. 168. 174. 184		P. Cor. 11. tr. mil. con. pot.	1.123. 137
se turpiter dedit	1.35	188. 189. 196. 206. 211. Dec. 5. pag. 8. 9.		P. Cor. Scipio interrex	1.137
Pomptina tribus	1.165	10. 15. 17. 23. 47. 77.		P. Cor. Scip. mag. eq.	1.167
Pons Sublicius	1.16	Proserpine Locrē. pecuniā sublatā	4.11	P. Cor. praef. classis Ro.	1.217
Pontificis institutio	1.10	Proserpine templum spoliatum à Q. Ple		P. C. Scipio dict.	1.220
Pont. 4. ex plebe prioribus additi	1.225	minio, & prius à Pyrrho, neutri be		P. C. Scip. pater Africani cos.	3.9. 12
Pontius Cominius quomodo in Capito		ne cessit	3.207	P. C. Scip. ad Masiliam profectio	3.16
liū ab hostib. obsessum puenierit	1.132	Prudens institutio militū	3.48	P. Cor. Scipionis oratio ad milites ad Te	
Populi & Patrū autoritas	1.8	Pudicitiae patriciae sacellum	1.232	cinum flu.	3.21
Populi Ro. modestia	1.89	Prusias Bithyniae rex	4.125	P. Cornelio Scipioni quae prodigia da	
Populi qui à Romanis defecerunt post		Prusias Bithyniae rex Attali regnum in		ta	3.23
Cannensem pugnam.	3.57	uadit	3.181	P. Cor. Scipio ad Trebiam fl. castra mor	
Porcus humano capite natus	4.11.30	Prusiae consultatio secum de Macedoni		uet, ubi uulneratus seruat a filio	
Porfena à Tarq. cōtra Ro. incitatur	1.31	co bello	3.26	Africano	3.24
Porfena Romam obsidet	1.32	Prusias quō exceptus Romae	3.90	P. C. Scip. in Hisp. aduentus	3.40
Porfena quibus conditionibus pacem fe		Ptolemaei & Cleopatrae regum legatio		P. Cor. Scipionis temerarium consilium	
cerit cum Ro.	1.33	ad Romanos	4.9. & 5.59	& interitus	3.120
Porfena beneficia in Ro.	1.34	Ptolemaeus & Cleopatra gratulantur		P. Cor. Scip. modestia in Locros	3.207
Portia lex	3.225	Romanis de Antiocho Graecia ex		P. Cor. Scip. prorog. imp.	3.223
Porticus inter lignarios	4.94	pulso	4.116	P. C. Scip. fiducia	3.235
Porticus duae Ro. extractae	4.81	Ptolemaei cū fratre Antiocho recon		P. C. Scip. ludos celebrat	4.26. 111
Posthumius Cominius cos.	1.55. 41	ciliatio	3.75	P. C. Scip. salius fuit	4.128
Posthumius Alb. cos.	1.56	Pteleum opp. deletum	3.42	P. Cor. Scipioni dies dicta à duobus Qu.	
Posth. Ebutius Cornicen cos.	1.90	Publicanorum Ro. fraus	3.103	Petilijs	4.161
Posth. Ebutius dict. & eius gesta	1.95	Publicia tribus	1.163	P. Cor. Cn. Scipionis fil. bellum cum His	
Posthumia uestalis accusata	1.104	P. Aelius quaestor	1.108	panis & Lusitanis	4.78
Potitij	1.4	P. Aelius Patus mag. eq.	1.201	P. Cor. Scipio Cn. fil. cos.	4.86
Potitiorum familiae extinctio	1.212	P. Aelius Patus pr.	1.222	P. Corn. Scipio, postea Africanus dictus,	
Prata flaminia	1.77	P. Aelius Patus mag. eq.	3.240	imperator decernitur, & eius profe	
Praetor ex Nobilitate quando primum		P. Aelius Patus cos.	1.185. 3.241	ctio in Hispaniam	3.134
creatus	1.157	P. Aelius Tubero pr.	3.241	P. Cor. Scip. natura	Ibidem
Praet. sex quādo primū creati	4.38	P. Aelius redit Romam	4.7	P. Cor. Scip. grauitas	3.135
Praet. cōtentio de Hisp. exercitibus	4.181	P. Aquilius leg.	3.152	P. Cornelij Scipionis Africani oratio ad	
Praeturae candidatorū contentio	4.182	P. Claudius praef. sociūm	3.175	milites	3.145. 147
Praet. quādo 1111. creari coeperūt	4.206	P. Claudius occisus	4.50	P. Cor. Scipio frustra tentat primum sca	
Praenest. cū Ro. ad Alliā pugna	1.150	P. Claudius Pulcher cos.	4.179	lis capere Carthaginē nonam, quod	
Praenest. fuga & captiuitas	Ibidem	P. Claelius tr. mil. con. pot.	1.150	tamen secundo succedit, & quid ibi	
Praeneste de ditum Ro.	Ibidem	P. Claelius Siculus	4.205	gestum sit ab eo	3.147
Praenestinus quali metu territus à L. Pa		P. Cor. Aruina cos.	1.219	P. Cor. Scip. Q. Trebellij & Sex. Digi	
pyrio sit	1.205	P. Cor. Aruina censor	1.244	tij coronis muralib. donat, & C. La	
Principes qui dicti Lat.	1.181	P. Cor. Afina interrex	3.45	lium corona aurea & 30. bob.	3.149

P. Cor. Scip.

I N D E X

P. Cor. Scip. qua cura & uerecūdia ser- uauerit Indibilis filias 3.150	P. C. S. ad Masaniſſam oratio 3.228	P. Decius ſuaſor legis Oguſniorum trib. plebis 1.224
P. Cor. Scip. oratio ad adoleſcentē Allu- cium Celtiberorū principē, cui ſpon- ſam intactā cū dote reſtituit Ibidem	P. C. S. Maſaniſſam & C. Lelium utrūq; corona aurca donat 3.229	P. Decius Mus III. cos. 1.227
P. Cor. Scip. quō exacerit milites cum Carthage moraretur Ibidem	P. C. S. quibus paſſionib. cum Carthag. pacem uoluerit habere 3.229	P. Decio Muri pror. imp. in 6. men. 1.228
P. Cornelio Scipioni prorogatum impe- rium 3.155.163.209.241	P. C. Scip. reſponſum ad Annibalis ora- tionem 3.236	P. Decij Muris fortitudo in bello aduer- ſus Gallos, Sānitesq; , eiusq; pro Ro. deuotio 1.235
P. Cor. Scip. uictoria de Carthag. exer- citu & munificentia in Hiſp. 3.162	P. Cor. Scip. exhortatio ad milites con- tra Annibalem 3.237	P. Decij Muris ſunus celebratur à Fab. Maximo 1.236
P. Cor. Scip. humanitas in Maſiuā Ibid.	P. C. Scip. in pugna cum Annibale indu- ſtria ac uictoria 3.238	P. Ebutius prodit Bacchanalia Poſthu- mio cos. 4.169
P. Cor. Scip. aduerſus Aſdrub. Giſgonis profeſſio in ultimā Hiſpaniā 3.178	P. Cor. Scip. iubetur pacem dare Car- thaginenſibus 3.242	P. Ebutio premiū propter indicata Bac- chanalia 4.173
P. Cor. Scip. Aſdrubalis caſtra inuadit. unde acris exorta eſt pugna 3.185	P. C. S. munificentia in Maſaniſſam, redi- tus Romā, & triūphus clarifſ. 3.243	P. Furius Camillus laudatur 3.37
P. Cor. Scip. Syphaecem Maſaſulorum re- gem tentat 3.186	P. C. Scip. Afric. tr. mil. 3.55	P. Furius Philus pr. 3.46.53
P. Cor. Scip. in Africā traiectio à Cartha- gine noua ad Syphaecem 3.187	P. C. Scip. Africanus II. cos. 4.71	P. Furius cos. 1.51
P. Cor. Scip. conatus & ingenij dexte- ritas Ibidem	P. C. Scip. African. diſputat cum Anniba- le quis uſus ſit max. imperator 4.85	P. Furius Philus detegit L. Cæcilij Me- telli conſpirationem cum aliquot no- bilibus 3.53
P. Cor. Scip. ipſe ſcalas conſcendit pro ca- pienda Illiturgi 3.188	P. C. Scip. Afric. edil. curul. 3.103	P. Furius IIIuir 1.55
P. Cor. Scip. gladiat. ſpectaculū edit Ibi.	P. Cor. Scip. Africanus fornicem in Ca- pitolio poſuit 4.116	P. Furius Philus cenſor 3.85
P. Cor. Scip. morbo implicatur 3.190	P. Cor. Scip. Afric. ingenium 4.118	P. Furio Cenſori dies dicta 3.99
P. Cor. Scip. aduerſus Indibilem & Man- donium expeditio 3.191	P. C. S. Africani ad Prusiā literæ 4.125	P. Furius Philus mortuus 3.103
P. Cor. Scip. ad milites ſeditioſos oratio, & in ſeditioſis autores poena Ibidem	P. Scip. Africani conſtans & incorrup- tus animus 4.129	P. Furius Philus pr. Hiſpaniæ, exilio dā- natus 5.45
Prodigia 3.183.210.223	P. Scip. Africani reſponſum ad legatos Antiochi deuicti 4.133	P. Horatius, Horatorum pater, precar- tur pro filio 1.12
P. Corn. Scip. in Illergetes proficiſcen- tis ad milites oratio 3.194	P. Scipio Africanus princeps in Senatu III. lectus 4.152	P. Iunio propr. prorog. imp. 4.155
P. Cor. Scip. cum Illergetibus praliatur, & Mandonium ac Indibilem in ſi- dem accipit 3.195	P. Scipionis Africani ultima uita, mors & ſepultura, ac inimicorum in eum inſectationes 4.163	P. Iunio Brutus in Hiſp. miſſus 4.138
P. C. S. maieſtas & corpis habitus 3.196	P. Scip. Africani laudes 4.164	P. Lentuli milit. ad M. Cl. Marcellum le- gatio 3.104
P. C. S. Romā reditus & ſpolia 3.197	P. Scip. Afr. quando mortuus 4.186	P. Licinius Caluus tr. mil. con. pot. 1.118
P. Cor. Scip. cos. Ibidem	P. C. S. Afr. cum patre Aemylio bellauit contra Perſea 5.70	P. Licinius Cal. tr. mil. con. pot. 1.120
P. C. S. reſpoſum ad Fabij ſententiā 3.200	P. Cor. Scipionis Africani fil. quomodo captus 4.128	P. Licinius Licinij fil. tr. mil. c. pot. 1.120
P. C. S. Iudi & expeditio in Africā 3.202	P. C. fil. Africani augur creatur 4.205	P. Licinius Cal. primus tr. pl. 1.153
P. C. S. quō inſtruxerit equites 300. ſine publica Ro. impenſa 3.204	P. C. Sc. Naſica Cn. fil. cos. 4.97	P. Licinij cos. in Maced. profectio 3.34
P. C. S. fil. Cn. qui in Hiſpania ceciderat optimus uir Romæ iudicatus 3.210	P. Cornelij Naſicæ triumphus 4.112	P. Licinius Craſſus mag. eq. 3.155
P. C. Scip. in Africam traiectionis in- ſtructio 3.215	P. Cor. Scipio Naſica in Galliam profi- ciſcitur Ibidem	P. Licinius Craſſus Cenſor 3.154
P. C. Scip. in Africā traiectio quanti ſpe- ſtaculi fuerit 3.216	P. Scip. Naſicæ pro Scipionib. orō 4.165	P. Licinius Craſſus Diuus pr. 3.163
P. C. S. inuocatio diuorum, ut ſuam profe- ſſionem bene uertant Ibidem	P. Scip. Naſicæ conſilium 3.67	P. Licinius Craſſus cos. 3.197
P. C. S. in Africam aduentus, quantū om- nem terruerit eam regionem 3.217	P. Cor. Sulla pr. 3.103	P. Licinij in Brutios profectio 3.295
P. C. S. Maſaniſſam inſignibus donis do- nat 3.220	P. Curiatius cos 1.68.85	P. Licinij Craſſi egrotantis literæ ad Senat. Ro. 3.208
P. C. S. aſſiduitas in bello Africano hie- mis tempore 3.223	P. Decius Mus menſarius 1.166	P. Licinio prorog. imp. 3.210
P. C. S. Syphaecis caſtra incēdit inuaditq; Aſdrubalis, magna cæde edita 3.224	P. Decij tr. mil. conſiliū Coſſo, quē à peri- culo liberauit 1.172	P. Licinius Craſſus cos. ſit 3.26
P. C. S. Carthag. clāſſem operitur oppri- mendam, cum qua non proſpere con- ſigit 3.226	P. Dec. quō Ro. exercitū ſeruarit 1.173	P. Licinius Varus edil. cur. 3.154
	P. Decij ad milites orō, & quō corū ad eos. ex hoſtib. reductio 1.175	P. Licinius Varus pr. 3.163
	P. Decij triūphus Caſtrenſis 1.174	P. Licinius Varus legatus uictoriæ Aſ- drubalis 3.177
	P. Decij quō munifice donatus à Coſſo ſit & militib. 1.174.175	P. Licinij & Qu. Fabij Picſtoris certar- men 4.135
	P. Decius Mus cos. 1.178.212	P. Licinij Iudi ſunebres 4.184
	P. Decij tr. pl. rogatio 1.212	P. Lucretius cos 1.34
	P. Decius cos. & eius geſta 1.218	P. Lucretius præſ. urbis 1.65
	P. Decius leg. Ro. Ibidem	P. Lucretius Tricipit. tr. mil. 1.104
	P. Decius Mus mag. eq. 1.220	P. Lucretius Tricip. II. tr. mil. 1.103
		P. Manlius tr. mil. con. pot. 1.118
		P. Manlius tr. mil. & eius geſta 1.150
		P. Manlius dictator 1.154
		P. Manlius Volſo pr. 3.156
		P. Manlij pr. cū Turdulis bellū 4.61
		P. Matienus tr. mil. 3.206
		P. Mellus

P. Melius tr. mil. con. pot. 1.118
 P. Menenius tr. mil. con. pot. 1.120.156
 P. Minucius cos. 1.42
 P. Numitorius Virginie aumenus 1.75
 P. Papyrius tr. mil. con. pot. 1.149
 P. Petellius legatus ad Syphacem 3.152
 P. Philo ab accusatione absolutus 1.211
 P. Philo censor 1.186
 P. Papius questor pl. 1.108
 P. Popilius Volscus tr. mil. con. pot. 1.118
 P. Popilius leg. ad Syphacem 3.152
 P. Posthumius cos. 1.34
 P. Quintilius Varus pr. 3.222
 P. Quintilij Vari, & M. Cornelij pugna cum Annibalis fratre Magone 3.230
 P. Scaptius 1.85
 P. Sempronius tr. pl. contra Ap. Claud. censorem agit 1.214
 P. Sempr. Sophus cos. eiusq; gesta 1.221
 P. Sempr. Sophus censor 1.226
 P. Sempronius pr. 1.231
 P. Sempr. Tud. milites à clade superstites, ad Cannusum incolumes per hostes ducit 3.52
 P. Sempronius Tuditanus cos. 3.209
 P. Sempr. Tuditanus censor 3.157
 P. Sempr. Tud. cū Annibale pugna, & uotū Fortune primogeniæ 3.221
 P. Sempronio prorog. imp. 3.222
 P. Sempr. prefectus occisus 4.72
 P. Sempronius Blefus Corn. Nasica triumpus obstat 4.112
 P. Sempronius mortuus 4.189
 P. Seruilius cos. 1.36.157
 P. Seruilius ingenius 1.37
 P. Seruilius sententia de pl. seditione 1.39
 P. Seruilius mortuus 1.58
 P. Seruil. Malug. tr. mil. con. pot. 1.128
 P. Sextius Capitolinus cos. 1.68
 P. Sext. quest. uulneratur à milite 1.107
 P. Sulpicius uir strenuus 1.84
 P. Sulp. Auerrio cos. & eius gesta 1.221
 P. Sulpicius interrex 1.226
 P. Sulpicius Auerrio censor Ibidem
 P. Sulpit. Longus tr. mil. con. pot. 1.128
 P. Sulp. uigilē Capit. de saxo desicit 1.133
 P. Sulpicius Galba cos. 3.124. & 4.8
 P. Sulpitio prorog. imp. 3.155.164
 P. Sulp. agrū inter Corinthū & Sicyonē populatur, & inde repellitur 3.168
 P. Sulpit. Attalo regi se cōiungit 3.169
 P. Sulpitius Nicæum traiecit 3.180
 P. Sulp. et Attalus rex Orco capto Chalcedidem adoriuntur oppugnare 3.180
 P. Sulpitius dict. 3.235
 P. Sulpitio Macedonia uenit 4.8
 P. Sulpicij oratio Ibidem
 P. Sulpitij Paludati profectio in Macedoniam 4.11
 P. Sulpitius cos. Daffaretiorum fines inuadit 4.18
 P. Sulpitij & Philippi pugna 4.20

P. Titinius tr. mil. con. pot. 1.118
 P. Val. Publicola cos. 1.31.34.61.166
 P. Valerius Publicolæ nomen quomodo adeptus 1.31
 P. Valerij leges Ibidem
 P. Val. Public. mors & inopia 1.34
 P. Val. Publicolæ adhortatio ad plebem aduersus Herdonium 1.62
 P. Val. Publicola pr. 1.167
 P. Val. Publicola dict. 1.169
 P. Val. Publicola mag. eq. 1.186
 P. Valerius ascitus à Bruto collega 1.29
 P. Valerio. cos. quō inuidia mota 1.30
 P. Valer. triūphus Romā ingreditur Ib. 1.32
 P. Valerij prudentia in bello contra Porcenam 1.32
 P. Valer. tr. mil. & eius gesta 1.39
 P. Valerius cos. 1.50
 P. Val. cū Vcientibus pugna Ibidem
 P. Valerius interfectus 1.62
 P. Val. III. tr. mil. con. pot. 1.149
 P. Val. 4. tr. mil. con. pot. 1.151
 P. Val. VI. tr. mil. con. pot. 1.156
 P. Val. Flaccus leg. Ro. ad Annib. 3.9.64
 P. Val. Potitus II. tr. mil. con. pot. 1.144
 P. Val. Volsci fil. 1.26
 P. Virginius tr. mil. con. pot. 1.115
 P. Virg. & M. Sergij odiū mutuū 1.116
 P. Virginius & M. Sergius abdicare se magistratu coacti Ibidem
 P. Volumnius cos. 1.59
 P. Vol. Publicolæ mortē occultat 1.62
 P. Villius Tappulus cos. 4.26
 P. Villio Tap. Macedonia obuenit 4.27
 P. Villius Tappulus pr. 3.222
 Puer biceps natus 5.75
 Puer unimanus natus Ibidem
 Pugna non certa momenta 4.25
 Pullarius mentitur L. Cursori 1.241
 Pullariorum altercatio Ibidem
 Pullarius iellus cadit Ibidem
 Punicorū bellorum inter se distantia, & eius belli cause 4.7
 Pupillorū ac uidiuarū pecuniæ in ararium depositæ 3.88
 Pyle que & Thermopylæ 4.104
 Pyra locus unde dictus 4.109
 Pyrgus castellum propè Elim 3.168
 Pyrrhus rex, uir strenuus 4.9.83
 Pyrrhi castra 4.31
 Pyrrhus quomodo Proserpine templū apud Locros spoliavit 3.212
 Pyrrhus quomodo Ro. animos per Cyneam tentarit 4.56
 Pythagoras Samius 1.9
 Pythagoras Nabis gener 4.64
 Pythagoræ consilium quo Lacedæmona ferè captam liberauit 4.70

Q Vadrigæ aureæ in Capitolio posita 3.222
 Quarta Hostilia uxor C. Calpurnij que

maritum occidit 4.25
 Quinq; dieb. tantū licuisse gerere magistratū, anteq; in leges iurasset 4.25
 Quintia prætata 1.105
 Qu. Aelius sit cos. 5.77
 Qu. Acmylius Barbula cos. 1.208.212
 Qu. Acmyl. Carretanus cos. 1.195
 Qu. Acmyl. Carretanus Ferentanus de bellauit 1.205
 Qu. Acmyl. Carretanus mag. eq. in prælio trucidatur 1.208
 Qu. Antonius 4.128
 Qu. Ant. Merenda tr. mil. con. pot. 1.105
 Qu. Apuleius Pansa cos. & eius gesta. 1.1
 Qu. Aulius mag. eq. 1.209 (2.14)
 Qu. Bebi. Paphilus leg. Ro. ad Carib. 3.9
 Qu. Bebius trib. pl. refragatur senatus secreto 4.8
 Qu. Cecilius Metellus ad. pl. 3.163
 Qu. Cecilius Metellus legat. uictor de Asdrubale 3.177
 Qu. Cecilij Metelli cos. in Hetruriam profectio 3.183
 Qu. Cecil. Metellus mag. eq. 3.185
 Qu. Cecilij Metelli oratio 4.208
 Qu. Cecil. Metellus dict. 3.209
 Quintius Capitolinus legatus 1.95
 Qu. Catius ad. pl. 3.154
 Qu. Catulus legatus 3.202
 Qu. Cincinnatus tr. mil 1.108
 Qu. Clælius cos. 1.36
 Qu. Clælius Siculus censor 1.150
 Qu. Claudij tr. pl. lex 3.30
 Qu. Claudius flamen pr. 3.163
 Qu. Confidius & T. Genutius autores legis agrarie 1.50
 Qu. Fabius Ambustus cos. 1.107
 Qu. Fabius M. Fabij Ambusti fil. 1.128
 Qu. Fab. Ambustus dict. 1.201
 Qu. Fabius cos. 1.45.55.196
 Qu. Fabius quō contentionem de lege agraria sedauerit 1.55
 Qu. Fabij gesta contra Aequos & Volscos 1.55.64
 Qu. Fabij urb. præf. cōtra C. Terentillū leg. agrarie latorem intercessio 1.59
 Qu. Fab. mag. eq. 1.169.209
 Qu. Fabio legato dies dicta 1.137
 Qu. Fab. dict. ad milites adhortatio 1.209
 Qu. Fab. exercitū in Cimnios ducit, ac Hetruriam prædat 1.218
 Qu. Fab. odiū in Papyriū premit 1.217
 Qu. Fab. Max. edil. curul. 1.228
 Qu. Fabij triumphus de Hetruscis 1.218
 Qu. Fab. cos. postea gesta Ibidem
 Qu. Fabij prælium cum Samnitibus ad Allifas 1.219
 Qu. Fab. modestia 1.234
 Qu. Fab. Gurges matronas stupri damnatas multauit 1.236
 Qu. Fab. Gurges cos. 1.244
 Qu. Fabij Labronis gesta 4.140
 Qu. Fabius

I N D E X

Qu. Fab. Labeo naues Antiochi concre- mare iussus 4.156	Qu. Fab. Max. mors ac laudes 3.234	Qu. Minutij triumphus 4.59
Qu. Fabio Labconi prorog. imp. 4. 139	Qu. Fab. Max. Cn. fil. augur ibidem	Qu. Minutij cos. ad liberandus Pisas ad- uentus 4.78
Qu. Fabij Max. dictum 1.233	Qu. Fab. Max. constantia 5.60	Qu. Minutio prorog. imper. 4.85
Qu. Fab. Max. et Dec. Muris cōtētio lb.	Qu. Fab. Pāphilus leg. Ro. ad Carth. 5.13	Qu. Minutius Thermus cos. 4.74
Qu. Fab. Max. edil. curulis 1.186	Qu. Fab. Pictor delphis orac. cōsulit 3.61	Qu. Minut. cū Ligur. pugna in agro Pir- sano, & postea in ipsa Liguria 4.85
Qu. Fab. Max. oratio ad milites 1.192	Qu. Fab. Rutil. cū Samnit. pugna 1.192	Qu. Minutij cū Ligurib. bellum 4.112
Qu. Fab. Max. mag. eq. ibidem	Qu. F. Rut. citatus clā Romā fugit 1.193	Qu. Minutio triumphus negatus 4.135
Qu. Fab. Max. interrex 1.201	Qu. Fabio Rutilio ignoscit dictat. 1.195	Qu. Min. Thermi interitus 4.157.159
Qu. Fabius censor quando Maximus cō- gnominatus 1.222	Qu. Fab. Vibulanus cos. 1.101	Qu. Mutius tr. mil. 3.54
Qu. Fab. Max. industria in dispensatione annonæ 1.226	Qu. Fab. Vibulanus interrex 1.107	Qu. Mutius Scauola pr. 3.68
Qu. F. Max. prog. imp. in 6. mens. 1.228	Qu. Fab. Victor cos. 1.64	Qu. Mutij mala ualetudo 3.73
Qu. Fab. Max. consulatū recusat frustra	Qu. Fuluius Flaccus pr. 3.68.84	Qu. Mutio prorog. imp. 5.84
Qu. Fab. Max. triūphus 1.236 (1.227)	Qu. Ful. Flac. præs. classis L. nauū 3.75	Qu. Mutij bellum 5.12
Qu. Fab. Max. edē Ioui uictori uouet lb.	Qu. Ful. pr. ad pop. postulata 3.79	Qu. Nauus Ro. autor immiscendorum equitib. peditum & gesta 5.126.127
Qu. Fab. Max. prodicator 3.35	Qu. Ful. Flaccus mag. eq. 3.103	Qu. Neuius pr. ueneficij questiones ex- crect 4.185
Qu. Fab. Max. Romam reuocatus 3.39	Qu. Ful. Flaccus cos. 3.103.154	Qu. Ogulnius tr. pl. 1.224
Qu. Fab. Max. suo are fidem Romanam liberauit 3.41	Qu. Fuluij Flacci cum Hannone pugna & uictoria 3.109	Qu. Petilij uexari 4.163
Qu. Fab. Max. inuisus Ro. 3.42.	Qu. Ful. prōcos. cum exercitu Romam redit 3.128	Qu. Petilij omen de sua morte 5.11
Qu. Fab. Max. excelsus animus aduersus contumelias 3.43	Qu. Ful. Flaccō prorog. imp. 3.125.163	Qu. Publij Philonis in Samniū profectio & pugna uictoriaq. 1.203
Qu. Fab. Max. & M. Minucius exercitū Ro. partiuntur inter se ibidem	Qu. Ful. par cū coss. imp. decernitur 3.	Qu. Pleminius & seditiōis principes in uincula coniecti damnatiq. Romam mittuntur 3.214
Qu. Fab. Max. exercitum circumuentū restituit 3.44	Qu. Ful. Flaccus dict. 3.153 (129)	Qu. Pleminius propr. legatus 3.206
Qu. Fab. Max. ad L. Aemylum Paulum oratio 3.47	Qu. Ful. Flacci gesta 3.159	Qu. Ple. auaricia dū Locris presideret, & prædatio Proserpine tēpli 3.207
Qu. Fab. Max. cos. fit 3.72.84.154	Qu. Ful. Flac. Lucanis præs. missus 3.173	Qu. Pleminij scuitia in tr. mil. et aliquot Locren. principes 3.208
Qu. Fab. Max. iuiri gesta 3.75	Qu. Ful. Flacci pertinacia in ambienda prætura 4.182	Qu. Pleminius in uinculis mortuus, ante quā iudiciū de eo fieret 3.214
Qu. Fab. Maximi oratio, quales creandi sint coss. 3.85	Qu. Fuluij cū Celtiberis pugna & Vr/ bicae expugnatio 4.195	Qu. Pleminius scelestus hō necatus 4.71
Qu. Fab. Max. Putcolis communitis Ro- mam redit ibidem	Qu. Fuluij Flacci cum Celtiberis pugna & uictoria 4.200	Qu. Publius mensarius 1.166
Qu. Fab. cos. Qu. filius pr. 3.84	Qu. Ful. Flac. fit cos. 4.203.206	Qu. Pub. Philo cos. eiusq. gesta. 1.183.188
Qu. Fab. Max. adhortatio ad Volones, quibus libertatē promittit, si quis ho- stis caput retulisset 3.86	Qu. Ful. Flac. pugna cū Celt. 4.204	Qu. Pub. Philo pr. de pl. primus 1.185
Qu. Fab. Max. uictoria de Pænis 3.87	Qu. Ful. Flacci ludi 4.206	Qu. Pub. Philo dictator 1.184
Qu. Fab. Max. iunior cos. 3.99	Qu. Ful. de Ligurib. triumphus 4.210	Qu. P. Philo mag. eq. 1.186
Qu. Fabij minoris gesta 3.100	Qu. Ful. Flacci structure 5.16.17	Qu. P. Philoni triūphus decretus 1.190
Qu. Fab. Max. pater & fil. quomō obser- uarint maiestatem Ro. ibidem	Qu. Ful. edē Iunonis Lacinie detexit 5.	T. Quintius Cincinnatus tr. mil. 1.111.153
Qu. Fab. Max. maioris sentētia de Clas- sio Altinio ibidem	Qu. Ful. Flacci interitus 5.26 (17)	Qu. Seruilius tr. mil. con. pot. 1.112
Qu. Fabij Max. administrationes in Si- cilia 3.155	Qu. Ful. Gillo pr. Sicilie 4.9	Qu. Seruilius Cepio cos. fit 5.47
Qu. Fab. Max. cos. legitur princeps Se- natus 3.157.221	Qu. Manlius Thurinus pr. 5.183	Qu. Seruilius Fidenas tr. mil. 1.115.118 128.146.150.153
Qu. Fabij gesta 3.159	Qu. Martius Tremulus cos. 1.219	Qu. Seruil. Fidenas VI. tr. mil. c. p. 1.139
Qu. Fab. modestia in spoliando Tarento & factum dictum 3.160	Qu. Martij de Hernicis triūphus 1.220	Qu. Seruil. Fidenas interrex 1.120
Qu. Fab. Max. dictum in M. Liuiū præs. Tarenti 3.165	Qu. Martius Philippus cos. 4.168	Qu. Seruil. Hala dict. 1.161
Qu. Fab. Max. sententia ut P. Cor. Scip. bellum absoluat cum Annib. in Italia, priusquam Africam petat 3.198	Qu. Martius Flaccus in Ligures profe- ctus, circumuentus fugatur 4.173	Qu. Seruil. Hala cos. 1.158.175
Qu. Fab. sententia de Qu. Pleminio & P. Scipione Romam uocandis 3.213	Qu. Martius leg. in Macedoniam 4.185	Qu. Seruil. Hala interrex 1.164
Qu. Fab. Max. de An. prædicatio 3.234	Qu. Marcij & A. Attilij legatio ad Per- sea 5.30	Qu. Seruilius Priscus 1.97
	Qu. Mar. rursus in Græciā missus 5.34	Qu. Seruil. Priscus dict. fit, & eius gesta contra Aequos 1.105
	Qu. Mar. Philippus II. cos. 5.46	Qu. Silius questor pl. 1.108
	Qu. Mar. Philippi cos. ad Macedoniam difficilis profectio 5.51	Qu. Sulpitius leg. 1.97
	Qu. Maximus Aeginiū & Agassas di- reptum mittitur 5.82	Qu. Sulpitius tr. mil. con. pot. 1.115.118
	Qu. Metelli sentētia pro P. C. Scip. 3.213	Qu. Statorius Numidas disciplinam bel- licam docet 1.101
	Qu. Melius tr. pl. 1.201	Qu. Statius Cl. Neronis legatus 3.174
	Qu. Minucius cos. 1.67	Qu. Terentius leg. Ro. 3.31
	Qu. Minucius Rufus cos. 4.38	Qu. Teren. Culleo senator 5.242
	Qu. Minut. Ruf. Boios impugnat 4.39	Qu. Teren.
	Qu. Minutij triumphus in monte Al- bano 4.46	
	Qu. Minutij præliū cum Hispanis 4.55	

Qu. Terentius Culleo pr. 4.165
 Qu. Trebellius & Sex. Diglitus cōten/
 dunt pro corona murali, amboq; asse
 quantur 3.149
 Qu. Tullius cos. 1.45
 Qu. Vibulanus xuir factus mutat ingenē
 Quirites unde dicti 1.7 cum 1.72
 Quiritium fossa 1.19

R

Racilius tr. mil. 1.118
 Ramnensis centuria 1.7
 Regillus Aemylius 4.117
 Regno nihil minus populare 1.145
 Regum Ro. stirpis enarratio 1.87
 Regis nomen Scipioni Romanisq; inui/
 sum 3.162
 Regum libertas 1.207
 Regum maiestas 4.135
 Regum morem fuisse uenenu habere par
 tum ad incerta fortuna 3.229
 Rem ad triarios redisse, explicatur 1.181
 Remi natiuitas & reliqua uita 1.3
 Remi interitus 1.4
 Rerum repetundarum uetus mos ab An
 to institutus 1.15
 Rhage ciuitas 4.32
 Rhea geminos parit 1.3
 Rhegium quomodo uastatum 4.18
 Rhogynorum fides erga Ro. 3.71
 Rhium 3.181
 Rhissafus Pellenen. cogit filium assentire
 Ro. societati 4.36
 Rhoda eiectum presid. Hispanorū 4.59
 Rhodanus fl. 5.16
 Rhodij corona aurea & ciuitate donati
 ab Atheniensib. 4.12
 Rhodiarū expeditio cōtra Philip. 4.43
 Rhodiorū & Dinocratis regij praefecti
 pugna 4.44
 Rhodiorum audacia pro fide Ro. ibid.
 Rhodiorū legatio ad Antiochū 4.45
 Rhod. auxilia Ro. cōtra Antioch. 4.114
 Rhod. et Antiochi praelia naualia 4.124
 Rhodij domum dimissi 4.127
 Rhodiorum legatio ad Ro. 5.8.72.79
 Rhodij classē xl. nauū mittūt Ro. 5.35
 Rhodij legatos Ro. precantur, ut ciuita/
 tem eorū ingrediantur 5.74
 Roma caput orbis terrarum 1.8
 Roma recuperata & instituta 1.135
 Roma situs descriptio 1.136
 Roma quō frequens reddita 1.138
 Romae cōkursus pop. ad nuncium cladis
 ad Thrasymenum acceptae 3.54
 Roma in foro Boario humanis hostijs li/
 tatum 3.54
 Roma quae facies rerum fuerit post deu/
 tum Asdrubalem 3.177
 Roma post pugna Cannen. quomodo se/
 natus suppletus 5.68
 Roma ingens incendiū & annonae ma/
 gna utilitas 3.234

Roma ingens penuria annonae 1.42
 Roma terror sine autore 1.197
 Roma ingens pecuniae inopia 4.11
 Roma laborat scēnore 4.30
 Romanorū ab Annibale ad Cannas oc/
 cisorum numerus 3.51
 Romani ab Annibale captos noluerunt
 redimere 3.57
 Ro. agri terminus 3.153
 Ro. apparatus in bello aduersus Antio/
 chum 4.98
 Ro. bellum contra Buzotos, & quomodo
 pacatum rursus 4.48
 Ro. beneficia in Carthaginenses Scipio
 enumerat 5.22
 Ro. caedes & fuga 3.27.112.114. 4.177
 Ro. caedes fugaq; 1.53.101.105.120.147
 Ro. captiuorum ingens multitudo bello
 Punico 4.75
 Ro. ciuium discordia 1.82 & per totam
 eam decadem
 Ro. cū Veientib. ac Fidenat. praeliū 1.15
 Ro. cū Gallis pugna ad XI. ab urbe la/
 pidem 1.128
 Romanorū coss. & exercitus sub iugum
 missio 1.200
 Ro. Celtiberos mercede sibi iūgūt 3.102
 Ro. ducib. quid semper cauendum 3.120
 Ro. duplex tributū imperatū 3.71
 Ro. & Macedonum equitū pugna 4.19
 Ro. equestris ordinis stipendia suis equis
 facere à Senatu cupiunt 1.115
 Ro. Erduam petunt 4.22
 Ro. exercitus sub xuiris ubiq; uicti 1.72
 Ro. exercitus numerus quando ad Can/
 nas pugnatum 3.46
 Ro. in arcem ac Capitoliū cum coniugi/
 bus ac liberis concedunt 1.129
 Ro. in Masaniissam beneficia 4.10.136
 Ro. legatio ad Aequos saxdisragos 1.65
 Ro. legati ad Carthag. 3.13
 Ro. legatio ad Gentium 5.25
 Ro. legatio in Graeciā & Maced. 4.179
 Ro. legatio ad Ptolemeum Aegyptiorū
 regem 4.7
 Ro. legati in Africam Carthaginemq; &
 ad Masaniissam 4.10
 Ro. legatio in Asia pro Ideae matre Ro/
 mam ferenda 3.208
 Ro. legatio ad Samnites 1.171
 Ro. leg. quō ab Annib. & Carthaginen.
 acceptae 3.10
 Romani ludi 1.17
 Ro. milit. 8000. Maharbali se dedētes in
 uincula praeter pactū cōiecti 3.34
 Ro. munificentia in Eumenum & Rho/
 dios 4.138
 Ro. mos quo hostib. pacati fiebat 5.105
 Ro. munificentia in socios & auxiliato/
 res belli contra Antiochum 4.156
 Ro. naues onerariae 6. à Carthaginensib.
 captae 3.226

Ro. pop. clamor contra xuiros 1.72
 Ro. praesidiū Verrugine oppressum 1.116
 Ro. praesidiū Anxuri oppressum & An/
 xur captum 1.115
 Ro. praesidiū Luceria perditum 1.210
 Ro. praesidiū in Gallia bellante Ann. 3.12
 Ro. pugna ad Gabios 1.149
 Ro. quādo primū usi elephantis 4.20
 Ro. quem sociorū & amicorum nomine
 donent 4.18
 Rom. qui quadriennium non militassent
 multati 3.88
 Ro. quomodo se contra Antiochum in/
 struxerunt 4.86
 Ro. responsum legatis Camp. 1.178
 Ro. senatus liberalitas in reddendo sua
 quibuscunq; nationibus, quae occupa/
 rat antea 4.49
 Ro. sententia de sua libertate 1.34
 Romanorū ueterum bella sine dolo 5.34
 Ro. uictoria cruenta 1.30.214
 Ro. uictoria 2. in Hispanijs 3.86
 Romuli ac Remi natiuitas 1.5
 Romuli & Remi certamen 1.4
 Romulus quō regni formā instituit ibid.
 Romulus ad uicinas gentes pro cōnubijs
 legationes mittit 1.5
 Romulus Ceninenses stermit, & urbe eorū
 rum potitur 1.6
 Romulus pop. in 30. curias diuisit 1.7
 Romulus quō sublatus ex hominum cōn/
 sortio 1.8
 Romulus 37. annis regnauit 1.10
 Romulea à Ro. direpta 1.229
 Rorarij 1.181
 Rostra Romae 1.185
 Ruffuli qui 1.159
 Ruscino portus 3.226

S

Sabbatina tribus Ro. addita 1.159
 Sabinorum & Rom. bellum per mu/
 lieres direptū & amicitia facta 1.7
 Sabinarum uirginum raptus 1.5
 Sabini arcem Ro. capiunt 1.6
 Sabinorū ueterum disciplina 1.9
 Sabinis nouū bellū cū Tarq. gestū 1.17
 Sabinorū strages & deditio 1.19
 Sabinū bellū cum Ro. 1.34.70
 Sabinorum clades 1.81
 Sacraei Samnitium milites 1.218
 Sacrificia & religio noua Romae, relicta
 more patrio 3.108
 Sagminā 3.242
 Sagunti descriptio 3.9
 Sagunt. fides Ibidem
 Saguntum oppugnat Annibal 3.9
 Saguntum capitur 3.12
 Saguntini aurum, argentum & seipos
 in ignem cōiiciunt, ne ad Annibalē
 ueniant 3.11
 Saguntum receptum & antiquis cultori/
 bus restitutum 3.99

Sagalasseni pacem à Ro. ciunt	4.146	Satricanis arma adempta	1.205	Serg. Sulpicius moritur	1.58
Saguntinorū leg. ad Senatum Ro.	3.197	Satricule oppug. & deditio	1.208	Seruius Sulp. Camerinus cos.	1.125
Saguntini coronam auream dono in Capitolio ponunt	3.198	Saturnalium institutio	1.36	Ser. Sulpitius tr. mil. con. pot.	1.126.144.146.151.152.153.154
Saguntinorum legati Romam ueniunt, Carthaginenses cum pecunia cōprehenfos secum adducentes	3.252	Saturnalia celebrantur	3.32	Ser. Sulp. Camerinus interrex	1.138
Saliorum institutio	1.10	Saturnia colonia	4.188	Ser. Sulp. Galba ad cur.	3.165
Salpinates Ro. agrum inuadunt	1.126	Saxum ingens uisum uolitare	3.105	Ser. Sulp. Galba pontifex.	3.254
Salutis adis locatio à C. Iunio Bubulco censore	1.220	Sceleratus uicus Ro.	1.22	Ser. Sul. G. obrectator L. Aemylj s.	86
Samai uicti sub corona uenerunt	4.152	Sceleratus campus	1.185	Ser. Sulp. Rufus	1.138
Samnium uastatur	1.196	Scenicorum ludorum institutio Ro. prium	1.157	Seruius Romanus proditor	1.112
Samnites à Ro. in fœdus accepti	1.165	Scerdiletus Illyriorum rex	3.157	Seruij Tully pueritia	1.18
Samnitici belli causa	1.170	Schoenus et Menophilus mercatores, uiam indicant L. Aemyljo cos.	5.66	Seruius Tullius quomodo ad regnū peruenit	1.19
Samnitium cōtemptus in Ro. legatos	1.171	Sciathum ac Peparetū urbes Philippus diruit	4.17	Seruij Tullij instituta	1.20
Samnit. cum Coruino præliū	1.171.172	Scipionum fatum	3.145	Seruij Tullij & Tarquinij Superbi contentio	1.22
Samnitū clades & fuga	1.172.173.174.192.197.209.211.215.220.227.228.230.231.236.242	Scodra ciuitas capitur	5.64	Ser. Tull. interitus & regni anni ibidem	
Samnitium castra capta	1.174	Scodrus mons	Ibidem	Serui urbem incendere coniuuantes puniuntur	1.104
Samnites pacem orant	1.177	Scopas pr. Aetolorum	3.157	Serui 25. in crucem adli	3.45
Samnit. cum cos. Ro. fœdus	1.178	Scopas Alexandrinorum dux, exercitū cogit	4.25	Seruorum emptorum 8000. militie scripta Ro.	3.64
Samnit. cæsi & sub iugum missi	1.219	Scriba uiatoresq; edilij pecuniam erarij furati damnantur	3.240	Seruorum in Hetruria cōiurationes M. Acilius pr. fudit	4.50
Sam. ferox respōsum leg. Ro. datū	1.188	Scultenna flu.	5.9	Seruorū seditio circa Romā quō indicata atq; cōpressa, indicib. quæ premia	
Samnitium oppida tria capta	1.190	Scutum Ro.	1.207	Sestus oppugnatur	4.118. (4.58)
Samnites deuicti dict. se cōmendāt	1.195	Seditio Ro. propter legem Oppiam abrogandam	4.55	Sextius tr. pl.	1.106
Sam. ac Ro. pugna	1.196	Seditiosi milites	4.27	Sex. Aelius Patus cos.	4.29
Samnitium equites Ro. impedimentis intenti caduntur	Ibidem	Segestica capta	4.62	Sex. Antistius legatus	5.170
Samnitium grauisima clades & sub iugum missio	1.204	Sigouesi in Hercyniam transitus	1.127	Sex. Digitius pr. in citeriore Hispania infeliciter pugnauit	4.78
Samnites fugati Plisiam obsident	1.208	Seleucus Phocæam capit	4.119	Sex. Furius cos.	3.44
Samnitib. induciæ biennij à Ro. date	1b.	Seleucus Antiochi fil. regnum Eumenis inuadit	4.122	Sex. Furius Medullinus trib. mil. 11. con. pot.	1.104
Sam. cū Ro. pugna ad Lautulas	1.209	Sellasia	4.65	Sex. Iulius Tullius tr. mil.	1.100
Samnit. exercitus magnificentia	1.218	Semimares pueri	4.11	Sex. Iulius Cæs. pr.	3.165
Samnitib. fœdus antiquū redditū	1.221	Semonis Sangi edes	1.187	Sex. Iul. Cæsar legat. ad Crispinū	3.167
Sam. pugna cū Q. Fab. Max. acris	1.228	Sempronius Blaesus quaestor cum milite Ro. occisus	3.44	Sex. Manlius	1.76
Samnites suis finibus expulsi per Decium Murem	1.229	Senatus Romanus	1.106	Sex. Pomp. legato Vibonensis ager committitur tuendus	3.26
Samnit. desperata audacia	1.237	Seniores Ro. quomodo se gesserint dum urbs à Gallis caperetur	1.150	Sex. Quintilius cos.	1.68
Samnites capiuntur & sub iugum mittuntur	1.239	Senatus Ro. decretum de Macedonibus uictis	5.78	Sex. Tarq. proditor dux Gabinorū	1.24
Sam. Interamnā coloniā populatur Ibid.		Senatorum Ro. sententiæ de pace à Carthag. petita	3.232	Sexti Tarq. in Gabios licentia	1.25
Samnitium & Ro. pugna	1.241	Senatoria loca secreta à populo ludis Romanis	4.71	Sex. Tarq. stuprū infert Lucretiæ	1.26
Sangarius fl.	4.148	S. C. ultimæ necessitatis forma	1.56	Sex. Tarq. à Gabijs occisus	1.27
Sangualē aūē rostro lapidē cecidisse	5.9	Senat. decretum de Campanis	3.142	Sex. Tempanius dec. equitib. Ro. succurrit	1.102
Sanguinē manasse è fœco per tridū	5.77	S. P. Q. R. collatio ad supplementum remigum	3.145	Seruius Tullius iterum à pop. declaratur rex	1.21
Sanguine pluisse	5.47	Senones	1.127	Sex. Tull. p. exercitu ad dict. Sulp.	1.162
Sardis quæ cedes facta à transfugis & milit. mercenarijs	3.118	Senones Galli legionem Ro. ad Clusium adoriuntur ac penitus delent	1.234	Sex. Tullij fortitudo	1.164
Sardorum magna clades	3.76	Sepinum captum ac direptum	1.244	Sibyllæ carmina	4.159
Sardi uicti à Sempronio	5.11	Seppius Laetius quomodo Mediastrucis factus	3.128	Siccitas ingens	1.98
Sare uicus	4.157	Serg. Cor. Maluginensis tr. mil. con. pot.	1.139.144.146.149.153.154	Siculorū de M. Marcello quærela	3.139
Sarisse	4.152	Serg. Cor. Malug. mag. eq.	1.160	Siculorum ad Senatum Romanū orō in Marcellum	Ibidem
Sarissophori milites Macedonici	4.105	Serg. Cor. cos.	1.45.222	Siciliæ dominium ad Ro. peruenit	3.145
Sassula capta	1.165	Serg. Sulpicius co.	1.35.59	Siciliæ ciuit. legatio ad Marcellū	3.124
Satricum captum	1.140			Sicilia	4.18
Satricū à Latinis exustum	1.151			Sicilius securi percussus	3.95
Satricum dirutū ac incensum	1.169			Sidicini uicti à Samnitib.	1.170
Satricanorū ad Samnites defectio	1.205				
Satricanorū defectio	1.205				

Sidicini

<i>Stidicini Latinis se dedunt</i>	1.178	<i>Sp. Papyrius tr. mil. con. con.</i>	1.146	<i>Syphacis fuga</i>	3.102.225
<i>Signia colonia</i>	1.25	<i>Sp. Posthumius cos.</i>	1.55	<i>Syphacis literæ ad senatum Ro.</i>	3.102
<i>Signia colonia iterum deducta</i>	1.36	<i>Sp. Posthumij gesta</i>	1.56	<i>Syphax rex Asdrubalis Gisgonis filiam uxore ducit, sedusq; cum eo & Carthaginen. facit</i>	3.215
<i>Sinuessa colonia deducta</i>	1.231	<i>Sp. Posth. Albus tr. mil. con. pot.</i>	1.96	<i>Syphax Scipioni nunciat ne in Africam traiciat</i>	3.215
<i>Sipyrrhicas etolus leg. ad Ro. cos. 4. 24</i>		<i>Sp. Posth. Albus legatus</i>	1.97	<i>Syphacis Numida cū Masanissa pugna & uictoria</i>	3.218.219
<i>Smyræorum legatio</i>	4.137	<i>Sp. Lucretio prorog. imp.</i>	3.210	<i>Syphax cōciliare Ro. & Carthag. conatur</i>	3.223
<i>Soles tres simul effulsisse</i>	5.15	<i>Sp. Rutilius Crassus II. tr. mil.</i>	1.105	<i>Syphax rursus cum Asdrubale Gisgon. copias iungit</i>	3.225
<i>Solis urbs & Soli populus</i>	4.138	<i>Sp. Posthumius tr. mil. con. pot.</i>	1.123	<i>Syphax equo effusus capitur</i>	3.227
<i>Solonis leges à Ro. transcriptæ</i>	1.68	<i>Sp. Posth. in Aquis gesta</i>	1.125	<i>Syphax captiuus quomodo se excusat apud Scipionem</i>	3.228
<i>Sopater & Deomenes prr. creati, publicam pecuniam restitunt</i>	3.90	<i>Sp. Posth. Regillus censor</i>	1.149	<i>Syphax captiuus Romam missus. inde Albam</i>	3.229.230
<i>Sopater Acarnan. præs. praesidij Chalciden. occiditur</i>	4.15	<i>Sp. Posth. Albinus cos.</i>	4.168	<i>Syphacis mors</i>	3.245
<i>Sophonisba uxoris Syphacis, Asdrubalis filia oratio ad Masanissam</i>	3.227	<i>Sp. Posthumij oratio</i>	4.171	<i>Syracusæ obsidentur frustra</i>	3.95
<i>Sophonisba quò acceperit & hauserit uenenum à marito missum</i>	3.229	<i>Sp. Posthumius cos & censor</i>	1.186.197	<i>Syrac. capiuntur & diripiuntur</i>	3.115.116
<i>Sora capta</i>	1.169	<i>Sp. Posthumius mag. eq.</i>	1.189	<i>Syracusani cum Ro. de pace tractant oratioq;</i>	3.117
<i>Soranus trās fuga Soræ Ro. prodit</i>	1.209	<i>Sp. Posthumius Caudiu reductus, ut spon sione Romanos exoluat</i>	1.202		
<i>Soræ ad Samnit. defectio ac proditio Ib.</i>		<i>Sp. Seruiliij cos. constantia</i>	1.50		
<i>Sora à Samnitibus recepta</i>	1.221	<i>Sp. Seruilius Priscus censor</i>	1.150		
<i>Soram colonia deducta</i>	1.222	<i>Sp. Seruilius tr. mil. con. pot.</i>	1.154		
<i>Sofidi quæ præmia Ro. data</i>	3.135	<i>Ser. Sulpitius Camerinus cos.</i>	1.169		
<i>Sparta qualis quondam</i>	4.69	<i>Sp. Tarpeius</i>	1.6		
<i>Sparta sine muris libera, muros habens, serua fuit</i>	4.181	<i>Sp. uirginus cos.</i>	1.68		
<i>Sp. Caruilius cos.</i>	1.240	<i>Statellates Ligurū gens</i>	5.19		
<i>Sp. Caruiliij gesta</i>	1.242	<i>Statius Cellius Samnit. imp. captus</i>	1.221		
<i>Sp. Caruiliij triumphus</i>	1.244	<i>Statius Metius</i>	3.88		
<i>Sp. Caruiliij consilium de Latinis in senatum Ro. legendis</i>	3.67	<i>Statuam auratam primum quis in Italia posuerit</i>	4.201		
<i>Sp. Cassius mag. eq.</i>	1.35	<i>Stellatina tribus Ro. addita</i>	1.139		
<i>Sp. Cassius cos.</i>	1.35.44	<i>Stena</i>	4.28		
<i>Sp. Cassij largitiones in populo</i>	1.45	<i>Stipendium militibus de publico quando primo datum, & primum tributum indictum</i>	1.111		
<i>Sp. Cassius damnatus</i>	Ibidem	<i>Stiffum oppugnatum</i>	3.29		
<i>Sp. Furius cos.</i>	1.45.56	<i>Stratius medicus contra Attalum</i>	5.78		
<i>Sp. Furius tr. mil. con. pot.</i>	1.150	<i>Subius uirius hortatur Campanos ad foedus cum Annib. faciendum</i>	3.59		
<i>Sp. Furiij castra ab equis oppugnata</i>	1.56	<i>Sublicius pons à Ro. dissectus</i>	1.32		
<i>Sp. Furius Camill. M. fil. prætor primus ex nobilitate</i>	1.157	<i>Subota insula</i>	5.65		
<i>Sp. Fufius paterpatratus</i>	1.11	<i>Suessa Pometia capta</i>	1.24		
<i>Sp. Herminius cos.</i>	1.82	<i>Suessa Pometia capta prædæ datur</i>	1.38		
<i>Sp. Largius</i>	1.32	<i>Suessa olim, nunc Aurunca</i>	1.185		
<i>Sp. Ligustinus suas res gestas enumerat</i>		<i>Suessa & Pontia colonia deductæ</i>	1.212		
<i>Sp. Lucretius fit cos.</i>	1.31. (5.28)	<i>Suessetani à Lacetanis repulsi</i>	4.62		
<i>Sp. Licinius tr. pl.</i>	1.46	<i>Suffetes quid</i>	3.196.225		
<i>Sp. Lucretius pr.</i>	5.197	<i>Suffragij ferendi mos</i>	3.105		
<i>Sp. Lucretio prorog. imp. ut Genuam dirutam exedificet</i>	3.223	<i>Sulpitia socrus Posthumij cos.</i>	4.169		
<i>Sp. Melij largitiones Romæ & regni affectatio Ro.</i>	1.91	<i>Sulpitij ad orationem Minionis responsum</i>	4.83		
<i>Sp. Melij interitus</i>	1.92	<i>Sulpitius Galba leg.</i>	5.208		
<i>Sp. Melij domus diruta & bona publicata</i>	1.93	<i>Sutrinis oppidum redditum</i>	1.138		
<i>Sp. Melij tr. pl. seditio</i>	1.95.106	<i>Suouetaurilia</i>	1.20		
<i>Sp. Nautius cos.</i>	1.44	<i>Supplicationes 4. dierum Romæ</i>	1.122		
<i>Sp. Nautius Rutilius tr. mil.</i>	1.104.105	<i>Supplicationes Romæ decretæ propter Annib. ex Italia abitum</i>	3.232		
<i>Sp. Nautius cos.</i>	1.208 (111.)	<i>Sutrium opp.</i>	1.215		
<i>Sp. Oppius collega Appio auxilium ferre tentat</i>	1.75	<i>Sutrium ab Hetruscis obsessum</i>	1.215		
<i>Sp. Oppius in uinculis moritur</i>	1.79	<i>Sutriuū obsidiōe p Camil. liberatū</i>	1.140		
<i>Sp. Papyrius</i>	1.241	<i>Sutrium ab Hetruscis obsessum & deditum receptumq; eodem die per Camillum</i>	1.137		
		<i>Syphax Numidarum rex cum Romanis paciscitur</i>	3.101		

T

<i>Tabe urbis deditio</i>	4.145
<i>Talassius</i>	1.5
<i>Talentum 80. pondo Ro.</i>	4.156
<i>Tanaquil</i>	1.16
<i>Tanaquilis ad pop. oratio</i>	1.19
<i>Tarentinorum V. Inuenum ad Annibal. aduentus</i>	3.85
<i>Tarentū quò Annib. proditum</i>	3.106
<i>Tarenti prodicti tumultus</i>	3.107
<i>Tarenti arx</i>	Ibidem
<i>Tarentini obsides uirgis cæsi, de saxo deiciuntur</i>	3.106
<i>Tarentinorū 13. nobiliū cōiuratio</i>	3.108
<i>Tarent. ac Ro. naualis pugna</i>	3.144
<i>Tarenti obsidio & proditio</i>	3.159
<i>Tarentinis S. C. datum</i>	3.164
<i>Tarentinorum consilia contra Ro.</i>	1.191
<i>Tarentini conantur pugnam dirimere Ro. cum Samnitibus</i>	1.204
<i>Tarentum captum</i>	1.208
<i>Tarpeia interitus proditricis</i>	1.8
<i>Tarquinius fit rex, & quomodo se gesserit in regno</i>	1.17
<i>Tarquiniij interitus</i>	1.19
<i>Tarq. Superb. summa papauerum capita decutit</i>	1.25
<i>Tarq. Superbi structure</i>	Ibidem
<i>Tarquiniij nomen exosum</i>	1.28
<i>Tarquiniij pulsi quomodo recuperare regnum conati</i>	1.29
<i>Tarquiniorum bona plebi diripiendadantur</i>	1.29
<i>Tarq. Superb. Hetruscos implorat</i>	1.30
<i>Tarq. bellum cum Romanis</i>	Ibidem
<i>Tarquinien. Ro. Agrū inuadūt</i>	1.119.162
<i>Tarquēn. captos Ro. 307. immolāt</i>	1.165
<i>Tarq. grauius à Ro. puniti</i>	1.165
<i>Tarquinien. cum Ro. induciæ</i>	1.218

I N D E X

Taurini	3.20	Thufculum captum à Ro.	1.151	T.Geganius cos.	1.42
Tectofagi	4.146	Thufculani Ro.tribus omnes specie reo- rum circumcunt	1.196	T.Genutius domi inuentus mortuus	1.51
Tectofagum legatio ad Cn. Manliū & infidie	4.150	Tib.Pontificius tr.pl.	1.46	T.Herminius	1.32
Tectofagū & Trocmorū strages	4.151	T.Sempronius Gr.mag.eq.	5.54	T.Herminius legatus Mamiliū occidit. ipſeq; percutitur	1.36
Tetiorum legatio ad L. Aemyl.	4.126	T.Sempr.Gracchus cos.	3.68.99	T.Largius cos.	1.35
Telesia capta à Fabio	3.89	T.Sempr.Gr.Camp.infidias ſoluit	3.74	T.Largius dictator primus	ibidem
Telmefſicus ſinus	4.121	T.Sempr.Graccho prorog.imp.	3.84	T.Largij ſententia de pl.feditione	1.39
Tempeſtas inſignis	3.28	T.Sempr.Gracchi geſta	3.102	T.Lartius cos.	1.36
Tempeſtates inſignes Romæ	3.105	T.Sempr.Gr.prodigia & interitus	3.111	T.Latinij ſomnium	1.43
Tempeſtas prodigioſa Romæ	4.189	T.Sempr.Gracchus augur	3.222	T.Lucretius cos.	1.31.34
Tempeſtes describuntur	5.54	T.Sempr.Gracchus occiditur	4.50	T.Lucretij geſta	1.58
Terentina tribus	1.226	T.Sempr.Gracchi tr. mil. ſententia de Scip. Africano	4.163	T.Lucretij Tricipitini triumphus	1.59
Termeſſo pax data	4.146	T.Sempr.Gracchus	4.116	T.Manlius Torquatus cos.	3.136
Termini ſedes non mota Romæ	1.25	T.Sempr.Gracchi triumphus	5.7	T.Manlij Torquati de captiuis redimen- dis ſeuera ſententia	3.56
Terminus deus Ro. immobilis	1.136	T.Sempr.Gracchi ſeueritas	5.48	T.Manlius Torquatus ſe incommodum magiſtratu iudicat, alioſq; coſs. crea- ri uult	3.136
Terra 38. dies mouit	4.93	T.Sempron.Gracchi amicitia cum Tib. Graccho	5.48	T. Manlij L. Manlij fil. erga parentem ſeuerum, pietas	1.158
Terræmotus ingens	3.33	T.Sempr.Longus cos. 3.9.12. & 4.71		T. Manlius fit tr. mil.	1.159
Terræmotus crebri	4.75	T.Sempr.Longi cū Hānone pugna	3.75	T. Manlij cum Gallo ſingularis pugna, cui uicto torquem detraxit, unde ei Torquati cognomen	1.161
Terror & luctus Romæ propter Anni- balis aduentū	3.129	T.Sempr.Longus C.F. xuir ſacr.	3.154	T. Manlius dictator	1.165.169
Tetradrachmæ quid	4.74	T.Sempr. & Gall. præliū ingens	4.72	T. Manlius Torquatus cos.	1.169.178
Thaumarorū ſitus & unde dicti	4.28	T.Sempr. Ligures diſſipauit	4.75	T. Manlius Torquatus dict.	1.169
Thaumacij caſi	4.103	T.Sempr. pr. & L. Minucij legati diſce- ptatio	4.202	T. Manlij in Sardinia geſta, & uictoria de Pœnis	3.76
Theaneniū Canuſinorūq; deditio	1.208	T.Sempr. et L. Poſthumio pr. hnp.	4.206	T. Manlij ferocia	1.179
Thebæ Phthiæ	4.175	T.Sempr. geſta	4.207	T. Manlius Torquatus T. Manlij ſ. 1.180	
Thebes campus	4.122	T.Sempr. Tuditanus pr.	3.99	T. Manlij Torquati de Latinis deficiens tibus uox	ibidem
Thebani contra Rom. ſc Antiocho iun- gunt	4.99	Tibicines ſacris præcinentes Roma abie- runt, & quō eō reducli	1.212	T. Manlius Torq. Man. fil. Geminium iu- gulat	ibidem
Thebæ à Ro. receptæ	5.40	Ticinus fl.	3.127	T. Manlij in filiū ſeueritas	1.181
Themiftius occiſus	3.91	Ticinus ponte iunſtus à Ro.	3.23	T. Manlij felicitas in bellis gerēdis	1.182
Theodorus coniuuratorum unus in Hiero- nymū torquetur, & eius fides in con- ſcios	3.82	Tifata	1.170	T. Man. Romā rediēs quō exceptus	1.185
Theodorus & Sosis turbas excitant, in interfectores Hieronymi	3.89	Tigillum ſororium	1.13	T. Manlij Torq. mors	1.226
Theondas Samothracum rex, pecunia corruptus	5.73	Timaſtheus Liparen.	1.124	T. Menenius cos.	1.49
Theodorus legatus Rhod. ad Ro.	5.81	Tiſo Patrenſis	4.87	T. Menenius accusatus mulſatur	1.50
Theoxena et Archo filie Herodici Theſ- ſalorum principis	4.189	Ticiniſ infelix pugna	1.120	T. Minucius cos.	1.220
Thermopylarum ſauces oclulæ ab Aet- olis	3.180	Ticiniſ centuria	1.7	T. Minucij mors	4.205
Thermopylarum deſcriptio	4.104	T. Aemylus cos.	1.53.55	T. Numitius Priſcus cos.	1.54
Theſſalorum ſeditio	5.18	T. Aemylj cū Sabinis bellum	1.54	T. Numilij pugna cōtra Volſcos	1.54
Theſſaliam inuadit Antiochus	4.101	T. Aemylus menſarius	1.166	T. Octacilij litera ad ſen. Ro.	3.54.67
Thos pr. Aetolorum	4.82	T. Aemyl. Mamercus cos.	1.183	T. Octacilij Cratſſus iuir	3.71
Thos belli ſuaſor contra Ro.	4.90.	T. Aemyl. Mamerc. ſenatuſ inſenſus Pa- tres criminatur, legesq; tres contra eos facit	1.184	T. Octacilij geſta	3.76
Thracæ Ro. prædam inuadunt	4.157	T. Apuſtius Maced. fines inuadit	4.17	T. Octacilius cos. conſulatum tamen non geſſit	3.85
Thraſo familiaris Hierony. regis	3.82	T. Cecilius tr. mil. con. pot.	1.89	T. Octacil. Cratſſus pr. increpatur	3.84
Thraſo coniuurationis delatus falſo, tor- quetur	ibidem	T. Claudius procos.	5.9	T. Octacilius Vticam trāſmittit ac præ- datur	3.119
Thraufi fugati caſiq;	4.157	T. Cl. Afellus tr. mil.	3.173	T. Octacilius Cratſſus cos.	3.136
Thurruſ rex Hiſp. Ro. ſc dedit	4.208	T. Claud. Afellus pr.	5.183	T. Octacilius mortuus	ibidem
Thufculi uicus	1.34	T. Cl. Nero pr.	3.209	T. Pedanius centurio	3.109
Thufci & Sabini rurſum cæduntur	1.50	T. Cl. Nero cos.	3.233	T. Quintius cos.	1.52.55.165
Thufcorum olim ingens imperiū	1.127	T. Claudius magna tempeſtate territus bis	3.240	T. Quin. geſta in Aequis et Volſcis	1.56
Thufcorum clades	1.131.132	T. Cl. cū claſſe in Africā miſſus	3.240	T. Quintius procos. mittitur ſubſidio ca- ſtris Sp. Furij	1.56
Thufcul. auxiliātur Ro. nō uocati	1.62	T. Ebutius mag. eq.	1.35	T. Quintij lenitas	1.55
Thufcul. Ro. hoſtib. nolūt obſtare	1.148	T. Ebutius cos.	ibidem		
Thufculanorum legatio ad ſenatum pro pace & uenia	ibidem	T. Ebutius ſauciatur	ibidem		
		Titus fil. Tarquini Superbi	1.25		
		T. Flaminiſ munificentia in gladiat.	5.16		
		T. Fonticius legatus	3.121		
				T. Quintius	

T. Quintius III uir 1.55.139.
 T. Quintij de Prænestinis triūph. 1.150
 T. Quintius tr. mil. con. pot. 1.154
 T. Quintius mag. eq. 1.161
 T. Quintius cogitur esse princeps militum coniuratorum 1.175
 T. Quintij orō pacē persuadēs suis 1.176
 T. Quintius Barbatus interrex 1.89
 T. Quintius Capitolinus ter cos. 1.60.82. 89.91.105
 T. Quintij Capit. fortitudo 1.65
 T. Quintij Capit. ad pop. Ro. orō 1.85
 T. Quintij Capitolini administratio & uita 1.90
 T. Quintius. Capit. mag. eq. 1.141
 T. Quintius Cap. tr. mil. c. pot. 1.111.141
 T. Quint. Cincinnatus fit dict. 1.166
 T. Quint. Cincinnatus Pœnus cos. 1.96
 T. Quint. Cincinnati gesta 1.97
 T. Quint. Cincin. tr. mil. c. pot. 1.138.144
 T. Quintius quanti ius hospitale fecerit, et eius cū Badio Camp. certamē 3.112
 T. Quintius Crispinus pr. 3.154
 T. Quintius Crispinus cos. 3.163
 T. Quint. Crisp. oppugnat Locros 3.165
 T. Quint. Crispinus uulneratus 3.166
 T. Quintij Crispini literæ Ro. 3.167
 T. Quintij Crispini mors 3.169
 T. Quintio prorog. imp. 3.210
 T. Quint. Flaminius cos. in Maced. 4.29
 T. Quintio Pastor indicat uiam ad hostes, & pugna cum Philippo 4.50
 T. Quintij facilitas in Epirotas 4.52
 T. Quintius cos. obsidiōe frustratus 4.53
 T. Quintij legatio ad Achaos 4.54
 T. Quintij & Nabidis pactum 4.45
 T. Quintius ab oppugnatione Corinthi desistit 4.57
 T. Quintio prorog. imp. 4.59.46.53
 T. Quint. procos. cōuentū edicit, eiusq; ibi oratio 4.65
 T. Quintius Argos pergit 4.64
 T. Quintius populatur Lacedem. 4.66
 T. Quintij consultatio cū socijs de expugnatione Lacedæmonis 4.68
 T. Quintius quibus conditionibus Nabidi dat pacem 4.68
 T. Quintius conuentum celebrat Corinthi, & quomodo omnes illic nationes commonuerit 4.75
 T. Quintius Thessaliam in ordinem redigit 4.74
 T. Quintius triduum triumphat Ibidem
 T. Quintij legati ira in Magnetas 4.89
 T. Quintius Athenienses orat, ut legatos ad Panetolicum mittant 4.90
 T. Quintij cū Diaphane disceptatio & ingenium 4.110
 T. Quintius Flaminius cos. 4.139
 T. Quint. Flamini leg. ad Prusiā 4.187
 T. Quint. Pœnus dict. 1.160
 T. Quint. Pœnus tr. mil. con. pot. 1.99

T. Quintius Pœnus II. cos. 1.98.166
 T. Quintius Pœnus legatus 1.99
 T. Quint. Pœn. accusatus absoluitur 1.105
 T. Quint. Pœnus mag. eq. 1.156
 T. Romulius cos. accusatus dānatur 1.68
 T. Serg. Fidenas tr. mil. con. pot. 1.100
 T. Sicinius cos. 1.44
 T. Sicinij seditiosa rogatio 1.125
 T. Sulpicius Peticus cos. 1.157
 T. Tatius rex Sabinorum 1.5
 T. Tatiij interitus 1.7
 T. Valerius cos. 1.186
 T. Veturius Caluinus cos. 1.186.197
 T. Veturius Caudium reductus ut sponsione Romanos exoluat 1.202
 T. Veturij ouatio 1.59
 T. Veturius Geminus cos. 1.58
 T. Veturius Volscis bellum infert ac uincit 1.58
 T. Veturius Philo Flamen Mart. 3.222
 T. Vetusius cos. contra Latinos 1.39.40
 T. Virginius cos 1.48
 T. Virginius Rutilius moritur 1.58
 T. Virginius Calimontanus cos. 1.82
 Tolstobogi 4.146
 Transfugas quid faciat 4.20
 Trebius Cossanus 3.57
 Trebulanis ciuitas data 1.222
 Trisrij 1.181
 Tribali 4.20
 Tribunalia Ro. ad piscinam publicā posita 3.72
 Tribunitia comitia primum 1.104
 Tribus unde dicta 1.20
 Tribuni militū decem quando primum creati 1.76
 Tribunorum militū, consulari potestate prima origo 1.88
 Tribunorum militū cōsularis potestatis creatio 1.96
 Trib. mil. quatuor infelix præliū 1.99
 Trib. mil. con. pot. octo creantur 1.112
 Tribuni mil. cessant 1.152
 Tribunorum pl. prima origo 1.41
 Trib. pl. V. creati 1.52
 Trib. Pl. malitia in asserenda leg. agrar. & contentio cum coss. 1.59
 Tribunitiū auxilium & prouocatio arces libertatis Ro. 1.75
 Tribuni pl. primi post sublatum xuiratum 1.77
 Tribunorum coniuratio pro continuando magistratu 1.82
 Tribuum Ro. iniquū iudicium de finibus Ardeatium & Aricinorum 1.85
 Trib. pl. X. creati quando 1.67
 Tribuni primi con. pot. honore abeunt, mense tertio 1.89
 Tribunorum pl. lex de Candidatis 1.96
 Trib. pl. plebē in Patres cōcitant. 1.101
 Trib. potestatis soluende ratio 1.106
 Trib. pl. cū Patr. cōtentio 1.102.109.112

Trib. pl. seditio 1.149.150.155
 Trib. pl. C. Licinij & L. Sextij impudētia in flagitando perpetuo magistratu 1.154
 Trientius ager unde dictus 4.11
 Tripolis Perseo dedita 5.30
 Triumphus quibus Ro. permissus 4.14
 Triumphatum quādo primum fit solius populi iussu 1.82
 Triumuii bini ad conquisitionem ingeniorum creati 3.104
 Triumuii epulones primū creati 4.52
 Triumuii mensarij 3.67
 Trogilorum portus 3.115
 Troia tres 1.2
 Troia expugnatio 1.113
 Troilium captum 470. ditiss. pro pecunia dimissis 1.244
 Trophonij antrum 5.82
 Trocni 4.146
 Turdetani sub corona uēditi, & ciuitas eorum deleta 3.99
 Tulli Hostilij oratio 1.15
 Tulli cum Sabinis bellum 1.14
 Tulli Hostilij interitus & an. regni 1.15
 Tullia malicia 1.21
 Tullia domo profugit 1.27
 Tuneta Scipio occupat 3.226
 Turdeani Hispanorum omnium maxime imbelles 4.61
 Turni cum Latino & Aenea bellū 1.2
 Turn. Herdonius à Tarq. oppressus 1.25
 Tur. Herdon. nouo mortis genere interemptus 1.24
 Tyberis inundatio 3.84.240
 Tyberis uno anno xii. inundauit 4.152
 Tyberis insula quō facta 1.29
 Tyberinus Capeti fil. Tyberi nomen dedit 1.5
 Tyburtes Romanis portas claudunt, unde eis indictum bellum 1.160
 Tybur. Ro. instructi aggrediuntur 1.161
 Tyburtes uicti agro multantur 1.165
 Tyrrhenses constanter in Ro. amicitia perstant 4.102

V
 Acci prata 1.187
 Vadimonis lacus 1.217
 Valerius Antias notatur 4.112
 Val. Flaccus uir fortis 3.109
 Vectius Messius Volscus uir fortis 1.97
 Vectones caesi 4.86
 Veientes uicti pro pace ad Romulū mittunt 1.8
 Veien. & Hetrusci à Ser. Tull. uicti 1.20
 Veientum & Hetruscorum bellum cum Ro. inter se discordib. 1.46
 Veientib. induciæ 40. an. datæ à Ro. 1.50
 Veientes fusti fugatiq; 1.95
 Veij obsidentur 1.111.112
 Veientes regem sibi creant, & dio annuē magistratus 1.112

I N D E X

<i>Veiorum ignominia in Ro.</i>	1.115	<i>Veturia mater Coriolani</i>	1.44	<i>Volones desertores conquesti ad exercitum reducuntur</i>	3.114
<i>Veientes aggeres & vineas admota urbi incendunt</i>	1.115	<i>Veturia Romae obsessae pacem à filio impetrat</i>	ibidem	<i>Volscorum pax cū Ro. facta</i>	1.36
<i>Veientum cædes</i>	2.118	<i>Vfentina tribus</i>	1.208	<i>Volsci nouum bellum contra Romanos parant</i>	1.36.38
<i>Veiorum oppugnatio & deletio</i>	1.121	<i>Vibius Pelignus pref. cohortis Pelignorum</i>	3.109	<i>Volscorum & Aequorū prælium</i>	1.44
<i>Veientium libera corpora sub corona uendita</i>	1.122	<i>Vibius Virius dissuadet Capuæ deditio nem</i>	3.131	<i>Volscorum fuga & cædes</i>	1.38.40.41.45.50.55.58.110.111.137.142
<i>Veientani agri diuisio Ro. facta</i>	1.126	<i>Vibius uirius cum 27. senatoribus uentum hausit</i>	3.152	<i>Volsci & Aequi à Latinis cæsi</i>	1.50
<i>Veius senex uates, Veiorum excidium prædicit</i>	1.119	<i>Vibius Brutiorum leg. ad Ful. Flac.</i>	3.159	<i>Volsci sub iugum missi à Ro. occiduntur postea à Thufculanis</i>	1.90
<i>Veientanus publicanus temp. Romanæ fraudauit</i>	3.105	<i>Vibonem colonia ducta</i>	4.95	<i>Volsci & Aequi pacem impetrant</i>	1.122
<i>Velatie opp.</i>	5.57	<i>Vicissitudo imperitandi</i>	1.71	<i>Volsci se dedunt</i>	1.40. & 3.159
<i>Velites Romani</i>	4.149	<i>Victoriam auream pondo 320. Hiero. & magnam frumenti uim donat Romanis</i>	3.46	<i>Volsci fugam simulant</i>	1.147
<i>Velitræ capiuntur</i>	1.40	<i>Villius pref. nauium</i>	3.223	<i>Volsci cæsi & capti à Camillo</i>	1.148
<i>Velitras coloni missi</i>	1.40.42	<i>Villius Annibalem tentat, unde in suspicionem Antiocho uenit</i>	4.85	<i>Volsci agrum Ro. populantur, & Rom. castra inuadunt</i>	1.150
<i>Velitræ expugnata</i>	1.150	<i>Vindicius & Vindicta</i>	1.50	<i>Volscorum ager excinditur à Ro.</i>	1.151
<i>Veliterni agrum Ro. incurfant, Thufculumq; impugnant</i>	1.155	<i>Vicumuariū oppugnatio & cædes deditiorum per Annibalem</i>	3.28	<i>Volscorum fuga deditioq;</i>	1.169
<i>Veliternorum traditio, & poena Ro. data</i>	1.185	<i>Virginia à patre occisa eripitur à stupro</i>	1.74	<i>Volfinienses Ro. agrum inuadunt</i>	1.126
<i>Veneficiorum quando primum questio orta Ro.</i>	1.186	<i>Virginia Auli filia</i>	1.232	<i>Volfinien. cū Ro. inducie</i>	1.126.239
<i>Veneri Erycinæ edem nouit Qu. Fab. Maximus</i>	3.35	<i>Virum ex muliere factum</i>	5.85	<i>Volfinien. ager peruastatur</i>	1.239
<i>Veneris Eric. ædis dedicatio</i>	3.71.4.20	<i>Virtutis ædis dedicatio</i>	3.209	<i>Volfinien. castella capta</i>	1.218
<i>Veneri ædes ex ære mulstatio structa</i>		<i>Vitellij Aquiliq; fratres quō à Superbo corrupti</i>	1.29	<i>Volumnia uxor Coriolani</i>	1.44
<i>Veneti gens</i>	1.2 (1.257)	<i>Vitelliana colonia capta</i>	1.125	<i>Volū incerte pecunie posse suscipi</i>	4.10
<i>Venusinorum beneficia in Rom. milites clade Cannen. superstites</i>	3.53	<i>Vitruuius Vaccus</i>	1.187	<i>Vrbs an. 365. capta uastataq; & reedificata</i>	1.136
<i>Venusinis coloni adscripti</i>	4.26	<i>Vitruuij Vaccei interitus, & bonorū eius consecratio</i>	ibidem	<i>Vrbis captiuitas quando</i>	1.215
<i>Vercellius securi percussus</i>	3.75	<i>Vmborum defectio & bellum, eorumq; cædes & deditio</i>	1.218.219	<i>Vscana opp. captum</i>	5.46.49
<i>Vergii castrū et Vergestani capti</i>	4.65	<i>Vmbria specus expugnatio</i>	1.222	<i>Vtica 40. dies à Scipione frustra obsidetur</i>	5.221
<i>Vermina Syphacis fil.</i>	3.219	<i>Volæ capta & recepta</i>	1.106	<i>Vulgi natura</i>	5.91
<i>Verminæ exercitus casus</i>	3.259	<i>Volcarum gens</i>	3.16	<i>Vulturnum, quæ nūc Capua, captū</i>	1.101
<i>Vermina cū leg. Ro. paciscitur</i>	4.11.14	<i>Volciani quid legatis Rom. responsi derint</i>	5.15	X	
<i>Verrugo recepta</i>	1.109	<i>Volero Pub. seditiosus tr. pl. creatur</i>	1.51	<i>Xenophanes Philippi Maced. leg.</i>	3.75
<i>Ver sacrum quomodo Ro. pop. censuerit & quō uotum</i>	3.35.4.71	<i>Volones strennue pugnant pro libertate qua eos Gracchus donauit</i>	3.87	<i>Xynie direpta</i>	4.51
<i>Verulanis sue leg. reddita</i>	1.220	<i>Volonum epulas Bencuenti, T. Sempr. Gracchus pingi fecit in æde Libertatis Romæ</i>	3.87	<i>Xychus</i>	4.209
<i>Vesclia, Holo ciuit. capta</i>	4.86	<i>Volonū exercitus ab signis decedit</i>	3.113	Z	
<i>Vestalium institutio</i>	1.10			<i>Zama</i>	3.255
<i>Vestalis flagro cæsa, propter ignem Vestæ extinctum</i>	3.183			<i>Zacynthus insula</i>	3.137. & 4.110
<i>Vestia Oppia Atellana</i>	3.141			<i>Zelasium promontorium</i>	4.25
<i>Vestini cæsi, oppida eorū direpta</i>	1.192			<i>Zeno Magnes ad T. Quintium</i>	4.89
<i>Vestina urbs prodicione capta</i>	1.210			<i>Zerynthius</i>	4.157
<i>Vestinorum cum Ro. fœdus</i>	1.223			<i>Zeusis pref. Lydiæ & Antipater fratris Antiochi filius, legati ad Ro.</i>	4.132
				<i>Zeusidis oratio</i>	4.135
				<i>Zoilus gener Hieronis</i>	3.82
				<i>Zeusippus</i>	4.47

F I N I S

ELENCHVS REGVM DI

CTATORVM, COSS. TRIBVN. MILITVM QVI

consulari fuerint potestate, praetorum, censorum, & pontificum
max. qui prima decade continentur.

REGES ROMANI		T. Quintius Cincinnatus dic.		tor comitorum causa,		Sp. Lucretius Bruto suffec.	
Romulus	4	A. Sempronius Atratinus		Qu. Publius Philo magi-		M. Horatius Pulvillus Lucret-	51
Numa Pompilius	9	magister equitum 149		ster equitum 186		tio suffectus	52
Tullus Hostilius	10	M. Furius Camillus IIII di-		P. Cornelius Ruffinus dictat.		P. Valerius iterum	
Ancus Marcius	15	ctator, L. Aemilius magi-		M. Antonius magister e-		T. Lucretius	55
Tarquinius Priscus	17	ster equitum 154		quitu uitio creati ibide		P. Lucretius	
Seruius Tullius	19	P. Manlius dictator, C. Lic-		M. Papyrius Crassus dictat.		P. Valerius Publicola III	54
L. Tarquinius Superbus	22	nius de plebe magister e-		P. Valerius Publicola ma-		M. Valerius	
DICTATORES		quitum ibidem		gister equitum ibidem		P. Posthumius	54
T. Largius primus dictator,		M. Furius Camillus dictat. V.		Cn. Quintilius dictator clau-		P. Valerius IIII	
Sp. Cassius magister equi-		T. Quintius Pœnus magi-		figendi, L. Valerius magi-		T. Lucretius iterum	54
tum	35	ster equitum 156		ster equitum 187		Agrippa Menenius	
A. Posthumius dictator, T. E-		L. Manlius imperiosus dicta-		M. Claudius Marcellus uitio		P. Posthumius	54
butius magister equi-		tor clau figendi, L. Pina-		creatus dictat. Sp. Posthu-		Opiter Virginius	
tum	ibidem	rius magister equitum 158		mius magister equitu 189		Sp. Cassius	55
M. Valerius Volesi dictat.	56	Ap. Claudius dictator 159		L. Papyrius Cursor dictator,		Posthumius Cominius	
L. Quintius Cincinnatus dic-		T. Quintius Pœnus dictator,		Qu. Fabius Maximus Ru-		T. Largius	55
tator, L. Tarquinius magi-		Sergius Cornelius Malugi-		tilianus mag. equitu 192		Ser. Sulpitius	
ster equitum 66		nensis magister equitu 160		A. Cornelius Aruina dictator		M. Manlius Tullus	55
L. Quintius Cincinnatus dic.		Qu. Seruilius Hala dictator,		M. Fabius Ambustus magi-		T. Ebutius	
C. Seruilius Hala magister		T. Quintius magister equi-		ster equitum 196		C. Vetustius	55
equitum 92		tum 161		Qu. Fabius Ambustus dictat.		Qu. Cloelius	
Mamercus Aemilius dictat.		C. Sulpitius dictator, M. Vale-		P. Aelius Petus magister		T. Largius	56
L. Quintius Cincinnatus		rius magister equitum 162		equitum uitio creati 201		A. Sempronius	
magister equitum 93		C. Martius Rutilius primus di-		M. Aemilius Pappus dictat.		M. Minutius	56
A. Seruilius Priscus, vel Stru-		ctator de pleb. C. P. autius		L. Valerius Flaccus magi-		A. Posthumius	
ctus dictator, Posthumius		de plebe mag. equitum 167		ster equitum ibidem		T. Virginius	56
Ebutius Helua magister		C. Julius dictator, L. Aemy-		L. Aemilius dictator, L. Fului-		Ap. Claudius	
equitum 95		lius magister equitum 166		us magister equitam 208		P. Seruilius	56
Mamercus Aemilius iterum		M. Fabius dictator, Quintus		Qu. Fabius dictator, Q. Cere-		A. Virginius	
dictator A. Posthumius Tu-		Seruilius mag. equitu 167.		tanus moritur in prelio		T. Vetustius	59
bertus mag. equitu ibide		L. Furius Camillus dictator,		magister equitum suffectus		Sp. Cassius	
A. Posthumius Tubertus dic.		P. Cornelius Scipio mag.		Fabius ibidem		Posthumius Cominius	41
L. Iulius mag. equitum 97		equitum ibidem		C. Menenius dictator questio-		T. Geganius	
Mamercus Aemilius dictat.		T. Manlius Torquatus dicta-		nibus exercedis, M. Follius		P. Minutius	44
A. Cornelius magister e-		tor, A. Cornelius Cossus		magister equitum 210		M. Minutius	
quitum 99		magister equitum 169		C. Petilius dictator, M. Follius		A. Sempronius	44
Qu. Seruilius Priscus dictat.		L. Furius Camillus II dictat.		magister equitum 211		Sp. Nautius	
cus filius seu Hala magi-		Cn. Manlius Capitolinus		L. Papyrius Cursor III dicta-		Sex. Furius	44
ster equitum 105		magister equitum ibidem		tor, C. Iunius Bubulcus ma-		T. Sicinius	
P. Cornelius dictator, C. Ser-		P. Valerius Publicola dictat.		gister equitum 217		C. Aquilius	44
uilius Hala magister equi-		feriarum, Qu. Fabius Am-		P. Cornelius Scipio dictator,		Sp. Cassius	
tum 110		bustus mag. equitu ibidem		P. Decius mus magister e-		Proculus Virginius	44
M. Furius Camillus dictator,		M. Valerius Coruinus dictat.		quitum 220		Sergius Cornelius	
P. Cornelius Scipio magi-		L. Aemilius Mamercus		C. Iunius Bubulcus dictator,		Qu. Fabius	45
ster equitum 120		magister equitum 176		M. Titinius magister equi-		L. Aemilius	
M. Furius Camillus dictator		L. Papyrius Crassus dictator,		tum 222		Ceso Fabius	45
iterum, L. Valerius magi-		L. Papyrius Cursor mag.		M. Valerius Maximus dicta-		M. Fabius Cesonis frater	
ster equitum 126		equitum 185		tor, M. Aemilius Paulus		L. Valerius	45
M. Furius Camillus dictator		P. Philo dictator, Iunius Bru-		magister equitum 223		Qu. Fabius	
III, C. Seruilius Hala ma-							

Cæso Fabius		Sp. Herminius		L. Lucretius Planus		C. Plautius II	
T. Virginius	48	T. Virginius Calimontanus	82	Sergius Sulpitius Camerinus	125	L. Acmylius Mamercus	177
L. Acmylius						T. Manlius Torquatus III	
C. Seruilius	49	M. Geganius Macerinus		L. Valerius Potitus		P. Decius M s	178
C. Horatius		C. Iulius	82	M. Manlius	126	T. Acmylius Mamercus	
T. Menenius	49	T. Quintius Capitolinus III		L. Sextius primus de plebe		Qu. Publius Philo	185
A. Virginius		Agrippa Furius	82	L. Acmylius Mamercus	157	L. Furius Camillus	
Sp. Seruilius	50	M. Genutius		L. Genutius		C. Menius	184
C. Nautius		P. Curatius	86	Qu. Seruilius	157	C. Sulpitius Longus	
P. Valerius	50	L. Papyrius Mugillanus		T. Sulpitius Peticus		P. Aelius Pætus	185
L. Furius		L. Sempronius Atratinus	89	C. Licinius Stolo	157	L. Papyrius Crassus	
C. Manlius	50	M. Geganius Macerinus iterum		C. Genutius		Cæso Duellius	185
L. Acmylius		T. Quint. Capitolinus V	89	L. Acmylius iterum	158	M. Valerius Corvinus III	
Opiter Virginius	50	M. Fabius Vibulanus		Qu. Seruilius Hala		M. Attilius Regulus	185
L. Pinarius		Posthumius Ebutius Cornicen	90	L. Genutius	158	T. Veturius	
P. Furius	51	C. Furius Pacilus		L. Sulpitius		Sp. Posthumius	186
Ap. Claudius Appij filius		M. Papyrius Crassus	91	C. Licinius Calvus	160	L. Cornelius iterum	
T. Quintius	52	Proculus Geganius Macerinus		C. Petilius Balbus		Cn. Domitius	186
L. Valerius		L. Menenius Lanatus	91	M. Fabius Ambustus	161	M. Claudius Marcellus	
T. Acmylius	53	T. Quintius Capitolinus		M. Popilius Lenæ		T. Valerius	186
T. Numitius Priscus		Agrippa Menenius La.	91	C. Manlius	161	L. Papyrius Crassus iterum	
A. Virginius	54	M. Geganius Macrinus III		C. Fabius		L. Plautius Venox	187
P. Quintius		L. Sergius Fidenæ	95	C. Plautius	162	L. Acmylius Mamercus	
Qu. Seruilius	54	M. Cornelius Maluginensis		C. Martius		Cn. Plautius	187
T. Acmylius		L. Papyrius Crassus	95	Cn. Manlius	164	P. Plautius Proculus	
Qu. Fabius	55	C. Iulius iterum		M. Fabius Ambustus iterum		P. Cornelius Scapula	188
Qu. Seruilius		L. Virginius	95	M. Popilius Lenæ iterum	164	L. Cornelius Lentulus	
Sp. Posthumius	55	C. Iulius III		C. Sulpitius Peticus		Qu. Publius Philo iterum	188
Qu. Fabius		Virginius iterum	95	M. Valerius Publicola	165	C. Petilius	
T. Quintius	55	M. Manlius		M. Fabius Ambustus III		L. Papyrius Mugillanus uel Cursor	189
Posthumius Albus		Qu. Sulpitius	95	T. Quintius, uel, ut quidam annales uolunt, M. Popilius III	165	L. Furius Camillus iterum	
Sp. Furius, siue Fusus	56	T. Quintius L. filius Cincinatus		C. Sulpitius IIII		Iunius Brutus Scaua	191
L. Ebutius		Cn. Iulius Mento	96	M. Valerius Publicola iterum	165	C. Sulpitius	
P. Seruilius	57	L. Papyrius Crassus		P. Valerius Publicola		Qu. Acmylius, uel A. Acmylius	195
L. Lucretius Tricipitinus		L. Iulius	98	C. Martius Rutilius è plebe	166	Qu. Fabius	
T. Veturius Geminus	58	L. Sergius Fidenæ iterum		C. Sulpitius Peticus		L. Fulvius	196
P. Volumnius		Hostius Lucretius Tricipitinus	98	T. Quintius Pœnus uel Cæso	166	T. Veturius Caluinus	
Sex. Sulpitius	59	A. Cornelius Cossus		M. Popilius Lenæ IIII è plebe		Sp. Posthumius	197
C. Claudius Appij filius		T. Quintius Pœnus iterum	98	L. Cornelius Scipio	167	Qu. Publius Philo	
P. Valerius Publicola	61	C. Seruilius Hala		L. Furius Camillus		L. Papius Cursor	201
L. Quintius Cincinnatus consul suffectus	63	L. Papyrius Mugillanus	99	Ap. Claudius Crassus	168	L. Papius Cursor II, ant Mugillanus	
Qu. Fabius		C. uel A. Sempronius Atratinus		M. Valerius Corvinus		Qu. Aulus Cæretanus	205
L. Cornelius	64	Qu. Fabius Vibulanus	101	M. Popilius Lenæ IIII è plebe	169	M. Follius Flaccina, uel L. Flaccus	
L. Minutius		Cn. Fabius Vibulanus		T. Manlius Torquatus		L. Plautius Venox	207
L. Nautius	65	T. Quintius Capitolinus Capitolini filius	105	C. Plautius	169	C. Iunius Bubulcus	
Qu. Minutius		A. Cornelius Cossus		M. Valerius Corvinus II		Qu. Acmylius Barbula	208
M. Horatius Pulvillus	67	L. Furius Medullinus	107	C. Petilius	169	Sp. Nastius	
M. Valerius		Qu. Fabius Ambustus	107	M. Fabius Dorso		M. Popilius	208
Sp. Virginius	68	C. Furius Pacilus	107	S. Sulpitius Camerinus	169	M. Petilius	
T. Romulus		M. Papyrius Atratinus		C. Marcius Rutilius III		C. Sulpitius	209
C. Veturius	68	C. Nautius Rutilius	108	T. Manlius Torquatus II	169	L. Papyrius Cursor V	
Sp. Tarpeius		M. Acmylius		M. Valerius Corvinus III		C. Iunius Bubulcus iterum	210
A. Aeternius	68	C. uel P. Valerius Potitus	108	A. Cornelius Cossus	170	M. Valerius	
P. Curatius		Cn. Cornelius Cossus		C. Martius Rutilius		P. Decius	212
Sex. Quintilius	68	L. Furius Medullinus	108	Qu. Seruilius	175	C. Iunius Bubulcus iterum	
C. Menenius						Qu. Acmylius Barbula iterum	
P. Sextius Capitolinus	68						212
Ap. Claudius							
T. Genutius	68						
L. Valerius							
M. Horatius	77						

COSS. ET TRR.

Q. Fabius iterum		Cl. Crassus		M. Julius Tullus		L. Furius Medullinus VI	
C. Martius Rut. iterum	214	Sp. Nautius Rutilius		M. Posthumius		C. Aemilius	
Q. Fabius III		T. Sergius Fidenas		M. Furius Camillus		L. Valerius Publicola	
P. Decius	218	Sex. Julius Tullus	100	M. Posthumius Albinus iterum omnes	112	Sp. Posthumius	
Ap. Claudius		L. Manlius Capitolinus		C. Servilius Hala III		P. Cornelius iterum	123
L. Volumnius	219	Q. Antonius Merenda		Q. Servilius		PATRICII	
P. Cornelius Aruina		L. Papyrius Mugillanus	105	P. Virginius		L. Lucretius Flauns	
Q. Martius Tremulus	219	L. Quintius Cincinnatus III		Q. Sulpitius		Ser. Sulpitius	
L. Posthumius		Sex. Furius Medullinus iterum		A. Manilius iterum		M. Aemilius	
T. Minutius	220	M. Manlius		M. Sergius iterum	115	L. Furius Medullinus VII	
P. Sulpitius		A. Sæpronius Atratinus	104	L. Valerius Potitus IIII		Agrippa Furius	
P. Sempronius	221	Agrippa Menenius Lanatus		M. Furius Camillus iterum		C. Aemilius iterum	126
L. Genutius		P. Lucretius Tricipitinus		M. Aemilius Mamercus III		PATRICII	
Ser. Cornelius	222	Sp. Nautius	104	C. Cornelius Cossus iterum		Fabij tres	
M. Livius Dentor		L. Sergius Fidenas		C. Fabius Ambustus		P. Sulpitius Longus	
C. Aemilius	222	M. Papyrius Mugillanus		L. Julius Tullus	116	Q. Servilius IIII	
M. Valerius Max.		C. Servilius Prisci filius	105	P. Licinius Calvus ex plebe		P. Servilius Maluginensis	128
Q. Apuleius Panfa	224	Agrippa Menenius Lanatus		P. Manlius		PATRICII	
L. Fulvius Petus		L. Servilius Structus		P. Titinius		A. Valerius Publicola iterum	
T. Manlius Torquatus Suffe-		P. Lucretius Tricipitinus	105	L. Furius Medullinus		L. Virginius	
bus M. Valerius	226	Sp. Rutilius Crassus		P. Melius		P. Cornelius	
L. Cornelius Scipio		A. Sempronius Atratinus III		L. Popilius Volsco	118	A. Manilius	
Cn. Fulvius	226	M. Papyrius Mugillanus iterum		M. Veturius Patricius		L. Aemilius	
Q. Fabius Maximus IIII		Spurius Nautius Rutilius iterum	105	V PLEBES		L. Posthumius	137
P. Decius Mus	227	P. Cornelius Cossus		L. Titinius		PATRICII	
L. Volumnius		C. Valerius Potitus		P. Menenius		T. Quintius Cincinnatus	
Ap. Claudius	228	Quintius Cincinnatus		Racilius		Q. Servilius Fidenas V	
Q. Fabius Maximus V		M. Fabius Vibulanus	106	Cn. Genutius		Julius Tullus	
P. Decius Mus	232	Cn. Cornelius Cossus		L. Atilius	118	L. Aquilius Corvus	
L. Posthumius Megellus		L. Valerius Potitus		PATRICII omnes		L. Lucretius Tricipitinus	
M. Atilius Regulus	237	Q. Fabius Vibulanus iterum		L. Valerius Potitus		Ser. Sulpitius Ruffus	138
L. Papyrius Cursor		M. Posthumius Regillensis	106	M. Valerius Maximus		PATRICII	
Sp. Carvilius	240	C. Julius Tullus		M. Furius Camillus III		L. Papyrius	
Q. Fabius Gurges Maximi		Cn. Cornelius Cossus		L. Furius Medullinus III		Cn. Sergius	
filius		C. Servilius Hala	109	Q. Servilius Fidenas iterum		L. Aemilius iterum	
Iunius Brutus Scæva	244	L. Furius Medullinus		Q. Sulpitius Camerinus iterum	118	L. Licinius	
		C. Valerius Potitus		PATRICII		M. Menenius	
		Cn. Fabius Vibulanus		L. Julius Tullus		L. Valer. Publicola III	139
		C. Servilius Hala	110	P. Furius Medullinus IIII		PATRICII	
		P. Cornelius Cossus		L. Sergius Fidenas		M. Furius Camillus IIII	
		Cn. Cornelius Cossus		A. Posthumius Regillensis		Sergius Cornelius Maluginensis	
		C. Fabius Ambustus		P. Cornelius Maluginensis		Q. Servilius Fidenas VI	
		L. Valerius Potitus	110	A. Manilius	119	L. Quintius Cincinnatus	
		T. Quintius Capitolinus		PLEBES		L. Horatius Pulvillus	
		Q. Quintius Cincinnatus		P. Licinius iterum		P. Valerius	139
		C. Julius Tullius iterum		L. Titinius		PATRICII	
		A. Manilius		P. Menenius		A. Manilius	
		L. Furius Medullinus III		Cn. Genutius		P. Cornelius	
		M. Aemilius Mamercus	111	L. Atilius		T. Quintius Capitolinus iterum	
		C. Valerius Potitus III		P. Licinius Filius Licinij pro patre	120	L. Quintius Capitolinus iterum	
		M. Sergius Fidenas		PATRICII		L. Papyrius Cursor	141
		P. Cornelius Maluginensis		P. Cornelius Cossus		PATRICII	
		Cn. Cornelius Cossus		P. Cornelius Scipio		Sergius Cornelius II	
		C. Fabius Ambustus		M. Valerius Maximus iterum		P. Valerius Potitus iterum	
		Sp. Nautius iterum	111	C. Fabius Ambustus iterum		M. Furius Camillus V	
		M. Aemilius Mamercus iterum		L. Furius Medullinus V		Ser. Sulpitius Ruffus iterum	
		L. Valerius Potitus III		Q. Servilius III	122	C. Papyrius Crassus	
		Ap. Claudius Crassus		PATRICII		T. Quintius Cincinnatus II	
		M. Quintilius Varus		M. Furius Camillus III			144

TRIBUNI MILITUM consulari potestate.

A. Sempronius Atratinus
 L. Atilius
 T. Cæcilius 89
 L. Quintius Cincinnati filius
 Mamercus Aemilius
 L. Julius 95
 M. Fabius Vibulanus
 M. Folius
 L. Sergius Fidenas 96
 L. Pinarius Mamercus
 L. Furius Medullinus
 Sp. Posthumius Albus 96
 T. Quintius Pænus ex consulari
 C. Furius
 M. Posthumius
 A. Cornelius Cossus 99
 A. Sempronius Atratinus
 L. Quintius Cincinnatus
 L. Furius Medullinus
 L. Horatius Barbatus 100

Patricij

I N D E X

PATRICII		C. Manlius	A. Cornelius	Lucius Papyrius Cursor Im-	
L. Valerius IIII		L. Iulius	M. Cornelius	nior 244	
A. Manlius III		PLEBES		CENSORES	
Ser. Sulpitius III		C. Sextilius	Q. Quintius	L. Papyrius Mugillanus	
L. Lucretius		M. Albinus	M. Fabius 153	L. Sempronius Atratinus 89	
L. Aemilius III		L. Antistius 150	PATRICII		
M. Trebonius 146		PATRICII		C. Furius Pacilus	
PATRICII		Sp. Furius	T. Quintius	M. Geganius Macerinus 95	
Sp. Papyrius		Q. Seruilius II	Ser. Cornelius	C. Sulpitius Camerinus	
L. Papyrius		Licinius Menenius	Ser. Sulpitius	Sp. Posthumius Regillus 149	
Serg. Cornelius Malug. IIII		P. Claelius	Sp. Seruilius	Sp. Seruilius Priscus	
Q. Seruilius IIII		M. Horatius	L. Papyrius	Qu. Claelius Siculus 150	
C. Sulpitius IIII		L. Geganius 150	L. Veturius	Manlius Neuius	
L. Aemilius IIII 146		PATRICII		C. Martius Rutilius 167	
PATRICII		L. Aemilius	M. Cornelius iterum	P. Philo	
M. Furius Camillus VI 1		P. Valerius IIII	M. Geganius	Sp. Posthumius 186	
A. Posthumius Regillensis		C. Veturius	P. Manlius	Ap. Claudius	
L. Posthumius Regillensis		Seruius Sulpitius	L. Veturius	C. Plautius 212	
L. Furius		L. Quintius Cincinnatus	P. Valerius VI 156	C. Iunius Bubulcus	
L. Lucretius		C. Quintius Cincinnatus 151	PRAETORES		
M. Fabius Ambustus 146		PATRICII		Sp. Furius Marci filius 157	
PATRICII		L. Furius	P. Valerius Publicola 167	P. Decius 222	
L. Valerius V		A. Manlius	L. Pinarius 168	P. Sempronius Sopbus	
P. Valerius III		Sergius Sulpitius	T. Aemilius 178	P. Sulpitius Auerrio 226	
C. Sergius III		Sergius Cornelius	Q. Publius Philo primus e	P. Cornelius Aruina	
Licinius Menenius II		A. Valerius	plebe 185	M. Marius Rutilius 244	
P. Papyrius		C. Valerius 153	L. Papyrius 186	PONTIFICES	
Sergius Cornelius 149		PATRICII		Q. Furius 77	
PATRICII		Q. Seruilius	M. Valerius 218	A. Cornelius 97	
P. Manlius		C. Veturius	P. Sempronius 231	M. Fabius 130	
			Ap. Claudius 232	Cornelius Barbatus 228	
			M. Atilius 243		

SYLLABVS DICTATORVM CONSVLVM

PRAETORVM, CENSORVM ET PONTIFICVM MAX.

qui tertia continentur decade.

DICTATORES		lius magister equitum 233	Ap. Claudius Pulcher 103	M. Pomponius 34
Prodictator primus Q. Fabi-		Cn. Seruilius Geminus dicta-	Cn. Fulvius Centimalus	M. Aemilius 35
us Maximus, M. Minutius		tor, P. Aelius Patus magi-	P. Sulpitius Seruilius 124	C. Terentius Varro 42
Ruffus magister equitum 35		ster equitum 240	M. Claudius Marcellus IIII	M. Pomponius Matho
L. Veturius Philo comitorum		CONSVLES		P. Furius Philus
causa dictator, M. Pompo-		P. Cornelius Scipio	Qu. Fabius Maximus V	M. Claudius Marcellus
nus Matho mag. eq. 45		T. Sempronius Longus 9	Qu. Fulvius Flaccus III 154	L. Posthumius Albinus 44
M. Iunius dictator, T. Sempro-		Cn. Seruilius	M. Claudius Marcellus V	M. Valerius Leuinus
nus mag. equitum 54		C. Flaminius 28	T. Quintius Crispinus 163	Ap. Claudius Pulcher
M. Fabius Buteo dictator sine		Flaminius defuncto ad Thrafi-	C. Claudius Nero	Q. Fulvius Flaccus
magistro equitum 67		menum suffectus est	M. Livius 169	Qu. Mutius Scauola 68
C. Claudius Cento. dictator,		M. Atilius Regulus 42	L. Veturius	Qu. Fulvius Flaccus
Q. Fulvius Flaccus magi-		C. Terentius Varro	Q. Cecilius 183	T. Octacilius iterum
ster equitum 103		L. Aemilius 46	P. Cornelius Scipio	Qu. Fabius cōsulis Fabij filius
Q. Fulvius Flaccus dictator,		L. Posthumius III	P. Licinius Crassus 197	P. Cornelius Lentulus 84
P. Licinius Crassus magi-		T. Sempronius Gracchus 68	M. Cornelius Cethegus	M. Atilius
ster equitum 153		Posthumio sufficitur	P. Sempronius Tuditanus 209	P. Sempronius Tuditanus
L. Manlius Torquatus dicta-		M. Marcellus 72	Cn. Seruilius Cæpio	Cn. Fulvius Centimalus
tor, C. Seruilius magister		M. Marcello sufficitur, quia ui-	Cn. Seruilius Geminus 222	M. Aemilius Lepidus 99
equitum 169		tio creatus fuerat	M. Seruilius Geminus	Cn. Fulvius Flaccus
M. Livius dictator, Q. Cecili-		Q. Fabius Maximus III 72	T. Claudius Nero 233	Cl. Nero
us magister equitum 183		Q. Fabius Maximus IIII	Cn. Cornelius Lentulus	M. Iunius Syllanus
Qu. Cecilius Metellus dicta-		M. Marcellus III 84	P. Aelius Patus 241	P. Cornelius Sulla 103
tor, L. Veturius Philo ma-		Q. Fabius Fabij filius	PRAETORES	
gister equitum 209		T. Sempronius iterum 99	L. Manlius 12	L. Cornelius Lentulus
P. Sulpitius dictator, M. Serui-		Q. Fulvius Flaccus	C. Atilius 16	Cornelius Cethegus
				C. Sulpitius

C. Calphurnius

C. Calpurnius Piso	124	A. Hostilius Cato		P. Quintilius Varus		M. Atilius	99
P. Manlius Volfo		C. Hostilius Cato	170	P. Aelius Patus		L. Veturius Philo	
L. Manlius Acidinus		C. Scruilius		P. Villius Tappulus	122	P. Licinius Crassus	154
C. Lectorius		M. Cæcilius		M. Sextius Sabinus		M. Cornelius Cethegus	
L. Cincius Alimentus	136	T. Claudius Asellus		Cn. Tremellius Flaccus		P. Sempronius Tuditanus	157
L. Veturius Philo		Q. Manlius Thurinus	185	C. Lilius Salinator		L. Veturius	
T. Quintius Crispinus		Sp. Lucretius		C. Aurelius Cotta	234	P. Licinius	169
C. Hostilius Tubulus		Cn. Octavius		M. Iunius Pænus		M. Lilius	
C. Aurunculeius	154	Cn. Scruilius Cæpio		M. Valerius Falco		C. Claudius Nero	222
P. Licinius Crassus Dives		L. Aemylius Pappus	297	M. Fabius Buteo		PONTIFICES	
P. Licinius Varus		T. Claudius Nero		P. Aelius Tubero	241	MAXIMI	
Sex. Iulius Cæsar		M. Martius Ralla		CENSORES			
Q. Claudius Flaminius	165	L. Scribonius Libo		L. Aemylius		L. Cornelius Lentulus	35
L. Portius Licinius		M. Pomponius Matbo	209	C. Flaminius	67	M. Cornelius Cethegus	103
C. Manlius		P. Cornelius Lentulus		P. Furius Philus		P. Licinius Crassus	104

SYLLABVS PRAETORVM CONSVLVM
CENSORVM, PONTIFICVMQVE MAX.
qui quarta continentur decade.

PRAETORES		C. Scribonius	P. Cornelius Sulla	C. Mænius	202
Q. Minutius Ruffus		M. Valerius Messala	C. Calpurnius Piso	C. Cornelius Scipio	
L. Furius Purpurio		L. Portius Licinius	M. Licinius Lucullus	L. Valerius Leuinus	
Q. Fulvius Gillo		C. Flaminius	C. Aurelius Scaurus	Q. Mutius Scaeuola	
Cn. Sergius Plancus	8	L. Scribonius Libo	L. Quintius Crispinus	P. Mutius Scaeuola	206
L. Quintius Flaminius		M. Fulvius Centimalus	P. Cornelius Cethegus	M. Titinius	
L. Valerius Flaccus		A. Atilius Seranus	A. Posthumius Albinus	T. Claudius Nero	
L. Villius Tappulus		M. Bebius Pamphilus	C. Afranius Stellio	T. Fonteius Capito	211
C. Bebius Pamphilus	26	L. Valerius Tappus	C. Atilius Seranus	CONSVLES	
L. Cornelius Merula		Q. Saloniæ Sarra	L. Posthumius Tempfanus	P. Sulpitius Galba	
M. Claudius Marcellus		L. Aemylius Paulus	M. Claudius Marcellus	C. Aurelius Cotta	8
M. Portius Cato		M. Aemylius Lepidus	C. Decimius Flauius	L. Cornelius Lentulus	
C. Heluius	29	M. Iunius Brutus	P. Sempronius Longus	P. Villius Tappulus	26
VI primum creati		A. Cornelius Mamula	P. Cornelius Cethegus	Sex. Aelius Patus	
L. Manlius Volfo		C. Lilius	Q. Næuius Matbo	T. Quintius Flaminius	29
Cn. Sempronius Tuditanus		L. Oppius	C. Sempronius Blefus	Cn. Cornelius Cethegus	
M. Sergius Sillus		M. Tuccius	C. Terentius Varro	Q. Minutius Ruffus	38
M. Heluius		L. Aurunculeius	C. Valerius flamen dialis	L. Furius Purpurio	
M. Minutius Ruffus		Cn. Fulvius	Sp. Posthumius Albinus	M. Claudius Marcellus	46
L. Acilius	58	L. Aemylius	P. Cornelius Sisenna	L. Valerius Flaccus	
Q. Fabius Buteo		P. Iunius	L. Puppius	M. Portius Cato	52
T. Sempronius Longus		C. Atinius Labeo	L. Iulius	P. Cornelius Scipio Africanus	
Q. Minutius Thermus		Q. Fabius Labeo	Cn. Sicinius	iterum	
M. Acilius Glabrio		Q. Fabius Pictor	Q. Fulvius Flaccus	T. Sempronius Longus	71
L. Apustius Fullo		M. Sempronius Tuditanus	M. Valerius Leuinus	L. Cornelius Merula	
C. Lelius	46	Sp. Posthumius Albinus	P. Manlius iterum	Q. Minutius Thermus	74
C. Fabritius Luscinus		L. Plautius Hypseus	M. Ogulnius Gallus	L. Quintius	
C. Atinius Labeo		L. Bebius Dives	L. Cæcilius Dentrix	Cn. Domitius Aenobarbus	82
C. Manlius Volfo		Q. Martius Philippus	C. Terentius Istra	P. Corn. Scipio Nasica	
Ap. Claudius Nero		M. Claudius Marcellus	Q. Fabius Maximus	M. Acilius Glabrio	86
P. Manlius Nobilior		C. Stertinius	T. Claudius Nero	L. Cornelius Scipio	
C. Flaminius, uel P. Portius		C. Catinius	Q. Petilius Spurius	C. Lælius	115
Lecca	52	P. Claudius Pulcher	M. Pinarius Posca	M. Fulvius Nobilior	
P. Cornelius Scipio		L. Manlius Acidinus	L. Dronius	Cn. Manlius	134
Cn. Cornelius Merenda		Ap. Claudius Pulcher	T. Sempronius Gracchus	M. Valerius Messala	
Cn. Cornelius Blasius		Ser. Sulpitius Galba	L. Posthumius Albinus	C. Lilius Salinator	154
Cn. Domitius Aenobarbus		Q. Terentius Culco	P. Cornelius Mamercus	M. Aemylius Lepidus	
Sex. Digitius		L. Terentius Massaliota	T. Minutius Melliculus	C. Flaminius	158
T. Auuentius Talua	71	Q. Fulvius Flaccus	C. Claudius suffectus	Sp. Posthumius Albinus	
L. Cornelius Scipio		M. Furius Crassipes	A. Hostilius Mancinus	Q. Martius Philippus	163
M. Fulvius Nobilior		T. Mænius		Ap. Clau	

C O S S E T P R R .

Ap. Claudius Pulcher	M. Censorius	196	CENSORES	M. Aemilius Lepidus	
M. Sempronius Tuditanus	A. Posthum. Albinus Luscus		P. Cornelius Scipio Africanus	M. Fulvius Nobilior	206
P. Claudius Pulcher (174)	C. Calpurnius Piso	202	P. Aelius Patus	PONTIFICES	
L. Porcius Licinius	Pisoni defuncto successus est		Sex. Aelius Patus	MAXIMI	
M. Claudius Marcellus	Q. Fulvius Flaccus	202	C. Cornelius Cethegus	M. Sempronius Tuditanus	185
Q. Fabius Labeo	Q. Fulvius Flaccus		T. Quintius Flaminius	C. Scruilius	205
Cn. Bebius Pamphilus	L. Manlius Acidinus	206	M. Claudius Marcellus	M. Aemilius Lepidus	206
L. Aemilius Paulus	M. Iunius Brutus		M. Portius Cato		
P. Cornelius Lentulus	A. Manlius Volfo	211	L. Valerius Flaccus		FINIS

S Y L L A B V S C O N S V L V M P R A E T O R V M Q V E Q V I Q V I N T A E D E C A E

dis quinque libris continentur.

C O N S V L E S		M. Iunius Pœnus	76	C. Cicereius	Sergius Cornelius Lentulus
C. Claudius Pulcher		M. Claudius Marcellus		M. Furius Crassipes iterum	P. Fonteius Capito
T. Sempronius Gracchus	7	C. Sulpitius Gallus	90	A. Atilius Seranus iterum	Cn. Bebius Pamphilus
Cn. Cornelius Scipio Hispalus		P R A E T O R E S		C. Cluvius Saxula iterum	L. Anicius Gallus
Qu. Petilius Spurinus	10	P. Aemilius Tubero iterum		C. Licinius Crassus	Cn. Octavius
M. Valerius Leuinus successus		C. Quintius Flaminius		M. Iunius Pœnus	P. Fonteius Balbus
Qu. Mutius Scaevola		C. Numisius		Sp. Lucretius	M. Ebulius Helua
M. Aemilius Lepidus	12	C. Mummius		Sp. Cluvius	C. Papyrius Carbo
Sp. Posthumus		Cn. Cornelius Scipio		Cn. Sicinius	Qu. Cassius
P. Mutius Scaevola		C. Valerius Leuinus	7	C. Memmius iterum	M. Iuuentius Tullia
L. Posthumus Albinus		M. Popilius Lenas		C. Sulpitius Galba	Tib. Claudius Nero
M. Popilius Lenas	16	P. Licinius Crassus		L. Furius Philus	Cn. Fulvius
C. Popilius Lenas		M. Cornelius Scipio		L. Canuleius Diues	C. Licinius Nerva
P. Aelius Ligus	19	L. Papyrius Mafso		C. Lucretius Gallus	A. Manlius Torquatus
P. Licinius Crassus		M. Abarius		C. Caninius Rebilus	L. Iulius
C. Cassius Longinus	26	L. Aquilius Gallus	10	L. Iunius Annalis	L. Apuleius Saturninus
A. Hostilius Mancinus		M. Atilius		L. Hortensius	A. Licinius Nerva
C. Atilius Seranus	44	Cn. Scruilius Cepio		Qu. Manius	P. Rutilius Calvus
Qu. Marcius Philippus		P. Furius Philus		M. Recius	P. Quintilius Varus
Qu. Scruilius Cepio	46	L. Claudius		M. Claudius Marcellus	M. Fonteius
L. Aemilius Paulus		L. Cornelius Scipio	85	C. Decimius	
C. Licinius Crassus	58	Cn. Fabius Butco		M. Sulpitius Gallus	
Qu. Aelius Patus		M. Matienus		C. Marcius Figulus	
					FINIS

BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA PER
 HIERONYMUM FROBENIVM ET NICO
 LAVM EPISCOPIVM MENSE DE
 CEMBRI AN. M. D. XXXIII

Erratorum que post editionem relegentes deprendimus castigatio, ubi ex duobus numeris primus paginam, alter uersum denotat.

Decadis primæ. pag. 13. lin. 4 Curiatorum. pag. 34 lin. 37 ad Rom. pag. 35 lin. 40 ex templo. pag. 75 lin. 48
 Maiæ. pag. 85 lin. 4 præmissus. pag. 102 lin. 34 compositæ. pag. 111 lin. 38 is annus. pag. 115 lin. 9 ad obit. pag.
 127 lin. 34 occupauerat. pag. 149 lin. 40 Romani. pag. 156 lin. 25 occiderit. pa. 160 lin. 45 Gallus. pag. 180 lin.
 16 auerruncandæ. pag. 181 lin. 1 T. Manli Ibidem lin. 4 meorumq;. pag. 188. 42 in fide aduer. Ro. societate. pag.
 191 lin. 7 adhuc. pag. 197 lin. 5 quicquid. pag. 217. 21 ulla. pag. 221. 38 Ferentini. pag. 232 lin. 27 boar: o Tertie
 decadis. pag. 8 lin. 4 patri. 15. 28 ultra. 42. 46 sordidis. 44. 31 speruerat. 60. 32 fere. 66. 1 enervauerunt. 73. 8 ami
 citiam. 89. 12 ab gerendis rebus. 99. 38 accersiti. 119. 21 oncraria. 120. 33 peditum. 145. 17 nauigium. 208. 20 ad se.
 221. 19 ingentem. 237. 8 expugnatarum. Quarte decad. pag. 4 lin. à fi. 2 At nõ sic anti. 49. 30 lemnicos. 60. 34
 cum in Hisp. 68. 16 motum. 91. 44 adquitandi. 106. 49 meritis. 120. 47 concilium. 127. 7 celerrime. 144. 44
 comparandum copias dimittit. 152. 31 sed quem locum destinassent oris. 162. 22 agmine. 171. 19 non solum. 182. 38
 uiuo eo. 206. 41 non uos. Quintæ decad. pag. 34. 23 ex templo. 51. lin. penult. diei. 53. 46 aperit.

INDEX TERNIONVM

α Β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ α a b b c c d d e e f f g g h h i i k k l l m m n n o o p p q q
 r r s s t t u u a a s b b b c c c d d d e e e f f f g g g h h h i i i k k k l l l m m m n n n o o o p p p q q q r r r s s s
 A B C D E F G H I K L a b c d e a b c Omnes Terniones præter { u u u L c quaterniones
 r r r G c duerniones





